

IOANNIS
PAVLI MELII,
INTER PRÆLATOS
CATHEDRALIS CREMONÆ,

PER PLVRES ANNOS THESAVRARII;

Olim Auditoris Cameræ, deinde ad Sedem Apostolicam Ministri;

Nunc V. Præsidis Consiliarij Status, &c. In Ducatu Montisferrati, Regnantibus Serenissimis iam CAROLO II. modò autem FERDINANDO CAROLO illius Mantuæ, &c. Ducibus.

Quotidianæ Obseruationes Forenses:

IN QVIBVS SINGVLARES CONTROVERSIÆ discutiuntur, cum decisionibus SACRÆ ROTÆ ROMANÆ hactenus non impressis.

AC INDICE NOTABILIVM LOCVPLETISSIMO.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

BEATO ALOYSIO
IN EFFVSA AVLÆ LICENTIA
RELIGIOSÆ SEVERITATIS EXEMPLO:
IN ARCTA SOCIETATIS IESV DISCIPLINA
LIBERÆ SANCTITATIS MIRACVLO:
SERENISSIMOQVE FERDINANDO CAROLO
MANTVÆ, MONTISFERRATI, &c.
DVCI INVICTISSIMO:
PRINCIPIBVS
EX AVGVSTISSIMA GONZAGARVM STIRPE,
IVRE NATALIVM, ET VIRTVTVM AFFINITATE COGNATIS:
ALTERI E COELO, QVO POTITVR,
BENEFICIIS IN TERRAS PRONO;
ALTERI E TERRIS, QVAS REGIT,
BENEFACTIS IN COELVM ERECTO:
VTRIQVE
TVTELARI PRÆSENTISSIMO,
HASCE OBSERVATIONES,
TANTIS AVSPICIIS FELICISSIME PRODITVRAS;
OBSERVANTIÆ IMMENSÆ PEREXIGVVM PIGNVS,
LIBERALITATIS INFINITÆ CERTISSIMAM ARRHAM,
D. D. D.
IOANNES PAVLVS MELIVS.

Summa Priuilegij Regis Christianissimi.

Cavtvm est authoritate Regis, ne quis in Regno suo, aliisve locis suæ ditioni subiectis, intra decem proximos annos, librum qui sic inscribitur: Ioannis Pavli Melii *Obseruationes Forenses*, &c. absque Lavrentii Anisson, Bibliopolæ Lugdunensis, permissu, imprimat, aut diuendat, à die publicationis horum exemplarium: qui secus fecerit, mulcta indicta, provt amplius in Diplomate Regio continetur, mulctabitur. Datum Parisiis 19. Septembris 1667.

De mandato Regis,

Signatum,

TESSIER.

Desiit Prælum primæ Editionis,
13. Septembris 1670.

INDEX

INDEX

Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, hisce Obseruationibus cumulatarum.

Romana

S

T

V

IOANNIS



IOANNIS PAVLI MELLII QVOTIDIANÆ OBSERVATIONES FORENSES.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates ex lapsu triginta annorum præsumuntur. Amplia, vt num.2. Adhibita in constitutione Procuratoris alterius non requiruntur, num.6. Non requiruntur inter aquè priuilegiatos, num.10. In contractu euidenter vtili non requiruntur, num.11.*
3 *Iudicis præsentia solemnitates supplet.*
4 *Iuramentum supplet solemnitates.*
5 *Subhastationis solemnitas in contractibus minorum recessit ab Aula.*
7 *Contractus ob metum celebratus est nullus.*
8 *Metus ex quibus purgetur ex præcepto iusto iudicis inductus non vitiat contractum, n.9.*
12 *Nullitas triginta annis præscribitur.*
13 *Restitutio in integrum communitati ob ignorantiam conceditur. Declara, vt num.14. & n.16. Quando excludatur, num.17.*
15 *Ignorantia ex quibus excludatur.*
18 *Obligatio Cameralis non admittit appellationem.*
19 *Solemnitatis defectus executionem obligationis Cameralis impedit, declara, vt num.20.*
21 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, declara, vt num.22.*
23 *Menoch.* consil.726. & *Censal.* decis. Lucen.20. *declarantur.*

OBSERVATIO PRIMA.

PER Annos septuaginta Communitas Fubinarum Cassarellæ primùm adhuc infanti, deinceps Ducali Cameræ, & demùm Capitaneo de Soardis pro capitali Scutorum mille per eius Procuratores realiter recepto, & in ipsius Communitatis vtilitatem verso annuos census persoluit, nunc autem sub prætextu defectus solemnium obiecta nullitate creationis census continuare in solutionibus recusabat; quare Magistratus census illum subsistere, & contra Communitatem pro decursis exequutorem deputauit, ex lapsu enim triginta annorum geminato solemnitates præsumi adhibitas non ambigebatur, Menoch. *de præsumption.*132. *num.*28. *& seqq. & num.*64. *& seq. lib.*3. Surd, *consil.*28. *num.*15. *& decis.*231. *num.*19. *& seq.* Gabr. *consil.*82. *num.*30. *lib.*2. Gratian. *discept.*443. *num.*52. *& seq. & num.* 59. Vbi de lapsu sexaginta annorum, Melius *allegat.* 56. *num.*19. *lib.*2. Card. Otthob. *decis.*112. *num.*4. Rot. apud Contr. *decis.*112. *sub num.*7. cessatque difficultas, Bonden. *coll.*39. *num.*79. Rot. *decis.*30. *num.*16. *& decis.*175. *num.*40. *part.*9. *tom.*1. *Recent.* Rub. *de valid. legal. cap.*43. *n.*76. Valer. *de transact. tit.*4. *quæst.*2. *n.*67. *& seq.* Rot. *decis.*122. *n.*5. *part.*1. *recent.* cum adductis per Tomas. *de tutor. & curat. tit.*19. *num.*1642. *fol.*871. Spad. *consil.* 10. *num.* 4. *&* 5. *& consil.*163. *num.* 17. *lib.*1. Vbi ampliat, quantumvis solemnitates in instrumento enuntiatæ non sint, *& cons.* 1. *num.*40. *& consil.*7. *num.*28. *& consil.* 148. *num.*2. *lib.*2. *& consil.*49. *num.*1. *& consil.*105. *num.*6. *lib.*3. Marescot. *var. resolut.* 13. *num.*9. *&* 10. *lib.*1. Ciarlin. *controuers.*8. *num.*55. *& controuers.*105. *num.*11. *& controuers.* 123. *num.* 19. *& controuers.*180. *n.*43. Burat. *decis.*45. *num.*6. *& in annot. num.* 7. *& seq. & decis.*120. *num.*38. *& in annot. num.*41. Vbi benè distinguitur, *& decis.*707. *num.*6. Sperell. *decis.*115. *num.*29. Altograd. *cons.*26. *num.*22. *lib.*1. Donad. *de renuntiat. cap.*18. *n.*13. & latè prosequitur Cammat. *respons.*21. *num.*28. 31. *& seq.* Vbi ampliat, etiamsi in actu non sint descriptæ, neque enuntiatæ, Fulgin. *de emphyt. tit. de contractib. emphyt. quæst.*18. *num.*1. *& per totam*, Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. cap.* 72. *n.*22. *& seq. lib.*2. Caren. *resol.*102. *n.*1. *& seq.* Mangil. *de subhast. quæst.*200. *num.*17. Post. *de subhast. inspect.*67. *num.*49. *& seq. & num.*59. Mart. *consil.* 95. *num.*13. Fontanell. *decis.*439. *num.*12. Bim. *consil.*58. *num.* 36. *& cons.*73. *num.*10. & *consil.*379. *num.* 63. *&* 64. Rota coram Caualerio *decis.* 575. *numero* 10. *& seq. & in Romana fideicommissi de Cosciariis* 16. *Martii* 1648. §. *præter quod, coram Eminentissimo Corrado.* 1

Rodoer. ad Antonin. de Marin. *resolutione* 27. *num*.1. *lib*.1.

Quæ quidem præsumptio solemnitatum eo magis vrgebat propter vetustissimam possessionem, seu quasi vniformem exigendi census vltra
2. sexaginta annos, cum non præsumatur tandiu agentes Communitatis ius istud indiscussum dimisisse, Afflict. *decis*.368. *num*.4. *& seq.* Rot. *decis*.143. *num*. 9. *part*.2. *diuers.* Vsill. *in verb. adiudic. conclus*.52. *num*.51. Mangil. *de subhast.q*.200. *num*.10. Post. *dict.inspect*.67. *num*.53.

Prædicta verò eo magis sibi locum vindicare existimauit Magistratus, ex quo solemnitates in instrumento procuræ ad constituendum censum exuberanter enunriantur, & potissimum constat de commissione Senatus in personam Prætoris
3. Fubinarum, vt loco ipsius Supremi Tribunalis assisteret, provt successit,& cuius præsentia quascunque solemnitates supplet, seu illas interuenisse suadet, Surd. *decis*.231. *num*.20. *&* 71. latè Pic.*ad Stat. Vrb. cap*.151.*gloss*.7. *num*. 196. *& seq. & dict. cap*. 151. *gloss*.21. *à num*. 24. *ad* 27. Ciarlin. *dicta controuers*.113. *num*.19. 22. *&* 23.*& controuers*.217. *num*.20.*&* 21.Merlin. *decis*.226. *num*.9. & ad rem optimè Bim.*consil*.184. *n*.8. V.Præses noster, *allegat*.16. *num*.7.*lib*.3.

Vnde cum in facti specie interuenerit commissio Senatus, præsentia Prætoris Commissarij cum enuntiatione congregatæ Vniuersitatis per capita domorũ constitutio census in præiudicium Communitatis inconcussa redditur. In tantum quod potius retorquentur, quàm quòd officiant. Leotard. *de vsur. q*.21. *num*.19. *&* 20. & Ferentill. ad Buratt.*decis*.916.*num*.9.*&* 10. ex aduerso adducti.

4. Duplex quoque Iuramentum per Agentes Communitatis susceptum in actu constitutionis Procuratorum pro creatione census, defectum solemnitatis supplet, Mascard. *de probat. concl*.1315. *num*.28. Ciarlin. *d. controuers*.113. *num*.21. Caroc. *decis*.94. *num*. 4. Ioan. Franc. Andr. *controuers*.3. *numero* 7. Alterum ex quibus iuribusiurandis vtilitatem, ac præcisam necessitatem constituendi censum concernens præsefert solemnitatem in contractu Vniuersitatis prærequisitam à *l. fin. C. de vendit. rer. Ciuit. lib*.12. Surd. *cons*.28. *num*.82. Gall. *cons*.77. *num*.2. Simoncell.*de Decret. in præfat.num*.95.*&* 96. Los.*de Iure Vniuers. part*.3.*cap*.5. *num*.4. *& seq.* Cenc. *de cens. quæst*. 25. *num*.12. *& seq.*Alterum verò vniuersam censuum constitutionem respiciens in exitu instrumenti appositum aliarum solemnitatum defectus, quatenus subesset, non afficere indicaret ex mox cumulatis, & aliis apud Franc. Baron. *de effect. minor. ætat*. 1. *n*.344. Bonden. *collect*.2. *à n*.58. *& collect*.16.*n*.103. *& collect*.37. *ex num*. 89. *& collect*.38. *n*.18. *&* 56. Quas tamen solemnitates exuberasse ex lectura instrumenti census dignoscitur, cum eidem accesserint enuntiata bis congregatio Populi per capita domorum, duæ partes ex oribus consilij actualiter interuenerint, formale iuramentum subierint, & Senatus mandatum de sic contrahendo cum assistentia Prætoris adhibitum appareat.

Subhastationis verò defectus inter alias solemnitates à lege recensitas in consideratione habitus
5. non fuit, vel quia ad constitutionem census congruam applicationem non recipit, vel quia quoad omnes contractus priuilegiatorum huiusmodi solemnitates recesserint ab Aula, testibus pro cunctis, Mangil. *de subhast. quæstione* 27. *num*.3. *& quæst*.29. *num*.3. *& quæst*.32. *num*.4. *& quæst*. 89. *num*. 6. *& quæst*. 114. *sub num*. 6. *& quæst*. 153. *num*. 3. Tomas. *de tut. & curat. tit*. 19. *num*.231.*fol*.280. *& sub num*. 3538. *vers. sed subhastationem, fol*.862. Ciarlin. *controuers*.217.*sub n*.47. *vers. Secundò respondetur*, Franc. Baron. *de effect. minor. ætat*.3. *num*.176. Post. *de subhast. inspect*.4. *num*. 35. *& seq.* quibus addo Fontanell. *decis*.519. *num*.6. Vbi mouetur ex eo quia *in l.fin.C. de vendit. rer. Ciuit. lib*. 12. de dicta subhastatione mentio aliqua non fiat.

Nec obsistere dicebatur, quod solemnitates appareant quidem enuntiatæ partim, & partim in effectu adhibitæ in constitutione procuratoris, non autem in creatione census, sufficit enim solemnitates requisitas in contractu adhibitas fuisse in constitutione Procuratoris ad contrahendum, Rot. apud Pic. *ad Stat. Vrb. decis*.3. *n*. 4. & apud V.Præsidem nostrum *post allegat*. 1. *num*. 7. *fol*.39. *lib*. 1. Tomas. *de tutor. & curat. tit*.19. *num*. 3580. *fol*.865. Altograd.*cons*.26. *num*.2. *&* 3. *lib*.1. Adeò, vt nec esset necessaria probatio visionis; Mantic. *de tacit. & ambig. lib*.8. *tit*.13.*n*.6. Rot. *decis*.143. *num*.3. *part*.6. *decis*.82. *num*.6.*part*.7.*rec.* 6.

Quemadmodum nec officere visum fuit Magistratui, quod Senatus per viam arresti personalis, & Prætor eiusdem commissarius per viam coactionis processerint, ideóque nulliter, Cephal.*consil*. 142. *num*. 38. *&* 39. Altograd. *consil*.5. *num*.53. *&* 54.*lib*.1.Caren. *resolut*.81. *num*.1.*& seq.* Sperell. *decis*. 79. *num*. 41. Bottiliet. *de success. abintestat. cap*.2.*Theorem*.84.*num*.4.Camarat.*respons*.1.*art*.1. *num*.37. Roui. *decis*.21. *sub num*.12. 7.

Dupliciter præter alias responsiones, quæ dari poterant huic obiecto occurrebatur, & primo quod ex voluntariis solutionibus tot annorum curriculo immediatè subsequutis, & successiuè continuatis, metus omnis, si quis suberat purgatus euaserit, vt ad rem post alios, Caren.*resolut*.59. *num*.86. Tondut. *resolut.Benefic*.145.*num*.8. Valer. *de transact. tit*.6. *quæst*.3. *num*.27. 8.

Deinde, quia præceptum Senatus iustè emanatum non incutit metum per quem resoluet nullitas actus exinde sequuti, ad quem effectum in iustitia mandati Iudicis, seu extorsio indebitæ obligationis prærequiritur, Gratian. *discept*.477. *n*.30. Merlin. *decis*.506.*num*.1. *& seq.* Rot. apud Cenc. *de cens. decis*.266. *num*.2. *seq. ac per totam*, *& decis*.389. *num*. 4. *& decis*. 391. *num*. 5. & latè prosequitur Staiban. Iun.*resolut*.75.*num*.3.*ac per totam*, vbi de obligatione facta fauore carcerantis, Contr. *discept*.58. *sub num*.37. Georg.*consil*.19.*num*.12. *lib*.2. 9.

Deductis supra addebatur nos versari inter pupillam, & Communitatem contrahentes, inter quas validè contrahitur etiamsi solemnitates non adhibeantur, Ludouis.*decis*.164.*num*.6.*&* 12. alios cumulat idem Propræses Melius *allegat*.12.*num*.53. *fol*.206. *lib*.1. Ferentill. ad Buratt. *decis*. 480. *n*.24. 25. *&* 26. Pigant. *ad stat. Ferr. rubr*.90. *num*.88. *& rubr*.91. *num*.38. Rot. *decis*. 269. *num*.22. *&* 23. *part*.9.*in* 1.*recent*.Rub.*de valid.legal. c*.69.*num*.76. *&* 77. Eoque minus Communitas sub prætextu defectus solemnium de nullitate constitutionis census conqueri potest, dum de eius euidentissima vtilitate liquido constat, si quidem pecuniæ pupillares cesserunt in extinctionem æris alieni erga Ducalem Cameram summoperè vrgentem pro satisfactione, vsque adeò vt imminerer distractio omnimoda iuris furnorum, ex qua communitas quindecim in singula centum passura 10.

erat.

erat. Ob quam verſionem ex actis concludenter
11. probatam, iuncta etiam tum euidenti vtilitate à prætenſa dictione nullitatis cenſus arcendum iure optimo cenſuimus, Rot. apud Cenc. *de cenſ. deciſ.19.num.2.& ſeq.& deciſ.27. num.*8. Mart. Ventur.*conſil.4.num.76.* eadem Rot. apud Pic. *ad ſtatut. Vrb. deciſ.60. num.*8. Maſtrill. *deciſ.13.num.9. &* 10. Trentacinq. *var.reſolut.8. num.4. tit. de minor. lib.* 2. Tomaſ. *de tutor. & curat. tit. 19. ſub num.3393. limit.2. fol.814.* Seraph. *deciſ. 1242. ſub num.3.* Gratian. *diſcept. forenſ.27. num.6.* Fenzon. *ad ſtatut. Vrb. Vet. D. Cap. ſub num.29. verſ. & quatenus admitteretur, fol.340.* Rot. *deciſ.160.n.16. part.8.recent.* Sperell. *deciſ.154. num.15. & 16.* Vbi quod non requiruntur ſolemnitates aliàs requiſitæ in contractu priuilegiati, quando nullum eſt dubium, quod alienatio ſit magis profutura. Lanfranc. Zacch. *de ſalar. quæſt. 39. num. 2.* Ciarlin. *controuerſ. 105. num. 48. & controuerſ. 183. num.3.* Quæ quidem euidentiſſima vtilitas vltra quod liquido ex inſpectione inſtrumenti apparet ex lapſu quoque triginta annorum multiplicato apertiſſimè præſumitur, Mantic. *deciſ.101. ſub num.2. verſ. neque obſtat,* cum aliis apud Ferentill. ad Buratt. *deciſ. 45. num.7.* quicquid in oppoſitum ſenſerit Rot. *deciſ.341. num. 19. part.9. tom.2. recent.* quippe quoniam concluſionem præter adductos comprobant Caſtill. *controuerſ. tom.4. cap.61. ex num.22.* Salgado *Labyr. credit part.1. cap.14.n.67. & part.2. cap.17. num.162.*

Ex lapſu annorum triginta duplicato non ſolum præſumptio ſolemnitatum inducitur, vt di-
12. cebamus, verùm etiam nullitatis dictionem præſcriptam remanere per Dominos ſubiungebatur, ex Donad. *de renuntiat. cap.18. num.17. & cap.43. num.* 10. Ioan. Caroll. Antonell. *de tempor. legal. lib.2. cap.65. num. 15.* cum cæteris apud V. Præſidem Melium *obſeruat.230. in princ.*

Nec ſuffragari videbatur Communitati petita
13. in integrum reſtitutio, ſub prætextu ignorantiæ, quam omnino concedendam defendunt, Crauet. *conſil.201. num.34.& ſeq.* Roland.*conſ.68. num.25. & conſil.72. num.48. lib.1.* Barz. *deciſ.101. num.13.* Hodiern. ad Surd. *deciſ.4. num.1.& 6.* Sperell.*deciſ.135. num.141.* Durand. *deciſ.426. num. 17.* Merlin. Pignat. *controuerſ.63. num.13. cent.2.* Botilier. *de ſucceſſ. abinteſtat. Theoremat.75. num.28.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib. 5. quæſt. 21. num.54.* à Coſta *de priuileg. credit. regul.3. limit. 3. num.55.* Card. Otthob.*deciſ.51.num.6.* & facit Rot. *in Romana Saluiani 10. Februarij 1640. num. 4. coram R.P.D.Veroſpio.* Si quidem contraria opinio dene-
14. gans reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem quadragenariam præualet, Theſaur. *deciſ.134. num.5.* Vbi etiam in additionibus, quod hæc opinio vera præexiſtat, & ſic iudicauerit Senatus ille, Surd. *deciſ.4. num.5.* cum adductis per Palm. *conſ.33. num.117.* Ioan. Caroll. Antonell. *de tempor. legal. lib.2. cap. 60. in fine*, vbi quod hæc opinio de rigore iuris ſit verior, Altograd. *conſ.94. num.71. lib.1.*

Ex pluribus inſuper hæc opinio comprobatur, & primo quidem quia ex multiplicatis ſolutionibus cenſuum, ac per plures annos continuatis
15. ignorantia conſtitutionis cenſus cauſatiua reſtitutionis in integrum omnino improbabilis redditur: Ideoque in integrum reſtitutio ceſſat. Surd. *deciſ.4. num. 7.* vbi Hodiern. *num. 52.* Rot. apud Pacific.de Saluian. *deciſ.255.num.4. & ſeq.* Sperell. *deciſ.135. num. 149.* Mart. Ventur. *conſ.45.num.78. verſ. quidquid*, Ioan. Caroll. Antoh. *de tempor. legal. lib.2. dict. cap.60. num.9.*

Deinde, & hæc ratio ex præcedenti inſurgit, quia opinio contraria forſan ſuſtineri poſſet in actibus momentaneis tranſeuntibus, & commodum potius priuilegiati, quàm onus præſeferen- 16.
tibus, quemadmodum in iis terminis procedunt authoritates in oppoſitum excitatæ, nam Roland. *conſ.68. num. 25. & per totum*, loquitur de ſententia perpetui ſilentij, & *conſ. 72. num. 48.* Vbi in materia proclamatum, *lib.3.* Surd. *conſil.28. n.78. & per totam*, vbi de alienatione rei Vniuerſitatis, Sperell. *deciſ. 135. num. 139. ſeq. ac per totam*, vbi pariter de alienatione, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.4. gloſſ.12. ex num.38.& clauſ.7.gloſſ.3.part.2. num.5. & deciſ.174. n.1.* Vbi articulum adeò difficilem renuntiat, vt Senatus ille, modò in vnam, modò in alteram opinionem deſcenderit, & tandem ſtylum iudicandi illuc inualuerit pro admiſſione reſtitutionis in integrum aduerſus quamcunque præſcriptionem quantumvis longiſſimi temporis, Franc. *deciſ.383. num.3. & 4.* Loquitur in diſtractione rei hoſpitalis, ſeu iure congrui cui præiudicatum non cenſetur per negligentiam Regentium in non oſtendendo Priuilegium, Gall. *conſil. 25. num. 60.* non facit ad rem. Nec cæteræ auctoritates ad præſentem caſum applicantur, ex quo agentes communitatis Fabinarum quamuis ſingulis quoque annis mutentur, quotidie tamen habent furnos, & eorum redditus ante oculos, & in ſatisfactionem cenſuum conuerti ſinunt, vt in propoſito inter momentaneos, & ſucceſſiuos actus optimè diſtinguunt, Surd. *conſil. 7. num.53. & conſil.45. num.51.* Rot. *deciſ.262. num.3. part.6. recent.* Durand. *deciſ. 426. num. 13. & 14.* Vbi tamen Rot. contrarium determinat, ex quo ſolutio erat æquiuoca, num ſcilicet eſſet pro canone aut cenſu, quæ conſideratio huic caſui non applicatur.

Vlterius ponderabatur controuerſiam hanc reperiri vltra terminos quadragenariæ, cum à die conſtitutionis cenſus, vſque ad litem motam pluſ- 17.
quam ſexaginta anni effluxerint, quo ſanè caſu excludi omnino reſtitutionem in integrum ſuadebant, Gabr. *de præſcript. concluſ.1. num.64.& 65.* Socin. iun. *conſil. 706. num.103. lib.1. & conſil.115. num.43.lib.2.& conſil.6.num.30. lib.3.* Roland.*conſil.59.num.27.& 28.ac per totum, lib.4.* Natt. *conſil.222. num.2. & conſil.456. num.27.* Staiban. iun. *reſolut.40. num.31. & 32.* Royaſ. *deciſ.63. num.1. & per tot.* Rota *in Bononicen. indemnitatis, 30. Ianuarij 1651. §. At omnis, ibi per ſpatium 50. annorum, & 22. Maij 1651. §. placuit enim, & verſ. & ceſſat, coram R. P. D. Albergato*, Concurrente potiſſimum ex pluribus ſcientia probabilis conſtitutionis cenſus, qua ſtante omnis remouetur amaritudo pro excluſione beneficij reſtitutionis in integrum, vt præter mox adductos comprobant, idem Roland. *dict. conſil.59. num.21. lib.4.* Benint. *deciſ.69. num.2. & per totam*, Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.8. per totam, & quæſt.90. n.28.* Vbi recenſent plures caſus huic applicabiles, in quibus neceſſariò arguitur ſcientia reſtitutionis in integrum excluſiua.

Cumque ex dictis liqueat ſolemnitates in effectu adhibitas ex lapſu temporis præſumi, & nullitatem obiectam præſcriptione cenſeri ſublatam, aut ſaltem profundiſſimam indaginem requirere, 18.
ideò appellationem Magiſtratus reiecit, Scac. *de appellat. quæſt.17. limitat.9. num.4. & ſeq.* Zacch.

ad Gallef. *de Cameral. obligat. quaest.*37. *num.*8. & *ibi* Rot. *post tract. decis.* 120. *num.*1. *& decis.* 222. *num.*7. Vnde in nihilo resistit, seu non applicatur, quod omissio solemnitatis impediat etiam vim,
19. & effectum obligationis Cameralis, veluti dependens ab inspectione instrumenti, Gallef. *de obligat.Camer.quaest.*3. *num.*3. *&* 4. & *ibi* Zacch. *n.*4. Merlin. *decis.*714. *num.*33. *&* 34. Pigant. *ad statut. Ferrar.rubr.*90.*num.*58. Procederet namque obie-
20. ctum si clarè constaret de euidenti nullitate, Rot. apud Zacch. *de Camer. obligat. decis.*27. *n.*2.

Neque prædictis resistere videbatur opposita aduersus præscriptionem prætensæ nullitatis census; Quod communitas excipiendo de ipsa census nullitate veniret, ideoque allegata præscriptione non attenta audiri deberet ex eo, quia
21. temporalia ad agendum perpetua ad excipiendum censeantur, Cæsaf. *decis.*42. *num.*31. Leoncill.*decis. Ferrar.*37. *num.*8. *&* 9. Rot. apud Post.*de manut. decis.* 622. *ex num.*16. Surd. *decis.* 64. *num.*35. Giouagn. *consil.* 71. *num.* 22. *lib.* 1. Rot. *decis.* 67. *num.*9. *part.* 5. *recent.* Donad. *de renuntiat. cap.*9. *num.* 155. Fontanell. *decis.*195. *num.*12.*& decis.*357. *sub num.*22.

Obiectum namque non applicatur ex quo communitas pluries lacessita ad soluendos census actionem nullitatis illius sibi competentem proponere neglexit. Vnde intrat singularis limitatio ad regulam generalem, temporalia ad agendum perpetua fiant ad excipiendum, vt procedat quando alias, & alio tempore requisitus non po-
22. tuisset nullitatem census opponere, aut deducere, quæ ratio huic casui non quadrat, ex quo in facultate communitatis semper extitit ab initio creationis census vsque, & per septuaginta annos nullitatem census per viam actionis allegare, vt optimè declarant Gomez. *var.resolut.tom.*2.*cap.*6. *prope finem*, Rot. apud Post. *de manuten. dicta decis.*622.*in fine*, Cod.Fabrian.*lib.*6. *tit.*13.*definitio.*6. Vbi quod euicto non currat præscriptio, ex quo ante euictionem agere omnino impediatur, Odd. ad rem *de restitut. in integrum*, *quaest.*35. *art.* 7. *num.*42. Barbof. *axiomat.*28. *vers.quando quis non potest*, Gratian. *decis.* 151. *ex num.*14. Mastrill. *decis.*102. *num.* 12. Laurent. *de Iudic. suspect. cap.*15. *num.*70.*& seq.* Nig. *de except.cap.*12.*§.*16.*sub n.*17. *exemplum in restitutione in integrum*, latè Carleual. *de Iudic. lib.*1. *tit.*3.*discept.*16. *num.*9. Fontanell. *dict. decis.* 195. *num.* 13. Atqui tantùm abest, quod communitas nullitatem census vnquam proposuerit, quod imò agnoscendo bonam fidem conscia illius subsistentiæ persoluerit.

Compilata iam decisione adhuc plurimum vrgere videbantur, Menoch. *cons.* 726. *per totum*, & Andr. Censal. *decis. Lucens.*80.*ex num.*24. Qui non obstante lapsu longissimi temporis, & præsumptione solemnitatum nullitatem alienationis rerum Vniuersitatis sustinent, præscriptionem acquirentibus non suffragari contendunt, omnique in casu vniuersitati restitutionem in integrum competere præsupponunt; Quorum tamen auctoritates non applicabantur, ex quo in casu Menochij nulla prorsus, nec enuntiatiuè interuenerat solemnitas, vt *dicto consil.*726. *à num.*1. *ad* 20. necessitas alienandi non vrgebat, vt requiritur ex Menoch. *dict. consil.* 726. *num.* 28. Alienatio pro soluendo ære alieno quorundam particularium, non autem communitatis successit, Menoch. *dict. consil.* 726. *sub num.* 20. *vers. nam in ipso*, *& seq. vsque ad* 28. de titulo inualido liquebat, quæ præscriptio validum facere nequit, Menoch. *dict. consil.* 726. *n.*40. *& seq.* & mala fides auctoris etiam successori; ex cuius persona non erat completa præscriptio officiebat, Menoch. *dict. consil.* 726. *ex num.*46. *in casu verò*, Andr.Censal. *dict. decis. Lucen.* 80. Præscriptioni tunc allegatæ resistebat statutum, defectus mandati, ineptitudo tituli, imperfectio contractus, & mala fides, quæ omnia in facti specie cessant, quemadmodum supra demonstrauimus, ideò dictas auctoritates plurimum conducere in comprobationem decisionis Magistratus existimauimus. Et ita, &c.

SVMMARIVM.

1 *Census super credito nulliter constituitur. Super pretio rei emptæ inualidus est*, *n.*2.

3 *Transactio super iure claro, ex falsa causa inita non sustinetur. A communitate contracta requirit solemnitates*, *num.*4.

5 *Contractu annullato sicuti res cum fructibus restituitur, ita & pretium cum interesse.*

OBSERVATIO II.

RESCISSO, seu irrito declarato præcedenti contractu venditionis Iurnorum, loco restituendi pretium emptori, super eo annuum constituit censum cum onere suscepto soluendi annuatim octo in singulo centum, quem etiam per plures annos soluit eadem communitas Castaneolat. vsque quo de illius nullitate iudicialiter conquesta fuit, in quo sanè iudicio decreta manutentione in quasi possessione exigendi census Palmæ creditori Senatus facultatem iudicandi super meritis sibi reseruauit.

Quoad merita autem census adeò euidenter nullus præexistebat, vt vix istud in controuersiam reuocari posset, quia constituere censum super credito, quantumvis indubitato contra for- 1.
mam constitutionis Piatæ de directo dicitur, Manent. *consil.* 94. *num.* 6. *& seq.* Gratian. *discept. for.* 321. *num.* 18. in quo articulo nil refert, quod contrarium sustinere contendat, Surd. *consil.* 162. *num.* 38. si quidem illius doctrinam communiter reprobatum, Cenc. *de cens.quaest.*33. *num.*4.*& seq.* Rota *decis.*116. *num.*14. *part.*6. *recent.* Gratian. *in addit. ad decis.*224. *num.*11. *post primum volumen disceptationum*, *& discept.*853. *num.*36. *&* 37. Caren.*resol.*201. *num.*2.*& seq.* Ioan. Franc.Andr.*controuers.*226. *num.*5. Rot. post Contr. *decis.*139. *sub num.* 4. *vers. hoc tamen*, quatenus requirit gratiam Pontificis pro validitate census super credito creati.

Et signanter quod census super pretio rei venditæ, seu emptæ per creditorem illius validè non 2.
constituatur, post alios animaduertunt, Gratian. *discept. forens.*588.*n.*2.*&* .3 Cenc. *de cens.quaest.*48. *num.*21. *& seq.* Leotard. *de vsur. quaest.*41.*num.*26. *& seq. & quaest.*80. *num.* 46. *& seq.* Rota *in Narnien. census* 26. *Iunij* 1618. *num.*1. *coram R. P. D. Albergato.*

Inde ergo cum iura ipsius communitatis vndique clara præexisterent, ad transactionem propterea non nisi nulliter deuentum extitit, quia transactio super iure claro, atque ex falsa suppo- 3.
sitione inita, nullius roboris euadit, *l.*1.*ff.de transaction.* Ioan. Anton. Bellon. *consil.*79. *num.*1.*& seq.*

Prat.

Pract. *discept.forens.*17. *num.*60.*& seq.* Ioan.Franc. Andr. *controuers.* 246. *num.* 16. 17. *&* 18. Ludouis. *decis.* 149. vbi Beltram. *in annot. sub num.* 5. *vers. neque lis calumniosa*, Redenasc. *cons.*48. *n.*38.

4. Omnique in casu huiusmodi transactio à communitate contracta solemnitates iam recensitas requirebat, ad notata per Doctores, *in l.*1. *C. si aduers.transaction.* Menoch. *consil.*73. *num.*1. & in proposito latè Gratian. *discept.* 861. *num.*6. *& per totum.*

5. Dum igitur ex prædictis tam constitutio census, quam transactio corruant, & per ipsos contrahentes à venditione Iurnorum voluntariè recessum fuit. Quemadmodum communitas Iurnos retrohabuit, & exinde quoque fructus annuos percepit, ipsa etiam erga emptorem Iurnorum ad pretij restitutionem vna cum interesse in rationem quoque pro centenario obstringitur ex æquitate, *l.curabit* 5. *C.de act.empt. l. vtere* 14. *l. si prædium* 16. *in fin. Cod.de præd. minor.* Cacheran. *decis.*160. *num.*16. Menoch.*cons.*888. *num.*1.*& seq.* Simoncell. *de decret. lib.*3. *tit.*7. *num.*18. Honded. *cons.*34. *num.*34.*lib.*2. Cyriac. *controu.*303.*num.*97. *& seq.*& *contron.*500.*n.*43. *& seq.* & *contr.*535.*n.*21. Thomas.*de tutor.& curator.tit.*19.*num.*255.*fol.*790. Ideoque non potuit communitas nec transigere, neque condemnari à die distractionis Iurnorum, nisi in quinque pro singulo centenario, vt tandem in Senatu sic iudicatum extitit.

SVMMARIVM.

1 *Contrapositio partitarum compensationem, & extinctionem debiti operatur.*
2 *Delegatio non dicitur, quando cedens promittit dubium cessum verum, & exigibile. Non inducitur nec nouatio, quando creditor non vult delegantem liberari, nisi receptis pecuniis à delegato, n.*5.
3 *Delegationis requisita quæ sint.*
4 *Cessio debitoris facta pro soluto liberat cedentem.*
6 *Reseruatio facta absente cedente non impedit eius liberationem.*
7 *Obligationis liberatio semel inducta non reuiuiscit.*
8 *Cedens liberatur ex dilatione per Cessionarium concessa debitori cesso, & n.*14. *Promittens nomen cessum exigibile tenetur illud præstare, n.*10.
9 *Cessionarius non agit contra cedentem, nisi excusso cesso, & n.*11. *Declara, vt num.*12. *& num.*13.
15 *Protestatio facta absente parte eam non afficit.*
16 *Nouatio contra pupillos non inducitur. Declara, vt num.*17.

OBSERVATIO III.

EX facti serie per extensum nobis transmissa, in iure dubium oritur, an DD. Fratres de Serra Genuenses post acceptatam cessionem nominis debitoris de persona D. Iulij Cæsaris, atque librorum adaptationem per contrapositionem partitarũ in creditum cessionarios, debitum nominis cessi, & exonus cedentis sub prætextu non factæ exactionis à nomine debitoris cesso aduersus cedentem, dicti fratres actionem ius, & regressum habere valeant.

Dixi dictis fratribus nullam amplius aduersus cedentem competere actionem, ea fretus ratione, quia ob contrapositionem ad partitam debiti cedentis quantitatis cessæ, & constitutionem debitoris cessi in libris fideicommissariorũ proportionabiliter, atque ad ratam cedens liberatus remansit, Paul. de Castr. *in l.delegare* 11. *sub num.*3. *versic. secus si scribit in lib. ff. de nouat.* Dyn. *cons.*17.*sub num.*4. *vers.contra videtur*, Socin.sen. *cons.*64.*sub num.*7.*vers.& hoc maximè*, *lib.*3. Rot. Gen. *decis.*2. *num.*25. *in fin.* & *num.*26. vbi quod hoc modo sæpè per Mercatores fieri soleant solutiones, Ludoui. *decis.*366. *num.*5. Mantic. *de coniect. vlt. volunt.lib.*11.*tit.*19.*num.*35.*in fin.* Mart. Medic. *decis. Senen.*66. *num.*25. *&* 26. *ac per totam*, vbi plura ad præsentem controuersiam conferentia examinat Scac. *de commerc. & camb.* §.2. *gloss.*5. *sub num.*245. *vers. & tamen promissionem scribendo loco solutionis recepta*; Rot. *decis.*35. *num.*5. *part.*5. & *decis.*286. *num.*16. *part.*7. *recent.* Raphaël.de Turr.*disp.*2.*quæst.*8.*num.*56. & faciunt tradita per Altograd. *cons.*4. *num.*39. & melius *cons.*6.*num.*46.*&* 47.*lib.*1. Cardinalis Otthob. *decis.*55.*num.*2. Censal. *decis. Lucens.*11.*num.*16.*&* 54. Afflict. *decis.*353. *sub num.*5. *vers. maximè quia in libris Banchi*, Castell. *decis.*46. *num.*2. vbi quod paria sint soluere, vel quod quis se scribat debitorem consentiente creditore, Gail.*de credit. cap.*2. *tit.*7.*num.*2414. ibi, quia descriptio, & positio illa in credito habet vim veræ solutionis, Amat. *var. resol.*7.*num.*26. Rota *in Romana pecuniaria* 31. *Iulij* 1648.*num.*1. *coram Eminentiss. Corrado.* 1.

Neque obstat quod cedens se obligauerit pro manutentione nominis debitoris, & de faciendo illud verum reale, & exigibile, & cum promissione rati ipsiusmet debitoris, quæ obligatio operatur, ne huiusmodi actus terminos simplicis cessionis excedat, ac consequenter, quod neque cedens liberatus remaneat, Surd.*decis.*23. *sub n.*9. Gratiam *discept. forens.*64. *num.*1. Scac. *de commerc. & camb.* §.2. *gloss.*5. *num.*286. Hodiern. ad Surd.*decis.*187. *sub quinto requisito*, alios indicat Olea. *de cess. tit.*7.*q.*3.*n.*27. Rota apud Contr. *decis.*62.*n.*9. 2.

Quoniam cum paucis ab inde mensibus pro quantitate cessa cessionarij obligationem de soluendo eiusdem D. Iulij Cæsaris per stipulationem receperint, nulla subest ampliùs controuersia, quin inducta fuerit delegatio; siquidem omnia ad id requisita concurrunt, primum scilicet, quod delegatus est debitor delegantis; secundum quod promisit soluere creditori tanquàm ipsius delegantis debitor, tertium; quia mediante actu expresse stipulationis promisit, Glos.*in l.si Stichum* 8. *ff. de nouat.* Dec. *in l. singularia* 15. *num.*27. *ff. si cert. pet.* Rot. *decis.*438.*num.*4.*part.*1.*recent.*& coram Ludouis. *decis.*217. *num.*3. *&* 5. Cyriac. *controu.*214. *num.*31. Mart. Medic. *decis. Senens.*66. *num.*8. *&* 9. Ferentill. ad Buratt. *decis.*487.*n.*11. *vers. est item necessarium*; Altograd. *cons.*6. *n.*59. *& seq.* Thomas.*de tutor.& curat.tit.*19.*sub n.*45421 Cost. *de priuileg.creditor.reg.*2. *ampliat.*6. *ex n.*50. Rot. apud Contr. *decis.*62. *num.*2. Hodiern. ad Surd. *decis.*187. *num.*5. Raph. de Turr. *de camb. disp.*2. *quæst.*8. *num.*41. *cum seqq.* Scac. *in simili tract.* §.2. *gloss.*5. *n.*281. 3.

Vnde cum ex prædicta stipulatione nomine debitoris delegatum, seu cessum non amplius pro soluendo, sed iam soluto haberetur, cessabat propterea omnis obligatio à cedente manute- 4.

nendi illud exigibile, reportandi ratificationem, ac curandi solutionem *l. Pupilli 96. §. soror, ff. de solut.* Surd. *cons.145. num.28. 29. ac per totum*, Rota *decis.392. n.19. & seq.* & *n.24. part.5. recent.* Buratt. *decis.754. num.1. & 2.* Thomat. *decis. Macerat.29. num.1.* Rota apud Contr. *d. decis.62. num.4. & 5.* & *num.10.*

Sicuti neque resistit, quod dictam acceptationem nominis cessi de persona D. Iulij Cæsaris, cum præseruatione iurium & hypothecarum aduersus quoscunque, & præsertim contra cedentem fecerint, per quam tantum abest, quod per
5. delegationem cedens liberetur, quin potiùs iura, & actiones aduersus eundem cedentem, in suo robore consistant, atque fideicommissarij de eis cessione non refragante experiri possent, Surd. *d. decis.23. sub num.9.* Cyriac. *contr.214. num.29.* Scac. *de commerc. & camb. d. §.2. gloss.5. num.286.* Hodiern. ad Surd. *d. decis.187. sub num.4. in quinto requisito*, Mastrill. *decis.40. num.6.* Marc. Medic. *ad decis. Senens. examin.41. num.41.* Arias de Mes. *lib.1. resol.43. num.2.* Rota apud Contr. *d. decis.62. num.5.*

Pluribus namque istud quoque obiectum remouetur, & primo, quia dicta reseruatio tanquam
6. facta in absentia, ac sine consensu cedentis eum non afficit, ad tradita per Chartar. *decis.13. num.8. & 9.* Caren. *resolutione 90. num.36. & seq. lib.1.* Secundò, quia cum simpliciter, & absque vlla plica ab huiusmodi protestatione Iurium præseruatiua fuerit recessum, amplius in consideratione haberi nequit, fideicommissarij partitar. contrapositionem absolutè fecerunt, per quam inducta
7. semel fuit liberatio obligationis, quæ postea resurgere, aut reuiuiscere non potuit, arg. *l. fin. ff. de pact. l. fin. C. de remiss. pignor.* Surd. *decis.263. per tot.* cum *ibi* notat. per Hodiern. Tertiò, quia fideicommissarij ex pluribus successiuè fidem debitoris delegati secuti sunt, & potissimum non tam ex contrapositione sæpiùs memorata partitar.
8. quam & multò magis ex dilatione ad soluen. in Nundinas apparitionis anni 1631. quo ipse Iulius Cæsar decessit, vt ad rem optimè ratiocinantur, Socin. sen. *d. consil.64. num.7. vers. secundò, quia à die, lib.3.* Matt. Medic. *d. decis. Senen.66. n.27. & seq.* Olea. *de cess. iur. tit.7. quæst.3. num.43.* cum tamen seclusa huiusmodi dilatione debitori per fideicommissarios impertita, dies solutionis partim per totum annum 1629. & partim in annum subsequentem cederet. Quartò, ac demum quia vbi reseruationes prædictæ adhuc cum virtute suum operandi effectum starent, non possent fi-
9. deicommissarij agere contra nostrum principalem qui delegauit, nisi priùs iudicialiter pulsato, ac firmiter excusso debitore delegato, Ruin. *consil.45. sub num.4. & 5. lib.5.* Cyriac. *controuers.214. num.38.* alios cumulat Olea. *de cess. tit.7. quæst.3. num.37.* Thom. *d. decis.29. à num.18. ad 33.* Rot. apud Contr. *d. decis.62. num.13.*

Istudque adeo verum esse existimamus, vt procedat etiam admisso, quod per dictas reseruatio-
10. nes iurium, & promissiones manutenendi nomen debitoris cessum exigibile in simplici cessione versaremur, ex Surd. *d. decis.23. sub num.9. & 10.* & Scac. *de commerc. & camb. §.2. gloss. num.298.* cum adductis *suprà, num...* quibus addo Gratian. *discept. 527. per tot.* Pen. *decis. 663. num. 4. & 5.* Thomat. *decis. Macerat.29. num.4. & 5.* vbi quod promittens nomen debitoris cessum exigibile teneatur etiam vltra tempus pro quo se obligauit, Thomat. *dict. decis. Macerat. 29. num.3. 4. & 5.* Si quidem hoc inquam citra veritatis noxam præsupposito, non ideo fideicommissarij ex abrupto aduersus cedentem regressum habere possunt, sed ita demum adhibitis contra nomen debitoris cessi diligentiis, illisque ad finem perductis, atque 11.
à iudice, vbi non potuissent exigere consecuta declaratione debitorem cessum fuisse sufficienter excussum, & non repertum soluendo, hoc enim adamussim præmisso, tunc in cedentem iure optimo pro satisfactione se conuertit Scac. *de commerc. & camb. §.2. gloss.5. num.255. & 256.* Ruin. *consil.44. num.67. & 8. lib.1.* Cyriac. *controuers.110. num.7. & controuers. 375. num.17.* Thomat. *decis. Macerat.29. num.27. & seq.* Caracc. *decis.24. n.10.* Altograd. *cons.37. à num.27. ad 31.* Cenc. *de cens. quæst.72. sub num.23. vers. Cæterum in iis etiam casibus, in quibus cedens*, Mangil. *de euict. quæst.79. num.16.* cum adductis per Caren. *resol.143. num.11. & 12.* Merlin. *de pignor. & hypoth. lib. 5. quæst. 5. num.9. & seq.* Staiban. iun. *resol.96. num.16. & seq.* Arias de Mes. *lib.1. resol.43. num.28.*

Verumtamen hæc ex abundanti dicta sint, cum meo principali sufficiat, quod tam de tempore cessionis quam de tempore quo D. Iulius Cæsar 12.
debitor cessus solutionem facere obstringebatur, idoneus, atque soluendo existeret, Bec. *consil. 105. num.13. & seq.* Cenc. *de cens. quæst.72. sub num.23. vers. declaratur secundò*, & apud Rot. *decis.476. num.1. & seq. & decis.516. n.4.* Caren. *d. resol.143. num. 10. lib.1.* Vnde contraria opinio à nobis superiùs recensita in tantum sibi locum vindicaret, in quantum etiam ante aduentum diei debitor non esset soluendo, istudque culpa, facto, aut ne- 13.
gligentia cessionatij non euenisset, in quibus terminis transeunt, Gratian. *discept.527. num.7. & 8. & decis.* quas recenset Rota apud Merlin. *de pignor. & hypoth. decis.146. num.17.* quicquid in oppositum sustinere nitatur Staiban. iun. *resolut.67. à num. 1. ad 16.* qui demum pro sua sententia ad priuilegium dotis confugit.

Et quod omnem prorsus dubitationis nebulam dissipat, est, quod in facti specie cessionatij non contenti de obligatione, & promissione cedentis nostri principalis, nouam exegerunt obligationem ab eodem debitore cesso, prorogata quoque ei dilatione ad soluendum cum alteratione circa interesse in futurum decurrendum, & proinde ipsimet cessionarij approbarunt personam debitoris cessi pro bono, & exigibili, mediante nouo contractu, & obligatione inter eos facta,
per quam principalis noster cedens, non obstante 14.
eius promissione de faciendo nomen illud bonum, & exigibile liberatus extitit, nec vlterius erga cessionarios ad quicquam tenetur, vt post alios animaduertit Menoch. *consil. 778. sub n. 13. vers. quintò, & vltimo*, quem sequuntur Cenc. *de cens. d. quæst.72. sub num.23. vers. limitatur tertiò*, Caren. *d. resol.143. num.9. in fin. lib.1.* Neque
protestatio facta per fideicommissarios de non re- 15.
cedendo à prioribus hypothecis, ac iuribus, tanquam emanata post cessionem in absentia cedentis releuat, ex Rot. apud Pacific. de Salu. *decisione 146. sub num.5. vers. non obstat quod ista*, Merlin. *de pign. & hypoth. lib.5. quæst.30. n.24.*

Demum neque refragatur hic agi de interesse
pupillorũ, contra quos de iure nouatio non indu- 16.
citur, ex Caren. in causa fratris mei *resolut.71. n.9. ac per tot. lib.1.* Thomat. *de tutor. & curat. tit.19. num.4477. & seq. fol.951.* quoniam cum fideicom-

missarij

missarij delegationem bona fide receperint, ideo-
17 que per eam delegans liberatus remanserit, *l. si pupilli 66. ff. de solut.* Montan. *de tutel. c.32. reg.9. num.*121. Altograd. *d.consil.6. num.65. & 66.* Thomas. *de tutor. & curat. tit.19. num.* 4542. & antea *num.* 4477. Eoque magis quia versamur in fideicommissariis, seu tutoribus testamentariis, eandem quam testator, & pater in filios habebat administrationem, habentibus.

SVMMARIVM.

OBSERVATIO IV.

BONA Ecclesiarum Mantuæ in duplici constituuntur differentia ab eis nonnulla continuò abdicata, & in vassallos, emphyteutas, aliosque quomodolibet recognoscentes distributa adeò existunt, vt in commercio, atque ad instar allodialium reputentur, ideoque Paulina constitutio *in Extrauag. Ambitiosè de rebus Eccles. non alien.* quoad contractus, dispositiones, & distractas quasdam solemnitates præscribens in eis vsu vnquam recepta non extitit,
1 quin potiùs ab immemorabili contraria viget consuetudo, iuxta quam solo Domini assensu in aliquibus ex prædictis bonis interueniente in quoscunque alienentur, vt dixi cæteris relatis, *allegat.* 13. *num.* 1. *lib.* 2. Rota *in Mantuana bonorum 16. Maij 1654. coram Reuerendissimo Cerro,*
2 quæ quidem consuetudo non tam lippis, & tonsoribus, quam etiam fœminis nota est, ex Cyriac. *controu.*113. *num.*20. dixi *allegat.*1.*n.*64. *lib.*2.

In quibus verò ob latitudinem facultatis disponendi in origine concessionum impertitæ etiam
3 Domini assensu non adhibito vsus alienandi obtinuit, ex Rot. *decis.*187. *sub num.6. part.2. diuers.* Bursatt. *consil.* 49. *num.62. & seq. & consil.50. sub num.* 36. *vers. rursusque*, dixi *allegat.* 26. *lib.* 1. & *alleg.*1. *num.*4. & 69. *lib.*2.

Hinc si feudum, vel emphyteusis ad Ecclesiam reuertatur in absoluta Episcopi, aut Rectoris resident voluntate ad libitum de eo in quem maluerit disponere iuris æquitate neglecta, quæ proximioribus prælationem præbet, ex cumulatis per nos 4
allegat. 14. *num.*15. *fol.* 243. & *allegat.* 18. *num.*99. *fol.* 334. *lib.*1. & nunc addo Rot. *in Farfen. bonorum* 4. *Decembris* 1644. §. *Et prædicta, coram Eminentissimo Corrado impressa, decis.*317. *part.9. tom.*1. *recent. & in Rauennaten. emphyt.*19. *Ianuarij* 1646. *in princip. coram Reuerendissimo Dunozetto, & in Callien. bonorum* 8. *Aprilis* 1647. §. *iniustitia, &* 24. *Ianuarij* 1648. *in princ. & in* §. *iniustitia, coram Reuerendissimo Meltio, impressa, apud Salgad. in Labyrinth. credit. decis.* 28. & *decis.* 29. & *in Bononien. bonorum emphyteuticorum* 10. *Iunij* 1648. *num.* 4. *coram Reuerendissimo Verospio*, istudque sibi locum vindicat ob alteram consuetudinem in illis Regionibus practicatam, & de qua Bursatt. *consil.* 60. *sub num.6.* dixi *allegat.* 43. *num.39. lib.2.* vbi, & alibi reprobaueram inutiliter, tamen eandem consuetudinem, vigore cuius relictis proximioribus, extranei ad inuestituram admissi fuerunt, & non sine fundamentali ratione, quia quicquid aliàs de iure obseruandum in hac materia 5
renouationis veniret, consuetudo præponderat, Rot. *in d. Callien. bonorum* 8. *Aprilis* 1647. §. *iniustitia, vers. quam ex consuetudine, &* 24. *Ianuarij* 1648. §. *iniustitia, coram Reuerendissimo Meltio impressa, apud Salgad. vt quinta.*

Quemadmodum nec deficit ratio, ob quam bona huiusmodi allodialium instar, non adhibitis Paulinæ, minúsve aliis solemnitatibus alienantur, quoniam sic quoque ante editionem constitutionis prædicatæ obseruabatur, & conse- 6
quenter, iuréque meritò per præfatam extrauagantem præcisè iam concedi solita excipientem inducta non fuit necessitas aliqua adhibendi solemnitates ab eadem præscriptas in hisce bonis, ante eam Concilium Lateranense, & ab immemorabili in commercio præexistentibus, examinabam, *alleg.*1. *num.*44. & *seq. lib.*2. latiúsque prosequitur Noal. *consil.*81. *per tot.*

In quibus sanè terminis, vt eorum lectura pandit, procedunt tradita per Bursatt. *cons.*55. *num.*20. 7
per nos *alleg.*11. *num.*45. *lib.*1. & per Manent. *decis. Senatus, seu verius voto eius particulari* 74. *per totum.*

Nonnulla verò corporibus Beneficiorum fixa inhærent, seu per deuolutionem, aut commissum 8
ex lapsu temporis tacitè, vel per expressam Dominorum declarationem directo inabdicabiliter consolidantur, Bart. & Luc. de Pen. *in l. si vacantia, C. de Bon. vacant. lib.*10. Menoch. *cons.*79. *n.*14. Viu. *decis.*534. *num.*8. alios cumulat Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.*9. *sub n.*16. *vers. quarta opinio*, super quibus certè transactiones, contractus, dispositiones, & actus abdicatiui, absque solemnitatum Paulinæ concursu 9
iniri nequeunt, quemadmodum in ea latiùs disponitur, & animaduertunt Menoch. *de arbitr. cas.*433. & *de Præsumpt. lib.*6. Rot. *decis.*311. *n.*3. *part.*2. *diuers.* Fulgin. *de emphyt. vbi suprà*, *n.*15. Rot. *in Roma. domus* 3. *Martij* 1625. *num.*1. *coram Reuerendiss. Dunozetto.*

Circa quod omnis labor redditur superfluus, dum quotidie commissiones si in euidentem à Sancta Sede per Ecclesias, & Laicos impetrantur

dum super nullitatibus concessionum, aut distractuum rerum Ecclesiasticarum, toties conceditur, ob non adhibitas solemnitates contractus
10. pluries rescinduntur, ex quibus dictam constitutionem Mantuæ vsu receptam euitabiliter conuincitur, Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Alienatio, n.*48. Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. q.*16. *num.*7. *prope fin.*

Vnde cum iam Illustrissimus Episcopus Mensæ Capitulari in augmentum cultus Diuini, ac frequentiorem interessentiam celebrationi Officiorum proprietatem hanc inalienabiliter applicauerit, inde propterea fit, ne Capitulum Cathedralis
11. Ecclesiæ solemniter iam acceptata donatione, nisi præmissis solemnitatibus remittendo rem donatam Illustriss. D. Marchionissæ Castobarchensis Valentæ transigere valeat, ex Rot. apud nos *fol.*45. *num.*17. *&* 18. *lib.*1. Adden. ad Bursat. *decis.*690. *gloss.*3. Rot. *in Elnen. Portionum* 27. *Aprilis* 1648. §. *Neque beneplacitum*, Royas, *nunc inter eius impressas decis.*364.

Eaque propter non resistant, quæ præsupposito indubitabili vsu eiusdem Constitutionis Pontificiæ in Dominio Mantuano subiungebantur, seu magis applicationem ad præsentem controuersiam non recipiant. Esto enim citra veri præiudicium, quod Prælatus non acquirere hæredita-
12. tem delatam, non adire, & legatum repudiare absque solemnitatibus posset, ex quo actus iste alienationem non inducat, *l. alienationis* 28. *ff. de verb. oblig. l. qui autem* 6. *ff. quæ in fraud. cred.* Nau. *cons.*441. *num.*12. *& seq.* Rol. *cons.*15. *lib.*1. Menoch. *cons.*73. *num.*8. *& seq.* & *de arbitr. cas.*171. *num.*76. *cent.*2. Bellet. *disq. clerical. part.*1. *tit. de creditore*, §.5. *num.*21. Rot. *decis.*30. & *decis.*233. *num.*6. & *decis.*284. *part.*3. *diuers.* Cum cæteris ex aduerso deductis, & plenius cumulatis per nos *alleg.*14. *num.*4. *lib.*3. & nunc addo Valerin. *de contract. tit.*4. *quæst.*1. *n.*7. *& seq.*

Adhuc tamen Capitulum Cathedralis ad institam transactionem deueniendo super iuribus donatis solemnitates præmittere omninò obstringeretur, postquam donationem acceptauit, acceptationémque ipsam in humili responsione data percunctanti concordiam nomine Serenissimi tacitè inclusit, maximè cum nullibi constet, quod iura ex donatione perfecta non acquirere, spémque ea effectualiter consequendi dimittere intellexerit; Vnde dum in facto euitatur obiectum circa ius quælibet indagatio laboriosa potius, atque inanis, quam profutura commodúmque afferens diiudi-
13. caretur; Iurium namque renuntiatio, aut cessio absque solemnitatibus iuribus non subsistit, Gloss. *in* §.1. *authent. de non alienan.* Doctores *in cap. Nulli, de rebus Ecclesi. non alien.* Buratt. *decis.*690. *num.*11. & latiùs examinaui *alleg.*70. *num.*10. *seq.* & *per tot. lib.*3. Rot. *in Comen. funeralium* 16. *Martij* 1654. *n.*14. *coram R. P. R. Meltio.*

Pari quoque ratione alia ponderatio circa existentiam possessionis penes aduersarium prosternitur, quippe quoniam Locumtenens A. C. mandatum de manutenendo ei quidem decreuit; Verum causa per appellationem ad signaturam Sanctiss. deuoluta, & coram ea ad trutinam iuris, partibus vtrinque acerrimè informantibus reas-
14. sumpta, appellationi sic interpositæ, quæ alias à mandato manutentionis concedi non consueuit, Nau. *cons.*121. *num.*4. *&* 9. Peregr. *cons.*96. *n.*4. *lib.*3. Giouag. *cons.*8. *num.*110. *lib.*1. Thomat. *decis. Macerat.*7. *num.*116. Post. *aliis congestis de Manuten. Obseruat.*106. *num.*1. *& seq.* adhæsit signatura, causámque sacro Rotæ Auditorio cum facultate manutenendi quem de iure remisit, vbi dubio circa eandem manutentionem rerum disceptato contendente vtraque parte se possidere, réque in ancipiti circa possessionem detecta cognosci de bono iure sacrum Tribunal demanda- 15.
uit, successiuéque de eo in fauorem Mensæ Episcopalis liquere dixit, quod cum suppositam ex aduerso detentationem absorbeat. Milanens. *decis.*3. *num.*175. *&* 176. *lib.*1. Post. *de Manuten. Obseruat.*42. *sub num.*149. *& post tract. decis.*202. *num.*11.

Ideo sub clypeo existentiæ possessionis penes aduersarium Capitulum sine solemnitatibus transigere, aut proprietatem dimittere nequit, ex quo enim audientiam aduersus decisionem fauorabilem Episcopatui reportauerit, non ideo institit, & illius bonum ius offuscatur donec cum effectu 16.
ab eadem resolutione fuerit recessum, Rot. *decisione* 337. *num.*10. *& seq. part.*1. *recent.* Ludouis. *decis.*524. *num.* 4. *& in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 21. *Iunij* 1647. §. *quia licèt*, *coram Reuerendissimo Meltio.*

Præterquam quod, quicquid somniauerint præcitati Doctores, damnatáque eorum doctrina, magis communiter in contrariam opinionem nouissimè declinatum apparet, & non nisi cum interuentu solemnitatum transactio etiam super re 17.
penes transigentem cum Ecclesia existente permittitur, Pinell. *in l.*1. *part.*3. *sub num.* 45. *in fin. C. de Bon. matern.* Gratian. *discept.* 476. *num.* 16. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 418. *num.*17. Ferentill. ad Buratt. *d. decis.*690. *in fine annotationum*, & de veriori, Rot. *decis.* 270. *num.*7. *part.*4. *recent.* vide quæ dixi, *alleg.*14. *& allegat.*70. *lib.*3.

Cui quidem distinctioni communiter receptæ accedit altera in proposito per Doctores excogitata, vt nimirum quælibet hæsitatio circa obseruantiam Paulinæ versetur, quoad pœnas à contractu extrinsecas ac personis contrahentiũ com- 18.
minatas, vt puta censurarum, priuationis beneficij, & similium, secus autem quoad intrinsecas, & nullitatem actus concernentes, Nauar. *in manual. confess. cap.* 27. *sub num.*149. Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. q.*16. *sub n.*5. *vers. dicit quod.*

Nec obstaret, si insisteretur, quod donatio ab Illustrissimo Antistite suo Capitulo facta de bonis, & iuribus vitio litigiosi affectis sit ipso iure nul- 19.
la, nec per eam dominium, vel possessio aliqua in donatarium transferatur ex censura tum iuris Cæsarei, tum Pontificij, ac Doctorum traditione, *l. fin. C. de litig.* Bart. *in l. vnica*, §. *primò*, *n.*2. *ff. de litig.* dixi *allegat.* 1. *n.*101. *& allegat.* 27. *n.*32. *fol.*496. *lib.*1. Surd. *decis.* 172. *num.* 8. Gratian. *discept.* 502. *num.* 29. Vitell. *conclus.* 87. *num.* 85. *in verb. Alienatio*, Rot. *decis.*670. *num.*8. *part.*4. *tom.*3. *recent. & in Bononien. transactionis* 25. *Febr.* 1639. §. *secundò, quia lis*, *coram bon. mem. Merlino*, *inter eius impressas decis.* 799. *n.*4. *&* 5.

Si quidem pro validitate donationis sufficit, quod illius executio, & effectus in tempus habile, & permissum, videlicet post obtentam victoriam collatus appareat, quia actus, tempore in- 20.
habili emanatus, in tempus habile dilatus sustinetur, Salicet. *in Auth. nisi hæres*, *C. de litig.* & benè explicat Gratian. *discept. forens.*464. *n.*207. *& seq.* Vltra quod iura super litigiosis contrahi vetantia nullitatem actus non inducunt, sed pœnas

21. nas contrauenienti instigunt adeo quòd contrà acquirentem res postea iudicata absque processu exequi valeat, Gratian. *discept.502. num.35.& 37. ac per totam*, Merlin. *de pignor. & hypoth. lib. 1. quaest. 18. num. 24.* Rota *in Romana haereditatis de Gratianis 26. Iunij 1651. in princ. coram Reuerendissimo Bichio impressa apud nos ad Castill. de Alimentis, decis. 67.* Omnique in casu eorum dispositiones afficiunt, quando rei litigiosae dominium, seu possessio ab alienante in tertium acquirentem, lite adhuc durante in effectu transeunt.

Quoniam verò Ecclesia iustitiae, & aequitatis cultrix esse debet, Mart. Medic. *examinat.12.n.29.* & ad rem dixi, *allegat.32. num.16.lib.2.* Maiorémque redolet benignitatem lucrosa compositio,
22. quam dispendiosa contentio; & bonorum penes Ecclesiam retentio, ex Rota *in Cesenaten. seu Sarsinaten. emphyteusis 17. Iunij 1640. §. nec huiusmodi, vers. benigne videntur egisse Episcopi, coram Ghislerio.* Hinc igitur concordiam consulerem.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio ad euitandam caducitatem non fit de credito diuersar. personar. Declara, vt num. 15. Praesumitur quod fuisset apposita ad euitandam solutioonem, si debitor ex alio capite fuisset creditor; num.2. Non intrat cum credito anteriori, num. 3. Non fit de caducitate incursa, sed tantum de incurrenda, num. 4. Ipso iure ad euitandam caducitatem inducitur; num.9.*

5 *Emphyteuta probare tenetur canonum solutionem. Indebitè litibus affectus excusatur à caducitate ob non solutos canones, n.14.*

6 *Senatus veritate inspecta iudicat.*

7 *Morae purgatio de aequitate etiam post declaratam caducitatem admittitur, & n.8.*

10 *Caducitatem ad euitandam sufficit credulitas. Ad incurrendam requiritur cessatio triennalis in solutione canonum, n.13.*

11 *Pactum incurrendae caducitatis ipso facto vbi non soluatur canon, intelligitur triennij lapsu in emphyteusi priuata. Nisi adsit iuramentum, num.12.*

16 *Caducitati in dubio non esse locum pronuntiandum.*

OBSERVATIO V.

INEVITABILES omninò dum reputarem dubitationes per Excellentissimum Senatum aduersus Iacobum de Martinis releuatas, cogitaueram qualiter aliundè illius defensioni securius incumbere possem, num scilicet eundem ab intentata ob non solutos canones caducitate ope compensationis praeseruarem, cum dictus de Martinis tanquam cessionarius, ac Procurator vti in rem propriam Caesarae de Bersanis erga ipsum de Barberiis, in maiori quantitate creditricis praeexisteret, quam pro liuellis hactenus decursis debitor constitueretur Martinus. Circa quod illud solummodo dubietatem non modicam incutit, quia regulariter
1. compensatio non admittitur de debito vnius personae cum debito, seu credito alterius, minusve de eo, quod quis debet nomine proprio cum eo, de quo nomine alieno creditor existit, *l. in rem suam 18. §.creditor, ff. de compensat. l.eius 9. C.de compensat. l.si duo rei 10. ff.de duobus reis*, à Pont. *cons.95. num.12. lib.2.* Menoch. *cons.195. num.15.* Pedroch. *cons.28. num.6.& 11.* Ruin. *cons.74.n.19. in fin. lib.2.* Bero. *cons.46.num.7. lib.2.* Socin. iun. *cons.79. num.61. lib.3.* Surd. *cons.69. num.12.* & *cons.327. num.39.* Farinac. *cons.133. num.5. & 22.* Natt.*cons.101. num.16.*Chart.*decis.62.num.9.& 10.* Rot.*decis.634.n.9.in fin.p.2.recent.*quae est *dec.400.* apud Cenc.*de cens.* Ludou.*decis.366.n.2.*& *ibi* Adden. *num.7.* vbi, quod neque intret compensatio pro credito socij cum debito societatis, Cyriac. *controu.120.n.21.* Ioan.Baptist.Antonel.*cons.56.n.3.* Lanar.*cons.26. num.16.* Polyd. Rip. *obseru.199.n.8.* Schenard. *cons.62.n.152.* Magon. *decis.Florent.44. num.9.* Gratian. *discept.948. num.4.* Antonin. de Amat. *resolut.17. num.4. ac per tot.* Mart.Ventur. *cons.32. num.71.* Altograd. *cons.59. num.31.* Burat. *decis.325. num.11. & 12.* Leucill. *decis. Ferrar.42. num.5. & seq.* Rota *decis.305. num.19. part.7. recent.* Merlin. *decis.783. num.8.* vbi quod neque admittatur compensatio inter duo negotia ab eadem persona exercita.

Haec autem eo fortius ex eo comprobantur, quia ex non oppositione ab initio facta compensationis inducitur praesumptio simulationis, quodque in effectu Martinus directi non esset creditor, quia si talis fuisset vtique illico compensationis exceptionem opposuisset, Ludouis. *decis.439.n.8.* Pen. *decis.532. n.21.* Rot.*decis.254.n.9. part.5.recent.* 2.

Accedit insuper, quod vel creditum Martini ratione cuius nunc pro compensatione insistimus, onus susceptum soluendi canones sub poena conuentionali caducitatis praecessit, & tunc compensatione iuuari minimè potest, quoniam 3. compensatio sibi locum non vindicat, quando debitum cum quo petitur fieri compensatio est anterius debito, quod petitur, Afflict. *decis.381.n.3.* *Castill.118. num.5. & 6.* cum adductis per Scac. *de commerc. & camb. §.2. gloss.5. num.42.* quibus addo Hodiern.ad Surd. *decis.117. num.16.* vel cessio, & acquisitio crediti incursa, seu etiam declarata caducitate emanauit, & multo minus emphyteuta ad euitādam caducitatem opitularetur, 4. cum compensatio non fiat de caducitate incursa, sed de incurrenda, Alex. *cons.196.num.5.lib.7.* Roman. *cons.204. sub num.9.* Corbul. *de priuat. ob non solut. canon. lim.5. num.7.* Seraph. *de priuil. iur.74. num.145.* quos allegat, & sequitur Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. can. quaest. 1. num.319.* Cessante igitur ex praedictis omni compensatione, cessare quoque videbatur omnis excusatio ab incursu caducitatis. Quandoquidem omissio per plures annos in solutione canonum eo ipso 5. probata resultat, dum ab emphyteuta non probatur solutio, Gloss.*in l.2.in verbo expressa*, vbi Bart. *num.9.C.de iur. emphyt.* Merlin. *decis.648. num.2.* cum adductis per nos *alleg.70.n.24.lib.2.*

Quae quidem dubietas tam etsi primo, vt aiunt, vultu vrgentissima, atque propemodum ineuitabilis videatur, plura tamen concurrunt, quae ipsius Martini intentionem optimè fundatam reddunt. Et primo hanc controuersiam pendere coram Amplissimo Senatu facti sola veritate inspecta 6. causa iudicante, Bec. *consil.47. num.15.* Surd. *consil.54. num.3.& decis.105.num.11.* Bardell.*consil.152. num.38.*Cyriac. *controuers.10. num.57.* dixi *alleg.13. num. 22. fol. 228. lib. 1.* Et per consequens coram ipso

7. ipso etiam in emphyteusi priuata moræ purgatio admittitur, ex Clar. *in §. emphyteusis, quæst.* 8. vbi ita Senatum Mediolani iudicasse testatur Caluin. *de æquitat. cap.* 79. *num.* 4. Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.* 6. *sub num.* 7. *vers. quæ opinio non haberet locum, quando esset iudicandum secundum æquitatem, & sola facti veritate inspecta,* & enixè comprobat Rota *in Romana pratensa deuolutionis* 18. *Februarij* 1636. *vers. tamen si esset iudicandum secundum æquitatem, & sola veritate inspecta, coram R.P.D. Dunozetto.*

Deinde ex supposito huiusmodi nullam penitus admittente ambiguitatem habendo Senatus præoculis æquitatem, iuxta quam arbitrium suum impertiri solet, atque à caducitate omninò declarare consueuit, non tam Martinum, modò quod de eius credito excedente canonum debita constat, ab intentata caducitate absoluere tenetur, verum etiam credito eodem secluso, quantumuis per plures annos in solutione liuellorum cessasset, adhuc tamen, & priùs non obstante iam
8. declarata caducitate eundem de Martinis principalem nostrum ad moræ purgationem celeri satisfactione admittere deberet, Gabr. *cons.* 75. *n.* 4. *&* 7. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 35. *in fin.* Rota *decis.* 577. *num.* 2. *in fin. part.* 2. *recent.* infinitos cumulat Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. can. quæst.* 6. *num.* 17. *vsque ad num.* 20. vbi quod quando vult emphyteuta reficere damna, & expensas, semper audiatur, & egregiè explicat Rota coram Merlin. *decis.* 648. *num.* 6. *& seq.* vbi non obstante per plures annos cessatione in canonum solutione, re etiam in iudicium deducta, atque acerrimè disceptata, adhuc Rota ad moræ purgationem emphyteutam admisit, amplectendo æquitatem, quam etiam illud tribunal semper præ oculis habere solet.

Vlterius animaduertendum occurrebat ob transitum crediti erga dominum directi de persona
9. ipsius Cæsaræ in personam Martini etiam absque vlla prorsus ejusdem Martini oppositione ipso iure ad euitandam caducitatem compensationem inductam fuisse, *l. si constat* 4. vbi Bald. *num.* 3. *C. de compensat.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 65. Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.* 5. *num.* 1. cum adductis per Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.* 1. *n.* 300. Marescot. *var. resolut.* 6. *num.* 12. *& seq. lib.* 2. Altograd. *consil.* 90. *num.* 12. Ripol. *var. resolut. cap.* 7. *num.* 334. *&* 335. Altograd. *consil.* 24. *num.* 39. plures alios congessi in causa Genuensi. Quamuis ergo non opposuerit de compensatione nihilominus à caducitate per compensationem ipso iure inductam præseruandus venit.

Insuper quatenus etiam acquisitio crediti excedentis debitum canonis ad compensationem non suffragaretur, iustam tamen causam excusan-
10. di eundem Martinum à caducitate præberet, cum ad hunc effectum excusandæ caducitatis sufficiat credidisse se creditorem compensabilem, atque à commisso excusatum, Rimin. sen. *consil.* 421. *num.* 12. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 65. quos allegat, & sequitur Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. can. quæst.* 1. *num.* 300. *in fin. & num.* 301. Gratian. *discept.* 515. *num.* 32. *& discept.* 675. *num.* 53. Hodiern. ad Surd. *decis.* 117. *num.* 12. Rot. *in Romana domus* 9. *Decembris* 1650. *num.* 17. *coram Eminentissimo Celso.*

Amplius, & istud mehercule falcem ad radices ponit, & causam extra omnem dubitandi aleam ponit, ex eo quia Martinus stata die non soluerit canones, minúsque intra mensem ad purgandam quamcunque moram sibi assignatum, non ideo contra ipsum caducitas intentari potuit; nam pactum de quo in eius inuestitura, ibi, pa- 11.
ctis, & quod deficiente dicto inuestito, seu eius hæredibus facere debitam solutionem, in dicto Festo S. Martini, & post terminum vnius mensis, quem ipse inuestiens ad purgandam omnem moram ex nunc provt ex tunc, & è contra dicto inuestito assignauit, ipse inuestitus, seu eius hæredes cadat, & cadant, cecidisséque ipso iure intelligantur ab omni iure, & actione, quod, & quam habere, & consequi possent in dictis infrascriptis pet. ter. vigore præsentis inuestituræ, & subinuestituræ, & à iure communi interpretationem recipit, adeo vt in tantum caducitas ob non solutos canones incursa dicatur, in quantum emphyteuta à canonum solutione per triennium destitisset, Dec. *consil.* 128. *sub num.* 7. *circa medium, ibi*, quia dum dicitur, quod dictis D. Accursio, vel suis in solutione deficientibus die dicto, ipso facto feudum cadat in commissum, talia verba debent intelligi quando defecissent in solutione biennij secundum naturam emphyteusis, latè Cephal. *consil.* 25. *sub num.* 16. *vers. nam dum in instrumento*, in cuius comprobationem allegari omnes possent qui volunt promittentem soluere ca- 12.
nones singulo anno, ita demum cadere emphyteutam per cessationem vnius anni si iuramentum accesserit, & de quibus apud Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 26. *num.* 4. & Fulg. *de solut. can. quæst.* 1. *num.* 35. & vtrumque dictum fundatur in doctrina Bald. *in cap. querelam, in fin. ext. de iur. iur.* dum concludit, vbi est iuratum non subintelligi illa clausula si per biennium non soluerit, & iuxta hanc distinctionem intelligendus Ludouis. *decis.* 529. *num.* 16. dum allegat Doctores tractantes in emphyteuta obligato singulis annis cum iuramento soluere; cum ergo in facti specie nullum omnino iuramentum intercesserit, ideo pro declaranda caducitate, triennium, cum si- 13.
mus in emphyteusi priuata expectari debebat, per text. *in l.* 2. *C. de iur. emphyt.* Rot. *in Romana pratensa deuolutionis* 18. *Februarij* 1636. *vers. neque obstat quod ista, coram R.P.D. Dunozetto.*

Demum attentis præmissis, cum ex pluribus colligatur Martinum à Barberio indebitè molestia, sumptibus, atque expensis affectum inde 14.
etiam ex hoc peculiari capite si pendente lite canones non soluit, à commisso excusari, atque etiam canonum interim decursorũ, compensationem iure optimo prætendere valere, Caputaq. *decis.* 180. *& decis.* 198. *part.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 67. Fulgin. *de emphyt. tit. de var. caduc. quæst.* 17. *num.* 15. *& tit. de solut. canon. dict. quæst.* 1. *num.* 302. Ciarlin. *controuers.* 8. *num.* 93.

Esto igitur quod regulariter de credito vnius cum credito alterius compensatio non intret, istud tamen ad præsentem controuersiam applicationem non recepit, ex quo Martinus, Cæsaræ creditricis contra Barberium agentem ad canones iura cessa habet, quo casu de credito vnius, 15.
ad creditum alterius compensationem admitti habetur expressè cautum, *in l. in rem suam* 18. *ff. de compensat.* ibi, in rem suam Procurator datus post litis contestationem, si vice mutua conueniatur æquitate compensationis vtetur, & tradiderunt Doctor. *in l. eius* 9. *C. de compens.* Bott. *cons.* 85. *num.*

num.20. cum adductis per Antonin. de Amat. *reſolut.*17.*num.*6. quibus addo Merend. *controu. iur. lib.*17. *cap.*30. *num.*6. *ac per tot.* Et ad rem optimè Rota *in Romana Vinea* 27. *Nouembris* 1651.*num.*3. *coram Reuerendiſſimo Cerro.*

Neque applicatur præſumptio ſimulationis deſumpta ex eo, quod Martinus ab initio exceptionem compenſationis non oppoſuerit, tum quia ad euitandam caducitatem ipſo iure inducitur, tum quia, vt benè animaduertit Merend. *d. controu.*30. *lib.* 17. etiam lite conteſtata, & quandocunque compenſationis exceptio de iure opponitur, tum demum quia Barberius in declaranda caducitate nimium properauerat, non expectando lapſum triennij. Et per iſta ſublatum etiam remanet obiectum reſultans ex ſuperiùs excitatis circa tempus contracti crediti per ipſum de Martinis, ſicque ex prædictis manifeſtè apparet locum non eſſe caducitati declaratæ, & quatenus dubium aliquod
16. ſubeſſet, in dubio ad excluſionem caducitatis pronuntiandum veniret, dixi *allegat.* 24. *num.*22. *lib.*2.& nunc addo Fulgin.*de emphyt.tit.de alienat. quæſt.*1. *num.* 30. Merlin. *deciſ.* 224. *num.*4. Carill. *deciſ.* 199. *num.* 7. Rot. *in Romana pratenſæ deuolutionis* 4. *Maij* 1607. *num.*15. *coram R.P.D. Lancelloto, & in Romana domus* 27. *Maij* 1647. *coram Reuerendiſſimo Dunozetto.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio litis pendentiæ impedit litis ingreſſum.*
2 *Iudicium vbi cœptum finiri debet.*
3 *Exceptio litis pendentia idem præſtat quod exceptio rei iudicata.*
4 *Sententia habens conditionem non poteſt exequi niſi purificata conditione.*
5 *Cautio etiam ſi non petatur præſtanda, quando per iudicem præſtari mandatur.*
6 *Iudicium vbi voluntariè cœptum ibi finiri debet.*
7 *Confirmatum eſt in confirmante cum omnibus ſuis qualitatibus.*
8 *Appellatione pendente ſententia exequi non poteſt.*
9 *Appellatus poteſt proſequi appellationem reluctante appellante.*
10 *Appellatio quoad vtranque partem ſuſpendit ſententiam, & vtraque pars non deducta deducere poteſt.*
11 *Mandatum. Omnia acta facta per procuratorem ſine mandato in iudicio ſunt ipſo iure nulla, nec poſſunt ratificari ex ordinibus patriæ Mantuanæ.*
12 *Tutor ſua tutela in iudicio finem facere tenetur.*
13 *Legitimatio perſonæ in quocunque iudicio quantumvis ſummario ante omnia fieri debet.*
14 *Proteſtatio tollit renuntiationem tacitam ex comparitionibus emergentem.*
15 *Mandatum in albis probat productionem, ſed non qualitatem illius.*
16 *Sententia fauore mortui eſt nulla.*
17 *Viuentis non dantur hæredes.*
18 *Nullitas etiam notoria poſt terminum à ſtatuto præfixum non videtur poſſe opponi. Fallit ex ſtatuto Mantuæ, num.*19. *Et quando ex eiſdem actis incontinenti remanet probata, num.*20. *&* 23.
21 *Nullitas notoria trium conformium impedit executionem.*
22 *Sententiæ non dicuntur conformes quando vna eſt conditionalis, reliqua ſine conditione.*
24 *Iudicium quando eſt nullum reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij, & actor condemnatur in expenſis.*

OBSERVATIO VI.

PROPTER litis pendentiam, appellationémque per aduerſarios interpoſitám, & ob non legitimatas ex aduerſo interuenientium perſonas iudicium nunc coram Illuſtriſſimo Domino Commiſſario introductum corruit, irritáque remanent omnia hactenus actitata. Adeo, vt Illuſtriſſima, atque Excellentiſſima Domina Marchioniſſa Franciſca Gonzaga, ſacrique Rom. Imper. Principiſſa à petitis cum victoria expenſarum omnino abſoluẽda veniat, & cauſa remittenda ad iudices, coram quibus pendet.

Et ſanè quod exceptio litis pendentis coram 1.
vno iudice ſit impeditiua ingreſſus litis coram alio, Gabr. *de iudic. concluſ.*1. *n.*12. *lib.*2. Lancellot. *de attent. lit. pend. part.*2. *cap.*4. *limit.* 2. *n.*59. *&* 60. *fol.mihi* 130. Cyriac. *controuerſ.*318. *num.*33.
Ratio eſt, quia regulariter iudicium debet termi- 2.
nari coram iudice, coram quo cœptum fuit, *l. vbi cœptum* 30. *ff. de iudic.* Barboſ. *axiomat.*132. *num.*1. Andr. Cenſal. *deciſ. Lucen.* 81. *num.*16. Et tantùm
præſtat exceptio litis pendentis appoſita per par- 3.
tem, quantum exceptio rei iudicatæ in priore iudicio, Monter. *deciſ. Aragon.* 23. *num.*6. Coſt. *de re integr. diſt.*80.*num.*7. De qua litis pendentia ſatis ad hunc effectum dicitur conſtare ex ſecundo proceſſu partis aduerſæ in actis exhibito, *fol.*549. *& ſeq.* vbi inquiritur, num fideiuſſio per Dominos Gonzagas, ſit idonea pro adimplemento conditionis ſententiarum, in quibus fuit ordinatum fructus ſequeſtratos ſub memorata cautione primogenito relaxari, & propterea non poſſunt non
purificata dicta conditione ſententiæ executioni 4.
demandari, in terminis, Rot. Rom. omnino videnda, apud Poſt. *de manuten. deciſ.*23.*n.*6. Bald. *in l.*1. *ſub num.*4. *verſ. conclude ergo, Cod. de iur. & fact. ignorant.* Socin.iun. *conſil.*67. *num.*19. *lib.*1. Surd. *conſil.*186. *num.*17. Cyriac. *controuerſ.*424. *num.*15. *& pluribus ſeq. inter impreſſas Cremonæ*, Gail. *de pact. public. lib.*2. *cap.* 4. *num.*10. *&* 11. Bero. *conſil.*8. *num.*7. *lib.*2. Seraph. *deciſ.*464. *num.*2.*& per tot.* Pacific. de Saluian. *inſpect.*4.*cap.*4. *num.*61.*&*
ſeq. vbi quod procedit etiamſi cautio non petere- 5.
tur, Manent. *deciſ.* 14. *n.*2. 16. *&* 36. *& deciſ.*66. *num.*1. Bonden. *collect. legal.*8. *num.*103. *& ſeq.*

Nec obſtat conditionem fideiubendi in ſententiis appoſitam, ita demum operari, ſi Ludouicus Franciſcus, vel illius hæredes, ſeu ſucceſſores vellent, & prætenderent fructus ſequeſtratos, vt deducit pars in noſtro proceſſu *fol.*17. nam præterquam quod iſta plica non legitur in ſententiis, & determinatio præſentis articuli pẽdet indeciſa, vt videre eſt ex proceſſu *dict. fol.*549. *& ſeq.* nec non pars aduerſa ſuper illo cum ſuſceperit volun-
tariè iudicium ab eo non poſſet amplius altera 6.
parte inuita reſilire, vt optimè conſiderat Gabr. *d. concluſ.*1. *num.* 4. *de iudic.* animaduertendum eſt etiam ſequeſtrum factum ad inſtantiam Illuſtriſſimi D. Ludouici Franciſci afficere non ſolum fructus, ſed etiam liuellos, decimas, & quodcunque aliud emolumentum, vt videre eſt ex eodem proceſſu

processu *fol.*478. *iuncto fol.*493. *fac.*2. & non tam maturatos de tempore sequestri, verum etiam maturandos vsque ad finalem expeditionem causæ, vt legitur *d. folio* 478. ibi: *Come anco da maturarsi sino alla total speditione.* Quod idem fuit postea confirmatum per Iudices in tertia instantia delegatos, vt in processu *fol.*502. *fac.*2. in quorum sententia tanquam præcedentis simpliciter confirmatoria eadem conditio repetita
7. censetur, quia confirmatum est in confirmante cum suis qualitatibus, Rot. *decis.*664. *num.*4. *vers. vnde confirmando, part.*1. *recent.* Gail. *pract. obseruat.*1. *num.* 8. *lib.*2. Cost. *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 5. *num.*11.

Quod autem Illustrissimus D. Iulius Cæsar Gonzaga, & nepotes prætendant omnes, & quoscunque fructus sibi relaxari, colligitur ex proclamate eorum nomine publicato, cuius confirmationem nunc procurant, & de quo in secundo processu exhibito *fol.*559. ibi: *Pagar le decime, fitti, o liuelli soliti pagarsi.*

Sed vlterius inspicienda est ratio, propter quam iudices noluerunt fructus, & emolumenta Curiæ controuersæ absque idonea fideiussione peruenire in aduersarios, quæ non alia fuit, vt legitur in ipsa sententia in secundo processu *fol.*497. *fac.*2. nisi vt Dominæ Marchionissæ, quotiescunque in petitorio obtineret consultum, ac de sufficienti remedio pro fructibus recuperandis remaneret prouisum. Quæ sanè ratio militabit vsque ad integralem causæ expeditionem, ideo fideiussio coarctari nequit.

8. Obstare quoque dicebamus appellationem ad sanctam Sedem interpositam petitæ executioni sententiarum, Rot. Rom. *decis.*661. *num.*3. *part.*1. *recent.* Andr. Censal. *decis. Lucen.* 68. *num.* 8. quam quidem appellationem cum Domina Marchionissa prosequi intendat, quamuis aduersarij desistant, impediri nequit. Nam per remedium appellationis vtrique parti commune emendatur grauamen sententiæ, etiam in fauorem eius, qui
9. non appellauit, nec potest appellans inuito, ac reluctante appellato renuntiare appellationi interpositæ in præiudicium appellati, iuxta text. *in l.ampliorem* 37. *in fin. ff. de appellat.* Cyriac. *controuers. forens.*183. *num.*4. cum aliis ibi per ipsum allegatis, quibus addo Gail. *pract. obseruat.*121. *num.*3. *lib.*1. Minsynger. *obseruat.*21. *num.*1. & 2. *cent.*2. Cost. *de re integ. distinct.*58. *num.*10. & *per*
10. *totam.* Appellatio enim suspendit sententiam, tam quoad appellatum, quàm quoad appellantem, itavt vtrique parti licitum sit, non deducta deducere, & approbata probare, *l.per hanc* 4. *C. de tempor. appell.* Andr. Censal. *dicta decis.*68. *num.*4. & *seq.*

Dicebam denique processum mox compilatum euidenti nullitatis morbo laborare, tum propter defectum mandati in Domino Reggiano, de quo iuxta ordines huius patriæ in prima comparitione actoris per relaxationem in actis
11. apparere debebat; & ideo omnia acta sunt ipso iure nulla, etiam parte non opponente, nec possunt ratificari in puncto, Menoch. *cons.*246. *num.*54. Cyriac. *controuers.*275. *num.*23. & in simili statuto Florentiæ Monac. *dec. Florent.*18. *n.*7. & in statuto Ferrariæ, Paseth *cons.*194. *sub num.*20. *vers. tertiò ratihabitio non operatur*; quod idem procedit etiam de iure communi parte opponente, Cost. *de retrotract. cap.*8. *cas.*28. *num.*4. Afin. *in prax.* §.28. *num.*1. *cap.*1. *de mandat.* Boër. *decis.*281. *sub n.*31. cum iuribus allegatis per nos *allegat.*2. *num.*10. *vol.*1. Bonden. *collect.*49. *num.*16. Tum quia non apparet de asserta tutela D. Iulij Cæsaris, de qua 12.
similiter fidem in hoc iudicio præsentare oportebat, *l.liberto* 32. *aliàs* 33. §. *quanquam, ff. de negot. gest.* Roland. *de inuentar. part.*1. *quæst.*43. *in fin.* Sol. *ad antiq. constit. Sabaud. tit. de minor. gloss.*1. *part.*1. *num.*21. *fol. mihi* 92. dixi *allegat.*2. *num.*17. quæ personarum legitimatio in quolibet iudicio 13.
quantumuis summariissimo, & executiuo omissa reddit iudicium penitus nullum, Ias. *in rubr. num.*2. Dec. *num.*30. *C. qui admitti*, Cyriac. *controuers. forens.*384. *num.*1.4. & 5. Rot. Rom. *decis.*18. *sub n.*2. & *decis.*307. *num.*7. *part.*1. & *decis.*28. *num.*4. & *decis.*183. *num.*2. *part.*2. *recent.* & & penes Cenc. *de cens. decis.*263. *num.*5. infinitos cumulat Post. *de manuten. obseruat.*86. *num.*4. & *obseruat.*87. *num.*3. eadem Rot. *decis.*234. *num.*18. *part.*5. *recent.* & *in Romana vineæ* 18. *Iunij* 1629. *num.*3. & 4. *coram Reuerendiss. Merlino, inter eius impressas, decis.*410. Bonden. *collect.*1. *num.*91. & *collect.*39. *ex n.*119. Andr. Censal. *decis. Lucen.*12. *num.*7. & *decis.*48. *num.*9. & *decis.*61. *ex num.*11. Rot. *in Romana Saluiani* 5. *Aprilis* 1658. *num.*6. *coram R. P. D. Albergato.* Istúdque transit inoffenso pede, ex quo pro parte D. Marchionissæ protestatum semper fuit nihil fieri, nisi priùs legitimatis legitimandis, & quæ protestatio tollit tacitam renuntiatio- 14.
nem ex comparitionibus aliàs emergentem, Seraph. *decis.*1261. *num.*4. & apud Cenc. *d. decis.*263. *num.*4. & 5. Post. *de manuten. dict. obseruat.*86. *num.*1. & *obseruat.*87. *num.*2. Rot. *Rom. decis.*105. *num.*3. & *per totam part.*1. *diuers.* vbi quod procedit quoque in Procuratore minoris, Gratian. *decis. Marc.*105. *num.*18. Monac. *decis. Florent.*18. *num.*8. Polyd. *obseruat.*44. *per totam*, Andr. Censal. *decis. Lucen.*27. *num.*3. & *decis.*33. *num.*15.

Prædictis nequaquam refragatur exhibitio processuum, cum in illis pro parte aduersa semper interuenerit Dominus Ricchinus, nec reperiatur tutela Domini Iulij Cæsaris, & nihilominus, vt dicatur satisfactum memoratis huius patriæ ordinibus, totius instrumenti procuræ, vel tutelæ re- 15.
quiritur in processu extensa registratio, nec dicetur facta legitima fides mandati, quando illud est tantum in albo, ita post alios, Manent. *dec.*61. *num.*15. & 16.

Interim dignetur quæso Illustrissimus Dominus Iudex considerare, quomodo petitæ executioni, vbi etiam prædicta cessarent, eius officium impertiri possit. Quandoquidem prætensæ sententiæ, vt apparet ex processibus, emanarunt sub prætextu assertæ primogenituræ, nunc autem publicatio proclamatum, de qua in processu nostro, *fol.*13. quinimo omnia ferè acta à die obitus Domini Ioan. Ludouici gesta fuerunt ad assertam instantiam tum ipsius Domini Iulij Cæsaris, tum nepotum, quod quam sit rationi repugnans, ac in graue Dominæ Marchionissæ vergat detrimentum, nemo certè reperitur, qui non videat, ac manifestam collusionem comprehendat.

Veruntamen non video, vbi constet de tribus sententiis, & quicquid de cæteris, certè lata per Illustrissimos D. D. Senatorem Caloram, & Auditorem Bossium fauore Domini Ludouici Francisci, longè post illius mortem non meretur poni ad calculum, cum sit notoriè nulla ex defectu iurisdictionis, quæ in mortuos non cadit, hinc propterea frequentiori Doctorum calculo traditur sententiam, fauore mortui latam à iudice obi- 16.

tus

tus actoris notitiam habente irritam esse, & inanem, Bart. & Alex. *in l. in summa* 59. §. *fin. ff. de re iudic.* Ioachim. Mynsing. *obseruat.*85.*n.*1.*cent.*1. Viu. *com. opin.*700. *num.*2.*lib.*2. Mastrill.*decis.*157. *num.*1. *& in fin.*Vincent. Franch.*decis.*245.*num.*4. Cels. Hug. *consil.*73. *sub num.*4. *vers. sic etiam non valet sententia pro, vel contra defunctum*, Surd. *cons.*99.*n.*12. Scac.*de sentent.& re iud.gloss.*14.*q.*25. *sub num.*75. *vers.extende secundo*, Gratian. *discept. forens.*18. *num.*20. Cyriac. *controuers.*275. *num.*36. Rot. Rom. *decis.*355. *num.*1. *part.*1. *Post. Farinac. aliàs part.*3. *recent.* dixi *allegat.*21. *num.*42. *lib.*1. quod autem Iudices condelegati, à quibus promulgata fuit sententia in gratiam D. Ludouici Francisci, optimè nouerint eundem ex hac vita migrasse, colligitur ex Scriptura registrata, in sequent. processu exhibita *fol.*506. & successiuè ab aliis Scripturis productis ad instantiam
17. hæredum, cum viuentis non dentur hæredes, *l.*1. vbi gloss.vnic. *in princip. ff. de hered. vel act. vend.* Cyriac. *controuers.*3. *num.*170. Rot. *decis.*267.*n.*11. *part.*5.*recent.* quæ nullitas notoriè patens ex actis
18. opponi potest, tam etsi transacti sint decem dies ad dicendum de nullitate præfixi etiam ex statuto Mantuæ *sub rubr. de tempore appellat.* in quibus terminis proponens nullitatem quantumuis notoriam, non videretur audiendus, Bec. *consil.*40. *num.*5. Roland. *cons.*87. *sub num.*16. *vers.Secundò respondetur, lib.*1. Andr. Censal. *d.decis.*27. *num.*9. *&* 10. & *decis.*88. *num.*36. *&* 37. & hoc propter
19. dispositionem alterius statuti *sub rubr. de sententiis executioni mandandis*, disponentis, quod sententiæ, à quibus non fuit appellatum, vel dictum de nullitate infra decem dies mittantur executioni, cum hac tamen modificatione, nisi defectus sententiæ, seu processus proueniat ex defectu Iurisdictionis, seu alterius nullitatis notoriæ ex quauis causa aliunde prouenientis, vt sunt verba statuti relata per D. Cyriac. *controuers.*187. *sub n.*17. *vers. cum igitur, iunctis num. seqq.* neque etiam
20. obstant tres conformes, ex quo nullitas, & eisdem actis remanet incontinenti probata, ad tradita per Ruin. *in cons.*131. *num.*13. *lib.*4. & *cons.*27. *num.*5. *lib.*5. Menoch.*de arbitr. cas.*9. *num.*2. *lib.*2. *cent.*1. Bursat.*cons.*220.*sub num.*17. *vers.qua etiam per tres sententias*, latissimè Gabr. *conclus.*1. *sub num.*8. *vers. contrarium de execut. rei indic. lib.*2. & pro-
21. pterea etiam trium conformium impedit executionem, Alex. *cons.*186.*num.*13.*lib.*2.& *cons.*77.*n.*16. *lib.*3. & *cons.*225. *num.*6. *lib.*6. Roland. à Vall. *consil.*29. *num.*44. *lib.*1. Minsyng. *obseruat.*4. *num.*1. *&* 2.*cent.*6. Roman. *singul.*291. *in addit. vers.aut asserit constare ex actis latis*, Ioseph.Ludouic.*decis. Lucen.*24. *num.*3.4.11. *& per totam.* Mart. Medic. *ad decis.Senen.examinat.*19.*num.*6.& *decis.*32.*n.*7. Rot. *decis.*240. *num.*18. *part.*5. *recent.* Vltra quod
22. cum prima sententia sit absoluta, duæ verò posteriores sub conditione, non dicuntur propterea conformes, Bursat. *cons.*219.*n.*6.

Et quod non obstante statuto Mantuano pro-
23. hibente dici de nullitate, nisi intra certum tempus possit opponi de nullitate notoria ex eisdem actis, in puncto resolutum fuit per Rot. Rom. *decis.*666. *num.*3. *part.*1. *diuers.* & *decis.*365.*num.*8. vbi etiam in causa Curiæ Podij *part.*1.*recent.* Manent. *decis.*27. *sub num.*28. *vers.Item non procedit*, Surd.*decis.*354.*n.*16. Cyriac. *controuers.*499.*num.*9. *lib.*3.

Hæc ex abundanti tetigisse sufficiat ad ostendendum plurimi interesse Dominæ Marchionissæ causam appellationis pendentem prosequi; præsertim plurima alia eidem, & potiora superant fundamenta suis loco, & tempore deducenda ad euertendos processus contra ipsam nulliter, ac minus legitimè attentatos.

Et pro nunc insistere tantum intendimus super exceptionibus ordinem, ac substantiam iudicij concernentibus ad effectum, ne quicquam attentetur iudicio, atque appellatione pendentibus, Domina Marchionissa ab obseruatione iudicij ab- 24.
soluatur cum victoria expensarum, interesse, & damnorum, Cyriac. *controuers. forens.*384. *num.*25. cum adductis per nos *allegat.*2.*num.*27.*lib.*1. causa etiam ad formam assertarum litterarum, & commissionis Rotalis in eo statu, in quo reperitur, relinquatur.

SVMMARIVM.

1 *Primogeniti appellatione fœminæ veniunt, & num.*2.

3 *Primogenitus quando vocatur eò ipso tenetur nomen, & arma deferre, quamvis non sit dictum.*

4 *Primogenitura per erectionem agnatio regulariter contemplata censetur.*

5 *Primogenitura constituitur ad effectum, vt bona penes vnum remaneant. Et fideicommissum idem importans, num.*18.

6 *Fœmina à primogenitura ex quibus excludatur.*

7 *Descendentium appellatione veniunt etiam fœmina.*

8 *Cognati dicuntur descendentes ex fœmina.*

9 *Testator in vna parte vocando masculos, si in alia non nominat, censetur eos non vocasse.*

10 *Agnatio censetur contemplata ex onere iniuncto assumendi nomen, & insignia Testatoris. Contra, num.*11.

12 *Fœmina nomen, & insignia Testatoris assumere possunt. In primogenitura, masculis non extantibus, succedunt, num.*15. *In Italia excluduntur à primogenitura, n.*20. *Declara, vt num.*21.

13 *Dictio, cuiuslibet, plures denotat.*

14 *Masculinitatis qualitas apposita substitutioni, in alia non censetur repetita. Amplia, vt num.*15.

16 *Buratt.* decis. 272. *in quibus terminis procedat.*

17 *Rot.* decis.125. *&* decis.143. part.1. recent. *declaratur.*



OBSERVATIO VII.

PRIMOGENITI nomine etiam fœminas venire, Rota Ferrariensis in dubitationibus doctissimè ex citatis admit- 1.
tere videtur, ex Mangill. *de imputat. quæst.*78.*n.*11. *& seq.* Molin. *de primog. Hisp. lib.*3.*cap.*4. *num.*31. *& seq.*Ludouic.Bell.*cons.*1.*num.*18. Fusar.*de substit. quæst.*385. *num.*1.9. *&* 12. *& prius quæst.*335. *num.*5. Ramon. *cons.*100. *num.*388. Palm. *cons.*56. *num.*52. *cum seq.* latissimè Michaël ab Aguir. *in respons. success. Regn. Portug. part.*2. *num.*57. Cyriac. *de Iur. success. Sereniss. Ducis Caroli, art.*2.*num.*79. *&* 90. Rota *in Bonon. fideicommissi* 18. *Iunij* 1638. *coram R.P.D. Pirouano, & in Bononiens. fideicommissi*

27. *Iunij* 1639. §. *ex quibus, vers. præsertim cum nomine primogeniti contineantur etiam fœminæ, coram R. P. D. Royas, & in Ariminen. Castrorum*, 14. *Februarij* 1642. *in princ. & §. quod autem, coram Reuerendiss. Dunozetto, & in Bononien. fideicommissi* 27. *Aprilis* 1643. *coram Reuerendiss. Cerro*; quæ quidem decisiones procedunt in fortioribus terminis, vt colligitur ex eadem Rota, & in eadem causa *decis.* 248. *num.* 2. *& per totam, part.* 7. *recent.*

Vnde cùm testator in casum, qui euenit extinctionis descendentiæ masculorum vltimo morienti primogenitum ex filiis Victoriæ substituerit, nemini certè dubium videretur, quin etiam de
2. fœminis intellexerit, vt, præter adductos, comprobant relati per Mart. *cons.* 42. *num.* 1. *&* 4. Censal. ad Peregr. *de fideicomm. art.* 20. *vers. prima ergo, fol.* 46. *& seq.*

Onus namque deferendi nomen, & insignia
3. testatoris iniunctum primogenitis, etiam non expressum, subintelligeretur, Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 46. Fusar. *cons.* 175. *num.* 12. Hopping. *de insign. & arm. cap.* 8. *num.* 367. *& seq.* Fontanell. *decis.* 32. *num.* 3. Rot. *decis.* 77. *num.* 24. *part.* 7. *recent.*

Hinc propterea, licèt per erectionem primoge-
4. nituræ agnationis ratio contemplata regulariter, censeatur, Fusar. *de substit. quæst.* 385. *num.* 6. Peregr. *cons.* 48. *num.* 23. *lib.* 1. Andreol. *controuers.* 218. *n.* 14. & *controuers.* 254. *num.* 52. Fontanell. *decis.* 32. *num.* 9. Rot. *coram Eminentissimo Otthobono, decis.* 182. *num.* 22. confirmata 23. *Martij* 1650. §. *secundum penitùs tollitur, vers. ea scilicet, coram Reuerendiss. Cerro*; id tamen intelligitur ad hoc, vt bona con-
5. seruentur penes vnum siue masculum, siue fœminam, propter decorem familiæ, ne diuidantur inter plures, Cyriac. *controuers.* 312. *num.* 65. & colligitur ex mox citatis Doctoribus, potissimum Fontanel. *decis.* 32. *num.* 9. & Rot. *decis.* 248. *num.* 2. *& seq. part.* 7. *recent.* vbi quòd cessante expressa ratione conseruandi bona in agnatione, fœminæ masculis potissimum non extantibus admittantur; & *in Bononien. fideicommissi* 27. *Iunij* 1639. §. *quod autem, vers. & tantum mens testatoris fuit, vt penes vnicum primogenitum eius hæreditas perueniret, quo casu fœminæ non sunt exclusæ, coram R. P. D. Royas, nunc impressa decis.* 72. *n.* 8.

Nec expedit examinare quæstionem Iuris, de
6. qua in motiuis, an fœmina à successione istius primogenij ex vocatione masculorum fœminis omninò exclusis, & dotatis, exclusa dicatur, sicuti exclusam profitentur, Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 25. Menoch. *cons.* 1032. *num.* 9. Bellon. iun. *cons.* 2. *num.* 24. nam in casu nunc controuerso, nec masculi apparent vocati, nec fœminæ exclusæ, multóve minùs dotatæ.

Quinimmò dum testator in casu præcedenti expresè masculos vocauit, fœminas exclusit, & istas dotari mandauit; & in hoc posteriori nil circa illud expresè disposuit, sed descendentes ex Victoria simpliciter substituerit. Vtique in hac substitutione facta de descendentibus tantùm abest, quod voluerit excludere fœminas, quin potiùs eas vocare intellexerit; quia appellatione descen-
7. dentium veniunt propriè etiam fœminæ, & omnes fœminei sexus, etiamsi longissimo gradu distent, *auth. de hæred. ab intest. venient. in princ. l. fin. C. de suis, & legitim. l. liberorum,* 220. *ff. de verbor. signific.* Fusar. *con.* 137. *num.* 2. *& de substit. quæst.* 225. *num.* 1. *&* 2. Surd. *decis.* 66. *num.* 2. Ciarlin. *controuers.* 78. *num.* 15. dixi *allegat.* 61. *num.* 3. *lib.* 3. Altograd. *cons.* 22. *num.* 4. *seq. ac per totum, lib.* 1. & *cons.* 92. *num.* 8. *& seq. lib.* 2. Rot. *decis.* 255. *num.* 1. *part.* 1. & *decis.* 279. *num.* 10. *part.* 7. *recent. & in Romana legati* 4. *Iunij* 1640. *coram R. P. D. Carillo, & in Bononien. fideicommissi, seu domus* 10. *Decembris* 1646. §. *& vtrumque, vers. & vlterius, coram R. P. D. Bichio, nunc impressa decis.* 399. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.*

Etenim quando testator ad masculos se restringere voluit, istud expressit, cúmque post extinctio-
nem masculorum de agnatione descendentes ex 8.
filia substituerit, qui cognati reputantur, *l.* 4. §. *cognationis, ff. de gradib. affinit. Instit. de legit. agnat. tutel. in princ.* Bald. *cons.* 67. *per totum, lib.* 4. Alex. *cons.* 89. *num.* 23. *lib.* 6. Crauet. *cons.* 306. *sub num.* 5. *vers. amplius liberi filiarum,* Altograd. *cons.* 93. *n.* 2. *lib.* 1. Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 2. *num.* 79. Peregr. *cons.* 70. *sub num.* 21. *vers. sunt cognati, lib.* 3. Hodiern. ad Surd. *decis.* 89. *num.* 14. *&* 15. Rot. *in Bononien. de Sighiellis,* 10. *Decembris* 1631. *sub n.* 9. *vers. & licet, coram R. P. D. Queipo.* Signum propterea euidens,
quòd ab inde testator nec agnationem, minúsve 9.
masculinitatem contemplatus fuerit, latè post alios, & in proximis terminis Mart. *cons.* 94. *à n.* 28. *ad* 37. Menoch. *cons.* 223. *num.* 13. *&* 14. & *cons.* 802. *num.* 19. *&* 90. Giouagn. *cons.* 11. *sub num.* 33. *vers. quartò quia, lib.* 2. Ludouis. *decis.* 433. *num.* 15. *&* 18. Rot. *decis.* 528. *num.* 3. *part.* 2. & *decis.* 272. *num.* 19. *part.* 6. & *decis.* 248. *num.* 6. *& seq. part.* 7. *recent.* confirmata *die* 27. *Iunij* 1639. §. *obiit dictus, in fin.* ibi: Quæ verba indubitanter comprehendunt fœminas, *coram R. P. D. Royas, seu decis.* 72. quo in casu, sicuti in nostro, cum eodem ferè verborum contextu testator ordinauerat fideicommissum fauore masculorum, & illis deficientibus primogenitus ex filia, & sic de primogenito in primogenitum, Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 12. *num.* 29. *& seq.* & optimè ad rem dispungunt videndi Altograd. *cons.* 66. *num.* 51. *& seq. lib.* 2. Card. Otthobon. *decis.* 111. *n.* 12. *& seq.*

Verumtamen cùm *superiùs num.* 3. dixerimus in primogenituris onus assumendi nomen, & in-
signia testatoris subintelligi, illius expressio vbi 10.
etiam agnationis contemplationem importaret, Menoch. *cons.* 333. *num.* 14. *in fin.* Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 73. *num.* 29. & *cons.* 86. *num.* 7. Ioan. Franc. Andr. *dicta controu.* 218. *num.* 17. & *controu.* 254. *num.* 65. Rota *decis.* 319. *n.* 3. *&* 4. *part.* 1. & *decis.* 126. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

Obiecto huic, circa quod præsentis controuersiæ cardo principaliter versatur, dupliciter occurritur. Et primo, quia ex onere iniuncto grauatis per fideicommittentem aliis præsumptionibus destituto, assumendi nomen, & insignia ipsius te-
statoris, non bene infertur, quòd agnationem 11.
fictam, ciuilem, & assumptam, ita contemplatus fuerit, vt bona penes agnatos conseruare intellexerit, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 34. *in fin.* Thesaur. *decis.* 270. *sub num.* 11. Surd. *cons.* 367. *num.* 21. Fontanell. *decis.* 32. *num.* 5. Gratian. *discept.* 288. *num.* 27. Menoch. *cons.* 926. *n.* 48. *&* 49. vbi quod simplex onus assumendi nomen, & insignia fideicommittentis non significant ipsum voluisse suam agnationem, & familiam conseruari, sed memoriam tantùm, latè Paris. *cons.* 19. *num.* 34. *& seq. lib.* 2. Cæphal. *cons.* 196. *num.* 21. Decian. *consil.* 7. *num.* 35. *lib.* 1. Bero. *cons.* 77. *sub num.* 22. *vers. quo fit, lib.* 2. Mart. *cons.* 61. *num.* 7. 19. 24. *& seq.* Annæus Rubert. *rer. indic. cap.* 4. *fol.* 757. Hopping.

de

*de insign.& arm.cap.*8.*n.*301.*& seq.*Caren.*resol.*158. *num.*6.

Deinde, quia quando aliud præcisè non resistit,
12. nil prohibet, quo minùs etiam fœminæ nomen, & insignia fideicommittentis assumere valeant, Menoch. *dict. consil.*926. *num.*49.*in fin.* & *num.*50.& *consil.*1006.*num.*13. Molin. *de primogen.lib.*3.*cap.*5. *num.*78. Bursat. *consil.*228. *num.* 10. *vers. Tertiò principaliter*, Rot. *decis.*6.*sub num.*1.*& per totam, part.*1. *diuers.* Castill. *de conect. vltim. volunt. cap.*133. *num.*14. *lib.*5. *part.*2. Mart.Venturin. *consil.*2.*num.*223. vbi quòd tam fœminæ, quàm masculi istius fictæ agnationis capaces præexistant, cum adductis per Hopping. *de insign. & arm.c.*8. *num.*308. hinc ergo Doctores in contrarium adducti non applicantur, ex quo loquuntur quando cum onere assumendi nomen, & insignia, etiam vocatio masculorum concurrit, Menoch.*cons.*117. *n.*21.22.*&* 23. Larr.*consil.*34. *num.*49. latè Rot. *in Bonon. fideicommissi de Barberiis* 5. *Decemb.*1650. *coram Eminentiss. Corrado,n.*11.12.13. *ac per tot. impressa apud Tanagl.Sacr.Rot.Rom.Audit.fol.*111. ratio subest optima, quia Doctores præcitati disputant solùm, modò an vocatis descendentibus masculis cum onere suscipiendi nomen, & insignia testatoris, masculi ex fœminis comprehendantur, qui non est casus noster, in quo de masculis nulla fit mentio, aut repetitio.

Cæterum, quòd testator de masculis tantùm primogenitis, minúsve de conseruanda agnatione non intellexerit, euidenter ex eo conuincitur, quia non tam eorum, quàm etiam cuiuslibet eorum cognomen, & insignia familiæ deferere præcepit; signum certè euidens, quòd omnes primogenitos descendentes ex Victoria ipsius testatoris filia, eorúmque familias comprehendere voluerit, ac consequenter primogenituram in fœminas quoque purificari cogitauerit, quia si de masculo dumtaxat ex Victoria descendente primogenituram erexisset, vtique desertionem eorum cognominis, & familiæ, non autem cuiuslibet eorum ordinasset; illa
13. enim dictio, *cuiuslibet*, plures familias ex necessitate comprehēdit, seu vocatas innuit, *l.si plurib.*45. *ff.de leg.*2.*l.hoc,artic.*29.*ff.de hæred. instit.* Gratian. *discept.*372.*n.*29.*& seq.*Surd.*cons.*549.*n.*4.Rot.*apud Zach.de Camer.oblig.decis.*22.*n.*2. & *decis.*23.*n.*3. Fusar.*q.*358.*num.*15. latè Altograd.*cons.*103.*à n.*102. *vsque ad* 147.*lib.*2.Mart.Ventur. *consil.*48.*num.*62. *& seq.* vbi quòd ista dictio operetur, vt singuli habeantur pro expressis, & separatis, infinitos adduxi *alleg.*79.*n.*3. *lib.*2.

Seclusa agnationis contemplatione, in motiuis
14. tacitè admittitur, quòd qualitas masculinitatis adiecta in vno capite, seu ordine substitutionum, in altero non expressa, repetita minimè censeatur, Fusar. *q.*403. *n.*6. Buccafer. *cons.*31. *num.*42.*& seq.* dixi *alleg.*62. *num.*16. & *allegat.*106. *num.*42.*lib.*3. Pereg.*de fideicomm. art.*25. *num.*33. latissimè Redenasc. *consil.*10.*à num.*63.Ioan.Francisc.Andreol. *contr.*114. *n.*3.*&* 4. Mart.*cons.*42.*n.*2. Rot.*dec.*144. *n.*5.*& seq. p.*7. *recent. & in Spoletana bonorum*, 13. *Aprilis* 1646. §.*quia contraria, coram Eminentissimo Corrado*; vbi quòd, cùm in parte posteriori non expressit qualitatem masculinitatis, vt fecit testator in. præcedenti, rectiùs præsumatur noluisse repetere, istúdque eò fortiùs procedere, inquit,
15. quādo substitutiones perfectis orationibus concipiuntur, & personæ in vna, atque altera substitutionum serie diuersificātur, quia tunc diuersa concurrere potest ratio, ac testatoris affectio, Fusar.*de subst.d.q.*403.*n.*19.Ludouis.*dec.*514.*sub n.*6.& *in annot.n.*17.Ferentil.ad Burat.*dec.*272.*sub n.*19.*vers.ex eo quia*, Rot.*d.dec.*144.*sub n.*3.*p.*7.*recent.* & *in dicta Spoletana bonorum* 13.*Aprilis* 1646.§.*quia contraria, vers.& hac quidem, coram Eminent. Corrado*, dixi *alleg.*42.*n.*16.*lib.*3.Redenasc.*d.consil.*10. *n.*55.*&* 56.& *cons.*30.*n.*14.*& n.*63.& non eundo per mendicata, vt aiunt, suffragia, ita in punctualibus terminis censuit Rot. *dicta decis.* 248. *per totam*, confirmata *die* 27.*Iunij* 1639. *coram R. P. D. Royas.*

Nec huic fundamento resistit Rot. coram Buratt. in motiuis adducta *decis.*272.*n.*11.*&* 12. cùm 16.
loquatur de substitutionibus vnica oratione perfectis, nitatur plurimum dictione repetitiua, aliàs, res tunc valdè dubia præexisteret; dictiones repetitiuæ apparerent interiectæ, & vocatio domus, & familiæ geminaretur, vt animaduertit *ibidem* Ferentill.*d.decis.*272.*num.*20. *coram Buratto*, Caren. *resolut.* 237. *num.*5. dixi *alleg.*62. *num.*16. *vers. Doctores,lib.*3. Rot. *decis.*129. *num.*8. *& decis.*143.*n.*8. *part.*1. *recent.* versatur solummodo circa perpetui- 17.
tatem fideicommissi, non concurrebant diuersitates, quæ militant in casu nostro, quódque magis est, præsentem controuersiam non attingit, quemadmodum neque *in decis.*433. *num.* 7. *&* 8. *part.*2. *& decis.*33. *num.*8.*& seq. part.*7. *recent.*

Nec inficiari potest, quin primogenitura, & fi-
deicommissum in omnibus ferè coincidant, præ- 18.
ter quam in eo, quod istud pluribus, illa verò vni tantùm obueniret, vt subiungebatur in motiuis, ex Abb. *cons.*60. *num.* 10. Menoch. *consil.*957. *num.*3. Cyriac. *controu.*23. *n.*12. *& seq. & consil.*312. *n.*84. Mart. *consil.*176. *num.*12. Larr. *decis.*51. *sub num.*9. Palm. *consil.*56. *num.*56. dixi *allegat.*50. *num.*17. *& allegat.*106.*num.*7.*lib.*3.Merlin.*de legitim.lib.*3.*tit.*2. *quæst.*20.*num.*28. vbi quòd in primogenituris succedatur, prout in fideicommissis, Fusar. *de substitut. quæst.* 277. *num.*70. *& quæst.*387. *num.*10. *& consil.*175. *num.*13. Merlin. *decis.*884. *num.*9. *&* 10. non minùs ergo per erectionem primogenituræ fœmina excluditur, quàm si simplex fideicommissum fuisset ordinatum, eaque propter etiam in motiuis admittitur, quòd saltem, masculis non ex- 19.
tantibus, successionem in primogenituris fœminæ consequi valeant, ex Palm. *consil.*56.*n.*54.*&* 55. Menoch.*consil.*803. *num.*16. & optimè comprobat Rot. *d.decis.*248. *part.*7.*recent.* confirmata *die* 27. *Iunij* 1639. *coram R.P.D. Royas.*

Tandem neque resistit consideratio motiuorum deducta ex eo, quod testator primogenituram progredi disposuerit, prout fit in Dominio, & Ducatu Ferrariæ, cum assumptione cognominis, & in- 20.
signium, ex quo inferebatur pro vocatione masculorum ad omnimodam fœminarum exclusionem, quemadmodum in tota Italia obseruatur, quicquid fit in Regnis Hispaniarum, Molin. *de primogen. lib.*2.*cap.*2.*num.*14.Rot.*decis.*319.*num.*4. *part.*1. *recent. & in Bononien. de Sighicellis* 10. *Decembris* 1631. *num.*14.*coram R.P.D. Queipo*, Fusar. *de substit. quæst.*499. *n.*13. *in fin.* Hopping. *de arm. & insign. cap.*8. *num.*303. *in fin.*

Hæc enim consideratio facillimè euitatur, quippe quoniam præcitati Doctores huic casui non applicantur, ex quo exclusionem omnimodam fœminarum deducunt, non ex simplici onere assumendi nomen, & insignia, sed ex coniunctione dicti oneris, cum repetitione in quolibet gradu masculinitatis. At in casu nostro testator substi- 21.
tutionem ad fauorem masculorum descendentium

ex masculis, atque in eorum extinctionem ampliauit ad descendentes ex Victoria, onere istis iniuncto assumendi nomen, & insignia, quod fœminæ etiam descendentes ex Victoria non secùs, ac masculi adimplere possunt, vt superiùs diximus, & comprobant Marin. *resolut.* 126. *sub num.* 12. *lib.* 2. Valenzol. *cons.* 97. *n.* 121. *&* 122. *lib.* 1.

Concludo igitur, quòd fœminæ omnes ex Victoria descendentes, post extinctionem masculorum, ex litera testamenti ad primogenituram, vt dixi *suprà, num.* 1. vocatæ, propter onus iniunctum assumendi nomen, & insignia testatoris, ad successionem, dummodò primogenitæ, & onus non imponatur explicitè masculis tantùm, admitti debeant.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus simpliciter se obligans inuentario renuntiasse non dicitur. Contrarium, qui teneant, num.* 2. *Quando, & qualiter teneatur de proprio, num.* 3. *& num.* 4. *& num.* 5. *An ex clausulis insolidum, & aliis dicatur renuntiasse inuentario, n.* 7.

8 *Singula si prosunt, fortius iuncta prodesse debent.*

9 *Adminiculum adminiculo adiectum reddit illud fortius.*

OBSERVATIO VIII.

PARTICVLARI sententia per Hebræos de Norsa iam obtenta, in qua Senatus Excellent. Mantuæ Dominum Anguisciolam ad eis soluendum scuta 3858. vnà cum damnis & expensis condemnauit. Modò hæredes eiusdem de Anguisciola ex nouiter deductis illius moderationem prætendunt in eo, quod D. Hora-
1. tius Anguisciola tanquam Patris hæres beneficiatus pro debito paterno in propriis bonis condemnari minimè potuerit, tametsi ex eius propria persona, & bonis nouando in se huiusmodi debitum in forma Cameræ se obligauerit, vulgari ea ratione, quia hæres beneficiatus se obligans simpliciter, atque ex propria persona nunquam beneficio inuentarij renuntiasse voluisse censetur, Bald. *in l. fin. num.* 2. *C. ad l. falcid.* Afflict. *decis.* 399. *num.* 13. Gratian. *discept. forens.* 34. *num.* 33. & *discept.* 264. *num.* 1. & *discept.* 553. *ferè per tot.* Minad. *decis.* 25. Franc. *decis.* 323. & *decis.* 648. cum ibi adductis per Rui. & Amendol. Rot. *decis.* 392. *num.* 3. *ac per tot. part.* 1. *recent.* Galup. *in prax. tit. de except. imped. part.* 3. *cap.* 3. *sub num.* 3. *vers. Secundò ampliatur.* Surd. *decis.* 132. ibique Hodiern. latè Caluin. *de æquitat. cap.* 55. *num.* 8. *ac per tot.* Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 19. Pacific. de Saluian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 310. Staiban. iun. *resol.* 19. *num.* 1. eadem Rot. *decis.* 700. *part.* 3. *recent.* Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2. *quæst.* 15. *num.* 18. *& seq.* & *quæst.* 16. *num.* 49. vbi de veriori, ac receptiori opinione, *& post tract. decis.* 144. *num.* 30. vbi istud eo maximè inquit procedere, quando de minorum interesse agitur, & ita in consilio Neapolis decisum refert San. Felic. *decis.* 212. *in fin.* Andr. Censal. *decis. Lucen.* 39. *n.* 12.

Verumtamen non desunt, qui contrariam profiteantur opinionem, & per obligationem ab hæ-
2. rede simpliciter contractam erga creditores hæreditarios volunt hæredem etiam in propriis bonis censeri obligatum, ac conueniri iure meritò posse, inter quos Angel. *cons.* 31. *num.* 8. Surd. *consil.* 191. *num.* 26. & *cons.* 540. *num.* 17. & *decis.* 183. *n.* 11. Peregr. *cons.* 89. *num.* 11. *lib.* 1. Corn. *cons.* 31. *num.* 11. *lib.* 3. Cyriac. *controuers.* 290. *num.* 29. *& prius controuers.* 225. *num.* 17. Franc. Anton. Cost. *consil.* 77. *num.* 7. Rota apud Merlin. *de pignor. & hypoth. decis.* 93. *num.* 3. *&* 4. vbi assignat rationem, quia beneficium inuentarij prouidet ne hæres teneatur ad onera hæreditaria vltra vires hæreditatis, & sic prouidet hæredi circa actiones passiuas descendentes à defuncto, non autem illi subuenit aduersus actiones quibus tenetur ex suo facto, & *decis.* 135. *num.* 6. & *decis.* 143. *num.* 9. *& prius decis.* 545. *num.* 1. *&* 2. *part.* 5. *recent.* Gratian. sibi contrarius *discept.* 646. *num.* 26. *&* 27. cum adductis per nos *alleg.* 120. *num.* 2. ibique Rota *num.* 16. *lib.* 3. Rot. *decis.* 135. *ex num.* 13. *part.* 9. *tom.* 1. & *decis.* 424. *n.* 6. *&* 7. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.*

Abstrahendo igitur ab hac, vel illa facti specie non ambigitur, quin quæstio huiusmodi maximam secum afferat dubietatem. Ideò operæpretium esse duximus eandem ad facti circunstantias coarctatam, &, vt aiunt, in concreto dispungere. Inter cætera ergo hîc concurrit, quod versamur in obligatione voluntaria ab hærede beneficiato facta, & absque eo, quòd ex parte creditoris, vel iudicis aliqua præcesserit instantia, aut condemnatio. Quando autem hæres beneficiatus voluntariè ad debita defuncti se obligat simpliciter, atque ex illius persona, vtique beneficio inuentarij renuntiasse præsumitur. Quemadmodum in proposito inter necessariam, & voluntariam promissionem communiter distinguunt Doctor. *in l. tale pactum* 43. §. *qui prouocauit, ff. de pact.* Franc. *d. decis.* 648. vbi de hærede beneficiato, qui se nomine proprio obligauerat, non voluntariè, sed vt bona hæreditaria dissequestrarentur, Staiban. iun. *resol.* 19. *num.* 34. Gratian. *d. discept. forens.* 553. *n.* 31. *in fin. & num.* 32. *&* 37. *vers. quid videlicet se obligauerit vigore Decreti iudicis, sic præcipientis,* Rot. *decis.* 700. *part.* 3. *recent.* quæ est *decis.* 223. *num.* 3. *apud Statil. Pacif. de Saluian.* Caren. *resol.* 157. *sub num.* 1. *vers. attamen communis distinctio, lib.* 1. Surd. *decis.* 297. *n.* 8. *& seq.* latissimè Fontanell. *decis.* 490. *num.* 8. *cum seqq. ac per totam,* dixi *allegat.* 120. *n.* 17. *lib.* 3. Rota *in Bononien. nullitatis concordiæ* 1. *Iulij* 1648. *num.* 1. *coram R. P. D. Bichio*, lectura autem obligationis susceptæ per D. Horatium Anguisciolam erga Hebræos illicò voluntariè solutioni se supposuisse liquet. 3.

Accedit insuper alia consideratio, quod nimirum disputatio huiusmodi tunc sibi locum vindicat, quando dubium subest, nunquid hæres nouandi animum habuerit; at quando expressè de inducenda nouatione conuenit, dubio procul omnis dubitandi ansa remouetur; frustra enim contenderetur an hæres obligationem defuncti nouare intellexerit, dum debitum in se ipso nouauit, expressè Gratian. *d. discept.* 34. *num.* 30. *& d. discept.* 264. *num.* 7. *& seq. & d. discept.* 550. *n.* 31. Surd. *decis.* 132. *num.* 27. Fontanell. *dict. decis.* 490. *num.* 24. Rot. *d. decis.* 392. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* & apud Pacific. de Saluian. *d. decis.* 223. *sub n.* 3. *vers. non obstat*, & ipse *in tract. inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 316. Tomas. *de inuent. tit.* 13. *num.* 18. *& in appendice, de inuent. post tract. de tutor. & curator. num.* 5. *limit.* 1. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2. *quæst.* 15. *sub num.* 46. *vers. similiter sunt intelligenda.* Vnde 4.

cum

cum expressè pluries, atque inculcatè D. Horatius Angusciola pro defuncto sponte se obligauerit, ac obligationem ipsam in se nouauerit, frustra nunc ipse, seu illius hæredes frui beneficio inuentarij contendunt.

Fortius prædicta comprobantur; quippe quoniam actus D. Horatij Angusciolæ non processit per viam simplicis, ac meræ obligationis, cum vl-
5. terius transigendo remissionem partis debiti, dilationem ad soluendum capitale, nec non & absolutionem ab interesse, & damnis in posterum decurrendis reportauerit, adeò vt negotium dumtaxat hæreditatis gessisse non dicatur, quin potiùs propriæ etiam ac plurimum consuluerit indemnitati. Quando autem hæres ex interesse particulari cum creditoribus hæreditariis transegit, tunc eo fortiùs erga ipsos vltra vires hæreditarias de proprio nulla inuentarij habita ratione tenetur, Anton. Fab. *in suo Codice, lib.2. tit.4. de transact. defin.2.* Rot. *d.decis.545.num.2.part.5.tom.2. recent. & d. decis.135. sub num.6. vers. vbi id potissimè, & d. decis.143. num.11.* apud Merlin. *de pignor. & hypoth.* Fontanell. *decis.491. num.10. ac per totam.*

Si ergo vnaquæque ex prædictis rationibus separatim considerata ad inducendam hæredis ex propria persona, & bonis pro debito defuncti obligationem sufficit, quanto magis simul in
6. vnum coaceruatæ, ac in facti specie concurrentes id præstabunt, iuxta regulam, singula, quæ sufficiunt simul iuncta magis vrgent, Rot. *decis.103. num.5. part.5.recent.* Barbos. *Axiomat.209. per totum*, Laurent. Vrsell. *conclus.55. n.2. in verb. Adminiculum.*

Vnde non est, cur modò ingrediamur quæstiones à nostris in proposito inuectas, an scilicet eundem effectum operetur obligatio per hæredem
7. suscepta insolidum pro certa quantitate quoad bona præsentia, & futura, atque in ampliori forma Cameræ, vt per illam beneficio inuentarij renuntiasse censeatur, in qua affirmatiuam prosequuntur Statil. Pacific. de Saluian. *inspect.3.cap.2. num.322. & seq.* Gratian. *d. discept.264.num.7.cum seq.* Tomas. *de inuentar. tit.13. num.29. & in appendice, de inuentar. post tract. de tutor. & curator. num.5. limit.3.* contrariam verò, & sic negatiuam defendunt, Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.2. q.16. num.50.* Rot. *decis.138. & decis.223.* apud Statil. Pacific. quæ habentur etiam *in recent. decis.392. p.1. & decis.700. part.3.* Gratian. *discept. forens.553. per tot.* & latissimè prosequitur Fontanell. *decis. 490. & decis.491.* nam quicquid esset de prædicta quæstione abstrahendo ab aliis fundamentis *superius* recensitis, quæ omnino inconcussa reputantur ad hoc vt hæres, qui voluntariè per nouationem, ac transigendo defuncti obligationem suscepit, ex persona illius propria cum bonis teneatur, illud vtique indubitatum existimamus, quod nostra opinio, & Hebræorum intentio iam optimè fundata ex prædictis quoque plurimum coadiuuetur, eoque magis mens hæredis deliberata obligandi etiam eius bona, & personam colligatur, siqui-
8. dem quodlibet adminiculum quantumvis leue, si graui accedat, facit illud tantò magis valere, ex Mantic. *decis. 323. num.4.* Laurent. Vrsell. *d. conclus.55.num.12.* hic autem non solùm præcessit adminiculum graue, sed concludens probatio non ex vno, sed ex pluribus resultans, quod D. Horatius Angusciola in se obligationem suscipere intellexerit, ac disertè nouauerit.

SVMMARIVM.

1 *Implementum qui allegat probare debet.*
2 *Exceptio non implementi obstat agenti, ne audiatur. Non implementi obstat etiam si non intersit eorum, qui vice versa promiserunt, num.3. Et de ratione, n.4. Sed contra, num.11. Non impedit cursum interesse, num.15.*
5 *Ratificatio stipulata etiam non necessaria requiritur, & num.14. Ad euitandas lites prodest, num.6. Contra, num.13. Inducitur ex vsu instrumenti contractus, num.19. Ex solutione, aut receptione vigore contractus inducitur, num.20. Ex taciturnitate resultat, num.21. & num.23. Sed vide, num.24. Remissa censetur ex vsu actus ratificandi, num.25.*
7 *Insinuatio non requiritur in donatione obnuptiali.*
8 *Donatio propter nuptias facta à minore sine solemnitatibus non valet. Mortua vxore acquiritur marito, num.28. Vt lucretur per heredes vxoris pactum speciale requiritur, numer.30.*
9 *Incertitudo, donationem propter nuptias, aut dotem non vitiat.*
10 *Solemnitates adhibitas fuisse in constitutione procuratoris sufficit. Declara, vt n.12.*
16 *Fructus bonorum vxoris, quæ nullam constituit dotem maritus lucratur.*
17 *Dos à Patre constituta debetur cum interesse. Mortuo viro reuertitur ad vxorem, n.29.*
18 *Dotis constituta per procuratorem inducitur ratificatio ex matrimonio postea subsecuto.*
22 *Dominus à procuratore præsumitur certioratus.*
26 *Contractus fauore minoris claudicat. Non secus contrahentis, num.27.*
31 *Lucrum dotis debetur etiam de dote promissa, & non soluta.*

OBSERVATIO IX.

Actus ratificandi iniunctum partibus per declarationem Suæ Celsitudinis, & potissimum parti aduersæ successit tantummodo ad remouendum scrupulum circa res promissas, & obligatas à mandatariis, in ordinem ad quam declarationem, atque iuxta illius formam in pactum onus huiusmodi ratificationis apparet deductum. Vnde exceptio non implementi, seu non adhibitæ ratificationis, quæ eo ipso probata 1.
resultat, dum de implemento non apparet, seu non docetur, quia qui implementum à se debitum allegat, aut eo præsupposito agit illud probare debet, *l.Iulianus 13. §.offerri,* vbi Bart. *num.2. ff.de act.empt. l.Quæro 54. §.inter Locatorem,* vbi quoque Bart. *sub num.1. ff. locat. l. ita stipulatus 115. §.quod si ab initio, ff.de verb.oblig.* Crauet. *consil.192. num.15.* Mascard. *de probation. conclus.891. num.1. in verb.Implementum,* Surd. *decis.64.num.29.& 30.* Thomat. *decis. Macerat.40. num.12.* Cyriac. *controuers.180. num.11.* Camuncul. aliàs Procurator *in confect. instrum. decis.Bonon.48.num.2.* latè post alios Niger *de except. cap.9. §.14. num.2. & seq.* Rot. *decis.44. num.21. part.6. recent.* Gratian. *discept.246. num.11.* & *discept.926. num.3.* Ludouis.

decis.139. *num*.6. & *decis*.261. *num*.5. *& in annot.*
num.6. Andr. Censal. *decis.Lucen*.34. *num*.2. & 3.
Bonden. *collect*.22. *num*.12. *& seq.* adeo intrat fa-
uore Excellentissimi Ducis Mirandulæ, vt ipso
2. iure ab intentata actione aduersarium agentem
ex contractu per eum non adimpleto repellat,
d.l.Iulianus 13.§.*offerri*, *ff.de act.empt. l.cum propo-*
nas 21. *C.de pact.*Bec. *cons*.45.*num*.6. Crauet. *con-*
sil.151. *n*.10. *circa medium*, Camuncul. *d.decis*.48.
num.3.latè post alios Altograd. *cons*.10.*num*....qui-
bus accedunt cumulati per Nigr. *de except. cap*.9.
in princ. num.6. Merlin. *controuers. forens*.73. *n*.2.
& *controuers*.86. *num*.12.*& seq.* Marc.Anton.*var.*
resol.17. *num*.12. *&* 13. & *resolut. sin. cas*.20. *lib*.2.
Ioan. Baptista de Thr. not. *decis*.84.*num*.33.34.37.
& ibi, adducti per Sapientissimum Dominum
S.E.Auditorem Andr.Censal. *decis.Lucen*.14.*n*.28.
& *decis*.34. *num*.7. Contr. *discept*.36. *n*.15. *& n*.39.
Georg. Mund. *cons*.11.*n*.8.*lib*.1. Ioan. Franc. Andr.
controu.234.*num*.1.

Neque obstaret, si opponeretur in facti contin-
gentia exceptionem huiusmodi nihil prorsus re-
leuare, quippe quoniam cum contractus subsiste-
ret absque vllo adimplemento ex latere principa-
lium inspectis facultatibus amplissimis, tum Se-
renissimo Principi, tum Procuratoribus conces-
sis, partibus propterea nullum interesse, aut dam-
num resultare poterat, ratione cuius vis in non
adimpleméto fieri posset ad exclusionem actionis
intentatæ per Excellentissimum Ducem aduer-
sarium; dupliciter namque replicari poterat, &
primo hanc exceptionem non adimplementi
3. competere, etiamsi non intersit eorum, quibus
versa vice, séu respectiuè aliquid promissum fuerit,
Rot.*decis*.210.*num*.2.*part*.1.*diuers.* & coram Penia
decis.637.*num*.4. Gratian.*discept*.301.*num*.14.*&* 15.
& *discept*.302. *num*.29. *&* 30. Secundò, quia ex-
ceptio non implementi non tam est fundata in
4. interesse, quam in defectu, seu violatione fidei,
Bart *in d. l. cum proponas* 21. *C.de pact.* Pen. *d.de-*
cis.637. *num*.6. Gratian. *d.discept*.301. *n*.15. & *dict.*
discept.302. *n*.22.*&* 23.

Eóque magis in præsentiarum, necessitas ratifi-
candi sibi locum vindicat, etiamsi alias non re-
quireretur, quia contrahentes per stipulationem
5. præcisam sibi prospexerunt de ratificatione, quo
casu necessaria reputatur, quantumvis in manda-
tis actum gerendi adfuerit facultas, Bald. *in l*.1.
num.4.*vers.conclude, C.de Procurat.* Gratian. *dis-*
cept. forens.725. *num*.11. vbi quod prius debeat esse
clarum, & certum de mandato sufficienti ad hoc,
vt cesset ratificatio; ideo quia potest esse dubium
super tali sufficientia, siue generali, siue speciali,
tunc suppleatur per cautionem rati, subdentes
quod hoc sit multum vtile, quia propter istam ra-
tificationem resecantur multæ exceptiones pro-
curatoriæ. Quamobrem dicitur etiam constare de
interesse, si fiat ratificatio conuenta, propter liti-
6. gia, quæ possunt occurrere super mandato, & fa-
cultate, quam quis prætendit habere ad aliquem
obligandum, vt in specie concludunt Bald. *in dict.*
l.1. *num*.4. *vers.conclude, C.de Procurat.* Gratian.
discept.725.*n*.25.

Hic autem maior necessitas ratificationis con-
uentæ concurrere videbatur propter ipsius Ex-
cellentissimi Ducis Cæsij minorem, atque imper-
fectam ætatem, & ratione cuius donatio propter
nuptias de nullitate redargui potuerat, non qui-
7. dem ex defectu insinuationis, cum in tali dona-
tione obnuptiali non requiratur, ex Surd. *dec*.214.
n.14. Caputaq. *dec*.119.*p*.3.Rota *decis*.377. *n*.5. *p*.2.
recent.quæ est *decis*.563.apud Ludouis.Octau.Cor-
set. *cons*.29. *n*.1. latè Cutel. *de donat. discur*.1.*spe-*
cial.4.*n*.2.*& seq.*& *special*.5.*n*.1.*& seq.* alios refert
Gratian.*discept.forens*.297.*n*.7. sed ex defectu alia-
rum solemnitatum in contractibus minorum ex 8.
statuto requisitarum, ad latè tradita per Rot. apud
Pic.*ad Statut.Vrb. decis*.22. *per totam*, apud Statil.
Pacific. *decis*.114. *num*.1. apud Coccin. *decis*.433.
& *decis*.479. Thomas.*de tut. & cur.tit*.19.*num*.79.
vbi recenset contrarium tenentes Baron. *de effect.*
minor. ætat.15.*num*.78.*&* 79. Beltram.ad Ludouis.
decis.491. *num*.13. Simoncel. *de decret. tit*.2. *n*.15.
lib.1. vbi in effectu concludunt quod donatio
propter nuptias non subiaceat Statuto Vrb. *c*.150.
vbi agitur de insinuandis donationibus, suppona-
tur tamen si fiat à minore Statuto, *sub rubr. seu*
cap.151. *de solemnitatibus*, siue ergo intersit Ducis
Mirandulæ, quod ratificatio intercesserit ob nulli-
tatem promissionis Ducis Cerræ, siue non, adhuc
propter stipulatam præcisè ratificationem, etiam
si concurreret validitas promissionis requireretur,
& exceptio non implementi obiecta parti aduer-
sæ obesset.

At vice versa mox dicta non videntur admo-
dum tuta, cum non videatur dubitandum, quin
tam dotis constitutio, quam donatio propter nu-
ptias vsque ab initio suam habuisset perfectio-
nem, nec vnquam circa validitatem partes hæsi-
tassent, eisque scrupulum vel minimum iniectum,
cuius intuitu commissa censeretur stipulatio rati-
ficandi, quemadmodum in dictum casum dum-
taxat promissa ac conuenta videtur. Neque enim
officit ipsius dotis, ac donationis propter nuptias
incertitudo, ac collatio in tertiam personam, 9.
quandoquidem fauore dotis, ac donationis pro-
pter nuptias cautum reperitur incertitudinem
eas non vitiare, *l*.3.*C.de dot.promiss. l.cum post* 70.
§.*gener, ff. de iur. dot.* Bart. *in l*.1. *num*.14. *ff. solut.*
matr. Castr.*cons*.11.*num*.3.*lib*.1. Menoch. *consil*.93.
num.11. *&* 12. vbi declarat procedere si augmen-
tum dotis ex parte Viri, siue ex parte mulieris
proueniat, Baptista de S. Blasio *de priuileg. dotal.*
priuileg.3. Minsyng. *obseru*.3. *num*.3. *in fin. cent*.3.
Socin.iun. *cons*.35. *num*.18. *lib*.1. cum adductis per
Camill. Borell. *in summ. decis. tit*. 5. *num*.204.
& 205.*part*.3. & latè per Manent. *cons*.25.*num*.24.
& 25. Sicuti satisfactum statutis sufficienter dici-
tur ex adhibitione solemnitatum in constitutione
Procuratoris, adeo vt nulla amplius pro validitate 10.
donationis propter nuptias adhiberi oportuerit
solemnitas, Rota *decis*.3. *num*.3. *&* 4. apud Pic.*ad*
Statut. Vrb. & *decis*.238.*num*.11. *part*.6. *recent.* Si-
moncell. *de decret. lib*.2. *tit*.5. *inspect*.4. *num*.49.
Barz. *decis*.95. *per tot.* Cyriac. *controuers*.308. *n*.17.
& 18. distinguentes, quod aut Procurator genera-
liter ad omnia negotia constituitur cum debitis
solemnitatibus, qui non est casus noster, & tunc
etiam debet repeti in quolibet actu, aut consti-
tuitur ad certum actum, vt hic, & eo casu non
sunt amplius necessariæ.

Hinc deducitur conclusio communiter rece-
pta, iuxta quam implementi exceptio non com-
petit, nec releuat, quando nullum resultare po- 11.
test interesse, aut damnum ex non implemento,
Bald.*cons*.121.*lib*.1. Crauet.*cons*.59. Surd. *consil*.101.
num.24. Menoch. *cons*.1.*n*.370. Ludouis. *deci*.347.
num.11. Cæphal.*cons*.80.*num*.9. Siluan. *consil*.100.
num.15. Seraph. *decis*.1243. *num*.2. *&* 3. cum ad-
ductis per Nigr. *de except. cap*.9.*in princ.num*.80.

Forentill.

Ferentill. ad Buratt. *deciſ.*571. *num.*5. & *deciſ.*674. *num.*14. Rot. *deciſ.*192. *num.*19. *&* 20. *part.*5. & *deciſ.*203. *num.*28. *&* 29. *part.*6. *recent.* Durand. *deciſ.*9. *num.*4. & *deciſ.*146. *num.*13. & *deciſ.*187. *n.*3. & *deciſ.*286. *num.*6. in tantum quod ex præmiſſis non videtur curandum per paucos alios *ſupra* congeſtos in contraria reſidere opinione, eòque magis, quia non ſimpliciter implementum promiſſum extitit, ſed in ordine ad ſcrupulum ipſorum principalium, quatenus vnquam ſubeſſe appareret. Vnde cum nulla hactenus circa validitatem hæſitatio contigerit, ea propter inanis prorſus quælibet ratificatio euadebat.

12. Amplius tamē ſuper præmiſſis cogitandū veniret ſtante quòd Procuratoris cōſtitutio non emanauit ad contractum ſuper dote certa, aut donatione propter nuptias in quantitate determinata, ſed ad quid incertum, & indeterminatum, quo caſu non poteſt deueniri ad actum celebrationis contractus, ſeu promiſſionis abſque decreto, & ſolemnitatibus, Federic. de Sen. *conſ.*100. Borgnin. *de tutor. & curat. num.*130. Simoncell. *de decret. lib.*2. *tit.*5. *num.*50. Huic tamen obiecto poſſet probabiliter replicari ex circunſtantiis ipſius facti, atque ex præcedentibus, & contentis in mandato adeo ſpecificatum reddi contractum, vt nulla omnino ſuperfuerit incertitudo, aut generalitas; præterquam quod in arbitrium tertij poſſe remitti taxationem, quantitatem, ac ſubſtantiam donationis propter nuptias *ſuperius* demonſtrauimus. Concludo igitur exceptionem propoſitam non adimplementi maximam ſecum pro vtraque parte afferre ambiguitatem.

13. Infertur ergo ex iam dictis promiſſionem vtrinque per Procuratores ſtipulatam omnimodam habere firmitatem, ac ſubſiſtentiam, nec vlteriori indiguiſſe ratificatione, & potiſſimum, quia contrahens nomine alterius, & promittens de rato ad cautelam, ſeu ad remouendum principalibus ſcrupulum non tenetur, ſeu non obligat ad ratificandum, ſi habeat mandatum, & facultatem abſolutam ad gerendum illum actum, cum ratificatio eſſet ſuperflua, neque exigeretur, niſi quatenus opus eſſet, ſeu in facti ſpecie ſcrupulus ſuboriretur, *l. ſi Procurator 6. in princip.* & *§. Celſus autem,* vbi Iaſ. *num.*2. *ff. de cond. indeb.* Menoch. *conſil.*757. *num.*14. Viuius *deciſ.*534. *num.*31. *C. de fact. ſcient. & ignor. inſpect.*21. *num.*5. Gratian. *diſcept.*725. *n.*10. vbi quod ſemper promiſſio rati intelligitur quatenus opus ſit, & mandatum detegatur inſufficiens, cum adductis per Tomaſ. *de tutor. & curat. tit.*19. *num.*1447. *fol.*578. Buratt. *deciſ.*190. *n.*4. quod tanto magis in præſentiarum ſibi locum vindicat, ex quo Procuratores ratihabitionem ſimpliciter non promiſerunt, ſed ad remouendum ſcrupulum.

14. Quod autem peculiariter modo prædicto ratificatio ſtipulata appareat, ac conſequenter ſaltem vi ſtipulationis omnino neceſſaria reputetur, vt ſubiungit Gratian. *d. diſcept.*725. *num.*11. ad præſentem controuerſiam non applicatur, cum non fuerint principales, qui ſibi prouiderunt de ratificatione, ſed Procuratores; abſque eo tamen, quod iſtud in mandatis haberent, & tunc ſolummodo intercedere voluerunt ad remouendum ſcrupulum, qui cum poſtea nunquam adfuerit, ea propter ceſſauit quoque omnis ratificandi obligatio.

15. Verumtamen quod exceptio non adhibitæ ratificationis, ſeu non implementi non ſuffragetur, neque impediat proceſſum ad vlteriora, dum propoſita actio reſtringitur ad vſuras, ſeu fructus dotales ad onera matrimonij correſpectiuos, ſuadetur argumento *l. curabit* 5. *C. de act. empt.* Gloſſ. *in cap. Conqueſtus, in verb. De feudo de vſur.* Gabr. *concl.* 4. *num.*5. *&* 9. *de vſur.* Ludouiſ. *deciſ.* 297. *num.*2. cum *ibi* notat. per Beltram. *num.*12. Anton. Nigr. *de except. cap.*9. *num.* 113. *in princ.* Leoncill. *deciſ. Ferrar.* 32. *num.* 13. *& deciſ.*178. *num.*6. optima redditur ratio, quia per non implementum mariti non minuitur onus ſuſtinendi onera matrimonij, quorum contemplatione debetur iſtud intereſſe recompenſatiuum, ne ſcilicet damnificetur cum lucro vxoris, ſeu promittentium, aut poſſidentium dotem; ſecluſo enim dotis titulo, ſeu dotis conſtitutione pro infecta habita quoad maritum non implentem, dos tamen, ſeu patrimonium mulieris efficitur, cuius intereſſe 16. conuentum ſpectat ad maritum, etiam ſi expreſsè dos minimè conſtituta fuiſſet, Bald. *conſil.*276. *in fin. lib.*3. Roſental. *de feud. cap.*10. *concluſ.* 5. *n.*19. cum adductis per Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*6. *gloſſ.*2. *part.*7. *num.*11. *tom.*2. *fol.*437. quibus Cyriac. *controuerſ.* 251. *num.* 37. ſequitur proinde promiſſionem dotis abſque ratificatione ſubſiſtentiam habere, neque exceptionem non implementi omni in caſu interuſuriorum petitioni obeſſe, tantoque magis, quia verſamur in dote conſtituta à 17. Patre filiæ ſuaptè natura fructus, ſeu intereſſe loco alimentorum producente, pulchrè ad rem Menoch. *conſil.* 81. *num.*61. *& ſeq.* latè Manent. *conſil.* 33. *num.* 2. *& ſeq.* Rota apud Fenzon. *ad Stat. Vrb. deciſ.*81. *per tot.* vbi ergo obſtaret exceptio implementi ratificatio fuiſſet neceſſaria, ac conſequenter dotis promiſſio corrueret, non ideo reſoluta cenſeretur obligatio correſpondendi intereſſe pro onerum matrimonij ſuſtentatione, & loco alimentorum filiis in bonis parentum debitorum.

Sed ſuppoſito etiam quod ratificatio intercedere debuiſſet priùs antequam actio aduerſanti competeret, videndum ſuccedit, & ſic aggredior ſecundæ dubitationis reſolutionem, num obligationi prædictæ adamuſſim cenſeatur ſatisfactum ex vſu dicti contractus, taciturnitate tot annorum, aliiſque ex natura negotij, & ab inde geſtis concurrentibus; vtrinque igitur & primo inducitur ratificatio potiſſimum donationis pro- 18. pter nuptias ex matrimonio poſtea, ac immediatè ſubſecuto, vt in terminis Rot. *deciſ.*89. *num.*11. *& ſeq. part.* 2. *diuerſ.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 367. *num.* 41. *& diſcept.* 583. *num.* 14. *& ſeq.* quamuis Gratian. in ſuo caſu aliter ſentiat, eo quia in dotis promiſſione ex parte minoris facta non acceſſerunt ſolemnitates requiſitæ, quæ hic vti diximus interuenerunt. Deinde ex vtroque latere ratificatio geſtorum per Procuratores in cauſam dotis, & propter nuptias donationis emerſit ex vſu in- 19. ſtrumenti, ac contractus tunc celebrati, *l. Paulus 5. ff. rem rat. haber.* Doctores *in cap. ex parte, de reſcriptis,* Gratian. *diſcept.*706. *num.*9. cum adductis per Tomaſ. *de tutor. & curat. tit.*19. *num.*1452. *verſ. Verbis autem, & factis, fol.*579. Ludouiſ. *deciſ.*331. *num.*10. Mart. Med. *deciſ. Senen.*58. *n.*38. 39. *&* 40. Rota *deciſ.*56. *num.*7. & *deciſ.*88. *num.*26. *part.*6. *recent.* Vlterius partes ratificaſſe cenſentur per eorum Procuratores geſta, & promiſſa, ex eo, quia in computum dotis plures apparent ſolutiones, ac reſpectiuè receptiones; ex ſolutione namque facta, vel recepta vigore contractus neceſſariò 20. arguitur ratificatio, Menoch. *de recuperan. remed.*15. *num.*118. & *de præſumpt.*39. *num.*15. Caualer.

*decis.*276.*num.*4.Scain.*decis.*112.*num.*56. Mart.Medic.*decis. Senen.*58. *num.*4. Castil. *decis.*18. *num.*53. & *decis.*26.*num.*18. alios cumulat Tomas. *de tutor. & curat. tit.*19. *sub n.*3432. *vers. ex solutione facta, fol.*580. & *vers. ex datione, & receptione*, & *vers. ij. actuum perceptione, eod. fol.*580. *col.*2. Leoncill. *decis. Ferrar.*183.*num.*1.Staiban.iun.*resolut.*29.*n.*43. & *resolut.*59. *num.*86. Rota *d. decis.*56. *n.*3. *part.*6.
21. *recent*. Demum ex taciturnitate iuncta scientia actus gesti per Procuratorem orta dicitur ratificatio, Alex. *in l.sæpè* 63.*num.*57. *ff.de re iudic.* Gargiar. *patrocin.*84. *num.*5. *lib.*1. & *patrocin.*57. *n.*22. *lib.*2. infinitos recenset Tomas. *de tutor. & curat. tit.*19. *sub d. num.*3452. *vers. ex scientia actus, dict. fol.*580.*col.*2. Mart.Medic. *d.decis.*58.*num.*36. Neque enim ambigi posse videtur quin Excellentissimus Dux Cerræ specificam habuerit hinc inde promissorum in celebratione matrimonij cogni-
22. tionem, præsumitur namque in reditu eius Procuratoris de per eum gestis illico certioratus, Roman.*consil.*481. Ludouis.*decis.*127.*num.*4.& *in annot. num.*11. Mart. Medic. *decis. Senen.*58. *num.*51. Buratt.*decis.*374.*num.*10.Comitol.*decis.*119.*num.*7. Vnde cum ab inde per viginti annos nunquam impugnauerit promissionem donationis propter
23. nuptias in necessarium consequens omnino sequitur, quod illam approbauerit, Crauet. *consil.*320. *num.*15. Surd. *decis.*111. *num.*7. vbi quod non impugnare est approbare, Neuiz. *consil.*35. *num.*22. Tomas. *de tutor.& curat.tit.*19. *vers. ex omissa impugnatione, fol.*581. Fontanell. *decis.*251.*num.*2.& 3. Quæ eo fortius procedunt ex quo ratificatio ad cautelam tantum, & ad remouendum scrupulum reseruata erat: non autem ex eo quod solemnia in contractu adhibenda deficerent, quo casu nimirum si minor non adhibitis solemnitatibus statuti Vrbis propter nuptias donasset, dubium oriri potuisset, nunquid ex actibus positiuis cum
24. lapsu temporis induci ratificatio contractum, & promissionem validans potuisset, ad copiosissimè tradita per Tomas. *de tutor. & curat.tit.*19.*n.*3412. *cum seq.fol.*850. Per quos sanè actus tacitam ratificationem inducentes inter principales subsecu-
25. tos remissa censetur ratificatio, atque implemento renuntiatum, Gallerat. *de renuntiat. lib.*5. *cap.*12. *num.*8.& latius Gratian. *d.discept.*302.*num.*17.*cum pluribus sequentibus.*

Illa conclusio ab omnibus recepta, & iuxta quam tradunt Doctores minoris contractum pos-
26. se claudicare, nullitatemque à solo minore allegari posse, de qua post alios Ludouis. *decis.*574. *num.*4.Tomas.*de tutor. & curator.tit.*19.*num.*3360. *fol.*811. Gratian. *discept.forens.*27. *num.*59.& *discept.*691. *num.*1.& *seq.*Leoncil. *decis.Ferrar.*4. *n.*5. Rota *decis.* 318. *num.* 37. & 38. *part.* 5. *recent.* vbi quod contractus à minore sine debita solemnitate celebratus licèt sit nullus, claudicet tamen ex parte minoris, Bonden. *collect.*36. *num.*10. Censal.*decis.* 38. *num.*6. & 9. in cuius arbitrio stat recedere,
27. necne, tamen alteri parti ab illo contractu inuito minore recedere non licet, latè Pic. *ad Stat. Vrb. cap.*151.*gloss.*7. *num.*188. & 189. *cum seq.* vbi quòd indubitanter procedit si minor effectus maior renuntiaret statuto, quæstionem tertiò propositam resolueret, nisi iam demonstrauissemus contractum de quo agitur omnimodam ab vtraque parte habuisse subsistentiam propter interuentum statutariæ solemnitatis in constitutione Procuratoris per minorem facta, atque etiam in casu nullitatis locum fuisse fauore mariti sustentantis onera matrimonij lucro, & actioni consequendi interusuria in rationem quinque pro centenario.

Regula ineuitabilis stat, quod ob vxoris prædecedentiam marito, donatio propter nuptias penes ipsum remaneat, neque ab vxore transmittatur ad 28.
hæredes, nisi circa istud peculiare pactum intercesserit, per text. & Gloss. *in cap. fin. de donat.int. vir. & vxor.* Bald. *in Auth. siue,Cod. ad Velleian.* Roland. *consil.*62. *num.* 7. *lib.*1. Menoch. *cons.*155. *num.*36.cum adductis per Caroc.*decis.seu casu* 110. *num.* 6. & *per tot.* latè Borell. *in sum. decis. tit.*8. *num.*27. & *seq. part.*3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*20. *tit.*5. *num.* 16. & *seq.* Quemadmodum dicimus de dote, quæ simul atque moritur maritus, vel vxor, & soluitur matrimonium, dos cum fru- 29.
ctibus reuertitur ad eandem vxorem superstitem, ac respectiuè eius hæredes, *l.vnica,§.exactio,C.de rei vxor. act. l.cum in fundo* 81. *§.si fundus, ff. de iur. dot.* Fontanell. *de pact. dotalib. claus.*6. *gloss.*2. *part.*1. *num.*28.& 29. Fenzon. *ad Stat.Vrb.cap.*131. *num.* 1. Vnde circa donationem propter nuptias cum non reperiatur aliquid præcisè conuentum fauore vxoris, ac eius hæredum, quod nimirum, qualitercunque matrimonium soluatur eam lucrentur, consequens ideo fit, quod integra penes maritum superstitem remanere debeat, nec ad hæredes vxoris transmittatur, & pactum quod vigore Statuti Vrbis, *sub rubr. de Lucr. dot. cap.*131. subintelligitur de lucranda donatione obnuptiali per vxorem, procedit solummodo in casum obitus mariti sine filiis ante vxorem, vt plenius statuti eiusdem lectura indicat. Ad effectum verò, vt hæredes vxoris lucrarentur etiam dona- 30.
tionem propter nuptias, pactum sic erat concipiendum quod donatio propter nuptias morte vxoris etiam viuente marito lucraretur per hæredes vxoris, Bald. *in l.*3. *num.*6. *C.de bon.quæ liber.* Roland. à Valle *cons.*62. *num.*7. *lib.*1.

Vltima dubitatio ex facto potius, ac calculis, quàm ex iure dependet; nam præsupposita validitate constitutionis dotis intrat pactum expressum, ac etiam statutum ad cuius dispositionem mari- 31.
tus quartam partem dotis etiam pro portione inexacta lucratur, Ludouis. *decis.*5. *num.*1. & *ibi* Beltram. *num.*11. Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap.* 131. *n.*24. & *seq.* & *cap.*132. *per totam annotationem*, Ferentill. ad Buratt.*decis.*432. *num.*11. Ex quibus anceps euasi qualiter dictus Excellentissimus Dux Mirandulæ obtinere, seu se defendere posset à petitis dumtaxat ex aduerso interusuriis dotalibus.

SVMMARIVM.

1 *Officiali asserenti aliquid fecisse de mandato Principis non creditur. Fallit, vt n.*2.

OBSERVATIO X.

OFFICIALI, seu Magistratui asserenti aliquid fecisse de iussu, & mandato Principis 1.
non creditur, *l.*1. *C.de mandat. Princip.* Natt.*consil.*420. *num.*2. & 4. Osasc. *decis.* 71. *sub num.*13. *vers. Tertiò dato*, Farinac. *quæst.*97. *num.*52.Borell. *de Magistrat. lib.*2.*cap.*10. *num.*26. Vermigl. *consil.*159. *num.*17. Mascard. *de probat. concl.*140.*n.*10. Bonden. *collect. legal.*32.*num.*3. & 4. vbi post alios declarat istud non procedere quando Princeps in ciuitate reperitur præsens.

Vlteriùs

Vlterius conclusionem non procedere, vbi agitur de tribunali ex pluribus consistente, quia tunc
2. tot Viris de commissione ipsis viuæ vocis oraculo Principis datæ, vel per epistolas creditur, Farinac. *quæst.97.num.56.& 58.* & *cons.60. num.97.* Gram. *decis.36.num.28.* Port.Imol.*consil.95.n.4.* Mascard. *de probation. conclus.35. num.6. & 7.* Tiraquel. *de retract. lignagier. §.8.gloss.9. num.24.* Caball.*resolut.26.num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Bona patrimonialia Clericorum sunt immunia à collectis. Contra, num.21. Quæ transeunt in Ecclesiam efficiuntur immunia, n.2.*

3 *Clerici quibus concurrentibus collectari possint, neque sponte possunt collectas soluere, num.9. Habent ex priuilegio speciali, vt eorum bona patrimonialia sint immunia, n.22.*

4 *Ecclesiastici, quando de iure tenentur contribuere, coguntur à Iudice Ecclesiastico.*

5 *Princeps Laicus non potest collectare Clericos.*

6 *Consuetudo collectandi Clericos viribus non subsistit, multum attenditur quoad exemptionem bonorum patrimonialium Clerici, num.24.*

7 *Tributa non soluuntur pro prædiis Italis.*

8 *Onus reale, quale est, transit in Ecclesiam soluendi collectas ad Dominum non ad partiarios spectat, n.33.*

10 *Collectam recipiens à Clerico sponte dante incidit in Bullam Cœnæ Domini.*

11 *Sacerdoti concurrentibus adminiculis creditur.*

12 *Testis vnicus deponens de facto proprio iunctis adminiculis plenè probat, & sine adminiculis facit plusquam semiplenam probationem, num.13.*

14 *Testi deponenti contra proprium interesse multum creditur.*

15 *Ecclesiasticus coram Laico sine licentia superioris non potest testificari; si tamen deponat examen sustinetur, n.16.*

17 *Libro æstimi fides præstatur.*

18 *Litteræ contra scribentem probant.*

19 *Principis factum reputatur casus fortuitus.*

20 *Partiarij Dominus non tenetur pro casibus fortuitis.*

23 *Clericum in patrimonialibus haberi pro Laico quomodo intelligatur.*

25 *Cremonæ bona patrimonialia Clericorum non gaudent immunitate, neque in Gallia, num.26.*

27 *Manutentio datur existenti in quasi possessione exigendi collectas.*

28 *Obseruantia quoad solutionem collectarum attenditur.*

29 *Forenses, & Clerici respectu patrimonialium parificantur quoad collectas, in Italia pro eorum bonis collectantur, n.30.*

31 *Exemptio Clericis conceditur in recompensationem administrationis spiritualium.*

32 *Conductor, vel partiarius exempti coactè soluens collectas repetit à Domino non obstante eius exemptione.*

34 *Casus fortuitus est ille, qui non potest præuideri, nec impediri.*

35 *Collectæ quo casu inconsulto Summo Pontifice ab Ecclesiasticis exigantur.*

OBSERVATIO XI.

DVM exercitus Maiestatis Cæsareæ vniuersam agri Mantuani ditionem depopulabatur, ac vrbem ipsam obsidione primum detineret, postmodum aggressus fuerit; In oppido Luzzariæ Petrus, & Matthæus Fratres de Bonattis iustitiæ medio coacti fuerunt per subtractionem animalium, ac aliorum bonorum, eorúmque subhastationem soluere contributiones indictas pro hospitatione militum illic tunc degentium, hócque pro contingenti portione, & rata spectante ad Dominum Carolum Bortesium Luzzariæ Archipresbyterum. Et istud pro bonis ipsius tam patrimonialibus, quam hæreditariis, cuius tunc dicti fratres super quodam prædio existente in Valle Briua erant partiarij. Qui cum hodie pro eorum indemnitate agant contra Dominum Ferrantem dicti Archipresbyteri fratrem, & hæredem, iudiciúmque coram Prætore eiusdem oppidi introduxerint, vertitur in dubium, num illorum prætensiones ius foueant, eo quia pro parte dicti hæredis replicetur se ad quicquam non teneri, stante quod Clerici etiam pro bonis patrimonialibus à collectis immunes sint, per text. 1. iuncta Gloss. *in cap. Quanquam 4. de cens. in 6. Clem.1. eod. tit.* Paris. *consil.40.num.9.lib.3.* Natt. *consil.280. sub num.5. vers. idem dicendum*, Anchar.*consil.96.num.1.* Ioan.de Amic. *consil.146.n.1.* Ferret.*consil.167.n.11.* Alb.*cons.8.n.1.* Bursat.*cons.42. n.1.* Æmil.Ferret.*cons.57.sub n.24.vers.adeo quidem*, Castrens. *consil.423.in fin.* Ruin.*consil.117. sub n.4. vers.idem igitur, lib.4.* Crot. *consil.334. num.7.& 8.* Festas. *de collect. part.4.cap.1.num.3.* Marc.Anton. *variar.resolut.88.num.2.& 3. lib.1.* Buccafer. *inter allegationes recollectas per Reuerendissimum Episcopum Nouariensem, responso incipiente, in re clara, vers.& in specie, quod pro bonis patrimonialibus, pag.462.* Syluestr. *in verb.Excommunicatio 9. num.13. in fin.* Sayr. *de censur. lib.3. cap.22.num.9.* vbi alios cumulat Less. *de iust. & iur. lib.2.cap.33. dubit.2.num.19.* plenissimè Tusc. *pract.conclus.114. num.1.& 2.litt.B.* & *conclus.13.num.8.*& *concl.557. num.29.litt.E.* & *conclus.138.litt.C.* Capr.*regul.96. num.57.* Viu. *com. opin.40. vers. Clericus in bonis patrimonialibus*, Bonacin. *de contract. disputat.2. quæst.3. puncto 2. proposit.2. num.11.* Thomat. *decis.Macerat.86.n.1.* Barbos. *de vniuers. iur. Eccles. cap.39. §.5. num.6. lib.1. pag.447.* Bellet. *disquisit. Clerical. tit. de exempt. Cleric. & eorum bon. §.5. num.1. & per totum.*

Quod vsque adeò procedit indubitanter, vt bona quæ reperiuntur in libris æstimi registrata, si 2. transeant postea in clericum, efficiantur immunia, maximè cum versemur in eo genere onerum, quæ recipiunt mutationem, & imponuntur personis pro rebus, Felin.*in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ 10. sub num.77.vers. nota, de constitut.* Bellon.*consil.40. num.3.* Ruin. *consil.111.sub num.9.lib.5.& consil.117. num.5. & per totum lib.* Ofasch. *decis.136. num.2.* Thesaur. *decis.234. num.7.* Festas.*de collect. part.4. cap.1.num.51.& cap.2.num.14.* Lancellott.Gall.*consil.59. sub num.14. vers. Imò statim*, Bero. *consil.31. num.29.lib.1.* Capr. *regul.96.num.60.* Dec.*cons.694. num. 2.* Surd.*consil. 262. sub num. 31. vers.Sed vbi determinata*, Rot. *decis.42. num.12.part.4. recent. aliàs 2. Posth.Farinac.*

Accedit

Accedit quod etiam si prætendatur, & quidem rationabiliter memoratas contributiones impositas fuisse ob imminens periculum deuastationis ab hostili exercitu ineundæ, & ob commune bonum, atque euidentissimam vtilitatem, tum
3. clericorum, tum laicorum; clerici tamen collectari non potuerunt ob defectum non obtenti beneplaciti Apostolici, vel saltem Prælati, & quia hic non intercesserunt ea quinque, de quibus *in cap. aduersus 7. de immunit. Eccles.* Butr. *in cap. Non minus 4. num. 3. eod. tit.* Abb. *consil. 13. num. 2. lib. 2.* Bero. *d. consil. 31. num. 13. lib. 1.* Bursat. *cons. 16. num. 76. & d. consil. 42. n. 3.* Capr. *d. regul. 96. n. 76. & seq.* Lancellot. Gall. *d. consil. 59. num. 54. & 55.* Rot. *decis. 72. num. 2. part. 1.* & copiosissimè, ac magistraliter, *d. decis. 42. à num. 3. vsque ad 10. p. 4. recent. aliàs 2. Posth. Farinac.*

Et in omnem euentum quatenus fuisset locus exactioni contributionum aduersus dictum Archipresbyterum, vel eius partiarios, adiri debuit
4. iudex Ecclesiasticus, ad quem spectat cogere clericos ad onerum, & collectarum solutionem, Menoch. *consil. 800. num. 17. 18. & 50.* Cald. *consil. 2. num. 3. in fin. de cens. fol. 82.* Bellon. *consil. 45. in fin. & consil. 46.* Surd. *consil. 301. num. 35.* Franc. Vegg. *consil. 7. in fin. & consil. 59. num. 2.* Gaspar. Anton. Thesaur. *ad decis. Patr. 234. vers. Sed dubitari potest*, Rot. *d. decis. 42. num. 9. part. 4. recent. aliàs part. 2. Posth. Farinac.*

Nam extra omnem dubitationem est Princi-
5. cipem, vel vniuersitatem laicorum non posse quoquomodo, collectare clericos vti non subditos eorum potestati, vel iurisdictioni, *l. placet, S. C. de Sacros. Eccles. Auth. item nulla communitas, C. de Episcop. & cleric.* Bart. *in l. vnica, num. 29. Cod. de muner.* & in quo loc. Doct. *in dicto cap. Ecclesia Sancta Maria 7. de constitut.* Surd. *consil. 301. n. 46.* Roland. *consil. 1. num. 11. lib. 2.* Gaill. *pract. obserua-*
6. *tion. 52. num. 14. lib. 2.* Adeò vt quælibet consuetudo in contrarium viribus nun subsistat, Decian. *consil. 14. num. 5. iuncto num. 54. lib. 1.* Farinac. *quæst. 8. num. 3.* Marc. Anton. *dicta resolut. 88. num. 3. lib. 1.* Thomat. *dicta decis. 8. num. 7. & 8.* Præsertim cum
7. prædia Italica immunia sint à tributis, vt notatur *in l. 1. ff. de cens.* Gloss. *in verb. Agricolas, §. sed etiam; Auth. de mandat. Princip.* Salicet. *in l. omnes 3. num. 3. C. sine cens. & reliq.* Syluestr. *in verb. Immunitas 1. sub num. 19. vers. Fateor tamen*, Ruin. *consil. 46. sub num. 3. vers. Et isto casu, lib. 4. & cons. 111. sub num. 6. vers. prout hodie, lib. 5.* A quibus sanè
8. tribus bona aliàs affecta per transitum in Ecclesiasticam personam non eximerentur, Syluest. *in dicto verb. Immunitas 1. sub num. 19. vers. Tertium an autem Ecclesia*, Capr. *d. regul. 96. num. 40.* Festas. *de collect. part. 4. cap. 1. num. 54.* Tiraquel. *de primog. quæst. 43. num. 9.* Surd. *decis. 20. num. 11.* Gail. *pract. obseruat. 52. num. 11. in fin. lib. 2.* Felin. *d. consil. 46. num. 16.* Bero. *cons. 150. num. 19. lib. 3.* Bursat. *consil. 16. num. 11.* Sol. *ad antiq. constitut. Sabaud. de iur. emphyt. Gloss. 2. num. 21. Decreti licet, part. 3. fol. 44.* Tusch. *pract. conclus. 13. num. 7. lit. E. & conclus. 114. num. fin. lit. B.* Surd. *consil. 262. num. 3.* Statil. Pacific. de Saluian. *inspect. 3. cap. 4. num. 525. & 526.*
9. Prout, neque clerici possunt spontè propria authoritate de rebus Ecclesiasticis, vel ad se spectantibus contribuere, & collectas soluere, ad notata per Abb. *in c. aduersus 7. num. 6. de immunit. Eccles.* Cardin. *in Clem. 1. num. 5. eod. tit.* Natt. *con-*
10. *sil. 203. num. 7.* Quinimmo datio spontanea ex parte clerici non tollit, quin recipiens contributionem non incidat in Bullam Cœn. Domini, *cap. 18. ibi*, etiam à sponte dantibus, Salon. *de iust. & iur. tom. 2. quæst. 77. art... contr. 1. tit. de Eccles. in fin.* Ripa *de remed. ad conseruand. vbertat. num. 234. in fin.* Duard. *ad Bullam prædictam, lib. 2. cap. 18. quæst. 12. num. 4.* Vnde ad inducendam obligationem in futurum parum officere videtur dictum Archipresbyterum onera quædam dum viueret pensitasse, vt satis superque probatum remanet, ex dispositione Reuerendi Domini Ioannis Morenelli super primo, & sexto capitulorum ab eisdem fratribus prædictorum, cui tanquam Sacerdoti concurrentibus maximè pluribus aliis adminiculis 11.
creditur, Farinac. *de test. quæst. 63. num. 35.* Decian. *consil. 92. num. 8. iuncto num. 92. lib. 1.* Rot. *decis. 119. num. 4. part. 2. recent.* Caualer. *decis. 44. num. 3. & decis. 223. num. 1.* nouissimè Post. *de manuten. obseruat. 38. num. 18.* Eoque magis quia deponit de solutione nomine eiusdem Domini Archipresbyteri à se ipso facta, & per consequens in facto 12.
proprio, Rot. *decis. 147. num. 6. & decis. 1391. n. 10. part. 1. recent.* Cyriac. *controuers. 291. num. 26. & controuers. 347. num. 9.* In quo etiam sine adminicu- 13.
lis faceret plusquam semiplenam probationem, Rot. *decis. 634. num. 5. part. 2. recent.* Et in causa, in qua ipsemet vti Ecclesiasticus saltem in consequentiam dicitur habere interesse, contra quod 14.
cum deponat eius dictum fortiùs sustinetur, Ludouis. *decis. 351. num. 15.* Post. *de manuten. dicta obseruat. 38. num. 30.* Nec illius examen infringeretur propter depositionem factam coram iudice sæculari absque licentia superioris Ecclesiastici omni- 15.
no pro validitate necessaria, Farinac. *de test. quæst. 61. n. 5.* vbi alios agglomerat, quamuis enim præcedens assertio indubitata sit: Attamen secuta depositione licentiæ defectus apponi amplius 16.
nequit, vt subiungit idem Farinac. *de testam. dicta quæst. 61. num. 84.*

Adminicula autem duo in hac facti specie desumuntur. Alterum ex libris æstimi communitatis, in quibus prædia olim possessa per Archipresbyterum reperiebantur adscripta, vt apparet ex lectura ipsorum, eundem scilicet, pro prædiis patrimonialibus annuatim ratam sibi contingentem soluisse. Huiusmodi verò libris fidem præstari, tradunt nostrates communiter, Ioan. de Amic. *con-* 17.
sil. 101. num. 32. Tusch. *pract. conclus. 345. num. 14. lit. L. & conclus. 128. num. 8. 14. & 16. lit. C.* Gratian. *discept. forens. 727. num. 18.* Rot. *decis. 706. num. 6. p. 2. recent.* Menoch. *consil. 252. n. 12.* Matt. Medic. *decis. Senen. 87. num. 7.*

Alterum ex litteris per D. Ferrantem Bortesium fratrem præfati Archipresbyteri, & nunc 18.
reum conuentum conscriptis, & vt suppono legitimè recognitis, quæ concludenter probant, *l. publia 26. ff. deposit.* Bursat. *consil. 253. num. 39.* Iacob. Æmilian. *consil. 26. num. 23.* Marc. Anton. *var. resolut. 53. num. 8. lib. 2.* Rot. *Genuen. decis. 2. num. 9. & decis. 31. num. 6.* Seraph. *decis. 966. num. 1.* Rot. *decis. 266. sub num. 3. vers. & accedunt, & decis. 472. num. 2. part. 4. recent. seu part. 2. Posth. Farinac.* Menoch. *de arbitr. cas. 94. num. 9.* id quod in ipsis continetur, nempe ex pecuniis Domini Archipresbyteri solutas fuisse contributiones, iuxta taxam in singulas bubulcas impositam, maximè cum factis calculis appareat solutiones attingere vtramque portionem ipsorum fratrum, & vniuersum patrimonium. Hinc propterea restringi non potest ad ratam solius Domini Ferrantis, quando-

quidem

quidem ex veritate ipſius negotij, conſtat de contrario. Hæc inquam probatio aliàs ſufficientiſſima ad innuendum rem ita ſe habere non infert ad præiudicium Eccleſiaſticæ immunitatis.

Cæterum, quod fratres prædicti de Bonattis coacti fuerint ſubire onera in ordine ad eundem Archipresbyterum, indeque agere poſſint ad eorum indemnitatem contra hæredes, quibus poſtea incumbat actio repetendi indebitè ſolutum à communitate, non videtur in iure ſubſiſtere, quoniam cum iſta coacta ſolutio prouenerit ex facto
19. Principis, & cui non decuit, nec potuit reſiſtere, reputatur caſus fortuitus, *l. Lucius* 11. *in princ. ff. de euict.* Socin. *in l. quidam relegatus* 6. *ſub num.* 3. *verſ. quia voluntas Principis, ff. de reb. dub.* Crauet. *conſil.* 233. *num.* 2. Iaſ. *conſil.* 26. *ſub n.* 12. *verſ. vnde licet, lib.* 3. Cyriac. *controuerſ.* 291. *num.* 60. *& con-*
20. *trouerſ.* 310. *num.* 37. Atque colonis partiariis propter caſus fortuitos Dominus non tenetur, Bart. qui propriè loquitur de damno contingente in rebus coloni, *in l. ex conducto* 16. §. *ſi vis, in fin. ff. locat.* Bald. *in l. licet* 8. *num.* 14. *verſ. tertiò limitatur, lib.* 2. Menoch. *conſil.* 669. *num.* 12. Ergo à primo ad vltimum illorum de Bonattis prætenſio redditur inanis vndequaque, & fruſtratoria.

Hæc & ſimilia, quæ in propoſita facti ſpecie allegari poſſent, nobiſque loco motiuorum contra prædictos fratres excitata, tradita fuère, & ſi multum vrgere prima, vt aiunt facie, videantur. Nihilominus contrarium puto verius, eamque opinionem quæ ſtat pro noſtris principalibus amplectendam reor.

Circa quod vt præſentis articuli clarior euadat reſolutio, præmittendum eſſe duxi. Quicquid ſit de ea quæſtione, an bona patrimonialia clericorum de iuris rigore fruantur priuilegio immuni-
21. tatis, in qua multi affirmarunt negatiuam, vt videre eſt ex Nauarr. *conſil.* 12. *num.* 1. *lib.* 3. *de cenſ. & exact.* Suarez *de cenſur. diſput.* 21. *ſect.* 2. *num.* 99. *verſ. nam ſi clerici habeant bona temporalia,* 18. *cenſura*, Surd. *dicta deciſ.* 20. *num.* 5. *& deciſ.* 160. *n.* 11. Ægid. Thomat. *de collect. ſect. incipiente ſubijciuntur, num.* 28. Bald. *de praſcript. part.* 1. *partis* 5. *princ. quaſt.* 5. *num.* 2. Socin. *conſil.* 230. *n.* 9. *lib.* 3. Couar. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 4. *num.* 3. Caroc. *deciſ.* 127. *n.* 6. Bart. *deciſ.* 117. *num.* 29. Mart. Medic. *deciſ. Senen.* 53. *num.* 20. Seraph. *deciſ.* 957. *num.* 3. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quaſt.* 3. *art.* 8. *num.* 53. *& ſeq.* vbi ampliat. etiam ad bona, ad quorum titulum ſacros ordines clericus ſuſceperit. Hæc tamen concluſio non videtur admodum tuta, tum propter authoritatem eorum, quos in contrarium congeſſimus *ſuprà, num.* 1. Tum, quia aliqui ex præcitatis tranſeunt in hanc ſententiam reſpectu onerum realium, vt ex ipſorum lectura datur intelligi, tum
22. & denique quia clericos in hoc reperio ſpecialiter priuilegiatos, vt ſcilicet eorum bonis patrimonialibus Eccleſiaſtica communicetur immunitas, *l.* 2. *C. de Epiſcop. & cler. cap. quanquam* 4. *de cenſ. in* 6. *tot. in extr. de immunit. Eccleſ.* Capr. *dicta regul.* 96. *n.* 6. Tuſc. *pract. concluſ.* 114. *n.* 9. *in fin. lit. B.* Sot. *in* 4. *ſent. diſtinct.* 25. *quaſt.* 2. *art.* 2. *verſ. cæterum quantum ad bona ſecularia, verſus finem articuli.* Et propterea dum Doctores tradunt
23. clericum in patrimonialibus cenſeri laicum, & haberi pro laico, Plot. *conſil.* 93. *num.* 5. Valaſc. *in prax. par. & collat. cap.* 35. *num.* 2. intelligendi ſunt præterquam quod in illis, in quibus de iure extant, & declarantur priuilegiati etiam quoad patrimonialia.

Præmittendum duxi, vel ob temporum calamitatem, vel propter clericorum crimina, vel ob Antiſtitum negligentiam, vel propter nimiam officialium laicorum ſeueritatem, in hac præcipuè materia inductum reperiri, vt ſola conſuetudo attendatur ad cognoſcendum, an bona cleri- 24.
corum patrimonialia collectis, cæteriſque oneribus ſubiaceant, quemadmodum non obſcurè colligitur, ex Sot. *in* 4. *ſent. diſtinct.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *in fin.* Quæ cõſuetudo adeo viget in patria mea Cremo- 25.
nenſi, vt ſint aliqui etiam non mediocriter in iure verſati, qui irridere non erubeſcant, affirmantes, iuxta originarias Sacrorum Canonũ ſanctiones clericos, quoad patrimonialia etiam ampliſſima potiri immunitate. Quod idem ampliatiuè ob- 26.
ſeruari in Gallia, teſtatur Tiraquel. *de retract. lignagier,* §. 32. *gloſſ. vnica, num.* 81. Vt non immeritò communitas, & homines Luzzariæ exiſtentes in quaſi poſſeſſione exigendi collectas prætendant in 27.
ea manuteneri, ad tradita per Rotam *coram Cocc. deciſ.* 354. & Poſth. *de manuten. obſeruat.* 10. *num.* 12. ſaltem quoad bona cataſtrata, & pro quibus ſponte ab ipſo Archipresbytero onerum ſolutio ſuſcepta ſæpius antea fuerat.

Etenim cum hinc inde pro vtraque opinione ſtent Doctores magni nominis, & in aliquibus prouinciis reperiatur ea, quæ aduerſatur immunitati ſcientibus Prælatis, ac videntibus clericos pro eorum propriis bonis priuilegio ſibi de iure conceſſo non gaudere, inficiari minimè poteſt, quin articulus iſte ex euentu, & circumſtantiis redditur dubius. Vnde pro illius interpretatione ad obſeruantiam neceſſe eſt, vt recurramus, quæ 28.
in propoſito etiam ex vnico actu introducitur. Decian. *conſil.* 96. *num.* 8. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 800. *num.* 40. Euerard. *conſil.* 42. *num.* 59. *verſ. ad tertium verò, & num.* 64. Lancellot. Gall. *conſil.* 59. *num.* 117. Igitur prætenſio collectandi bona patrimonialia D. Archipresbyteri originem duxit ex voluntaria illius ſubiectione, & propterea ſicuti ipſius dumtaxat culpa id accidit, ita conqueri non debet, ſi deinde eadem ab eodem exigantur.

In hoc autem plurimum attendi conſuetudinem aliunde ſuadetur, ex eo nempe, quia quemad- 29.
modum quoad immunitatem parificantur forenſes, & clerici ſaltem reſpectu bonorum temporalium, Bart. *in l. reſcripto* 6. §. *fin. num.* 4. *ff. de muner. & honor.* Dec. *conſil.* 694. *num.* 2. Gail. *pract. obſeruat.* 52. *num.* 14. *lib.* 2. Plot. *ad conſil.* 63. *Garrat. num.* 8. Et iam in vniuerſa Italia forenſes pro eo- 30.
rum bonis collectantur, Gabr. *de iur. immunit. concluſ.* 2. *n.* 7. *lib.* 6. Burſat. *conſil.* 16. *num.* 13. Tuſc. *pract. concluſ.* 447. *num.* 28. *& ſeq. lit. C.* Ita quoque non minus potuit aliquando vſus abrogari, ne clerici pro patrimonialibus ad onerum ſupportationes cogerentur. Ex quibus datur euidenter intelligi non poſſe quidem, nec contra perſonas, nec aduerſus bona Eccleſiaſtica prętendi vnquam conſuetudinem collectandi, non prohiberi tamen quoad eorum bona patrimonialia, prout viget arctiſſima in diſtrictu Cremonenſi, adeo vt clerici inibi pro bonis patrimonialibus ſuſtineant actualem militum hoſpitationem. Atque exinde ferè omnes ceſſarent obiectiones *ſuperius* oppoſitæ, neque enim apices iuris ſunt in hoc inueſtigandi, ſed quid pro tempore, & vnoquoque loco ſucceſſerit amplectendum.

Vltra quod cum dictus Archipresbyter in ea temporum calamitate proprias oues deſeruerit, neque munus ſibi demandatum tunc temporis, cum

cum maxima vrgeret necessitas, non obierit, ex hoc vno etiam non videbatur dignus exemptio-
31. ne impertita clericis, in recompensationem administrationis spiritualium, iuxta doctrinam Castrens. *in consil.* 423. *ex puncto transmisso sub n.4. vers. & quod eis ministrant spiritualia, lib.2.* faciunt notata per Brun. *ad Stat. exclud. fœmin. art.12. num.173.* Bonac. *de contract. disp.2.quæst.9. punct. 2. sub num. 9. vers. tum quia est priuilegium ad remuneranda beneficia Ecclesiastica spiritualia*, Less. *de iust. & iur. lib.2.cap.33. dub.4.n.35.*

Dato etiam regulariter, provt in iure magis expeditum existimo, nec admittit difficultatem, clericos etiam quoad eorum bona propria immunes penitus reputari, certè non video quomodo huiusmodi conclusio stantibus rebus ex processu resultantibus ad praxim reduci, seu ad casum, quem præ manibus habemus, applicari possit. Quoniam fratribus de Bonattis non incumbit onus probandi clericos respectu patrimonialium esse, vel non esse à contributionibus exemptos, nec magis vnam, quam alteram sustinere partem, sed solum proponunt ob absentiam dicti Archipresbyteri, & propter non solutas ab eodem collectas de facto coactos fuisse ad subeundum onera ad ipsum saltem, vt prætendebatur spectantia. Vnde recta via agunt hodie pro eorum indemnitate contra Dominum Ferrantem hæredem dicti Archipresbyteri, quod sanè remedium ipsis de iu-
32. re competere, tenerique Dominum erga colonum partiarium, vel quemcunque alium occasione prætensæ immunitatis grauatum, affatim probat text. *in l. ædiles 3. ibi, si non construat Dominus, ff. de via publ. l. si pendentes 33. §. sed quid, ff. de vsufruct.* Alex. *consil. 35. sub num. 12. vers. & si quid solueret repeteret à Domino, lib.4. & consil.4. num.3.vers. si soluit, repetit à locatore, lib.5.* Natt. *consil.409. num.5.* Ruin.*consil.77. sub num.6. vers. & si soluit, lib. 1.* Monac. *decis. Bonon. 9. num.8.* Bald. omnino videndus *in l. cum duobus 52. §.si in coëunda, sub num. 2. vers. si tamen colonus cogeretur, ff. pro soc.* Caruc. *de locat. sub tit. de collect.n.48. fol. 217.* vbi quod coloni partiarij possunt conseruare se indemnes per retentionem, Sacca *cons.14. n.107.*Rot.*in Leodien. exemptionis Coloniæ 11. Ianu. 1627. per tot. coram R.P.D. Pirouano.* Quandoquidem
33. soluendi ad Dominum non ad partiarios spectat, Roland. *consil.74.n.14.lib.3.* Bursat. *consil.336.n.17.* Poterit igitur condemnari Dominus Ferrantes in petitis erga dictos fratres saluis iuribus eidem aduersus homines, & communitatem Luzzariæ, contra quam intrabunt fundamenta, & rationes ad videndum, num legitimè exegerit. Hinc tollitur obiectum consistens in eo quod Dominus erga colonos non teneatur de casu fortuito. Istud namque damnum ipsis non obuenit simpliciter in accidenti, sed ob culpam ac negligentiam eiusdem Archipresbyteri resultantē ex recessu ab eius
34. Ecclesia, quod quemadmodum præuideri poterat; ita eidem prouidere debebat, & propterea non dicitur casus fortuitus, Menoch. *consil. 835. num.5.* cum adductis per Cyriac. *controuers.431.n.2.* in nouiter impressis Cremonæ.

Ob aliam quoque rationem meo quidem iudicio ineuitabilem dicuntur in casu victoriæ isti fratres. Admissis enim omnibus quæ in contra-
35. rium ex aduerso ponderantur, stante repentino militum incursu rationabili deuastationis timore, necessitate non minus vrgentissima quam irreparabili, iuncta etiam ipsius Archipresbyteri, & bonorum principali vtilitate, cum difficultate impetrandi assensum Pontificis, vel Episcopi, absque dubio contributiones exigi potuerunt, Bart. *in l. nullus 21. C. de curs. publ.* Natt. *consil.203.n.4.* Castrens. *consil.423. num.4. lib.2.* Abb. *in cap. non minus, num.19. de immunit. Eccles. & consil.3. prope fin. vers. & imminebat timor subitaneus, & improuisus, lib.1.* Ofasch. *decis. 68. num.23. vsque ad fin.* Francisc. Vegg. *consil.44.num.6.* Laderch. *consil.145. sub num.3. vers. tertij generis*, inclinat Rot. *coram Buratt. decis.301.num.6. & 7.*

Ex quibus puto fratres istos de Bonattis etiam absque læsione immunitatis Ecclesiasticæ, quam semper totis viribus propugnare, non oppugnare volumus, & tenemur, esse in casu victoriæ, riteque & rectè, prætendere satisfactionem contra Dominum Ferrantem, ad quam Dominus iudex pro summa eius integritate, eundem erga dictos fratres condemnare debet, maximè cum ex nostro discursu ac facti contingentia omnia, quæ opponebantur sublata remaneant. Quod si quicquam in his scriptis reperiretur sanctæ matris Ecclesiæ institutis obuium; id omne detestamur, & abiuramus nos ipsos, & scripta quæcunque infallibili eius correctioni, & determinationi subiicientes. Vide Spad. *consil.131. lib.1.*

SVMMARIVM.

1 *Mons Pietatis qualiter ad Ecclesiasticam emphyteusim admittatur.*
2 *Emphyteuta dispositio collata post linea extinctionem non sustinetur.*
3 *Iure datoris resoluto, ius quoque acceptoris resoluitur.*
4 *Emphyteusis priuata transit ad extraneos. Ecclesiastica non transit in Ecclesiam, aut alias manus mortuas, n.6.*
5 *Manent.* de contract. liuell. quæst.15. num.21. *declaratur.*
7 *Restitutio in integrum non conceditur re non integra. In integrum non petita, non conceditur, num.8.*

OBSERVATIO XII.

MONS Pietatis, quæque manus mortua emphyteusis Ecclesiasticæ, an capax præexistat, dupliciter in controuersiam reuocari contingit. Vel in odium filiæ, & descendentium ex Paterna dispositione emphyteusi adhuc durante, & tunc saltem cum onere dimittendi intra breue tempus in personas capaces. Mons Pietatis ad emphyteu- 1.
sim Ecclesiasticam admittitur, Franc. *decis. 659.* Manent. *de contract. liuell. quæst.15. num.21.* Clar. *§. emphyteusis, quæst.16. vers. sed quid*, latè Fulgin. *de emphyt. quæst.24.num.23. & 24. tit. de contract. emphyt.* Vnde in casu Manent. seu Senatus Mantuæ, cum ille Medicus de S. Vito filiam, & ex ea nepotes haberet: Ideo nil mirum si in præiudicium filiæ Mons fuerit ad emphyteusim admissus, ex quo doctrina huiusmodi huic casui non applicatur.

Vel in odium Domini ex dispositione collata in Montem Pietatis, in tempus extinctæ generationis emphyteut. qui est casus noster, & tunc dispositio corruit, nec Mons Pietatis momento admittitur, quinimò nec dispositio directa in priuatos,

2. priuatos, & capaces emphyteusis Ecclesiasticæ sustineretur, Surd. *decis.11. num.8. & decis.93. num.21. & seq.* Bursat. *consil.80. num.31. & seq.* Fulgin. *de emphyt. tit. de renuntiat. quæst.3. num.2. & seq.* cum infinitis qui adduci possent; siquidem emphyteuta in odium Domini nil disponere valet, quia re-
3. soluto iure datoris, ius quoque acceptoris resolutum remanet, *l. lex vectigali 31. ff. de pignor. cap.1. §. fin. si de inuest. feud. controu. fuer.* Cyriac. *controuers.23. num.15.* Fulgin. *de emphyt. tit. de renouat. quæst.4. n.5.* hanc autem controuersiam Manent. *in præcitata quæst.15. num.21. de contract. Liuell.* non attingit, & propterea non applicatur.

Cæterum resolutio Senatoria, & doctrina Manent. non adducta, alia quoque ratione non officit, quia in casu ipsorum agebatur de emphyteusi
4. à priuata, & sæculari persona recognita, ac consequenter in quoscunque etiam extraneos transitoria, Imol. *in cap. potuit, col. pen. de locat.* Gabr. *de emphyt. conclus.2. num.53.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 24. num.16.* & benè declarat idem Manent. *de contract. Liuell. q.1. pact.7. num.23. & 24.* Bursat. *in puncto consil.199. sub n.13. vers. secundò quia,* Merlin. *decis.872. per tot.* Hinc cum versemur in emphyteusi Ecclesiastica ob generationem inuestiti extinctam ad Dominum reuersa, euitatur propterea tam decisio Senatus,
5. quam auctoritas Manent. *de contractib. Liuell. quæst.1. num.21.* motiuata, dum loquitur in re emphyteutica laicali, respectu cuius adhuc generatio continuabat.

Vlterius ad exclusionem Montis, ac cuiuslibet manus mortuæ plurimum vrget, quod ex dispositione Statuti Mantuæ *sub rubr. qualit. inuestit. ad affict.* alienationes, contractus, & dispositiones circa res emphyteuticas præcisè prohibentur, qua prohibitione Statuti stante, iuncta legali, mona-
6. steria, loca pia, & manus mortuas à successione emphyteusis Ecclesiasticæ omnino censeri exclusas ex professo defendit Bursat. *consil. 199. n.28. seq. ac per tot.* quem sequuntur Fulgin. *de emphyt. tit. de alienat. quæst.1. num.222. vers. aduertendum,* vbi pluribus dictum responsum Bursat. exornat, *& tit. de success. quæst.14. sub num. 8. vers. & licet Bursat.* Rota coram Ludouis. *decis.529. num.10.* & coram Merlin. *decis. 583. num. 22. & 23. & in Bononien. Bonor. emphyt. 1. Iulij 1647. num. 8. coram Reuerendissimo Meltio,* in tantum quod ex hoc etiam doctrina Manent. non militat.

Maximè cum præter lineæ extinctionem, ex non solutione canonum, atque ex distractione irrequisito D. facta, Mons ipse in commissum ceciderit ex traditis in altera, per quam sanè distractionem rei emphyteuticæ, res adeò desiit
7. esse integra, vt restitutio in integrum minimè competeret, Gloss. & Doct. communiter *in cap. ex parte, de restitut. spoliat.* Altograd. *cons.83. num.45.* Nec in facti specie Monti Pietatis contra Ecclesiam restitutio vlterius concedenda veniret, ad tradita in puncto per Bursat. *dict. consil.199. num.49.* communiter recepto, vt *superius* dicebam.

Dicta tamen circa restitutionem in integrum præmitti poterant, dum agentes Montis pro ea
8. hactenus non institerint; & non nisi imploranti iudicialiter concedatur, Surd. *consil. 351. num. 62.* Bott. conciuis noster *consil.83. num.18. & seq.* Bardell. *consil.45. num.13.* sicque priores sententiæ confirmari debent.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum reddit, quod abstulit læsio. Reponit in pristinum statum, n.2.*
3 *Læsio oritur ex lite in casu inappellabili.*
4 *Appellatio Iure Ciuili, & Canonico in manutentione prohibetur. Fallit, vt n.9. Et etiam à Statuto Mantuæ, num.5.*
6 *Statutum prohibens appellationem valet, & ad vtrumque effectum prohibere censetur, n.7. Amplia, vt num.8. & num. 10. Si prohibet appellationem in adipiscenda, tantò magis in manutentione, num.12.*
11 *Momentanea possessio, & manutentio idem important.*
13 *Geminatio dispositionis voluntatem magis enixam disponentis indicat.*
14 *Rubrica habens perfectam orationem in nigrum Statuti influit.*
15 *Senatus habet amplam facultatem in iudicando. Limita, vt num.16.*
17 *Rescripti forma in iudicando omnino seruanda.*
18 *Ablatiuus absolutus conditionem importat.*
19 *Acta contra Statutum gesta nullius roboris sunt.*
20 *Audientia per Statutum denegata iudex, & partes procedendo nulliter agunt.*
21 *Dictio,* altrimente, *Decretum irritans importat.*
22 *Articulus præiudicialis prius terminandus.*
23 *Iudex officium suum non nisi petenti impertitur. Possessorij est etiam iudex petitorij, num.24. Non nisi super deductis iudicat, num.25.*
26 *Manutentionem circa partes se diu inuoluere non debent.*

OBSERVATIO XIII.

SORORES de Maccochis manutentionem in possessionem bonorum in controuersiam deductorum coram Prætore Hostiliæ obtinuerunt, loco autem fruendi cum quiete pacifica ipsarum possessione, culpa interuenientium pro eis, seu potius aduersantis caliditate litem sustinere dispendiosam, inutilem, & ærumnosam coram Amplissimo Senatu per viam appellationis coactæ fuerunt; exinde non leuiter, & quidem iure optimo dum se læsas prætenderent, aduersus quælibet præiudicialia in integrum restitutionem reportarunt, quæ cum quicquid abstulit læsio integraliter restituat, Bart. *in* 1. *in l. fin. col.3. C. sent. poss. & in l. Gallus, 29. §. & quid si tantùm, num.10. ff. de lib. & posth.* Surd. *consil.103. sub num.1. & decis.61. num.7.* Mart. Medic. *ad decis. Senens. examinat.25. num.11.* Gratian. *discept.584. num.9.* Post. *resolut.87. num.36.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. gloss.18. part.1. num.98. & decis.520. num.7. & decis. 595. num.9.* & restitutum
in statu reponat, in quo reperiebatur antequam 2. aliquod præiudiciale sibi contingeret, *l. quod si minor 25. §. restitutio, ff. de minor.* Surd. *dicto consil.203. num. 1.* Giurb. *decis. 19. num. 7.* Altograd. *consil.94. num.45. lib.1.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus.4. glos.18. part.1. num.99. & decis.22. num.13. & decis.103. num.17. in fin.* Rota apud Post. *de manuten. decis.652. num.3.*

Consequens ideò fit, vt perinde habeatur, ac si coram Excellentissimo Senatu nil gestum extitisset, ex quo ab huiusmodi manutentionis decreto

to appellari, seu appellationem admitti nullo iure permittitur, vt inferius demonstrabo. Quocirca cum minores istæ pronuntiam manutentionis omnino inappellabilem ad iuris trutinam deducerent, plurimum læsæ remanerent; ex quo lite in-
3. debita quenquam vexari iniquum reputatur, nec gesta per minores, ob quæ oporteret eas litibus molestari quicquam releuant, ad tradita per Gloss. *in cap.2.§.Statutum, verb. laudabile, extr. de verb. signific. in 6.l.minoribus,6.ff. de minor.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. gloss.9. part.5.ex num.42. tom.1. & decis.156.num.18. & decis.358. num.9.&* 10. dixi *allegat.1. num. 24. fol. 14. & num. 15. fol.44. lib.1.* Iure igitur merito Sorores de Maccochis ratione ætatis iuncto grauamine notorio ob litem in gradu appellationis indebitè prosecutam in integrum restitutionem obtinuerunt.

Iure igitur tam Ciuili, quàm Canonico ad vtrumque effectum à mandato de manutenendo
4. appellationem præcisè prohiberi non ambigitur, per textum, *in l.vnica, C. de moment.possess.* Surd. *decis.27. sub num.12. & decis. 138. num.12.* Cyriac. *controuers.366. num.6. ac per totam*, & in fortioribus dixi, nimirum in remedio adipiscendæ, *allegat.109.num.43.& alleg.110. num.38. & allegat.113. num.1. & allegat. 114. num.15. lib.3.* Rota *in Bononien.fideicommissi de Glauarinis* 10. *Decembr.*1638. *coram R. P. D. Royas, & in Vrbeuitana Saluiani* 28. *Ianuarij* 1639. *§. quoniam, coram Pirouano, & in Ariminen. fideicomm.* 28. *Iunij* 1641. *coram Reuerendissimo Cerro.*

Quinimmò in hac Patria extat præcisa dispositio
5. tio Statutaria appellationem in iudicio momentaneæ possessionis vetans, *sub rubr. de caus. in quibus appellar. non poss. nec admitt. deb.appellat.* de
6. cuius Statuti validitate dubitari nequit, maximè cum Supremi Principis confirmatio accesserit, Roland. à Vall. *consil. 29. num.14. & seq. lib.1. & consil.* Benint. *decis.96.* vbi quod resistente Statuto appellatio nulla præexistat, Magon. *decis.Lucen.15. num.11.* Leoncill. *decis. Ferrar. 44. n.6.* Quæ quidem Statuti prohibitio appellationis dubio pro-
7. cul quoad vtrumque effectum intelligi debet. Quemadmodum ex præcitatis Doctoribus colligitur; atque ex professo comprobant Scacc. *de appellat. quæst.17. limit.43. num. 22.* Gratian. *consil.163. n.8.lib.2.* Pigant. *ad Statut. Ferrar.rubr.65. n.1.* & plutibus in simili Statuto exornat Fenzon. *ad Statut. Vrb.cap.92.num.11. & seq.* Post. *de manuten. obseruat.106. sub num.87. vers.vbi de.*

Istud autem adeò sibi locum vindicat, vt stante huiusmodi Statuto appellationis prohibitiuo in
8. causa momentaneæ possessionis, neque etiam appellari liceat à sententiis in possessorio latis, etiam si de earum iniquitate constiterit. Quo sanè in casu Statutum eas reformari per eundem iudicem mandat, *sub eadem rubr. de caus. in quib. appellan. &c. §. verum tamen sententia:* Vigore cuius expressæ dispositionis Statuentes voluerunt occurrere quæstioni, quæ in proposito occurrere consue-
9. uit, an scilicet talis prohibitiua appellationis militet in casu notoriæ iniquitatis, & iniustitiæ, neque enim defuerunt, qui appellationes non obstante Statuto ob notoriam iniquitatem admittendas censuerint, inter quos Barz. *dec.71.num.39.* Gratian. *decis.March.9. num.4. & seq.* cum adductis per Post. *de manuten. obseruat.106. n.83.& resol.148. n.5.& 6.* Leoncill. *decis.Ferrar.134. num.6.* quasi in hoc etiam casu patentis iniustitiæ prouisionem expressam facere voluerit, ibi de earum iniquitate constiterit, sicque etiam euidentem am- 10.
plectatur; Quæ tamen ex abundanti dicta sint, ex quo pronuntia iudicis à quo circa manutentionem nullatenus impugnatur.

Duplici verò ex capite occurritur obiectioni, quæ fieri posset ex eo, quod Statutum de momentanea possessione, non autem de manutẽtione verba faciat, & disponat. Altero quia momentanea possessio, & mandatum de manutenendo sinony- 11.
ma reputantur, in idem coincidunt, & dispositum in vno, in altero pariter dispositum censetur, Consard. *de moment. possess. in 2. rat.decis.n.35. & seqq.* Gail. *pract.obseruat.7.n.5.& seq.lib.1.* Benint. *dec.79. n. 4.* cum cæteris, de quibus apud Post. *de manuten.obseruat.3.num.28.*

Altero quia dum Statuentes tam in remedio adipiscendæ, quàm reintegrandæ, in quibus poterat versari maior difficultas, appellationem introducere simpliciter vetuerint; ridiculum, inane, atque ineptum diiudicaretur, quod in remedio manutentionis summariissimo, magis priuilegiato, atque omni iure indubitanter inappellabili illam 12.
prohibere neglexissent, argumento eorum, quæ ad societatem tradidit Post. *de manuten.obseruat.106. ex n.1.* Statuta autem ita interpretari debent, ne à sapientibus reprehendi mereantur, *l.Saluius, 6.ff. de legat.præstan.* Menoch. *consil.133.n.6.* Cyriac. *controuers.370. n.56.* Surd. *decis.43. n.11.* Barz. *decis.97. n.23.* Mart. Medic. *decis.77.n.17.* Mart. Ventur. *consil.36.n.30.* Quam sanè reprehensionem vt euitarẽt Statuentes, idcircò etiam in causa momentaneæ possessionis appellationem expresè interdixerunt.

Fortius mox dicta in Statuto Mantuæ procedunt quando de enixa Statuentium mente apparet, dum non contenti prohibere appellationem, illam quoque reduplicando prohibitionem, nec admitti sanxerunt, *in rubr. de causis, in quibus appellari non possit, nec admitti debeat appellatio.* Quam ob geminatam prohibitionem magis deli- 13.
berata voluntas Statuentium appellationem prohibendi deprehenditur, *l. Balista, 32.ff. ad Trebell.* Cyriac. *controu.283. n.4.* Gratian. *discept.967. n.27.* Mart. Venturin. *consil.11.n.113.* Merlin. *decis.12.n.41.*

In nihilo resistente, quod in corpore, seu nigro ipsius Statuti prohibitio appellationis simpliciter absque reduplicatione ordinetur. Quippe quoniam ex ipsa rubrica Statuti perfectam in vtroque 14.
membro dispositionem continenti Statutum interpretari debet, nec per nigrum speciale, dato, quod speciale esset, minimè rubrica, seu Statuti geminata dispositio restringeretur, Doctores *in l.1.* & signanter Alex. *n.4.* Dec. *num.4.* Curt.iun. *n.5.ff.si cert.petat.* Gustouis *deci.5.n.2.* Menoch. *præsumpt.1. lib.6.* Fenzon. *ad Statutum Vrb. num.8. fol. 339. & fol.411.n.68.* Pigant. *ad Statut.Ferrar.rubr.34. n.1.*

Néve dubitari contingeret, num Senatus ob illius præeminentiam cum absolutissima facultate procedendi in cognitione causarum huiusmodi 15.
Statuto ligaretur, *l.placuit, 8. C.de offic. Præf.Prætor.* Fontanell. *decis.177.num.11.& decis.404. n.24. & decis.448. num.2.* Bardellon. *consil.152. num.38.* Ideò in illius erectione cautum inter cætera expresè extitit, ne per illud Tribunal quoquomodo admitterentur appellationes à Statutis prohibitæ, *ibi*, exceptis iis, quæ à Statuto prohibentur, & latiùs in fide, quæ datur. Quæ lex, tanquam apertissima, singulo quoque anno per illius lecturam quodammodo renouata, ab eodem Amplissimo Ordine omnino obseruanda venit, Bald. *in* 16.
l. vt vim, 3. sub num.4. vers.ad quid enim esset factum

ctum Statutum, si Iudices non seruarent illud, ff. de de iust. & iur. Natt. consil. 143. num. 9. Et in proximis terminis admonet Fontanell. decis. 3. n. 4. & 5. & decis. 57. num. 23. Caluin. de aquit. cap. 9. num. 3. & 4. Thesaur. de in præfat. decis. sub num. 32. vers. si quidem etiam apud Senatum legibus, Franch. decis. 148. sub n. 3. vers. ex aduerso dicebatur, Sol. ad antiq. constitut. Sabaud. gloss. 6. num. 1. & 2. fol. 320. ibi, respiciunt itaque ij Ordines vtrumque Senatum, Olasc. decis. 1. num. 32. ac per totam, & decis. 6. num. 5. ac per totam, præcipuè in fine, vbi quod præeminentia Tribunalis cum amplissima facultate iudicandi nihil prorsus attribuit, in his quæ ex peculiaribus lege, Statuto, aut Ordinibus Patriæ à Supremo Principe confirmatis, & respectiuè edictis disposita præcisè præexistunt, Magon. decis. Lucen. 39. num. 20. in fin. & num. 21.

Omnem in præmissis preces obseruantiam prædictorum Statuti, & Ordinis implorantes cum rescripto Ducali Senatus seruatis Ordinibus, & Statutis iustitiam faciat, in processu appellationis, fol. 60. fac. 2. & seqq. dubitandi ansam remo-
17. uent, cuius sanè rescripti forma ob conditionem ei annexam de seruandis Ordinibus, & Statutis vsque adeò custodienda venit, vt quicquid in contrarium attentaretur ipso iure nullum præexisteret, cap. cum dilecta, extr. de rescript. Ludouis. decis. 1. num. 1. & sequent. Rot. decis. 624. num. 1. part. 1. recent. Altograd. consil. 71. num. 44. lib. 2. quatenus vult rescriptum vim Statuti obtinere, Surd. decis. 175. sub num. 2. Mart. Venturin. consil. 5. num. 1. vbi præcisè ponderat conditionem hic per abla-
18. tiuum absolutum seruatis Ordinibus, & Statutis importatam, l. fin. ff. de vsur. Olasc. decis. 145. n. 5. Ioan. Baptista Antonell. consil. 42. num. 13.

Par quoque ratio ob resistentiam iuris Statuti, & Ordinis seclusa etiam iussione Serenissimi Principis de gestis, coram Excellentissimo Senatu ha-
19. benda esset, quandoquidem gesta præter, & contra expressam dispositionem legis, Statuti, & Ordinis præcitatorum ipso iure irrita censentur, Bald. in l. 2. Cod. quan. prouoc. non est neces. Marcabrun. de Anguil. consil. 60. num. 35. Alex. consil. 81. num. 1. lib. 2. Bim. consil. 160. num. 30. & sequent. & consil. 386. num. 4. & ad satietatem post alios comprobat Mart. consil. 70. num. 9. & seq.

Maximè quia ordo prædictus in erectione Senatus procedit inhabilitando partes ad appellandum in possessoriis per relationem ad Statutum illam prohibens, & inhibendo ne appellationibus audientia præstetur: Quam ob denegatio-
20. nem audientiæ, quicquid gestum fuit coram Senatu ipso iure irritatur, vt post alios animaduertunt Mar. Antonin. resolut. 47. num. 5. & seq. lib. 2. Cyriac. controuers. 464. num. 4. latè Altograd. consil. 23. num. 28. & seq. lib. 1. Et non solum ob denegatam audientiam, verum etiam ob decretum irri-
21. tans facta omnino in contrarium gesta inficiens importatum per illam dictionem, altrimente, Altograd. consil. 9. num. 42. 48. & 49. lib. 1.

Nonnulla, & quidem releuantia, tam circa ordinem substantialem iudicij, quàm circa negotium principale deducenda occurrerent: Verùm
22. subsisto donec articulus iste vti magis præiudicialis prædefinitus fuerit, iuxta peculiares huius Patriæ Ordines, & tradita post alios per Nos alleg. 90. num. 20. lib. 2. & allegat. 114. num. 22. lib. 3. Gratian. disceptat. forens. 394. num. 28. ac per totam, & in proximis terminis Ioan. Franc. Andreol. controuers. 320. num. 19. Rot. in Comen. seu Ianuen. pecuniaria super bono iure 1. Iulij 1648. §. secundo quod, coram R. P. D. Royas. Vel enim Senatus super Decreto manutentionis sententiam ferre intendit, & ex prædictis cum habeat os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrænatum istud præstare nequit, cum præcipuè, neque in istud illius officium imploretur, quod non nisi 23. postulantibus exhibere consueuit, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. l. fin. C. de fideicom. libert. Surd. decis. 295. num. 20. Cyriac. controuers. 143. num. 10. & controuers. 237. n. 20. Leoncill. decis. Ferrar. 36. num. 4. Post. de manutent. obseruat. 12. sub num. 54.

Ioan. Pauli Melij Obseruat. forens.

Vel super meritis causam cognoscere prætendit; & minus super istud se ingerere valet, non solum quia cognitio huiusmodi ad iudicem à 24. quo spectat, l. appellanti, 13. ff. de appellat. DD. in cap. super eo, il primo, extr. eodem, Paris. consil. 66. n. 6. lib. 1. Fontanell. decis. 112. n. 11. Post. de manuten. obseruat. 106. num. 23. Surd. decis. 175. num. 1. ac per totam, Gratian. discept. 6. num. 1. & per totam, vbi applicant etiam si adsit rescriptum quod super tota causa cognoscatur, sed etiam quia nulla hactenus superinde litis contestatio intercessit, Scacc. 25. de appellat. quæst. 3. num. 84. & quæst. 11. num. 36. & num. 46.

Remittenda igitur est causa pro executione ad Dominum Prætorem, iuxta continentiam iurium præcitatorum, atque ipsius iudicis prærogatiuam attendi appellationes calumniosè in hoc iudicio manutentionis tot nominibus omnino explodendas; hoc enim, & partium, & iudicis, & totius Reipublicæ maximam concernit vtilitatem, Scacc. de appellat. quæst. 15. sub num. 188. vers. ratio, & sub num. 243. vers. ratio, & quæst. 17. limit. 47. membr. 1. num. 75. Surd. decis. 110. num. 7. & 8. Fontanell. decis. 377. num. 12. & in terminis Post. de manuten. obseruat. 18. num. 38. & 39. quod etiam comprobatur ex imminenti abusu, quem debitores in odium creditorum introducere satagunt ex eo solum, quod ipsis per appellationes omni iure damnatas manutentio etiam decreta denegatur.

SVMMARIVM.

1 Alienans partem rei prohibitæ alienari, cadit à parte alienata, & non à tota, & num. 2. & num. 3. & num. 7. Limita, vt num. 4. & num. 5. Declara, vt num. 8.

6 Statutum prohibens alienationem, idem operatur quod pactum.

OBSERVATIO XIV.

PROHIBITIONI alienationis cuiuscunque rei quomodolibet alienari prohibitæ contrauueniens à parte dumtaxat alienata cadit, 1. ad tradita in terminis fideicommissi, dixi alleg. 23. num. 24. fol. 422. lib. 1. Ioan. Franc. Andreol. controu. 342. num. 2. Fulgin. de emphyt. tit. de var. caducit. quæst. 2. num. 7. Magon. decis. Florent. 19. Thes. quæst. forens. 59. n. 2. lib. 3. Censal. ad Peregr. de fideicom. art. 14. fol. 22. vers.... Marescot. var. resol. 14. num. 1. lib. 2.

Eadem quoque conclusio respectu emphyteusis militat, vt nimirum alienans partem emphy- 2. teusis, parte tantummodo distracta priuetur, Gram. decis. 49. num. 1. & seq. Honded. consil. 51. num. 34.

& consil. 58. *num.* 85. *lib.*1. Clar. *in* §. *emphyteusis, quæstione* 13. *vers. non omittam*, cum adductis per Fulgin. *de emphyt. tit. de alienat. quæst.*1. *num.*137. quibus accedunt Castill. *decis.* 41. *num.*6. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 219. *sub num.* 7. Leoncill. *decis. Ferrar.* 11. *n.*7. *&* 8. & latè prosequitur Laurent. Vrsell. *conclus.*84. *in verb. Alienatio, ex num.*288. Rot. *in Cesenaten. bonorum* 8. *Februarij* 1591. *n.*6. *coram Platto.*

Quemadmodum, qui est casus noster, si vassallus illicitè alienat feudi partem, assensu non ob-
3. tento, à parte tantum alienata, per commissum excluditur, *cap.* 1. *de Vassal. qui contra constitut. Lothar.* Gloss. *in cap.*1. §. *callidis, in verb. Amittat, de prohibit. feud. alien.* Cephal. *consil.* 139. *num.*2. Natt. *consil.* 479. *num.* 2. cum adductis per Mar. Burg. *de Laudem. part.*2. *inspect.*34. *num.*5. *& seq.* Honded. *dict. consil.* 51. *num.* 34. *lib.*1. Fulgin. *de emphyt. tit. de alienat. quæst.* 1. *sub num.* 137. *vers. tenentes procedere in feudo*, Clar. *in* §. *feudum, quæstione* 31. *vers. sed pone*, & optimè exornat Corn. *consil.* 67. *num.*10. *lib.*2. Marescot. *var. resolut.*14. *num.*6. *lib.*2.

Prædicta tamen conclusio quantumuis verior, ac communiter recepta singularem recipit limi-
4. tationem, vt non procedat quando vassallus partem feudi, tanquam propriam allodialem, & liberam alienaret, tunc enim à feudo totaliter caderet, argumento text. *in l. fin. Cod. de iur. emphyt.* Natt. *dict. consil.* 479. *num.*4. *&* 5. Honded. *dict. consil.* 51. *num.*35. *lib.* 1. & latiùs comprobant Beltram. ad Ludouis. *decis.* 219. *sub num.* 7. *vers. quod tamen*, Leoncill. *dict. decis.* 11. *num.* 9. latè Fulgin. *de emphyt. tit. de alien. quæst.*1. *n.*139.

Vlterius si in inuestitura pactum alienationis
5. prohibitiuum adesset, secundum vnam opinionem sustineri posset, quod ex alienatione partis feudi, caducitas totius feudi intraret, Bero. *consil.*122. *sub num.*6. *vers. tamen*, Bardellon. *consil.* 14. *num.*22. Magon. *decis. Florent.* 145. *num.* 11. *&* 12. Honded. *dict. consil.*51. *num.*37. *lib.*1. Maximè quia vbi etiam in inuestitura deesset pactum huiusmodi, non deficeret altera prohibitio alienandi resultans ex Statuto *sub rubric. qualitat. inuestit. ad affict.* cuius dispositionem militare etiam fauore Ecclesiæ animaduertebam post alios, *allegat.*6. *num.*71. *& allegat.* 48. *num.* 18. *lib.* 2. idem enim
6. in proposito operatur statutum quod & pactum præstat, vt subroget locum, *allegat.* 41. *num.* 38. *lib.* 12.

Verum quia tam pactum, quam Statutum intelligi etiam potest, vt contraueniens in totum vassallus toto priuetur, si autem pro parte, partem tantummodo amittat, ideo æquitate Canonica potissimum inspecta in facti specie, in qua
7. pro parte tantum feudum extitit alienatum, à parte tantummodo cecidisse intelligatur, ex traditis per Marescot. *var. resol.*14. *num.* 8. *lib.*2. & per Fulgin. *de emphyt. tit. de alienat. quæstione* 1. *num.* 142.

Hinc ergo concludendum venit, quod si alie-
8. natio sine assensu partis feudi, tanquam de feudo successit, à parte tántum alienata vassallus ceciderit; si verò tanquam de re libera totum, & sic etiam portionem feudi non alienatam amiserit, vt præter adductos supra innuere videntur, Guido Pap. *decis.* 305. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 122. *sub num.* 53. *vers. & quod alienans, & rubr.*124. *num.*13.

SVMMARIVM.

1 *Determinatio plura respiciens determinabilia ea pariformiter determinat.*

2 *Monetarum valore in regulando partium conuentioni standum. Valor attenditur de tempore contractus, num.* 3. *Augmentum, vel diminutio non attenditur, quando certa species non apparet promissa, num.*7. *Augmentum prætendens probare tenetur, n.*8.

4 *Monetæ imaginariæ valor dicitur inuariabilis, & num.*15. *Nunc currentis verba qualiter intelligantur, num.* 14. *Grossorum deterioratio intrinseca contingit non solum quando ipsamet sit deterior, sed etiam quando bonitas intrinseca monetarum inferiorum minuitur ad effectum, vt attendatur valor de tempore contractus, non de tempore solutionis, num.*18. *Sed declara, vt n.*19.

5 *Solutio potest fieri in qualibet moneta, quando in obligatione est moneta imaginaria habita ratione ad valorem monetæ debitæ, qui currit tempore solutionis faciendæ.*

6 *Interesse extrinsecum in pecuniis quando veniat.*

9 *Surd.* consil.368. num.9. *confutatur.*

10 *Solutio fieri debet de moneta currenti tempore solutionis, quando aucta est extrinsecè, & num.*17.

11 *Moneta expendi debet iuxta valorem à Principe præscriptum.*

12 *Cyriac.* controuers.391. n.23. & 24. *reprobatur.*

13 *Princeps creditor cuius culpa expenditur moneta deteriorata, non agit ad illius augmentum.*

16 *Lutier.* de re benefic. lib.1. quæst.39. num.221. *confutatur.*

OBSERVATIO XV.

INTER cætera contenta in instrumento dotali, seu Capitulis matrimonialibus secutis inter Illustrissimam, & Excellentissimam D. D. Alphonsinam de Gonzaga ex Comitibus Nuuolariæ, & Illustrissimum, & Excellentissimum D. D. Gaudentium de Madrutiis, ita expressè cautum reperitur.

In euento, che morisse la dita Signora Alfonsina senza figliuoli, la quale il Signor Iddio guardi longamente, che il Signor Gaudentio, o suoi heredi siano obligati restituire la metà della dote alla Casa di Nuuolara nelli istessi termini, monete, e valore, che egli haurà hauuti, ma quando premorisse il Signor Gaudentio debbasi restituire frà vn anno immediatamente.

Maritus vxori, quam vsufructuariam reliquerat prædecessit, deinde ipsa quoque post plures annos diem clausit extremum; nunc autem illius hæredes aduersus Illustrissimam, & Excellentissimam D.D. Comitissam Philibertam Madrutiam, pro dotis repetitione insistunt prætendentes regulari monetam iuxta valorem de tempore constitutionis, ac dotium solutionis currentem, vt è conuerso nostra principalis institam restitutionem non renuit, sed tantummodo prætendit dotem restituere, iuxta cursum monetarum de præsenti tempore limitandum.

Primo

Primo igitur, vt aiunt, vultu, prætensio Illustrissimi, atque Excellentissimi Comitis Nuuolariæ iuridica videbatur, quippe quoniam in casu, qui euenit prædecedentiæ viri in nihilo prorsus alteratur conuentio circa restitutionem dotis, nisi quoad tempus, & quantitatem, cum illicò à die obitus mariti fieri in totum debeat, cum tamen præmortua vxore sine filiis, marito iuxta terminos solutionem in medietate dumtaxat hæredes restituere tenerentur, vltra onus iniunctum circa qualitatem, &. valorem monetarum: Vna si
1. quidem determinatio plura respiciens determinabilia dicitur ea præter quam in alteratis pariformiter determinare, *l. iam hoc iure* 4. *ff. de vulgar. l. quamuis* 4. *Cod. de impub.* Cyriac. *controuers.* 72. *num.*32. Bonden. *collect.* 47. *num.*9. & *collect.* 50. *num.*32. dixi *allegat.* 10. *fol.* 150. & *allegat.*12. *num.*20. *fol.* 200. *lib.*1. & *allegat.* 4. *num.*9. & *allegatione* 72. *num.* 31. *lib.* 2. & *allegatione* 34. *num.*3. & *allegatione* 76. *num.*6. & *allegatione* 107. *num.*1. *lib.*3. Vtroque igitur in casu restituendi dotes valor monetarum de tempore matrimonij inspici debet.

Deinde quia in materia solutionum vbi accidit contentio circa qualitatem monetarum, inter cætera præcipuè attendi debet, quid inter partes conuentum appareat, quoniam pactis con-
2. trahentium in solutione monetarum standum est, *leg. Paulus* 99. & *ibi*; in terminis notat Bart. *numer.*10. *ff. de solut.* Guid. Pap. *quæstione* 492. *in fin.* Surd. *consil.* 242. *num.* 3. Gratian. *disceptation. forens.* 94. *sub num.* 70. *vers. dummodo non adsit pactum*, Cenc. *de Cens. part.* 2. *cap.* 2. *quæstione* 4. *art.*4. *num.*5. & *sub num.*8. *vers. in puncto*, & *post tract. decis.* 214. *num.* 2. & *decis.* 218. *num.* 5. Pen. *decis.*464. *num.*4. Thesaur. *de augment. monet. parte* 1. *num.* 72. Lat. *decis. Granat.* 24. *num.*11. Tondut. *resolut. ciuil.* 1. *num.* 10. Ioannes Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*1. *cap.*42. *num.*13. & 21. Rot. *in Bononien. dotis; seu pecuniaria sub* 26. *Martij* 1645. *num.*3. *coram Reuerendissimo Decano.* Quapropter cum hic in Capitulis matrimonialibus partes expresè conuenerint in quemcunque euentum restituendæ dotis, quod restitutio fieret in monetis, ac valore, in quibus dos reciperetur, consequens ideo fit, quod in restituenda dote quoad monetas, & valorem, attendi non debeat solutionis, seu restitutionis tempus, sed constitutionis ad regulandum monetam imaginariam scutorum à libris sex, cum in specie non adsint, nec vnquam adfuerint iuxta cursum monetarum, ex quibus summa scutorum debitorum constitui posset.

Tandem quia regulariter vbi contingit variatio quoad monetas, & valorem ab vno ad alterum tempus, quo restitutio pecuniæ, seu solutio debiti fieri debet, semper tempus, siue va-
3. lor existens de tempore solutionis contractus, & obligationis in pecunia attenditur, ad tradita per Castrens. & alios *in l. cum quid* 3. *ff. si cert. pet.* & *in dicta l. Paulus* 99. *ff. de solution.* Menoch. *consil.*49. *num.*8. & 16. Fachin. *controuers. iur. lib.*2. *cap.*9. Gail. *pract. obseruation.*73. *num.*2. *lib.*2. Cenc. *de Cens. part.* 2. *cap.* 2. *quæstione* 4. *art.* 4. *num.*3. Pen. *dict. decis.* 464. *num.*2. Gratian. *disceptat.* 51. *num.*20. Lat. *decis.*14. *num.*18. Scacc. *de commerc.* & *camb.* §.2. *gloss.*5. *quæst.*6. Tondut. *resolut. ciuil.*1. *num.*3. Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*1. *cap.*42. *num.*3.

Prædictis tamen nequaquam obstantibus in facti contingentia existimo solutionem, seu dotis restitutionem fieri in moneta, & iuxta valorem nunc currentem, ad quod firmandum pluribus mouebar fundamentis. Primum quia versamur in moneta scuti à libris imaginaria, & in
effectu non existenti. Valor autem huiusmodi 4.
monetæ imaginariæ dicitur inuariabilis, vt testantur Alber. Brun. *in tract. de monet. part.*1. *particul.*6. *num.*1. *tom.* 12. *fol.*212. Luttier. *de re benefic. lib.*1. *quæstione* 39. *num.*197. Scacc. *de commerc.* & *camb.* §.2. *gloss.*5. *num.* 184. *vers.*3. *præmitto.* Ex quo fundamento secundum resultat, quod quando in obligatione interuenit imaginaria mone- 5.
ta, quæ non reperitur cussa sub tali nomine, solui possit quælibet moneta, quæ constituit scutum, habita ratione ad valorem monetæ debitæ, quæ currit tempore solutionis faciendæ, Socin. sen. *consil.* 6. *sub num.* 4. *vers.* & *hoc faciliter, lib.* 1. Menoch. *consil.* 49. *sub num.* 14. *vers. Secundò moueor, lib.*1. Surd. *consil.*355. *sub n.*7. *vers. his verò*, & *sub num.*8. *vers. sed quoad nos*, Curt. iun. *consil.*24. *num.*5. & *seq.* Peregr. *consil.* 13. *numer.*6. *lib.* 3. optimam assignans rationem, quia nunc solidi viginti constituunt vnam libram, & libræ sex constituunt scutum non secus, ac constituerent de tempore solutionum dotis, & latius in materia dotis exornat Carem. *resolutione* 113. *ex num.*9. Cenc. *de Cens. part.*2. *cap.*2. *quæstione* 4. *art.*4. *num.*15. Et quæ magis, & sic exinde tertium oritur fundamentum, quia hæredes Domini Comitis Gaudentij Madrutij non dicuntur in mora, quinimo in continenti, in quantitate verè debita illicò vsufructu finito satisfactionem obtulerunt; quibus cum nihil veniat imputandum, minusve in mora constituti appareant, tanto magis ab augmento prætenso absoluendi veniunt, quia licet in nummis veniat
interesse extra rem consistens in damno, non 6.
tamen venit, quod consistit in lucro, Bart. *in d. l. Paulus* 99. *num.* 7. & 8. vbi Castrens. & Imol. *ff. de solution.* Curt. iun. *d. consil.*24. *num.*7. Peregr. *dict. consil.* 13. *num.* 8. *lib.*3. optimè Carem. *dicta resolutione* 113. *num.*10. *ac seq.* & *per tot.* vbi præcisè loquuntur isti duo posteriores in materia dotis restituendæ etiam post diuturnam in restituendo dilationem, & sic in fortioribus terminis quandoquidem principalis nostra agnoscendo bonam fidem; non renuit interpellata per arrestum eius crediti Cameralis, neque recusat, quin ex eo fauore hæredum dictæ D. Alphonsinæ detrahatur dos in summa tunc in actu matrimonij constituta, ac deinceps soluta scutorum triginta sex millium à libris sex. Succedit prædictis, vnde quartum desumitur fundamentum, quod nulla certa, aut determinata species monetæ indiuidualiter extiterit promissa in casum restitutionis, sed in illis tantummodo monetis, ac valore, quibus eam Maritus consecutus fuerit; nunquam verò attenditur augmentum monetæ, aut
diminutio, quando in genere, & abstracto, & non 7.
certa species monetæ promissa est, Cost. *de fact. scien.* & *ignor. distinctione* 63. *num.*47. *cent.*1. Purpurat. *consil.* 522. *num.* 32. Andr. Nobl. *in exercit. legal.*18. *à num.* 24. vbi alios recenset, quibus accedit Hieronym. Buccafer. *consil.*86. *num.*22. & 32. & *consil.*83. *num.*2. qui mouentur ex doctrina Angel. *in l. fin. C. de vet. numism. pot. lib.*11. Hic autem incerta erat qualitas pecuniarum, in quibus

solutio dotis succedere debebat, nec hactenus constat, in quo genere nummorum solutio ipsa emananerit, præterquam quod de imaginaria tot scutorum à libris sex, num verò inter vnum, & alterum tempus, solutionum scilicet, & nunc restitutionis intercedat diminutio, aut augmentum non benè constat, nec hactenus fuit deductum, & tamen, sicque quintum aggredior fun-
8. damentum, prætendens monetæ augmentum de valore monetarum vtriusque temporis articulare, & probare debet, Bertazol. *clausf.30.gloss.9.num.21. in fin.* Gabr. *conclus.1. num.36.de solution.* Gratian. *discept. 51. num. 21.* Cenc. *de Cens. part. 2. cap.2. quæst.4. art.4. num.30.* Cost. *de fact. scien. & ignor. distinct. 63. num.44.* Corn. *consil. 181. sub num.72. vers. his tamen minimè refragantibus, lib. 2.* Surd. *consil. 335. num.10.* Hieronym. Buccafer. *dict. consil.86. num.13. & 14.* neque ab hac opinione videtur discedendum, quicquid voluisse videatur in
9. causa propria ac sibi contrarius idem Surd. *consil.368. num.9.* nam contra ipsum viget recepta, ac magis fundata sententia, de qua idem Surd. *consil.438. num.9.* Luttier. *de re benefic. lib.1. quæst.39. num. 216.* Buratt. *decisione 790. per totam*, vbi etiam tradit methodum faciendi hanc probationem: Quorum neutrum cum in præsentiarum præstitum non fuerit, nec præstari valeat, consequens ideo fit quod Excellentissimi Domini Comites in eorum excitata prætensione obaudiri debeant, ea si quidem, & optima ratione, quia; & sic deuenio ad vltimum fundamentum: Vel moneta, quæ vigebat tempore solutionis, ac in effe-
10. ctu soluta, est alterata extrinsecus ex vsu, seu opinione hominum, vel edicto Principis, & tunc non attenditur valor monetæ currentis tempore contractæ obligationis, sed currentis tempore solutionis, Crau. *consil. 836. sub num.1. vers. Argentis,* Aret. *consil.11.num.3.* Surd. *consil.335.num.8. & consil.368.num.1.* cum adductis per Cenc. *de Cens. p.2. cap. 2. quæst.4. art. 4. num. 24. & 25. & post tract. decis.219.num. fin.* Rot. coram Pen. *decis.5.num.4. & decis.464. num.19. & seq.* vbi istud habet, & renuntiat pro indubitato, quando moneta inferior, seu imaginaria est in obligatione, quemadmodum hic succedit, Larr. *decis.13.num.2.* Scacc. *de commerc. & camb. §.2. gloss. 5. num. 177.* Gratian. *discept.417. num.2. & 3. & discept. 560. num. 9.* Vel alteratio in bonitate monetarum intrinseca prætenditur, & tunc tanto minus præfati Domini Comites audiri poterunt, non quidem Mantuæ, quia ipsis obstant commissiones Ducales, iuxta quarum dispositiones non redditur ius pro hoc interesse mutati valoris monetarum, quin vero
11. Princeps statuere id valeat, dubitari nequit, per ea quæ tradiderunt Seraph. *decis.84. num. 2.* Luttier. *de re benefic. lib.1. quæst. 39. num. 218.* Quas commissiones omnino procedere etiam in variatione
12. monetarum intrinseca, non autem solummodo in bonitate extrinseca, vt perpendunt Cagnol. *in l.2. num. 216. C. de pact. int. empt. & vend.* Sacca *consil.100. sub num.65. vers. præterea, vsque ad n.69.* Cyriac. *controuers. 391. num. 23. & 24.* necesse est vt fateamur, ne quodammodo reddantur infructuosæ, ac inutiles, cum, vti dicebamus, alteratio in bonitate extrinseca non attendatur, neque etiam in eorum Dominio Nuuolariæ, quoniam si illic ob deteriorationem monetarum agerent ad augmentum, ab ista actione excludi omnino deberent, cum enim istud successerit facto, seu per-
13. missione ipsius Domini Comitis Nuuolariæ, vel antecessorum Suæ Excellentiæ, non possunt huiusmodi monetarum variationem, seu alterationem obiicere, & illius causa petere aliquod augmentum, Brun. *de augm. monet. limit.7.* Rub. Alex. *consil.17. sub num.4. prope fin. vers. Nam ipsi Principi cuius culpa deterioratur moneta, potest solui de moneta currenti tempore solutionis*, Gabr. *consil.164. num.5. vers. Quia causa mutationis monetæ fuère semper ipsi Principes, & ab annis 32. ipse præsens Dux qui monetam in sua ditione pro suo arbitrio cudi, & expendi iubet, materiam alterat, & valorem, lib. 1. & conclus.1. in fin. de solut.* Surd. *d.consil.335. sub n.13. vers. Tertiò vbi constat auctum,* Sacca *consil. 100. num. 33.* Scacc. *de commerc. & camb. §.2. gloss. 5. sub num. 183. vers. Ideoque Principibus, qui ferè semper causa sunt mutationis monetæ, potest solui in moneta currenti, quamuis sit deteriorata*, quos allegat, & sequitur Hieronym. Buccafer. *d. consil. 86. num. 30. & consil. 87.* sibi ergo imputare debet Dominus Comes, dum passus fuit in eius dominio valorem monetarum vltra intrinsecam bonitatem, vbi istud vnquam appareret, alterari, ideoque agere nequit ad augmentum, non quidem hic, quia obstant Principis decreta, neque in eius ditione, quia quod expendatur moneta vltra iustum valorem in eius dominio, eius facto, ac culpa dumtaxat successit.

Quibus sic iactis fundamentis non obstant modo, seu minimè applicantur, quæ superius disputationis gratia excitauimus, quippe quoniam retenta conclusione, seu axiomate illo, quod vnica determinatio respiciens plura determinabilia ea parisormiter determinet, exinde vnum sequeretur fauore nostræ Excellentissimæ principalis plurimum fauorabile, nimirum, quod tam maritus, quam illius hæredes vtroque in casu tam prædecedentiæ vxoris sine filiis, quam obitus quandocunque sine prole ad medietatem dotis restituendam tenerentur, cum in plus iuxta litteram capituli non se obligauerit maritus, nisi ad restitutionem dotis pro dimidia, altero in casibus prædictis ad terminos in moneta, & valore quibus totam reciperet; altero incontinenti præmortuo eius viro, super hoc tamen non insisto, ne videar subtilitates, non autem veritatem quærere, & insectari.

Sicuti neque resistit expressa conuentio de dote restituenda in eadem moneta, & valore quibus eam sponsus habuerit, tum quia versamur in genere monetarum variationem non recipientium, vt diximus in primo fundamento, tum quia non constat quam monetam, & ad quem valorem solutiones multiplicatæ dotis regulatæ fuerint, nisi iuxta currentem de tempore in tempus, in Dominio Nuuolariensi; tum quia deductum non resultat, neque probari permittitur alteratio contingens circa monetam; tum demum quia in genere conuentum extitit de moneta, & valore habendis in dotem, quæ verba aliud non significant, 14.
nisi quod soluatur de moneta, quæ Nuuolariæ expendebatur, cui obligationi satisfit, dum soluitur moneta, & in valore, quæ nunc currit, ad tradita per Doctores, *in d. l. Paulus 99. ff. de solution.* Hieron. Buccafer. *d. consil.86. num.23.* Boët. *decis. 327.* vbi in dotis promissione facta tot aureorum, qui soluendi erant in æstimatione, quæ tunc erat relato valore, & expresso iuxta tempus contractus adhuc cum postea augeretur æstimatio extrinseca aureorum, Senatus decreuit solui aureos debere iuxta valorem de tempore solutionis, Rot.

decis.149.

*decis.*149. *num.*9. *& seq. part.*2. *recent.* & optimè ad rem ex gratia videndus exornat Larr. *decis.*17. *num.*3. vbi quod litteræ cambij soluendæ, *en la Moneda que oy corre*, intelligantur de moneta currenti tempore solutionis quando deterioratio monetarum afficit extrinsecum, & non intrinse-
15. cum valorem quem monetæ inferiores, atque imaginariæ non habent, ex eod. Larr. *decis.*13. *num.* 26. & alibi pluries, & ab hac opinione per illud tribunal canonizata existimo non esse rece-
16. dendum, tam etsi contrarium tueri intendat Luttier. *de re benef. lib.*1. *d.quæst.*39. *num.*221.

Quemadmodum neque afficit, quod in solutionibus vbi intercessit monetarum alteratio, valor de tempore contractus inspiciatur, non autem solutionis; obiectum namque sibi locum vindicat in alteratione valoris monetarum extrinseci, secus autem quando solum mutatio circa valorem extrinsecum contingit, vt *superius* dixi in
17. vltimo fundamento, & nunc addo Buratt. *decis.* 626.*num.*2. *ac per totam*, Ludouis. *decis.*42. *num.*6. Duran. *decis.*1. *num.*3. Io. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*1. *cap.*42. *n.*14.

Nostræ huic considerationi non obest, quin potius proficit eorum traditio qui voluerunt etiam in moneta inferiori intrinsecam bonitatem
18. dare; adeo vt per illius deteriorationem in solutionibus attendatur valor monetæ superioris, quæ per inferiorem emitur, vigens de tempore contractus, & obligationis, non autem de tempore restitutionis, & solutionis iuxta conclusionem indubitatam, vt vocant antiquorum, & modernorum, vt testatur Socin. Iun. *cons.*111. *n.*1. *lib.*1. Gabr. *cons.*164. *num.*3. Buratt.*decis.*626.*num.*3.4.*ac per totam*, *& decis.*790. *n.*6. *ac per totam*, Luttier. *de re benefic.lib.*1.*quæst.*39. *num.*204.*cum seq.* Scac. *de commerc. & camb. d.* §.2. *glos.*5. *num.*180. cum aliis quos sciens prætereo, Tondut. *de pension. cap.*40. *num.*18. Quoniam quicquid sit de præcedenti assertione cuius subsistentiam pro nunc indagare non duximus opportunum, cum sufficiat pro tutela nostræ principalis illam ad præsentem controuersiam non applicari, ex quo huiusmodi ratiocinatio procedit tantummodo, vt videre est penes præcitatos Doctores, quoties in obliga-
19. tione soluendi species certa, ac reperibilis monetæ deducitur, quæ licet non receperit alterationem in bonitate intrinseca, cum semper fuerit argentea, seu aurea, nec tempore solutionis ære contaminata, aut minoris ligæ; attamen in valore extrinseco aucta fuit aliunde, quam ex vsu, vel edicto Principis, nimirum ex deterioratione inferioris monetæ, eo quia octo libræ, exempli gratia, ascendebant ad valorem Ducatoni, nunc autem pro eadem moneta Ducatoni constituenda vltra duodecim libræ requiruntur, eaque propter facta obligatione pluribus ab hinc annis soluendi tot Ducatonos à libris octo in solutione facienda necesse est, vel exbursare tot Ducatonos, vel totidem libras, quæ iuxta huius temporis æstimationem Ducatoni æquent, vt colligitur ex Buratt. *d. decis.*626. *& decis.*790. & latius prosequitur Gratian. *d. discept. forens.*560. *num.*10. hic obiter animaduertas, quod dictæ decis. Buratti conducunt optimè ad fundandam intentionem nostræ principalis pro credito prædicto cum Ducali Camera in ea parte, quæ est de scutis Venetis, cum loquantur in pensione Bergomensi reseruata in tot similibus scutis à tronis, seu libris septem, secus autem est quando in obligatione moneta imaginaria, videlicet tot scutorum Mantuæ, quæ non existunt, & taxantur in libris sex, moneta itidem, & tunc imaginaria, cum de tempore susceptæ per eximium D. Gaudentium Madrutium obligationis nondum adhuc libræ cuderentur, quoniam tunc solutio fieri debet in moneta vsuali, ac currenti de tempore præciso solutionis, vt dixi ex Pen. *decis.*464. *num.*19. *& seq.* & nunc addo Rotam *decis.*597. *num.*3. *&* 4. *par.*1. *rec.* Andr. Nobl. *exercit.*18. *num.*20. *& seq.* Gratian. *d. discept.*560. *num.*14.

SVMMARIVM.

1 *Canonis remissio ob sterilitatem locum non habet. Amplia, vt num.*2. *Contrarium qui defendant, num.*3. *Declara, vt n.*6.

4 *Canonem respondere fructibus, Emphiteuta probare tenetur.*

5 *Fructus stabilium in rationem quinque pro centum regulariter liquidantur.*

7 *Æquitas non patitur, vt quis fruatur re, & pretio sine responsione liuelli.*

8 *Emptor non perceptis fructibus, ad liuellum non tenetur. Sed contra num.*9. *Declara, vt num.*10.

11 *Sterilis dicitur res, quando expensæ superant fructus.*

OBSERVATIO XVI.

Ob prætensam fructuum diminutionem ex casibus fortuitis contingentem, hæredes D. Costæ per Capitulum Cathedralis eisdem remissionem Canonis fieri insistunt,
Tam & si ob sterilitatem in emphyteusi remissio 1.
regulariter locum non habeat, Cyn. & Bal. *in rubr. C. de iur. emphyt.* Seraphin. *decis.*286. *n.*12. cum adductis per Fulgin. *de emphyt. prælud.* 5. *num.*7.

Eo sub prætextu quod versemur in emphyteusi
obnoxia Canoni fructibus correspondente, ex cu- 2.
mulatis per nos, *alleg.*70.*num.*2.*& seq. & alleg.*92. *num.*20. *lib.*2. & nunc addo Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.*1. *num.*98. *&* 99. *& tit. de melioram. quæst.*9. *num.*9. Merlin. *decis.*55.*n.*5.

Huic namque fundamento hæredum ex parte Capituli pluribus occurritur, & primò opinio-
nem huiusmodi à quam plurimis impugnari ad- 3.
ductis per Mart.Medic.*ad decis. Senen. exam.n.*12. *num.*4. *& seq.* Capyc. Latr. *decis.*18. Hodiern. ad Surd. *decis.*198. *sub num.*12. *vers. quoniam*, Ioann. Baptistam Antonell. *cons.*94. *sub num.*4. Rot. *in Anconitana bonorum*, 2. *Martij* 1584. *num.*12. *coram R. P. D. Bubalo.* Secundò, quia nullibi constat, aut probatum extitit per aduersarios, quod fructibus canon respondeat, & tamen ad emphy-
teutam probare istud incumbit, Magon.*decis. Lu- 4.
cen.*12. *num.*18. Surd. *decis.*198. *num.*27. Rota *decis.*473. *num.*2. *part.*1. *recent.* quos adduxi *d. allegat.*70. *num.*31. *lib.*2. Demum quia ex facti serie euidenter apparebat canonem fructibus non correspondere, ea ratione, quia in stabilibus valor
in ratione quinque pro centum liquidari solet, se- 5.
cundum glos. communiter receptam, *in Auth. perpetua, C. de Sacros. Eccles.* Honded.*cons.*30.*n.*20. *& seq. lib.*1. Rot. *decis.*81. *num.*31. *part.*6. *recent.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.*22.

 *num.*29.

num.29. Rot. apud Post. *de subhast. in addit. decis.*180. *num.*8. Vnde cum vltra onus soluendi annuatim scuta centum sexaginta duo pro residuo valoris Orizariæ, D. Costa scuta septem centum quinquaginta exbursauerit, consequens ideò fit, vt in origine concessionis in emphyteusim
6. sexta pars pretij remissa fuerit, quo casu emphyteuta ex quocunque casu fortuito diminuente fructus, restaurum Canonis nullatenus prætendere valet, ad text. in §. *dudum in Auth. de non alien. & permut.* Glos. & DD. *in Auth. Perpetua, in verb. sextam partem, C. de Sacros. Eccles.* Bursat. *cons.*11. *num.*23. Viu. *decis.*500. *sub num.*12. *vers.*2. *respondetur*, Rota, *decis.*720. *num.*6. *&* 7. *decis.*723. *num.*2. *& seq. part.*1. *diuers.* & benè declarat, *in dicta Anconitana bonorum*, 2. *Martij* 1584. *num.*9. *&* 10. *coram R. P. D. Bubalo.* Hodiern. ad Surd. *decis.*198. *num.*14. & latius post alios prosequitur Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. canon. quæst.*1. *n.*100. Ex quibus dato etiam, citra veritatis dispendium, quod in pura emphyteusi versaremur, adhuc remissio canonis fieri non deberet.

Eòque minus prætensa remissio competit, ex quo liuellus in facti specie non pro canone; seu emphyteusi fundiariæ soluitur, sed potius pro
7. contractu venditionis, atque ex æquitate, *l. Curabit* 15. *C. de act. empt.* quæ non patitur quemquam rem, & pretium retinere absque proportionata liuelli responsione, quæ tali in casu etiam si fructus diminuantur, integrè solui debet, Bal. *in l.*2. *num.*3. *C. de Vsur.* Paris. *cons.*60. *num.*28. *lib.*1. Gozadin. *cons.*55. *num.*11. Socin. Sen. *cons.*88. *n.*8. *lib.*4.

Nec obstatet, si replicaretur quinimò fructibus
8. non perceptis emptorem ad liuellum, seu interesse non teneri, ex Natt. *cons.*417. *sub num.*2. *vers. respondetur quod*, Rol. *cons.*14. *num.*3. *lib.*2. Præ-
9. terquam quod enim contraria opinio *superius* firmata communior videtur, ex cumulatis per Lup. *de Vsur. comm.*1. §.7. *num.*141. in hac patria nullam prorsus secum affert dubietatem, ex quo Senatus noster hanc opinionem semper amplexus fuit, quod nimirum damna, seu diminutiones in fructibus incommodo ipsius emptoris cedant.

Animaduertendo insuper, quod contraria opinio procedere vlterius posset in emptione rei suaptè natura sterili, pro qua dum fructus per em-
10. ptorem non percipiuntur, ita neque ad responsionem liuelli obstringitur, Bart. *in l. Atqui natura* 20. §. *non tantum, num.*2. *ff. de negot. gest.* Corn. *cons.*59. *num.*5. *in fin. ac per tot. lib.*3. quatenus se fundat in sola facultate percipiendi fructus, qui nec actu rei infructiferæ applicantur, cum adductis per Mangil. *de euict. quæst.*148. *num.*20. Tunc au-
11. tem ad propositum res dicitur sterilis quando expensæ æquant fructus, itavt deductis sumptibus ex redditu proprietatis nihil supersit, ex latè deductis per Rot. *in Romana pecuniaria*, 1. *Februarij* 1623. *coram Reuerendissimo Coccino*, Mangil. *de euict. quæst.*148. *n.*19. 20. *&* 21. siue igitur versemur in emphyteusi, siue, ac multò magis in emptione, neutro in casu Capitulum ad remissionem tenetur, dum hæredes Costæ fundamentum suæ intentionis non probauerint.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio*, habes parem in gradu, *impedit immissionem ex Saluiano. Consentiente eo de cuius interesse agitur executionem impedit, num.*2.

3 *Mater à successione filij quando excludatur.*

4 *Fraternitas probatur ex enuntiatina contra enuntiantem, & habentes causam ab eo. Amplia vt num.*5. *& num.*6. *& num.*7. *Probatur eo modo quo filiatio, num.*8. *Præsumptionibus probatur, num.*9. *Enuntiatiua geminata probatur, num.*14.

10 *Renuntiatio personalis præsumitur. Bonis Paternis, & Maternis non excludit à fraternis, num.*11.

12 *Renuntianti realiter ad renuntiata non datur regressus.*

13 *Renuntians defectis renuntiatariis reintegratur.*

15 *Hæreditate indelata non apprehensa, ius aliquod non acquiritur.*

16 *Hæreditas non adita, non transmittitur.*

17 *Monasterium succedit in hæreditate Monacho post professionem delata. Aduersus præscriptionem restituitur, n.*19.

18 *Præscriptio quadragenaria contra Monasterium requiritur.*

20 *Statutum excludens Matrem propter masculos fauet etiam Religiosis. Amplia vt n.*21.

OBSERVATIO XVII.

DATO citra veritatis dispendium, quod exceptio, *habes priorem in gradu*, esset 1.
de Iure tertij non exclusiuo Iuris agentis, ac consequenter executionem, seu consummationem executionis in Iudicio immissionis in Saluiano iam obtentæ non impediret, ex copiose traditis per nos, *allegat.*108. *num.*22. *& allegat.*124. *num.*11. *&* 12. *lib.*3. Ioann. Franc. Andr. *controu.*241. *num.*9. Salgad. *in Labyrint. creditor. part.*22. *c.*22. *num.*63. Botillier. *de Success. theorem.*50. *num.*30. *cap.*2. Rot. *in Meleuitana pecuniaria* 25. *Iunij* 1665. *num*....

Attamen prædicta conclusio ad præsentem facti contingentiam applicationem non reciperet. Quippe quoniam tertius, Monasterium scilicet ex persona Alexandri Fratris, ac respectiue Patrui, ideo proximioris eorum, de quorum hæreditate agitur, iam reperitur in causa, & coram Amplissimo Senatu Iura deduxit; quo sanè casu non ambigitur, quin exceptio Iuris tertij eodem volente, 2.
atque instante ad impediendam consummationem executionis in quocunque Iudicio suffragetur, ad glos. communiter receptam *in l.*2. *in verb. repellere, C. de Iur. emphyt.* Bart. *in l.*2. *colum.*2. *ff. except. rei Iudic.* Peregr. *cons.*16. *sub num.*31. *vers. si vero excipiat, lib.*6. Surd. *cons.*415. *num.*2. *& seq.* Gratian. *discept.*531. *num.*59. *& discept.*752. *num.*46. Seraph. *decis.*649. *num.*2. cum adductis per Giurb. *de success. feud.* §. 2. *glos.* 9. *num.*55. Rot. apud Zacc. *de Camer. oblig. decis.*4. *num.*20. Ioan. Baptistam Antonell. *cons.*48. *num.*12. Burat. *decis.*257. *sub num.*13. *vers. quia vltra*, Leoncell. *decis. Ferrar.*73. *num.*1.

Fraternitas Reuerendi Patris Donati, ex cuius persona agitur; an ex actis concludenter probata resultet, videndum superest; constito enim de hoc ad formam statuti de Successionibus ab intestato 3.
Mater per existentiam Fratris Mariti, ac respectiuè Patrui vltimo loco præmortui à successione filij excluditur, Cyriac. *controu.*400. *n.*37.

De Fraternitate dubitandum non remanet, ex quo

quo Paulus de Garollis *in Instrumento venditionis factæ de anno 1626. cuius fides regiſtratur in currenti proceſſu, fol.134. fac.2. & ſeq.* Reuerendiſſimum
4. hunc eius fratrem enuntiat, quæ enuntiatiua contra ipſum, & ab eo cauſam prætendentes fraternitatem ſufficienter probat, Surd. *conſ.546. n.7.* Menoch. *conſ.812. num.3.* cum adductis per Gen. *de verb. enuntiat. quæſt.4. num.102. lib.1.* Altograd. *conſ.2. num.5. lib.2.* Rot. *deciſ. 112. num.17. & deciſ.144. num.3. part.8.* Andr. Cenſal. *deciſ.25. num.6.* Maxime quia non verſamur in ſimplici
5. enuntiatiua, ſed iuncta cum actu proportionabili reſponſionis annuæ ſcutorum duodecim ſibi reſeruatorum tunc pro eius portione, quæ omnia ſimul concurrentia fraternitatem conuincunt, Rot. *deciſ.176. num.4. & ſeq. part.1. & deciſ.90. num.5. & ſeq. part.8. recent.* Michalor. *de duobus fratribus, part.3. cap.58. ſub num.7. verſ. ſed noſtra concluſio procedit in tractatu per actus fraternitatem arguentis,* Surd. *conſ.1. n.67.*

Præterquam quod ex huiuſmodi enuntiatiua, ſeu nominatione plenam probationem ad quoſcunque effectus eruere non intendimus, ſed præſumptiuam, & qualis ſufficit ad conſtituendum hunc Patrem in quaſi poſſeſſione fraternitatis pro
6. qua ſolam fratris nominationem exuberare comprobant, gloſ. *in l. neque, §. in verb. præiudicat,* vbi etiam Doctores *C. de teſtam.* Cephal. *conſ.137. n.3. in fin. & n.4.* vbi tamen ſubiungit quod in petitorio probario fraternitatis reſultans ex nominatione non ſufficit, Dec. *conſ.462. n.14.* vbi habet pro indubitabili concurrente actu poſitiuo præter nominationem, Pen. *deciſ.23. n.5.* & latiſſimè proſequitur Michalor. *de duob. fratrib. part.3. d. cap.58. num.6. & 8.* Gratian. *diſcept. forenſ.694. num.1.* Bardellon. *conſ.32. num.15. & per tot.* Andr. Cenſal. *deciſ. Lucenſ.25. n.2. & ſeq.*

7. Maximè ad effectum non probandi ſubſtantiam formiter fraternitatis, ſed incidenter ex cauſa ſuccedendi Alexandro infanti ipſius ex fratre germano nepoti, quo ſanè caſu, & leuiores requiruntur probationes, ſeu coniecturæ; Cæpha. *conſil.435. n.76.* latè Bardell. *conſ.32. num.15. in fin. & ſeq.* Merlin. *deciſ.497. n.5. & n.6.* Seraph. *deciſ.1282. num.6.* Rot. *deciſ.331. num.6. part.6. recent.*

Nec quicquam facit quod aliqui ex mox citatis Doctoribus loquantur in terminis probandæ
8. filiationis, quoniam eiſdem modis quibus filiatio probatur, & fraternitas probata reſultat, Bart. *in l. non nudis 14. C. de probationibus,* Maſcard. *de probation. concl.812. num.4. in fin.* Michalor. *de duob. fratrib. part.3. q.58. num.2.*

Sed in præmiſſis omnem dubitandi anſam contundit, quod iſtam fraternitatem aduerſaria non impugnat, quinimo ex pluribus deductis in proceſſu tacitè illam admittere videtur, ideoque quælibet
9. præſumptiua probario, ac leuis præſumptio fraternitatis probationem inducunt, Rot. *in Britorien. fideicommiſſi 29. Maij 1645. §. nam ad hoc, & 20. Aprilis 1646. §. ſed hoc, verſ. nec pro parte eiuſdem Hoſpitalis hoc controuertatur, coram R. P. D. Royas, nunc inter eius impreſſas deciſ.260. ſub num.2. & deciſ.288. ſub num.5.* Andr. Cenſal. *deciſ.5. num.60.* Rot. *deciſ.98. num.18. & deciſ.167. num.3. part.8. recent.* Si quidem admiſſo in Fratrem Pauli, & Patruum Alexandri infantis Reuerendo Patre Donato eundem de incapacitate dumtaxat, atque inſucceſſibilitate redarguunt in currenti proceſſu, *fol.126.* Nec Domina Barbara aduerſans interpellata in eodem proceſſu, *fol.131.* obiectam fraternitatem eius Iuramento calumniæ auſa fuit negare.

Reſpectu vero renuntiationis admiſſo illam ſubeſſe, donec de ea cum effectu conſtet, perſonalis 10.
ſemper præſumitur, Surd. *conſ.544. ſub num.5. verſ. ſed in dubio,* Merlin. *deciſ.61. num.12.* Altograd. *conſ.66. num.40. lib.1.* Gratian. *diſcep.346. num.4.* dixi *allegat.30. num.5. lib.2.* Cammar. *deciſ.21. art. vnic. num.1. & 2.* Tondut. *reſolut. benefic.142. n.17. & 18.* Itavt ſi ſit facta de bonis Paternis, & Maternis non excludat renuntiantem à ſucceſſione, quo ad eadem bona in filium, ac reſpectiuè fratrem peruenta; Qui enim renuntiauit bonis Paternis non prohibetur ſuccedere fratri etiam in bonis, 11.
quæ ad fratrem ex Paterna ſucceſſione peruenerunt, Surd. *deciſ.144. num.16.* Eugen. *conſ.88. n.80. & ſeq.* cùm infinitis apud Merlin. *deciſ.22. n.6. & deciſ.62. num.1.* Rot. *d. deciſ.144. num.15. & 16. part.8. recent.* & coram Royas *deciſ.66. num.12. & deciſ.206. num.1.* Tondut. *reſolut. benefic.142. num.15.*

Non negamus tamen, quin renuntiatio ita concipi poſſit vt realis reputetur, & renuntians 12.
ita excludatur, vt ad renuntiata nunquam detur regreſſus, ex cumulatis per informantem ex aduerſo, nimirum Franch. *deciſ.375. num.2.* Maſtrill. *deciſ.65. num.11.* Gratian. *diſcept.971. num.11.* & latiſſimè proſequitur Bonad. *de renuntiat. cap.5. num.8. ſeq. ac per tot.* Bonden. *collect.3. num.80. & collect.5. num.12. & collect.8. num.28.* Rot. *in Romana pratenſa reſtitutionis dotis 15. Ianuarij 1647. num.1. coram R. P. D. Pentingero, & deciſ.29. n.4. & deciſ.175. num.4. part.8. recent.* Interim ergò ſtandum præſumptioni, donec de ipſa realitate renuntiationis per productionem inſtrumenti liquebit, cuius realitas dum per renuntiatarios diſpoſitum de bonis renuntiatis non apparet; adhuc renuntianti ſucceſſionem cum reintegratione ad 13.
renuntiata non impediet, prædefunctis namque renuntiatariis, Monachus renuntians denuò admittitur, dixi *d. allegat.30. n.2. & ſeq. lib.2.* iuxta quam Soror Monialis, quæ renuntiauerat, mortuis renuntiatariis per tres conformes ad ſucceſſionem admiſſa fuit, Rot. *in Ceſenaten. bonorum 17. Martij 1656. §. Nec releuat, ac per totam, coram R. P. D. Albergato,* vbi quod ita demum renuntians excludatur, quando etiam renuntiatio ampliſſimè concipitur, ſi renuntiatarij per actum inter viuos, ſiue per vltimam voluntatem de bonis renuntiatis diſpoſuerint; ſecus autem ſi ab inteſtato; qui eſt caſus noſter, nulla prorſus facta diſpoſitione deceſſerit, & latiſſimè proſequitur Cyriac. *controuer.475. n.2. & per totam.*

Dum hæc ſcriberem ad manus meas deuenit teſtamentum ipſius Reuerendi, cuius fides exhibetur; ex quo difficultates prædictæ tolluntur, dum non verſamur in renuntiatione, atque ex illo concludenter fraternitas probata reſultat, quia geminatio enuntiatiuæ fraternitatis plenam pro- 14.
bationem operatur, argum. *l.1. C. de plus debit. pet.* Barbat. *conſ.14. num.10. & ſeq. lib.3.* cum adductis per Gen. *de verb. enunt. lib.1. quæſt.4. n.30. & 31.*

Cæterum quod ex hæreditate delata niſi apprehendatur ius aliquod quæſitum non dicatur, 15.
Hodiern. ad Surd. *deciſ.106. num.13.* vbi concordantes recenſet, quodque hæreditas præſertim tranſuerſalium non adita non tranſmittatur, Rot. 16.
deciſ.74. num.6. deciſ.106. num.4. part.7. recent. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.8. n.1.* dixi *allegat.77. n.7. lib.3.* Bonden. *coll.39. n.70.*

Obiectum facti contingentiæ non applicatur, quia hæreditas post ingressum Religionis non dicitur delata Religioso, sed immediatè ipsi Monasterio, & propterea non intrant termini trans-
17. missionis, quia Monasterium non perit hæreditatem, tanquam sibi transmissam, sed tanquam sibi acquisitam professo viuente, dixi post alios *dicta allegat.*30. *num.*10. *lib.*2. Carem. *resolut.*209. *num.*3. & in præcisis terminis post alios replicat, Ioan. Franc. Andr. *controu.*61. *num.*13. Fontanell. *decis.*348.*num.*26.Bottil. *de success. cap.*2.*Theor.*71. *num.*1. *& per tot.*Contr. *discept.*50. *num.*1.Tondut. *resolut. benefic.*137. *num.*6. *& resol.*197. *num.*9. *& resolut.*199. *num.*6.

Super præscriptione ex lapsu triginta annorum circiter, nec fundamentum fieri ex aduerso posset,
18. ex quo ad præscribendum contra Ecclesiam, seu Monasterium quadragenaria requiritur, *cap. de quarta, de prascript. Auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* Fontanell. *decis.*479. *num.*5.Buratt. *decis.*774. *num.*4. Matt. Ventur. *cons.*45. *num.*62. *il.*2. *& seq.* Georg. Mund. *cons.*17. *num.*120. *lib.*1. *& cons.*1. *num.*54. *& cons.*130. *lib.*2. Tondut. *resolut. benefic.* 100. *n.*3.Rot.*decis.*247. *num.*16. *part.*8. *& decis.*59. *num.*6. *part.*9. *tom.*1.*recent.*Vltra quod
19. Monasterio omni in casu in integrum restitutio competeret, ad notat. per Glos. & Doctores, *in dicta Auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* latissime,& in puncto petitionis hæreditatis,Odd. *cons.*13. *num.*37. *& seq.* Buratt. *d. decis.*774. *num.*6. Tondut. *d. resolut. benef.*100. *n.*6.

Statutum denique de successionibus ab inte-
20. stato excludens Matrem extantibus masculis intra quartum gradum in capite inclusiuo,fauere etiam masculis in Religione capaci bonorum professis, probabilem hodie non patitur controuersiam, latè Cyriac. *controu.*476. *à n.*20. Redenasc. *cons.*26.
21. *num.*11. vbi insuper vult Religiosos comprehendi in Statuto etiam quo ad caput exclusiuum, Merlin. *de Legitim. lib.*3. *tit. quæst.*11. *num.*21. *& post tract. decis.*146. *num.*7. *in moderna impressione.*

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura prima non renouationes alterata attenditur. Eòque magis, quando in renouationibus adest relatio ad præcedentes, num.*2. *Et quando adest in renouationibus præseruatio Iurium tertij, & protestatio non concedendi quicquam ad alterius præiudicium, num.*3. *Alterata non censetur sine causa, & expressione, n.*7.

4 *Renouationes fieri quo ad cæteras qualitates, & non personas, seu earum successionem, qualiter procedat.*

5 *Inuestituræ alterationem filius, & hæres prætendere nequit, quando Pater eam impugnauit, ac in Iudicio excludi obtinuit. Pro inducenda alteratione non sufficit quem posse, nisi appareat de velle, n.*11.

6 *Inuestituram Aloysij Gonzagæ, non subsequentes Rota antiqua de anno* 1584. *& moderna de anno* 1637. *ac successiuè censuit.*

8 *Becc.* cons.101. *& Osasc.* cons.23. *reprobati à Rota*, decis. 457. num.2. & 5. part.1. recent.

9 *Alterationem Inuestituræ primæ per subsequentes euitat Rota, allegando eius decisiones in causa feudi Curiæ Podij.*

10 *Alba* cons.568. num.10. *declaratur.*

12 *Alienare feudum aliud esse, aliud successionem alterare.*

13 *Dispositio emanata tempore habili, collata tamen in tempus inhabile non sustinetur.*

OBSERVATIO XVIII.

PRIMAM feudi concessionem, non autem renouationes in partibus alteratis, 1.
ab eaque discrepantibus pro causarum decisione, attendendam comprobant adducti per Rotam *super feudo Curiæ Podij* 29. *Nouembris* 1655. *in princ. coram R. P. D. Verospio*, & in eisdem terminis Bursat. *cons.*150. *num.*6. dixi *allegat.*4. *num.*37. *fol.*72. *& allegat.* 8. *num.*3. *fol.* 113. *& allegat.*20. *num.*119. *lib.*1. *& allegat.*1. *num.*2. *&* 3. *& allegat.*21. *num.*35. *& allegat.*72. *num.*41. *lib.*2. Fontanell. *decis.*172. *num.*11.Bertazol. *cons.ciuil.*39. *num.*15. *& cons.*40. *num.*1. *&* 2. Altograd. *cons.*26. *num.*75. *& cons.*28. *num.*46. *lib.*1. Rot. *decis.*187. *sub num.*6. *& in eadem causa* 29. *Februarij*, 16. *Aprilis*, *&* 23. *Maij* 1584. *coram SS. Clemente VIII. vt in copia data impressa, & eisdem resolutionibus adductis*, Rot. *decis.*26. *num.*3. *part.*3. *recent.* ibique Adden. copiosissimè, *à num.*23. Ioan. Franc. Andr. *controu.*252. *num.*1. Mart. Ventur. *cons.*21. *num.*33. *&* 34. Larach. *de feud. part.*4.*dilucidat.*36. *num.*4. vbi quod si prima Inuestitura est pro masculis, & fœminis, & in multis renouationibus mentio fiat solum de masculis,præiudicium fœminis nullatenus inferatur, idem repetit Mart. *cons.*154. *num.*23. *& seq.* & Vrsin. *de success. feud. part. princ.*2. *quæst.*1. *art.*2. *sub num.*8. *vers. & ideo, & part.*2. *quæst.*2. *art.*1. *sub num.*12. *vers. quia non*, Vrsin. *de success. feud. prælud.*4. *ex n.*52. Spad. *cons.*56. *num.*2. *lib.*1. *& cons.*182. *num.*5.*lib.*3. Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst.*9. *n.*21. *& seq.*

Eòque magis ex duobus fundamentis istud in præsentiarum militare conuincitur,& primo quia in qualibet posteriori per viam renouationis, & relatiuè semper ad præcedentes proceditur, vt 2.
animaduertunt, Menoch. *cons.*148. *num.*29. *&* 30. Bursat. *d. cons.*150. *num*..... Bertazzol. *d. cons.*39. *num.*2. *& cons.*40. *in princ.* Rot. *in d. Mantuana feudorum* 29. *Februarij* 1584. *in fine principij, & per totam, coram Sanctissimo*, ob quas renouationes, ac relatiuas Inuestituram in nihilo alteratam censeri deducunt, & generaliter eandem conclusionem reassumunt; Spad. *cons.*48.*num.*12. *&* 13. *lib.*1. Giurb. *de success. feud. prælud.*4.*num.*52. Altograd. *cons.*26. *num.*76.*lib.*1. *& cons.*7. *num.*25. *&* 26. *lib.*2. Cyriac. *controu.*2. *num.*68. *& controu.*128. *n.*82. Rot. *in Caietana bonorum*,3. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Cerro, nunc impressa decis.*427. *part.*9. *tom.*2.*recent.& in Rauennaten. domus* 14. *Iunij* 1649. *&* 17. *Maij* 1651. *coram Royas, nunc inter eius impressas decis.*401. *& decis.*444. Giurb. *de success. feud. prælud.*4. *num.*52. *&* §. 1. *glos.*14. *n.*60.

Secundo quia in singulis renouationibus, & potissimum in toties decantatis annorum 1584. 1595.*&* 1622. adsunt clausula saluo Iure cuiuscun- 3.
que tertij, & protestatio non concedendi quicquam in aliorum præiudicium, per quas iura fœminæ feudi capacis, atque in antecedentibus expresè vocatæ præseruata censeri sustinent,Frec. *de subfeud. lib.*2. *quæst.*4. *num.*8. *& quæst.*6. *num.*3. Bursat,

Bursat. *in feudo Curiæ Podij consil.* 187. *num.* 39. Mart. *d. clausul.* 35. *num.* 1. *&* 3. *part.* 2. Barbos. *d. clausul.* 139. *num.* 5. Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 45. *num.* 15. Milanens. *decis.* 8. *num.* 67. *lib.* 1. Ciarlin. *controuers.* 49. *num.* 62. & in terminis Rota coram Merlin. *decis.* 323. *num.* 6. *& decis.* 499. *num.* 16. *& seq. part.* 1. *tom.* 2. *recent. & in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. *§. tertium quod Clemens, in fin. coram Reuerendissimo Domino meo Dunozetto.*

4. Quibus simul inspectis ac concurrentibus euitatur obiectum, quod renouationes fieri debeant ad formam antiquarum inuestiturarum, procedat quoad alias qualitates non quoad successionem fœminarum, ex firmatis per Garzon. *de fœmin. ad feud. recipien. tom.* 10. *tract. part.* 2. *fol.* 169. *in* 1. *colum. circa finem*, quia sic renouatio diceretur præter, & contra formam inuestiturarum præcedentium, & iuri fœminarum præiudicaretur adeo, vt vel doctrina Garzon. attendi non debeat, vel intelligatur de acquisitione feudi iam in esse deducti nouiter à Domino, vel à Vassallo per extraneum acquisiti, Surd. *consil.* 573. *num.* 24. *&* 25. Rot. *in Romana domorum* 21. *Aprilis* 1617. *§. & licet, cum seq. coram Dunozett. sen.* vbi benè explicat, *& in Bononien. bonor. emphyteuticorum* 1. *Iulij* 1647. *§. quia verum est, vers. & conclusio, coram R.P.D. Meltio.*

Vltra quod cum Claudius cum cæteris in inuestitura comprehensis alterationi prætensæ se opposuerint, & & omnino inspiciendam concessionem primam collatam in personam Aloysij de anno 1332. in hoc Sacro Tribunali pluries obti-
5. nuerint, inane, ac frustratorium videtur, quod nunc aduersarius filius, & hæres eiusdem Claudij hanc veritatem contendere audeat, per ea quæ ad rem optimè post alios ponderauit Menoch. *consil.* 501. *num.* 18. *in fin. & num.* 19. Ioan. Franc. Andr. *controuers.* 252. *num.* 2. Rota *in Auenionen. Saluiani* 10. *Februarij* 1651. *§. eo magis, coram R.P.D. meo Bichio*, nunc impressa apud nos in addit. ad Castill. *de Alim. decis.* 58. & latius *in Bononien. de Romansis*, 1. *Iunij* 1652. *§. transactionem, vers. cum etiam, & per totam, coram R.P.D. meo Verospio.*

Postquam eandem agnouit ad exclusionem Marchionissæ de Pepulis ex supposito inalienabi-
6. litatis feudi Curiæ Podij, quoad ipsam extraneam insistens in eo quod facultas alienandi concessa Aloysio ad solos descendentes, seu ad Domini dumtaxat præiudicium restringeretur, vt in resolutione capta *in Mantuana dotis* 10. *Iunij* 1637. *coram bon. memor. Coccino*, coram quo inuestitura Aloysij proximè defuncti producta extitit, & qua mediante allegando Curiam Podij euasisse feudum inalienabile, & masculinum se exemisset. Quemadmodum hodie eadem innixus apertissimam feudi improprietatem ex vno latere impugnar, ex altero autem sub prætextu assertæ alterationis, seu restrictiuæ ad masculos D. Marchionissam succedere non posse prætendit, & tamen
7. ad effectum recessus à prima feudi concessione necesse est, vt partes expresè, scienter, atque ex causa recedant, Dec. *consil.* 193. *num.* 4. Bertazzol. *cons. ciuil.* 12. *num.* 66. *& consil.* 110. *n.* 28. dixi *allegat.* 10. *num.* 94. *fol.* 160. *lib.* 1. *& allegat.* 72. *num.* 42. *lib.* 2. Spad. *consil.* 56. *num.* 8. *lib.* 1.

Non me præterit Bec. *in consil.* 101. & Osasc. *consil.* 23. contra superius dicta plurimum defati-
8. gasse inutiliter tamen, quia auctoritates Bursat. *consil.* 150. Bertazzol. *consil.* 39. *& consil.* 40. & Menoch. *consil.* 148. qui contra ipsos in eadem causa scripserunt, præponderare debent, prout etiam exitus demonstrauit, quippe quoniam fauore fœminarum iuxta opinionem istorum resolutum in eadem causa apparet, in Rota *decis.* 409. *& decis.* 457. *num.* 2. *&* 5. *part.* 1. *recent.*

Hinc huiusmodi conclusio de indubitabili adeo effecta fuit, vt contra prætendentes alterationem primæ ex subsequentibus inuestituris resolutio- 9.
nes prædictas super hoc feudo emanatas allegare soleat, Rota *in Brixien. feudi* 1. *Iulij* 1592. *num.* 19. *coram Cardinali Pamphilio*, impressa apud nos *fol.* 340. *lib.* 1. *& decis.* 26. *num.* 3. *part.* 3. *recent.* ac successiuè in aliis.

Indeque etiam tollitur auctoritas Abb. *in consil.* 568. *num.* 10. ex aduerso adducta, & exornata 10.
per Monach. *de rect. feud. interpret. cap.* 30. *num.* 36. tantum enim abest, vt sit in puncto quin potius non applicatur, quippe quoniam præsens quæstio non est potestatis, sed voluntatis, quam volun- 11.
tatem ex relatione ad præcedentes inuestituras non intercessisse super hoc feudo resolutum fuit, *in d. Mantuana feudi* 29. *Februarij* 1584. *in fin. coram Aldobrandino*, & ad rem optimè dispungit eadem Rota *in Rauennaten. emphyteusis* 14. *Iunij* 1627. *coram Pirouano.*

Omisso pro nunc apud feudistas non esse ita expeditum quemadmodum ex aduerso supponebatur, vt nimirum à facultate alienandi feudum 12.
ad alterationem ordinis succedendi arguere liceat, ex quo inter alienare feudum, & successionem alterare, magnam inesse differentiam constituunt cumulati per Monach. *de rect. feud. interpret. c.* 51. *n.* 56. *cum tribus seq.* ratio esse potest, quia Vassallus feudum à se per alienationem abdicando facultate sibi attributa vtitur, dum feudum apud ipsum residet, alterando autem successionem actum dispositionis etiam in tempus non existentiæ feudum apud ipsum confert, sicque intrat axioma, dispositio emanata ab habente facultatem disponendi collata in tempus prohibitum viribus non subsistit, *l. quod sponsæ, C. de don. ant. nupt.* Gratian. *discept. forens.* 712. *num.* 1. Rim. *consil.* 32. *num.* 7. quamobrem feuda Mantuæ fideicommisso supponi non posse dicebamus, *allegat.* 13. 14. *&* 15. *lib.* 2.

Nostri enim instituti non est hæc dispungere, dum feudo Curiæ tanquam improprio alienationis non minus, quam successionis causa applicationem non recipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitus de vniuersitate bonorum ius inuestiendi alios de feudis particularibus consequitur. Cum iuribus, & actionibus ius inuestiendi nascitur, num.* 2.

3 *Obuentionum appellatione veniunt etiam fructus extra rem.*

4 *Clausula ponens in locum suum est translatiua iurium ab inuestiente in inuestitum. Saluo iure feudi quid operetur, num.* 21. *Non aliter nec alio modo remouet consensum ab actu, num.* 22. *Ita quod dispositionem reddit conditionalem, num.* 32.

5 *Facultas disponendi de feudo irrequisitis Domino, ac successoribus quid præstet.*

6 *Corporalia possidentur.*

7 *Incorporalia quasi possidentur.*

8 *Obseruantia ius inuestiendi probat.*

9 Solem

9 *Solemnitas non requiritur in concessione rei solita in feudum concedi.*

10 *Inuestitura de feudo nondum aperto non valet. Vni facta inualidè fit alteri, num.11. Potest ab vno fieri, & quod cætera ad alium spectent, num.16.*

Aliter suscepta quam erat suscipienda præsumitur per errorem, num.35.

13 *Paria sunt quod aliquis inuestiatur de facto, vel quod de iure inuestiri debuisset.*

14 *Indiuisibilia simul connectuntur.*

15 *Cyriac.* controuers.82. num.4. *in quibus terminis procedat.*

17 *Effectus debet denominari à causa proximiori.*

18 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, vt feudalia efficiantur allodialia.*

19 *Consuetudo alienandi feuda Mantuæ est notoria.*

20 *Feudum in aliquo alteratum in reliquis propriam naturam retinet. Quando reuertitur ad Dominum affrancationes resoluuntur, num. 31.*

23 *Assensus Domini requiritur etiam in feudo alienabili. Amplia, vt num.24.*

25 *Caducitas non habet locum in contractu nullo.*

26 *Tertius de nullitate, quando dicere possit, & num.27.*

28 *Connexa dicuntur directa ad eundem finem.*

29 *Liberatio à feudalitate intelligitur de fundamentali. Non effectuata non attenditur, n.33.*

30 *Dictio*, omnis, *nihil excludit.*

34 *Decocti nullum ius acquirere possunt.*

Inuestituram suscipiens à non Domino, non præiudicat Domino.

36 *Assertio vnius absenti non præiudicat. Erronea non attenditur, n.38. Erronea dicitur dum res aliter se habet, num.39.*

OBSERVATIO XIX.

1. IVRA inuestiendi deuolutionum, &c. ab Episcopatu Mantuæ in Curia Podij ex inuestitura anni 1332. Aloysius Gonzaga, & successores eo ipso consecuti sunt, quod de vniuersitate bonorum in Insula Reueti existentium inuestiri obtinuerunt, Menoch. *consil.* 307. *num.*3. Ludouic. Bell. *consil.*111. *num.*7. Bursat. *consil.*375. *num.*6. *& per totum*, Tondut. *resol. ciuil.*41. *num.*8. Niger *de laudem. quæst.*10. *art.*2. *num.*112. *tom.*1. post Georg. Euerad. *consil.*33. *lib.*1. Surd. *decis.*288. *sub num.*22. *vers. & in terminis*, quod Serenissimus Dux habeat in terris istis particularibus dominium directum, ex quo recognoscit totam Curiam, *num.*25. *in fine, ibi*, quia scilicet vnus est Dominus vniuersi, alter verò Dominus particularis, & hoc modo etiam verificatur, quod de Serenissimo Rota *decis.*664. *num.*10.14. 15. *&* 19. *part.*2. *& decis.* 752. *sub num.*2. *vers. quia modernus Marchio*, *part.*3. *recentior.*

2. Ex eo etiam iura huiusmodi Dominis Curiæ Podij competunt tanquam inuestitis cum iuribus, & actionibus quibuscunque omni plenitudine, & integritate redditum, obuentionum, & aliorum, quemadmodum Episcopus, & Ecclesia Mantuæ habebat, &c. Menoch. *consil.* 66. *sub num.*10. Rim. iun. *consil.*513. *num.*28.33. & 41. Bursat. *consil.*150. *num.*99. Bardellon. *consil.*42. *sub n.*1. *vers. nec refert*, cum aliis apud Cyriac. *controu.*397. *num.* 47. *&* 48. vbi quod in concessione obuentionum veniunt etiam fructus extra rem, sicque facultas inuestiendi deuolutiones commissa cum laudemiis, Rota *decis.* 390. *num.*3. *part.* 2. *recent.* dixi *allegat.*16. *num.* 11. *lib.*1. 3.

Insuper ex eo, quia in eadem concessione facta Aloysio, & successoribus, Episcopus adiecit clausulam, ponens in locum suum, ex qua pariter translatio iurium prædictorum ab Ecclesia in inuestitos resultat, Rim. iun. *dicto consil.*513. *n.*28. Galeot. *controuers.* 31. *num.* 46. *&* 49. *cent.* 1. Monach. *de rect. feud. interpretat. cap.*38. *num.*30. 4.

Vlterius, quia prædicta concessio in feudum emanauit cum amplissima facultate disponendi irrequisitis Episcopo, ac successoribus, Ludouic. Bell. *consil.*38. *num.*4.5. *&* 6. vbi quod Vasallus sic inuestitus possit subinfeudare, exigere laudemia, præstare assensus, &c. iunctis præcedentibus, *consil.*36. *&* 37. 5.

Item ex eo, quia Episcopus in concessione istius feudi Curiæ Podij facta Aloysio Gonzagæ in eundem, & successores, non solùm possessionem bonorum feudalium, sed etiam quasi possessionem transtulit; adeo vt concessisse intelligatur, non tam proprietates, quæ vti corporales possidentur, *l. sequitur si viam, ff. de vsucap.* Gloss. & DD. *instit. de reb. corpor. & incorpor.* sed etiam iura feudi incorporalia, quæ quasi detinentur, *l. seruus qui bona*, §. *incorporales, ff. de acq. rer. dom. l.*1. *&* 3. *in princ.* & vtrobique DD. *ff. de acq. possess.* Staril. Pacific. *inspect.*1. *cap.*6. *num.*25. *&* 26. Gratian. *discept.*732. *num.*62. *& seq.* Post. *de manuten. obseruat.*10. *num.*5. 6. 7.

Ex obseruantia demùm fere immemorabili post inuestituram anni 1432. subsecuta inuestiendi, laudemia recipiendi, incorporandi commissa, & deuolutiones ad Curiam Podij, non autem ad mensam Episcopalem omnis ambiguitas remouetur. Quæ quidem obseruantia concludenter probatur, non solùm ex *sum. n.*12. *&* 3. verum etiam ex traditis per DD. super hoc feudo, præter adductos in facto, Surd. *decis.*181. *& decis.*221. Bec. *consil.*101. *num.*67. *in fin.*68. *& sub num.*76. *vers. supponitur enim*, Bertazzol. *consil. ciuil.*40. *num.*32.33. *& seq.* Menoch. *consil.* 226. *n.*187. *in fin. & n.*188. Bursat. *consil.*137. *num.*75. *& consil.*150. *num.*68. *& consil.*187. *in princ.* §. *detinebat, ibi*, Illustrissimus D. Maximilianus tunc Dominus Curiæ Podij, tanquam sibi deuolutas, Socin. sen. *consil.*66. *num.*3. *&* 4. *lib.* 3. Rota *in hac causa* 16. *Maij* 1654. *cor. Illustriss. Domino Ponente*, §. *quia vltra*, *vers. & quamuis.* 8.

Hinc igitur in renouatione facta anno 1651. Serenissimo Duci de iuribus prædictis solemnitas aliqua, aut beneplacitum non requirebatur, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.*7. *num.* 14. *&* 15. Gratian. *discept. forens.*379. *num.*20. 9.

Quibus simul concurrentibus, nimirum quod renouatio facta Serenissimo adhuc duret, factaque per Boldrinum Episcopum filiis Piperarij de feudo nunc controuerso, & tunc nondum aperto, & sine causa non subsistat, Gabr. *consil.*83. *n.*22. *&* 53. *lib.*1. Rota *dicta decis.*664. *sub num.*13. *vers. cum in Prælato, part.*2. *recent.* dixi *allegat.*43. *n.*43. *lib.* 2. Rot. *decis.* 38. *num.* 20. *part.* 8. *recent.* Ioan. Caroll. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 13. *num.*3. *&* 4. 10.

Deuolutio propterea eiusdem feudi in controuersiam deducti ad suam Celsitudinem spectat; tam & si interim ab an.1569. vsque ad annum 1646.

succesiô

successores in Episcopatu aliis de hac portione feudi Curiæ Podij infeudationes fecerint: si quidem inuestitura vni facta, Gonzagis scilicet, de hoc feudo membro Curiæ Podij, non nisi nulli-
11. ter, & inualidè aliis de eodem concedi potuit, Grat. *cons.*79. *num.*1. *lib.*1. Bertaz. *cons. ciuil.* 116. *num.* 50. Gratian. *discept.* 372. *num.*2. *& seqq.*Peregr. *cons.*24. *num.* 23. *lib.*1. Surd. *decis.*189. *n.*14. Rota *decis.*390.*n.*2.*part.*2.*rec.*

Vnde doctrina Menoch. *cons.*338. *sub num.*17. ex prædictis euitatur, & præter adducta in facto optimè retorquetur. Nam Piperarius anno 1535. & 1537. à Curia Podij inuestituram susceperat, *sum.n.*5. obque resolutionem liberationis istorum bonorum feudalitate priori ex integro reassumpta, re-
12. nouatio ab eadem Curia Podij, non autem ab Episcopo per filios eiusdem Piperarij obtineri debebat, Cyriac. *contron.* 543. *sub num.* 12. *&* 13. Quemadmodum in aliis *del Dosso dell' Inferno,* successit, Rota *in hac causa* 16. *Maij* 1654. *cor. Illustriss. D.Ponente,§.quia vltra, vers.& quamvis.*

Paria enim sunt, quod quis à Gonzaga inue-
13. stitus de facto extiterit, & quod de Iure inuestiri debuisset, argumento textus *in l.si duo,ff. de acq. hared.*

Nec quod inter se diuersa sunt, possessio *del Dosso dell' Inferno*, & possessio *dell' Angelo* quic-
14. quam releuat; Dum in liberatione, & renouationibus Gonzagarum, quoad Ius inuestiendi, & & deuolutionis indiuisibiliter connectuntur, *l.Pedius in fin.ff. de arbitr.* Gratian. *discept.* 752. *n.*67. *& seqq.*

Cyriacus verò *controu.* 82. *num.* 4. loquitur in subinfeudatione totius, ac particularis feudi, sic-
15. que in isto Curiæ Podij vniuersitatem continentia non militat, vt benè in facto animaduertitur, tet erminis distinguit Rota *decis.*664. *num.*13. *& seqq.ac per tot.part.*2.*& decis.*752.*sub num.*2.*part.*3. *recent.*

Præter quam quod Episcopus inuestiendo, & successores renouando, quatenùs in Iure subinuestiendi Gonzagis præiudicassent, non ideò se-
16. queretur, quod deuolutio nondum aliàs occursa ad Episcopum, sed benè ad Gonzagas spectaret, Bursat. *in puncto cons.*165. *num.*59.

Quo retento Themate feudi vniuersalis abdicationis quorumque Iurium ab Episcopatu, &
17. translationis eorundem in Gonzagas ex Inuestitura Aloysij, quæ datur impressa, ineuitabilis redditur dispositio, text. *in cap.Imperialem,§.illud quoque de prohibit. alienat. per Federic.* non admittens controuersiam, aut distinctionem, vt fusiùs ratiocinantur post alios, Natt. *cons.*119. *in fin. & per tot.* Niger *de laudem. quæst.*10. *art.*2. *à n.*12. Ideoque istius feudi particularis, super quo altercatur Serenissimo Duci deuolutio suffragatur.

Nec Marchio Maximilianus in liberatione anni 1548. *summ. num.* 6. vnquam intellexit, quod bona controuersa de subfeudo Curiæ Podij, feudum Episcopatus euaderent, aut Piperarius per liberationem in Vassallaggium Episcopi reincideret, quemadmodum supponere videtur decisio, §. *cum Marchio*; sed vt de feudo tàm in sui odium, quàm in præiudicium Ecclesiæ simplici-
18. ter, & absolutè allodialia efficerentur, ad quem effectum assensus Sedis Apostolicæ omninò interuenire debebat, Gozadin. *cons.*73. *num.* 33. Dec. *cons.*409. Cyriac. *controu.*111. *num.*6.*& seqq.& per totam*, vel saltem Beneplacitum Episcopi, Ciarlin. *controu.*92. *num.*6. *& seq.* Qui omnes scripserunt in feudis Mantuæ ad instar allodialium reductis, atque ex consuetudine Mantuana, & pacto alie- 19.
nabilibus, quam sanè consuetudinem ad eorum notitiam peruenisse indicant, Dec. *cons.*586.*n.*1. *in fin. ac per totum*, Gozad. *cons.* 90. *num.* 9. *&* 11. Ciarlin. *dicta controu.*92. *num.*32.Cyriac. *contr.*113. *n.*20. *& controu.* 324.*n.*1.*&* 2.Dixi *allegat.* 1. *n.*64. *lib.*2.

Cuius quidem Beneplaciti necessitas duplici ex capite deducitur. Primò, quia reductio feudorum ad instar allodialium operatur, solummodò, 20.
quoad contractus, & successiones. In cæteris verò feudalitatis qualitates, & natura remanent, Ludouic. Bell. *cons.*1. *num.*14. *&* 60. Tondut. *resol. ciuil.*39. *num.*11. Rota *in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. *coram Illustrissimo D.Dunozetto, §.nec relenat responsio.* Dixi *allegat.*63. *n.*19. *& allegat.*75. *num.* 9. *lib.* 2. Rota *in Mantuana bonorum* 10. *Martij* 1662. *num.* 12. *coram Reuerendiss. Cerro.*

Altero propter clausulam saluo Iure feudi in qualibet renouatione repetitam, quæ facultatem concessam Gonzagis disponendi de feudo Curiæ Podij, moderatur in hoc præcisè, ne bona feudalia in totum, vel pro parte in allodium sim- 21.
plex concedi; aut in libertatem ab omni Iure feudali redigi possent, *cap.*1. *de feud. non habent. propr. feud. natur.* Morot. *cons.*30.*sub num.*2. Rosental. *de feud.cap.*9. *concl.*39. *& concl.*41.*num.*20. Monach. *de rect.feud. interpret. cap.*39. *num.*42. 43. *&* 44. Dexart. *decis.* 27. *num.* 42. *& decis.* 28. *num.* 46. Giurba *de success.feud. prælud.*4. *num.*25. *vers. nisi saluo Iure feud.* Dixi *allegat.* 1. *num.* 62. *& allegat.* 21. *num.*36. *& allegat.*28. *n.*17. *lib.*2.

Ex quibus benè subsistit, quod liberatio facta à Maximiliano fuerit nulla ob defectum assensus Episcopi ex præmissis necessariò requisiti, ac omninò adhibendi, propter clausulam, *& non aliter, nec alio modo*, per quam infertur in tantum 22.
voluisse Maximilianum proprietates controuersas ab omni feudalitate liberare, in quantum Episcopi assensus, quatenùs requireretur intercederet, & quo non accedente, quinimò contradicente Episcopo liberatio infecta euasit, *Cap. decis.*82. *num.*3. *part.*3. Gratian. *discept.*532. *num.*25. *& discept.* 587. *num.* 11. Cyriac. *contr.*136. *num.*6. *&* 7. Cenc. *de cens.quæst.*22. *sub num.* 8. Rota *in Cesenaten. Census* 2. *Maij* 1653. *coram Illustrissimo D. Ponente*, §. *dum tamen*, vbi quod Episcopus eo ipso dicatur noluisse præstare assensum, dum deuolutionem acceptando nouiter concessit, & prius *in Valentina Parochialis* 28. *April.*1645. *coràm eod.* §.*non obstant clausulæ*, vbi quod si Papa noluit consentire censeatur, & resignantem noluisse, Rota *in dicta Mantuana bonorum* 10.*Martij* 1662. *num.*8. *coram Reuerendiss. Cerro.*

Assensum verò requiri etiam in feudis irrequisito Domino alienabilibus, si non pro validitate contractus, saltem ad effectum abdicationis do- 23.
minij, & possessionis ab alienante in personam acquirentis indubitatum resultat, ex traditis per Ludouic. Bell. *cons.*1. *num.*6. *& cons.*3. *num.* 167. Gratian. *discept.*730. *num.*55. Fulgin. *de emphyt.tit. de alienat.q.*1.*num.*154.*&* 159. Rota *in Romana Palatij* 18. *Iunij* 1657. *coràm Illustrissimo Albergato*, §. *hinc capitulo*, cum præcipuè liberantes titulum possessionis & dominij de feudo in simplex allodium mutare conuenerint. Iuxta hanc distinctionem intelligi debent tradita per nos *allegat.* 50. *num.*13. *lib.*2.

Prædicta autem conclusio militat, etiam quando feudi, seu portionis traditio de persona in personam inter comprehensos contra, seu præter ordinem Inuestituræ intercedere habet, Bursat. *consil.137. num.7.& cons.181.num.9.* cum adductis per Rotam *in Romana deuolutionis domus* 4. *Decembris* 1651. *coram Illustriss. Bichio*, §. *quod prohibitio, vers. conuentio pariter*, quæ nunc est *decis.69.* apud nos *in addit. ad Castill. de Aliment.*

Neque Episcopus ex huiusmodi actu liberationis nullo, ac per ipsum impugnato commissum Iuris inuestiendi, ac deuolutionis pro ista portione *dell' Angelo* prætendere, multoque minus exercere inuestiendo, ac deuolutioni insistendo potuit, Mart. *cons.196. num.5.* Thesaur. *quæst. forens.23.num.21. lib.2.* Niger *de laudemio quæst.38. num.41. & seq. tom. 2.* latè Gratian. *discept.949. num.8.& 9.*

Ea propter cum Sereniss. tanquam Dominus Curiæ Podij deuolutionem sibi suffragari prætendat, non ex eo, quod in liberatione assensus Episcopi non accesserit. Sed ob lineam finitam Com. Cassini portionem Feudi controuersam olim possidentis vigore concessionis sibi ab Episcopo renouatæ de Iuribus quarumcúnque deuolutionum, non impeditur, quominus etiam Episcopo non declarante nullitatem liberationis allegare valeat. Dum Maximilianus, de feudo quidem disponere poterat, saluo tamen Iure feudi, Gratian. *discept. forens.855. ex num.17.*

Multoque magis, quia Episcopus inuestiendo filios Piperarij tanquam de feudo nouo in necessatium antecedens eosdem ab vtili, & Maximilianum, seu Galeatium eius successorem à Iure inuestiendi cecidisse ob liberationem declarasse infertur, Rosent. *de feud. cap.6. conclus.62. à numer.1. ad 7.* Gratian. *discept. forens.456. num.56.& seq.* Rot. *in dicta Mantuana bonorum* 10. *Martij* 1662. *num.10. coram Reuerendiss. Cerro.* Quæ si procedunt in quocunque tertio, eo magis sibi locum vindicabunt fauore Serenissimi venientis ex Iure proprio, ac suorum maiorum, qui certè sine eorum culpa, & contrahendo cum reseruatione assensus directi pro portione *dell' Angelo* Iure inuestiendi minúsve deuolutionum priuari non potuerunt.

Licet ergo liberatio Maximiliani de anno 1548. *sum. num.6.* à liberatione Pontificia anni 1555. *sum. num.7.* contradistincta videatur ad effectum, de quo in decisione, §. *nec subsistit*, vt nimirùm Episcopus firma manente liberatione Maximiliani Pontificiam impugnare potuerit.

Ratione tamen finis intenti, omnimodæ scilicet libertatis à feudo, ac transmissibilitatis in allodium connexa reputantur, ex latè traditis per Surd. *decis.* 258. *num.11. & seq.* Rota *in Meleuitana Antianitatis* 20. *Nouembris* 1648. *coram Illustrissimo Bichio*, §. *quia connexit.*

Præcipuè cum Maximilianus liberando hæc bona à feudalitate de fundamentali Ecclesiæ censeatur intellexisse, vt in simili Rota *in Ferrarien. Decimarum* 17. *Ianuarij* 1658. *coram Illustrissimo Albergato*, §. *eiusdem voluntas.*

Addito insuper signo vniuersali, ibi, ab omni *Iure feudi.* Qui enim liberationem ab omni feudalitate intendit, nullam prorsus excludit, Surd. *decis.155. num. 8.* & in proximis terminis Rota *in dicta Ferrariens.* 11. *Ianuarij* 1658. *coram Illustrissimo Albergato*, §. *concurrentibus, in fin.*

Reseruato simul assensu Episcopi nullatenus necessario, vbi à propria tantum feudalitate Maximilianus liberasset, vt benè in facto animaduertitur, ex Curt. iun. *consil.158.num.21. in fin.* Bursat. *consil.375. num.3. 4. & 7.* Surd. *decis.102. numer. 15. & 16.* & comprobat Rosental. *de feud. cap.9.membr.1. quæst.47. num.2.* Ita quod per huiusmodi affrancationem de cætero terræ remanent liberæ, & allodiales, quæ clausula, *ita quod*, in liberatione Maximiliani adiecta eam conditionalem reddit, Surd. *consil.315. num.29.* Seraph. *decis. 447. num.3.* Merlin. *decis.864. num.3.* Rota *in Romana Fructuum Census* 30. *Maij* 1653. *coram Illustrissimo Cerro*, §. *quia præter, in fin.*

Quia in tantum Maximilianus intellexit liberare terras, in quantum efficerentur allodiales, & quà tales per Piperarium, & eius hæredes possiderentur, quo secluso perindè euenit, ac si Maximilianus Iura feudalia à se non abdicasset, *l. si me in vacuam, ff. de acq. poss. l. cum fundum, ad med. ff. de vi, & vi armat.* & benè dispungit Gratian. *discept. forens.704. sub num.52. vers. neque applicatur, & num.53.*

Fundamentum propterea fieri nequit super Inuestituris pluries de isto feudo per Episcopos renouatis, tanquam prouenientibus à suscepta per filios Piperarij tunc decoctos, ac consequenter etiam ex hoc capite cum subsecutis insubsistente, Rota *in Romana Vineæ* 24. *Martij* 1651. *cor. Illustriss. Ponente*, §. *fin.* & ratio est, quia per errorem, metum, & impressionem ab Episcopo minante caducitatem recepta præsumitur, Manent. *d. decis.29. num.28.* Cyriac. *controu.128. num. 82. & 83.*

Vltra quod Piperarij seclusa liberatione feudum istud habentes à Curia Podij suscipiendo inuestituram ab Episcopo, Gonzagis non præiudicarunt, Rosental. *de feud. cap. 5. conclus. 9. numer.4.*

Tandem nec resistit obiectum partis fundatum in assertione emissa in Instrumento liberationis anni 1555. Quod scilicet feudum controuersum ex liberatione facta per Maximilianum à conditione census, & decimæ sub feudo honorifico Episcopatus remanserit, *summar. num.7.* Tum quia assertio huiusmodi absente Maximiliano facta eidem, nec eius successoribus non præiudicat, *l. non nudis*, vbi gloss. *in verb. asseuerationibus, C. de probat.* Surd. *decis. 10. num. 3. & 4.* Gratian. *discept.737. num.19.* Rota *decis.768. num.2. part.2. recent.* Tum quia dicta assertio vti erronea attendi non debet, *l. error*, vbi Ias. *sub num.1. vers. nota ergo, Cod. de Iur. & fact. ignorant.* Rota *in Perusina emphyteusis* 21. *Iunij* 1641. *coram Illustriss. Dunozetto*, §. *nec releuare*: Eo autem ipso detegitur erronea, quod aliter continetur in relata liberatione anni 1548. *summario dicto num.6.* quam exprimatur in referente anni 1555. *summario dicto num. 7.* Bald. *in l. 2. sub num.4. vers. vlterius nota, Cod. de error. aduocat.* Gratian. *discept.946. num.2.* Bardellon. 93. *ex num.117.* & in proximis terminis Rota *in dicta Perusina emphyteusis* 21. *Iunij* 1641. *coram Illustriss. Dunozetto*, §. *prædicta autem.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij à solo separati spectant ad hæredes Beneficiati.*

OBSER

Observatio XX.

Egetibus iam recollectis obiit D. Præpositus Casorcij, Vacante autem beneficio interim deputatus fuit Oeconomus, pro alimentis, cuius prætenditur hæredes ex fructibus eiusdem beneficij obligatos esse. Quæ tamen prætensio subsistens nullatenus visa fuit,
1. quippe quoniam fructus à solo separati ad hæredes liberè transmittuntur, Pen. *decis.* 300. *num.*9. *& seq.* vbi requirit commixtionem, & incorporationem cum propriis bonis ipsius beneficiati, Seraph. *decis.* 594. *num.*8. Marescot. *var. resol.*2. *num.*10. *& seq. lib.* 2. Caualer. *decis.* 240. *num.*5. Ferentill. ad Buratt. *decis.*852. *sub num.*8. cum adductis per Sperell. *decis.* 82. *num.*10. *vers. sed illos dumtaxat, num.*16. *& seq.* vbi *num.* 19. quod fructus sic separati, neque remaneant obligati pro alimentis erga successorem vsque ad recollectum, Barbos. *de vniuer. Iur. Eccl. lib.*3. *cap.*17. *num.*77. *&* 78. vbi quod de Iure communi sola collectio fructuum sufficiat, ex Bulla autem Iulij tertij incorporatio prædicta requiratur, Viuian. *in prax. Iurispatr. cap.* 14. *num.*6. *& seq.* vbi testatur de communi, *& num.*10. *&* 11. vbi quod indubitanter procedat in Statu Mediolani, vbi ex Constitutione Synodali aliter, quam in Bulla Iulij tertij, disponente obseruetur, neque *ibidem* vsu Iuliana constitutio recepta extiterit, Tondut. *resolut. benefic.*164. *num.*15. Contr. *discept.*73. *num.* 1. Rot. *in Barchinonen. Fructuum Vicariæ* 14. *Februarij* 1648. §. *nec obstat, coram Eminentissimo Corrado.* Vnde cum Episcopatus Montisferrati subsit dictæ Constitutioni, consequens ideo fit, vt sola separatio fructuum transmissionem ad hæredes operetur, cum onere tamen succumbendi ad ratam expensis vsque ad nouos fructus.

Svmmarivm.

1 *Domus possessio per famulos continuatur.*
2 *Domicilium Patris transit in filios. Ex animo contrahitur, num.*3. *Retentum ex quibus præsumatur, n.*4. *Originis dicitur inuariabile, num.*6. *Et est dignius, num.* 7. *Declara vt, num.*45. *Transferens liberatur ab oneribus ratione domicilij debitis, num.*46. *Breui recessurus non dicitur habere, n.*48.
5 *Domicilia plura quis habere potest. Ex causa educationis, nec accidentaliter contrahuntur, num.* 52.
8 *Onera soluendi obligatio per desertionem Patriæ non tollitur. Concernentia vniuersalem vtilitatem ab omnibus supportanda, n.* 10. *Spectant ad conductorem, num.*13. *Contra, num.*27.
9 *Bona possidens in territorio tenetur concurrere ad onera.*
11 *Minor ex contractu Patris sine solemnitatibus remanet obligatus. Læsus non dicitur faciens id ad quod de Iure tenetur, num.* 12. *Declara vt, num.*49.
14 *Mobilia pro imponenda collecta habentur in consideratione. Fallit vt, num.*25. *& num.*47. *Censentur de territorio vbi reperiuntur, n.*15. *Dicuntur esse in loco vbi persona manet, num.*26.
16 *Priuilegia inter æquè priuilegiatos conquassantur. Declara vt, n.*50.
17 *Patriam acie armata pressam qui negligunt, nec piè, nec honestè agunt. Infantes non dicuntur deserere, num.*51.
18 *Onerum alia inuariabilia. Alia personalia, n.*19. *Alia mixta, num.*20.
21 *Collecta quæ imponuntur commodo personarum, nec debentur à non habitantibus. Naturaliter sunt onera rerum, & formaliter personarum, num.*39.
22 *Onere duplici nemo grauari potest.*
23 *Contributiones impositæ pro bonis in loco sitis, solui debent etiam à non habitantibus.*
24 *Domicilio ex quibus quis renuntiauerit.*
28 *Conductor si onera soluit repetit à Locatore. Et de ratione, num.* 29. *Domino, & non sibi possidet, num.*42.
30 *Infantes quicquid vident ignorant. Locare non possunt, num.* 31. *Nec conducere, num.*32. *Duorum annorum statum acquirere non possunt, num.*35. *Obligari non possunt, n.*36. *Adire hæreditatem non possunt, num.*43. *& num.*44.
33 *Conductio per obitum Patris relicto Infanti resoluitur. Ad beneplacitum per mortem expirat, num.*41.
34 *Restitutio in integrum Infanti datur aduersus commissam protestationem.*
37 *Testes de Parochia non probant. Deponentes de valore si non reddunt rationem non probant, num.*38.
40 L. Quamvis 32. §. Infans, ff. de Acquir. possess. *Declaratur.*

Observatio XXI.

Parentes D. Polisennæ de Rubeis dum Ciuitas Mantuæ obsidione Alemana detinebatur, ex hac vita migrarunt, quo accepto eius Auia Materna curauit vt Bozzolum conduceretur, quemadmodum postea factum fuit. Cum ergo illius Parentes dum viuerent, ad affictum tenerent, & inhabitarent quandam Domum existentem intra fines Parochiæ Sanctæ Charitatis, à qua occasione aggressionis, & occupationis factæ per Alemanos de eadem Ciuitate Mantuæ multæ erogatæ fuerunt pecuniæ, suboritur controuersia an D. Polisenna teneatur ad ratam contribuere.

Et primo, vt aiunt aspectu, videretur dicendum ipsam infantem teneri ad petitas contributiones; quoniam inter partes sicuti non reuocatur in controuersiam discessus ipsius pupillæ ab hac ciuitate ante ingressum hostium, ita hinc inde admittitur eiusdem infantis famulos, & famulas remansisse in Domo conducta, & habitata per parentes, antequam diem clauserint extremum, ideo infans ista per seruos possessionem domus dicitur 1.
continuasse, *l. quamvis* 32. §. *Infans, in fin. ff. de acquir. poss.* & per consequens etiam domicilium.

Quo etiam prætermisso D. Polisenna diceretur habere domicilium Mantuæ ex eo solum, quia eius Parentes ibi inhabitabant; nam Patris do- 2.
micilium, & origo transit in filium, *l.* 3. *Cod. de Muner. & orig. lib.* 10. Bald. *consil.*334. *post num.*1. *vers. sequitur originem, lib.* 4. Ludouis. *decis.*455. *num.*12.

num.12. & decis.279. num.18. quæ duplicatur *decis.277.num.7. part.2.recent.* Mar. Anton. *var.resol.59.cas.10. vers.& hoc idem lib.2.* Rota *decis.150. num.2. part.2. diuers.*

Neque prædictis officit pupillam transtulisse se Bozzolum animo ibi commorandi, & domi-
3. cilium contrahendi, qui solus animus sufficit ad renuntiandum prius, & nouum contrahendum domicilium, *l. domicilium 20. ff. ad municip. l. ciues 7. Cod. de Incolis,lib.10. l. pupillus 239. §.Incola,ff. de verb. signif.* Decian. *consil.98. num.7. & seq. lib.2.* Surd. *consil.346. num.4.* Menoch. *de arbitr.cas. 86. num. 5. & 13.* Rota *decis.150. num.29. part.2. diuers. & decis.188. num.1. part.2. recent.* Altograd. *consil. 27. num.12. lib.2.* Quando non propterea domicilium originis Mantuæ præsumi-
4. tur mutatum, sed retentum, dum eadem pupilla, & domum in ciuitate Mantuæ apertam, & bona in ditione Mantuana semper retinuerit, quæ sunt signa conseruationis domicilij, non autem desertionis, Menoch. *consil. 329. numer. 37.* Surd. *consil. 343. num. 32. consil. 346. num.12. & 13.* Rot. *decis.364. num.5. nouiss. diuers.*
5. *anno 1636. impress.* Plura enim habitationis domicilia vnusquisque habere potest, *l. assumptio 6. §.filius ,ff. ad municip. l. 1. Cod. de Municip. & originar. lib.10.cap.2.de sepult.in 6.* Paset. *cons.66. num.8.* Bursat. *consil. 189. num. 9.* Menoch. *consil. 429. num.38.* Ruin. *consil.59. num. 8. lib.3.* Altograd. *consil.27. num.34. lib.2.* Pasqualig. *q.104. num.1.* Rota *decis.188. num.4. part.2. recent. & d. decis.364. num.6. nouiss. diuers. hoc anno 1636. im-*
6. *press.* Quinimo domicilium originis non tantum dicitur inuariabile, *l. assumptio 6. ff. ad municipal. l. origine 4. Cod. de municip. & origin. lib.10.* Rota *decis.327. num.6. part.1. diuers.* Menoch. *dict.consil.329. num.37. & d. præsumpt. 42. num. 4. lib.6.* Sanchez *de Matrim.lib.3. disput.23. num. 4.* Gratian. *discept. forens.75. num.9.& 10.* Barbos. *de appell. verb. 77. num. 8.* Anchar. *quæst. 7. num.20. & 21. lib.3.* Altograd. *dict. consil.27. num.32. lib.2.*
7. verum etiam dignius ac magis nobile, adeo vt vocatus ad honores, & munera eodem tempore tam in loco incolatus, quam originis teneatur ire ad domicilium originis, *l. libertos 17. §.præscriptio*, ibi, *potior est originis causa, ff.ad municip.* gloss. *in l.1. Cod. de municip. & origin. lib.10.* Anchar. *quæst.48. num.1.& 2. lib.2.* Cephal. *cons.317. per tot.* Tusch. *pract. concl. 591. num.1. littera D. & conclus. 132. num. 7. littera C.* Pasqualig. *quæst.101. num.1.& 6.* Nec per desertionem Patriæ
8. tollitur obligatio soluendi onera, Surd. *dict. consil.346. num. 13.* Accedit quod cum pupilla in di-
9. strictu Mantuano habeat bona tenetur cum Ciuitate ad onera contribuere, *l. forma 4.* ibi, *Agri enim tributum in ea ciuitate debet leuari, in cuius territorio possidetur,& tot.tit.ff.de cens.* Ioan. Baptista Plotus *consil. 51. num. 1.* Quibus non resistit Oppidum Vitellianæ separatim ab ipsa Ciuitate Mantuæ, licet eidem subiiciatur, se sustinuisse onera, in eisque pupillam pro eius contingente portione per solutionem notabilis pecuniarum quantitatis interuenisse; Etenim in istis ordinariis
10. contributionibus occasione Exercitus Cæsarei indictis, vti concernentibus vniuersalem vtilitatem, etiam oppida, quæ cum ipsa ciuitate concurrere consueuerunt, contribuere obstringantur, Rebuff. *in l.Mediteraneæ 8. in fin. Cod.de Annon. & tribut. lib.10.* Purpur. *consil.428. num.27.* quos allegat, & sequitur Thesaur.*q.forens.93.n.8.lib.1.*

Præsupposito igitur, quod D. Polisenna retinuerit in hac ciuitate domicilium, ac continuauerit in conductione domus inita per eius paren- 11.
tes, vigore cuius absque vlteriori solemnitate intelligitur obligata, *l.1. in fin. Cod. quando decretum est necess. l. fin. Cod.de reb.eor.* Rota *decis.776. num.3. part. 2. recent.* Picc. *ad Stat. Vrb. cap.151. gloss. 7. num. 209. & seq.* Baron. *de effect. minor. ætat.2. num. 74.* cum adductis pro Dominis Fratribus de Fachettis *num. 35.* absque eo quod in aliquo læsa dicatur, cum egerit continuando conductionem id ad quod de Iure tenebatur, 12.
Cenc. *de Cens.part.2. cap.1. quæst. 3. art.7. num.15.* sequitur, quod teneretur etiam ad participandum de collectis, non solum quia earum solutio spe- 13.
ctat ad conductores,per text. cum gloss. *in l.1. C. de Annon. & tribut. lib.10.* & benè declarat Ciarlin. *controu. 209. num. 39.* Sed etiam quia vltra domicilium, & bona existentia in loco Vitellianæ habebat etiam mobilia in domo conducta,& in hoc quoque partes concordant, & testes vtrinque examinati id comprobant, quod autem mobilia pro imponenda collecta habeantur in con- 14.
sideratione, per text.*in l. 2. Cod. de Immun. nem. conced. lib.10.* tradiderunt Bald. *in l.1. §. quod si nemo,sub num.5, vers. sed etiam bona mobilia æstimari, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Mayner. *in l. aliud 121. §. refertur,num. 81. in fin. ff. de reg. Iur. fol. mihi 285.* Corn. *consil.217. num.3.lib.2.* Rol. à Valle *cons.66. n.17.lib.1.* Menoch.*cons.9.n.16.* Alb. *cons.39.n.2.& cons.40.num.4.* Ioann. Baptista Plot. *consil.37. num.19.* Quemadmodum Doctor.volunt mobilia censeri de territorio vbi reperiuntur,Ale- 15.
xand. *consil. 16. sub num. 2. vers. ad hoc benefacit, lib.1.* Seraph. *decis.352. sub num.7. vers. tamen posset.* Ex quibus concluditur D. Marchionissam Polisennam de Rubeis omnino arctari ad onerum contributionem.

Cuique similiter non suffragatur infantilis ætas, vt obtinere valeat petitā in integrum restitutionē aduersus omissam protestationem, quod amplius eius parentibus defunctis non intendebat in conclusione perseuerare; quoniam Parochia eodem Iure vtitur, æquiparatur pupillis, & priuilegia conquassantur,*l.Respublica 4. Cod. quibus ex cau.* 16.
maio. l.3. Cod.de Iur.reipub. lib.11. Odd. *de rest.in integ. quæst.18.art.5. num.35.& art. 10. num. 62. & quæst.74. num.6.* Mastril. *decis.173. num.14.* Corn. *consil.189.num.4.lib.3.* Rot. *decis.218.num.2.part.2. recent.* Quapropter, cum neque piè, neque honeste agant, qui Patriam acie armata pressam ne- 17.
gligunt, siue tantum vitæ, ac rei familiaris salutem ducentes, ex Plutarc. *in Pelopide.* Hinc propterea nullum incommodum pro Patria graue putandum,ex Cicer. *de Orat. lib.1.* adeo vt libenter cum cæteris conciuibus,quorum opera,ac pecuniarum suffragiis ciuitas extremum, ac imminens euasit exitium, pupilla concurrere tenetur.

Cæterum re ipsa diligenter perpensa, atque discussa contrariam opinionem, vti veriorem amplectendam opinor, videlicet, quod D. Marchionissa non teneatur ad prætensam contributionem.

Moueor primò, quia cum onera, & collectæ sint in triplici differentia; nam alia dicuntur rea- 18.
lia,veluti quæ respiciunt facultates alicuius, habentque determinatam quantitatem, nec temporum mutatione variari solent, ad trad.per Festas. *de Collectis, part.2. cap.1. sub num.4. vers. quia si certi*

certi loci, *l.1. §. in causa, ff. de quaest.* Ias. *in l. Placet, C. de Sacros. Eccles.* Gail. *pract. obseru.52. n.9. lib.2.* Tusch. *pract. conclus.119. num. 4. littera O.* Aliud dicitur onus merè personale, quod nempè distribuitur in personas, vt si per Principem man-
19. detur, quod quisque masculus maior viginti annorum vadat ad Exercitum, & postea hoc onus, seu munus personale redimatur per taxam in pecunia, quae loco illius subrogetur soluenda à singulis Ciuibus in capita, Mayner. *in dict. l. alind 121. §. refertur, num. 82. ff. de reg. Iur. lib.1. §. illud tenendum, & l. Munerum 18. §. personalia, ff. de Muner. & honor.* Gail. *dicta obseru. 52. num. 4. lib.2.* Alia denique dicuntur mixta, & extraordi-
20. naria, seu collectae, quae imponuntur non singulis annis, sed aliquando secundum temporis exigentiam, atque tunc indicuntur, principaliter personis pro rebus, *l. rescripto 6. §. fin.* vbi gloss. *in verb. Incolis, ff. de Muner. & honor. l. In honoribus 8. §. vacationum, vers. qui muneris, ff. de vacat. muner.* Gail. *pract. obseru.52. num.10. & obseru.54. num.6. lib.2.* Rol. *consil.66. num.16. lib.1.* Decian. *consil.55. n.4. lib.1.* Osasc. *decis.95. num.4.* Thomat. *decis. Macerat. 88. num.3.* Quam distinctionem latissimè prosequitur Tusch. *pract. conclus.118. vsque ad conclus.126. littera O.* Ciarlin. *controu. 22. num.17. & controu.37. n.47.* Sperell. *decis.36. n.15. & per totam.*

Vel ergo Parochia praetendit, quod D. Marchionissa concurrat ad contributiones onerum, vel quia sunt personalia; nam suppono pro indubitabili etiam ex aduerso teneri non esse realia, & in hoc fallitur, ex quo huiusmodi collectae, & impositiones concernentes principaliter commo-
21. dum personarum, non soluuntur à non habitantibus de tempore, quo necessitas vrget earum superindictionem, Decian. *cons.55. sub n.4. vers. quia respondetur, lib.1.* Calder. *decis.4. de Cens.* Tusch. *pract. conclus.125. num.1. littera O.* Vel quia sunt mixta, & tunc pariter D. Marchionissa Polisenna dicitur in casu victoriae; quoniam cum in districtu Mantuano non possideat aliqua bona praeter existentia in territorio Vitellianae, occasione quorum sustinuit, seu sustinere cogitur eius ratam pro bonis illic sitis, non conuenit, quod denuò pro eisdem ad contribuendum etiam Mantuae cogatur: Esset
22. enim absurdum ipsam pro vna, eademque re duplici onere praegrauari, contra text. *in l. Titia 35. §. qui in vita, ff. de Legat.2.* cum Iuribus cumulatis per Barbos. *Axiomat. 169. num. 1.* Plot. *consil.11. num.7.* Feder. de Sen. *consil.151. num.4.* & in puncto Menoch. *cons.840. num.6.* Mar. Anton. *var. resol. 97. sub num.4. vers. secundo nam, & resol.111. num.40. lib.1.* neque in duobus locis Boss. *in tract. de Princip. num.115. fol.354.* Ruin. *cons. 3. num.10. vol.5.* Rol. *consil. 1. num.25. lib. 3.* Bursat. *cons.186. num.29.* Tusch. *pract. concl. 136. num.1. littera O.* Sperell. *decis.121. num.96.* Cum tamen non habitans teneatur ad contributiones pro bonis posses-
23. sis in loco impositionis onerum pro tuitione, & munitione loci, defensione bonorum, & eorum commodo, Doctor. *in l. Nullus 21. Cod. de Cursu pub. lib.12.* & probat text. *in l. vlt. C. de quib. oner. vel praest. lib.10.* cum adductis per Dec. *d. cons.55. sub num.3. vers. quando sunt imposita, lib. 1.* Et sic ad summum D. Marchionissa obstringeretur soluere collectas, & contributiones, vnà cum Communitate, ac Hominibus Vitellianae, vbi omnia eius bona possidet; neutiquam vero Mantuae, in cuius dominio praeter existentia in territorio Vitellianae non habebat domicilium, vel bona; quae duo, vt etiam pars aduersa optimè fatetur concurrere debent ad effectum, vt quis cogi valeat ad illarum solutionem. Neque assignari poterit vnquam ratio, cur magis ipsa, quàm quilibet alius Vitellianensis ad participandum in contributiones Mantuae cogi possit.

Moueor secundò, quia ex aduerso praesupponitur in facto id, de quo est quaestio, nempè D. Marchionissam infantem de Rubeis de tempore ingressus Militum, habuisse domum apertam, & domicilium in Ciuitate Mantuae, & nihilominus de contrario constat, quia eo ipso quod ipsa, se, 24.
& sua bona in alium locum transtulit, censetur domicilio, quatenus illud contraxisset, renunciasse, *l. Domicilium 20. & l. Incola 29. & l. Nihil 31. ff. ad municip.* Gail. *pract. obseruat.36. numer. 4. lib. 2.* Rot. *decis.327. num. 1. parte 1. diuer. & decis.113. num.1. in fin. parte 2. recent.* De recessu ipsius ab Vrbe inter partes non controuertitur, solum contendit Parochia ipsam pupillam adhuc teneri, quia reliquit mobilia in eadem domo: Verum istud duplici de causa non officit, tum quia pro mobilibus ad vsum nunquam sol- 25.
uitur collecta, Decian. *consil. 69. num.4. lib.3.* Alb. *consil.40. num. 5.* Tum quia mobilia dicuntur esse in loco vbi reperitur persona mansura, Bal. *in l.* 26.
Mercatores 4. num. 2. ff. de Commerc. & merc. Alexand. *consil.19. num.9. lib.6. & consil.141. numer.21. lib.7.* Bero. *quaest.109. num.3.* Gozad. *consil. 49. num.14.* Gail. *pract. obseru.124. num.18. lib.2.* Surd. *consil.343. num.15. & 33.* Pacian. *consil.4. numer.104.* Carpan. *ad Statut.295. num.15. lib.1.* Rauden. *var. resol. cap.2. num.56. & cap. 44. num. 17.* cum adductis nouissimè per Iul. Caesar. Caluin. *de aquit. cap.32. num.10.* Vel ad summum dici posset, quod pro derelictis fuerint habita, seu quod vltra contributiones ad ratam solutas cum Illustrissimo Domino Marchione Nicola Gonzaga eius Patruo, eo quia mobilia in eius domum translata fuerunt, dicatur vltra eius debitum propriae satisfecisse obligationi.

Moueor tertiò, quia praesupposito etiã, quod pupilla in Ciuitate Mantuae habuisset domum apertam nihil releuaret, quoniam tanquam Cõductrix non tenetur ad aliquam contributionem; nam 27.
onerum pensitatio, & collectarum solutio spectat ad Dominum, & Locatorem, Bart. *in l. hi penes 4. num. 3. C. de Agric. & Cens. lib.11.* Castren. *in l. si pendentes 34. §. si quid Cloacarij, ff. de Vsufr.* Natt. *consil.409. num. 3. & 4.* Bologn. *consil. 54. num.2. & per tot.* Cancer. *var. resol. cap. 14. n.51. part.1. & cap.6. num.180. part.2.* Rol. *cons.79. numer.10. & seq. lib.4.* Boss. *in tit. de Princip. n.126. pag.355. & num.120. pag.354.* Osasc. *decis.83. num.6.* Monac. *decis. Bonon. 9. num.7. & 8.* Quod adeò verum est, vt si Domina pupilla coactè aliquid pro contributionibus ratione domus de facto soluis- 28.
set, illud omne à Locatoribus repetere posset, *l. Dominus 57. §. 1. & l. Colonus 63. in princ. ff. Locat.* Bologn. *consil.54. sub num.2. vers. imò si eam fecerunt,* Monac. *decis. Bonon.9. num.8.* Et ratio est, quia onera quae imponuntur personae pro rebus, 29.
spectant ad eum qui percipit fructus, Marc. Anton. *var. resol. 111. num. 22. lib.1.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.11. tit.18. num.14. & seq.* Cyriac. *controuers.125. num.11. & 12.* Rot. apud Post *de manuten. decis.166. num.12.* Hinc propterea cum de tempore contributionum, esset absens, & ratione residui mobilium sustinuerit collectas cum eius Patruis,

truis, nec domus esset illius propria, & ob stabilia cum cæteris de Communitate Vitellianæ condemnata fuerit ad contribuendum, nulla ratio, æquitas, vel iustitia suadent, quod iterum grauetur.

Moueor quartò, quia cum Infantes nullum ha-
30. beant intellectum, & quicquid vident ignorant, oculo saltem intellectuali, *l. in sponsalibus*, 14. *ff. de Sponsf. l.*1. *Cod. de fals. mon.§. Pupillus*, *Instit. de Inutil. stipul.* Bec. *consil.*195. *num.*5. sicuti igitur lo-
31. care non possunt, ad tradita per Caroc. *de Locat. & conduc. quæst.*2. *num.*1. *& per tot. tit. quibus locar. lic. vel non*, *pag. mihi* 67. ita & multo minus
32. neque conducere, quia hæc correlatiua sunt, nec ad imparia iudicantur, *l. fin. Cod. indict. vid. toll.* Surd. *consil.*400. *num.*29. *& decis.*52. *num.* 9. Mar. Anton. *variar. resol.*56. *num.*6. *lib.*1. Gratian. *discept. Forens.*376. *num.* 24. *& discept.*534. *num.*55. *& discept.* 606. *num.*14. Cyriac. *controu.*62. *n.*1. Et per
33. mortem Patris relicto filio infanti, non aliter illicò resoluitur conductio, quam rescindatur societas, in qua Pater decessit, Decian. *cons.* 36. *n.*16. *lib.*1. Menoch. *cons.*860. *n.*1. *& per tot.* Osasc. *dec.*150. *num.*2.

Moueor quintò, quia quatenus per aduersarios insisteretur in eo, quod adhuc locatio, durasset saltem vsque ad ingressum Exercitus Germanici, tunc ope restitutionis in integrum aduersus omis-
34. sam protestationem, quod amplius non intendebat stare in conductione domus, eidem pupillæ iuxta petitionem eius nomine factam subueniendum veniret, Alexand. *consil.* 17. *numer.* 17. *lib.*4. Caroc. *de Locat. & conduct. part.*6. *remed.*24. *sub n.*4. *vers. ampliatur quarto*, Odd. *de rest. in integr. quæst.*56. *num.*36.

Moueor sextò, quia D. Marchionissa tunc de tempore obitus parentum reperiebatur in infan-
35. tili ætate, neque hactenus biennium expleuerat, & sic non poterat acquirere statum aliquem, qui esset considerabilis, *l.*1. *§. adipiscimur*, *& l. quamuis* 32. *§. Infans*, *ff. de acq. poss.* Rot. *decis.*524. *n.*3. *parte* 3. *lib.*3. *diuers.* & per consequens, nec fieri conductricem.

Moueor septimò, ex generali, atque indubitata conclusione, quod scilicet infans minor septennio, ac de recenti natus, quemadmodum erat, & nunc etiam est D. Marchionissa Polisenna de Ru-
36. beis, nec alios obligare, nec aliis obligari vllo modo potest, *l. pupillus* 9. *ff. de acq. hæred. l.* 1. *§. sufficit*, *ff. de administr. tut. l. In negotiis* 5. *ff. de reg. Iur.* cum Iuribus cumulatis per Maur. *de fideiuss. cap.*13. *num.*4. *fol.*451.

Moueor denique, quia testes ex aduerso examinati gradum nullum probationis faciunt, tum quia
37. singuli sunt de Vniuersitate, seu Parochia, & agunt de se exonerando, Farinac. *de testib. quæst.*60. *n.*496. *iuncto num.* 505. vbi reprobat testes, qui in casu succumbentiæ tenerentur ad collectas, quemadmodum contingeret in præsenti causa, quandoquidem portio indebitè assignata Marchionissæ ipsis accrescere deberet, Contr. *discept.*41. *num.*8. *&* 22. dixi, *alleg.* 2. *num.* 2. *lib.*3. Rota *in Meliterna tenuta Schiti prima Iulij* 1654. *num.*23. *coram R. P. D. Bichio*; Tum quia non reddunt ratio-
38. nem concludentem circa valorem, & quantitatem, circa quam deponunt, & de qua etiam non interrogati deponere debuissent, Gratian. *discept.*228. *num.* 26. Vltra quod ferè omnes in eo conueniunt, quod res pretiosiores, vt præsumitur, fuerunt partim inuectæ in domum DD. Marchionum Nicolæ, & Ferdinandi Fratrum de Gonzaga eiusdem pupillę Patruorum, partim, vt ipsi quoque testes affirmant, per hostes, ac Patriæ inuasores deprædatæ; reliqua vero infimæ conditionis pro derelicto habita: quapropter cum D. Marchionissa vti dicebamus ad ratam cum eius Patruis soluerit collectas pro mobilibus sibi relictis. Vlterius stante eius notoria absentia, & quod nihil amplius habebat in bonis, nec naturaliter, nec formaliter ad aliquod onus erga Parochiam obstringi debet, quia collectæ naturaliter sunt onera 39.
rerum, formaliter onera personarum, Osasc. *decis.*96. *num.*46.

His iactis fundamentis contrariorum resolutio facillima euadet, nam text. *in l. quamuis* 32. *§. Infans*, *ff. de acquir. poss.* procedit in his in quibus infans plenam habet animi affectionem, & tunc 40.
indistinctè acquirit possessionem, non autem quoad res in quibus nulla cadit animi affectio, vt optimè notat Bart. *ibid. num.* 1. Accedit quod aliud est continuare conductionem, quæ cum non fuerit limitata ad tempus, censetur contracta 41.
quandiu Conductori placuerit, cum propterea eius morte expirauit, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*5. *tit.*9. *sub num.*10. *vers. sed prædicta conclusio*; aliud vero possessorem acquirere, quod respectu rei conductæ nunquam euenire potest, quia conductor non sibi, sed locatori, & Domino possidet, 42.
Paleth. *consil.* 119. *num.* 1. *& consil.* 109. *num.* 48. Manric. *de tacit. & ambig. lib.*2. *tit.*2. *num.*6. Rot. *decis.* 208. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Eoque magis, quia cum D. Marchionissa esset infans sine tutore 43.
Paternam adire nequiuit hæreditatem, Mayner. *in l. pupillus* 150. *num.*3. *ff. de regul. Iur.* Bursat. *cons.*19. *num.*32. Medic. *ad decis. Senens. examinat.*50. *n.*14. Tusch. *prac. conclus.*118. *num.*1. *littera I.* Adeo vt conductioni stare nullo modo teneretur, neque ex persona propria, quia non contraxerat, neque ex persona defuncti, quia non se immiscuerat hæreditati. Et quod infans sibi possessionem acquirere 44.
non possit, probat text. *in l.*1. *§.*1. *ff. de acq. poss.* Cror. *consil.*26. *num.*25. circa quod cessat penitus omnis amaritudo, quoniam infans ista nullos habebat famulos, & cum ipsis non egeret, neque eorum opera vti posset.

Ad id dicebatur de domicilio originis nempè transire in filios, ac immutabile esse, respondetur 45.
non facere ad rem, quoniam sibi locum vindicat quantum ad ciuilitatem, non vero domicilium, *dict. l. assumptio* 6. *§. filius*, *ff. ad municip.* Bart. *in l. fin. §. Item rescripsit*, *num.*4. *ff. eod.* Boss. *in tit. de for. compet. num.*28. *fol.* 41. Anton. *var. resolut.*19. *cas.*10. *vers. & hoc idem*, *lib.*2. Rota *decis.*364. *n.*8. *nouiss. diuers. anno currenti* 1636. *impress.* hinc sequitur in D. Marchionissam Polisennam translatam fuisse quidem originem Patris, quoad ciuitatem, ad effectum vt dicatur Mantuana, non vt ratione ipsius domicilij Mantuæ onera subire teneatur, quoniam transferens domicilium habitatio- 46.
nis liberatur ab oneribus, & aliis, ad quæ tenebatur vigore domicilij, Gratian. *discept. forens.*296. *num.*62. Quibus non resistit quod habens plura domicilia teneatur vocatus ad onera conferre in loco digniori, istud enim procedit, quando vnus locus alteri subordinatur, vltra quod D. Polisenna tunc non habebat, & nunc etiam non habet nisi domicilium Auiæ Paternæ, & sic cessant omnia in contrarium congesta *sub vers. Neque prædictis*, præsertim quia nunquam oppidum Vitellianæ consueuit in omnibus concurrere cum

Ciuitate Mantuæ,& quemadmodum Vitellianenses non grauantur in Ciuitate, nec cum Ciuibus concurrunt, ita nec ipsa D. Polisenna, etiam si millies domum conductam, & apertam Mantuæ teneret, pro cuius articuli dilucidiori explanatione adduco optimum,& quotidie vsu receptum exemplum: Adsunt in territorio, ac districtu Cremonensi plura oppida, videlicet Casale maius, Castrum Leonis, & Soresina omninò ab ipsa Ciuitate quoad onerum supportationes separata,cuius Incolæ si Cremonæ domos conducant,præterquam ab oneribus personalibus in nihilo collectantur;cæteri verò Cremonenses in Vrbe degentes, tam ruri, quam in Ciuitate soluunt collectas personis pro rebus impositas, cum hac tamen distinctione, quod si domos habent ad affictum,eorum Domini, seu locatores pro ipsis domibus onus inductum sustinere coguntur soluentibus conductoribus ratam ad ipsos occasione bonorũ propriorum immobilium spectantem;etenim mo-
47. bilia nobilitatis præcipuè non solent compurari pro collectis imponendis, sed solum vires patrimonij,Mayner. *in l.aliud* 121. §. *refertur sub n.*82. *vers.sed in dubio,ff.de reg. Iur.*Rol.*cons.*66. *num.*15. *lib.* 1.

Ex quibus tollitur etiam obiectum consistens in eo quod D. Marchionissa Polisenna ex persona eius Patris defuncti teneatur stare in conductione, tum quia, vt iam diximus per obitum conductoris expirauit locatio, tum quia ipsa adhuc non erat hæres, tum quia non dicebatur habere do-
48. micilium Mantuæ, ex quo breui erat recessura, Rol. *consil.*66. *num.*25. *lib.*1. Tum denique, quia nullibi constat de allegata conductione;Quod autem minor peragere possit id, ad quod de Iure tenetur non est simpliciter verum; sed ita demum
49. intelligitur si intercedat tutoris auctoritas,vt optimè se explicat idem Cenc. *de cens. part.* 3. *cap.* 1. *quæst.*3.*art.*7. *num.* 5. Reliqua vero ex iam firmatis sublata remanent, quia mobilia ad vsum destinata non æstimantur, nec ponuntur in calculo ad augendum statum patrimonij sub collecta registrandi, & dicuntur esse in loco vbi persona reperitur.

Sed esto quod Parochia sit æquè priuilegiata, ac infans in pari causa;attamen cum Marchionissa agat de damno euitando,ac se eximendo ab oneribus,ad quæ de Iure non tenetur circumscripta locatione, ac existentia mobilium in domo conducta, nil obstat quin reponi debeat in pristinum, vt possit mediante persona eius Tutoris declarare, ac protestari,quod statim ac eius parentes ex hac luce migrauerunt,non intendebat amplius
50. persistere in conductione, quia inter duos pariter priuilegiatos potior est causa illius qui damnum sentit,*arg. c.auditis de restit. in integ. l. fin. ff. Ex quib.cau.maio. l.*1.*Cod.si aduersus fiscum*,Rot. *decis.*218.*num.*6.*in fin.part.*2. *recent.* Odd. *de restit. in integ.quæst.*18.*num.*35.Mastril. *decis.*44.*num.*6.*& in puncto d.decis.*173. *n.*44. 49. *&* 51. Tandem neque
51. militant in infanti, quæ contra ipsam inuehuntur de Patriæ desertione, quoniam *Deut.*20. *c.*14. habetur Infantes in Vrbium expugnatione reseruandos, ideo à petitis absoluenda omninò venit.

Sicuti non resisteret si diceretur, pupillum traductum ad educandum extra domicilium origi-
52. nale non contrahere domicilium,neque etiam accidentale in loco in quo educatur, Gabr.*cons.*189. *n.*19.*lib.*2.Gratian.*discept.forens.*181.*n.*12. Quoniam D.Polisenna se transtulit ad domum Auiæ Paternæ vbi semper habitare, ac permanere tenebatur, non autem ad effectum solius educationis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsor dicitur promittens se soluturum id,quod alius debet. Non nisi excusso principali condemnatur, num.*2.

3 *Exceptio excussionis debet opponi ante litem contestatam. Contra num.*6. *Excussionis coram Senatu non admittitur, num.*5.*Contra num.*7.

4 *Senatus sola facti veritate inspecta cognoscit.*

8 *Probatio per euidentiam facti semper admittitur.*

OBSERVATIO XXII.

PROMITTENS se soluturum id, quod alius debet dicitur sponsor, quando non rogatus sine stipulatione accedit ad obli- 1.
gationem,*l.Qui patitur* 18.*ff.mandat.*gloss.*in Auth. de Fideiussor. in princ.col.*1.*vers. Fideiussorem*,cum aliis apud Henriq. *de Fideiussor. cap.*3.*n.*32. Maur. *in simili tract.cap.*5. *per totum.*

Cui non minus, ac Fideiussori beneficium ex-
cussionis competit, ita vt non nisi excusso princi- 2.
pali debitore condemnari valeat,textus cum gloss. *in Auth. in princ. de fideiussor.* Aret. *Instit. eod. in princ.*Capell. Tholos. *decis.*23. vbi Adden.*in littera A. & decis.*80. Gail. *pract.obseru.*28.*num.*1.*&* 2. *lib.* 2. cum adductis per Antonin. de Marin. *resolut.* 26. *numer.* 6. *lib.* 2. Ciarlin. *controu.* 98. *num.*3.

Hoc præsupposito pro constanti, ex quo in facti contingentia de huiusmodi excussionis beneficio ante litem contestatam obiectum non fuerat, in dubium reuocabatur, an qualibet parte iudicij, & potissimum post sententiam, ad
executionem remorandam opponi posset, & di- 3.
cendum non posse videbatur, quippe quoniam prædicta exceptio vti dilatoria suffragatur ita demum, si lite adhuc non contestata deducatur. Salgad. *in Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 23. *numer.* 46. *& sequent.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 16. *tit.* 16. *num.* 9. *& seq.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 14. *numer.* 19. Ripol. *var. resolut. cap.*14. *num.*366. Thomat. *decis. Macerat.* 113. *num.*12.

Eoque minus coram Senatu, qui sicuti iu-
dicat sola facti veritate inspecta, dixi *alle-* 4.
gat. 63. *num.* 4. *& allegat.* 102. *num.* 6. *lib.* 2. *& prius allegat.* 13. *num.* 22. *fol.* 228. *lib.* 1. *allegat.* 89. *num.* 7. *& allegat.* 108. *num.* 23. *lib.* 3. Ita
coram ipso excussionis exceptio non admitti- 5.
tur, Mart. Medic. *decis. Senen.*45. *num.*6. Merlin. *de pignor.& hypoth. lib.*5. *tit.* 2. *quæst.* 69. *num.*34. *& sequent.*

Cæterum quod ista exceptio excussionis etiam ad merita causæ, atque ad impediendam execu-
tionem suffragetur, verius, ac magis receptum 6.
resultat, ex cumulatis per Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 71. *numer.* 3. Anton. de Marin. *dict. resolut.* 26. *num.* 10. *lib.*2. Guiel. Anth. *de Rescrip. & Morat. conclus.* 67. *litt.* 55. *fol.* 771. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 29. *numer.* 49. Istudque sibi locum vindicat quantumvis causa coram Supremo tribunali agitaretur cum

cum facultate iudicandi sola facti veritate inspecta, per hoc enim non tollitur, quo minus in
7. quacumque parte Iudicij etiam coram iudicante sola veritate inspecta in vim peremptoriæ opponi valeat, Becc. *consil.* 89. *num.* 21. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 16. *titul.* 16. *num.* 5. Menoch. *de Arbitr. quæst.* 51. *num.* 6. *& seq.* Cornaz. *decis.* 37. *num.* 4.

Prædicta vero tanto magis procedunt, quia pulsato principali debitore sponsor liberabitur, stante quod illico per visitationem loci omnis occasio dubitandi circa latitudinem loci
8. amouebitur, quæ quidem probatio per euidentiam facti quandocumque etiam post sententiam ad impediendum executionem in medium afferri permittitur, Rosental. *de feud. cap.* 12. *conclus.* 19. *sub num.* 50. *vers. Item semper,* Fontanell. *decis.* 382. *num.* 19. Curell. *decis.* 15. *num.* 1. *&* 3. *tom.* 2. Giurb. *obseru.* 47. *num.* 22. *& seq.* Gargiar. *patroc.* 13. *num.* 12. vbi quod probatio per euidentiam facti impediat ne sententia transeat in iudicatum, latè Baron. *de Corpor. eiusque part. tit. de Ocul.* à *num.* 26. *ad* 39.

SVMMARIVM.

1 *Possessor in sua possessione Iudicio pendente manuteneri debet.*

2 *Electio post publicationem scrutinij variari nequit. Vt sustineatur omnes sunt vocandi, num.* 12. *Infringitur ex contradictione vnius, num.* 13.

3 *Consuetudo est obseruanda prorogandi Officiales. Valet, num.* 4. *Non probata non releuat, n.* 17. *&* 18. *Ex actibus difformibus non inducitur, num.* 19.

5 *Approbatio actus nulli censetur facta per receptionem. Sed vide, num.* 26. *Nunquam ad id refertur, per quod inducitur renuntiatio Iuris approbantis, num.* 22.

6 *Approbatus semel, reprobari amplius nequit.*

7 *Massarius ad tempus electus, sine causa non remouetur. Declara vt, n.* 29.

8 *Administrator rationem reddere tenetur de administratis. Pendente Iudicio nullitatis non potest administrare, num.* 14. *Qualem librum tenere debeat, num.* 28.

9 *Officium qui gessit, ad idem, vel aliud eligi non potest ante redditam rationem. Ad idem nemo pluries confirmari potest, numer.* 10.

11 *Ratio eadem vbi subest, ibi eadem Iuris dispositio militat.*

15 *Actus qui dederunt causam liti non constituunt in possessione manutenibili.*

16 *Eligendi in possessione existens, manuteneri debet.*

20 *Fides, fidem non facit.*

21 *Dictio,* omnibus, *neminem excludit.*

23 *Approbare, & improbare possumus eundem actum ex diuersis respectibus.*

24 *Officialis finito officio habet administrationem, donec nouus ceperit possessionem. Ciuitatis esse non potest illius debitor, numer.* 27.

25 *Confirmatio nulla, nullum Iuris effectum operatur.*

OBSERVATIO XXIII.

ADEST consuetudo in Ecclesia Cathedrali Mantuæ singulo quoque anno eligendi ad annum, vnum ex Congregatione, qui introitus ipsius Congregationis exigat, distribuat, annoque completo de administratis rationem reddat, adeo vt solidatis computis ad successoris deputationem deueniri queat, dummodo omnibus de Congregatione consentientibus magis non expediat iam antea electum denuò confirmare. Cum igitur præsenti anno 1657. electis duobus de ipsa Congregatione pro ineundis calculis circa administrationem anni proximè effluxi habitam per D. Ioanninum, & illis adhuc nondum expletis vociferaretur nonnullos ex Congregatione confirmationem in Massarium præfati Ioannini affectare, plures ex eadem implorato auxilio, & officio Reuerendissimi D. Vicarij se opposuerunt, obtinentes illicò inhiberi prędictæ Congregationi, ne sub quovis quæsito, vel quærendo colore auderet deuenire ad memoratam confirmationem. Nihilominus in spretum interpositionis authoritatis Vicarij, neque iuxta solitum conuocatis legitimè omnibus in eadem interuenire consuetis, nec expectata computorum, vt moris semper fuit, relatione, ex abrupto, ac nullo Iuris seruato ordine, aliqui ex ipsa Congregatione præfatum D. Ioanninum in Massarium ad alium annum proximè venturum confirmare præsumpserunt. Vnde nunc vertitur in dubiũ, An præfata confirmatio irrita sit, & inanis, dictusq; Ioanninus à Massariatu remouẽdus veniat.

Pro parte D. Ioannini constare ipsum esse Massarium Congregationis, & propterea debere manuteneri in possessione, donec aliter fuerit iudicatum, quia possessor pendente Iudicio in sua possessione per Iudicem venit manutenendus, §. *Hodie, Instit. de Interd.* Cancer. *var. resolut. cap.* 14. *num.* 39. 69. *& seq. part.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 310. *num.* 54. *& cap.* 314. *n.* 17. *& cap.* 431. *n.* 1. *& cap.* 899. *n.* 1. *& c.* 910. *n.* 1. Giouagn. *consil.* 8. *n.* 103. *&* 120. *& consil.* 11. *num.* 2. *& consil.* 12. *num.* 16. *&* 18. *lib.* 1. *& consil.* 40. *n.* 6. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 287. *n.* 1. *& decis.* 1047. *num.* 7. Mantic. *decis.* 72. *num.* 3. *& decis.* 95. *num.* 1. Rot. apud Pacific. de Saluian. *decis.* 27. *num.* 4. *decis.* 44. *num.* 1. & apud Ludouis. *decis.* 582. *n.* 1. & apud Coccin. *decis.* 52. *num.* 4. *& decis.* 486. *n.* 2. & apud Caualer. *decis.* 181. *sub n.* 1. cum sexcentis cumulatis per Post. *de manuten. Obseruat.* 17. *n.* 1. Bonden. *collect.* 26. *n.* 69. *& post tr. dec.* 19. *n.* 8. Contr. *discept.* 92. *n.* 1. *& post tract. decis.* 68. *n.* 1. 1.

Dominus autem Archipresbyter opponebat primò in ipsa confirmatione interuenisse D. Restam, & ideo non posse amplius contradicere, quia in electione publicato scrutinio, non licet variare, *c. publicato* 58. *de elect.* Rot. *in nullius Canonicatus* 22. *Maij, coram Dunozet.* Barbos. *de Vniuers. Iur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 20. 2.

Tandem dicebatur consuetudine inductũ, vt ad libitũ Capituli, vel Congregationis possint tertia, & quarta etiam vice Massarij cõfirmari, quàm sanè consuetudinem omninò obseruandam, colligitur ex text. *in l. Minime, ff. de Legibus, & in l. fin. Cod. quæ sit longa consuetudo,* & est text. expressus *in l. Neminem* 4. *in fin. Cod. de susceptor. Præposit. & Arcar. lib.* 10. & in terminis quod valeat consuetudo prorogandi Officiales, vt possint exercere vltra tempus à lege, vel Statuto determinatum, concludunt 3. 4.

concludunt Purpurat. *consil.*137. *num.*3. Natt. *con-
sil.* 58. *num.*2. Surd. *consil.*261. *num.*14. *&* 15. Gra-
tian. *discept. forens.* 184. *num.* 4. *cum pluribus se-
quentibus.*

Prædicta tanto magis procedunt, quia tametsi
ab initio aliqui ex Congregatione contradixe-
rint, nihilominus ex post per receptionem pecu-
niarum, ab eodem Ioannino factam per ipsos-
5. met contradicentes censentur approbasse eundem
in Massarium, & ab oppositis recessisse, Crauet.
*consil.*158. *num.*2. Calcan. *consil.*101. *in fin.* Gratian.
*discept. forens.*429. *num.*18.

6. Vnde intrat regula quod semel approbatus am-
plius reprobari non possit, *l. Pomponius, ff. de Ne-
got. gest.* Surd. *consil.*18. *num.*2. Mar. Anton. *var.
resol.*30. *num.*25. *lib.*2. Sanchez *de Matrim. lib.*4.
*disput.*6. *num.*9. Barbos. *Axiom.* 31. *num.*3. Andr.
Censal. *decis. Lucens.*23. *num.*4. & in terminis Gra-
tian. *discept. forens.*167. *num.* 42. Quibus addi vl-
terius posset nulla subsistente causa, Massarium ad
7. tempus electum remoueri non posse, ex doctrina
Rom. *in consil.* 467. *num.* 2. Menoch. *de Arbitr.
quæst.*55. *num.*10. Grat. *discept. forens.*167. *n.*40.

Cæterum quæstio hæc mihi videtur de lana
Caprina; quandoquidem admissis etiam omnibus
in contrarium oppositis (quæ tamen tanquam
inania impugnare omninò decreuimus) adhuc
non sustineretur prætensa confirmatio Domini
Ioannini, & pro clariori confutatione fundamen-
torum ipsius, & coadiuuanda opinione contra-
ria operæpretium esse duxi infrascriptas præmit-
tere conclusiones in Iure vndequaque approbatas.

Sit ergò prima conclusio, Quod quilibet admi-
nistrator rerum alienarum electus ad annum, vel
8. aliud tempus, tempore administrationis completo
teneatur reddere rationem de administratione
facta, *cap. qualiter & quando, el.*2. *de accusat. lib.*1.
§. officio, vbi Bart. & alij, *ff. de Tut. & rat. distrah.
l.*2. *ff. de negot. gest. l. cum tale, ff. de cond. & de-
monst.* Aymon. *consil.*218. *num.*1. Cephal. *cons.*678.
*num.*24. Menoch. *de Arbitr. cas.* 209. *num.* 7. *&
seq.* Rol. *consil.*49. *lib.*1. Marc. Anton. *var. resol.*46.
*num.*12. *lib.*1. Rota Ianuen. *decis.*81. *num.*2. *& de-
cis.*106. *num.*1. *&* 2. Rot. Rom. *decis.* 522. *num.*3.
*part.*1. *recent.* Ludouis. *decis.*30. *num.* 4. *& de-
cis.*187. *num.*1. Thomat. *decis. Macerat.*27. *num.*4.
*& decis.*108. *num.*1. Caualer. *decis.*98. *num.*6. Rota
apud Bonden. *dec.*29. *n.*17. Ergò cum D. Ioanninus
per annum administrauerit introitus Congrega-
tionis, dubio procul ad reddendam rationem ob-
stringitur, adde Rot. *in Romana, seu Nepesina tu-
telæ* 4. *Iulij* 1642. *n.*1. *coram Reuerendiss. Cerro.*

Hinc succedit altera conclusio, quod pendente
relatione computorum, atque illis nondum soli-
datis deueniri non potuerit ad aliquam confirma-
9. tionem, Ratio est quia officium aliquod, qui ges-
sit, non potest eligi ad idem, vel aliud officium,
nisi prius rationem suæ administrationis reddide-
rit, *l. Neminem, Cod. de Susceptor. lib.*10. *l. Rescri-
pto, §. debitores, ff. de Muner. & honor.* Ripa *de Pe-
ste, cap. de remed. ad conseruan. obert. num.* 22.
*pag.*55. Cancer. *var. resol. cap.*12. *num.*177. *part.*3.
Quapropter cum præfatus Ioanninus non cura-
uerit prius solidare calculum suæ administra-
tionis, hinc efficiebatur indignus, & inca-
pax, vt denuo ad idem munus susciperetur.

Ad rem quoque facit tertia conclusio, quod
10. nempè in Iure diffinitum expresse reperiatur, ne-
minem posse ad idem officium pluries confirmari,
de quo est text. *l. Neminem* 4. *Cod. de Susce-
ptor. lib.*10. Abb. *in cap. fin. num.*9. *de Iudic.* Fe-
lin. *in cap. cum omnes, num.* 19. *de constitut.* Rip.
*de pest. dict. cap. de remed. ad conseruan. vbertat.
num.* 20. *fol.* 55. Martin. Lauden. *in tract. de offic.
Princip.* §.92. *&* 114. Boër. *decis.*149. *num.*4. Surd.
*consil.*261. *num.*5. Gratian. *d. discept.* 184. *à num.*3.
ad 9. Cancer. *var. resolut. cap.*12. *num.*157. *&* 158.
*part.*3. Quocirca cum D. Ioanninus per triennium
sustinuerit istud munus Massarij, frustra nunc
contendit pluribus ex Clero Congregationis re-
luctantibus; illud in se ipso perpetuare. Neque re-
fert Auctores mox citatos transire in hanc asser-
tionem, quoad officia sæcularia tantummodo;
nam cum rationes per ipsos adductæ militent
etiam in muneribus Ecclesiasticorum, ad præsen- 11.
tem similiter inspectionem optimè extendi per-
mittitur, ob regulam, quod vbi, & inter quæ su-
best eadem ratio, adaptetur quoque pariformis
Iuris dispositio, *l. Illud, ff. ad l. Aquil. l. si postula-
uerit, §.*2. *ff. ad l. Iul. de Adult. l. quidam nummu-
larios, ff. de eden.* cum Iuribus cumulatis per
Barbos. *Axiomat.* 198. *num.* 3. Bonden. *collect.*4.
*num.*149. *& collect.*20. *n.*29.

Vltimam denique in proposito adduco con-
clusionem, quod scilicet ad validitatem electionis
omnes in Ciuitate præsentes iuxta huius Cathe- 12.
dralis consuetudinem, & Canonum traditiones
sunt personaliter vocandi, *cap. quia propter, in prin-
cip. & cap. coram de Elect.* Rebuff. *ad l. absen-
tem* 299. *vers. ad hæc, ff. de verb. signif.* cum addu-
ctis per Barbos. *de vniuers. Iur. Eccles. lib.*1. *cap.*19.
num. 88. Hinc propterea cum congregatio inita
fuerit omnibus, & singulis non vocatis, sequitur
neque etiam confirmationem canonice emanasse,
& tamen ad infringendam, & irritandam ele-
ctionem sufficit quod vnus ex electoribus cano- 13.
nicè non fuerit vocatus, *c. quod sicut, de Elect.* Bar-
bos. *de vniuer. Iur. Eccles. cap.*19. *n.*113. *lib.*2. & ple-
nius dixi *Obseruat...*

Nec prætermittere volui vnum, quod non
minus notabile, quam singulare reputo, ac
multum confert ad intentionem contradicentium
Electioni, ac protestantium de illius nullitate, &
ad validitatem præcepti, ne se amplius ingerat,
D. Ioannino transmissi, & est quod pendente
nullitate, atque inualiditate Electionis, interim
electus suspendatur ab officio, eique admini- 14.
stratio interdicatur, vt notat Alexand. ad Bart. *in
l. Vnica, littera B. ff. de Gland. legen.* Franc. *decis.*419.
*num.*1.

Ex quibus depromi poterit ad contraria facilis
resolutio, & ad prætensam possessionem, seu
quasi exercendi Massaritium, pluribus modis res-
pondetur; Primò ipsum D. Ioanninum non exer-
cuisse officium Massariatus vigore confirmationis
prætensæ, sed intuitu electionis de ipso fa-
ctæ anno proximè effluxo; Vnde cum illius
electio fuerit restricta ad annum frustra, con-
tendit se manuteneri, alias vigore manuten-
tionis officium istud amouibile, efficeretur
perpetuum, Deinde replicatur actus per ipsum
factos à die assertæ confirmationis dedisse causam
liti, & ideo non constituisse eum in quasi posses- 15.
sione manutenibili, Lancelott. *de attent. part.* 2.
*cap.*4. *lim.*1. *num.* 111. *& seqq.* Fontanell. *de pact.
nupt. claus.*7. *gloss.*13. *part.*10. *num.*56. *&* 57. *tom.*2.
Giouagn. *cons.*28. *num.*38. *& cons.*40. *n.*7. *lib.*2. Rot.
*decis.*333. *n.*2. *part.*1. *& decis.*409. *n.*4. *p.*2. *& decis.*53.
*num.*49. *part.*5. *recent.* Ludouis. *decis.* 417. *num.*4.
Andr. Censal. *decis.*41. *num.*2. Rot. *in Romana le-
gati* 29.

gati 29. *Ianuarij* 1652. *num.*8. *& 9. coram R. P. D. Zarate*, apud Contr. *decis.*161. *num.*8. Post. *de manuten. obseruat.*17. *num.*44. *&* 45. Bonden. *collect.*39. *num.*24. *&* 25. Rot. apud nos *in addit. ad Castill. de alim. decis.*106. Vlterius accedit tantum abesse, vt D. Ioanninus sit manutenendus in possessione exercendi Massaritium, quin potius cengregatio ipsa, & singuli ex ea manuteneri debent in quasi possessione eligendi quem maluerint, & non deueniendi ad electionem, nisi prius computis solidatis, vt *superius* demonstraui. Et quod existentes in quasi possessione eligendi sint omnes citandi *superius* demonstraui, quòd autem existens in
16. quasi possessione eligendi sit manutenendus, probat Rot. *decis.*4. *de concess. praben. in nouis*, & apud Post. *decis.* 285. *num.*6. & apud Marchett. *de commission. part.*1. *num.*1. *in fin. fol.*987. *& decis.*752. *sub num.*2. *part.*2. *recent.* Post. *de manuten. obseruat.*10. *num.*40. *&* 41.

Ad oppositiones autem D. Archipresbyteri patet responsio, & in se ipsis corruunt, quandoquidem quod D. Resta præstiterit eius consensum in confirmationem Massarij nullibi constat, & quatenus appareret cum non fuerit congregatio legitimè habita perinde est, ac si non consensisset, & propterea potuit ad eius beneplacitum resilire.

Quatenus verò subiungebatur consuetudinem extare confirmandi Massarios vltra tres, & quatuor vices, dicitur neque istud afficere; nam præ-
17. ter quam quod huiusmodi consuetudo nec articulata, nec probata fuit, & proinde non releuat, *l. de quibus*, vbi Bart. *num.*22. *ff. de legib.* Aymo. *consil.*325. *num.* 1. Gratian. *discept. forens.* 570. *num.*38. *& discept.*909. *num.*21. *& discept.*956. *num.*24. Thomat. *decis.*36. *num.*12. Bonden. *collect.*14. *num.*124. *& post tract. decis.*40. *num.*3. Contr. *discept.*45. *n.*4. Accedit quod illa procedit omnibus consentientibus, & præmissis de iure præmittendis, quæ cum defecerint, præsupposita etiam consuetudine, ea D. Ioanninus iuuari non posset, vltrà quod esset necesse quod aliàs pluries contigisset huiusmodi
18. casus contradictionis aliquorum ex illis in eadem contradictione persistentibus, cæteri obtinuissent confirmationem Massarij, Cyn. *in l.*2. *num.*9. *vers. aut quaritur, C. qua sit longa consuetud.* Menoch. *consil.*8. *num.*16. Gratian. *discept. forens.*740. *n.*23. Admittimus enim nemine reluctante saltem ex consuetudine ad idem officium eandem personam posse pluries eligi, quinimò cum aliquando etiam obseruatum fuerit, vt singulo quoque anno Mas-
19. sarius remoueretur, consuetudo ex huiusmodi actibus difformibus, non potuit induci, Bart. *in l.*2. *in princ. ff. solut. matr.* Menoch. *consil.*8. *num.*17. *lib.*1. Gratian. *discept. forens.*501. *n.*26. *& discept.*679. *num.*12. Rot. apud Post. *de manuten. decis.*5. *n.*7.

Neque obstat illud de tacita approbatione insurgente ex receptione pecuniarum facta per tunc confirmationi contradicentes, tum quia huiusmodi receptio nullibi probatur, tum quia fides in actis recognitæ, cum non fuerint formiter recognitæ, nullum gradum probationis faciunt, ex re-
20. gula *fides fidem non faciat*, Guid. Pap. *decis.* 19. Rot. Ian. *decis.*76. *num.*11. Seraph. *decis.*1280. *n.*1. Rot. apud Post. *de manuten. decis.* 139. *num.* 13. *& decis.*318. *num.*11. *& decis.*318. *num.*4. *part.*2. *& decis.*154. *num.*12. *part.*5. *recent.* latissimè Andr. Censal. *decis. Lucen.*11. *num.*44. 46. *& seq.* & in adducto Bonden. *collect.* 9. *num.* 50. *& post tract. decis.*24. *num.*18. tum, quia quicquid sit in aliis, certè respectu illorum, qui recusauerunt quicquam recipere, dicitur falsa propter illam dictionem *omnibus*, quæ neminem excludit, & operatur idem, 21.
ac si de singulis esset facta specialis expressio, Ludouis. *decis.*315. *num.*11. Barbos. *de Vniuer. Iur. Eccles. claus.*241. *sub num.*1. *vers. vbi ait, propè fin.* Rot. apud Contr. *decis.* 29. *sub num.* 4. *vers. cum dictio illa*, tum quia prætensa approbatio nunquam ad id refertur, per quod inducitur renuntiatio alicu- 22.
ius iuris ipsius approbantis, Anchar. *consil.* 105. Crau. *consil.*252. *sub num.*4. *vers. octauò si dicimus*, Ludou. *decis.*317. *num.*6. maximè quando actus ex quo prætenditur ratificatio respicit diuersos effectus, prout hic; alterum nempe in ordine ad soluentes ipsi Ioannino, quoniam licet aliàs non admitteretur huiusmodi solutio ad liberandum ipsos soluentes, attamen ex distributione facta in Canonicos, & alios de congregatione censetur approbata dicta solutio; alterum videlicet quo ad ipsum Ioanninum, adeo vt per talem receptionem præsumatur approbatus in Massarium, & recessum à litis pendentia, & hoc nequaquam; nam approbare, & improbare possumus eundem actum di- 23.
uersis respectibus, Tiraquel. *de Nobilit. cap.* 28. *num.*15. Tusch. *pract. concl.* 54. *num.* 6. *littera E.* Barbos. *Axiomat.*31. *n.*5. Gratian. *discept. forens.*216. *num.*44. *&* 46. Rot. *decis.*768. *num.*3. *in fin. part.*2. *recent.* Tusch. *pract. conclus.*432. *num.*1. *littera A.* Quod si replicaretur ex ipsa receptione apparere, quod etiam contradicentes exegerint ab eo tanquam à Massario, nihil officeret; nam respondetur, quod receperunt ab ipso tanquam Massario anno præterito legitimè, & nemine tunc reluctante electo, & cuius officium durat, donec proui- 24.
deatur de successore, vel confirmetur inhibitio eidem transmissa, *l. Meminisse, ff. de Offic. Procons. & Deleg.* Franc. *decis.* 393. *part.* 2. Cancer. *var. resolut. cap.*8. *n.*122. *part.*2. Gratian. *discept. forens.*184. *num.* 46. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*4. *gloss.*10. *part.*1. *sub num.*99. *vers. quoad primum, fol.*153. *tom.*1. non autem tanquam confirmato, vt de eorum mente apparet ex subsequenti, & immediata protestatione; quæ tamen ex abundanti dicta sint, quoniam cum confirmatio fuerit manifestè nulla, 25.
& inualida, minúsque canonicè facta, non potuit per quoscunque actus postea factos induci approbatio reconualidans, Bonden. post alios *collect.* 26. *num.*78. *& seq. & post tract. decis.*68. *num.*8.

Sed quia audio partem aduersam magnum festum facere in solutione hebdomadarum facta Dominis meis illius confirmationem impugnantibus, ne per mendicata suffragia videar contundere illius fundamenta præcipua, aliter, & melius respondeo, nempe, quod quamvis regulariter recipientes aliquid vigore actus, vel dispositionis videantur approbare actum, & dispositionem, id nihilominus non procedit quoad illos, qui ante 26.
receptionem, actum impugnauerant; quia mutatio voluntatis non præsumitur, vt eleganter animaduertunt, Bart. *in l. Procurator* 8. §. 10. *in prima opposit. ff. rem rat. hab.* Natt. *consil.*101. *num.*12. Aret. *consil.*128. *num.*8. Surd. *consil.*433. *num.*11. *& consil.*566. *num.*2. *& decis.*262. *num.*10. *& decis.*267. *num.*3. optimè Menoch. *de præsumpt.* 85. *num.*42. *in fin. lib.* 3. Quo circa cum mei principales prius impugnauerint, & prosequantur improbare confirmationem Massarij, ideo receptio illius non officit.

Confirmatur ex eo, quia cum ex relatione calculi resultare possit, quod D. Ioanninus malè administrauerit, vel remaneat debitor, non deceret

eundem ſuſcipere in adminiſtratorem, & Maſſa-
27. rium, ob quam rationem debitor ciuitatis non poteſt creari Officialis, ad text. *in l.1. C. de debit. Ciuit.lib.*11. Maſtril. *de Magiſtr.lib.*2. *cap.*12.*n.*49. Capiblanc.*in tract.de Baron.ſecundum nouam impreſſionem pragmat.* 10. *num.* 114. *in fin.* prout ita ferè in terminis argumentatur Rot.Rom.*deciſ.*143. *num.*1.*part.*5. *recent.nunc impreſſa.* Eoque magis, quia implicat ipſum poſſe efficienter de adminiſtratis rationem reddere, cum in principali defe-
28. cerit non conficiendo librum in quo contineantur data, & accepta, ex qua cauſa, & nominatim qua die, & à quibus per ſpecificam expreſſionem quantitatis, quemadmodum prædicta requiri ad effugiendam falſitatis ſuſpicionem tradiderunt, Doct. *iuxta l. cum ſeruus* 81. *ff.de cond. & demon.* Bart. *conſil.*150.*num.*9. *lib.*1. Bald. *conſil.*152.*num.*1. *poſt med. verſ. verbi gratia*, *lib.*3. Petr.de Vbald.*in tract. de duob.fratrib. part.*12. *num.*7. Rol. *conſ.*49. *num.*22. & 28. Tuſch.*pract.concluſ.*202. *num.*3.*littera A.* Rot.*deciſ.*690.*num.*5. *part.*1.*recent.* Contr. *diſcept.*30. *num.*6.

Vltimum denique obiectum ſecum affert ſuam reſponſionem; nam Officialis ad tempus non po-
29. teſt quidem remoueri ſine cauſa intra dictum tempus, ad quod durat electio, tranſacto verò tempore officium reſoluitur, & abſque alia cauſa ad ſucceſſoris deputationem deuenitur, & ſic remanet ſublata contraria, & noſtra opinio magis comprobata, adeò vt præceptum debeat ſtare firmum, & infirmanda electio, ſeu confirmatio, vel irrita cenſenda.

SVMMARIVM.

1 *Immunes non tenentur ad taxam. Declara, vt num.*2. *& num.*4.
3 *Rota* in Brundeſina gabellæ, *declaratur.*
5 *Referens plus non continet, quam relatum.*
6 *Patrimonia clericis ſuper bonis oneribus affectis non ſubſiſtunt.*

OBSERVATIO XXIV.

CONSTRVCTIO Arcis nouæ in Ducatu Montis-Ferrati, ſeu ciuitate Caſalis ad vtilitatem publicam ſucceſſit, & pro illius manutentione, ac præſidio onus impoſitum
1. fuit nuncupatum, *il taſſo*, ad quod immunes, & Eccleſiaſticos non teneri, ex eo potiſſimum deducebatur, quod non eſſet reale, certum, ac inuariabile, ex cumulatis per Ciarlin. *controuerſ.*103.*per totam*, ibique Rota *in binis deciſion. altera Alben. altera Brundeſina, ibid. impreſſis*, Antonin.de Marin. *reſolut.*47.*lib.*1. Barboſ. *de vniuerſ. Iur.Eccleſ. lib.*1.*cap.*39. §.5. *num.*25.37. *& ſeq.* Carol. de Graff. *de effect.cler.*3.*num.*162. *& ſeq.* Dian. *part.*1.*tract.*2. *reſolut.*42. §. *final.* Sperell. *deciſ.*35. *num.*12. *& per totam*, *& deciſ.*36. *num.* 10. *& ſeq. & per totam*, Cancer. *var.reſol.cap.*3. *num.*142.*part.*3. Fontanell. *deciſ.*308.*num.*27.*& ſeq.*& latiùs proſequitur Rota *in Hydruntina exemptionis* 24. *Maij* 1658. §. *ad effectum coram Eminentiſſimo Celſo.*

Verumtamen quicquid dicendum veniret, abſtrahendo à facti ſpecie, & vbi bona ex Statuto collectis efficerentur hypothecata, certè in præ-
2. ſenti caſu omnis remouetur controuerſia, dum communitates vltrò ſub expreſſa bonorum obligatione ad taxam ſe obſtrinxerunt erga Principem, ſeu eius Cameram, quoniam in quemcunque priuilegiatum tranſeant oneri prædicto hypothecæ affecta remaneant, Bald. *conſil.*280. *verſ. nec obſtat, lib.*2. Bellon.*conſil.*4.*num.*4. *&* 5.Vegg. *conſil.*7. *num.*5.*& ſeq.* Duard. *in Bull. Cœn. Dom. can.*18.*quæſt.*6. *num.*6.9. *&* 10. Azor.*inſtitut.moral. tom.*1. *lib.*5. *cap.*13.*poſt princ.verſ.ſecundo ſciendum*, Carol.de Graſſ.*effect.cler.*3.*num.*168. Fontanell. *deciſ.*308.*num.*13.Ruin.*conſil.*117. *num.*6.*in fin.& n.*7. *lib.*4. vbi diſtinguit inter hypothecam pro taleis à Statuto indictam, & à priuatis expreſsè ſtipulatam, Aideran. Maſcard. *de gen. ſtat. interpret. concluſ.*1. Feltaſ. *de collect. part.*4.*cap.*1. *n.*31.50. *& ſeq.* Spad. *conſil.*131. *num.*53. *in fin.& num.*54. *lib.*1. Ciarlin.*d. controuerſ.*103. *num.*25. Gutierrez *pract. quæſt.lib.*1. *quæſt.*3. *ſub num.*15. *verſ.praterea eſt,& ſub num.*17. *verſ. in quo onus hypothecæ legalis non tranſit cum re*, vbi in effectu diſertè poſt alios concludit hypothecam pro oneribus lege, aut ſtatuto inductam in Eccleſiaſticos non tranſire, ſecus verò quoad ſtipulatam inter Principem, & communitates, antequam bona oneribus affecta, & pro illis expreſsè obligata tranſirent in Eccleſiam, Sperell.*dec.*35. *num.*4. *& deciſ.* 36. *num.*8. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.*1.*cap.*39.§.5. *num.*88.Surd. *conſil.*262.*ſub num.* 53. *verſ. Et quando ex Statuto*, & pro conſtanti præſuppoſita bonorum hypotheca pro taleis renunciat, in ſimili cauſa Ioan. Ant. Bellon. *conſ. eius manu ſcripto*, §.*nec obſtat, quod*, imò, vbi legalis hypotheca non ſufficeret, & non eundo per ambages adſunt duo reſponſa iſtius Senatus inconcuſſis rationibus referta, ad oſtendendum Summo Pontifici, ſeu Sacræ Congregationi, Eccleſiaſticos quoque bonorum poſſeſſores propter illorum expreſſam obligationem, ad ſolutionem taxæ obnoxios cenſeri; nec videtur diſſentire Rot. *in d. Hydruntina exemptionis* 24. *Maij* 1658. §. *nec obſtant, & ſeq.coram Eminentiſſimo Celſo.*

Nec obſtat Rot. *in Brundeſina gabellæ* 13. *Februarij* 1604. *coram Penia*, nunc impreſſa apud 3.
Ciarlin.*poſt controuerſ.*103.*num.*38. *& ſeq.* repetita *deciſ.*42. *part.*4. *recent.* triplicata apud Galian. *ad Statut. Peruſin. deciſ.* 114. & nunc inter impreſſas eiuſdem Pen. *deciſ.*1079. Siquidem Rota *ibidem* excitauit dubium, reſolutionem verò prætermiſit tranſeundo per regulas generales non amplectentes caſum in indiuiduo, contractæ nimirum ſpecialis hypothecæ bonorum pro taxa, antequam 4.
bona ſic præcisè oneribus obnoxia tranſitum facerent in Eccleſiam, in quibus terminis procedunt Doctores noſtram opinionem firmantes, cui etiam adhæret, Anchar. *conſil.*303.*n.*3. *&* 4. Calderin. *conſil.*2. *in fin. de cenſ. Sacr. Congr. in Taurinen. die* 6.*Nouembris* 1628. relata per Sperell.*deciſ.*35.*num.*38. *&* 41.*in fin.* Gratian. *diſcept.*141. *n.*4. cum adductis per Giurb. *deciſ.*55.*num.*7. Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 78. *num.*3. *in fine.* Azor. *inſtit. moral. tom.*2.*lib.*3. *cap.*4. *quæſt.*2.*in fin.* Nouar.*de grauam. Baron.*137. *num.*8. *&* 10. *part.*1.

Prædicta quoque reſponſio applicatur declarationi Sacræ Congregationis emanatæ ad ſupplicationes Cleri Caſalen. ſub die 18. Auguſti 1637. tenoris ad primum Eccleſiaſticos non eſſe ſubiectos oneribus, nec ordinariis, nec extraordinariis ad fauorem Principis, niſi iuxta deciſionem in Brundeſina, & in Albenſi, & iſta pariter reperitur impreſſa ſecundo loco apud Ciarlin. *poſt dictam controuerſ.*103. Vnde declaratio Sacræ Congregationis ſe referẽs omnino ad prædictas Brun- 5.
deſinam,

desinam, & Alben. plus non officit, nec applicatur, quam in relatis decisionibus continetur, arg. *l. si quis ex argentarijs 6. §. si initium*, vbi notant Doctores, *ff. de edend.* Cyriac. *controuers.* 219. *num.* 9. *& seq.* Contr. *discept.* 21. *num.* 24. *&* 25. Innocent. *ad Statut. Mediol. quaest.* 25. *num.* 3. Larr. *allegat.* 67. *num.* 2. *in fin.* V. P. Melius *allegat.* 45. *num.* 4. *lib.* 3. Atqui in Albensi nil prorsus deductum, aut resolutum apparet circa praecisam bonorum obligationem per communitates erga Principem susceptam: In Brundesina verò agebatur de creatione censuum, & extinctione illorum intra quatuordecim annos ineunda, sicque neutra ex praedictis decisionibus in facto, aut in iure ad praesentem casum applicationem recipit.

Cumque obligatio huiusmodi bonorum specialis, expressa, ac in indiuiduo pro taleis erga Principem à communitatibus recognita hodie notoria praeexistat, inde propterea fit, vt superin-
6. de patrimonia Clericis ad sacros ordines promouendis constituta non tollant ob malam fidem, quin ordinati ad patrimonia obligationibus affecta incidant in poenas Sacr. Conc. Tridentini *sess.* 21. *cap.* 2. iuxta resolutionem Sacrae Congregationis sub die 26. Iunij 1621. de qua apud Barbos. *de vniuer. Iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 159. & faciunt tradita per eundem *de Offic. & potest. Episcop. allegat.* 19. *num.* 85.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, saluis iuribus, *operatur, vt capitula non admittenda habeantur pro non admissis.*
2 *Capitula contra confessionem capitulantis non admittuntur.*
3 *Confessio adminiculata magis probat. Amplia, vt n.* 4. *Non docto de errore plenè contra confitentem probat, num.* 5.
6 *Falsitatis suspicio, ex quibus inducatur. Facit ne testibus credatur, num.* 11.
7 *Testes contra confessionem principalis non probant. Tractantes de se exonerando non probant, num.* 12. *In vno falsi, in reliquis falsi praesumuntur, num.* 14. *Conuicti de mendacio ex scripturis non probant, n.* 18. *Patientes defectus non adminiculantur, num.* 30. *Non reddentes causam scientiae interrogati non probant, num.* 60.
8 *Dictio, sino, tempori adiecta includit, Instat inclusiuè, num.* 15.
9 *Falsitas quando committatur. Quando inexcusabilis, num.* 10.
13 *Testibus super generalibus falsum deponentibus non creditur.*
16 *Testis falsus non probat. Amplia, vt num.* 17. *Animosè deponens non probat, num.* 20. *Interessatus non probat, n.* 21. *Non euacuans interrogatoria non probat, num.* 26. *Vilis non probat, num.* 29. *Contra inducentem plenè probat, num.* 42. *& n.* 57. *& n.* 58. *Declara, vt num.* 43. *&* 44.
19 *Dolus arguitur ex occultatione scripturae.*
22 *Iudaei pro Christiano contra Christianum in testes non admittuntur.*
23 *Proxeneta mercenarius à testificando repellitur.*
24 *Contrarietas in testibus destruit depositionem.*
25 *Affinis in testem non recipitur.*
27 *Debitor pro creditore à testificando repellitur.*
28 *Famulus pro Domino non potest esse testis.*
31 *Testium numerus vltra tres supplet defectus. Declara, vt num.* 32.
33 *Prior in tempore potior in Iure, & hypotheca, & num.* 49.
34 *Creditor ex instrumento posterior chyrographario praefertur. Tradens pecuniam ad rei constructionem praefertur anterioribus, num.* 52. *Declara si sibi cauerit de speciali hypotheca, num.* 53.
35 *Scriptura priuata, vt praeferatur instrumento trino teste debet esse munita. Priuata praefertur instrumento cessante suspicione antidatae, num.* 36. *&* 37. *& num.* 38.
39 *Idoneitas testium requisita*, à l. scripturas, 11. C. qui pot. in pign. hab. *est probanda. Contra, n.* 40. *& n.* 41. *Declara, vt n.* 46.
45 *Turpitudinem propriam nemo allegare potest.*
47 *Iuramentum suppletorium datur ad plenam probationem scripturae priuatae.*
48 *Creditum ex scriptura firmata à debitore probatur.*
50 *Venditor pro pretio anterioribus creditoribus emptoris postponitur.*
51 *Statutum praeferens venditorem pro pretio in re vendita intelligitur, si sibi hypothecam reseruauerit.*
54 *Diuersitas rei ex varietate loci, in quo fiunt actus arguitur.*
55 *Identitas rei mobilis difficilius probatur. Duobus testibus probatur, num.* 59.
56 *Hypotheca in re propria non datur.*
61 *Materiae appellatione quando veniat materiatum. Materiatum non venit ob materiam commixtam, num.* 62.
63 *Pecunia ex argento simplici conflata vbique expenditur.*



OBSERVATIO XXV.

CLAVSVLA, *saluis iuribus*, admissioni capitulorum per iudicem adiecta operatur, vt capitula, & testes superinde examinati pro non admissis, & non examinatis habeantur, si de iure admitti, ac respectiuè examinari non debebant, Alex. *consil.* 166. *num.* 7. *lib.* 6. Monald. *consi.* 38. *n.* 7. *lib.* 1. Paris. *consil.* 58. *num.* 52. *& seq. lib.* 4. Grat. *consil.* 115. *num.* 37. *lib.* 1. Gail. *pract. obseruat.* 81. *n.* 12. *lib.* 1. Minsynger. *obseruat.* 56. *cent.* 2. Galup. *in prax. p.* 2. *cap.* 25. *sub n.* 6. Cyriac. *controuers.* 89. *n.* 17. Michal. *de posit. cap.* 38. *nmm.* 3. 1.

Vnde cum D. Zanettus in scriptura per eum iudicialiter producta confessus fuerit pecunias controuersas esse proprias Valentini de Bertis, vt in concurrenti processu appellationis, *fol.* 23. *fac.* 2. & iterum *fol.* 40. consequens ideo fit, quod ad probandum contra huiusmodi confessionem in iudicio emissam, nullatenus admitti debuisset, Innocent. *in cap. fraternitatis, in fin. de testib.* Vitalin. *in Clem.* 2. *num.* 144. *eod. tit.* CauaIer. *decis.* 208. *n.* 2. Ludouis. *decis.* 523. *num.* 4. Burat. *decis.* 877. *num.* 7. Rota *in Bononien. pecuniaria* 27. *Iunij* 1646. §. *inuerisimilis, Coram R. P. D. Bichio, & in Romana dotis* 5. *Iunij* 1648. §. *fin. cor. R. P. D. Celso & in Comen. Collegij* 15. *Decembris* 1653. §. *in primo, coram R. P. D. Priolo, & in Leodien. successionis* 1. *Iulij* 1654. §. *in tertio, & in Perusina fideicommissi de Rodulphis* 26. *Aprilis* 1655. §. *nihilominus, cor. Reuerendiss. Cerro.* 2.

Aliunde

Aliunde potissimum non docto de errore huiusmodi confessionis, quæ potius adminiculatur
3. non tam ex cedula onerationis monetarum, tanquam ipsius Valentini propriarum, de qua in currenti processu appellationis, *fol.*42. & in processu Prætoris, *fol.*80.*fac.*2. quam etiam ex scriptura conuentionis inter ipsum de Zanettis, & prædictum Valentinum de Bertis. Quæ confessio tanquam adminiculata eo magis probat, Bald. *in auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles.* Seraph. *decis.*442. *sub n.*2. Gratian. *discept. for.*716. *num.*25. *& discept.*796.*n.*15.& prius *discept.*677.*n.*49.*&* 50. Surd. *decis.*135.*n.*5. Merlin. *decis.*272. *num.*2.*& decis.*414.*n.*16. Rota *decis.*262.*n.*83.*part.*7.*recent.*

4. Prædicta autem conclusio sibi locum vindicat, etiam in confessione in alio iudicio inter diuersas personas emanata, Bald. *in l.*2. *n.*25. *C. de eden.* Rota *decis.*158.*n.*11. *part.*1.*& decis.*2.*num.*10.*part.*5. *recent.* Gratian. *discept.*869. *num.*7.

Eoque magis, quia eadem confessio per productionem cedulæ onerationis factam ab ipso de Zanettis, vt in processu Prætoris, *fol.*80. *fac.*2. repetita apparet, quod nimirùm pecuniæ nunc in controuersiam deductæ ipsius Valentini præexistetent, ex qua implicita confessione irretractabili
5. omnis remouetur ambiguitas, quia confessio resultans ex productione scripturæ non docto concludenter de errore contra producentem, plenè probat, Ofasc. *decis.*39.*n.*40. *& seq.* Rota *decis.*419. *n.*7.*part.*1.*& decis.*360.*n.*5. *part.*5. *& decis.*94. *n.*25. *p.*7. *recent.* & coram Eminentissimo Otthobono *decis.*151. *num.*1.

Altera ex prædicta productione chirographi onerationis, atque consecutiua confessione implicantia oritur, dum ex eo prætendit D. Zanettus specialem hypothecam in pecuniis modo controuersis, non ex eo, quod ex illius argento cussæ extiterint, quemadmodum inutiliter articulauit, & superinde testes induxerit, sed quia dictus de Zanettis, seu ratio cantans Michaël Zanettus Valentino ducatos viginti duos mille Venetiarum exbursauerit. Quæ quidem contrarietas, implican-
6. tia, seu substantialis variatio manifesta suspicione falsitatis non caret, *l.*1. vbi Gloss. *C. de furt. l. vbi repugnantia*, 194. *ff. de Reg. Iur.* Cyriac. *controu.*416. *n.*36. Surd. *decis.*70. *n.*3.*& per tot. & decis.*92. *n.*10. Leoncil. *decis. Ferrar.*64. *num.*45. latè Rota coram Eminentiss. Otthobono *decis.*109.*n.*16.*vsque ad fin.*

Inculcata igitur confessio ipsius Zanetti, quod pecuniæ, de quibus agitur, ad Valentinum de Bertis spectarent, necessariò infert, quod testes contra
7. huiusmodi repetitam confessionem, vel falsum deposuerint in eo, quod firmant proprias Zanetti tanquam ex illius pecuniis confectas, vel saltem nullum probationis gradum præstent, Crauet. *consil.*9.*n.*10. Clar. *in crim. q.*53. *n.*8. Caputaq. *decis.*283. *n.*6.*&* 7.*p.*3.& benè examinat Farinac. *de test. q.*65. *n.*104. *& seq. iuncto num.*94. Et faciunt tradita per Mart. Medic. *dec. Senen.*96.*n.*22. Cumque ad inuicem se destruant, quod pecuniæ essent propriæ ipsius Valentini, & in acquisitionem specialis hypothecæ super illis D. Zanettus ducatos viginti duos mille erogauerit; quodque vt modo articulatum extitit, eædemmet pecuniæ tanquam ex argento Zanetti cussæ essent illius propriæ, consequens ideò fit, vt neutrum saltem ad præiudicium ipsorum de Arrigonis subsistat.

Suspicio autem falsitatis eo magis augetur, seu inconuincibiliter probata resultat, quia tres ex testibus ex aduerso examinatis super quinto ex interrogatoriis deponunt, quod de tempore cussionis monetarum ex argento D. Zanetti à nemine interim argentum ex causa cussionis, seu simpliciter receperint, ibi,

Nel tempo, che seguì la battitura delle monete del Sig. Zanetti non v'era in Zecca materia d'altro persone, bensì è vero, che auanti ve n'era stata, &c. ita D. Bernardus Rusca deponit.

Cussio prædicta initium duxit à die 15. Maij vsque ad diem 12. Iulij 1659. quod concludenter probatur ex calculo per D. Iacobum de Bertis, ex libris desumpto, & registrato in currenti processu appellationis, *fol.* 19. *fac.* 2. & repetito *fol.* 34. *fac.*2. ibi,

1659.

Il Sig. Zanetti hà consignato in Zecca, come appare da libri, e testimonij, che bisognando si esaminaranno, in più vole dalli 15. *Maggio sino li* 12. *Luglio per la summa d'argenti, Libre* 146111.

Sicque infertur, quod etiam die 12. Iulij ad cudendum pecunias D. Zanettus argentum tradiderit; illa enim dictio *sino* tempori adiecta includit, Natt. *consil.*461.*n.*5. Rot. *decis.*274. *n.*14. *part.*5. 8.
recent. terminata cussione monetarum, vt supponitur, Zanetti circa finem eiusdem mensis Iulij, iuxta depositionem D. Iacobi de Bertis, ibi, *Quali monete tutte doppo essere state fabricate, e perfettionate, furono del mese di Luglio, ò su'l principio d'Agosto*, intra quod tempus, nimirùm à die 30. Iunij vsque ad diem 30. Iulij eiusdem anni 1659. per Dominos Fratres de Arrigonibus maximam quantitatem argenti ad cudendum monetas traditam fuisse conuincitur ex partitis, de quibus in libro in actis producto, atque ex recognitione iurata eiusdem de Rusca iudicialiter, ac citata parte subsecuta die 5. Aprilis 1661. registrata in processu appellationis, *fol.*47. Ex qua prædicti testes Bertus, Rusca, & Dragus contrarium deponentes conuincũtur de falso, si quidem falsitas tunc com- 9.
mittitur, quando veritas rei non ignorata mutatur, *l. quid sit falsum*, 23. *ff. ad leg. Cornel. de fals.* Cæphal. *consil.*113.*n.*15. *in fin.& n.*10. Becc. *consil.*78. *num.*1. cum adductis per Farinac. *de falsit. q.*150.*n.*1. *& de testib. q.*67. *n.*171. Caren. *resol.*182.*num.*15. vbi ampliat etiam quando testis super generalibus falsum deponit.

Hinc ergo cum articuli ex aduerso producti in duobus à veritate distent, ac falsum euidenter contineant; tam in eo, quod pecuniæ vulgo, *Isolotti, e Leoncini*, ad D. Zanettum spectarent, quam in eo, quod de tempore cussionis earundem D. D. Fratres de Arrigonis pro cudendo argentum non attulerint, non tam ex dispositione Iuris, quàm ex censura statuti Mantuæ D. Zanettus ex vsu dictarum depositionum ab omni Iure per ipsum præ- 10.
tenso cecidisset, Surd. *decis.*282.*n.*1. *& seq.* Bardellon. *consil.*58. *num.*18.*&* 19.

Cæterùm cum non ad pœnam agatur, sed tantummodò ne fides testibus adhibeatur, ex quo in ciuilibus versamur, consequens propterea fit, quod concludens falsitatis probatio non requiratur,
quippe quoniam sola falsitatis suspicio sufficit, ne 11.
testibus credatur, ad notata *in l. iubemus*, 24. *C. de probat.* Ofasc. *decis.*117. *n.*7. *& seq.* Bardel. *consil.*36. *n.*21. *& consil.*58. *sub n.*19. Cyriac. *controu.*62.*n.*30. Rota coram Eminentiss. Otthobon. *decis.*123. *n.*19. tractant insuper de se exonerando, tanquam debitores pro valore argenti, quod asserunt se habuisse à D. Zanetto, seu à ratione in eius caput cantante; testes autem tractantes de se exonerando inha- 12.
biles

biles reputatur, nec probant, *l. omnibus, 9. C. de test.* Ludouis. *decis.* 475. *n.* 9. & in puncto Capserij Buratt. *decis.* 199. *n.* 11. vbi Ferentill. *n.* 15. Cyriac. *controu.* 166. *n.* 49. & *controu.* 442. *n.* 1. *& seq.* & *controu.* 544. *n.* 26. Leoncill. *decis. Ferrar.* 77. *n.* 3. & super generalibus plurimum se inuoluunt, dum loco fatendi eorum debita, vt in facto animaduertitur in processu currenti appellationis, *fol.* 8. replicant, *hò conti, e negotij tanto con il Sig. Zanetti, quanto con li Signori*
13. *Arrigoni.* Quibus propterea non creditur, ac de eorum fide, etiam in reliquis valdè diminuitur, Farinac. *de testib. q.* 67. *n.* 171. & in proximis termi-
14. nis Caren. *resol.* 182. *n.* 15. quia testes in vno falsi, in aliis quoque falsi præsumuntur, Surd. *decis.* 16. *n.* 3. *&* 4. Thomat. *decis. Macerat.* 99. *n.* 47.

Corroborantur superius dicta ex eo, quia primus testis, nimirùm Ioan. Andreas de Draghis ita deponit:

Nel mese di Maggio 1659. fu consegnata à me medemo, come Massaro, e Cassiere di Zecca di questa Città dal Sig. Francesco Zanetti buona quantità d'argenti, &c. & super primo ex interrogatoriis, ibi, *fino alla somma, e quantità di onze sedeci milla in circa.*

Ex cuius depositione necessariò infertur, quod intra dictum mensem Maij quantitatem prædi-
15. ctam argenti receperit, quia dictio, *nel*, latinè, *in*, tempori adiecta idem importat, quod dictio *intra*, & stat inclusiuè, ita vt delatio argenti intra mẽsem Maij ex prædicta depositione necessariò successisse videatur, *l. si ita, 41. in fin. ff. de manum. testam.* Bart. *in l. si cui legetur, 51. in princ. sub n.* 1. *vers. aut per ablatiuum, ff. de leg.* 1. Ruin. *cons.* 82. *n.* 1. & *consil.* 114. *n.* 7. *lib.* 1. Altogr. *cons.* 44. *n.* 2. & *cons.* 74. *sub n.* 65. *vers. vbi declarat, lib.* 2. Grat. *discept.* 460. *n.* 60. *vsque ad* 65. & faciunt tradita per Donat. de Asylo *resol.* 118. *n.* 1. ex libris tamen, atque ex nota ab illis extracta in currenti processu appellationis registrata *fol.* 19. *fac.* 2. & *fol.* 34. *fac.* 2. vti dicebamus, liquet, qualiter Iacobus de Bertis fatetur vsque ad diem 12. Iulij reiteratis vicibus argentum recepe-rit. Vnde non dubitatur, quin in hoc dictus de
16. Draghis de falso conuincatur; ideò nihil probet, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de fals.* Bursat. *cons.* 141. *n.* 35. Farinac. *in prax. crim. q.* 45. *n.* 4. *& de testib. q.* 67. *num.* 58. Merlin. *decis.* 684. *n.* 15. Gillarel. *decis.* 86. *n.* 26. Guallin. *de defens. reor.* 28. *c.* 13. *n.* 17. vbi quod vnus ex his falsus alios falsos facit præsumi, Cyriac. *controu.* 407.
17. *n.* 206. vbi quod testi in aliquibus falso, in reliquis non credatur, Altograd. *cons.* 50. *n.* 130. *lib.* 1. Rota apud Mangil. *de subhast. decis.* 38. *n.* 1. *&* 18. Post. *de subhast. inspect.* 60. *n.* 95. In quod sanè mendacium ex proposito irrepsit; ne deponendo veritatem in alteram falsitatem incidisset, de qua mox diximus; nouerat enim tanquam custos librorum rationum *Michele Zanetti* à mense Maij per totum mensem Iulij argentum subministrasse, quodque intra illud tempus ab Arrigonibus argentum receperit, tametsi peierando, ac mendacia mendaciis cumulando contrarium affirmauerit super tertio ex interrogatoriis, ibi,

Al tempo, che furono battute le monete del Sig. Zanetti, come sopra, non vi haueua altrimente materia per battere monete di simile sorte, ben è vero, che molto tempo auanti si fabricassero le monete capitolate Io, & il Sig. Berti comprauamo materia da altri, & in particolare da Signori Arrigoni, &c. non hauendo precisa memoria della qualità, e quantità di essa materia, rimettendomi in ciò alle riceuute essistenti appresso essi Signori Arrigoni.

Cum autem ex receptionibus, ad quas se refert testis prædictus, iudicialiter recognitis, vt in currenti processu appellationis, *fol.* 47. tantum absit, quod Fratres Arrigoni de tempore traditionis argenti factæ per D. Zanettum, & postea argentum non dederint, quod immò contrarium manifestè conuincatur, consequens ideo fit, vt dictus de Draghis vti reduplicatiuè falsus omninò repellatur, aut nullum prorsus probationis gradum faciat, quia testes conuicti de periurio à scripturis con- 18.
trarium continentibus nihil probant, Merlin. *decis.* 70. *n.* 11. Thomat. *decis. Macerat.* 50. *n.* 385. *&* 386. Pen. *decis.* 222. *n.* 8. Duran *decis.* 329. *n.* 2. Eáque propter ipsius testis, seu eius depositionum nulla prorsus habenda est ratio.

Secundus autem testis, D. scilicet Iacobus de Bertis præter manifestam exceptionem falsitatis, quam cum Drago, & Rusca patitur in eo, quod super quinto ex interrogatoriis contra veritatem sustinere contendat, D. D. Fratres de Arrigonis de tempore cussionis harum monetarum argentum non consignasse, nil vlterius deponit, quod non contineatur in scriptura prætensa conuentionis, ad quam in substantia cum eius testificata se restringit, ibi,

In conformità di certa conuentione seguita trà esso Sig. Zanetti, e me medemo, &c. & ibi, *conforme parla la sopradetta scrittura trà noi seguita,* &c. & in responsione ad primum ex interrogatoriis, ibi, *& in conformità della conuentione sudetta seguita fra il Sig. Zanetti, e me medemo.* Vnde cum ratio cantans *Michele Zanetti* per exhibitionem huiusmodi scripturæ ab examine potuisset se eximere, atque propriam intentionem concludenter probare, ex illius occultatione dubio procul resultat dolus, 19.
& malam causam fouet, Paris. *cons.* 67. *n.* 27. *&* 29. *lib.* 3. Barb. *cons.* 54. *n.* 4. *lib.* 3. latè Menoch. *cons.* 267. *n.* 28. Ioan. Bapt. Antonell. *cons.* 59. *num.* 27. *&* 29. Hodiern. ad Surd. *decis.* 231. *n.* 24.

Maximè, quia in Iudicio plus fidei scripturis partium, quàm testibus adhibetur, *l. census, 10. ff. de probat.* Cavaler. *decis.* 294. *n.* 1. Crauet. *cons.* 54. *n.* 15. Coccin. *decis.* 235. *n.* 17. Rota *decis.* 310. *n.* 61. *p.* 6. *recent. & in Meleuitana feudi 26. Maij 1651. coram R. P. D. Royas, & in Mantuana bonorum 16. Maij 1654. §. quia vltra, coram Reuerendiss. Cerro.*

Vlterius prædictus testis per illius sensum à veritate alienum ex cedula onerationis extorsit, ibi,

Al quale, videlicet, *Sig. Zanetti (se bene fu fatta la polizza di carico in testa del Sig. Valentino Berti mio Fratello) però li restorono obligate, & ipotecate per li suoi argenti, conforme parla la medema polizza di carico,* &c. quæ quidem cedula, vt diximus *suprà, num....* diuersimodè cantat, vsque adeo, vt etiam ex hoc D. Iacobo de Bertis, nimium animosè audacter, & affectatè deponenti cum men- 20.
dacio, nulla fides adhiberi debeat, Crauet. *cons.* 248. *n.* 4. *vers. saltem negari non potest,* Farinac. *de testib. q.* 60. *n.* 33. *&* 35. & post alios, optimè exornat Cyriac. *controu.* 407. *n.* 201. *& seq.* Caren. *resol.* 65. *n.* 7. Pen. *decis.* 94. *n.* 10. & *decis.* 87. *n.* 3. *&* 4. & *decis.* 581. *n.* 28. Thomat. *decis. Macerat.* 50. *n.* 390. Rota apud Mangil. *de subhast. decis.* 38. *n.* 17. Post. *de subhast. inspect.* 60. *n.* 92. Inspecto potissimũ, quod dictus de Bertis facit se socium inducentis, atque ex illius, seu propria depositione commodum sperat, ibi,

Restando parimente informato di quanto hò deposto, per essere io stato à parte del guadagno, che si haueua à fare di esse monete, cauato però fuori l'argento, e Capitale del Sig. Zanetti. At testis habens

interesse

21. interesse in causa, ac consequenter ad propriam vtilitatem examinatus, inhabilis ad testificandum existit, & inductus nihil omninò probat, dixi *allegat.21.n.52.fol.389.lib.1.* & nunc addo Leoncill.*decis.Ferrar.22. n.5.* Rotam coram Duran.*decis.128. n.14. & 16. & in Bononien. hæreditatis de Pepulis 18.Iunij 1655. §. insuper nullius, coram R.P.D.Zarate*, perinde igitur habetur, ac si iste testis examinatus non fuisset.

Superius dicta valdè comprobantur ex accessu ad examen Iudæorum, si quidem exinde suspicio falsitatis plurimum augetur, ac cæteris testibus fi-
22. des diminuitur. Hebræi namque etiam pro Christiano contra Christi fidelem à testimonio repelluntur, per textũ ad litteram *in l.quoniam, 11. C.de hæret.* Surd.*consil.19.n.17.* cum adductis per Cyriac. *contr.546.n.112.*& licet contrariũ tueatur Mascard. *de probat.concl.944.n.6.* illum tamen reprobat Farinac. *de testib.q.56.n.29.& de hæres.q.188.num.121.* Masquard. *de Iud.p.2.c.5.num.9.* cum adductis per Guillel.Auth. *de morat. concl.19.n.6.* Vide Bardell. *consil.163. num.11.& seq.*

Alter ex ipsis, nimirum Leon Vita da Fano,
23. tanquam mercenarius proxeneta, ipse pariter inhabilis euadit, & nullum probationis gradum præstat, Alex. *consil.127.in fin.lib.7.* Bald.*consil.469.lib.2.* duplicatum *consil.370.lib.4.* Bertrand. *consil.225.lib.3. part.1.* Mar.Antonin.*resol.53.sub n.9.vers.responsum fuit,lib.2.* Gabr.*de testib.concl.20.n.8.* Rot.Gen.*decis.97.sub n.4.* & *decis.188.n.9.* Mascard. *de probat. concl.1036.n.18.in verb.mediator*, Farin.*de test.q.60. n.432.* Coccin. *decis.415.n.2.* Odd.*d.consil.100.n.19.* Gratian. *discept. forens.514.n.29.& 30.* latè Rot.*decis.162. per totam, p.4.tom.2.recent.* quos adduxi in causa propria contra Dominos de Breuilaqua *n.5. & seq.* vltra quod, & ipse inhæret prætensæ conuentioni, ibi,

Essendo fin dell' anno 1659.col mio mezzo seguita certa conuentione trà il Sig.Francesco Zanetti,& il Sig.Giacomo Berti di fare battere buona quantità di monete chiamate Isolotti, e Leoncini, ad quid ergo, si aderat conuentio, ex qua incontinenti rei veritas comprobari poterat, emendicare depositiones testium, nil prorsus ad causam conferentium.

Prosequendo eius depositionem idem Iudæus subiunxit, vt infra videlicet:

Io prouiddi esso Sig. Zanetti di buona quantità d'argenti parte in Verona, e parte quì in Mantoua, quali di mano in mano mi capitauano d'ordine, e cõmissione del medemo Sig. Zanetti portandoli nella Zecca di questa Città, &c.& super primo ex interrogatoriis, ibi, *che veniuano da me medemo à tale effetto portati in Zecca*, &c. Quæ quidem depositio euidentem implicantiam, contrarietatem, & repugnantiam de directo præsefert cum dicto D. Ruschæ deponentis circa istud, sic:

Io medemo, come agente del Sig.Giacomo Berti, in virtù di certa conuentione trà lui,& il Sig.Frãcesco Zanetti seguita, fui à leuare in più volte buona quantità d'argenti alla Casa del medemo Signor Zanetti fin dell' anno 1659. nel mese di Maggio, e susseguenti con quella portare alla Zecca di questa Città. Qua stante inter istos duos testes inconciliabili contra-
4. rietate sequitur, vt nemini fides adhibeatur, Farin. *de test.q.65.n.245.* Mart. *consil.44.n.32.* Ludouis. *decis.510.n.2.* Burat.*decis.367.n.8.* & *decis.498.num.5.* Rot. *in Ianuen. Alimentorum 3. Iulij 1645. coram R.P.D.Meltio, & in Romana dotis 5.Iunij 1648.coram R.P.D.Celso, §.nihilominus, & in Verulana bonorũ 1.Iulij 1650.in fin. coram Reuerend.DunoZetto.*

Gratiadeus de Ricchis Hebræus præter exceptionem prædictam inhabilitatis, tanquam gener M.Iacob q.Iacob de Italia principaliter, & insoli- 25.
dum obligari cum ipso de Bertis, nec ipse gradum aliquem probationis facit, Farin. *de test.q.54.n.27.* Merl.*decis.635.n.11.* Duran.*dec.427.n.3.* Ioan.Franc. Andreol.*contr.144.n.18.* cũ præcipuè non euacuet 26.
interrogatoria, Farin.*de test.q.73.n.14.* Rot.*dec.700. n.32.in fin.p.2.recent.* Altograd.*consil.50.n.68.& 134. lib.1.* Vltra quod super generalibus se debitorem erga D.Zanettum fatetur, ibi, *tengo conti, e negocij con il Sig.Zanetti*, debitor autẽ pro eius creditore 27.
à testificando repellitur, Cæphal.*consil.261.n.14.* Farin.*de test. q.60.n.321.* Duran. *decis.128.n.11.& seq.* vbi quod nec creditor pro debitore integer testis reputetur. In hac causa pro synonimis à testibus habentur, *tenere conti, e negocij*, ac esse debitores, quemadmodum colligitur ex depositionibus aliorum testium, quamvis egregiæ quantitatis debitorum tam erga Arrigonos, quàm erga Zanettum ad cohonestandum eorum personas super generalibus loco fatendi eorum debita, responderunt tenere computa, & negotia cum vtraque parte.

Iacobus demum de Apolloniis tanquam famulus in testem admitti non poterat, maximè circa rem palam gestam, & de qua, iuxta testium deposi- 28.
tiones per scripturã cõuentionis liquebat, *l.seruos, 14.C.de quæst.l.2. C.de test.* Paris.*consil.67.n.85.lib.3.* Rolan. *consil.41. n.25. lib.1.* Mascard. *de probat. conclus.758.n.1.& per tot.* Farin.*de test.q.55.n.136.iuncto n.140.* Leoncill. *decis. Ferrar.61. n.3.* Duran. *d.decis.427.n.7.* Thomat.*decis. Macerat.50.n.40.& 46.* Rota *decis.317.n.5.p.2. diuers.* nec ipse euacuat interrogatoria, est etiam vilis, pauper, & abiectus, cui 29.
propterea tantò minus creditur, Rot.*decis.138.n.4. in crim.Farin.* & *decis.202.num.15.p.7.recent.& in Melenitana mercium 22.Maij 1647.§.secundus, coram R.P.D.Arguelles*, támque ipse, quàm cæteri testes plures patiuntur defectus, Rota *dec.264. n.49.part.5.recent.*

Ex quibus cum testes singuli plures tam in personis, quàm in depositionibus substantiales patiantur defectus, consequens ideò fit, vt pro aliquali 30.
probatione, nec ad inuicem adminiculentur, aut per numerum defectus suppleantur, Alex. *consil.93. n.12.lib.6.* Crauet.*consil.99.n.10.* Ferentill. ad Burat. *decis.143.n.38.* Merlin.*decis.277.n.12.* Rota *in crim. dicta decis.138. n.3. & 4.*

Nec obstaret, si opponeretur, quod quando sunt vltra tres numerus suppleat, etiamsi omnes patiãn- 31.
tur defectus, Ludouis. *decis.351.n.5.* Pen. *dec.87. n.29.* Burat.*dec.143.n.12.* & *decis.192.n.4.* Leoncill. *decis. Ferrar.147. n.5.* Rota *decis.136.n.8. part.5.* & *decis.69.n.57.*& *dec.312.n.17.p.7.recent.* Ioan.Ant.*ab Eccles.obseru.95.n.5.& seq.* per Gloss.*in l.3.C.de test.*

Obiectum namque intelligi debet, quoad testes supplere debentes, quorum numero, etiamsi omnes aliquas exceptiones admitterent, defectus suppleretur non quoad supplendos, qui omninò inte- 32.
gri, seu exceptione carentes esse debent, vt bene explicat post alios Ferentill. ad Burat. *d. decis.143. n.38.*& colligitur ex Ludouis.*dec.340.sub n.7.vers. maximè cum concurrant sex testes forenses*, & *d.decis.351.sub n.9. vers.non omnibus dantur exceptiones illæ*, Burat.*decis.691. sub n.5. vers.quorum aliqui remanent sine exceptione, præsertim duo*, & *decis.901. sub n.16.vers.duo ex eisdem sunt inimici*, & *num.17.* & prius *decis.572.num.11.* Rota *d.decis.69.n.57.* ibi, *aliquorum testium*, & *decis.181. num.30. vers.quia aderant plures, in quibus non concurrebat hæc qualitas*,

litas,part.7.recent. quæ tamen ex abundanti dicta, cum in testibus omninò repellendis tanquam inhabilibus versemur.

Prædictis omnibus adhuc commissis, tametsi inconcussa omninò præexistant, amplectendo præcipuam quæstionem, quæ in sola anterioritate consistit, Ius optimum fouere D.D. Fratres de Arrigonibus non ambigitur. Quandoquidem illorum hypotheca incipit à die 18. Martij 1659. vt in scriptura solidationis computorum registrata in processu Prætoris, *fol.33.& seq.* potissimum in fine, vbi dies, annus, & mensis prædicti annotantur; & sic longè ante assertam prætensionem, seu contractam obligationem per D. Iacobum de Bertis, cum ratione cantante, *Michele Zanetti*, siue illa à die 15. Maij 1659. qua venditio argenti facta per Zanettum Berto incipere cœpit in currenti processu appellationis, *fol.19.fac.2.*& *fol.34.fac.2.* siue à die celebrati instrumenti exhibiti in processu Prætorio sub die 26.Ianuarij 1661. in dicto processu Prætoris, *fol.111. fac.2. & seq.* cuius quidem instrumenti stipulationem non nisi die 3. Februarij successiuè inibi apparet. In tempore igitur cum inita obligatio sub hypotheca bonorum cum DD. Fratribus de Arrigonis contractæ erga D. Zanettum præ-
33. cesserit, idcircò intrat regula, prior in tempore potior in Iure, & hypotheca, *c.qui prior,55. de reg.iur. in 6.l.si fundum,4.C.qui pot.in pign.hab.* cum Iuribus cumulatis per Merlin. *de pignor.& hypot.lib.4. tit.1. q.2. n.1. & seq.* Cyriac. *controuers.425. num.8.* Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.11. n.1.*& *decis.20.n.1.* & *decis.75.n.9.* Rot. coram Eminentiss. Otthobono *decis.15.n.21.& seq.* alios cumulaui *allegat.51.n.13.& seq. lib.2.* & *alleg.43. num.8.& 30. lib.3.*

Cui quidem ratiocinationi neque resisteret, quod ratio cantans *Michele Zanetti*, tanquam creditrix instrumentaria, atque hypothecaria, ta-
34. metsi posterior præferatur DD. Arrigonibus chirographariis creditoribus, quantumuis in tempore anterioribus, dum præcipuè in actione hypothecaria versamur, *l.scripturas, 11. C. qui pot. in pignor.* Gail. *pract.obseruat.25. n.9.lib.2.* cum adductis per Merlin.*de pign.lib.4.tit.1.q.15.n.1.& post tract.* Rot. *decis.17.n.3.* & *decis.19.n.4.* & *decis.79.n.9.* quibus addo Cyriac. *controuers.533.n.22.* Buratt. *decis.905. n.3.* Leoncill.*decis.Ferrar.54.n.6.* Merlin. *decis.135. n.3.*Thesaur. *quæst. forens.89.n.13. lib.3.* Ioan.Bapt. Antenell.*cons.99.n.24.*

Minus obesset, quod scriptura solidationis computorum non nisi à duobus testibus subscripta ap-
35. pareat; cum tamen ad effectum prælationis in hypotheca posterioribus ex instrumento creditoribus tres testes pro forma requirantur, per textum *in dicta l.scripturas,11. C.qui pot.in pign.haben.* Marescot.*var.resol.c.79.n.12.lib.1.* Merlin.*de pignor.& hypoth.lib.4.dicta q.15.n.3. & post tract.decis.79.n.9.* Surd.*decis.71.n.1.* Caualer. *decis.492.n.2.* Mocc. *in Sylu.cas. forens.c.12. n.1.* Ioan.Ant. *ab Eccles.obseruat.51.n.1. lib.2.*

Obiectiones enim prædictæ facillimè in facti specie euitantur, ex quo scriptura etiam priuata
36. anterior contra instrumentum posterius creditori prælationem attribuit, qualitercunque suspicio fraudis, seu antidatæ cessat, Bald. *consil.198.num.5. lib.1.* Marescot. *variar. resolut.79. num.13. lib.1.* Burat.*decis.905. num.4.* Caualer. *decis.446.num.7.* Rota apud Merlin. *de pignor. & hypothec. decis.79. num.10.*Franc. *decis.95.num.5.* Mocc. *dicto cap.12. num.8.*

Suspicio autem antidatæ omnimoda in præsenti casu remouetur, quia testes superinde examinati in qualibet eorum depositione attingunt, & exprimunt præcisum tempus confectionis ipsius scripturæ, ex quo duo ex ipsis attestantur scripturam die præcisa 18. Martij 1658. fuisse actualiter confectam; tertius verò testimonium perhibet; 37.
quatenus ipse in effectu eandem scripturam de prædicto tempore conscripserit, quo sanè casu scripturam priuatam anteriorem præualere instrumento posteriori, in punctualibus terminis comprobat Franc. *decis.95. num.7. & 8.* vbi quod tantum probent tres testes, qui viderunt scribi scripturam, quantum tres, qui scripturæ subscripserunt, Sfort. Odd. *cons.100. num.65.* & *num.95.* Gratian. *decis. March.94. per totam*, Hodiern. ad Surd. *decis.72. num.2. & seq.* Caualer. *decis.492. num.3.& 4.*Merlin.*de pignor.& hypothec.lib.4.tit.1. quæst.15. n.17. & post tract.* Rot. *decis.17. num.3.* & *decis.79. n.11.* vbi quod qualitercunque probetur veritas scripturæ, sufficiat ad effectum prælationis creditoribus ex instrumento posterioribus; remota namque fraudis suspicione scriptura anterior priuata instrumento posteriori præualet, Marescot. *dict.resolut.79. num.12.& seq. lib.1.* Merlin. *decis.135. sub n.3.* duplicata apud Merlin. *de pignor. & hypothec. dicta decis.17.* Rot. *in crim. Farin.decis.120. n.2.*

Ex quibus manifestè colligitur subscriptionem trium testium, iuxta dispositionem *dictæ l.scripturas,11. C.qui pot.in pign.hab.* non requiri pro forma, sed sufficere, quod aliunde etiam per testes 38.
non subscriptos anterioritas ipsius scripturæ concludenter probetur, vt præter mox adductos comprobant Menoch. *consil.787.sub n.12.* Seraph. *decis.879. sub num.3.* Gratian. *discept. forens.391. num.31.* Gait. *de credit.part.2. tit.8.num.3135.* Rota apud Statil. Pacific. de Saluian. *decis.53.n.3.4.& 5.* vbi magnam vim facit in eo, quod vnus ex testibus deponat de confectione scripturæ à seipso, qui est casus noster; vtraque igitur ex propositis obiectionibus sublata remanet, Ioan. Ant. *ab Eccles. obseru.51.n.9.& 10.lib.2.*

Sicuti neque obsisteret, si opponeretur, non probari anterioritatem desumptam ex schedula, dum non apparet articulatum, multo minus probatum, testes superinde receptos bonæ famæ, omni exceptione maiores, atque honestæ opinionis esse, quemadmodum requirere vi- 39.
dentur per illum textum, *in l.scripturas, 11. C. qui pot. in pignor. haben.* cumulati per Mart. *vot.53. num.4.5.& 6.* Franc.*decis.644.num.2.* Gait. *de credit. part.2.tit.8.num.3139.& 3140.*Gratian.sibi contrarius *discept.537. n.3.20. ac per totam*, Genua *de script.priuat. lib.1.concl.3. n.12.fol.67.* Amat. *decis. Ferrar.8. num.14.* Amat. *cons.45. n.15.* Hodiern. ad Surd.*decis.13.n.1.* Ioan. Anton. *ab Eccles. obseru.51. num.1. lib.2.*

Contrarium namque verius, ac magis receptum, conuincitur, ex traditis per Felin. *in c. cum* 40.
Ioannes,n.44.in fin.de fid.instrum. Couar.*in cap.relatum,il primo,num.7.de testam.*Soc.iun. *consil.29. n.26.lib.2.*Gratian.*discept.forens.391.n.30.*Marescot. *var.resolut.79.n.12.lib.1.* Rota apud Statil. Pacific. de Saluian. *decis.53.num.8.& 9.* & ita congregatis classibus articulo exactè discusso, censuit Senatus Pedemontanus, vt refert Thesaur. *quæst. forens.89. in fin.lib.1.* Honded. *consil.77.num.22.cum seq.* vbi optimè distinguit *lib.1.* Ioan.Franc. Andreol.*controuers.61.n.5.& 6.* contraria namque opinio prin- 41.
cipaliter

cipaliter fundatur in auctoritate, Soc. sen. *cons.* 274. *n.* 10. *lib.* 2. præsupponentes in illo textu *l. scripturas,* 11. *C. qui pot. in pignor. hab.* requiri in restibus integritatem, & probitatem in superlatiuo gradu, quod tamen ex lectura textus non verificatur, vltra quod præcitati Doctores aliqualem partis circa istud oppositionem prærequirunt in hoc casu desideratam.

Præter quam quod præcedens dubitatio in casu non procedit, cum testes ab ipsis de Arrigonibus inducti notoriè probi, optimæ opinionis, omnique exceptione carentes detegantur. Nam D. Ruschæ persona in testem ex aduerso producti,
42. nullatenus impugnari potest, aut quicquam iuridicè excipi licet, per textum ad litteram, *in l. si quis testibus,* 13. §. *illud, C. de test.* Marant. *in prax. tit. de repuls. test. n.* 12. *fol.* 446. Farinac. *in prax. crim. q.* 45. *n.* 36. *& de test. q.* 62. *n.* 211. Mascard. *de probat. conclus.* 1235. *n.* 3. 29. *ac per totam,* Cyriac. *controu.* 407. *n.* 191. *&* 192. Rota *decis.* 182. *sub n.* 7. *vers. adeo vt, p.* 1. *recent.* Mantic. *decis.* 274. *n.* 2. Ludouis. *decis.* 455. *num.* 5. Leoncill. *decis. Ferrar.* 77. *num.* 9. Gratian. *discept.* 151. *num.* 25. *& seq.*

In nihilo prorsus resistente, seu inapplicabili, quod huiusmodi ratiocinatio commodè contra Fratres de Arrigonibus retorqueri posset, dum opponunt contra eundem D. Ruscam, cuius personam producendo eum pariter in testem approbasse censentur, quippe quoniam non excipiunt præ-
43. cisè contra eius personam, sed contra dictum, quod de iure permittitur, Mascard. *de probat. dicta concl.* 1235. *num.* 26. *& n.* 29. Natta *consil.* 31. *n.* 3. *&* 4. cum infinitis apud Farinac. *de test. d. q.* 62. *num.* 241. cum adductis per Rotam *decis.* 26. *n.* 10. *& dec.* 312. *n.* 18. *p.* 7. *recent.* Gratian. *discept.* 753. *n.* 3. Eoque magis, quia exceptio falsæ depositionis post examen fauore ipsorum de Arrigonibus superuenit, quo
44. casu contra testem semel antea inductum, examinatum, & approbatum exceptiones quælibet opponuntur, quemadmodum expressè cauetur in dicta *l. si quis testib.* 13. *C. de test.* & exornant Mascard. *de probat. d. concl.* 1235. *n.* 23. Farinac. *in prax. crim. quæst.* 45. *n.* 37. *& dict. quæst.* 62. *n.* 240. *de test.* vltra quod ratio cantans, *Michele Zanetti*, exceptionem falsitatis, cui causam dedit, allegare nequit,
45. sic namque propriam turpitudinem detegeret, ac confoueret, contra text. *in l. transactione finita,* 30. *C. de transact. & in l. si creditoribus,* 5. *C. de seru. pign. dat. manum.* Cyriac. *controuers.* 544. *n.* 35. *&* 36. Gratian. *discept.* 876. *n.* 16. *&* 17. Surd. *decis.* 182. *n.* 10. *& decis.* 196. *n.* 6. Leoncill. *decis. Ferrar.* 64. *num.* 19.
46. Quoad alios duos testes, Dominos scilicet patrem, & filium de Cella, tanquam notoriè probos præsens indagatio non intrat, quemadmodum comprobant Thesaur. *quæst. forens.* 89. *in fin. lib.* 1. Gait. *de credit. p.* 2. *tit.* 8. *n.* 3141. qui vlterius cum Crauet. *de antiquit. temp. vers. quæritur, part.* 1. *n.* 39. *fol.* 75. oppositionem in genere saltem prærequirunt. Circa quæ, quantumvis inconcussa omnino ex prædictis reddantur, vbi aliqua subesset dubie-
47. tas ad probationem anterioritatis, iuramento in supplementum locus fieret, Rota *in crim. Farinac. d. decis.* 120. *in fin.* Seraphin. *dec.* 879. *n.* 9. Gratian. *d. discept.* 891. *n.* 9. Gait. *de credit. part.* 2. *tit.* 8. *n.* 3090. Ferentill. ad Buratt. *d. decis.* 905. *n.* 10. Rota *in Romana discussionis* 26. *Iunij, coram Reuerendiss. Coccino*, Tomas. *de tut. & curat. tit.* 19. *sub num.* 646. *ampl.* 424. *fol.* 451. Quæ tamen prætermitti poterant, dum de credito D. Zanetti per instrumentum non constat, & exhibitum non suffragetur.

At vbi pecuniæ in controuersiam deductæ, tanquam propriæ ipsius Valentini considerari deberent, iuxta cedulam onerarioris, de qua in processu Prætorio, *fol.* 80. *fac.* 2. *& seq.* producta per D. Zanettum die 7. Decembris 1660. repetita in currenti processu appellationis, *fol.* 42. *& seq.* Nec non, & confessionem D. Zanetti in scriptura iudicialiter producta emissam, de qua in currenti processu appellationis, *fol.* 23. *fac.* 2. *& fol.* 40. & capitula per D. Zanettum dempto primo producta, ac depositiones testium superinde receptas, quæ dantur, & capitula registrantur in processu Prætoris, *fol.* 91. *& seq.* tunc certè nulla subesset difficultas, quo minus DD. Fratres de Arrigonis præferri omnino tanquam anteriores deberent, cum de eorum credito euidenter constet, ex binis scripturis, altera sub die 15. Maij 1659. in probanti forma sub die 4. Februarij 1661. & registrata in currenti processu appellationis, *fol.* 13. *fac.* 2. altera sub die 20. Iunij eiusdem anni 1659. producta sub die 10. Decembris 1660. & registrata in processu Prætoris, *fol.* 97. relatiua ad præcedentem diei 15. Maij, in quibus dictus D. Valentinus erga DD. Fratres de Arrigonis sub obligatione quorumcunque eius bonorum se constituit debitorem de petiis 21350. *da otto reali*, cum cambiis, ex quibus non ambigitur, quin etiam contra Valentinum de Bertis creditum concludenter probatum resultet, Bart. 48.
in l. emptor 48. §. *Lucius, n.* 2. *ff. de pact.* Paris. *consil.* 47. *n.* 6. *lib.* 1. Crauet. *consil.* 73. *num.* 40. Surd. *decis.* 137. *n.* 3. *&* 5. Rot. *decis.* 55. *n.* 7. *p.* 7. *recent.* & apud Zacch. *de Cam. oblig. decis.* 174. *n.* 4. Statil. Pacific. de Saluian. *inspect.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. Vnde cum nullibi hactenus constet de credito ipsius de Zanettis, & omni in casu posterior appareat, ideo pecuniæ, seu nunc illarum valor, quatenus essent Valentini, iuxta commissionem Ducalem, & conuentionem 49.
auocari possent, vt dixi *suprà*, *n.* 35. & comprobat Rota apud Zacch. *de Cam. obligat. decis.* 135. *n.* 1.

Supposito demum veritate illæsa, quod testes probarent confectionem monetarum, ex argento rationis cantantis, *Michele Zanetti*, non ideo de posteriori Dominis Arrigonibus anterior efficeretur. Ea, & quidem optima ratione, quia argentum à D. Zanetto venditum D. Betto simpliciter apparet, qui pretij dumtaxat vnà cum cambiis se debitorem constituit, vt in calculo, de quo in currenti processu appellationis, *fol.* 19. *fac.* 2. *& fol.* 34. *fac.* 2. quo stante ratio cantans, *Michele Zanetti*, venditrix pro pretio anterioribus emptoris credi- 50.
toribus postponitur, Bart. *in l. si cum dotem*, 23. §. *fin. sub n.* 10. *in fin. ff. solut. matrim.* Franc. *decis.* 506. Grat. *discept.* 670. *per tot. & discept.* 911. *n.* 25. *&* 26. cum adductis per Merl. *de pignor. & hypothec. lib.* 4. *q.* 41. *n.* 5. Surd. *decis.* 139. *n.* 4. Hodiern. ad Surd. *decis.* 56. *num.* 3. Altograd. *consil.* 9. *num.* 74. *lib.* 1.

In tantum, quod ordo Mantuæ præferens creditorem ex causa pretij in re propria, ita demum procedit, si venditor dominium, aut specialem hypothecam in actu venditionis sibi reseruauerit, 51.
Surd. *decis.* 56. *num.* 5. *& per totam*, vbi Hodiern. *num.* 4. *&* 5. Cyriac. *controuers.* 359. *num.* 1. *&* 2. *& controuers.* 463. *num.* 12. *&* 13. Bardellon. *consil.* 180. *num.* 1. *&* 2. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 4. *dicta quæst.* 41. *n.* 40. *& seq.* Laurent. *decis. Auenion.* 96. *num.* 1. *& per tot.*

Vbi vero ex prætensa conuentionis scriptura, aut ex testibus examinatis, seu aliter probaretur argentum realiter traditum à D. Zanetto ad effe- 52.
ctum cudendi pecunias, *Isolotti, e Leoncini*, eaque

ptopter in illis tacitam legalem hypothecam cum prælatione etiam habentibus expressam anteriorem prætenderet, per textum, *in l. interdum, 5. & in l. licet, 7. ff. qui pot. in pignor. hab. l. quod quis, 18. ff. de priuileg. credit.* Paul. Castren. *consil. 36. num. 6. & seq. lib. 3.* Surd. *decis. 139. per totam*, Castil. *decis. 10. n. 4. & per totam*, Anton. de Amat. *resolut. 3. n. 2. & seq.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib. 3. quæst. 5. per tot. & lib. 5. quæst. 33.* Gratian. *discept. 670. & decision. March. 184. & in addit. n. 7.* Cyriac. *controu. 488. à num. 24.* Lauren. *dicta decis. Auenion. 96. per totam*, Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat. 11. per totam*, Staiban. iun. *resolut. 81. num. 16.* Buccafer. *consil. 92. num. 39. & seq.* Manent. *decis. 61. num. 33.* Carleuall. *de iudic. lib. 1. tit. 3. quæst. 29. fol. 353.* Donad. *de renunt. cap. 27. num. 29.* Ripol. *var. resolut. cap. 14. num. 399. & seq.* Caluin. *de aquit. cap. 93. per totum*, Larr. *decis. 85. num. 7.*

Pluribus huic obiecto occurritur, & primò, ac principaliter, quia testes per Dominum Zanettum examinati, vti dicebamus, vel omnino repelluntur, vel quoad substantiam nihil probant.

53. Secundò, quia ita demum conclusio procedit, si tradens pecuniam, vel aliam rem de speciali hypotheca conuenerit, aut pecunia, seu alia res nominatim in causa constructionis data appareat, Antonin. de Amat. *dicta resolut. 3. num. 3.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib. 3. quæst. 15. num. 21. & 64.* Gratian. *dicta discept. 670. n. 1. & per totam*, Merend. *controuers. iur. 44. lib. 5. & cap. 34. lib. 6.* eoque magis, quia aliud est dare pecuniam ad rem conseruandam, aliud verò argentum simpliciter vendere.

Tertiò, quia circa probationem identitatis, *degl' Isolotti, e Leoncini*, quo nimirum modo controuersi sint iidemmet cum cussis, vt supponitur ex argento D. Zanetti, prædictas quoque exceptiones singuli testes, quinimmò & alias peculiares admittunt. Siquidem primus testis Ioannes Andreas de Draghis deponit de oneratis in Ciuitate Liburni, ibi, *caricati, ò fatti caricare in Liuorno*, Iacobus de Bertis secundus testis attestatur de oneratis in loco Viareggij, ibi, *Da Bologna sino à Viareggio con li Muli, doue poi furono caritati*, & in responsione ad primum interrogatorium, ibi, *Mi ritrouai io presente à Viareggio, &c. quando furono caritate*, Leon Vita da Fano, ibi, *di poi à Viareggio, &c. e poscia caricate*, Gratiadeus de Rouichis, ibi, *da Lucca à Viareggio, &c. e poscia caricate*, Bernardus Rusca, ibi, *e da Lucca à Viareggio, &c. doue furono caricate.* Idem quoque deponit Appollonius.

Cum primo teste de Draghis conueniunt confessio eiusdem D. Zanetti iudicialiter facta die 7. Decembris 1660. in processu Prætoris, *fol. 79.* ibi, *onustis per D. Valentinum de Bertis in Portu Liburni*, cedula onerationis in dicto processu Prætorio, *fol. 80. fac. 2. adi 10. Agosto 1659. in Liuorno*, atque etiam capitula in dicto processu Prætoris, *fol. 91.* ibi, *& poscia condotti nel medemo luogo di Liuorno*, & ibi, *fatta nel sudetto Porto di Liuorno li 10. Agosto 1570.* ex qua diuersitate inter ipsosmet testes, scripturas, & confessionem, princi-
54. palis dubio procul prætensa identitas, *degl' Isolotti, e Leoncini*, excluditur, *in l. testamento, 27. ff. de condition. & demonstrat.* latè Cyriac. *controuers. 321. num. 8. & seq.* Natta *consil. 363. num. 19.* vbi quod variatio loci, in quo actus fit, faciat censeri diuersitatem rei, Thomar. *d. decis. 50. n. 432.* Bardell. *consil. 15. sub n. 9.* cum adductis per Altograd. *consil. 96. n. 22. & seq. lib. 2.* maximè cum versemur in probatione identitatis rei mobilis, quæ difficilius probatur, Marescot. *var. resol. 12. n. 19. lib. 1.* Cyriac. *controu. 299. n. 5. & 6.* & faciunt tradita per Gratian. *discept. 897. num. 5. & per totam, & discept. 955. n. 2. & seq.* 55.

Insuper diuersitas necessariò arguitur, ex quo pecuniæ, vulgo *Isolotti, e Leoncini*, de quibus in cedula onerationis pro earum pretio hypothecatæ specialiter D. Zanetto remanserunt; At nunc prætensæ ex capitulis, tanquam cussæ ex argento D. Zanetti propriæ ipsius prætenduntur; inter quæ non quidem diuersitas simpliciter, sed implicantia contingit, quia res propria in hypothecam non cadit, *vulg. l. neque pignus, 46. ff. de reg. iur.* Surd. *decis. 97. n. 6.* Altograd. *consil. 9. num. 72. lib. 1.* 56.

Tandem excluditur identitas ex depositione D. Ioannis Baptistæ de Platis producti, & examinati ad instantiam eiusdem D. de Zanettis, ibi.

Mentre mi ritrouauo in Liuorno nel mese di Giugno anno 1659. allogiato nella Casa del Sig. Valentino Berti mi raccordo, che più, e più vol e mi disse, che in breue tempo colà sarebbe gionta buona quantità di monete, chiamati Isolotti, e Leoncini, proprie del Sig. Francesco Zanetti, per riceuerne il rimborso in quel luogo, e soggiongendomi vna volta trà l'altre, che parte di quelle erano di già arriuate in Bologna. Dum enim pecuniæ, *Isolotti, e Leoncini*, ipsius de Zanettis vsque de mense Iunij Bononiâ peruenerunt, vtique à controuersis circa principium Augusti hic Mantuæ existentibus, vt testes cæteri deponunt: omnino diuersificantur, & potius præsumuntur cussæ ex argentis DD. Fratrum de Arrigonibus, & forsan aliorum de mensibus Iunij, Iulij, & Augusti ad cudendum per ipsos traditis, quemadmodum conuincitur ex receptionibus in libro descriptis, & per Ruscam seruatis seruandis formiter recognitis. Qui quidem testis licet vnicus contra inducentem plenè probat, maximè 57. attento, quod D. Zanettus dictis testium à se inductorum vtitur, Farinac. *q. 62. n. 243.* Honded. *consil. 84. n. 50. & 51. lib. 2.* Beltram. ad Ludouis. *dec. 215. num. 9.* Buratt. *decis. 367. n. 1.* dixi *alleg. 93. n. 6. lib. 3.* Cyriac. *controu. 318. n. 12.* Thomat. *dec. Macerat. 50. n. 370.* Leoncill. *decis. Ferrar. 77. num. 9.* Altograd. *consil. 74. num. 10. lib. 2.*

Cum præcipuè istius depositioni famuletur dictum primi testis Andreæ Draghi, dum attestatur, quod cussio monetarum rationis cantantis, *Michele Zanetti*, in mense Maij, omnimodam receperit perfectionem, vt subiungit Cyriac. *dict. controu. 318. n. 15. & seq.* Caren. *resol. 77. n. 1. & 2.* 58.

Accedit prædictis, quod in effectu de identitate pecuniarum Ianuæ exoneratarum cum cussis hic Mantuæ non deponunt, nisi D. Rusca, & Appollonius patientes defectus supra discussos, atque omnimodam inhabilitatem ad testificādum, qui propterea in hoc iudicio identitatem non probant, 59. cum ad minus duo testes requirantur, Petr. *de fideicom. q. 12. n. 45. iuncto n. 461.* Simon. de Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib. 5. n. 310. & 354. fol. 553.* Peregr. *de fideicom. art. 44. n. 13. & seq.* Fusar. *de substit. q. 618. n. 20.* dixi *alleg. 104. num. 28. lib. 3.* vltra quod dictus D. Rusca, & DD. Ioan. Andreas Draghus, & Iacobus de Bertis attestantur de cussione monetarum tam ante, quam post capitulatam, vt asseritur D. Zanetti, vt in eorum responsionibus ad quintum ex interrogatoriis, & non assignant aliquam rationem, cur potius sint de capitulatis, quam de cussis antea, vel post, ideoque eis non creditur, cum

60. cum tamen de causa scientiæ interrogati appareant, Bald. *in l.3.C. de test.* Farinac. *de testib.q.70. num.13.* Altograd. *consil.21.num.19.lib.1.* Rota apud Mangil. *de subhast.decis.38. num.8.& 9.*

Supposito insuper citra veritatis dispendium, quod omnia iuxta mentem ipsius D. Zanetti probata præextiterunt, quod in argento potior iudicaretur, non ideò, quoad pecunias admissa earum, non tamen concessa identitate, eadem ratio, seu Ius militaret; quamvis enim appellatione mate-
61. riæ argenti scilicet, veniat materiatum, hoc est pecuniæ ex argento cussæ, quando materiatum ad suam materiam reuertere potest, *l. quæsitum,76.§. illud, ff. de legat.3.* Laurent. *decis. Auenion.96.numer.3. vers. sicut metalla ad rudem massam facilè conuertuntur*, Caluin. *de aquit.cap.91. sub num.1. vers. quod secus, dicendum) est in metallis, quæ semper sua specificata superant, & ad priorem rudem massam facilè conuertuntur*, Ripol. *var. resolut. cap.14. num.399. vers. quod sibi adiudicari debeat dicta imago argentea*, quia ipse argentum ad eam construendam dederat.

Nihilominus in præsenti casu argumentum non militat; non enim in simplici specificatione ex argento in argenteam monetam versamur; sed
62. in mixtura argenti cum metallo pessimæ conditionis, quo vsque adeo argentum contaminatur; vt exindè non argentea, sed ærosa pecunia confletur, quæ ad specificantem omninò spectat, per textum *in §. cum ex aliena, in fin. Instit.de rer.diuis.* Angel. de Aret. *in §. quod si partim, num.1. & 2. institut. eod.* ibique Mynsing. *num. 1. l. creditor, 102. ff. de solut. & l.2. Cod.de falsit. mon.* & benè explicat Thesaur. *de augm. mon. part. 1. num. 11. vers. & ærosa pecunia dicta est, quando nimis æris cum argento commiscetur, & sub num. 12. vers. sed pro ære contaminata pecunia*, Bald. *consil.376. sub num.1. vers. argento admisceatur alia materia similis in colore, lib.3.* Tunc enim cessat ratio legis, ex quo materia argenti sic in excessu contaminata, non nisi cum maxima difficultate, detrimento, atque impensa ad priorem substantiam reduci posset.

Cuius farinæ, nimirùm ærosæ, non autem argenteæ fuisse pecunias modo controuersas, satis conuincitur ex testium depositionibus. Nam Iacobus de Bertis sic attestatur, ibi, *affine, che non cadessero in qualche contrabando, dichiarandoli Isolotti, e Leoncini, &c.* Leon Vita da Fano, ibi, *come per non cadere in contrabando, chiamandoli, Isolotti, e Leoncini*, Gratiadeus de Rouichis, ibi, *Però in effetto erano li sudetti Isolotti, e Leoncini, poiche così li nominorono*, supple, *reali da otto, per quanto sentij à diro, ad effetto di non cadere in contrabando*, Iacobus de Appolloniis, ibi, *& furono chiamati sù la medema Polizza di carico, reali di quattro stampe, affine, che non cadessero in contrabando, chiamandoli Isolotti, e Leoncini.* Quoniam
63. si ex argento simplici cussæ extitissent, vtique in qualibet parte Mundi impunè transiissent, pulchrè ad rem Thesaur. *de augm. monet. part. 1. sub numer.10. vers. quinimò si ex puro auro, & argento pecunia fieret, vbique terrarum, & apud omnes Principes illa reciperetur*, & faciunt tradita per Larr. *decis. 21. sub num.26. vers. vt septuaginta per centum darentur pro permutatione ærosæ monetæ ad auream, vel argenteam, & vers. cum postea, si fortè egeret centum argenteis, nisi centum, & septuaginta in æneis nummis offerret conquirere non posset.* Frustra igitur D. Zanettus prætendit pecunias ex eius argento simplici compositas, dum probat easdem, vti æneas, atque contaminatas vbique terrarum prohibitas.

Quæ tamen ex abundanti dicta sint, ex quo ratio cantans, *Michele Zanetti*, argentum simpliciter vendidit, non autem ad specificandum illud pecunias ærosas tradidit, absque eo, quod sibi dominium, aut hypothecam reseruauerit.

SVMMARIVM.

1 *Feudum ob non susceptam in tempore renouationem ad Dominum deuoluit.*
2 *Dominus possessionem feudi deuoluti absque Iudiciali cognitione capere nequit.*
3 *Fiscus non litigat sine possessione. Declara vt num.4.& num.7. & num.8.*
5 *Spada* consil.47. num.76.lib.1. *reprobatur.*
6 *Dux Mantuæ Superiorem non recognoscit.*

OBSERVATIO XXVI.

OB non susceptam in tempore vnius anni, & diei à consuetudine feudali præscripto renouationem Inuestituræ ab 1.
obitu Supremi Principis, Feudum ad Dominum reuertitur, dixi *allegat. 43. num.10.& 12.lib.2.* alios cumulat Cyriac. *de Iur. legit. successſ. in Ducatu Mant. art.6. num. 2.* Botell. *in Sum. decis. tit. 34. num.89.& seq.part. prima*, Larath. *de feud.par.10. dilucid. 9.*

Nec istud in controuersiam reuocabatur, sed Vassalli negligentes renouationem Inuestituræ vltra tempus præfixum conquerebantur solum- 2.
modo, quod Iuris ordine non seruato, & absque causæ cognitione interuenientes pro Camera possessionem ingressi fuerint, *cap. Licet Episcopus*, vbi gloss. *in verb. te non vocato, de præben. in 6. cap.1. §. Si vero Vassallus*, ibi, *malo ordine de Milit. Vass. qui consum. est, l. liberis 7. §. igitur, ff. de liber. cau.* Monald. *consil.71. num. 6. lib.1. & consil.104. num.24.lib.2.* cum adductis per Cyriac. *de legit. success.Ducat. Mant. art.5. ex numer.151. & art.7. à num.35.* Rosental. *de feud.cap.10.conclus.11. à num.144.*

Ratio assignari potest, quia etiam fiscus vbi adest legitimus contradictor possessorem sua possessione priuare nequit, neque intrat adagium iuxta quod dicitur, fiscum non litigare sine pos- 3.
sessione, Ioann. Anton. *ab Eccles.obseru.192. n.14. lib.1.* Guidopap. *decis.366.* Peregr. *de Iur. fisc.lib.7. tit.3. sub num.10. vers.sequestratio*, Lanar. *consil.14. num.9.* Post. *de manuten. obseruat.16. num.6. & 8. & post tract.* Rota, *decis.646. n.58.* Felic. *allegat.63. num.16.* Giurb. *consil.67. num.15. & 19.* Massin. *de confiscat. quæst.39. num.135.* Lancell. Gall. *consil.8. per tot.* Giouagn. *consil.25. num.25.lib.2.*

Verumtamen quicquid in genere ex prædictis dicendum veniret, vtique in facti specie, dum agitur de feudis Iurisdictionalibus, Fiscus Supremi 4.
potissimum Principis sine possessione non litigat, Crauet. *consil.5. numer. 6. 7. & 8.* Peregr. *consil.2. num.21. seq. ac per totum, & cons.3. num.108.109. seq. ac per tot. lib.1.* Sau. *consil.1. num.29.& seq.61. 80. seq. ac per totum*, Manent. *decis.56. num.13. 21. & per totam*, Horat.Montan. *controu. 29. num.11. & 12.* vbi distinguit inter Fiscum Principis Superiorem recognoscentis, & non, vt in isto militet

conclusio, secus autem in illo, Caren. *resolut.*112. *num.*15. Cancer. *var. resol.lib.*3. *cap.*14. *num.*42.*& seq.* Marescot. *var.resol.lib.*1. *cap.*11. *num.*58. Tondut. *resolut. ciuil.*133.*num.*16.*& resolut.*134.*num.*14. Rot. *in Sarsinat.feudi* 1. *Iulij* 1639. §. *His stantibus,coram Coccino*, vbi quod ex Iuris dispositione, communi Curiarum, ac Principatuum Italiæ stylo extat consuetudo, ne fiscus litiget in feudis Iurisdictionalibus, sine possessione, *& in Fanen. seu Senogallien. bonorum*, *super immissione*, 14. *Martij* 1646. §. *quia etiam*, *vers. vel quando quæstio est de Iurisdictionalibus,coram Meltio*; natasse igitur contra torrentem receptissimæ opinionis
5. colligitur Spadam,dum contrarium sustinere inutiliter contendit, *consil.*47. *num.*76. *& seq. ac per totum lib.* 1. Eoque magis quia supponit aliter in causa status Pallauicini,nimirum Busseti, Curtis maioris, & Monticellorum, in qua scripserunt Menoch. *consil.* 503. Raudens. *consil.* 2. & Collegium Pisanum *ibidem, consil.*3. *lib.*2. successisse,& tamen ex serie facti res aliter se habuit, quippe quoniam Serenissimus Dux Parmæ, non solum dicti Status Pallauicini incitata parte possessionem feudi illius apprehendit, verum etiam adhuc pacifice retinet.

Ex quibus apertissimè resultat non intrare obiectum *superius* excitatum, quod Dominus propria auctoritate possessionem ingredi non valeat, sine qua fiscus non litigat; si qidem huiusmodi obiecto tripliciter respondetur, & primò, non procedere in Domino Superiorem non recognoscente, qualis indubitanter existit Serenissimus
6. Dux Mantuæ, Montisferrati, &c. Cyriac. *controu.*687. *num.*44. Surd. *consil.*390. *num.*24.*& seq. & consil.*419. *num.*15. *& seq. & decis.*1.*num.*1.Menoch. *consil.*1. *num.*159. Ioann. Anton.Bellon. *consil.* 5. *num.*12. *&* 13. *& consil.* 14. *num.* 10. *& seq.* deinde sibi locum non vindicare in facti spe-
7. cie, dum agitur de feudo Iurisdictionali,& caducitate intentata à Supremo Principe Superiorem non recognoscente, vt diximus, & faciunt tradita per Rol. *consil.* 89. *num.*34. *lib.* 2. Menoch. *de retinend.remed.*3. *num.*154. Cabed. *decis.*120. *num.*3. *part.*1. Gutierrez, *pract. quæst.* 19. *num.* 17. *lib.* 3. Lar. *allegat. fiscal.* 5. *num.*13. *&* 15. *& allegat.*109. *num.* 29. Caren. *resolut.* 53. *num.*4. Demum cessare in præmissis omnem controuersiam, ex quo hodie,quemadmodum *suprà* tetigimus,viget.consuetudo,ne Dominus feudi agens ad commissum,
8. prosequi debeat iudicium absque possessione, quam sane consuetudinem in hac materia suffragari admonet Rosental. *de feud. cap.* 10.*conclus.*11. *sub num.*157. *vers.vel si consuetudine.*

Videns Vasallus ineuitabiliter feudum cecidisse, Supremo Principi preces porrexit, & gratiam obtinuit, ex quo Princeps de caducitatibus non curat,dixi *allegat.* 79.*num.*27. *lib.*2.

SVMMARIVM.

1 *Saluos conductus concedere est de reseruatis Supremo Principi. Et illis quibus à Principe concessa est facultas, num.*2. *Alias non, num.*3.

4 *Scientia contentorum in scripturis præsumitur in retinente eas penes se. Præsumpta sufficit feudi ad feudi priuationem, num.*5.

OBSERVATIO XXVII.

CONCEDERE saluos conductus bannitis est de reseruatis Supremo Principi, & non nisi ab ipso concedi possunt, *l. Relegati* 4.*ff. de pœn.* Menoch. *de arbitr. cas.*336. *sub num.* 23. *vers. cum solus Princeps*, Caualc. *de Brach. Reg. part.*2. *num.*314. *& de test.part.*4. *n.*71. Surd. *consil.* 281. *num.* 3. Clar. *in* §.*fin. quæst.* 32. *num.*14. Cabal. *resolut. crim. cas.*50. *num.*1. *& per totum*, Guazz. *de defens. reor.*12. *sub num.*58. *vers. sed solus Princeps*, Farinac. *quæst.*29. *num.*80. Guil. Anton. de Morat. *conclus.*11. *in fin.*Giurb. *cons.*49. *num.*3. *& seq.* 1.

Vel etiam talis facultas concedendi securitates illis competit, quibus à Principe concessa apparet, *l.* 2. *ff. de Constit. Princip.* Peregr.*consil.*84. *sub num.*17. *vers. nisi quatenus,lib.*1. Surd.*cons.*281. *num.*3. *&* 4. Giurb. *dict.consil.*49.*sub num.*6.*vers. nisi specialiter.*Guazzin. *de defens.reor.*12. *sub n.*58. *vers. ac etiam.* 2.

Cæterum in concessione Malleri tantum absit, quod huiusmodi facultas concessa extiterit, quod imò expresse in Capitulis Inuestituræ Vasallo receptio bannitorum Marchionis vetita apparet, inde propterea sequitur quod saluos con- 3.
ductus concedere nequeat,Farinac. *dict. quæst.*29. *sub num.*3. *vers.secundo casu*, Afflict. *decis.* 4. *fere per totam*,Menoch.*de arbitr. cas.*337.*num.*10.*&* 11. Cyriac. *controu.*473. *num.*11. *&* 12. Anton.de Bull. *in tract.crim.lib.*5. *num.*11. *fol.* 272. Obque indebitam concessionem à feudo ceciderit, *l.* 2. *C. de his qui latron.* Peguer. *decis.*36. *sub num.*10.*vers.& quod abutentes*,cum adductis per Giurb. *consil.*27. *sub num.* 24. *vers.& Iuris*, Mastrill. *decis.*219. *numer.*1. inclinat à Pont. *de potestat. proreg. sub n.*54. *vers. licet videatur inclinare*, *fol.*31.

Nec sub clypeo ignorantiæ posset D.Marchionissa excusari à pœna, cum penes se haberet scri- 4.
pturas concessionum, ex quibus scientia saltem præsumpta contentorum in eis oritur, Castren. *cons.*311.*in fin.lib.*1. Fulgin. *de Emphit. tit. de solut. can.quæst.*1. *num.* 265. & dixi *allegat.* 60. *numer.*7. *lib.*2. Quæ sufficit ad inducendam priuationem 5.
feudi,Surd. *decis.* 221. *num.* 16. & in proposito Farinac. *dict. consil.*149. *sub numer.* 11. *vers. Et in anteria.*

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione positi in transuersalibus non dicuntur vocati, nisi vrgentiores coniectura concurrant. Ex reciproca in conditione positi non censentur vocati, num.* 4. *Per ablatiuum absolutum in conditione positi non censentur vocati, num.*5.

2 *Pater ponendo in conditione filios filia intelligitur de natis ex legitimo matrimonio.*

3 *Legitimitas filiorum in conditione positorum non inducit illorum vocationem.*

6 *Transmittendi voluntas ex coniecturis colligitur.*

7 *Transmissio facilius datur ad fideicommissum quàm vocatio. Ad descendentes facilius datur, quam ad transuersales, numer.* 8. *& num.* 18. *Ex sola positione filiorum in conditione non inducitur, num.* 9. *Per reciprocam*

procam non importatur, *num*.10. *Si ab extraneis excluderentur descendentes resultat*, *num*.11.
12 *Prædilectio solum consideratur quando grauatus condito testamento, non autem ab intestato obiit.*
13 *Frater extraneus dicitur.*
14 *Descendentes ab extraneis semel exclusi, semper excluduntur.*
15 *Transmissioni fit locus, quando bona remanent penes grauatum. Restringe vt*, *num.* 16. & *num.* 17. *Locum non esse in dubio pronuntiandum est*, *num*.24.
19 *Coniectura pro transmissione fideicommissi conditionalis debent esse necessaria*, & *vrgentes.*
20 *Ius accrescendi vnitum cum substitutione transmissionem operatur. Contra*, *num*. 22. & *num*. 23. *Accrescendi non habet locum inter plures aquis portionibus institutos*, *numer*.21.



Observatio XXVIII.

Facti ex structura apertissimè liquet præsentem controuersiam non versari circa illam de qua in decisione Excellẽtissimi Senatus reuidenda, an scilicet filij naturales, & legitimi in conditione positi ad portionem Matris à Patre hæredis institutæ dispositiuè dicuntur vocari, sed circa alterum, num ad portionem non quidem Patrui, sed Patruelis ab eodem testatore eius fratre pro altera æquali portione hæredis instituti præsumantur inuitati, dum de istius sine filiis post neptem ex fratre defuncti hæreditate agitur.

Quo stante certè non ambigitur, quin inter transuersales, seu de transuersalium successione contendatur; Ideóque ad inducendam vocatio-
1. nem filiorum in conditione positorum, ponderosæ admodum ac plures desiderantur coniecturæ, Rota *decis*.266.*num*.6.& *decis*.486. *num*.20.*part*.1. *recent*. dixi, *allegat*.115. *num*.8. *lib*.3. Ioann.Anton. Bellon. *consil*.26. *num*.46.& 47.Censal. ad Peregr. *de fideicomm. fol*.292.*colum*.1. in puncto dixi, *allegat*. 115. *num*.8. & *allegat*. 121. *num*. 27. 43. & 50. *lib*.3.

Vnde non applicatur fundamentum, nec decisionis, quæ reuidetur, nec Surd. 162. constitu-
2 tum in eo, quod Pater filios filiæ ponendo in conditione de natis ex legitimo matrimonio intellexerit, vt præter adductos *in decis. sub* §. *quo quidem animaduertunt*, Fusar. *consil*. 51. *num*. 4. & 5. Mart.Venturin. *consil*.2. *num*.272.illud namque ita demum sibi locum vindicat, si de succedendo Matri agatur, vt egregiè ponderat eadem decisio *dict*. §. *quo quidem*, ibi, *etiam quod non sit dictum de legitimo matrimonio, cum agatur de succedendo Matri*, Surd. *dict*. *decis*.162. *sub num*.9. ibi, *si tractetur de succedendo Matri*, & dixi, *allegat*. 118. *num*.8. *lib*.3.

Sicque ratiocinatio isthæc optimè retorquetur, dum non de succedendo Matri, sed extraneo, seu patrueli contenditur, quo casu legiti-
3. mitas filiorum in conditione positorum sine expressiua de legitimo matrimonio vocationem non inducit, Magon. *decis.Florent*.73.*num*.8. Surd.*dict*. *decis*.162. *per tot*. & *præcipuè sub num*.9.

Minúsque vocatio filiorum, in conditione positorum ex reciproca inter hæredes institutos re- 4.
sultare poterit præcipuè, vt etiam ad portionem patruelis se vocatos prætendere possent, vt dicebam in informatione nunc *allegat*. 118. *num*.13. *lib*.3.Vnde ad rem non faciunt decisiones Rotæ in hoc Senatu adductæ, vel quia opinio in oppositum verior, ac magis recepta reputatur, Fusar. *consil*.131. *num*. 9. Criuell. *decis.Dolan*.125.*num*.60. Seraph. *decis*. 1479. *num*.8. Rota *in Bononiens. fideicommissi de Sanctis* 16. *Martij*, 1648. §.*sed prima*, *coram R. P. D. Bichio*, vbi, quod si non subsit ratio conseruandæ agnationis communiter à Doctoribus reiiciatur, cum aliis qui in proposito adduci solent, & habentur apud nos *allegat*. 121. *à num*. 10. & *allegat*. 122. *num*.18. *lib*. 3. Vel quia prædictæ decisiones in Senatoria congestæ procedunt in causis Romanorum, cum fundamento Statuti vrbis expressè cauentis, quod filij in conditione positi vi dispositiuæ censeantur vocati, Rota *dict.decis*.355. *num*.11. *part*. 5. *recent*. quæ est *decis*. 447. *coram Merlin*. & pro indubitato relinquit Peregr. in decisione reuidenda adductus *consil*.65. *num*.1.*iuncto Themate*, *lib*.5.

Vltima demum coniectura consistens in eo, quod testator per ablatiuum absolutum filios po-
suerit in conditione, nil prorsus releuat, ex tradi- 5.
ctis per Fusar. *de substit. quæst*. 437. *num*. 235. vbi hanc partem ex cumularis per ipsum veriorem, ac magis receptam profitetur adeò, vt coniecturam huiusmodi ex ablatiuo absoluto deductam, vti in Iure controuersam idem Andreol. per Senatum adductus damnauerit, *controuers*. 161. *num*.5. dixi, *allegat*. 121. *num*.21. *lib*.3. Iure igitur merito super prædictis præsumptionibus quoad portionem patruelis Senatus resolutionem fundare noluit.

Iure ergo transmissionis filios Margaritæ necessario eius patrueli succedere firmauit, quia quemadmodum Margarita reciprocè substituta,
superstes Hieronymo eius Patruo cohæredi suc- 6.
cessisset, ita quod de eius filiis concurrentibus coniecturis dicendum venit, Redenasc. *consil*. 9. *num*.47. & *seq*. cum adductis *in decis*. §. *omni tamen*, & per nos in informatione nunc, *allegat*.118. *num*. 19. & *seq*. *lib*. 3. Rota *in Cesenaten. Fideicommissi* 30. *Ianuarij* 1654. *num*.1. *coram Eminentissimo Celso*, & prius *in Nucerina fideicommissi* 1. *Iulij*, *num*.7. *coram R. P. D. Meltio*, coniecturæ autem pro arguenda transmissione non concurrunt.

Licet enim facilius transmissio, quam voca- 7.
tio ad fideicommmissum detur, Ioann. Anton. Bellon. *consil*.86. *num*.18. & 19. Altograd. *consil*. 85. *num*.6. & *seq*. *lib*.2.Redenasc.*dict.consil*.9.*num*.47. cum aliis de quibus in decisione Senatoria *dict*. §. *omni tamen*, & in informatione *num*. 19. Bonden. *collect*.41. *num*. 65. Altograd. *consil*.85.*num*.7.*lib*.2. Rota *in Cesenaten. fideicomm*.30. *Ianuarij* 1654. *num*.2.*coram Eminentissimo Celso*, Coniecturæ tamen ad transmissionem portionis fideicommissarij
transuersalis vrgentiores, magisque necessariæ re- 8.
quiruntur, quam quando de transmissione portionis fideicommissarij ad descendentes agitur, Ludouis. *decis*.56. *num*.10. Noal. *de transmiss. cas*. 1. *num*.71. Mar.Medic. *examinat*.2. *sub num*.55. *vers. sed quod*, *propè fin*. Fusar. *de substit.quæst*.490. *n*.73. *in fin*. Bonden. *collect*.41. *num*.71.

Cuius certè generis in præsentiarum minimè
accedunt. Quod enim testator filios expressè po- 9.
suerit

fuerit in conditione, quicquid supponetur in ea-
dem decisione Senatoria §. *porrò in casu*, ex hoc
vtique fideicommissum non euasit transmissum,ex
textu apertissimo *in l. Hæredes mei* 57. §. *cum ita,*
ff. ad Trebell. quem post alios ineuitabilem repu-
tat Fusar. *de substit. quæst.*490. *num.*148. *&* 152.vbi
indubitatum renuntiat, quando filij quoad por-
tionem parentis dumtaxat in conditione positi
apparent, Buccafer. *consil.* 102. *num.* 21. & hanc
coniecturam tribus aliis fulcitam reiicit Seraph.
*decis.*1014. *num.*3. *& per totam*, *& decis.*1479. *nu-*
*mer.*6.*& seq.* Marescot. *var. resol. cap.* 27. *num.*9.
*lib.*1. Ludouis. *decis.*551. *sub num.*6. *vers.& licet,&*
in annot. sub num. 13. *vers. verum ista coniectura,*
vbi quod releuet cum aliis præsumptionibus, &
potissimum quando testator in casu non susce-
ptionis filiorum extraneum substituit,Mart. Me-
dic. *decis. Senens.*3. *sub num.*8. Quatenus vult hanc
coniecturam ex concursu aliarum operari, *& de-*
*cis.*5. *sub num.* 9. Redenasc. *consil.* 9. *num.* 54. *&*
seq. vbi pariter concursum aliarum prærequirit
Buccafer. in decisione Senatoria allegatus §. *porrò*
*in casu, consil.*34. *num.* 30. excitat hanc coniectu-
ram, quam tamen *ibidem, num.*42.*&* 43. proster-
nit Giouagn. *consil.*79. *num.*56. *lib.*1. quatenus ad-
ducit *decis.*380. *part.* 2. *recent.* quæ est apud Lu-
douis. *dict. decis.* 551. & alios admittentes hanc
coniecturam cum aliis pro transmissione aliquid
operari, ideoque ipsemet ad decem præsumptio-
nes transmissionis cumulat,Rota *decis.*241.*num.*13.
& 14. *tom.*1. *part.*9. *recent.* & apud Tanagl. *de S.*
R. Auditorio, *fol.*119. coniecturam hanc admittit
stante aliarum concursu, Fusar. *consil.* 26. *num.*23.
& 24. vbi pluribus hanc coniecturam damnat
Censal. ad Peregr. *de fideicomm. fol.*298. *colum.*2.
vers. Verum hanc, Altograd. *cons.*85. *num.* 18. 23.
*& seq. lib.*2.

Præsumptio autem transmissionis desumpta ex
10. substitutione reciproca inter hæredes institutos
nullius momenti habetur, ex cumulatis per Fusar.
*de substit. quæst.*490.*num.*174. Rot. *coram Seraph.*
*dict.decis.*1479. *num.*8.Peregr. *de fideicomm.art.*31.
vbi reprobat contrarios,& concludit reciprocam
nihil operari, & dixi in hac causa *alleg.* 118. *n.*27.
*lib.*3.

Transmissio demum non benè arguitur ex eo,
11. quia alias extranea,nimirum Victoria hæres insti-
tuta ab Hieronymo,nepotes ipsius testatoris con-
tra præsumptam illius mentem excluderet, quod
videtur alienum à mente testatoris repugnans re-
ctæ rationi, & contra traditiones,Peregr.*cons.*69.
*num.*20. *lib.*3. *& cons.*65. *num.*3.*& seq. & cons.* 70.
*num.*3. *lib....* Fusar. *de substit. quæst.*490. *num.*147.
& sequent. Andreol. *controu.*179.*num.*11.Altograd.
*consil.*85. *sub num.*21. *& seq.& num.*60. *lib.*2. Ra-
mon. *consil.*77. *num.*13. Redenasc. *cons.*9. *num.*58.
& aliorum de quibus in decisione Senatoria §.*Si-*
militer quod,& §. seq.

Argumentum istud in Iure parum, aut nihil
12. releuat, dum hæres grauatus condito testamento,
non autem intestatus obierit, ad tradita post alios
per Giouagn. *cons.* 82. *num.*33. *&* 34. *lib.*1. nec in
13. facto applicatur, quippe quoniam testator ab
initio in portione controuersa Fratrem, & sic
extraneum, *leg. Vnica,§. extra rerum, Cod. de rei*
vxor. act. Giouagn. *consil.*82. *num.* 82. *lib.*1. pro-
priæ soboli prætulit, Fratremque in ea institutum
prædilexit, Dum igitur ab ipso filia testatoris, &
14. nepotes ex ea semel apparent exclusi,nihil prohi-
bet,quo minus ab extraneis perpetuo excludantur,
ad tradita in terminis per Buccafer. *consil.* 35.
*num.*37.

Vlterius secluso ex allegatis per Senatum Pe-
regr. *consil.*69. *num.*10. *lib.* 3. cæteri Doctores in
decisione Senatoria congesti in longè diuerso casu
militant, Quando scilicet institutis pluribus, eis-
que ad inuicem substitutis in casum decedentiæ
sine filiis, eisdem sine filiis decedentibus extra-
neus substituitur; tunc enim si alter ex institutis
moriatur cum filiis, & alter successiuè absque fi-
liis decedat, quæstioni per Senatum innectæ fit
locus, num videlicet in portione vltimi substitu-
tus admittatur, seu magis successio ad filios præ-
mortui deuoluatur. Quæ quidem quæstio,vt de se
patet,huic casui nō applicatur, cum aptiùs inquiri
debeat.An huiusmodi portio ob prædecedentiam
Margaritæ cohæredis, & substitutæ Iure transmis- 15.
sionis eius filiis superstitibus debeatur, seu magis
apud Hieronymum libera remanserit, de eaque
disponere potuerit, vt optimè ratiocinantur, Pe-
regr. *dict.cons.*69.*num.*20. *vers. considerabam,lib.*3.
Fusar. *consil.*128.*sub num.* 11. *vers. quod si,*vbi su-
stinere conantur, quod etiam hoc in casu fiat lo-
cus transmissioni, ita vt cohæres de sua portione
disponere nequeat.

Hæc tamen assertio restitutionem recipit, pri-
mo enim sibi locum non vindicat in portione re- 16.
licta transuersali,qui est casus noster, Peregr. *dict.*
*cons.*69. *sub num.*20. *vers.considerabam,in fin. lib.*3.
& inclinat, *in tractatu de fideicomm. artic.*31. *sub*
*num.*8. Deinde posset procedere in relictis puris, 17.
secus autem in conditionalibus,iuxta declaratio-
nem eiusdem Peregr. *de fideicomm. art.* 31. *num.*8
Tandem in tam concisa dispositione institutionis
filiæ, & Fratris defuncti cum sola inter ipsos sub-
stitutione in casum obitus sine filiis alterutrius
absque vlteriori, nec vnico quidem gradu nemi-
nem certè ex rimatione librorum reperiri conspe-
ximus, qui filios in conditione positos vocationis
Iure, aut transmissionis admittendos fore com-
probauerit. An nisi ad alteram saltem substitutio-
nem progressus intercedat. Anchar. *consil.*74.*sub* 18.
*num.*2. *vers. quando post gradum filiorum deceden-*
tium sine filiis non prouidit de alio substituto in de-
fectum omnium, Peregr. *consil.*132. *sub num.*6. *ver-*
*sic.*3. *principaliter*, ibi gloss. locum habere,vbi te-
stator se continuisset in reciproca inter duos, sed
vbi post mortem amborum decedentium sine fi-
liis testator processit ad sequentem substitutionis
gradum, *lib.*5. Rot. apud Tanagl.*de S. R. Audito-*
rio,fol. 119. *sub num.* 6. *vers. præterea fuit etiam in*
decisione Senatoria adducta, Peregr. *de fideicomm.*
*art.*31. *num.*18. Viuius *decis.* 398. *sub num.* 12. ibi,
sed post reciprocam sit factus alius gradus substitu-
tionis.

Nec sine optima ratione, quia ad effectum
transmissionis fideicommissi conditionalis conie-
cturæ debent esse necessariæ, aut multum proba- 19.
biles, vt diximus *suprà*, & comprobat Noal. *de*
*transmiss. cas.*1. *num.*92. Mart. Medic. *ad decis.Se-*
nens. examinat. 2. *num.*47.*& seq. & num.*31.Inter
quas prohibitio alienationis,ratio agnationis con-
seruandæ, & similes connumerari solent, An-
dreol. *controuers.*161. *num.* 5. Rota *in Romana fi-*
*deicommissi de Marianis,*1. *Martij* 1649. *coram*
Royas, §. *nec dici*, *vers.& maximè*, quia in præ-
senti cessat contemplatio agnationis, & digressus
ad plures gradus substitutionis.

Ex vnione demum Iuris accrescendi cum sub-
stitutione transmissionem decisio Senatoria de- 20.
ducebat

ducebat *in §. concurrit denique*, ex Fusar. *d. q.490. num.65.& 66. in fin.* & Capyc.latè *decis.1.n.94.95. & seq.*

Obiecto huic respondere possem, Ius accrescendi nullatenus intrare, ex quo Hieronymus, &
21. Margarita æquis portionibus, & vterque eorum in dimidia apparent instituti, quo casu Ius inter eos accrescendi cessat, *l. Lucius 78. §.qui habebat, ff. ad Trebellian.*latè Roman.*consil. 185. num.9. & seq.* Castren.*cons.406. sub num.1. vers. contrarium, lib.2.* Peregr. *de fideicomm. art. 9. num. 2. propè fin.* Bellon. *de Iure accrescendi, cap. 7. quæst.68. alias 88. num.20. & seq.& num.31. & consil.95.sub num.7. vers. verum his*, & in puncto Rota *in Romana fideicommissi de Marianis 1. Martij 1649. §. nec prætendi potest,coram Royas*,nunc inter eius impressas,*decis.389.num.10.*

Siquidem obiectum istud etiam ex eo principaliter remouetur, quia supposito etiam, citra
22. veri dispendium, Iure accrescendi,adhuc illud pro inducenda transmissione nullatenus confert, non solum ex cumulat.per Fusar.*de substit.d.quæst.490. num.96.* Marescot. *var. resol.27. in fin.lib. 1.* Buccafer. *consil.34. num.58.& seq. & cons.102.num.23.* Ludouis. *decis.551. num.8. & in add. num.16.* vbi controuersam, & requirentem alias coniecturas nuncupat latè Giouagn. *consil. 82. numer. 14.57. & 200. lib.1.* Verum ac multò magis, quia con-
23. trarium sustinentes in aliis terminis procedunt, nimirum quando hæredes instituti essent ad inuicem reciprocè substituti sub conditione si decederent sine liberis, esset substitutus extraneus, Anchar. *dict.cons. 74. num. 2.* Noal. *de Transmiss. cas.1. num.102. iuncto num. 104. vers. alia ratio est, & seq.* Marescot. *var. resol. 31. num.17. ac per tot. lib.2.* Censal. ad Peregr. *de fideicomm. art. 31. fol.297. & 298. vers.3. est coniectura, & vers. Ideòque sublato Iure accrescendi*,Ludouis. *dict.decis.551. in princ.*& sic de singulis hanc materiam tractantibus. Quandoquidem, nec ratio principalis per eos examinata, ne scilicet seclusa transmissione descendentes testatoris ab extraneo excludantur, quæ ita demum intraret, si testator ab initio descendentes absque mixtura extraneorum vocasset.

In præmissis denique vbi adhuc scrupulus ali-
24. quis subesset in dubio ad exclusionem transmissionis pronuntiandum veniret, Leoncill. *decis. 2. num.40.* Contr. *discept. 40. num. 7.* Royas *decision.389. num.7.* Bonden. *collect. 41. num.73.* Rota *in dicta Cesenaten. fideicommissi 30. Ianuarij 1654. num.20. in fin. coram Eminentissimo Celso.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro Laico fideiubens obligatur, licet malè faciat. Amplia, vt num.2. Contrarium qui teneant, num.9. Pro Laico fideiubens punitur pœna Episcopo arbitraria, num.5.& 7. Fallit vt num. 8. fideiubens extra territorium, non tenetur petere assensum sui Episcopi, num.10. De patrimonialibus liberè disponit, num.12.*

3 *Constitutio Synodalis præualet Iuri communi. Interpretationem recipit à Iure communi, num.6.*

4 *Pœna actui apposita excludit nullitatem.*

11 *Episcopus in aliena Diœcesi se habet tanquam priuatum.*

OBSERVATIO XXIX.

Ex simplici terminorum intelligentia præsens quæstio excitata in causa fideiussionis præstitæ per olim valde R.D. Hieronymum de Cattaneis, erga Illustrissimos 1.
DD. Valentes remouetur, siquidem Canonistæ omnes cum gloss. *in cap.1.ext. de fideiussor.* concludunt nullo Iure vetitum Clericis se ipsos, ac bona patrimonialia obligare, Cardin. Zabarell. *d. cap.1. num. 3.* ibi, *quantum ad personas, & res patrimoniales, & alias, quas obligare potuit, valet fideiussio facta à Clericis pro Laico*, Hostien. *ibid. vers. intelligas etiam quod tenet obligatio fideiussionis*, Ioan.de Imol. *ibid. sub num.3.vers.secundo modo soluit gloss. quod licet non debeat fideiubere, tamen si fideiubeat, obligatur*, quod intellige quo ad hoc vt eius persona obligetur, & quoad præiudicium rerum patrimonialium ipsius Clerici, *& vers. videtur tamen, quod etiam si absque necessitate fideiubeat Clericus pro Laico, licet malè faciat, teneatur, & praiudicet sibi quoad res ipsius patrimoniales*, Anton. de Butr. *ibid. sub num.3.* ibi, *vel dic, ex fideiussione obligatur in quantum agitur de præiudicio patrimonialium, sed in præiudicium bonorum Ecclesiæ fideiubere non potest*, Ioann. Andr. *ibid.sub num.2. vers. quantum ad personam, & res patrimoniales quas obligare potuit*, Ancharan. *ibid. num.3.* ibi, *an teneat fideiussio*, gloss. tenet quod sic, quod intellige quoad personam eius, & res patrimoniales, *ext. de fideiuss.* faciunt not. per Rot. *decis.1142. part.3. lib.3. diuers.* quam allegat, & sequitur Maur. *de fideiuss. cap.12. num.25. & 26.* vbi ad rem optimè iudicant, *cap. peruenit, ext. de fideiuss.* non habere locum in bonis Clericorum patrimonialibus, Less. *de Iust. & Iur. lib.2. cap.28. dubit.2. num.19.* vbi quod Clerici possunt fideiubere in damnum proprium, & quod ita se habet consuetudo, Bellet. *disquis. Clerical. tit. de pœnis Cleric. §. 50. sub num. 10. vers. potestque obligare tantum sua bona patrimonialia, fol.579.* Quo in casu firmant præcitati Doctores non solum fideiussionem validam omninò censeri, sed etiam Clericum sic fideiubentem à pœnis præseruari, dummodo frequenter se satisdationibus non immisceat; dubium ergò non remanet, quin obligatio fideiussoria per R. D. Cattaneum non possidentem bona Ecclesiæ, tot septa Iuribus vndequaque subsistat.

Huic conclusioni succedit altera æquè indubitata, quod nimirum Clericis, neque ex Sacrorum Canonum censura, neque ex Synodali constitutione censeatur prohibitum; sed omninò permis- 2.
sum extra iudicium, atque in contractibus indifferenter fideiubere, Maur. *de fideiuss. cap.12. num.17. fol.449.* Surd. *consil. 396. sub num.25. vers. tamen procedit quando fideiubet extra iudicium*, quod patet ex lectura eiusdem Synodalis constitutionis *sub tit. de vit. & honest. Cleric. num. 19.* ibi, *Prohibemus Clericis ne pro aliquo quicumque ille sit, sint fideiussores tam in causa ciuili, quam criminali*; solent enim ex hoc vt plurimum multa personis Ecclesiasticis discrimina, perturbationésque oriri. Contrafacientes punientur ad nostrum arbitrium; quæ quidem constitutio, vbi Ius com- 3.
mune aliter disponet, cum consuetudine, atque vsu roborata existat, vel præsumatur tanquam in-

serta

serta inter alias Synodales constitutiones, debet potius obseruari, quam Ius commune, Gutierrez, *canonic. lib.1. cap. 33. num. 33.* Barbos. *de Vniuers. Iur. Eccl. lib.1. cap.11. num.*114. Gonzal. *super reg. 8. Cancellar. gloss.9.* §.1. *num.* 18. Buratt. *decis.*852. *num.*4. Quapropter cum dicta constitutio imponat pœnam Clerico fideiubenti, inde sequitur
4. quod excludet nullitatem actus, ac consequenter valida omnino censeatur fideiussio, Bart. *in l. Prætor ait* 20. §. *Interdictum, sub num. 3. ff. de nou. oper. nunt.* Vbi quod nunquam actus inualidetur, quando nullitas non ipsius Agentis, sed alterius respicit præiudicium, cuius doctrinam reassumpsit Castr. *consil.*62. *per tot. lib.* 2. Gratian. *discept. forens.*508. *num.*44. latè Marc. Medic. *ad decis. Senen. examinat.*16. *per tot. & decis.* 28. *pariter per tot.* Sed sic est quod in proposita facti specie nullitas fideiussionis fauorem potius D. Cattanei fideiubentis respiceret, quam odium, & præiudicium, quin tenderet in alterius incommodum nullitas nempe DD. de Valentis. Hinc propterea fideiussio huiusmodi in contractu emissa, quatenus dici vnquam posset emanata extra dispositionem Synodalem viribus subsisteret, dictúsque Reuerend. fideiussor, nisi iam defunctus esset, atque in aliena Diœcesi fideiussisset, arbitrio moderni Illustrissimi, ac Reuerendissimi Antistitis pu-
5. niri posset, siue constitutionem ipsam Synodalem inspiciamus, siue Iuri Canonum insistamus, Menoch. *de arbitr. cas.*431. *num.*1. vbi quod Clericus sit Canonum transgressor, atque contemptor, qui sine Superioris auctoritate pro Laïco fideiussit, & propterea pœna arbitraria puniatur, adeo vt constitutio Synodalis nil plus disponat quam ex Sacris Canonum dispositionibus decretum reperiatur.

Hæc autem intelligentia eo magis recipienda venit, ex quo nos non retrahit, quinimò reducit ad terminos Iuris communis, seu Sacrorum Ca-
6 nonum, à quibus constitutiones Synodales interpretationem recipiunt, Buratt. *decis.*30. *num.*4. & 5. & *decis.* 170. *num.* 26. & iuxta quos, vti dicebamus, Clerici in contractibus, & extra iudicium non prohiberētur fideiubere, maximè ad sui, ac rerum patrimonialium obligationem, & præiudicium; quinimò quatenus adesset prohibitio aliqua, & ad præsentem casum extenderetur, vtique
7. Clerici in pœnam inciderent, obligatio tamen sustineretur, Ioann. Faber *Instit. Quod cum eo, &c.* §. *qua diximus, sub num.*1. *vers. Et hoc vides in Clericis.* Angel. *Instit. eod.* §. *Cæterum, sub num.*1. *vers. Et hoc idem videtur in Clericis.* Faciunt notata per Capell. Tholos. *quæst.* 314. *num.*2. & 3. Sanchez, *ad præcepta Decalog. lib.6. cap.* 14. *num.* 40.
8. vbi reddit rationem, quare Clerici quibus similiter interdicitur fideiussio, si de facto fideiubeant, maneant obligati, non ita regulares, Barbos. *de Vniu. Iur. Eccles. lib.1. cap.*43. *num.*59. Bellet. *disquis. tit. de discept. cleric.* §.32. *sub num.*6. *vers. si autem fideiubeant, valet nihilominus fideiussio, fol.*130. & melius *tit. de pœnis clericorum,* §.50. *sub num.*10. *vers. semper tamen valet fideiussio siue pro Laïco, siue pro Clerico fiat, fol.*579. Syluest. *in verbo fideiussor V.* Molin. Theolog. *tom.*2. *disput.*540. *numer.*17. Genuens. *in prax. Ecclesiastic. tricen.* 22. *quæst.*642. *sub num.*1. *vers. sed si fuerit præstita fideiussio per Clericum teneat.* Grass. *de effect. Clerical.*44. *num.*3. Cyriac. *controu.* 212. *num.*10. Vgolin. *de Offic. & potest. Episc. cap.*13. §.30. *sub num.*5. *in fin.* ibi, *valet tamen fideiussio, & quæcumque fideiussione facta à Clericis, obligantur ipsi, & sua bona patrimonialia, part.*1. Ex quibus hanc opinionem magis receptam esse, ac vti veriorem amplectendam nemini dubium erit, quicquid in oppo- 9.
situm defendere præsumpserint, & tenuerint, Hering. *de fideiussor. cap.7. num.* 251. & Cyriac. *controu.* 212. *num.*11. & 12. Qui tamen, & ipsi potius in nostram inclinant opinionem, quæ in nostris terminis transit inoffenso pede; quippe quia fideiussio accessit in contractu, & non efficit nisi bona patrimonialia ipsius Clerici fideiubentis.

Accedit insuper in confirmationem prædictorum, quod vsus, & obseruantia interpretatiua iam obtinuit, vt Clerici vigore *superius* memoratæ constitutionis, ac decreti Synodalis non dicantur absolutè inhabiles ad fideiubendum, adeo vt simpliciter inhabilitentur; sed admittuntur passim adhibita prius licentia ab Episcopo, tanquam pro necessaria solemnitate fideiussionis requisita. Ex quo fit, si Clericus Mantuanus fideiubeat extra Diœcesim non teneatur petere assensum sui Episcopi, sed obseruare teneatur solemnitates in fi- 10.
deiubendo præscriptas in Iurisdictione illius Episcopi, in cuius territorio se obligat, ad tradita per nos *allegat.* 1. *num.*7. *lib.*1. Rota *decis.* 238. *num.*2. 3. & *per tot.* præsertim *num.* 15. *par.* 6. *recent.* Vbi quod constitutiones particulares alicuius loci non egrediantur territorium illius loci; Vnde cum contractus de quo agitur simul cum fideiussione stipulatus fuerit extra hanc Diœcesim, frustra extenditur circa prohibitionem Synodalem in materia fideiussionis per Clericos præstandæ edictam. Adsunt enim huius Territorij Mantuani nonnulla loca, in vno quorum celebratus extitit iste contractus, ac pro fideiussore intercessit R.D. Cattaneus, quæ subsunt Iurisdictioni Episcopi Regiensis, in quibus Episcopus Mantuæ se habet tanquam priuatum, præterquam in iis quæ sunt 11.
voluntariæ Iurisdictionis, nec illius ordinationes attenduntur, aut officium, latè in puncto Courtin. *controu. forens.*60. *num.*4. 5. & 6. & *per totam*; Quæ tamen dicta sint ex abundanti; nam cum simus in fideiussione extraiudiciali concernente dumtaxat bona patrimonialia, præter quæ nec constat D. Cattaneum alia habuisse, cessat exinde omnis dubitandi occasio; si quidem Clericus in bonis patrimonialibus reputatur vt Laicus, ac de illis liberè disponit, Valasc. *in prax. partition. & collation. ca.*35. *num.*2.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias nulliter contrahit. Vt seorsum à Patre dicatur habitare requisita, num.*1. & *num.* 6. *Miles validè contrahit, numer.*5.

3 *Contractus cum filiofamilias in dubio nullus censendus est. Initus ab Extraneo cum filiofamilias quando valeat, n.*4.

7 *Nullitatem contractus gesti cum filiofamilias non allegat, qui pariter sic contraxit.*

8 *Retentio non competit contra anteriorem.*

9 *Depositarius in re deposita nullum Ius habet.*

10 *Creditor liquidus illiquido præfertur.*

OBSERVATIO XXX.

DVAS opponebant DD. Fratres de Ricciis exceptiones, ne sententia particularis obtenta per D. Ioann. Gozanum in Iudicio Proclamatum executioni demandaretur. Alteram
1. quia creditum D. Gozani tāquam contractum cum filiofamilias ob resistētiam Statuti Casalis non subsisteret, ex Manent. *decis.71.n.1.* Gratian. *discept.667. n.1.* Mart.Medic. *decis. Senen.24.n.1.* Seraph. *dec.1350. n.1.& 2.* Fenzon. *ad Statut.Vrb.c.152.n.25.& seq.* Buratt. *decis.584. sub n.6.* Rota *decis.111.n.1.part.8.recent. & coram Cardin.Otthobon.decis.16.n.3.& in Romana Societatis Officij 29. Ianuarij 1653. num.1. coram R.P. D. Albergato.*

Nec ex supposito, quod seorsum à Patre tunc habitaret contractus validitas resultare poterat, siquidē
2. in facti specie non concurrebant requisita, de quibus apud Ludouis. *decis.182.per tot.* cum ibi notatis per Beltram. Buratt. *decis.584.n.8.& per tot.* Gratian. *discept.Forens.820.n.1.& 2.* Manent. *d. decis.71.n.4.* Rot. *decis.527.n.6.& seq. part.1.recent.* Mart.Medic. *decis. Senen.examinat.14.n.18.& 19.* Ioan.Carol. Antonell. *de tempor.legal.c.74.n.1.10.ac per tot.* Pigant. *ad Statut.Ferrar.rubr.8.n.14.* Andr.Censal. *decis. Lucen.44. n.34.& 35.* Quæ quidem requisita regulariter in tribus consistunt; nimirum quod communiter reputetur Paterfamilias, deinde quod plures actus cum pluribus, ac diuersis personis peregerit, & diuturnitas temporis præter habitationem separatam à Patre, Card.Otthobon. *d.decis.16.n.21.*

Quatenus vero in præmissis aliquod subesset du-
3. bium, adhuc pro nullitate contractus in dubio pronuntiandum veniret, ex Laderch. *consil.67.n.5.* Trentacinq. *de Emancipat. resol.1. n.7. & seq.* cum adductis per Pigant. *ad Statut.Ferrar.rubr.8. n.17.*

Sed obiectum huiusmodi non applicari per Senatum replicabatur, ex quo non inter Patrem & filiū, seu Fratres filiifamilias, non agebatur, sed cū D.Gozano creditore extraneo, cui pro subsistētia eius crediti sufficiebat, quod D.Capitaneus Io.Steph.Bagna
4. eius debitor tunc filiusfamilias plures alios contractus gesserit, qui à filiofamilias regulariter fieri non poterant, absque eo, quod lapsus temporis intercesserit, Gratian. *d.discept.820. num.3.& 4.* alios cumulat, Andr.Censal. *decis.44. n.36.* quibus addo Ioan.Cardin.Antonell. *de tempor.legal.c.74.n.5.* Rot. *in d. Romana Societatis Officij 27.Ianuarij 1653.n.2. coram R. P.D. Albergato, & in Romana Census 27. Februarij 1662.num.1.coram eodem.* Quę eo fortius procedunt, dum versamur in debito per filiumfamilias contra-
5. cto tempore, quo tanquam Capitaneus in hoc Præsidio morabatur, Rot. *d.decis.527. n.5. part.1. recent.* Gratian. *d.discep.576.num.3.*

In quam resolutionem eo procliuiores inclinarūt Domini propter præsumptam exemptionē D.Capitanei Bagnę à Patria potestate, resultantē ex processu concursus huic iuncto, indicāte ipsum per viginti ferè annos contrahendo interim cum pluribus per-
6. sonis separatim à Patre vixisse, quo cum propterea contractus valide iniri potuerūt, vt mox dicebamus, & comprobant adducti per Salgad. *in Labyrinth. Credit.p.2.c.9.n.40.* Buccafer. *cons.74.à n.16.ad 21.*

Prædicta vero quoad Dominos Fratres de Ricciis sibi locū vindicabant, quippe qui per paucos menses ante contractū D. Gozani cum eodem D.Bagna fi-
7. liofamilias contraxerant, adeo vt eo Iure municipali non fruantur, quod & ipsi contempserunt, *l. Viro 39. ff.solut. matrim.* cum Iuribus cumulatis per Cyriac. *controuers.197.n.23. & contr.205. n.173.*

Alteram, quia Domini Fratres de Ricciis tanquam depositarij agebant de retinendo pecunias penes ipsos existentes; Ideoq; præferri debebant: regula enim procedit data paritate in reliquis, quæ hic non mi- 8.
litat ob anterioritatem D. Gozani, vt colligitur ex Thesaur. *q.forens.106.lib.3.* & aliis adductis per Merlin. *de pignor.lib.4. q.4. n.37.* & optimè explicat Acost. *de priuil.Credit.reg.3.in præfat.à n.90. ad 95.*

Præterquam quod D. Annibal de Ricciis vti depositarius in deposito Ius aliquod considerabile, aut 9.
possessionem habere non dicebatur, Barbos. *de Iur. Eccles.lib.3.c.12.n.236.* Salgad. *in Labyrinth. creditor. part.1.c.11.n.20. & 21.* ratione cuius pecunias penes ipsum depositatas retinere cum aliis fratribus potuisset, præcipuè cum nec quantitas eorum crediti liquida præexisteret, sed per calculos liquidanda; quā 10.
sanè ob illiquiditatem D. Gozano creditori liquido satisfaciendum Senatus censuit, fretus auctoritate Fabr. *in Cod.lib.8.tit.8.diffinit.12.* Laurent. Vrsell. *conclus.119.n.44.* Ioan.Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.4. cap.vltim. num.110.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommissi exactionem census non impedit, Amplia vt, n.2. Semel reiecta, vlterius non admittitur, num.5.*
3 *Fructus percepti per hæredem, etiam beneficiatum, augent hæreditatem.*
4 *Producens processum, censetur approbare contenta in eo.*
6 *Succedens in locū alterius, eius Iura consequitur.*
7 *Actio Fideicōmissaria triginta annis præscribitur.*
8 *Mobilia, quæ vsu consumuntur, non veniunt in restitutione fideicommissi. Neque imputantur in detractiones, num.9.*
10 *Liber giornalis contra tertium non probat.*
11 *Credita non veniunt in restitutione, nisi ostendantur exacta.*
12 *Dos habita per Testatorē, detrahitur de fideicōmisso.*
13 *Legata detrahuntur à fideicommisso. Etiam materno, num.36.*
14 *Debita Testatoris per hæredem soluta, detrahuntur de fideicommisso.*
15 *Legitima, & Trebellianica detrahuntur de fideicommisso.*
16 *Census à grauato constitutus super detractionibus sustinetur. In quas tanquam alienatio imputatur, num.17.*
18 *Alienatio facta contra præceptum Testatoris, est nulla. Prohibita ad certum tempus, post illud, censetur permissa, num.20.& num.22. Contra, num.21. Ex communi, num.25.*
19 *Ratificatio actus nulli sine scientia nullitatis, non releuat.*
23 *Dictio, donec, & similes quid importent.*
24 *Marescot.* var.resol.4.n.9.lib.1 *impugnatur.*
26 *Opinio melius fundata contra communē recipitur.*
27 *Senatus prædecessorum resolutiones custodire consueuit.*
28 *Sorores succedunt æqualiter Fratri.*
29 *Monasterij exclusio à successione Testatoris permittitur. Contra, num.30.*
31 *Pars vna testamenti, aliam declarat.*
32 *Conditio iniuncta neptibus, non afficit filias.*
33 *Renuntiatio generalis comprehendit fideicommissum per mortem renuntiatarij in personam renuntiantis purificandum.*
34 *Creditor in bonis defuncti liberis, atque in fructibus satisfieri debet.*
35 *Inuentarium in præiudicium non probat, quod bona in hæreditate reperta, non sint hæreditaria.*
37 *In expensas condemnari debet, qui ex pacto ad eas se obligauit, aut ad damna, & interesse.*

38 *Hæreditatis aditio ex possessione bonorum inducitur, nec excusat prætensio fideicommissi non iustificati.*

39 *Cessionarius hæredis hæres dicitur.*

OBSERVATIO XXXI.

1. EXCEPTIO fideicommissi turbida potissimum, ac profundissimam indaginem requirens Census exactionem non impedit, *l.fin.in fin.C. de ordin.cogn.*Merlin.*decis.*22.*n.*15. Burat.*decis.*752.*n.*6. Leoncil.*decis.Ferrar.*4. *n.*24. & in puncto Rot.apud Zacch.*de Cameral.oblig. decis.*252. *n.*5.*& decis.*255.*n.*5.& apud Cenc.*de censibus decis.*55. *n.*10.& apud Post.*de subhast.decis.*224. *n.*10. *&* 11.

2. Istud autem non procedit, etiamsi exceptio per viã Iudicij separationis bonorum ab hærede beneficiato proponeretur, Rota *decis.*99. *in fin.part.*1. *diuers.* & apud Cenc.*de cens.decis.*232.*in fine*,Post.*de manuten. obseruat.*56. *n.*13. & faciunt tradita per Cenc.*de censib. quæst.*92.*num.*17.

Super quo non est cur vlterius immoremur, quippè quoniam Paula de Amidanis hæres beneficiata Iulij de Parochinis sub die 3. Nouembris 1628. corã amplissimo Senatu iudicium separationis proposuit, in quo exclusis creditoribus ad instantiam istorum exactio affictuũ interdicta extitit, vt apparet ex instantia eiusdem de Amidanis sub die 7.Iulij 1629.registrata in eodẽ processu,*fol.*25.Néve præcepta Conductori iniuncta reuocarentur aduersaria sub die 19. Iunij eiusd.mensis, & anni;medio eius Tutoris institit in prædicto separationis processu, *fol.*27. Ea sanè ratione Paula in exactione fructuum impedita fuit;

3. quia hæres etiam beneficiatus detectis creditoribus hæreditariis fructus non lucratur,sed quomodo atq; in augmentum hæreditatis cedunt, vt pulchrè exornat Senatus Mantuæ,coram Surd.*decis.*92.*n.*7.*ac per tot.*& coram Manent.*decis.*34.*pariter per tot.*Hodier. ad Surd.*decis.*97.*n.*14.*&* 15. *& decis.* 224. Anton.de Amat.*resol.*56.*n.*8.*propè fin.*& latè prosequitur Rota *decis.*131.*n.*2.*& seq.part.*6.*recent.*Caren.*resol.*25. *n.*10.

Quare,cum dicta Domina Comitissa de Striggiis in Ius Amidanæ eius Amitæ successerit,nec plus Iuris habere posset,quam ipsa obtinuerit,maximè cum

4. per productionem simpliciter factã in præsenti causa de eodem processu separationis censeatur, omnia in eo contenta approbasse, *l.Publ.*26. *§.fin.ff.deposit.* Cyriac.*contr.*157.*n.*2.*& contr.*224.*n.*14.Surd.*dec.*267. *n.*1.Rota *decis.*88.*n.*20.*&* 21. In tantũ quod Senatus

5. Excellentissimus exceptionẽ hanc fideicõmissi tunc reiectam in eisdem terminis modò,ac inter easdem personas admittere nequit,*§.in Iudic.instit.de except.*

Cumque Paula de Amidanis Prædium nunc per eius Neptem ex Sorore occupatum, tanquam hæres Iulij eius Auunculi obtinuerit,& portionem fideicõmisso obnoxiã præuiis detractionibus, super quibus creditores in Iudicio separationis insistebãt,separari iudicialiter prætenderet, vtique Domina Comitissa non nisi ex titulo hæreditario ad effectũ prosequẽdi separationem institam ab eius Amita rectã possessio-

6. nem prætendere valet; quia succedens in locum alterius, Ius dumtaxat sui auctoris consequi potest, *l. Pomponius*,13.*§.Cum quis,ff.de acquir. possess.*Cyriac. *controuers.*531.*n.*65.Caren.*resolut.*24. *n.*3. Matt.Ventur.*consil.*16. *num.*5.

Sicuti igitur de prædictis annis 1628. & 1629.introductionis Iudicij separationis bonorũ creditores in eorũ exactionibus continuarũt;ita ac multo magis idem nunc obseruari debet,ex quo lapsis iã supra

7. annis triginta actio Fideicommissaria penitus extincta remansit,*l.si hæres institut.*70.*§.fin. ff.ad Trebell.* Fusar.*de substit.q.*528.*n.*1.Peregr.*cons.*78. *per tot. lib.*5. *& de fideicom.art.*41.*sub n.*18.Molin.*de primog. lib.*4. *c.*10.*n.*4.Cancer.*var.resol.lib.*1.*c.*15.*à n.*65.& exornat Censal.ad Peregr.*de fideicom.d.art.*41.*vers.*2. *fol.*422.

Quibus etiã omninò circumscriptis exactio censuum sub prætextu fideicommissi nullatenus impedienda veniret; supponimus namque pro constanti, indubitato,atque irrefragabili statũ hæreditatis Antonij de Parochinis prætensi Fideicommittentis sic figurandum, vt mobilia descripta in Inuentario,tan- 8.
quam de iis quæ vsu consumuntur in cõsideratione haberi nequeant, Afflict.*dec.*13. *n.*27.Peregr.*de fideicom.art.*10.*n.*40.*& cons.*70.*n.*21.*lib.*1.Fusar.*de substit. q.*624.*n.*6.Riminald.iun.*cons.*459.*n.*18. *& seq.* Ludouis.*decis.*485.*n.*3.Cyriac. *controu.*20.*n.*6. *&* 7.Duran. *dec.*192.*n.*11.*& dec.*235.*n.*2. Rota *in Anconitana dotis* 4.*Iunij* 1640.*§.secunda verò,coram Reuer.Cerro,& in Bonon.fideic. de Blanchis* 14.*Decemb.*1646. *§.quarta verò,apud Royas*, Bardell.*cons.*6. *sub n.*5. *versic. Contrarium*,Matt.Andr.*decis.*69.*n.*3. dixi *allegat.*35. *n.*28. *lib.*3. Rota *coram Eminent. Otthobono decis.*47. *n.*3.

Istud autem vsque adeo verũ est, vt nec in detractione hæres grauatus valorem mobilium imputare 9.
teneatur,*l.deducta*,58.*§.ante diem*,vbi Gloss.& Alex. *ff.ad Trebell.*Peregr.*de fideicom.art.*10.*n.*44.Bardell. *d.cons.*6.*n.*10.Matt.Andr.*decis.*80.*n.*7.Fusar.*de substit. d.q.*624.*n.*10.& pluribus exornaui *allegat.*59. *n.*15.*& seq.lib.*3. latè Merlin. *de legitim. lib.*2. *tit.*2. *quæst.*6. *num.*8.& Post.*tractat.decis.*17.*num.*3.

Nulla quoque de assertis nominibus debitorum in Inuentario descriptis ratio habenda est,dum non 10.
apparent exacta, nec adessent fundamenta, seu Iura ad exigendum necessaria, ex quo liber giornalis fidem,seu probationem contra tertium non præstabat,vulgata *l.exemplo*,7.*C.de probat.* Burat. *dec.*167. *n.*5.Surd.*decis.*222. *num.*9. Duran. *decis.* 212. *num.*15.
Neque enim hæres grauatus de nominibus debito- 11.
rum citra eius culpam inexigibilium rationem reddere, aut ea in detractiones computare astringitur, *dicta l. deducta*,58. *§.*1.*ff.ad Trebell.* Bertaz. *cons. ciuil.*58. *num.*45. Peregrin. *de fideicommiss.art.*10.*n.*45. Fusar.*de substitut. quæst.*625. *num.* 4. & faciunt latissimè tradita per Gratian. *discept.* 125. *num.* 12. *& sequent.*Thomas. *de tutor. & curat. tit.*18.*num.*139.

Mobilibus, ac nominibus debitorum ex toto asse detractis residuum hæreditatis Antonij de Parochinis in stabilibus consistit, & circa proprietates sub fideicommisso comprehensas, atque illarum valorem partes conueniunt; quemadmodum quod exindè dotes habitæ per Fideicommitten- 12.
tem prius detrahi debeant, dixi *allegat.*5. *n.*5. *& allegat.*45. *num.*1.*lib.*3. Deindè detractio competit pro legatis à Testatore relictis filiabus, & per hære- 13.
dem grauatum solutis, ad tradita per nos *allegat.* 84.*num.*14.*lib.*3.Vlterius commodo hæredis grauati, ac eius creditorum debita Fideicommittentis per 14.
eum soluta cedunt, *l.filiusfam.*118. *§.Diui.*Vbi DD. communiter,*ff.de legat.* 1. Peregrin. *de fideicommiss. art.*15.*n.*6.*&* 7.Fusar.*de substitut.quæst.*666. *num.*1. *& per totam.* Tandem, cum versemur in filio hærede grauato, dimidiam residui hæreditatis à fideicommisso immunem pro eius legitima, & Trebelliani- 15.
ca consequitur, ex traditis per nos *dicta allegat.*5. *n.*13.*& allegat.*35. *n.*1.*& allegat.*98. *n.*3. *& allegat.*125. *n.*27.*lib.*3. Rot. *in Ariminen. fideicommiss.*15. *Decembris* 1636. *num.*13.*coram R. P.D. Ghislerio.*

Quibus initis detractionibus fideicommisso vinculata remanerent bona per libras decem nouem mille circiter, iuxta reformationem Calculi productam sub die 6. Aprilis 1660. registratam in processu Prætoris, *fol.*65. *fac.* 2. demptis tamen debitis defuncti per Iulium hæredem grauatum solutis

in

in quantitate librarum quinque millium circiter, adeo vt fideicommissum ad libras dumtaxat quatuordecim mille reducatur. Quibus additis citrà præiudicium Monasterij libris decem mille circiter pro credito prætensæ redditionis rationis, iuxta calculum, de quo in altero processu per partem aduersam exhibito *in fine*, creditum aduersariæ in totum ad libras vigintiquatuor mille ascenderet, & tamen occupat prædium hæreditatis Parochinæ, valoris librarum triginta septem millium, sic vtrinque limitati, vt in processu Prætorio pro parte aduersa, *fol.53.fac.2.* & pro nostra, *fol.66.*

16. Cum animaduersione tamen, quod census à Iulio de anno 1620. constitutus super detractionibus cadit, Marescot.*var.resolut.72.num.1.lib.1.* Cenc.*de cens.q.20. n.17.* Merlin.*de legit.lib.2.tit.2.q.3.n.57.* Et propterea licèt prædicti census constitutio posterior appareat contracta obligatione per ipsum de Parochinis, tanquam fideiussorem eius matris erga Sorores de Amidanis, ex quarum personis Domina Comitissa de Striggiis pro redditione rationis

17. se creditricem prætendit; attamen census, tanquam alienatio ad exclusionem crediti tutelaris, in detractiones computatur, ad latè tradita per nos *allegat.125.n.19. lib.3.* Monasterium igitur Iura habet potiora pro eius Censu, quam prætendere possit aduersaria pro eius credito; quæ tamen ex abundanti dicta sint, dum vires hæreditariæ Iulij de Parochinis vtrunque debitum valdè excedant, eoque magis *superius* dicta sibi locum vindicant, ex quo Iulius de Parochinis à Testatore in hanc formam alienare prohibitus apparet.

A' quali suoi Figliuoli detto Sig. Testatore hà prohibito il potere fare oblighi, contratti, alienationi de' beni suoi, per qualsiuoglia causa, & occasione, sin tanto saranno in età di anni vinticinque; ancorche per via di habilitatione per Sentenza dell' Illustrissimo Senato, ò Decreto Ducale, li volessero, ò tentassero di fare, che detti contratti, & obligationi, & alienationi siano nulli, e per non fatti; Mà che in quel caso, la Signora Tutrice, ò Tutore subragato le prouedino delle cose necessarie, e come di sopra s'è detto.

Duo ex prædicta alienationis prohibitione per Testatorem filio hæredi iniuncta sequuntur; alte-

18. rum, quod alienatio per Iulium facta Battaleæ de Domo cum apotheca, sita in Contrata Montis nigri, de qua fides extat in processu Prætorio, *fol.56.* tanquam emanata à Iulio minore vigintiquinque annis, & sic contra præceptum Patris, nullius roboris præexistat, *dicta l. filiusfamilias,* 118. §. *Diui,* vbi Doctores, *ff.ad Trebell.* Gloss.*in l.cum pater,79. §.liberis, ff.de legat.2.* Peregr.*de fideicom. artic.40. sub n.7.* Cyriac.*controu.143.n.26.* dixi *allegat.1. n.70. lib.3.* latissimè Fusar.*de substit.q.554. n.6. ac per totam,* & in puncto Menoch.*cons.151.sub n.29.versic. & parit hac prohibitio in nihilo resistente,* quod Iulius de Parochinis postea effectus maior, contractum huiusmodi ratificauerit, & per exactionem Scutorum tercentum quinquaginta, proprietatem venditam in executionem præcedentis contractus nulli affrancauerit, vt ex alia fide registrata in eodẽ processu Prætoris, *fol.57.* ad effectum namque in-

19. ducendæ ratificationis actus nulli per subsequentem in ratificante requiritur sciẽtia nullitatis, Ludouis.*decis.311.n.15.16.& 21.* Merlin.*decis.615.num.5.* quæ est *decis.559.* apud Cenc.*de cens.* Mart.Ventur. *cons.6.n.23.& seq.* Gratian.*discept.429. n.22.29. & seq.* Rota *decis.172. n.4.p.5. & decis.260. n.11.12. & 13.part.6.recent.* Cenc.*de cens.q.66. n.56.& 57.* cum adductis plena manu per Buratt.*decis.410. n.11. & Ioan. Pauli Melij Obseruat. forens.*

seq. Rot. *coram Eminentissimo Otthobono decis.19. num.19.& 204.num.5.*

Alterũ, quod vbi dicta alienatio domus, tanquã facta post ætatem perfectam vigintiquinque annorũ, intra quos Iulius alienare ex testamento Patris prohibebatur, viribus substitisset, & per dictam alienationẽ domus, cum apothecis, ac subsequutã censũs controuersi creationem, fideicommissi substantia attingeretur, istud sanè Monasterio nullatenus obesset. Quippè quoniam prohibitus alienare, 20.
donec ætatem vigintiquinque annorũ expleuerit, ab indè ad libitum alienare non prohibetur, & ita iudicatum hîc Mantuæ, consulentibus Torniello, Mantua, & Deciano, refert idem Decian.*cons.9.per totum,* maximè *circa fin.lib.3.* Fusar.*de substit.q.728. n.28.* Socin.*consil.188. n.12. & 13.lib.2.*

Nec obstat, quod contrarium sustineant Paul.de Castr.*cons.253.n.3.lib.2.* Peregr.*de fideicomm.art.40. n.64.in fin.* Rota *in Bonon.fideicom.14. Martij 1586. coram R.D.Rubeo, & in Romana de Theodolis 23. Ianuarij 1593.§.fin.coram R. P.D. Blanchetto,* cum adductis per Hodiern.ad Surd. *decis.75. per tot.* vbi concludunt, quod extincta Testatoris expressa prohibitione, tacita legalis subintret. 21.

Siquidem opinionem mox à nobis firmatã pro libertate alienandi, transacto tẽpore prohibitionis per Testatorem præscripto, præter citatos ex professo comprobant plures relati per Surd. *cons.294. n.12.& d.decis.75.n.7.* Mantic.*de coniectur. vlt. volunt.lib.3.tit.17.sub n.11.versic.sed contrarium,* Menoch.*cons.151.ex num.35.* vbi contrariis satisfacit, & *consil.252.à n.60.* vbi quod hæc opinio Iure, & auctoritate, omninò contrariis præualeat. 22.

Fœdere distinctionis perdifficilis quæstio ista plurimum inter Doctores agitata, facillimè componitur; libertatem enim distrahendi hæres prohibitus alienare ad certum tempus, eo elapso, non consequitur, quando provt in contingentia facti, cum dictione, (*sin tanto*) donec, ac similis prohibetur, 23.
Decian.*d.cons.9.propè fin.* Menoch.*dict.cons.152.sub n.48.versic.& eo maximè,& seq.* Fusar.*de substit. d. q.720.n.28. & cons.132. n. 18.* cui quidem ponderationi licet occurrere fategerit, non tamen satisfacit, Marescot.*variar.res.4. num.9. lib.1.* Secus verò 24.
quando alienationis prohibitio limitata ad tempus aliter conciperetur, quo casu ex morte prædictorum, posterior opinio præualeret.

Cum animaduersione insuper, quòd sustinentes prohibitionem legalem tacitam alienandi, resultãtem ex præcedenti substitutione in casum mortis ordinata, vltra tempus prohibitũ durare vim principaliter faciunt in eo, quod supponant ipsorum magis veram, ac receptiorem, Gratian. *discept. forens.69.n.5.* Magon. *decis. Flor.149.n.222.* Thesaur. *quæst.forens.117.n.25.& 26.lib.3.* Marescot. *d.resol.4. n.6.lib.1.* Hodiern. ad Surd.*decis.75. n.1.* 25.

Quo sanè præsupposito etiam præexistẽte vero, quod nimirùm ex magis communi hęres grauatus fideicommisso prohibitus alienare ad tẽpus, adhuc extra illud prohibitus censeatur, non facit, quominus nostra opinio, vti inconcussis rationibus fulcita, præualere debeat, Surd.*d.cons.294.n.11.* & plu- 26.
ries Senatus Mantuæ iudicauit, testibus Decian.*d. cons.9.propè fin. lib.3.* Mantic. *de coniectur. vlt.volunt.lib.3.c.59.sub n.11.§.sed contrarium, versic. & secundum hanc sententiam fuisse pronuntiatum,* Fusar.*d.consil.132.sub n.18.vers.& secundum suum consiliũ fuisse Mantuæ iudicatũ,* Surd.*d.decis.75.sub n.7.*

Maximè coram eodem amplissimo ordine multum obseruatore eorum, quæ à maioribus 27.
tradita fuêre, & certam interpretationem in Se-

natu habuerunt, cuius resolutiones si non faciunt legem, præstant tamen exemplum, quod sequantur, qui postea iudicaturi sunt, sicuti sequebantur antiqui Iurisprudentes, vt habetur *in l. filius emancipatus, 14. in fin. princ.* ibi, sic enim inueni Senatum censuisse, *ff. ad leg. Corn. de fals.* Valenzol. *consil.* 40. *num* 55. dixi *allegat.* 52. *n.* 46. *&* 47. *lib.* 2. *& allegat.* 81. *num.* 12. *lib.* 3. Fontanell. *decis.* 128. *num.* 4. *& decis.* 155. *num.* 17. De tempore autem constitutionis Census, initæ de anno 1610. sub die 28. Ianuarij, vt ex Instrumento registrato in processu, compilato coram Prætore, cœpto die 7. mensis Iunij 1646. *fol.* 4. *fac.* 2. *& sequen.* quod Iulius de Parochinis excederet annum vigesimumquintum satis conuincitur ex eo, quod eius Pater de anno 1592. prædecesserat, vt pandit Inuentarium illius hæreditatis ex aduerso exhibitum.

Veruntamen Paula de Amidanis, seu nunc Domina Comitissa ab ea causam habens, aut ex illius persona propria successionem prætendens, omni in casu, non nisi dimidiam prætendere posset, ex quo Antonius de Parochinis prætensus Fideicommittens in casum, qui euenit, obitus masculorum sine filiis, non tam Margaritam Matrem, ac respectiuè Auiam maternam prædictarum substituit, verum etiam, & nascituras post testamentum, vt in eodem legitur ibi; *E caso, che li maschi morissero tutti senza figliuoli, sostituisse la detta Madonna Margarita sua figliuola, & altre, se nasceranno doppe questo testamento vgualmente.* Vnde cum inter partes conueniatur, quod Testator susceperit, ac post se reliquerit Teclam ab inde Monialem effectam, præter Margaritam, consequens ideo fit, vt vita functo
28. sine filiis Iulio, eius ambæ Sorores in dimidia æqualiter successerint, dixi *allegat.* 77. *n.* 5. *lib.* 3. Gratian. *discept.* 774. *num.* 51. cum adductis per Fusar. *de substit. q.* 477. *n.* 20.

Nec quicquam resistit ingressus Teclæ in Monasterium, cum emissione professionis in eo, ex quo in ordine religionis, ad dispositionem Testatoris, exclusa à successione remansit, quemadmodum legitur in testamento, ibi: *Con questo però, che le Monache non possino succedere, nè gli*
29. *Monasterij loro.* Quæ prohibitio, de Iure fieri posse videtur, ex traditis per Fusar. *de substitut. q.* 419. *n.* 18. Altograd. *consil.* 96. *n.* 22. *lib.* 1. Sanchez *in precept. Decalog. lib.* 7. *disp.* 15. *n.* 6. *tom.* 2. Rota *in Vrbeuetana Pradij* 27. *Iunij* 1642. §. *Si quidem, coram Reuerend. Cerro, & in Mediolan bonorum* 31. *Maij* 1649. § *Quare cum, corã Eminentiss. Corrado.*

Quicquid enim esset de prædicta opinione
30. quam impugnant, plures relati per Fusar. *de substitut. dicta q.* 419. certè illa non procedit seclusa agnationis, aut descendentium contemplatione; dum enim successiuè extraneos penitùs substituit, ex odio Religionis dumtaxat, ad ita disponendum motus, quo casu prohibitionem non sustineri mox citati Doctores innuunt.

Præterquam quod exclusio Monialium, neptes non autem filias Testatoris afficit; tum quia in alia simili dispositione collata in masculos nepotes tantummodò, ac Pronepotes, ob ingressum in aliquam Religionem à successione exclusit; ibi, *Con questo, se alcuno de' detti suos Nepoti, ò Pronepoti sostituiti, entrassero in Religioni, siano priui, nè possi la Religione, ò Conuento succedere.*
31. Præcedens namque pars testamenti ab ista posteriori, interpretationem assumere debet, dixi *allegat.* 1. *n.* 71. *& allegat.* 4. *n.* 16. *& allegat.* 106. *num.* 34. *lib.* 3. cum adductis in causa vtrinque de Cattabenis, *n.* 19. Rot. *in Bononien. de Maluetiis* 11. *Decemb.* 1624 *n.* 7. *coram R.P.D. Pirouano.*

Tum quia conditio, ne Moniales succedere valeant, immediatè subsequitur, & adiecta apparet ad vocationem neptum, quæ propterea, 32.
& non filiæ Testatoris ob Monachatum exclusæ intelliguntur, *l. lecta,* 40. *ff. si cert. petit.* Surd. *decis.* 85. *n.* 5. Hodiern. ad eundem *decis.* 8. Peregrin. *de fideicom. art.* 16. *n.* 13.

Cum igitur Tecla ante emissam professionem, dote, seu eleemosyna sibi per fratrem soluta, eidem cuncta eius Iura amplissimè cesserit, consequens etiam fit, vt medietatem fideicommissi per mortem renuntiatarij in personam renuntiantis purificandi vsque adeo transtulerit, 33.
vt portio renuntiata in contractas obligationes per renuntiatarium ceciderit, Peregrin. *cons.* 52. *n.* 18. *lib.* 5. *& de fideicom. art.* 52. *sub n.* 11. *vers. in diem autem, vel sub conditione,* Fusar. *cons.* 39. *n.* 45. *& cons.* 95. *n.* 17. *& seq. & de substit. q.* 589. *n.* 5. Doned. *de renuntiat. cap.* 38. *n.* 21. Rota *in Romana fideicom.* 29. *Maij* 1659. §. *aliis versic.... coram R. P. D. Verospio.*

Superiùs dictis, ex inspectione Inuentarij hæreditatis Iulij de Parochinis, tandem ad manus nostras deuenti, addendum succedit, in illius hæreditate, præter Prædium iudicio separationis expositum descripta apparere alia bona, scilicet domum, cum apotheca, & annuam responsionem Scutorum trigintaquinque, vt legitur in ipso Inuentario in descriptione stabilium, quæ per eandem Dominam Comitissam occupantur, ex quibus certè nil obstat, quo minus Mo- 34.
nasterio in illis, ac tot fructibus exinde perceptis satisfieri debeat, *l.* 2. vbi Glos. & Doctores, *C. de haredit. act. l. pacto,* 26. *C. de pact.* Rota *coram Caualer. decis.* 41. *n.* 2. *& per totam, & decis.* 269. *n.* 1. *ac per totam, part.* 6. *recent.* Surd. *decis.* 310. *n.* 4.

Assertio etiam, seu prætensio Paulæ de Amidanis in confectione inuentarij emissa, quod nimirùm dicta bona, vti de Iuribus Auiæ ad eam 35.
spectarent, vti non iustificata in præiudicium Monasterij nil omninò releuat, Bart. *in l. Tutor.* 8. *n.* 16. *ff. de admin. tutel.* Bursat. *cons.* 9. *n.* 25. Cyriac. *contr.* 25. *n.* 6. Merlin. *dec.* 737. *n.* 12. *& dec.* 996. *n.* 1.

Omnique in casu dictorum bonorum medietas, vnà cum fructibus ab anno 1628. vsque in præsens debita Iulio pro Legitima, & Trebellia- 36.
nica, etiam in fideicommisso Matris, *l. Iubemus,* 6. *C. ad Trebell.* Viu. *decis.* 402. *n.* 11. Mangil. *de imputat. q.* 125. *n.* 14. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 1. *n.* 4. & in puncto ita iudicauit Senatus in causa Prata, contra Lolios commodo creditorum dubio procul cederet, atque in illa Monasterio expedite satisfaciendum veniret. Quemadmodum diximus *supra* quoad Legitimam, & Trebellianicam in bonis Paternis debitam.

Et non solum de Censibus hactenus decursis, verum etiã de tot expẽsis in hac causa inde- 37.
bitè erogatis, iuxta continentiã pacti Instrumẽtalis, ad cuius limites Excellentissimus Senatus condemnare consueuit, & tenetur, Bart. *in l. emptores,* 102. *sub n.* 1. *ff. de verborum oblig.* Pontirol. *cons.* 147. *n.* 8. Cyriac. *controu.* 229 *n.* 32. *& controu.* 274. *n.* 6. *& seq.* vbi quod victus teneatur, & omninò condemnari debeat in expensas, quando eas promisit, aut reficere damna, & interesse stipulatus est, *& controu.* 452. *n.* 58. Quod idem in Statuto procedere inquit Fontanell. ad Buratt. *decis.* 291. *n.* 10.

Dum

Dum enim bona in hæreditate Iulij de Parochinis D. Co. possidet sub prætextu fideicommissi, nec solutionem Census, nec qualitatem hæreditariam effugere valet, Alex. *cons.52.n.2.lib.3.* & in puncto Ludouis. *decis.7.sub n.4. versic. non obstat, & per totam*, Merlin. *decis.231.n.2. & per totam*, & pluribus exornat Anton. *ab Eccles. obseruat.* 154. *num.*14.

38. Quinimò ex serie facti ipsam Iulij de Parochinis hæredem fuisse conuincitur, nam quod Paula de Amidanis Iulij de Parochinis hæres extiterit inter partes non controuertitur. Quod autem ipsius Paulæ Illustrissimus D. Senator Zanachus, mediante persona proprij fratris hæredem se fecerit, eiusdem D. Senatoris iudicialiter cum iuramento emissa confessio inconuincibiliter comprobat in processu currenti, *fol.*35. Cessionarius verò hæredis,

39. hæres procul dubio reputatur, *vulgata l.emptor, §.* vbi Doctores, *C.de hæredit. & act. vend.* Gratian. *discept.*981. *sub num.*10. & 11.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio cumulatiue, non autem priuatiue censetur concessa. Concessa in feudum priuatiuè concessa censetur, num.2. Contra, num. 4. In feudum semper concessa dicitur, num.3. Ex priuilegio delegata cumulatiue intelligitur, num.5.*

OBSERVATIO XXXII.

1. PRINCEPS amplissimam concedens, seu donans Iurisdictionem, illa censetur concessa cumulatiue, itavt non impediat quominus postea sicut antea Princeps Iurisdictionem huiusmodi exercere valeat, *cap.dudum de præben.in* 6. Gram. *vot.*28.*n.*3. & *cons.*6. *num.*23. vbi ita iudicatum refert, & *cons.*72.*num.*8. & *seq.* Dec. *consil.*542. *sub n.*7. *versic. vltimo*, Decian. *tract. crim.lib.*4.*cap.*55. Bald. *cons.*326. *in fin. lib.*1. Natt. *cons.*487. *num.*24. & *seq.* Menoch. *de præsumpt.*18. *num.*1. & *seq.lib.*2. Rolan. *cons.*1. *à num.*134. & *consil.*80. *per tot.lib.*2. Surd. *consil.*56. *num.*19.35.39. & *seq.* vbi limitat in concessione Iurisdictionis quo ad certam causam, & *cons.*152.*num.*17. & *cons.*214. *num.*56. Gonzal. *ad regul.*8.*Cancell.§.*2.*præm.n.*20. Mastrill. *decis.*145.*num.* 13. 35. & 38. vbi confutat Amad. à Pont. & Boss. Giouagn. *cons.* 10. *num.*38. *lib.*1. Fontanell. *decis.*293. *num.* 9. & *seq.* vbi quod ille Senatus semper ita iudicauerit, & *decis.* 391. *num.*2. Ludouis. *decis.*4.*n.*5. Merlin. *decis.*152. *n.*3. & *decis.*191. *num.*4. & *decis.* 295. *num.*5. cum infinitis

2. apud Bonden. *collect.* 20. *num.*93. & 94. Nec ista opinio contradictorem habet, nisi Matt. *in cons.*10. *num.* 67. cuius tamen doctrina malè applicatur donatario, cum in Vassallo tantum procedat, ex Rol. *ibidem*, adducto, *cons.*48. *num.* 25. *lib.*2. Menoch. *de præsumpt.*18. *num.*5. *lib.*2. Bero. *cons.* 74. *num.*4. *vers.sed ex aduerso*, & *cons.*76. *num.*6.*lib.*1. Thesaur. *decis.*132. *num.*2. Cauagn. *decis. consult.*5. *num.* 7. & *seq.* & latius in additionibus ad eam, *num.*12. *fol.* 461. Olasc. *consil.*9. *num.* 41. & *consil.*45.*num.*6. Capyc. Galeott. *controu.*57. *num.* 19. & 20. *lib.*2. Matt. *cons.*117. *num.* 12. & *per totum*, Franc. *decis.* 417. *num.*2. & *decis.* 722. *num.* 25. Fontanell. *decis.* 388. *num.* 13. & 15. Carleual. *de Iudic. lib.*1. *tit.*1.*disput.*2. *num.*794.

Nec quicquam existimabatur, quod semper Iurisdictio in feudum concessa dicatur, Ruin. 3.
*consil.*22. *sub num.*7. *vers. Et quod ex dictis, lib.*1. Gabr. *de feud. conclus.* 3. *num.*4. Franc. Marc. *decis.* 80. *num.* 3. *in fin.* & *num.* 4. *part.* 1. Mart. *de Success. legal. part.*3. *quæst.*5. *art.* 2. *num.* 25. *vsque ad fin.* Rouit. *decis.*72. *num.* 5. Altograd. *consil.*71. *num.*30. *lib.* 2. Staiban. Iun. *resolut.* 59. *numer.*25. idem Mart. *consil.*10. *num.*26. & *consil.*182. *num.* 19. procedit namque in dubio, vt directè comprobant præcitati Doctores, qui propterea huic facto non applicari responsum, cum versemur in donatione.

Præterquam quod articulum dispungere superfluum reputauimus, non ita pro absoluto habuimus, quod concessio Iurisdictionis impartita Vasallo priuatiue quoad Inuestientem intelligatur; huic namque assertioni de directo resistunt notata super feudis Montisferrati per Manent. *consil.*108. Menoch. *consil.*604. & ibi Panzirol. *consil.*605. Surd. *d. consil.* 152. & *consil.*210. *num.*55. & 56. *ac per totum*, Bardellon. *consil.* 19. *num.* 32. & *seq.* & nouissima determinatio Consultationis Mantuæ, declarantis Iurisdictionem quantumvis Vassallis concessam cumulatiue impertitam censeri. Ex quibus in causa Abbatis de Grazano Iurisdictionem in criminalibus contra Laicos competere cumulatiue censuit Senatus, maximè quia à Principe Iurisdictionem criminalem dicitur habere ex priuilegio vti delegatus, & commissarius Principis; Afflict. *in cap.*1. 5.
§. si quis aliquem, prope fin. de pac. tenen. Larath. *de feud. part.*3. *dilucidat.*22. *num.*2. Sess. *decis.*79. *num.* 49. vbi quod Iurisdictio concessa sine pretio reuocabiliter etiam, seu precario in officium concessa dicatur, & faciunt latissimè tradita per Fontanell. *decis.* 388. *num.* 11. & *seq.* Caracciol. *de for. priuileg. quæst.*10. *num.* 20. & 21. *fol.* 253. Ioan. Franc. Andr. *controu.*320.*num.*8.9. & 12. vide *Obseruat.* 149.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas non incurritur ob non solutionem Census.*

2 *Contractus talis censetur, qualem partes nominant. Censualis arguitur ex non solutione Laudemij, num. 5. Ex denominatione iudicatur, num. 10. sed contra, numer.*11.

3 *Res cuius totum dominium est penes concessionarium non subiacet caducitati.*

4 *Obseruantia declarat qualitatem contractus.*

6 *Census in constitutione designatio confinium non requiritur seclusa constitutione Piana.*

7 *Emphyteusis in concessione designatio confinium necessaria.*

8 *Census irredimibiles antiquitus constituebantur. In dubio perpetui præsumebantur, n.9. In dubio potius præsumitur quam Emphyteusis, num.*13.

12 *Dominij etiam directi ex translatione cum onere soluendi quid annuum, pro censu intelligitur, & non pro emphyteusi.*

14 *Transactione extinguuntur priora Iura.*

Observatio XXXIII.

1. Implicat intrare deuolutionem, ex quo versamur in contractu, seu responsione Censuali, ratione cuius ad commissum nunquam agitur, Mantic. *de tac. & amb. lib.22. tit.3. num.10. & decis.134. num.3.* Rota *decis.420. num.3. part.3. recent.* Tomat. *decis. Macerat.60. num.33.* Tondur. *resol.79. num.7.* Fulgin. *de Emphyt. in prælud. quæst.8. num.8. & 26.* Rota *in Romana domus Sancti Iacobi Hispaniarum 22. Martij 1627. coram Patriarcha Hierosolymitano,* dixi, *alleg.24.n.4.& alleg.59.n.3.& alleg.96.n.1.lib.2.*

2. Nam concessio expresse facta apparet pro annuo censu, Natt. *consil.3. num.2.* Mantic. *de tac.& ambig. lib.22. tit.3. num. 12.* Fulgin. *de Emphyt. in prælud. d.quæst.8. num.7.& 24.*

3. Et de bonis spectantibus, & antea possessis per eum, cui facta extitit concessio, Rot. *d.decis.420. num.3. part. 3. recent.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.3. n.10.* Valasc. *de Iure Emphyt. quæst.32. num.26.* Tondut. *d.resolut.79. num.14.* Fulgin. *de Emphyt. in prælud. quæst.8. sub num. 6. vers. & ex hoc infertur.*

4. Deinde ex obseruantia ex libris Cameræ Monferratensis desumpta soluendi præstationem annuam vti à censuario, non autem vti ab Emphyteuta, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.8. n.35. & seq.* Fulgin. *de Emphyt. tit. de Contract. Emphyt. quæst.11. num.9.& 10.* Rot. *in Rauennaten. seu Ferrarien. decimarum 5. Martij 1649. num.17. coram R.P.D. Meltio.*

5. Vlterius quia non semel facta distractione istorum bonorum, nusquam Laudemij solutio intercessit, ex quo pariter contractum fuisse censualem infertur, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.3. num.15.* Rota *decis. 400. part.2. & dict. decis.420. num.4. part.3. recent.* & apud Contr. *decis.122.n.8.* Tondut. *d. resolut.79. num.3.* Thomat. *decis. Macerat.60. num.41.* Fulgin. *d.q.8. n.19.*

6. Insuper concessio censualis conuincitur, tanquam facta non designatis confinibus, ac in genere super omnibus bonis, seu aliqua parte ex controuersis, quemadmodum de Iure fieri posse seclusa constitutione Piana comprobant, Duard. *de Cens. §.primo, quæst.4. num.22. & 23. & quæst. 51. num.4.* Tondut. *resolut.97. num.17.*

7. At in concessione Emphyteutica certitudo rei, & designatio confinium omninò prærequiritur, Marsil. *in rubr. de probat. numer.412. vol.7. repet.* Specul. *in tit. de Locat. §.Nunc aliqua,* seu *in tit. de Emphyt. quæst.59. num.74.* quos sequitur Tondut. *resolut.64. num.2.& 3.*

8. Demum quia antiquissimis illis temporibus istorum censuum irredimibilium vsus erat frequentissimus. Vnde talis iste contractus, & non Emphyteusis præsumendus venit, Gratian. *discept. 985. num.12.* Rota apud Cenc. *de Cens. decis.394. num.1.& 2.& in Leodien. modiorum speltæ 1. Martij 1642. §. quamvis vero, vers. eaque affertur ratio, coram Reuerend. ss. Cerro Decano.*

9. Hinc propterea non obstat, quod concessio sit perpetua, si quidem ante publicationem Bullæ Pij V. præstario annui Census etiam in dubio, nec facta expressione perpetuitatis iudicabatur irredimibilis, vt post alios animaduertunt, Duard. *de Cens. in proh. q.19. n.3.& seq.* Rota *in d. Leodien. modiorum spelta 1. Martij, §. quamvis, coram Reuerendiss. Cerro.*

Minus obsistit, quod contractus, seu concessio cantet in Emphyteusim, ex quibus essentia contractus videtur declarata, Menoch. *præsumpt.105. n.1. & 2. lib.3.* Quia verba potiùs deseruire debent naturæ contractus, quam natura verbis; Ideoque ex dicta appellatione emphyteusis non desinit esse 10. census, Bald. *in lib.2. C. Commodat.* Valasc. *de Iure Emphyt. quæst.32. num.28.* Rota *in Romana prætensa deuolutionis 4. Maij 1607. §. non obstat, coram Lancellotto,* Fulgin. *de emphyt. in prælud. d. quæst.8. sub num.14. prope fin.* ibi, *licet in Inuestitura dicatur, quod conceditur res in perpetuam emphyteusim, cum translatione omnis Iuris, quod habet concedens, & nominetur talis contractus à partibus emphyteuticus in tota serie Instrumenti, nihilominus erit contractus Censualis, & q.15. n.6.* Vnde cum Summus Pontifex liberalitatē exercendo erga Marchionem Montisferrati, bona hæc, si quæ ad Monasterium spectabant, cum omnibus Iuribus præter annuum censum nil penitus reseruato transtulerit, vtique directa quoque transtulisse censetur, eaque propter emphyteusis omninò excluditur, ex Doctoribus mox citatis, quibus accedit Tondut. *dicta resolut.79. num.9.* 11. 12.

Omnique in casu, vbi in præmissis dubietas adhuc subesset, censualis potius quam emphyteutica diiudicaretur concessio, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.3. num.11.& 17.* Tondut. *d. resol.79. num.6.* Tomat. *decis. Macerat.60. num.28.* Fulgin. *de emphyt. in prælud. d. quæst.8. num.13.& 14.* Rota *in dicta Romana domus S. Iacobi Hispaniarum 22. Martij 1627. §. Iniustitia, coram Patriarcha Hierosolymitano,* & latius, *in Mediolanensi pretensæ deuolutionis 2. Iulij 1655. §. Neque releuat, vers. vel contractus censualis, coram R.P.D. Meltio.* 13.

Quæ adeo vera præexistunt, vt ex præscripto Bullæ, nec Monasterium quicquam vltra censum prætendere, nec Iudices impendi facere valeant, nec Iura ante transactionem Monasterio competentia vti exinde sublata merentur allegari, Rota *decis.132. n.2.& 11.* apud Post. *de subhastat. in addit.* repetita apud Royas, *decis. 251.* latè Valeron. *de transact. tit.5. quæst.4. n.3.& 4.* Merlin. *decis.854. n.4. & seq.* Contr. *discept.60. n.9.* 14.

Summarium.

1 *Caducatis substitutionum intermediis gradibus subsequentes subintrant. Amplia vt n.2. Limita vt, n.3.*

4 *Legitimatus quando excludat substitutum. Post mortem Patris ex eius præordinatione excludit venientes ab intestato, non autem substitutos, n.12. Contra, n.13. Et de ratione, n.14. Ex præordinatione testatoris dicitur consequi fideicommissum ab eo, n.16.*

5 *Legitimatio in præiudicium substituti est nulla, & n.9. Declara vt, n.6. Non præiudicat vocatis, sed testamentum vocans legitimos, & naturales, n.7. Dicitur facta de mente testatoris quando vocat, vel ponit in conditione legitimos, & naturales, n.15.*

8 *Emphyteusis transiens ad extraneos, transit etiam ad Legitimatos.*

10 *Tertius retrotractionem Legitimationis opponere nequit. Declara vt, n.11.*

17 *Legitimitatem assecutus ab habente facultatem legitimandi ab Imperatore, ab isto dicitur Legitimatus.*

Obser

OBSERVATIO XXXIV.

EX prædecedentia Ioan. Francisci de Surdis donatori cæteræ substitutiones in donatione per fideicommissum, siue primogenituram ordinatæ expirasse non dicuntur,
1. quia caducato primo, siue intermedio substitutionum gradibus subsequentes subintrant, ex traditis cumulatissimè post alios per nos *allegat.*50. *num.*4. & *allegat.*106. *num.*1. & 3. *lib.*3. quibus accedunt congesti per Ioan. Franciscum Andreol. *controuers.*312. *num.*26. & 27. vbi conclusionem optimè declarat, Tondut. *resol.*161. *n.*9. Mart. Ventur. *cons.*2. *num.*318. Caren. *resolut.*154. *num.*4. & *seq.* Otthob. *decis.*113. *num.*1. Huic tamen controuersiæ donator ipse occurrit, dum in casu præmorientiæ alicuius ex substitutis subsequentes in gradu ex-
2. pressè substituit, aliàs de caducatione dubitari potuisset, ex traditis per Antonin. de Marin. *resolut.*86. *num.*2. & *seq. lib.*1. Spad. *cons.*46. *num.*24. *lib.*1. qui tamen declarat, Capyc. Galeott. *contro-*
3. *uers.*26. *num.*21. & 22. vbi limitat inter substitutos quoad res diuersas *lib.*2.

Vnde me confero ad secundam quæstionem, in qua præsupposito pro constanti, quod legiti-
4. matus excludat substitutos, quippe quoniam in donatione vocantur; & in conditione ponuntur tantummodo filij legitimi, & naturales, vt latissimè prosequitur Fusar. *de substitut. quæst.*408. *ex num.*1. *ac per tot.* Rot. *decis.*667. *num.*1. *part.*1. & *decis.*100. *num.*6. *part.*5. *recent.* & coram Pen. *decis.*427. *num.*2. *cum seqq.* & apud nos *allegat.*111. *num.*15. *lib.*3. Pat. Fragos. *de Regimin. Reipubl. part.*1. *lib.*3. *disp.*6. *num.*53. Censal. ad Peregr. *de fideicom. art.*23. *fol.*103. *vers. non prætermittam*, & *fol.*127. *vers. hic casus*, Mart. Ventur. *cons.*37. *n.*108. & *seq.* Ioan. Franc. Andr. *controuers.*150. *num.*22. & *controuers.*277. *num.*38. Mart. *cons.*33. *num.*25. & *cons.*96. *num.*16. & *seq.* Giouagn. *cons.*21. *num.*6. *lib.*1. Marescot. *var. resol.*88. *num.*1. *lib.*2. Castill. *controuers. Iur. lib.*5. *cap.*106. *num.*8. Merlin. Pignatel. *controuers.*1. *num.*28. *in fin. lib.*1. & *controuers.*85. *num.*7. *centur.*2. Rota apud Salgad. *in Labyrinth. credit. decis.*28. *n.*17. alios cumulat Cammarat. *respons.*50. *num.*2. Fulgin. *de emphyt. tit. de diuers. quæst. emphyt. quæst.*24. *num.*9. & 17. vbi bene declarat.

Punctus difficultatis in eo consistit, quod legitimatio Iure iam quæsito substitutis successit, cum plures dies ab obitu grauati, & consolidato actualiter Iure fideicommissi in personam proxi-
5. mè successuri emanauerit, cui propterea legitimatio nullatenus præiudicauit, Peregr. *cons.*66. *num.*3. *lib.*2. Bardell. *cons.*68. *num.*20. *cum seq.* & *cons.*174. *num.*11. cum aliis apud Fusar. *de substitut. quæst.*408. *num.*155. & *seq.* Censal. ad Peregr. *de fideicom. art.*23. *vers. & si tamen, fol.*121. Cyriac. *controu.*208. *n.*16. & 28. Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*150. *num.*27. & *seq.* Cammarat. *d. respons.*50. *n.*8.

Animaduertendum enim se se offert, nos non versari in dispositione pura, sed sub conditione, cum tractu temporis successiuo, & tunc quia durante curriculo successiuæ dispositionis illegiti-
6. mus legitimationem consequi potest, ideo substitutio in personam naturalis non dicitur nulla, vel saltem conualescit superueniente legitimatione, per text. *in l. cætera* 41. §. 1. vbi scribentes, *ff. de legat.*1. *l.*3. *ff. si pars hæred. petat. l. Si duobus,* 16. *in princ. ff. de legat.*1. *l.*1. §. *si quis proximior, ff. vnde cognati, l.*2. §. *si vero apud hostes, ff. ad Tertull.* & latè prosequitur Cyriac. *controu.*205. *n.*71. & *seq.*

Ratio subest optima; quia legitimatio non est illa quæ præiudicat, sed testamentum, in quo 7.
vocantur legitimi, & naturales, ac consequenter etiam legitimati, Socin. iun. *consil.*93. *sub num.*66. *vers. vel secundò, lib.*3. Honded. *cons.*89. *num.*42. *lib.*1. & *cons.*71. *sub num.*28. *vers. sed solum videtur,* & *vers. item quod, circa fin. lib.*2. Gabr. *consil.*23. *num.*8. *lib.*2. vbi quod exclusio proueniat à testatore, non autem à legitimato, Giouagn. *consil.*30. *num.*12.13. & 14. & *cons.*31. *n.*24. *lib.*1. Rota coram Royas *decis.*197. *n.*10.

In quorum comprobationem optimè faciunt ea, quæ tradunt Doctores in materia feudi, aut emphyteusis, quæ etiam legitimatis deferuntur eadem ratione; quia per legitimationem vocatis 8.
non infertur præiudicium, sed per illum, qui primam concessionem etiam ad extraneos transmissibilem fecit, Seraph. *decis.*1378. *sub num.*3. *vers. neque enim,* Bald. *cons.*146. *sub num.*5. *lib.*1. vbi quod legitimatus succedat tanquam institutus in testamento, & tanquam quilibet, Bec. *consil.*191. *num.*6. Ciarlin. *controu.*6. *n.*6.7. & 8. Giouagn. *cons.*37. *n.*6. *lib.*2. Caren. *resolut.*102. *num.*21. & 24. & licet ipse concludat contrarium; nititur tamen auctoritate Rot. *decis.*41. *part.*1. *recent.* quæ in hac parte fuit reuocata coram Maluasia 9. *Iulij* 1606. §. *quibus sic stantibus, ibi, & primo non obstat decisio facta coram R. P. D. Crescentio,* 15. *Februarij* 1601.

Ob prædicta tamen difficultas sublata non videtur, ex quo legitimatio post purificationem fi- 9.
deicommissi obtenta, & sic iure fideicommissi actualiter consolidato fauore subsequentis vocati, quo casu in præiudicium illius non sustinetur, vt in puncto post alios comprobant, Surd. *consil.*552. *à num.*45. *ad* 50. Menoch. *consil.*108. *ex num.*48. Peregr. *decis. Patauin.*10. *num.*4. Marescot. *variar. resolut.*20. *sub num.*101. *vers. nihilominus aliud est, lib.*3. Rot. *decis.*145. *num.*14. *part.*1. *recent.* vbi ampliat etiam in legitimatione facta per Principem de plenitudine potestatis, & *decis.*600. *part.*3. *recent.* Gratian. *discept. forens.*496. *n.*16. & *discept.*635. *num.*55. & *seq.* & *discept.*673. *num.*21. Peregrin. *de fideicomm. art.*23. *num.*74. Fusar. *de substit. q.*408. *num.*143. & *num.*156. Sforz. Odd. *cons.*1. *à num.*59. *ad* 66. Bursat. *cons.*76. *num.*39. & *seq.* Cost. *de retrotract. cap.*8. *cas.*32. *n.*8. & *seq.*

Licet autem hæc exceptio circa inualiditatem legitimationis videatur de Iure tertij, nimirum 10.
immediatè successuri, qui solus eam opponere potest, Ruin. *cons.*93. *num.*8. *lib.*3. Rot. coram Ludouis. *decis.*82. *num.*10. Nihilominus cum rei repe- 11.
riantur in possessione, & conueniantur, nil prohibet, quominus de Iure tertij ob defectum legitimationis opponere valeant, *l. fin. C. de rei vindic.* & in terminis ratiocinatur Peregr. *d. decis.*10. *n.*14. & faciunt latissimè tradita per Giurb. *de success. feud.* §. 2. *gloss.*9. *num.*92. & per nos *alleg.*108. *num.*20. *lib.*3. ea ratione quia tunc tanquam omninò exclusium actoris, non dicitur exceptio de Iure tertij, sed de non Iure agentis.

Mox dicta sibi locum vindicant, etiam si legi- 12.
timatio post mortem de mandato defuncti processerit, siquidem mandatum huiusmodi quoad bona ipsius mandantis operatur, secus verò quoad bona vinculo fideicommissi obnoxia, de quibus disponere non poterat, Innoc. & Imo. *in cap. si*

 grandi

grandi, de suppl. neglig. Prælat. in 6. Anchar. *consil.427. sub num.2. vers. contrarium credo*, Dec. *cons.85. sub num.7. vers. vnde cum*, Tiraquel. *in l. si vnquam*, §. *susceperit liberos, sub num.65. vers. at hic, C. de reuoc. donat.* Surd. *cons.552. num.54.* Peregr. *de fideicom. art.23. num.74. in fin.* Gratian. *d. discept.635. n.35.*

Firma tamen adhuc stat nostra conclusio, quod nimirum legitimatio, quantumvis emanata post obitum testatoris, & grauati, adepta etiam possessione per substitutum hæreditatis, seu fideicom-
13. missi adhuc attendatur, cum enim legitimatus comprehendatur sub illa conditione, *si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus*, per fideicommittentem adiecta, inde propterea fit, quod legitimatio vti facta de consensu fideicommittentis, legitimatum ita capacem reddat, vt bona fideicommissi ad eius personam deuoluta recuperare possit, & Ius vocatis quæsitum ante legitimationem eadem solemniter subsecuta resoluatur, latè Menoch. *cons.459. num.43.* Alex. *cons.2. sub num.14. vers. quinimo etiam probat, lib.1.* Peregr. *cons.68. num.1. & seq. lib.2.* Fusar. *de substit. quæst.408. n.157.* & bene explicat Rim. *consil.55. num.15.* Rot. Bonon. *in consil. vnic. post decis. Barz. num.5.6.7. &* 8. Rota *decis.263. num.9. & seq. part.8.* & *decis.32. num.5. & seq. ac per totam, part.9. tom.1. recent.* Rub. ad Rot. *decis.217. num.500. & seq. part.9. tom.1. recent.* & hanc materiam licet in aliis terminis latissimè prosequitur Cyriac. *controuers. 205. num.31. & seq.71. & seq. &* 197. *ac ferè per totam*, ratio subest
14. optima, quia dum fideicommittens in conditione posuit legitimos & naturales, legitimatos quoque voluisse substituere censetur, & ideo legitimatio etiam post agnitionem fideicommissi subsecuta suffragatur ad exclusionem substituti, qui interim fideicommissum agnouit, *l. ex facto*, 17. §. *si quis rogatus*, vbi Castrens. *sub num.5. ff. ad Trebell.* latè Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.10. num.15. &* 16. Cyriac. *controuers.207. num.8. &* 9. & *controuers.208. num.22. &* 23. Molin. *de primogen. Hispan. lib.2. cap.8. num.41.* Cost. *de port. rat. quæst.156. num.11.12. &* 13. Ludouis. *decis.82. n.10.11. &* 12. Surd. *consil.75. num.7. &* 8. Gabr. *consil.29. num.14.15. & 16. lib.1.* Alex. Galuan. *cons.3. num.12.* Angel. *de acquir. possess. quæst.3. num.622. & 623.* Merlin. *de legitim. lib.1. tit.2. quæst.8. num.30. & 31.* Retento semper præcedenti Themate, quod in idem coincidunt, & eundem effectum exclusio-
15. nis substituti operatur legitimatio præordinata à testatore, vel quod fuerint vocati legitimi, & naturales, vt præter *superius* adductos pluribus exornat, Cyriac. *controuers.207. num.49.* vtroque enim in casu legitimatio retrotrahitur, & per illam legitimatus auocat bona ab illis, qui interim possessionem bonorum apprehenderunt.

Hinc ergo cum Ioan. Paulus de Surdis, non
16. tam iussu expresso Patris, quam etiam implicito fideicommittentis legitimatus extiterit, ac fideicommissum consequi debeat, *l. vnum ex familia, 67. in princ.* & *in §. si de falcidia, ff. de legat.2.* Cyriac. *controuers.207. num.34.* illius propterea legitimatio ad tempus natiuitatis vsque adeo retrotrahitur, vt bona fideicommissi sibi debita per alios occupata recuperare possit; sicuti enim si reperirentur penes substitutos, vti dicebamus ex præmissis auocare potuisset, quanto igitur magis aduersus omninò extraneos, id ei permittitur. Cætera vel responsione non indigebant, siue non applicabantur, aut ex iam dictis sublata remanebant, attenta potissimum amplissima facultate legitimandi in priuilegio legitimantis expressa. Qui cum auctoritatem à Maximiliano Imperatore legitimandi obtinuerit, perinde est, ac si Ioan. Paulus immediatè ab eodem Imperatore legitimitatem assecutus fuisset, Capr. *cons.2. n.13.* 17.
Rol. à Valle *cons.2. num.32. lib.4.* Rota coram Comitolo *decis.37. n.4. & 5.*

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis in concessione emphyteusis plus operatur, quam clausula* ad habendum, &c.

2 *Hæredum appellatione in emphyteusi mixta veniunt tantum hæredes sanguinis.*

3 *Emphyteusis restricta ad descendentes cum facultate alienandi intelligitur, si non sequatur alienatio. Venit in generali obligatione durante vita emphyteuta, num.5. Declara, vt num.6. & num.7.*

4 *Sperell.* decis.73. num.7. & decis.120. num.17. *declaratur, & n.10.*

8 *Emphyteutica ex consuetudine ad instar allodialium efficiuntur.*

9 *Consuetudinem allegans probare tenetur.*

11 *Consuetudo difficilis est probationis; Vt valeat requirit quod fuerit obtenta in contradictorio, num.12. Qualiter probanda, num.13. Actus factos animo inducendi eam requirit, num.14.*

15 *Doctori attestanti de consuetudine, non creditur.*

OBSERVATIO XXXV.

VIRTVS clausulæ *ad habendum*, de qua in concessione emphyteusis ab Ecclesia consortibus de Massenis facta per pro-
hibitionem alienationis immediatè inuestitis iniunctam vsque adeo eneruatur, vt prohibitio ipsa naturæ emphyteusis Ecclesiasticæ vniformis longè præualeat, Cald. *de emphyt. lib.2. quæst.10. num.16.* Gratian. *discept.344. num.11.* Rota *decis.294. num.8. part.2. recent.* & *in Romana deuolutionis domus 4. Decembris 1651. num.6. coram R.P.D. Bichio*, nunc inter impressas apud nos in addit. ad Castell. *de aliment. decis.69. & 20. Iunij 1653. num.7. coram R. P. D. Verospio*, & 15. *Iunij 1654. num.11. coram R.P.D. Meltio*, nunc inter impressas *ibidem*, *decis.97.* & dixi *in altera, §. præterquam quod.* 1.

Ex qua sanè alienationis prohibitione efficitur, vt præsens emphyteusis non obstante clausula *ad habendum*, adhuc remaneat pactionata, seu mixta, tanquam concessa pro hæredibus, & successoribus, quorum appellatione non nisi hæredes sanguinis vocati censentur, Gabr. *consil.84. num.51. lib.2.* Rol. *consil.96. num.6. & seq. lib.1.* Rim. iun. *consil.44. num.4.* Alex. *consil.83. num.1. & 2. lib.7.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.19. num.20.* cum aliis apud Rotam *decis.211. num.3. & 4. p.6. recent.* & *in d. Romana deuolutionis domus 4. Decembris 1651. num.1. coram R.P.D. Bichio*, & 20. *Iunij 1653. n.5. coram R.P.D. Verospio*, & 15. *Iunij 1654. num.7. coram R. P. D. Meltio*, & prius *in Caietana bonorum*, 3. *Decembris 1646. num.7. coram Reuerendissimo Cerro Decano*, nunc impressa *decis.427. part.9. tom.2. recent.* & *in Nouarien. bonorum* 2.

norum

norum, 1.*Iulij* 1644.*num*.138. *coram Reuerendissimo Dunozetto*.

Simul namque stare possunt, quod emphyteusis concedatur, & transeat solummodo ad descendentes, & inuestiti etiam in extraneos quomodolibet alienandi facultatem liberam habeant, si
3. quidem cessante alienatione voluntaria sequitur compatibilitas inter libertatem alienandi, & stipulationem ad fauorem comprehensorum, quæ recipit tantum conditionem, si non sequatur alienatio, Rot. *decis*.265. *num*.9. *part*.4. *recent*. & *in Rauennatens. emphyteusis* 14. *Iunij* 1627. *n*. 8. *coram R.P.D.Pirouano*, Manent. *cons*.106.*num*.16. Gabr. *cons*.91.*n*.11.*lib*.1.

Ex quibus manifestè apparet non obesse, seu
4. non applicari doctrinam Sperell. *decis*.73. *num*.7. & *decis*.120. *num*.17. maximè cum fuerit allegata in adductis à Sperello per modum dubitandi, & pro hac nostra opinione in vtraque ex dictis resolutionibus concludat.

Obiecto autem nunc reperito, quod sub obli-
5. gatione generali etiam emphyteutica comprehendantur, satisfeci *in altera*, §.*si quidem*, vbi cum ibi cumulatis dixi, hypothecam ex generali bonorum obligatione etiam in emphyteuticis contrahi, durante duntaxat vita ipsius emphyteutæ, & bene explicat Statil. Pacific. de Saluian. *inspect*.3. *cap*.2. *num*.57.& *seq*. ad effectum, vt obligatio contracta
6. per emphyteutam vocatos afficiat, assensus Domini prærequiritur, Rot. *decis*.328. *num*.29. *part*.5. *recent*. Merlin. *de pignor*. & *hypoth*. *lib*.2. *quæst*.8. *num*.49.

Nil ergo resistit, quod absque Domini licentia
7. emphyteusis etiam Ecclesiæ pignorata remaneat, Clar. *in* §. *emphyteusis*, *quæst*.18. Rot. *decis*.294. *num*.8. *part*.1. *recent*. cum adductis *in altera*, §.*nec in eis*, & nunc addo Rot. *in Romana domus* 4. *Maij* 1648. *num*.11. *coram Reuerendiss.Dunozetto*, nam conclusio ad præiudicium ipsius obligantis solummodo procedit.

In ordine ad inuestituram, & pacta in eadem inserta Ius creditorum cum excludatur ad prætensam consuetudinem alienandi in quoscunque emphyteutica Genuæ creditores confugerint; neque enim ambigitur, quod ex consuetudine
8. emphyteutica naturam allodialium in omnibus assumere valeant, Dec. *in consuetudine Mantuana*, *consil*.586. *num*.1. & 6. & *consil*.680. *num*.8. & 9. Grat. *discept*.449.*num*.26.& 27. cum infinitis apud nos *allegat*.13. *num*.1. *alleg*.28.*n*.1.*ac per tot*.& *alibi sæpò*, *lib*.2.

Præsupposita pro indubitabili conclusione prædicta secundum regulas Iuris punctus difficultatis residet in eo, an in Regione Genuensi adsit in effectu allegata consuetudo; vt nimirum in præiudicium vocatorũ, emphyteutica Ecclesiastica sint redacta ad instar allodialium, in commercio, sicut patrimonialia, ac in quoscunque transitoria;
9. allegans autem consuetudinẽ illam formiter probare obstringitur, Doct. *in c.fin. de consuet*. Mascard. *de probat*. *conclus*.423. *num*.20. & 26. Rot. *decis*.112. *num*.1. *part*.2. Sperell. *decis*.67. *num*.19. Corbul. *de emphyt*. *tit*. *de caus*. *priuat*. *ob lin*. *fin*. *num*.10. Menoch. *consil*.111.*num*.37. Fulgin. *de emphyt*. *tit*. *de success*. *in bon*. *emphyt*. *quæst*.9. *num*.26. & *de renouat*. *quæst*.1. *num*.29. & *quæst*.6. *num*.4. Mart. Venturin. *cons*.21. *num*.54. vbi quod sit probanda specialiter in casu controuerso similis inuestituræ.

At in facti contingentia consuetudo probata nullatenus dicitur, cum præcipuè ex Sperell. *in adductis decis*.73. & 120. contrarium potius conuincatur; quippe quoniam in illis consuetudo 10.
aliqua Iuri contraria non appareat deducta, quodque magis est, causæ, de quibus in recensitis ex aduerso resolutionibus Sperelli, iuxta ordinarias Iuris emphyteutici regulas, diffinitæ apparent.

Circa quod prius videndum sese offerret, an in facti specie concurrant requisita ad inducendam consuetudinem, quæ propterea in probatione eiusdem perdifficilis redditur, Rol. *cons*.13. *num*.9. 11.
& *seq*. *lib*.4. Bec. *cons*.128.*num*.13.& *seq*. Menoch. *cons*.187.*n*.57. Mart. Ventur. *cons*.1.*n*.396. Ludouis. *decis*.162.*n*.13.

Inter cætera autem necesse erat probare, quod huiusmodi consuetudo fuisset iudicialiter obtenta 12.
in contradictorio, Bart. & alij *in l*.2. *C.quæ sit long. consuet*. Surd. *cons*.393. *num*.25. Rot. *decis*.336. *sub num*.6. *in fin*. *part*.4. *diuers*. & coram Burat. *decis*.497. *num*.10. Sperell. *decis*.91. *num*.77. Mart. Venturin. *d.consil*.1. *num*. 397. Ruger. *consil*.38. *num*.27. & *seq*. *lib*.1. Altograd. *consil*.42. *num*.55. *lib*.2.

Vlterius vt inducatur consuetudo oportet iudicem pronuntiare consuetudinem extare, Bald. *in l.cum de consuetudine*,33.*num*.1.*ff.de leg*. Hieron. de Rossis post Viu. *decis*.225.*n*.19.

Insuper probanda est consuetudo in casu, & actu, atque etiam cum qualitatibus, quæ concur- 13.
runt, in casu de quo agitur, nec sufficit illam probare in genere, Surd. *cons*.382.*num*.41. & *decis*.131. *num*.10.& 11. Altograd. *d.cons*.42.*n*.50.& *seq*.*lib*.2. Sperell. *d.decis*.67.*n*.21.& *seq*. Ludouis. *decis*.45.*n*.6. & *decis*.162.*n*.2.

Requiritur etiam, quod actus huiusmodi emanauerint animo inducendi consuetudinem, aliàs 14.
non obligant pro futuro tempore, Bursat. *cons*.57. *num*.20. Surd. *consil*.254. *num*.30. & *seq*. Viu. *decis*.130. *num*.8. Vnde cum aliquod ex prædictis requisitis in facti specie non concurrat, ideo sub clypeo prætensæ consuetudinis à regula Iuris ordinaria recedendum non videtur.

Nec quidquam facit attestatio eruditissimi ex aduerso consulentis; quod nimirum sæpius iuxta illius intentionem iudicatum extiterit, quandoquidem non creditur Doctori, aut Iudici attestan- 15.
ti de consuetudine, Alex. *in l.post dotem*, 41.*num*.39. *ff.solut. matr*. Ias. *in l.de quibus*, 31. *num*.89. & 90. *ff.de legib*. Neuizan. *consil*.66.*num*.31. Paris. *cons*.31. *num*.14.*lib*.1. Menoch. *consil*.238.*num*.20. Ludouis. *decis*.274.*num*.5.& *num*.8. quicquid esset in pluribus Iurisperitis in Curia, seu Ciuitate versatis, ex quibus, iunctis deductis in altera Iuris obseruatione omnibus in contrarium replicatis, satisfactum censetur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis recepta probat numerationem, vbi præcessit promissio. Dotis recepta facta extraneo magis probat, n*.3.
2 *Iudicis decretum suspicionem fraudis remouet.*
4 *Dos realiter soluta in subsidium detrahitur de feudo.*
5 *Iure datoris resoluto ius acceptoris resoluitur. Declara, vt n*.6. & *n*.7.

Observatio XXXVI.

DVPLICI ex capite existimauimus con-fessionem dotis receptæ pro actuali do-
1. tis numeratione haberi; Altero quia præcessit promissio, *l. in contractibus*, 14. §. *quoniam*, vbi Castren. & alij, *C. de non numer. pec.* Ludouis. *decis.*62. *num.*6. Censal. *decis.*50. *num.*1. *& seq.* Rot. apud Contr. *decis.*116. *num.*8. Rot. *decis.*36. *num.*4. & *decis.*145. *num.*1. apud Pacific. de Saluian. & apud Zach. *de Cam. obligat.*203. *num.*3. & *decis.*257. *num.*5. & *decis.*258. *num.*1. & *decis.*263.
2. *num.*1.2. *&* 3. vbi ponderat interuentum Iudicis, quamcunque suspicionem fraudis remouentem, Ferentill. ad Burat. *decis.*108. *sub gloss. B. vers. quando autem*, & *in Romana domus* 22. *Iunij* 1654. §. *creditum dotis, coram R.P.D. Meltio*, vbi vlterius ponderat, quod in dicto casu expressum appareret qualiter dos soluenda esset. Vnde cum in facti specie coram Senatu examinata insertio capitulorum matrimonij in instrumento cum receptionibus solutionum, & præsentia Serenissimæ concurrerent; omnis propterea suspicio fraudis cessabat, ac consequenter de reali dotis solutione sufficienter constare iudicatum, Bonden. *collect.*16. *n.*79.

Altero, & sanè indubitato, quia confessio dotis receptæ non emanauerat, nec erga vxorem, neque erga Socerum, sed erga penitus extraneos, ac pro potiori rata ipsammet Serenissimam; quo quidem
3. casu omnis donandi animus remouetur, seu donatio ipsa nullatenus prohibita censetur, Marescot. *variar. resol.*1. *cap.*8. *num.*8. Surd. *consil.*489. *n.*21. Ioan. Franc. Andr. *controuers.*186. *nom.*12. *& seq.* Rot. apud Zacc. *de Cam. obligat. d. decis.*258. *num.*5. Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.*51. *num.*97. *&* 98. Merlin. *decis.*652. *num.*5. *&* 8. qua de re diximus quoque *obseruat.....*

Ex præmissis negari igitur non poterat, quin intraret decretum Montisferrati, disponens dotes
4. realiter numeratas ex feudalibus liberis non existentibus detrahi posse, super quo scripsi *allegat.*58. *lib.*2. etiam si feudum pro restitutione dotis obnoxium ob lineam masculorum Vassalli finitam ad Dominum rediisset, contra regulam Iure da-
5. toris extincto, Ius quoque acceptoris euanescit, *l. lex vectigali*, 31. *ff. de pignor.* & facit text. *in cap.*1. *qui success. ten. cap.*1. §. *fin. si de inuest. feud. contr. fuer.* Cyriac. *controuers.*23. *n.*15. & *controuers.*204. *num.*13. Merlin. *decis.*639. *num.*1. *& de pignor. & hypothec. lib.*2. *quæst.*8. *num.*46. Hodiern. ad Surd. *decis.*160. *num.*3. *&* 4. San Felic. *decis.*114. *num.*5. dixi *allegat.*10. *num.*70. *fol.*156. & *allegat.*22. *num.*8. *lib.*1. & *allegat.*11. *num.*11. & *allegat.*16. *num.*1. & *allegat.*82. *num.*17. *lib.*2. Bonden. *collect.*37. *n.*135.

Si quidem animaduertebatur, quod dicta resolutio hypothecæ vti contractæ cum assensu Serenissimæ non militabat. Quando enim obligatio super feudalibus contrahitur, & licentia Principis corroboratur, non habet locum tunc recitata conclusio, seu regula, iuxta quam Iure datoris resoluto Ius pariter acceptoris resoluitur; si qui-
6. dem stante assensu Serenissimi cum onere, hypotheca, atque seruitute feudum deuoluit, textus *in cap.*1. §. *è contrario*, ibi, *sine Domini voluntate, de inuest. de re alien. fac.* ibique Isern. §. *quid ergo, sub n.*5. & Præposit. *sub n.*2. Socin. *consil.*91. *n.*1. *&* *per tot. lib.*3. Boër. *decis.*181. *num.*4. *& seq.* Rosental. *de feud. cap.*9. *conclus.*18. *num.*1. & *in gloss. A.* Hodiern. ad Surd. *decis.*160. *num.*6. Cyriac. *controuers.* 204. *num.*97. & *controuers.* 446. *num.*1. vbi quod istud nullam prorsus habet difficultatem, & *controuers.*447. *num.*4. vbi ampliat etiam adiecta per Dominum in assensu clausula, *saluis Iuribus*, Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*2. *q.*8. *num.*49. & *quæst.*12. *n.*1.

Verumtamen, quia casus repetendæ dotis in feudalibus adhuc non successit, & interim in Ducatu Montisferrati plures Serenissimi non Iure hæreditario, sed primogenituræ successerunt, ideo vis assensus Ducalis eneruata remansit vsque adeo, 7.
vt contra ipsos, seu ab eis causam habentes nullatenus suffragetur, ex traditis per nos *allegat.*16. *per totam, lib.*2. Manent. *cons.*86. *sub num.*4. *vers. maximè.*

Summarium.

1 *Versio in causam narratam quando pro validitate contractus sit probanda, & num.*2. *Contrarium qui teneant, n.*3. *In quibus terminis procedant, n.*4.

5 *Minor effectus maior, soluendo Census, constitutionem nulliter factam conualidat. Declara, vt num.*6. 7. *&* 8. *Habilitatus pro summa, in minori se non potest obligare, n.*12. *&* 13.

9 *Statutum Mantuæ sub rubr.* de mod. & form. obseru. in contract. minor.

10 *Ratificatio sine scientia nullitatis non inducitur, & de ratione, n.*11.

14 *Monetarum augmentum non debetur ex Ordinibus Mantuæ. Fallit vbi certa species in contractum deducitur, n.*15. *Æstimatio facit venditionem, n.*17.

16 *Minimum quod est sequimur in Moneta.*

18 *Dispensatus ad constituendum Censum non dicitur habilitatus ad fideiubendum.*

19 *Fideiussoris obligatio, etiam principaliter, & in solidum, corruit ob nullitatem principalis, & num.*20. *Amplia, vt num.*21. *&* 22. *Fallit, vt num.*23.

24 *Procurator ad fideiubendum fines mandati custodire tenetur.*

25 *Monetæ valor de tempore solutionis attenditur, quando obligatio est in certa specie Monetæ. Declara, vt n.*26.

27 *Pars vna instrumenti aliam declarat.*

28 *Cessio subsecuta in Moneta imaginaria indicat qualitatem Monetæ in contractu deductæ.*

29 *Cessionarius nonnisi pro quantitate sibi cessa Ius consequitur, & residuum penes cedentem remanet.*

30 *Legitimatio Personarum etiam in executiuis requiritur.*

31 *Exceptio nullitatis oriens ex instrumento Census, illius executionem impedit.*

32 *Præscriptio Statutaria actionem tollit.*

33 *Senatus non habet iurisdictionem in prima instantia.*

34 *Reus absoluitur ob nullitatem iudicij.*

Observatio XXXVII.

PLVRES Articuli in præsenti Controuersia examinandi occurrunt. Primus, ac principalis:

cipalis: An Census per D. Maximilianum de Bortesiis ætate minorem, quantumvis habilitatum à supremo Principe, creatus viribus subsistat. Rescriptum habilitationis ita se habet: *Fiat ad effectum supplicatum cum interuentu Prioris Collegij, & Comitis eius Soceri.* In precibus autem dictus D. Maximilianus expressit se arctatum recipere pecunias ad censum pro extinguendo Ære alieno in summa Scutorum mille quinquecentum, quo se granatum asseruit.

Cui quidem rescripto inhærendo idem D. Maximilianus cum interuentu prædictorum constituit annuum censum Ducatonorum quadraginta octo, quem vendidit D. Ioan. Iacobo de Manentis pretio Ducatonor. sexcentum libras sex mille constituentium; Quod pretium in tot similibus Ducatonis D. Maximilianus realiter recepit.

Nullitas prædictæ constitutionis Census inconcussa ex eo euadit, quia de versione pecuniarum

1. in extinctionem Æris alieni edoctum non apparet. Quemadmodum de iure requiritur, quando Minor pro soluendo Ære alieno ad alienandum, seu Censum constituendum dispensatur, Innoc. *in cap.1.num.*10. vbi Butr. *num.4.extr.deposit.* Barr. & alij *in auth. hoc ius porrectum, num.*7. *C.de Sacros. Eccles.* Couar. *var. resolut.*17. *num.*3. *lib.*2. Surd. *decis.*156. *prope fin. vers. & quamvis*; & ibi Hodiern. *in fin.* Rot. coram Seraph. *decis.*366. *num.*3. & *decis.*681 *num.5.vers. licet secus sit, part.*1. *recent.* & coram Burat. *decis.*714. *num.*1. Gratian. *discept. forens.*45. *num.*34. Cenc. *de cens. quæst.*15. *sub num.*37. *versic. an impositio, & post tract. decis.*8.*num.*11. & *decis.*29. *num.*1. & *decis.*287.*num.*4. Beltram. ad Ludouis. *decis.*511. *sub num.*33. *vers. imò nec etiam,* Anton. de Amat. *variar. resolut.*3. *num.*55. Tomas. *de tutor. & curat. tit.*19. *sub n.*3625. *vers. si autem, fol.*870. Ventrigl. *in prax. annot.*37. §. *vnico, num.5.& *16. latè Sperel. *decis.*154.*num.*99. *& seq.* Qui omnes parificant in hoc Ecclesiam, & Minores, atque emptorem census teneri probare versionem, quando minor ex causa necessitatis extinguendi Æs alienum Censum constituit; secus verò si ex causa voluntaria, seu propter vtilitatem; Hanc namque posteriori casu versionem emptor probare non obstringitur.

Fortius hæc conclusio sibi locum vindicat ex quo Princeps Minorem ad constituendum censum habilem non reddidit simpliciter, sed cum plica, & limitatione, ad effectum supplicatum,

2. non quidem specificè, sed indeterminatè, generaliter, ac incertitudinariè quoad Creditores satisfaciendos. Quo casu tanto magis versionis pecuniarum in causam narratam probatio ex necessitate prærequiritur, Anton. de Butr. *in dict.cap.*1. *sub num.*13.*vers.*4.*fallit, extr. deposit.* Abb. *cons.*41. *sub num.*1. *vers. tertio defectus, lib.*1. Alex. *consil.*4. *num.*8. *lib.*3. Surd. *consil.*181.*num.*11.*&* 12. Sperell. *d. decis.*154. *num.*110. vbi id indubitatum renuntiat, quando in Rescripto imponitur versio in causam supplicatam, quemadmodum hic successit, ex quo Princeps Sereniss. rescripsit: *Fiat ad effectum supplicatum,* Caualer. *decis.*612. *num.*17. Rot. *decis.*131. *num.6. & seq. part.*7. *recent.* & latius *in Bononien. fideicommiss. de Rubeis* 30. *Maij* 1646. §.2. *quia,* vbi quod onus conuertendi pecunias in satisfactionem Æris alieni Rescripto adiectum importet formam, qua non seruata, actus omninò irritatur.

Nec quicquam releuaret, quod contrarium de

3. directo sustinere videatur Surd. *d.decis.*156.*num.*9. & ibi Hodiern. Ludouis. *d.decis.*511.*num.*9. *& seq.* Mangil. *de subhast.quæst.*116.*n.*2. *&* 3. Ioan. Franc. Andreol. *controu.*240.*n.*55.*&* 56.

Omisso enim, quod loquuntur in alienatione voluntaria ex causa vtilitatis, ac in personis non 4.
priuilegiatis, neque enim per hoc à Conclusione *superius* firmata recedendum est, per ea, quæ contra Surd. ex professo replicauit Manent. *consil.*17. *à num.*39. *vsque ad* 64. Super quo nec vlterius immorandum duxi; siquidem contra Surd. *in citata decis.*156. iudicauit Senatus Mantuæ, teste eodem Manent. *decis.*31.*n.*24.*& seq.*

Nec ex eo quod D. Maximilianus ætate maior effectus, & successiuè illius hæredes in solutione censuum continuauerint constitutionem census, 5.
ipso iure nullam, conualidasse censeatur, *l. si præteritus,* 15. *ff. de bonor. poss. cont. tab.* & latè prosequitur Cenc. *de cens. d. quæst.*1. *num.*21. *&* 22. Omisso enim quod non constat de solutionibus quoad D. Maximilianum extra minorem ætatem factis, ex quo à die constitutionis patum superuixit, superstitibus eius filiabus in infantili ætate existentibus, & gesta à Patre ignorantibus, quæ propterea soluendo censis in nihilo sibi præiudicare potuerunt. Ad quem effectum ab ouo solem- 6.
nitates in actu alicuius ex solutionibus repetendæ erant: Innoc. *in cap. cum dilecto, num.*1.*in fin. de empt.& vend.* Surd. *decis.*159.*num.*7. cum adductis per Merlin. *decis.*575. *num.*26. Obiectum ita demum procederet, si minor factus maior haberet notitiam nullitatis, & defectuum constitutionis census tam de iure, quàm de facto resultantium, 7.
Gratian. *discept.*240. *num.*22. *& seq.* Ludouis. *decis.*204.*num.*4.*&* 8. & *decis.*473. *num.*20. cum adductis per Burat. *decis.*410. *num.*11. *& in annot. num.*15. Car. *resolut.*79. *num.*10. *& seq.* Cyriac. *controu.*289. *num.*4. Cenc. *de cens. quæst.*15. *sub num.*22. *in fin.* & *quæst.*66. *num.*56. *& seq.* latè Mart. Ventur. *consil.*6.*ex num.*23. vbi quod scientia ab allegante concludenter probari debeat, Sperell. *decis.*172. *num.*15. *& seq.* dixi *allegat.*14. *num.*16. *lib.*2.

Sicuti neque census sustineretur ex eo quod D. Marchionissa de Gazinis filia, & hæres D. Maximiliani effecta maior per quinquennium, & vltra non reclamauerit, quinimò & census de tempore in tempus actualiter soluerit, cum exinde contractum Census ratificasse vsque adeo videa- 8.
tur, vt non amplius ad dicendum de illius nullitate admitti debeat, *l.fin.C.si maior fact.alienat.rat.hab.* Cyriac. *contr.*181.*n.*72.*& seq.* & *contr.*308.*n.*40.41. *&* 56. Gratian. *discept. forens.*124. *num.*24. cum aliis apud Cenc. *de cens. dicta quæst.*15. *num.*23. *& seq.*

Quemadmodum neque resistere videtur Statut. Mantuæ *sub rubr. de mod. & form. seruand.in contract. minor.* §. *nec possint,* quo prohibentur con- 9.
tractus celebrari sine solemnitatibus ab eo requisitis validari vllo vnquam temporis spatio post maiorem ætatem; Quia illud procedit in validitate, quæ resultat solo beneficio temporis; non verò de præsumpta eiusdem actus renouatione per actus positiuos solutionum inducta, quæ in Statuto non comprehenditur, Manent. *consil.*68.*num.*2.*& per tot.* & *decis.*43. *num.*27. *& seq.* Cyriac. *contr.*29.*n.*64.*&* 65.

Adhuc tamen obiectiones prædictæ non subsistunt, dum de scientia D. Marchionissæ de Gazi- 10.
nis non constat, ex traditis per Ludouis. *decis.*311. *num.*15.*&* 16. & Merlin. *decis.*615. *num.*5. quæ est

decis.

*decis.*557.apud Cenc. *de cens.* Ratio subest optima,
11. quia præter actus positiuos solutionum census, scientia etiam illius nullitatis prærequiritur, Rot. *decis.*635. *num.*12. *part.*1. & *decis.*39. *num.*5. *part.*5. & *decis.*56. *num.*3.*& seq.* & *decis.*260. *num.*11.*&* 12. *part.*6. *recent. & post tractat.* Cenc. *de cens. decis.*190.*num.*3. & apertius *decis.*543.*num.*20. *& seq.* Ex quibus negari non potest quin ex prædictis census omninò inualidus reddatur.

Nullitas insuper constitutionis census ex eo principaliter deducitur, quia habilitatus ad constituendum censum in Scutis mille quinquecentum, in minori summa, Scutor. scilicet mille, con-
12. stituere non potuit, ex textu *in l. si pupillorum*, 7. §. *si Prætor*, *ff. de minor.* Surd. *decis.*268. *num.*20. *&* 21. Cyriac. *controu.*323. *num.*35. *cum tribus seq.* Maximè & cum Sereniss. Princeps absolutè veniam ætatis non concesserit, sed aliquas solemnitates adhiberi iusserit, & præcipuè Decretum
13. Prioris, ob cuius indiuiduitatem res magis clara euadit, & nullitas constitutionis census irreparabiliter insurgit, iuxta distinctionem Manent. *decis.*43. quam sequitur Hodiern.ad Surd. *dicta decis.*286.Lancellot. Gall.*consil.*45.*n.*23.*& seq.*

Eoque magis prædicta indubitanter procederent, si constitutio census in Ducatonis argenteis effectiuè creata vnquam censeretur, contra ipsam supplicationis narratiuam de constituendo Cen-
14. sum in Scutis à libris sex imaginariis, quæ proptereà augmentum non recepissent, ad formam Ordinum, de quibus apud Cyriac. *controu.*391. *num.*23. Quod non ita sibi locum vindicat, quando
15. certa species monetæ in obligationem deducitur, quæ quotidie augetur, Rot. apud Cenc. *de cens. decis.*218. adeo vt Scuta mille illius temporis, quo census constitutus extitit, modo Scuta mille quinquecentum circiter constituerent. Quæ indubitanter procedunt, ex quo preces, & rescriptum intelligi debent in indiuiduo de Scutis à libris sex, ne, si intelligerentur in genere, etiam Scuta mille quinquecentum auri minor ad censum recipere potuisset; quo nil absurdius excogi-
16. tari posset; semper enim Moneta minor in qualibet dispositione venit, *l.nummis*, 73.*ff. de legat.*3. Gratian. *discept.*165. *num.*11. Surd. *decis.*298.*num.*1. Animaduertendo insuper, quod si minor recipiendo monetas imaginarias ad Ducatonos simpliciter obligatus censeretur, præter constitutionem
17. census contractus venditionis Ducatonorum pro valore in tot monetis recepto nulliter, ac absque dispensatione recessisset. Æstimatio enim Ducatoni, & traditio illius pretij venditionem facit: *l.vnica*, *C.de arg.pret. lib.*10. Thesaur. *in tract. de monet. part.*1.*num.*18.

Obligatio fideiussoria, & iste erit secundus Articulus, nec ex parte principalis, nec ex parte fideiussoris viribus subsistit. Quoad principalem
18. quia habilitatio strictè interpretanda ad hanc obligationem se non extendit, Manent. *consil.*10. *num.*25. *&* 26. & *cons.*17.*num.*28. & *cons.*38. *n.*22. cum adductis per Cyriac. *controu.*319.*num.*5. *&* 6. & faciunt tradita per Cenc. *de cens. quæst.*52. *n.*2. *&* 13.& Maur. *de fideiuss.c.*1.*n.*13.*fol.*187. quatenus reuocant an fideiussor censui accedere possit, & habens liberam dispositionem fideiubere valeat, in tantum quod disputant Doctores, an dispensatus ad actum pro illo bona obligare valeat, vt videre est apud Menoch.*consil.*478.*num.*26.*& seq.* Cyriac. *controu.*189. *num.*25. Gratian. *discept. forens.*99. *num.*28. Si ergo dubitatur an minor habilitatus ad contrahendum erga secum contrahentem validè bona obliget; certè indubitatum erit quod obligationes bonorum præstando fideiussorem, & promittendo indemnem conseruare, multiplicare non poterit. Quoad fideiussorem obligatio illius, tanquam accessoria, corruente prin- 19.
cipali, euanescit; quantumvis principaliter, & insolidum se obligauerit, *l.sed etsi pater*, 11.§. *non solum*, *ff. ad Maced. l.cum lex*, 47. *in fin.ff. de fideiuss.* Odd. *consil.*41. *num.*18. *cum pluribus seqq.* Cyriac. *controuers.*232.*num.*25. *&* 26. & in puncto pluribus exornat Cenc. *de cens. quæst.*52. *num.*10. *& seq.* Et quicquid in oppositum sustinere con- 20.
tendat Gratian. *discept. forens.*122. *num.*1. *ac per tot.* & *decis.March.*181. *num.*10. *& seq.* Marescot. *variar.resolut.*65.*n.*7. *& seq.*Ludouis.*decis.*321.560. *&* 564. Cenc. *de cens. quæst.*74. *num.*12. *& post tractat. decis.*537. *num.*9. & *decis.*42. *per tot.* apud Merlin. *de pignor. & hypothec.* Loquuntur namque stante iuramento; clausula: omni meliori modo; & obligatione Camerali, in facti specie non adhibitis. Quibus etiam in terminis contrarium, & sic nostram opinionem latissimè defendit Barz. *decis.*99. *per totam*, vbi fundatur in eo, quod nullitas proueniat ex defectu formæ Statuti, aut Decreti Principis, & adducit Senatum nostrum coram Surd.*decis.*268.*num.*8.*& seqq.* Seraph. *decis.*787.*num.*15. Maur.*de fideiussor. cap.*5. *sub num.*3. *vers. quando contractus annullatur ex defectu formæ*, *fol.*181. *&* §.46. *num.* 1. *fol.*627. Thomas. *de tutor. & curat. tit.*19. *sub num.*566. *vers. licet non teneatur si contractus nullus sit formæ defectu.*

Præterquam quod Doctores mox adducti, qui volunt fideiussorem teneri, etiamsi principalis obligatio ipso iure irrita sit, procedunt quando contractus ex dispositione Statuti dumtaxat, & sic iure speciali, nullus redditur, vt illorum doctrina pandit.

At in casu nostro nullitas constitutionis cen- 21.
sus non prætenditur solum ex iure speciali minoris, seu Statutario ob non adhibitas solemnitates, sed etiam de iure communi, ac nostrorum traditione propter non secutam versionem pecuniarum in extinctionem Æris alieni, iuxta preces, & decretum Ducale, quæ nullitas non tantum fauore minoris, sed quorumcunque indifferenter militat; quo casu ad nullitatem constitutionis 22.
census nullitas quoque fideiussionis necessario consequitur, Cenc. *de cens. dicta q.*74.*n.*9.*vers.vel potest*, Marescot. *dicta resolut.*65. *num.*3.*&* 9.*lib.*2. Rota apud Merlin. *de pignor. & hypothec.decis.*42. *num.*3.*& seq.*

Nec obstat quod fideiussor obligationi principalis accedere declarauerit, etiamsi principalis obligatio nullatenus subsisteret; tunc enim, 23.
nullitate contractus non attenta, adhuc fideiussor obligatus remanet, Ludouis. *decis.*560. & *decis.*564. *vtrobique in fin.* Gratian. *dicta discept.*122. *n.*26. cum adductis per Cenc. *de cens. dicta q.*74. *num.*13.

Siquidem Procurator ad fideiubendum constitutus apparet pro censu validè, vt præsumitur, creando; nec ex serie Mandati colligitur facultas aliqua accedendi ad promissionem fideiussoriam, vbi constitutio census ipso iure nulla præexisteret; in quo cum fines Mandati excesserit, 24.
ideo principalem non obligauit, *l.si procurat.*10. *C.de procur. l. diligenter*, 5. *in princ.ff. de Mand.* Surd. *decis.*209.*n.*8. Mart. Medices *decis.Senen.*58. *num.*14.

n.14.& pluribus ad rē cōprobat Cyriac.*contr*.298. *num.3.& seq.*Burat.*decis*.561.*n*.2.Mantic.*de tacit.& ambig.lib.3.tit.9.n.62.*Merlin.*de pignor.& hypothec. lib.2.q*.104.*n*.3.vbi quod Procurator constitutus ad fideiubendum, beneficiis fauore fideiussorum inductis renuntiare valeat, quia ita moris sit. Quæ consuetudo non viget in hoc casu, quia fideiussores in casu nullitatis regulariter se obligare non solent, Caualer.*decis*.612.*n*.19.*& seq*.vbi quod in totum actus Procuratoris reddatur nullus. Ex quibus incōcussum omninò euadit quod tam principalis, quàm fideiussor ad nihilum pro censu teneantur.

Omniqueue in casu validitate census, citra dispendium veritatis, præsupposita, nonnisi in libris sex mille sustineretur. Quippe quoniam etsi constitutio census in certa specie, nimirum Ducatoni,
25. facta appareat, & propterea solutio fieri deberet in eadem specie Ducatoni, & secundum illius bonitatem intrinsecam, Thesaur. *decis*.174.*n*.5.Surd. *cons*.242. Cenc. *de cens.q*.85. *n*.8. *& post tract. decis*.219.*n*.1.& *decis*.330.*n*.1. Cyriac.*controu*.388.*n*.13. Lar.*decis*.21.*n*.24. *& per tot.*

Attamen subiungitur, constituentium libras sex mille. Censuarius propterea non tenetur ad
26. Ducatonos, seu eorum valorem, nisi limitatum ad prædictas libras sex mille, causa taxationis adiectas, Surd.*cons*.392.*n*.2.3.*&* 12.Eóque magis quia in hac Patria non adest diuersitas Ducatonorum circa valorem, & de tempore constitutionis census omnes Ducatoni pro libris decem expendebantur. Dicta igitur verba cum non possint stare demonstratiuè, necessariò sequitur eadem intelligenda taxatiuè, Cæphal.*cons*.31.Surd.*cons*.368.*sub n*.13. *vers. non etiam mouet*,& optimè declarat Gratian. *discept. forens*.417. *num*.8. *& seq.* sequitur Rot. *in Bononien. dotis, seu pecuniaria*, 26. *Martij* 1645. *§.neque aureorum, coram Reuerendiss. Dunozetto Decano*. Et hæc interpretatio tanto magis retinenda venit, ex quo est conformis precibus, & rescripto. Vltra quod Pedretus, qui pecunias tradidit, eas in alia specie quam Ducatonorum exbursauit.

In nihilo prorsus refragante, quod in subsequenti parte instrumenti census subiungatur clausula: in tot nempe Ducatonis, vel eorum valorem de tempore in tempus destinatum solutionum,
27. iuxta eorum cursum. Hæc enim posterior pars instrumenti interpretationem recipit à præcedenti; vt nimirum intelligatur de valore limitato correspectiuè ad libras sex mille, *l.vtrum*, 26. *ff. de legat*.1. Surd.*decis*.202.*num*.15. dixi *allegat*.72.*n*.19. Rot.*in Bononien.de Maluetiis*, 11.*Decembris* 1624. *num*.7. *coram R.P.D.Pirouano*. Quemadmodum postea de huiusmodi censu habita fuerit ratio vti de creato in libris, seu totidem Scutis, iuxta etiam acquisitionem D. Ferdinandi Făcipecoræ Pauesij, tametsi per errorem loco cedendi illum in Scutis mille, in mille biscentum cessus appareat. Quam
28. ob cessionem subsecutam in tot Scutis, præter alias considerationes mox adductas, natura obligationis, & qualitas monetæ fortius explicata remanet, *l.item si*, 8. *alias est*, *l. sed Iulianus*, 9. *§.proinde*, *ff. ad Maced*. Cenc. *de cens. quæst*.85. *num*.33. *& post tract*. Rot. *decis*.221. *num*.2. *&* 3. Lar. *decis*.24. *num*.17. Cum igitur census realiter in Ducatonis non fuerit constitutus; nec ad id minor habilitatem obtinuerit; nec acquisitio D. Pauesij de Ducatonis verbum aliquod faciat, minusve actus successerit vniformis; Prætensioni modo excitatæ de exigendo in Ducatonis non est locus. Ideò quatenus vnquam census consisteret, certè in Ducatonis nullatenus, sed in libris sex mille ab initio taxatis deberetur.

Tandem vbi prædicta omnia cessarent, censusque validus reputaretur, atque in Ducatonis soluendus esset (quod omninò negatur) Aduersarius 29.
nonnisi pro Scutis mille biscentum sibi simpliciter cessis agere posset; stante quod residuum à cedente abdicatum non censeretur, *l.nec vtilem*, 20. *ff.ex quibus caus. maior. l.cum quis*, 38. *§.si debitorem*, *ff.de solut*.Surd.*cons*.446.*n*.19.Merlin.*decis*.712. *sub n*.2.*vers.cessio enim limitatur*, Ioan. Bapt. Antonel.*cons*.11.*n*.16.*&* 17. Caren.*resol*.228.*n*.2.

Supradictis omnibus accedit, quod nec locus est executioni, non quidem aduersus D.Marchionem Bortesium, quia; vt bene in facto deducitur, illius persona hactenus legitimata non appatet, 30.
provt etiam in executiuis prærequiritur, Dec. *in l.fin.n*.47. *C.de Edict.Diu.Adr. toll*. dixi *allegat*.37. *n*.28.*lib*.3.Rot.apud Zach.*de Cam.obligat.decis*.76. *num*.6. &c. *in Bononien. de Maluetiis*, 11. *Decembris* 1624. *num*.9. *coram R. P. D. Pirouano*. Vltra quod tam pro D.Marchione prætenso fideiussore, quàm pro D. Marchionissa de Gazinis asserta debitrice suffragatur exceptio nullitatis, quæ vti 31.
oriens ex eodem instrumento, vnde desumitur actio, illius executionem impedit, Bald. *in authent. præsente, in* 1. *notabili*, *C. de fideiuss*. cùm adductis per Rot.corā Burat.*decis*.122.*n*.2. & apud Zach.*de Cam.oblig.dec*.14.*n*.2.& *dec*.27.*n*.2.& *dec*.181.*n*.27. quæ apud Merlin.est *dec*.714.*n*.33.dixi *alleg*.21.*n*.2. *fol*.379.*lib*.1.vbi quod exceptio nullitatis oriens ex eodem instrumento, nullámque ab extrinseco probationem requirens, quemadmodum in facti specie succedit, illius, quantumvis Camerali obligatione vallati, executionem indubitanter impediat.

Vicenaria etiam præscriptio à Statuto Mantuæ inducta, & quidem triplicata quoad fideiussorem resistit, Surd.*decis*.58.*num*.1. Caren. *resol*.138. 32.
num.1. Cyriac. *controuers*.317. *num*.14. *&* 15. & *controuers*. 516. *num*. 1. propter obiectam exceptionem Curialitatis, qua etiam sublata, in Senatu Excellentissimo, dum versamur in prima instantia, iurisdictio deficeret, *l*.4 vbi gloss.*in verb.auxilium*, *C.de iurisdict.omn.iud*.Roland. *cons*.48.*n*.29. 33.
& seq.lib.2.Scac.*de appell.quæst*.7.*num*.2. Cumque D. Pauesius actor nulliter in iudicio processerit; consequens sit, vt fideiussor reus absolui debeat, 34.
damnato actore in expensis, Barz.*decis*.122.*num*.7. Cyriac. *controu*.384. *n*.25. & dixi *allegat*.2.*num*.27. *fol*.51. *lib*.1.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis, maior 14. habet electionem fori. Contra, num.2. Sed prima opinio amplectenda, num.3.*

OBSERVATIO XXXVIII.

DISCEPTATVM aliquando fuit, an Minores vigintiquinque annis, maiores tamen quatuordecim gaudeant pri- 1.
uilegio *l. vnic. C. quando Imp. int. pupill. & vid*.&c. dubitandi ansam præbuerunt, Couar. *pract. quæst. cap*.6. *numero secundo*, Pasch.*de Patr. potest. parte secunda, cap*.2. *num*.21. vbi etiam Minoribus simile priuilegium competere firmant Arias

Arias de Mes. *resolut.21. num.18. lib.1.* Carleual. *de Indic. lib.1. tit.1. disputat.2. quæstione 6. sect.7. num.532.* Ciarlin. *controuers.102. num.6.* & plenius *controuers.170. à num.40. ad 46.* Galupp. *in prax. part.2. cap.6. num.56.* & hanc partem ex professo tuetur Ioan. Franc. Andr. *controuers.235. num.2. ac per totam*, nouissimè Caros. *in sylu. ter. arbor.4. num.70. & seq.*

Contrariæ tamen opinioni, tanquam veriori,
2. ac magis receptæ Senatus adhæsit, & Minorem à beneficio *dict. l. vnic. C. quando Imp. int. pupill. & vid.* &c. semper exclusit, ex doctrina Nouar. qui alios refert *de elect. for. sect.2. quæst.4. num.5. & seq.* Leoncill. *decis. Ferrar.181. sub num.6. & de priuileg. pauper.259. num.4. part.2.* Thomat. *decis. Macerat. 85. num. 39.* Anton. de Marin. *resolut.47. num.16. lib.2.* Guil. Anth. *de rescript. & morat. tit.7. concl.33. n.32.*

Priorem tamen sententiam tanquam magis
3. æquam in consulendo, & iudicando amplectendam post alios renuntiat, Carleual. *de Indic. lib.1. tit.1. disp.2. quæst.6. sect.7. n.532.*

SVMMARIVM.

1 *Filius habens filios Parentes omninò præterire in testamento potest. Solummodo exceptionem binubatus Matri opponit, n.22.*

2 *Filij testamentum propter Matris præteritionem est nullum.*

3 *Mater præterita ob ventris prægnantiam vxoris filij, si non nascatur, aut prægnantia verè non adsit, testamentum filij rumpit. In vsufructu instituta dicitur præterita, n.4. Binuba habetur pro extranea, n.11. Declara, vt n.12. Dum viduatur à filio saltem in legitima est instituenda, n.16. Cuius proprietatem reseruato vsufructu quoad viuit amittit, num.17. Renubendo filios offendit, n.21. Reintegratur ad successionem filiorum si prædecedant, aut profiteantur, n.23.*

5 *Paria sunt Matrem à filio præteriri, vel institui, ita vt nihil consequi possit pro nullitate testamenti.*

6 *Clausula codicillaris testatori non declarata, non operatur. Et Matre ignoranter præterita, n.7. Et de ratione, n.8. Siue ignorantia circa personam, siue circa rem versetur, num.9. Absolutè ob Matris præteritionem nullum paris effectum, n.10.*

13 *Pœnæ secundo nubentium non militant quoad bona filij aduentitia.*

14 *Præteritio ignoranter facta probatur ex institutione eius, qui in rerum natura non præexistebat, & existentem excludebat. Matris antequam renubat, non subsistit, n.20.*

15 *Testamenti tempus inspicitur circa necessitatem instituendi Parentes.*

18 *Proprietas reseruata filiis in bonis Matris binubæ, ea mortua trahit ad se vsumfructum. Amplia, vt n.19.*

OBSERVATIO XXXIX.

Vctvosa filij ab hæreditate Mater per testamentum exclusa conqueri non potuisset, si quemadmodum supposuit testator, illius sponsa ventrem prægnantem gestasset, tractúque temporis fœtum in lucem prodiisset, ea
1. ratione, quia in eorum elogiis, filij erga parentes ad quicquam non tenentur, dum ex se ipsis descendentes, ac posteritatis spem relinquunt, text. est *in §.1. Authent. de hæred. ab intest.* Crass. *in §. legitima, quæstione quarta, numero primo*, Cuch. *de legitima, fol.2. num.8.* Rimin. iun. *consil.793. num.20. & 30.* Cyriac. *controuers.243. num.3.* Merlin. *de legitima, lib.1. tit.2. q.12. num.12.* Quoniam verò vestigia prægnantiæ non suberant, seu euanuerant, ea propter ex hoc fallaci supposito Mater
2. à filio ignoranter præterita non prohibetur quo minus de nullitate tabulas vltimæ voluntatis filij redarguere valeat, *§. iustum autem*, & *§. sancimus*, & *§. hæc autem disposuimus, in Auth. vt cum de appell. cognos.* Clar. *in §. testamentum, quæst.38. vers. sed quæro tu scis*, Thes. *decis.58. num.1.* cum adductis per Merlin. *de legitima, lib.1. tit.2. quæst.12. num.5.* Rot. *in Romana hæreditatis*, 30. *Ianuarij* 1654. *§. cui resolutioni, coram R.P.D. Beuilaqua.* Ratio
3. assignatur, quia ob spem nascituri ex ventre probabiliter prægnanti pendet Ius Matris donec nascatur, & se habet ad instar capti ab hostibus, per cuius postliminij reuersionem testamentum retrotractiuè rumpitur, per textum rotundum *in l. si cum vel in vtero 10. num.1. C. de testam. milit.* & *l.2. §. si vero apud hostes, ff. ad Tertull.* Cyriac. *controuers.205. num.80.* & *controuers.548. num.79.* Bald. *consil.170. num.10.* & *consil.313. in fin. lib.5.* cum adductis per Rot. *in Romana de Marescottis*, 18. *Maij* 1646. *coram Ghisilerio*, quæ est *decis.160. num. 16.* apud Merlin. *de legitim. in moderna impressione anni 1651.* & *in Romana hæreditatis*, 30. *Ianuarij* 1654. *§. Præteritio autem, coram R.P.D. Beuilaqua.*

Siquidem legatum vsusfructus Prædij de Ca-
4. pite inferiori præcisæ necessitati Matrem instituendi in defectum prolis non supplet, Ludou. *decis.186. num.4.* & ibi adden. *num.6.* Rota *decis.291. num.6. part.7. recent.* & *in Bononien. fideicommissi, 16. Ianuarij 1654. coram R.P.D. Peutingero, §. non obstat.* Præterquam quod simpliciter, & absolutè non processit, sed sub conditione pœnali, ac omnimoda priuatione in euentum transitus Matris ad secundas nuptias, vt euenit, cum onere insuper alendi Nurum, ac respectiuè sponsam cum eius familia, simúlque respondendi mensatim de scutis decem relictis Campo longo cum iure, ac speciali hypotheca in idem prædium, adeo vt perinde efficiatur, ac si nihil omninò legasset. Quandoquidem ad ef-
5. fectum nullitatis testamenti paria reputantur Parentibus nihil relinquere, vel tale quid, quod emolumentum non pariat, seu consequi nequeat, Bertrand. *consil.250. num.1. lib.2.* Bald. *consil.93. num.7. lib.3.* Rot. *decis.370. num.1. & 8. tom.2. part.4.* & *decis.74. num.10. part.5. recent.* & *in Romana de Marescottis*, 29. *Ianuarij*, & 21. *Maij* 1618. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato*, & *in Romana fideicommissi de Agazzariis*, 12. *Nouembris* 1644. *§. quia Camilla, & 19. Iunij 1647. coram R.P.D. Peutingero, & in eadem Romana de Marescottis*, 18. *Maij* 1646. *§. citra supradictam, coram R. P. D. Ghisilerio*, quæ nunc est *decis.160.* apud Merlin. *de legit. in moderna impressione anni 1651.* & *in Romana hæreditatis*, 30. *Ianuarij* 1654. *§. quia præteritio, coram R.P.D. Beuilaqua.* In præsentiarum verò Mater non solum ex filij institutione quicquam recipere potuit, quin potius etiam vsufructu sibi in casum binubatus de Iure debito,

bito, vt *infrà* dicam, contra Iuris æquitatem nulliter priuata extitit.

Clauſula verò codicillaris teſtamento annexa duplici ex capite in præſentiarum, nihil prorſus
6. operatur, Primò, quia cum teſtator tardi, atque hebetis ingenij eſſet, neque per Notarium eidem virtus clauſulæ explicata appareat, inde propterea fit, quod teſtamentum ob Matris præteritionem irritum, non reconualeſcat, ex copioſiſſimè traditis per Altograd. *conſil.* 78. & *conſil. ſeq.* dixi *allegat.* 4. *num.* 10. & *allegat.* 13. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 3. & cenſuit aliàs Ampliſſimus Mantuæ Senatus fauore Marchioniſſæ de Gazinis ad excluſionem Matris quoad legata eidem ab eius marito in ſimili teſtamento relicta.

Secundò, quia quicquid eſſet de præcedenti concluſione, quam Senatus idem in cauſa de Buretis amplecti noluit, & vbi defenſio principalis ad eam reduceretur, altius inueſtigandum eſſet,
7. ſtante Matris præteritione ignoranter, atque ex facta credulitate ventris prægnantis ſecuta dubium non ſubeſt, quin teſtamentum filij ex defectu voluntatis adeo proſternatur, vt neque etiam ex illo legata, quantumvis pia debeantur, vt poſt alios comprobant, Merlin. *de legitima, lib.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 11. Altograd. *d. conſil.* 80. *num.* 31. Rub. *de teſtam. cap.* 54. *num.* 257. *& ſeq.* vbi id quoque in legatis ad pias cauſas procedere ſubiungit, Rot. *in d. Romana de Mareſcottis*, 29. *Ianuarij*, & 21. *Iunij, coram Cardinali Sacrato*, & 18. *Maij* 1646. *§. nec pariter*, ibi, *contra quam non ſuſtinetur teſtamentum ex clauſula codicillari, coram Reuerendiſſimo Terracinen.* apud Merlin. *de legitima, deciſ.* 160. *in vltima impreſſione anni* 1651. *& in Auenionenſ. legitimæ*, 30. *Ianuarij* 1654. *§. accedente præſertim clauſula codicillari, ex qua teſtamentum ſuſtinetur, quando filius fuit ſcienter præteritus, licet ſecus ſit ſi ignoranter, coram R. P. D. Peutingero.*

Præcitati autem Doctores obiecto occurrunt, quod fieri poſſet ex quo ignorantia ſolummodo quoad poſthumos militet, & regulariter de iam natis, multóque magis de præexiſtentia Matris ſcientia præſumatur, ſcienterque præteritio facta videatur, Clar. *in §. teſtamentum, q.* 46. *num.* 2. Altograd. *d. conſ.* 80. *n.* 30. cum adductis per Cyriac. *controuerſ.* 262. *num.* 83. & per Rot. *in dicta Romana de Mareſcottis, §. neque ex eo, verſ. cum hac, coram Ghiſlerio*, Dum imò ſuſtinent ratiocinatio-
8. nem huiuſmodi eò fortius in extantibus ſibi locum vindicare, quia magis eſt odioſa præteritio facta perſonæ iam præexiſtentis, quam præteritio poſthumi, Ar. de Meſ. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 23. Altograd. *conſil.* 80. *num.* 30. *&* 31. Rota *deciſ.* 74. *num.* 11. *part.* 5. *recent.* & *in d. Romana de Mareſcottis*, 18. *Maij* 1646. *§. neque ex eo, verſ. at vbi, coram R. P. D. Ghiſlerio*, quæ nunc eſt *dec.* 160. *n.* 14. apud Merlin. *de legit. in moderna impreſſione.*

Animaduertendo inſuper quod in facti contin-
9. gentia præteritio Matris non tam quoad perſonam, quam etiam quo ad bona interceſſit; adeo vt tanto magis teſtamentum filij corruat, multóque minus ex clauſula codicillari ſuſtineatur, Molin. Theologus *de Iuſt. & Iur. tract.* 2. *diſput.* 132. *num.* 7. Altograd. *d. conſil.* 80. *ſub n.* 31. *verſ. & quamvis*, Rot. *in d. Romana de Mareſcottis*, 18. *Maij* 1646. *§. nec pariter, coram R. P. D. Ghiſlerio*, 160. apud Merlin. *de legitim. in vltima impreſſione anni* 1651. *& in Romana hæreditatis*, 30. *Ianuarij* 1654. *§. quia præteritio non tantum oritur, quando nulla fuit facta mentio illius qui de Iuris neceſſitate debuerat inſtitui, ſed etiam vbi nominatus fuit inſtitutus in re, quam non accepit vigore inſtitutionis, & realiter inutilis euaſit inſtitutio, coram R. P. D. Beuilaqua*, ſtante potiſſimum, quod abſtrahendo etiam à prædictis clauſula codicillaris, vbi agitur de exhæredatione Matris, reconualeſcentiam teſtamenti filiorum non præbet, ex Theſaur. *ad deciſ.* 128. *eius Patris*, Coſt. *de port. rat. quæſt.* 202. *num.* 6. Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 23. *verſ. vbi addit etiam, & poſt tract. deciſ.* 159. *n.* 20. *in poſteriori editione.*

Hæc etſi quotidiana ſint, nullámque præſeferant ambiguitatem, adhuc tamen filij teſtamentum ob Matris abſolutam præteritionem in caſu 10.
ſecundarum nuptiarum corruere non videtur; quippe quoniam ex huiuſmodi tranſitu per Matrem filiis irrogatur iniuria, ob quam excluditur 11.
à plena ſucceſſione inſtitui, & agnita in teſtamento filij non capit, niſi quod tali in caſu ei filius reliquit; quia cenſetur agnita, ſeu inſtituta, vt quilibet extraneus, Bald. *conſil.* 40. *num.* 1. *in fin. lib.* 5. Barbat. *conſil.* 50. *col.* 6. *verſ. capio nunc, vol.* 2. Alex. *conſil.* 3. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 7. Azeued. *recopil. lib.* 5. *tit.* 1. *l.* 4. *num.* 39. Rota Bononienſ. *diuerſ. deciſ.* 11. *num.* 5. Merlin. *de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *ex num.* 6.

Verum pro iſtius obiecti reſolutione in facto præmittendum venit, qualiter prædefuncto D. Alphonſo de Tarabutiis, ſucceſſiuè poſt ipſum ex hac luce D. Ioan. Baptiſta illius Frater germanus migrauerit, ſicque per mortem ipſorum in perſonam teſtatoris vtraque hæreditas Patris nimirum, ac Patrui conſolidata extiterit. Quicquid ergo eſſet quoad bona ex ſubſtantia Patris in 12.
D. Hieronymum peruenta, vtique reſpectu bonorum Patrui, cuius intuitu iniuriæ ex vlteriori coniugio Matris conſideratio aliqua non cadit, Salicet. *in Authent. ſed & ſi quis, col.* 2. *in princ. C. de ſecund. nupt.* Marcabrun. *conſil.* 79. *num.* 62. *&* 63. & ad rem optimè ponderat Ioan. Anton. Bellon. *conſil.* 59. *ſub num.* 21. *verſ. ad ſecundum, & num.* 22. Rota apud Merlin. *de legitim. dict. deciſ.* 200. *ſub num.* 21. *verſ. ſecus vero, in poſteriori editione anni* 1651. in eiſdem terminis Mater relinquitur, filiúſque eandem inſtituere cogitur non ſecus, ac ſi in viduitate permanſiſſet, ſeu poſteriores nuptias non contraxiſſet, per textum *in l. Mater*, ibi, *extrinſecus quidem quæſita filio, filiæve ſimili firmitate poſſideat, C. ad Tertullian. & in §. cum igitur*, ibi, *ſed etiam contra teſtamentum ei datis allegationibus, ſi fortè filius eam prætermiſerit, aut irrationabiliter exhæredatam fecerit, Authent. de non eligen. ſecund. nub.* confirmatum *in §. hinc nos, infra medium*, ibi, *in reſiduis vero omnibus rebus, quæ aliunde erant filio præter Paternam ſucceſſionem, veniant ſecundum vocationem noſtram, & in fin.* ibi, *aliis omnibus, quæ de ſucceſſionibus dicta ſunt Parentum in filiis intactis remanentibus, Auth. de nuptiis*, & animaduertit Ioan. de Garronib. *in Authent. ex teſtamento, num.* 29. *in fin. C. de ſecund. nupt.* Rim. iun. *conſil.* 305. *num.* 17. *ſeqq. ac per totum*, Menoch. *conſil.* 237. *num.* 12. Ioan. Anton. Bellon. *d. conſil.* 59. *ferè per totum*, Merlin. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſtione* 7. *numero* 25. & *lib.* 4. *tit.* 2. *quæſtione* 1. *num.* 6. *& ſequent. & ſub numero* 17. *verſ. quia*, Peregr. *conſil.* 80. *num.* 26. *lib.* 1. Neguſan. *quæſt.* 450. *ſub num.* 36. Cyriac. *controuerſ.* 367. *num.* 50. *&* 51. Rota *deciſ.* 771. *part.* 3. *recent.* & apud eundem

G 2 Merlin.

Merlin. *de legit. decis.*200.*num.*8. *& 9. in moderna impressione*, vbi contrariis ex professo, & magistraliter satisfacit.

Rationem assignant, quia adhuc aliunde filiis, quam ex hæreditate Patris deuoluta pœnæ secundo nubentium non extenduntur, quodque per
13. Authenticam illam corrigatur dispositio *l. fœmina*, *§. illud*, *C. de secund. nupt.* Alb. *consil.*349.*num.*1. Sichard. *in Auth. ex testamento*, *num.*3. ibique Augustin. Barbos. *n.*4. *& 5. C. de secund. nupt.* Azeued. *recopilat. lib.*5.*tit.*1. *lib.*4.*num.*43. Fachin. *consil.*81. *num.*2.*lib.*1. Ioan. Anton. Bellon. *d. cons.*59.*num.*54. *& seq.* Fontanell. *decis.*52.*num.*19. Negusant. *q.*367. *num.*15. Rota *in Fauentina bonorum*, 5. *Iulij* 1649. *§. alia vero*, *& §. seq. coram R.P.D. Celso*, & *in dicta Forosemproniens. bonorum*, 14. *Maij* 1650. *§. verum quia*, *coram R.P.D. Bichio*, apud Merlin. *de legit. decis.*200. *num.*6. *& seq. in eadem impressione anni* 1651. Hinc ergo cum respectu bonorum Patrui binubatus Matri minimè officiat, pari quoque ra-
14. tione super euidenti nullitate testamenti ob sui præteritionem ignoranter factam adeo insistere valet, vt neque etiam ipsa cum filiabus ab intestato venientibus ad legata quantumvis pia obstringatur, quemadmodum secluso transitu ad præsentes nuptias facere eidem permissum de Iure fuisset, tanquam præterita non ex causa, & scienter, sed ex duplici capite erroris, & ignorantiæ; altero circa prægnantiam eius sponsæ; altero circa priuationem, seu pœnam Matris etiam quoad bona aliunde quam ex substantia Patris prouenientia; si enim sciuisset se non habiturum filios, vtique Matrem magis dilectam sororibus institutis non prætetiisset, vt in terminis ratiocinantur, Molin. *de Iust. & Iur. tract.*2. *disput.*132. *in fin. vers. ratio autem est*, Rot. *in d. Romana de Marescottis*, 18. *Maij* 1646. *coram Ghisilerio*, quæ est *decis.*160. *num.*17. apud Merlin. *de legit. in moderna editione*, & *in d. Romana hæreditatis*, 30. *Ianuarij* 1654. *§. præteritio*, *vers. quippe*, *quia præsumptio est*, *quod non sic disposuisset*, *si filium*, &c. *coram R. P. D. Beuilaqua.*

Eoque magis *superius* dicta inconcussa red-
15. duntur, quia de tempore obitus filij pro validitate eius testamenti inspiciendo, Fulgos. *in l. fin. n.*5. *C. de Episcop. & Cler.* Pott. Imol. *cons.*131.*n.*11.179.*n.*14. *&* 207.*n.*8. Sanchez *in præcept. Decalog. lib.*7.*c.*32. *n.*33. & bene explicat Rota *in Romana hæreditatis*, 30. *Ianuarij* 1654. *coram R.P.D. Beuilaqua*, *§. fin.*
16. adhuc mater in viduitate reperiebatur, & consequenter in testamento filij, dum tunc causa exhæredandi non suberat, saltem in legitima titulo honorabili institutionis absque vlla prorsus conditione, aut onere proportionabiliter ad hæreditatem filij erat instituenda, Bald. *in l. omni modo*, *C. de inoff. testam.* Purpur. *cons.*164. *n.*16. Ludouis. *decis.*495. *num.*1. cum adductis per Mathien. *recopilat. lib.*5.*tit.*8.*l.*1.*gloss.*7.*n.*2. & post ipsos per Rot. *d. decis.*200.*n.*15. apud Merlin. *de legitim.*

Secuto enim deinceps binubatu successio in
17. bonis filij ad eam delata, iuxta claram dispositionem textus *in d. l. fœmina*, *§. illud*, *C. de secund. nupt.* restringeretur ad solum vsumfructum quoad vixerit, reseruata proprietate aliis filiis prioris ma-
18. trimonij, quæ matre demum mortua illis superstitibus etiam vsumfructum ad se trahit, *l. si quis prioris*, *§. illud*, *C. de secund. nupt.* *§. finitur*, *Instit. de vsufruct.* Rota *decis.* 209. *num.*2. *part.* 1. *recent.*
19. Idemque procedere etiam in legitima alioquin Matri debita comprobant, Bald. *in d. Auth. ex testamento*, *ante num.*2. *vers. pone ergo*, *C. de secund. nupt.* Petegr. *consil.*78. *num.*5. *lib.*1. & *consil.*17. *num.*4. *lib.*3. Menoch. *d. consil.*257. *num.*7. *& seq.* Rot. *decis.*80. *num.*6. *& 9. part.*6. *recent.* Cyriac. *controuers.*367. *num.*42. *&* 43. Vnde ex hoc etiam capite testamentum ob Matris intempestiuam præteritionem corruit, Doctoresque *supra* in oppositum adducti *sub §. hac etsi*, intelligẽdi veniunt, quando filius initis iam à Matre posterioribus 20.
nuptiis testatur, atque decedit, vt in proposito bene explicat Merlin. *de legit. lib.*4. *tit.*2. *quæst.*1. *num.*14. post Bald. Socin. iun. & Mangil. *ibi* relatos.

Quæ tamen ex abundanti dicta sint, quoniam filius ex supposito prægnantiæ eius vxoris, Matre in totum præterita, non tam proprietate bonorum hæreditatis, quam etiam ab insensibili quodam vsufructu, vbi ipsam ad vlteriores nuptias transire contigisset, absolutè priuauit, disponens tali in casu, quod non nisi dotem cum relicto ab ipsorum Patre, ac marito facto consequeretur expresse disposuit. Vnde per huiusmodi legatum vltra dotem in casu binubatus à marito omnis iniuria censetur remissa; respectu verò filiorum, quibus ex tran- 21.
situ Matris offensa similiter irrogatur, neque remissio Paterna eam abrogat, Laderch. *consil.*33. *num.*9. Merlin. *de legit. lib.*4.*tit.*2.*q.*2.*num.*10. fortè militaret si Matri nunc binubæ, filiæ adhuc su- 22.
perstites iniuriam tacitè non remisissent, ad text. *in l. Matris*, *C. ad Tertull.* Ioan. Ant. Bellon. *cons.*59. *num.*23. Surd. *decis.*99.*num.*12. Cyriac. *controu.*527. *n.*49. cum adductis per Rot. *in Forosemproniens. bonorum*, 14. *Martij* 1650. *§. nec viuus huiusmodi exceptionem Matri*, *coram R. P. D. Bichio*, 200. *n.*27. apud Merlin. *de legit. secundum prædictam editionem*, Cyriac. *controu.*139.*n.*25. *&* 26. Merlin. *de legit. lib.*4.*tit.*2.*q.*2.*n.*19. *in modern. impress.*

Cæterùm cum filiæ superstites secundis nuptiis per Matrem contractis, non acquieuerint; verùm cum Matre in actu professionis liberaliter se gesserint, nullaque iniuriæ ad animum reuocatæ indicia præstiterint, & quod magis est ob emissam in Religione professionem pro mortuis habean- 23.
tur; ad plenam filiorum successionem etiam quoad legitimam reintegrata censetur, Gabr. *de secund. nupt. concl.*3.*n.*29. Cyriac. *d. controu.*367.*n.*49. Rot. *decis.*223. & *decis.*267.*part.*5.*recent.* & apud Marin. *quotidianar. resolut. cap.*253. *num.*2.9. *&* 14. Tamburin. *de Iur. Abbat. decis.*14. Merlin. *de legit. lib.*4. *tit.*2. *quæst.*1. *propè fin. in moderna impressione anni* 1651. perinde ac si filiæ prioris matrimonij D. Margaritæ earum Matri, antequam ipsa secundas nuptias contraheret, prædecessèrint, quo casu non intrat dispositio *l. fœmina*, *C. de secund. nupt.* quia tunc Mater, tam quoad vsumfructum, quam quoad proprietatem lucrum dotale, & legitimam acquirit, Rota *decis.*619. *num.*1. *part.*1. *recent.* & *in Romana successionis de Comitibus*, 15. *Ianuarij* 1642. *§. nec releuat*, *vers. secus autem*, *coram Reuerendiss. Decano*, *& in Beneuentana manutentionis*, 27. *Iunij* 1650. *§. & aduertendum*, *coram R.P.D. Peutingero*, eaque propter testamentum filij quantumvis clausula codicillari vallatum, tam quoad institutionem, quàm quoad legata etiam pia, vti dicebamus, nullatenus sustinetur.

SVMMARIVM.

1 *Septuagenarij à functione publica excusantur.*

OBSER

OBSERVATIO XL.

SÆPE sæpius dubitari contingit, quinam ratione ætatis à muneribus publicis excusentur; ea autem opinio semper
1. in praxi obtinuit, vt Septuagenarij à qualibet functione publica eximantur; infra vero dictam ætatem, nimirum ab annis quinquaginta, vsque ad septuaginta arbitrio iudicis remittatur, quinam Senes huiusmodi priuilegio potiantur, Menoch. *de Arbitr. cas.* 59. *per totum*, Gratian. *discept.* 328. *& discept.* 506. *& discept.* 805. Caluin. *de aquit. cap.* 95. *num.* 39. *seq. ac per totum*, Gail. *pract. obseruation.* 91. *num.* 7. *lib.* 1. Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.* 65. *n.* 7. *lib.* 2. Monet. *de Commut. vlt. vol. cap.* 5. *num.* 327. latè Matt. Ventur. *cons.* 14. *à num.* 72. *vsque ad fin. cons.* Ioan. Franc. Andr. *controu.* 89. *num.* 2. *& seq.* vbi sustinere contendit, quod etiam septuagenarius carceribus pro ciuili debito mancipari valeat. Contrarium tamen post alios in fortioribus terminis notat Zacch. ad Gales. *de Cam. obligat. quæst.* 28. *n.* 30. Cyriac. *controuers.* 487. *num.* 24. *&* 25. vbi quod Sexagenarij excusentur ab vsu armorum, Caball. *resolut.* 79. *num.* 7. Giouagn. *cons.* 6. *num.* 11. *& seq. lib.* 1. vbi quod sexagenarij quandoque generant, contra ipsos tamen præsumptio regulariter vigeat. Idem repetit Rot. post Bonden. *decis.* 37. *num.* 2. 5. *&* 11. Guazzin. *de defens. reor.* 30. *cap.* 12. *per totum*, vbi quod neque etiam Sexagenarij secundum opinionem aliquorum torqueri possint, Leoncill. *decis. Ferrar.* 151. *per totam*, vbi quod etiam Sexagenarius à quibusdam muneribus excusetur, Rot. post Contr. *decis.* 15. *num.* 12. *&* 13. Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. Legal. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 1. *& per totum*, *& cap.* 14. *per totum*.

SVMMARIVM.

1 *Actione carens repellitur à indicio. Aut parte instante, aut iudice supplente, n.* 2. *& de ratione, n.* 3.
4 *Fideicommissum relictum post obitum grauati non transmittitur.*
5 *Fideicommissarius ius sibi competens de futuro in iudicium deducere non potest. Contra, num.* 6. *Concorda vt num.* 7. *& declara, vt num.* 8. *& num.* 11. *Alienata per grauatum, eo viuente nequit recuperare, n.* 13. *Declara vt, n.* 14. *Sicut & vsufructuarius nullum in proprietate ius habet, n.* 16.
9 *Capitula ad probandum admittuntur cum clausula* Saluo iure, &c. *& n.* 10. *& n.* 12.
15 *Dictio*, quia, *rationem dispositionis importat.* Oltre, *vtrumque includit, n.* 33.
17 *Transactionem acceptans, censetur illam acceptare cum suis qualitatibus.*
18 *Reciproca substitutio non datur inter æqualiter substitutos.*
19 *Substitutio*, si omnes, *resoluitur in singularitates. Substitutio substitutionem declarat, num.* 20.
21 *Clausula*, tali casu, *restringit dispositionem testatoris ad casum expressum. Declara vt num.* 22.
23 *Transactio non nisi super re dubia sustinetur. Vt sustineatur aliquid hinc inde dandum, vel remittendum, n.* 26.
24 *Legitima detractio competit filiis fideicommisso grauatis.*
25 *Legata de fideicommisso detrahuntur.*
27 *Sacerdos ex conditione*, si sine liberis, *grauatus non dicitur.*
28 *Alienatio in fraudem fideicommissi non subsistit, & n.* 29.
30 *Vidua tenetur iuramento expurgare, quod nihil subtraxerit de hæreditate. Transiens ad vlteriores nuptias priuatur legatis, n.* 31.
32 *Viduitatis conditio apposita vni Legato, in aliis repetita non censetur.*
34 *Mobilia per viduam habita cedunt in computum dotis.*
35 *Census debitoris ex parte perpetui sunt.*
36 *Hæres grauatus pro tenui debito fideicommittentis rem magni valoris vendere non potest. Ex fructibus soluit census, n.* 37.
38 *Venditio ex tenuitate pretij fraudulenta detegitur.*
39 *Valor rerum de tempore pestis, ac belli, non attenditur.*

OBSERVATIO XLI.

OMNIMODA actione carens, quod inutiliter in iudicio inutiliter contendere satagat, atque ab illius limine excluatur, reuocabile in controuersiam nullatenus videtur, siue pars defectum actionis proponat, *l. Si pupilli* 6. *§. videamus*, *ff. de negot. gest.* 1.
Leoncill. *decis. Ferrar.* 30. *num.* 10. *& decis.* 33. *num.* 15. & in proximis terminis Fontanell. *decis.* 156. *num.* 2 Peregr. *de fideicommiss. art.* 2. *n.* 72. *&* 73. Rot. *decis.* 93. *num.* 1. *par.* 6. *recent.* Larr. *decis.* 38. *num.* 35. siue à iudice ex officio suppleatur, glos. & Doctores *in l. Vbi pactum* 40. *C. de transact.* qua de re latius scripsi *allegat.* 18. 2.
num. 2. *lib.* 2. *& allegat.* 35. *num.* 13. *& allegat.* 93. *num.* 18. *lib.* 3. Bonden. *collect.* 3. *num.* 49. *& collect.* 5. *num.* 2. ea sanè, & quidem optima ratione, 3.
quia defectus actionis, ne quis in iudicio audiatur, ipso iure operatur.

Assumptum vero, quod nimirum Domini Fratres de Vinacesiis omni prorsus actione destituti præexistant, iustificatum nullibi certè reperio; esto enim quod fideicommissum post 4.
mortem hæredi grauato iniunctum dicatur conditionale, ad effectum ne transmitti valeat, Fusar. *de substit. quæst.* 488. *num.* 11. Noal. *de transmiss. cas.* 3. *num.* 5. non ideo tollitur quod præfati de Vinacesiis in casum mortis substituti alio iure, quam transmissionis venientes actione careant.

Num autem possibilitas prædecessus substitutorum hæredi grauato substitutos præmature agentes ad restitutionem fideicommissi, atque illius reintegrationem per reuocationem alienatorum impediat, non ita de plano procedit, quemadmodum eruditissimi informantes pro parte Galanta supponunt. Siquidem quod fideicommissarius pendente fideicommissi conditione ius sibi competens de futuro in iudicium deducere non possit, ad litteram cauetur *in l. Si ita scriptum* 46. *§.* 1. *ff. de leg.* 2. Ar. Pinell. *in l.* 1. *par.* 3. *num.* 78. *C. de Bon. mater.* Castill. *decis.* 17. *num.* 5.

latissimè Fontanell. *decis.* 156. *per totam.*

At è contra quod habens spem fideicommissi post mortem alicuius possit agere ante
6. tempus ponendi tractum futuri temporis in iudicio, licet illud posset esse frustratorium, plures etiam comprobant innixi *c. cum super, de concess. praben.* & iuribus cumulatis per Fontaneil. *decis.* 155. *num.* 9. *ac per totam, & de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *par.* 5. *n.* 28. *& seq.* Viu. *decis.* 403. *num.* 6. *& seq.* Larr. *decis.* 38. *num.* 6. *ac per tot.* Sess. *decis.* 115. *à num.* 31. Fusar. *de substit. quaest.* 607. *n.* 6. *&* 7. San Felic. *decis.* 165. *sub n.* 1. Censal. ad Peregr. *de fideicom. art.* 41. *in princ.* Staiban. iun. *resolut.* 15. *ex num.* 1. Castill. *d. decis.* 17. *num.* 20. cum infinitis per eum adductis; vtra vero ex prædictis opinionibus præualeat, cum circa præsentem controuersiam non versentur, dispungere pro nunc non expedit.

Casus enim noster in eo præcisè consistit, quod hæres grauatus æs alienum in substantia non subsistens, & in quantitate pinguius, quam verè præexisteret, in euersionem fideicommissi præsupponebat, proprietatibus fideicommisso obnoxiis eo sub prętextu abutebatur, de mobilibus nullâ omninò ratione exhibebat, & vili pretio distrahendo quæq; bona vinculata, illud ferè totum dilapidauerat. Quibus inspectis, ac insimul concurrentibus, in iure tritum, vulgare, ac ab omnibus indifferenter receptum resultat,
7. quod fideicommissarius ante euentum diei, & conditionem purificatam ad bonorum restitutionem, vel aliter sibi præcauendum iudicium contra bonorum possessores instruere legitimè valeat, ad textum satis apertum *in l. Imperator* 50. *ff. ad Trebell.* Roderic. Suarez, *allegat.* 4. *per tot.* Peregr. *de fideicom. art.* 40. *num.* 15. vbi id tantum limitat quo ad effectus iuris, nimirum acquirendi fructus, super quibus quæstio aliqua non pendet, Garz. *de Nobilit. glos.* 47. *num.* 16. Castill. *d. decis.* 17. *num.* 21. vbi id de mente omnium esse asseuerat, Aluar. *consultat. decis.* 184. *num.* 10. Molin. *de Primogen. Hispan. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 31. Staiban. Iun. *resol.* 13. *num.* 9. *&* 10. & latè prosequitur Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *par.* 5. *num.* 28. *& seq.* Cephal. *cons.* 112. *num.* 12. *& cons.* 381. *num.* 5. 30. *ac per totum,* Franc. *decis.* 695. *num.* 5. *& seq.* San Felic. *decis.* 165. *sub num.* 1. *vers. replicabatur,* Larr. *d. decis.* 38. *n.* 7. *ac per tot.* Ann. *cons.* 11. *per tot. lib.* 1. Leo *decis. Valent.* 35. *num.* 15. *& seq.* Sess. *decis.* 115. *à num.* 31. *lib.* 2. Fusar. *de substit. quaest.* 519. *num.* 6. *&* 10. *& quaest.* 607. *n.* 6. *& seq.* Perier. *decis. Portugal.* 129. *per tot.* & faciunt tradita per Ioan. Franc. Andreol. *controu.* 143. *n.* 18. 19. 20. *&* 21.

8. Quoniam vero prædicta ab extrinseco probationes necessario prærequirunt, & in tantum releuant, in quantum probentur, iuxta textum *in l. Titius rogatus* 54. ibi, *si non interueniendi fideicommissi gratia tale aliquid factum probetur, ff. ad Trebell.* Bart. *in d. l. Imperator* 50. *in fin. ff. eod.* & in puncto ad rem optimè ratiocinatur Valasc. *d. consult.* 184. *sub n.* 10. *vers. textus etiam.* Quamobrem sicuti principales nostri iure optimo ex necessitate ad probandum admissi apparent, ita quoque ante discussionem, seu magis terminationem in meritis super Capitulorum admissione, ac successiuè testium receptione pronuntiandum venit.

Vel enim ex præmissis exceptio obiecta carentiæ actionis peremptoria redditur turbida, ac profundæ indaginis, & tunc antequam merita causæ prosequantur, Capitula saltem cum 9.
clausula præseruatiua, *saluo iure impertinentium,* omninò admitti debent. Glos. *in c. cum contingat, de Offic. deleg.* Alex. *in l.* 2. *§. quod obseruari, col.* 6. *ff. de iur. iur.* Gratian. *discept.* 803. *num.* 14. *&* 15.

Vel exceptio huiusmodi defectus actionis clara, & incontinenti probata reputatur, vt sup- 10.
ponit pars aduersa, & tanto magis prius super capitulorum reiectione pronuntia præcedere habet, ex traditis per Laurent. *decis. Auenionen.* 94. *num.* 1. *&* 2. Mynsing. *obseru.* 90. *cent.* 2. Grammat. *decis.* 45. *num.* 4. *seq. & num.* 12. vbi *sub n.* 5. subiungit id magis partibus expedire, ne vexentur superfluis litibus, & expensis, & latè examinat Laurent. Vrsell. *concl.* 148. *in verbo articuli, num.* 145. vbi quod si contra actorem exhiberentur articuli ad probationem defectus actionis admitti omninò deberent, seu super illis disputandum; cum nemo teneatur subire iudicium si aduersarius absque actione experire intenderet.

Nec quicquam obsisteret, si replicaretur, quemadmodum sapientissimi ex aduerso Consulentes innuere videntur, quod ex latere partis Galantæ exceptio denegatæ interim actionis probatione non indigeat; siquidem superuiuentia hæredis grauati inter partes non contenditur, & vocatio Vinacensium post illius mortem litteris, vt aiunt, cubitalibus in testamento legatur; exinde enim actio radicaliter sublata non resultat, sed exercitium agendi so- 11.
lummodo impeditur, nisi legitima subsit causa aut interuersio fideicommissi, vt præter adductos *suprà* comprobant congesti per Merlin. *de Legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quaest.* 6. *num.* 1. *in moderna impressione,* quarum ad probationem dum articuli, positiones, seu capitula diriguntur, nil certè resistit quominus antecedenter recipiantur, atten- 12.
ta illorum ex prædictis concludenti, necessaria, atque euidenti releuantia, Ludouis. *decis.* 191. *num.* 1. *& decis.* 403. *num.* 1. *& seq. & decis.* 415. *num.* 1. Caputaq. *decis.* 56. *&* 68. *par.* 3. Buratt. *decis.* 821. *num.* 2. *&* 3. *& in Auenionen. iurisdictionis* 11. *Martij* 1658. *coram Reuerendissimo Cerro.*

Sicuti neque applicatur, quod fideicommissarius seclusa prohibitione alienandi per testatorem iniuncta, præter legalem alienata ab hæ- 13.
rede grauato eo viuente recuperare non possit, *l. Seruo legato* 72. *§.* 1. *ff. de Legat.* 1. *l. vlt. §. sin autem sub conditione, C. Comm. de legat.* Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 72. *num.* 18. *& seq.* Mart. Medic. *ad decis. Senen. examin.* 29. *num.* 36. Cyriac. *controu.* 143. *num.* 26. Huic namque obiecto eadem responsione occurritur, illud scilicet non procedere quando prout hic, alienationes in euersio- 14.
nem fideicommissi cedunt, iuxta animaduersionem Fusar. *in allegata in motiuis quaest.* 554. *n.* 5. *relatiua ad q.* 519.

Comprobantur *superius* dicta potissimum ex eo, quia in compromisso, seu transactione restituta dote vxori fideicommittentis, & facta assignatione bonorum Iacobi Senioris de Berzettis Iuliæ illius filiæ decernitur, quod pro interesse eius vsusfructus apud Reuerend. Bernardinum hæreditatis residuum remaneret, cuius dispositionis in laudo emissæ arbiter rationem, & causam reddendo subiungit, & quia dictus

ctus Reuerend. eſt ſolummodo vſufructuarius bonorum donec vixerit; illa enim dictio, *quia*, rationem, & cauſam diſpoſitionis
15. importat, *cap. quia propter, de reſcript. & in cap. quia periculoſum, de elect. in 6. l. & quia 6. ff. de iuriſd. omn. iud.* Gram. *deciſ.59 num.4.* Ordinatâ igitur per teſtatorem in eius teſtamento ad quod ſe refert laudum, ſeu tranſactio pro fundamento dumtaxat rationis non tollunt independentem diſpoſitionem laudi in eo, quod Reuerend. Bernardinus pro intereſſe ſui vſuſfructus reſiduum hæreditatis retinuerit. Voluit enim Arbiter clarius id exprimere propter
16. magnam cognationem, quam habet inter ſe grauati hæredes, & vſufructuarij, dum neque eis permittitur aliqua diſtractio, *l. vlt. §. ſed quia, C. Comm. de legat. l. Species 15. ff. de aur. & argent. legat.* Caſtill. *de Vſufruct. cap.5. num.4. & 5.* Gratian. *diſcept. forenſ. 636. num.16.* Molin. *de Primogen. lib.1. cap.19. num.15.* Giurb. *deciſ.79. num.13.* & latè proſequitur Rot. *in Bononien. fideicommiſſi de Guidottis, 24. Ianuarij 1648. coram R.P.D. Arguelles, §. Hæres autem, & in Fauen. bonorum 4. Decembris 1654. coram R.P.D. Zarate, §. fin.* ibi, *quia tanquam fideicommiſſarius nullum ius habebat circa eorundem bonorum proprietatem*, & ibi, *Attamen conueniunt, & fideicommiſſario, propter magnam cognationem quam habent inter ſe fideicommiſſarij, & vſufructuarij*, vbi in prædictis deciſionibus concluditur, quod fideicommiſſario non permittitur aliqua diſtractio, ſicut nec vſufructuario.

Vltra quod cum D. Raphaël de Vinaceſiis
17. nomine eius filiorum tranſactionem acceptauerit, eam vtique cum prædicta qualitate vſufructuandi per Reuerend. Bernardinum, & non aliter acceptaſſe cenſetur, iuribus cumulatis per Cyriac. *controu. 211. n.16.*

Maximè cum ita conueniendi inter ipſos iuſta, ac proportionabilis cauſa ſuberat; Reuerend. enim D. Bernardinus ex huiuſmodi tranſactione cùm Vinaceſiis celebrata, portiones eius fratrum quoad vſumfructum durante eius vita lucrabatur, à quibus vigore fideicommiſſi litteraliter excludebatur; neq; enim inter ipſos Bernardinum, & Fratres ſubſtitutos ſubſtitutio aliqua interceſſerat, dum teſtator vno ex fratribus ſine filiis obeunte, filios alterius ſuperſtitis, aut præmortui ſubſtituit; per quem modum
18. ſubſtituendi duplex concluſio inducitur; altera quod inter Bernardinum, ac eius fratres æqualiter ſubſtitutos non detur reciproca, ad notata per Doctores, *in l. Si pater 29. ff. vulg. & pupill.* latè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.472. num.1. & ſeq. & num.79.* Rom. *conſ.100. n.262.* Caren. *reſol.120. num.6.* Larr. *deciſ.61. num.18.* Peregr. *conſ.152. num.3. lib.5.* & tantum abeſt quod teſtator reciprocam inter dictos fratres facere intellexerit; quin potius eueniente caſu ſuperſtites vocatis eorum filiis excluſerit.

Altera, quod ſubſtitutio de filiis Theodoræ
19. ſororis eiuſdem fideicommittentis, ſi omnes decederent ſine filiis, reſoluatur in ſingularitates; itavt ſubſtitutus ad portiones prædefunctorum ſine filiis ad excluſionem ſuperſtitis Bernardini admittatur, ad notata per Doctores *in l. hæredes mei 57. §. cum ita, ff. ad Trebellian.* Rim. Sen. *conſ.255. col.1.* cum aliis apud Peregr. *conſ.152. num.3. lib.5. & de fideicom. art.13. num.25. 26. & 47.* Redenaſc. *conſ.14. num.62.* vbi quod ad reſoluendam pluralitatem in ſuas ſingularitates, idem operetur ſubſtitutio facta per verba ſimpliciter prolata, ac per verba vniuerſalia, ſi vterque, ſi ambo, ſi omnes, *& conſ. 60. num.48.* vbi quod coniunctus non excludat ſubſtitutum, quando ex teſtamento coniunctus apparet excluſus, Rot. coram Ludouiſ. *deciſ. 296. num.23. ac per totam, & deciſ.145. n.3. & 4. p.1. recent.* vbi limitat quoties ſupereſſet perſona ex præſumpta teſtatoris voluntate magis dilecta, quod ceſſat in præſentiarum, ex quo teſtator nunquam fratres ad ſucceſſionem fratrum ſubſtituit, *& in Romana fideicommiſſi de Ferratinis 29. Martij 1647. coram R.P.D. Peutingero,* impreſſa apud Redenaſc. *conſ.58. num.166.* vbi quod ſubſtitutio facta ambobus decedentibus ſine filiis, qui eſt caſus noſtro proximus, reſoluatur in ſuas ſingularitates; itavt ſubſtitutus cuilibet decedenti ſine filiis, in eius portione ſuccedat, *& in Interamnen. fideicommiſſi 14. Decembris 1646. coram R.P.D. Bichio, §. ex quibus,* ibi, *accipiendo dictionem illam, non extantibus maſculis, non collectiuè, ſed diſtributiuè, ac ſi proximiores vocati fuiſſent in medietate portionis cuiuſlibet filij decedentis ſine maſculis*, quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria ex præſumpta mente teſtatoris pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, nunc *deciſ.4. par.9. tom.2.*

Prædicta verò in facti ſpecie indubitanter ſibi locum vindicant, ex quo in præcedenti parte teſtamenti fratribus excluſis, eorum filios decedentibus ſine filiis diſtributiuè ſubſtituit; Vnde in hac quoque poſteriori ſubſtitutione 20.
omninò excluſiſſe præſumendum venit, & in præciſis terminis animaduertunt, Honded. *conſ. 60. n.30. lib.1.* Peregr. *de fideicommiſ. art.13. n.63.* Fuſar. *de ſubſtit. d. quæſt.473. num.135.* dixi *allegat.1. num. 71. & 72. & allegat.84. num. 5. lib. 3.*

Circa quod, nec quicquam releuat clauſula, *in tali caſu*, quæ impedit reſolutionem in ſingularitates, quodque ſubſtitutus non niſi ſecuta prius omnium morte admittatur, vt poſt alios animaduertit, Fuſar. *de ſubſtit. d. quæſt.473. num.75. & 119.* Redenaſc. *conſ.9. num.116.* Caualet. *deciſ.454. num.6. & 7.* cum adductis per nos *allegat.6. num.20. lib.3.* 21.

Si quidem quicquid dixerint præcitati Doctores, dicta clauſula vbi non cõcurrit dictio taxatiua, ſtat demonſtratiuè, nec vnquam operatur contra mentem teſtatoris, neque etiam præſumptam, ex copioſè traditis per nos *allegat. 105. num.3. ac per totam, ac alibi ſæpè lib.3.* de mente verò teſtatoris excludendi fratres ſubſtitutos, aliquo ipſorum decedente ſine filiis littera ipſius teſtamenti pandit, dum dicto caſu filios ſuperſtitum expreſsè vocauit, nulla prorſus circa ſuperſtites emiſſa diſpoſitione, erga quos cum nec clauſula, *in tali caſu*, illam inducere nequeat, conſequens fit, vt firma ſtet reſolutio in ſingularitates, & cuique ſubſtituto ſine filiis decedenti filij Theodoræ ad excluſionem ſuperſtitum ſubſtitutorum ſuccedant. 22.

Omníque in caſu ſi in prædictis aliqua ſubeſſet difficultas, per tranſactionem ſuperinde initam ſublata remaneret; cum non niſi ſub rebus dubiis tranſactio ſuſtineatur, *l. 1. de tranſact. & l.2. C. eod.* Cyriac. *controu.128. num.89.* Rot. *deciſ.281. num.5. & 6. part.6. recent.* Altograd. 23.

 conſ.104.

*consil.*104. *num.*35. 36. 53. & 54. *lib.*2. Rot. *in Romana donationis* 9. *Decembris* 1650. *coram R. P. D. Royas*, nunc inter eius impressas *decis.*437. *ex n.*2. Valeron. *de transact. tit.*2. *quæst.*1. *num.*5. & 21.

E conuerso autem in vim præcitatæ conuentionis, dum Reuerend. Bernardinus de simplici
24. vsufructu contentus extitit, renuntiasse censetur detractionibus, quæ ei forsan competere potuissent, legitimæ nimirum, Fusar. *de fideicom. quæst.*543. dixi *allegat.*84. *num.*12. & *allegat.*98.
25. *num.* 5. *lib.* 3. Et legatorum à fideicommittente relictorum, idem Fusar. *de substitut. quæst.*667. & 668. & *consil.* 77. *num.* 15. & dixi *dict. allegat.*84. *num.*14. *lib.*3. cumque hinc inde aliquid
26. datum, ac respectiuè remissum resultet, consequens propterea fit, vt tanto magis transactio inconcussa reddatur, *l. transactio* 38. *C. de transaction.* Cyriac. *controuers.* 128. *num.*13. Merlin. *decis.*163. *num.*6. Rot. coram Eminentiss. Otthobono *decis.* 25. *num.* 7. & *in Romana transactionis* 1. *Aprilis* 1658. *coram R. P. D. Meltio*, §. *accedit vlterius*, Valeron. *de transact. tit.* 1. *quæst.*7. *num.*6. *ac per tot.* Quibus simul cumulatis alienatio controuersa ab habente ius duntaxat vsusfructus emanata ipso iure nulla euadit, & vocatis ad fideicommissum reuocatio competit.

Fortius mox dicta procedunt, ex quo Bernardinus cessante reciproca substitutione, vti ordine Presbyterali insignitus fratribus laicis non dicitur substitutus, ob conditionem matri-
27. monij, seu susceptionis legitimæ prolis; itavt habeatur pro mortuo quoad portiones fratrum, Thesaur. *decis.*163. *num.*2. Fusar. *de substitut. quæstione* 431. *sub num.* 21. *vers. & tamen reciprocè substituit*, Rota *in Romana Primogenituræ* 7. *Maij* 1657. *coram Reuerendissimo Dunozetto.* Ob quam forsan inæqualitatem status inter substitutos à reciproca substitutione testator se abstinuit.

Venditio igitur non solum vti facta à simplici vsufructuario sub conditione mortis duntaxat necessariò extituræ; ex quo altera, *si sine filiis legitimè procreatis*, habetur quoad ipsum pro apposita, Thesaur. *d. decis.*163. Fusar. *de substi-*
28. *tut. d. quæst.*431. *num.*21. in fraudem fideicommissariorum affectata viribus non subsistit, vt *superiùs* diximus, & ad rem optimè aduertit Giouagn. *consil.*45. *num.*23. *ac per tot. lib.*2. Verùm etiam quia suppositum vrgentiæ æris alie-
29. ni, multóque minus in substantia verificatur, ad textum *in l. Pater filium* 36. *in princip. ff. de legat.*3. Peregr. *de fideicomm. art.*40. *sub num.*25. Viu. *decis.*185. *sub num.*11. *vers. secundò non*, & in puncto optimè concludit Fusar. *de substitut. quæst.*541. *sub num.* 11. *potissimum in fine*, vbi realem debiti existentiam, & iustitiam pretij requirit.

Magdalena enim fideicommittentis vxor non
30. nisi præuia expurgatione iurata, quod nihil de bonis viri occultauerit, dotes suas consequi potuit, ad copiosè tradita per nos omnino videnda *allegat.*73. *num.* 19. & *allegat.*86. *à num.*12. *ad* 18. & *allegat.*89. *num.*13. *lib.*3. Ioan. Ant. *ab Eccles. obseruat.*72. *num.*7. *lib.*1. Vestes, gemmas, & alia per ipsam vigore relicti sub conditione viduitatis consecuta, ob lapsum ad vlteriores
31. nuptias in dotis computum, siue extinctionem accepto ferre proportionabiliter obstringebatur; ex quo huiusmodi legato priuata remansit, Ludou. *decis.*187. *n.*6. & 7. Cyriac. *controu.* 135. & *controu.*136. *per totas*, vbi in hoc adsunt decisiones impressæ, & *controu.* 374. *num.*37. Sanchez *de matrim. lib.*7. *disput.*91. *num.*1. *ac per totam*, Boss. *de matrim. cap.*6. *num.*28. Redenasc. *consil.*28. *num.*67 & *per totum*, vbi solum in controuersiam reuocat, an etiam fructus perceptos vltra res legatas legataria vxor transeundo ad secundas nuptias amittat, Leoncill. *decis. Ferrar.*188. *num.*1. & 2.

Obiecto autem, quod fieri posset, viduitatis scilicet conditionem legato vsusfructus solum- 32.
modo censeri adiectam, cui immediatè cohæret, non autem repetitam quoad legatum mobilium, Bart. *in l. in repetendis* 63. *col.*2. *vers. item aduerte, ff. de legat.*3. Cyriac. *controu.*43. *num.*56. & latiùs examinaui *allegat.* 12. *n.*5. & 31. & *allegat.*81. *num.*13. *lib.*3. facillimè occurritur, quandoquidem inter vtrumque legatum dictio, *oltre*, 33.
interponitur, quæ vsque adeo includit, implicat, ac insimul connectit, vt idem iudicium in vtroque præstari debeat, *l. si vltra* 22. *ff. de fideiuss.* latè Surd. *decis.* 285. *num.*9. & *seq.* Peregr. *consil.*77. *n.*19. *lib.*5. Gratian. *discept. forens.*116. *n.*41. dixi *d. allegat.*12. *sub num.*32. *vers. adeò vt in vniformibus repetitionem admittant, lib.*3. Rot. *in Mutinen. dotis* 16. *Ianuarij* 1647. §. *præterea valdè, coram Eminentissimo Panzirolo*, quæ eo fortiùs in præsentiarum militant, ex quo in vno tantum legato, seu vnico contextui relicto versamur, nec termini repetitionis applicantur; quæ mobilia cessisse in causam dotis non ambi- 34.
gitur, ex traditis per Gratian. *discept.*570. *n.*12. & *seq.* & faciunt tradita per Post. *resol.* 24. *n.*5. & *seq.* & *num.*33. & *seq.*

Capitalia censuum in summa librarum vltra bis mille duplici ex capite non vrgebant; altero, 35.
quia ex parte debitoris perpetua præexistunt, latissimè Cenc. *de Cens. quæst.*2. *n.*1. & *seq. ac per tot.* & *quæst.*43. *sub num.*4. *vers. nam*, Bonden. *collect.*30. *n.*32. & *seq.* altero, quia pro tenui debito fideicommittentis proprietas egregij valoris in 36.
ordine ad debitum per hæredem grauatum distrahi nequit, Peregr. *de fideicomm. art.*40. *n.*26. Fusar. *de substit. dict. quæst.*541. *num.*12. maximè cum res vendita in quintuplum, & vltra capitalia census excederet. Interusutia vero, si quæ & census decursi ex fructibus per hæredem grauatum solui omnino debebant, Cenc. *de Cens. q.*79. 37.
*num.*2. & *seq.* licet dubitet vbi fructus non sufficiunt, & proprietas penes alium resideret, & faciunt tradita per nos *allegat.*69. *num.*1. *ac per totam, lib.*3.

Super non existentia, aut turbiditate æris alieni pro residuo in instrumento venditionis ab hærede grauato emendicati, non est cur frustra immemoremur; dum lectura instrumenti illius incertitudinem conuincit; emptor enim vbi debita in instrumento enuntiata non subsisterent, aut ad quantitatem expressam ex computis ineundis non ascenderent ad conuersionem pretij in alias causas se obligauit. Quibus iuncta insuper tenuitate pretij, eo magis dicta 38.
venditio inefficax redditur, Cæphal. *consil.*676. *num.*17. & *seq.* Fusar. *de substit. d. quæst.*541. *n.*17. & *seq.* Surd. *decis.*316. *num.*20.

Cum præcipuè ob calamitates paulo ante contractum transactas pro æstimanda proprie- 39.
tate distracta, tempus illud in præiudicium fideicommissi non attendatur, *l. Pretia rerum* 63.

§. 1.

§.1.*in fin.* ibi,*nec ex ea, quæ raro accidat, caritate, pretia conſtituantur,ff. ad l.falcid.*G ram. *deciſ.*76. *num.*13. *&* 14. Rot. *deciſ.65. num.7.&* 8.*part.2.diuerſ.* & apud Poſt. *in addit. deciſ.*152.*num.*10. Cyriac.*controu.*453. *num.*60. *& ſeq.* Manent. *de contract.liuell.quæſt.5.num.66. in fin.& num.*67. quem refert, & ſequitur eadem Rota *in Romana ſupplementi legitimæ* 20. *Iunij* 1650. §. *non etiam,verſ. tum quia præfata,coram R. P. D. Veroſpio*, vbi id eo fortius procedere concludit, quando hæres grauatus nulla cogente neceſſitate vltro diſtraxit.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio ſpontanea ſub obligatione bonorum tribuit Ius agendi contra tertium.*

2 *Sententia non ſecuta executione Ius reale non tribuit.*

3 *Copia etiam ſubſcripta à Notario non probat.*

OBSERVATIO XLII.

VIGORE condemnationis ſpontaneæ ſub expreſſa bonorum obligatione per Oſeam ſuſceptæ de ſoluendo ſcuta qua-
1. draginta octo erga Hebræum de Sacerdotibus actione Saluiani contra tertios poſſeſſores creditorem ſe dixerat, & obtinuit,ex doctrina Ioann. Anton.*ab Eccleſ. obſeruat.*45. *num.*13. *&* 14. *lib.*1. Theſaur.*quæſt.forenſ.*85.*ſub num.*2.*lib.*1.

Obtenta reuiſione de ſubſiſtentia iudicati val-
2. de dubitatũ extitit;nam ſententia non ſecuta executione Ius aliquod reale non tribuit,Alex.*conſ.*1. *n.*4.*lib.*5.Peregr.*conſ.*94.*n.*7.*lib.*2.Cyriac. *cõtr.*120. *num.*7. Ioann.Baptiſta Antonell.*conſil.*30.*num.*17. Merlin.*de pignor.& hypothec.lib.*1.*quæſt.*19. *ſub n.*1. *verſic.ſententia enim,*Gratian. *diſcept.* 545. *num.*38. *& ſeq.* Thomat. *deciſ.Macerat.*99. *num.*10.Andr. Cenſal.*deciſ.*5. *num.*48. Rota *in Sipontina Penſionis* 1. *Iulij* 1647. §.*euitatur quoque, verſ.quia cum, coram R.P.D. Peutingero.*

Præterquam quod, nec de ſententia ſeu voluntaria condemnatione ſufficienter conſtare dice-
3. batur; ſi quidem copia in actis producta à ſolo Notario ſubſcripta probationem aliquam non præſtabat, Angel. de Gambil. *conſil.* 51. *num.* 25. Ioann. Baptiſta Antonell.*conſil.*42. *num.*3.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in ſpolio non violento à die litis conteſtata debentur. Fallit primo in fructibus debitis tanquam liuellis, num.* 2. *Fallit ſecundo, fauore minoris ſpoliati, num.* 4. *Secluſa conuentione non habent certam quantitatem,n.9.Regulantur in rationem quinque pro centum in ſtabilibus,n.12. Rei ſtabilis ſpatio viginti annorum ſortem æquant, n.56.Et de ratione, num.57.*

3 *Emptor ablata ſibi re empta pretio non reſtituto ad fructus agit.*

5 *Spoliator in Iudicio non auditur,priuſquam ſpolium integrè purgauerit etiam quoad fructus. Amplia etiam quando ſpoliator ex alia cauſa poſſet retinere, num.7.*

6 *Regula,*dolo petis, quod ſtatim reſtituere debes, *non militat in ſpolio.*

8 *Exceptiones non liquidæ in ſpolio non admittuntur.*

10 *Iure eodem vti erga ſe ipſum quo contra alium vſus eſt, pati debet.*

11 *Æqualitas inter Emptorem, & Venditorem vſque adeo ſeruanda, vt pactum vnius fauore adiectum, alterius quoque fauorem concernat.*

13 *Valor rei non probatur ex conceſſione ad liuellum.*

14 *Bona conceſſa ad liuellum tertio minus æſtimantur voluntaria.*

15 *Lucri ſub ſpe homines ad liuellum recipiunt.*

16 *Res tanti valere præſumitur, quanti fuit acquiſita. Semel Venditorum per affrancationem abdicata non cadit amplius in obligationem, num.45.*

17 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

18 *Filiusfamilias in omnibus contractibus præterquam in mutuo,& ex voto obligatur.Fallit, vt num.19. Declara, vt num.21.*

20 *Vxori in bonis Mariti pro ſorte, & fructibus vendita hypotheca competit. Viuente Marito non currit præſcriptio, num.30. Declara, vt num.31.*

22 *Ceſſionarius non ſuccedit in priuilegium perſonale cedentis.*

23 *Adminiſtrator pretium rei à ſe venditæ reſtituere tenetur. Vnà cum fructibus, num.43. Declara, vt num. 48. Qui non adminiſtrauit non tenetur nec ad pretium,nec ad fructus, num.49.*

24 *Hypotheca in bonis adminiſtratoris, ſecluſis dolo, ac fraude non datur ſine aſſenſu Domini, ex Satuto Mantuæ in bonis qualitercunque obnoxiis non competit Creditori, num.52.*

25 *Reus debendi inſolidum contrahens efficitur quoad contrahentem.*

26 *Venditor is dicitur qui pretium recepit, vt dicatur ad reſtituendum obligatus.*

27 *Debitum ex lapſu viginti annorum, ex Statuto Mantuæ præſcriptum, remiſſum, aut ſolutum præſumitur.*

28 *Clauſula* ſincerè, *&c. Iuramenti vim habens, præſcriptionem ad* 40. *annos extendit.*

29 *Lex*, & contrahentium pacta æquipollent per diuerſas, & ab Anaſtaſio, *non habet locum in ceſſione Iuris indubitati, num.32.*

33 *Ceſſio reportata ad ſpolium patrandum irrita cenſetur. Validè obtinetur ſuper re ex alio Credito obligata Ceſſionario,num.35. Facta de pecuniis Debitoris non ſubſiſtit, n.41.*

34 *Manent.* conſ.125.*declaratur.*

36 *Actio perſonalis pro Canone competit.*

37 *Emphyteuta ſiue Liuellarius tempore belli ad liuellos non obſtringitur.*

38 *Tranſactio inita cum non legitimo Contradictore ceſſionem non validat. Vt valeat requiſita, n.40. Super Iure claro non attenditur, n.42. Eſt nulla quoties non ſubeſt lis,aut timor litis, n.47. Ex falſa cauſa dolo extorta eſt nulla,n.51.Ob enormiſſimam læſionem irrita cenſetur, n.53.& n.55.*

39 *Nullum quod eſt nullum Iuris effectũ operatur.*

44 *Surd.*deciſ.56.*& Manent.*deciſ.36.*non ita ſimpliciter tranſeunt,vt indiſtinctè Venditor pro pretio præferatur.*

46 *Exceptio,* quod te liberas ædes habet, *litem, ac litis timorem excludit.*

50 *Adminiſtrationis in materia de præſenti in præteritum non arguitur coniecturis ceſſantibus.*

54 *Læſionem*

OBSERVATIO XLIII.

RESOLVTIONEM amplissimi Senatus Mantuæ in causa Battaleolæ nupertimè emanatam Iuribus, & quidem optimis refertam impugnare contra Ius, fasque videretur, nisi eandem per informantes pro Natali, facto minùs fideliter recensito reportatam facti series ipsa sincerè indicaret.

Decreta igitur Battaleolis Senatusconsulto possessionis reintegratione, à qua medio iniquissimæ transactionis materna imbecillitate, & circumuentione Natalitia eorum Pater ætate minor ceciderat. Spolio nondum adhuc per fructuum restitutionem à die occupationis debitorum integraliter purgato reconuenti succubuerunt. Esto
1. enim, quod in spolio violentia non affecto fructus non nisi à die litis contestatæ regulariter debeantur, iuxta textum *in l.2. C. de fruct. & lit. expen. l.certum, C.de rei vend. l.sed & si lege, §.si ante,* vbi Gloss. & Bart. *num.2. ff. de petit. hæred.* Rot. *decis.740.num.3.part.4.tom.3. recent.* & apud Post. *in addit.tract.de subhast.decis.173.n.2.* vbi concordantes referuntur, præter adductos à nobis in allegatione in hac causa.

Ex duobus tamen huic casui præcedens conclusio non applicatur, tum primò, quia Battaleoli non agunt ad fructus accessoriè venientes ad rem petitam, sed ad liuellos ratione dominij partis affrancatæ personaliter debitos à die, quo Natalis venditor partem affrancatam retro habuit, & pretium in eam causam receptum contra æquitatem *l.curabit, C.de act.empt.* non restituit; inter vnum verò, & alterum casum ratio diuersitatis subest, quia hoc posteriori casu fructus non debentur ex causa malæ fidei interpellationis, aut moræ per litis contestationem inductam, sed Iure
2. dominij eorundem pupillorum de Battaleolis, quibus nisi soluerentur fructus, seu annuæ liuellorum præstationes decursæ ante litem motam, non diceretur ipsis restituta integrè res ipsa personalis, cum illa consistat etiam in liuellis, qui deberi cœperunt eo die, quo Natalis rem perfectè venditam pretio non restituto occupauit, Ruin. *consil.193.num.4.lib.1.*Surd.*consil.293.n.23.* Gratian. *discept. forens.206. num.18. & seq.* Cenc. *de cens. quæst.91. num.15.* Post. *de manut. obseruat.74. n.11.* Rota *decis.3.num.6.7.* & *num.20.* & *decis.281.n.4. & per tot. part.7.recent.* & *decis.143. num.4.& 5.in addit.ad Post. de subhastat.*

Præterquam quod cum in sententia Excellentissimi Senatus ex Iuribus mox citatis Dominus Natalis non à die interpellationis obiectæ de anno 1634. liuellos antecedenter decursos iustè
3. prætenderet, nec ad imparia emptor, & venditor iudicari debeant; contra textum *in l.vina,6. ff.de peric. & comm. rei vend. l.bona fides, 52. ff.de act. empt.* Cyriac.*controuers.24.num.13.* liuellos pariter Battaleolis etiam ante petitionem iudicialiter factam deberi censendum venit; Iuris namque æquitas, quæ abhorret emptorem pretium, & rem absque liuellorũ responsione annua retinere, eandem quoque venditorem retrouenditam de facto, spoliatiuè, propriáque auctoritate, non restituto pretio recuperare, nisi respondeatur annuatim de liuello, non sinit, ex traditis in alia Iuris allegatione.

Tum secundo ratione qualitatis, & priuilegij personæ, in quam etiam sub velamine contractus, seu transactionis solemnitatibus requisitis non interuenien. spolium committitur; lippis enim 4
atque tonsoribus innotescit hoc in casu personam priuilegiatam, vtpote minorem qualis erat Pater Fratrum de Battaleolis, rem nulliter distinctam cum fructibus à die contractus, ac spolij recuperare, Bart. *in l.sed & si lege, §.scire, num.4.ff.de pet. hæred.* Castren.*consil.105. num.2.* Socin. iun. *consil.52. lib.2.* Surd. *consil.115. num.15.seqq. & per totum*, Rot. *decis.3. num.32. & seqq. part.7. recent.* Manent. *decis.8. num.28.* Cyriac. *controuers.331. num.10.& 11.*

Hinc tuentes iura Natalis intempestiuè iudicium reconuentionis proposuerunt; si quidem spoliator, eiúsque hæredes aduersus spoliatum 5.
audiri nequeunt, nisi prius vsque ad obolum, ac quadrantem spolium plenariè etiam quoad fructus purgauerint, *c.grauis, de rest. spoliat.* dixi *allegat.20. num.7. lib.2.* & nunc addo Rot. *in Bonon. fideicomm.de Glauarinis, 18.Martij 1650.§.Pieritius verè, coram R.P.D.Peutingero,* & *in Romana, seu Veliterna Affictus, 15.Martij 1652. §.Vtilitas autem, coram R.P.D. Bichio.* Quia in iudicio spolij non
habet locum regula, *dolo petis, quod statim restiturus es,* Peregr.*consil.2.n.62.lib.1.*Cyriac.*contr.389. num.16.* Burat.*decis.731. num.1.& 2.* cum adductis 6.
per Rot. *decis.131. num.21.* apud Post.*de subhast. in addit.* etiam si spoliator ex alia causa posset retinere, Bart. *in l.si non sortem, §.centum, num.8. ff.de condit. indeb.* Surd. *decis.46. num.12.* & subiungit Rota penes Post. *de subhast.in addit.dicta decis.131. num.22.* 7.

Eoque magis, quia Iura Antoniæ pupillorum Auiæ paternæ, quibus Natalis nititur, vlteriorem, profundissimámque requirunt indaginem, valdè admodum turbida præexistunt, atque inferiùs 8.
examinanda, tam circa substantiam crediti, quàm circa quantitatis illiquiditatem patiuntur exceptiones, non quidem in hoc reintegrandum possessoris iudicio, sed in petitorio discutiendas, Rot. *decis.724. num.5. part.2.* & *decis.57. num.9.* & *decis.94. num.41.* & *decis.191. num.13.part.5.recent.*& *in Neapolitana fructuum 9.Decembris 1650. in fin. coram R. P. D. Meltio,* vbi quod cessionario non detur retentio fructuum recompensatiuorum, nisi de credito cesso constet, vel per confessionem debitoris, vel per rem iudicatam.

Cæterùm quod seclusa conuentione fructus proportionabiliter ad recollectos, in terminis 9.
l.curabit, C.de act.empt. taxari voluerint, Mantic. *de tacit.& ambig. lib.4. tit.34. n.14.& 15.* Gratian. *discept. forens.716.à num.1.*& firmatur *in decisione, §.2.* quatenus ad rem non facit, quoniam conuentio intercessit, vt pro singulis centum quinque venditori pensitarentur, & totidem quoque emptori respondenda correspectiua, & regula, quod quisque suadet, etenim iustitiæ, & æquitati consonat, vt eodem ipsemet Iure æquo animo vtatur 10.
erga se ipsum, quod in alium exercere non destitit, iuxta illud Thob.*cap.4.ibi, quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias,* & *in C.dilecti,* cum Gloss. *in verb. nolles, de maior. & obedient.*& *in l.1.ff.quod quisque Iuris,* cum vulgaribus relatis

relatis per Tiraq. *de retract. lignagier*, §.1. *gloss.*13. *sub num.*6. *& seqq.* & per Rot. *in Ianuen. priuilegiorum* 28. *Iunij* 1649. §. *postremò huiusmodi, coram Eminentissimo Corrado.*

In tantum quod ad sustinendam inter contra-
11. hentes æqualitatem pacta reciproca includuntur in dispositione, quæ alias non includerentur, ita vt opinioni semper inhærendum, quæ fauet æqualitati, præsertim in contractibus, qui mutuam pariunt obligationem, Rota *decis.* 567. *numer.*7. *part.*4. *& decis.*232. *num.* 22. *& seq. part.*6. *recent.* coram Buratt. *decis.*295. *num.*12. *& in Fauentina dotis* 6. *Februarij* 1651. §. *quoniam prædicta, versic. vt contrahentium æqualis sit conditio*, Royas, *decis.* 441. *inter eius impress.* Cyriac. *controuers.*53. *num.*8.

Præterquam quòd in actis nec deductum, minúsve articulatum, ac minimè probatum resultat quid, quantúmve ex parte affrancata perceptum fuerit, seu percipi potuerit, adeo vt interim ad
12. formam pacti, & Iuris præsumptionem, iuxta quam quinque fructuum in singulo centenario valoris stabilium decerni consueuerunt, Gloss. *in auth. præterea*, *C. de Sacros. Eccles.* Decius *in cap. venerabilis, num.*14. *de except.* Cagnol. *in l. curabit*, *num.*59. *C. de act. empt.* Bald. *in l. si fundum, sub num.*5. *vers. & ideo debet*, *C. de rei vendicat.* Rota apud Post. *de subhast. in addit. dec.*180. *num.*10. *&* 11. vbi quod dicenti plures, vel minores fructus fuisse perceptos incumbat onus probandi, *& in Bononien. Prædij* 21. *Iulij* 1649. §. *liquidatio, coram Eminentissimo Corrado, & in Romana redditionis rationis* 16. *Iunij* 1651. §. *sufficiens quoque, coram R.P.D. Albergato.*

In nihilo resistente, quod D. Natalis illicò proprietatem spolio occupatam pro Scutis septuagintaquinque dumtaxat, quoad vtranque portionem, francatam scilicet, & non affrancatam li-
13. uello concesserit; etenim exindè nec valoris probatio sufficienter desumetur, Doctor. *in l. si quos, C. rescind. vendit.* Surd. *consil.*39. *num.*3. Vinc. de Franch. *decis.*54. *num.* 5. *&* 14. neque Battaleolis præiudicium irrogat, maximè cum ob retentio-
14. nem directi, aliasque causas tertio minus bona æstimari consueuerint, ex Rota *in Mantuana feudi* 28. *Ianuarij* 1655. *in princip. coram R. P. D. meo Cerro*, vltrà quod recipientes ad liuellum à communiter accidentibus, non nisi sub spe pro-
15. babili, ac certa aliquod releuans lucrandi supra Canonem, ad contrahen. se reducunt, ad tradita per Rot. *decis.*186. *num.*9. *& seq. part.*6. *recent. & in Bononien. bonorum* 26. *Februarij* 1649. §. *huiusmodi verò*, coram Eminentissimo Otthobono, *inter eius impressas decis.*166. & coram Merlino *decis.*94. *n.*54. *in recent. part.*7.

Quæ quidem ratiocinatio in facti specie plurimum coadiuuatur, attento quod paulò ante concessionem proprietatis controuersæ in emphyteusim, idem Natalis in satisfactionem residui capitalis, pro liuellis plurium annorum decursis anxiè affectauit, insuperque Antoniæ Scuta tercentum exbursauit. Vndè saltem in illius odium alio potissimo non docto, facto, vel ostenso præ-
16. sumptio oritur, quod in effectu proprietas eiusdem valoris Scutorum tercentum reputaretur; tanti enim res valere præsumitur, quanti à viro sagaci acquiritur, extitit Bald. *in l. per diuersas, num.*13. *C. mandat. & in l. cum fundus*, §. *quanquam, sub num.*7. *in fin. versic. in gloss. si fundus, &c.* dicens quod emptor non præsumitur stultus, *ff. de reb. cor.* Pinell. *in l.*2. *part.* 3. *cap.*4. *num.*43. *C. de rescind. vend.* Ludouis. *decis.*524. *num.* 5. *& decis.*553. *num.*2. Rota *decis.*135. *num.*16. *part.*6. *recent. & decis.*208. *num.*6. penes Post. *de subhast. in addit.* præcisè loquitur de proprietate per viam transactionis acquisita, *& in Bononien. Prædij* 21. *Iunij* 1649. §. *pretium autem, coram Eminentissimo Corrado*, ne dicamus Natalem ab se suum inutili- 17.
ter iactasse, contra text. *in l. cum de indebito, ff. de probat.* Cyriac. *in puncto controuers.*125. *n.*3.

Vtrumque ergo dubium in decisione excitatur, minimè tamen discussum, aut resolutum in gratiam nostrorum personalium Iuribus prædictis diffiniendum videtur; ita vt fructus, siuè liuellos, & quidem in rationem quinque pro centesimo, iuxtà conuentam in Instrumento liquidationem consequi valeant, priusquam in iudicio reconductionis Natalis audiatur.

Maximè, cum vti dicebamus, Iuribus Antoniæ
cessis Natali plura resistant. Quia tametsi filius- 18.
familias in omnibus præterquam in mutuo, & voto validè obligationem contrahat, iuxtà textum *in l.*1. *& tot. tit. ff. ad Macedon.* Cyriac. *controu.* 382. *num.* 48. Senatus in decisione quæ reuidetur, §. *nec dicatur*; Attamen interuenientes pro Natali euidentem in consequentia fallaciam committunt, dum concludunt; ergo filiusfami- 19.
lias vnà cum prædicta sine causa metu reuerentiali, ac enormissima læsione non obstante contrahens, seu paternam obligationem suscipiens efficaciter obstringitur; in hoc enim de directo contra legum torrentem natant, *l. si superstite, C. de dolo, & tot. tit. ff. & C. quid cum eo, qui in alien. potest. & toto tit. C. ne filius pro patr.* Castrens. *consil.*174. *lib.*1. Anell. Amat. *cons.*41. *num.*12. Molfes. *cons.*4. *&* 42. *num.*2. *&* 3. *tom.*2. Aimon. *consil.* 95. *num.*8. *&* 9. Rot. *decis.*581. *num.*12. *part.*4. *tom.*3. *& decis.*244. *num.*7. *part.* 7. *recent.* Franc. *decis.*221. Manent. *decis.* 73. *in fin.* Merlin. Pignatell. *controuers.*39. *num.* 7. *iuncto num.* 13. *vers. ex his ergò, cent.*1. *& controuers.* 100. *num.*67. *cent.*2. eadem Rota, *in Anconitana pecuniaria* 31. *Martij* 1653. §. *Minus, in fin. &* 15. *Maij* 1654. §. *minusque, in fine, coram R. P. D. Zarate*, impressa apud nos in addit. ad Castill. *de aliment. decis.*93. Cyriac. *controu.*5. *num.*180. *& seq.* vbi extendit ad hæredem filij beneficiatum.

Deindè ex administratione suppositiuè per So-
cerum, & Maritum habita de bonis nurus, ac res- 20.
pectiuè Vxoris, earundem paraphernalitatem, vt ita dicam, decisio assumit, ex Andreol. *contr.*164. *num.*5. ad effectum, vt vxori in bonis mariti pro pretio, & fructibus rei venditæ hypothecaria competat, *l. vbi adhuc*, vbi Gloss. *in verb. supposita, in fin. C. de iur. dot.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*11. *tit.*16. *numer.* 20. Marescot. *resolut.* 17. *num.*12. *lib.* 2. *& in decisione reuidenda*, §. *nec facit.*

Verum informantes pro Natali suppositum non verificant, actusque simplex, & vnicus venditionis rei, seu proprietatis circa quam personam administratio versari poterat, è vestigio consummatus administrationè, actuum multiplicitatem cum successiuitate requirentem importare nequit; sicque ratio fundata super qualitate bonorum ex sola administratione desumpta corruit, maximè cum Christophorus paterfamilias effe-
ctus gesta per eum dum sub patria potestate exi- 21.
stebat, re, facto, aut verbis nunquam approbauit; quo casu non tam beneficio, quod cum eo,

quam

quam Senatus Consulto Macedoniano indubitanter iuuatur, ad textum *in lege sed & Iulianus, §. fin. ff. ad Macedon. l. Zenodorus, C. eodem Regens,* Rouit. *in Com. ad pragm.* 1. *num.* 27. *cum seq. ad S. C. Macedon.* quicquid dicendum veniret, si postquam euasit paterfamilias, administrationi successiuè se immiscuisset, ad tradita per Merlin. Pignatell. *controuers.* 53. *num.* 5. *in fin. & per tot. cent.* 2.

22. Sed vbi materiales mei aduersantis ratiocinationem circa legalem hypothecam in bonis mariti ex peculiari mulieris priuilegio admitterent, non ideo sequeretur, quod vigore cessionis Natali idem priuilegium suffragaretur, *l. vnica, C. de priuileg. dot. l. assiduis, ff. qui pot. in pign. l. quia tale,* & ibi latè Barbos. *ff. solut. matr.* Merlin. Pignatell. *controuers.* 99. *num.* 20. *cent.* 1. *& controuers.* 4. *num.* 30. *cent.* 2. & coram Buratt. *decis.* 639. *num.* 21. *& in Romana Saluiani de Casalibus* 4. *Martij* 1644. *§. quia cum, coram R.P.D. Peutingero, & in Meleuitana pecuniaria* 6. *Martij* 1654. *§. neque refragatur, in fin. coram R.P.D. Meltio.*

23. Insuper in eadem decisione *dicto §. nec facit, in fine,* optimè innuebatur quamlibet administrationem rei à se venditæ pretium refundere obstringi, ad textum *in l. fin. ff. de legat.* 2. At quod in
24. bonis alienandis dolo, ac fraude seclusis quicquid attentauerit, Cyriac. *in decisione adduct. controu.* 282. *num.* 25. ex veriori, ac magis recepta opinione contrarium defendunt, Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 3. *per tot.* Rot. *in Rom. Saluiani* 28. *Iunij* 1641. *§. final. & in Romana fideicom. seu Saluiani* 26. *Nouembris* 1651. *§. nihil facit, coram Reuerendissimo Dunozetto, & in Placentina bonorum* 16. *Iunij* 1653. *§. fin. coram R.P. D. Zarate.*

Vlterius obligatio Christophori, eiusque bonorum erga Vxorem pro pecuniis ex venditione per Patrem, & respectiuè Socerum consecutis, nullibi comprobata apparet, & Instrumentum venditionis parit quidem obligationem Ius, &
25. actionem erga emptorem, cuius fauore dumtaxat solidi stipulatio intercessit etiam in odium filij, vbi aliud non resisteret, ex *l.* 2. *C. de duob. reis,* & firmatur *in decis. §. nec dicatur.* At cum iure vetitum sit filiumfamilias simul cum patre nexu obligationum absque causa deuinciri, ad tradita *superius, §. maximè,* cum ideo Antonia, minúsve Natalis eius cessionarius in Instrumento non nominantur omni in casu obligatione suscepta per
26. maritum iuuari nequeunt; cum non ipse, sed Vincentius eius Pater, cui pretium obuenit venditor reputetur, *l.* 1. *ff. qui satisd. cogant.* Bart. *in l. reos, ff. de duob. reis,* Rot. *decis.* 487. *num.* 1. & 2. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.* Post. *de subhast. in addit. decis.* 13. *n.* 5. Manent. legendus, & relegendus *decis.* 51. & 52. vbi in fortioribus concludit ad restitutionem teneri erga mulierem, qui pecunias exegit.

Dato autem citra veritatis dispendium, quod Antonia Mariti æquè, ac Soceri ob venditionem eius fundi creditrix extitisset, vtique creditum
27. huiusmodi ex lapsu 20. annorum, & vltra sic dictante Statuto præscriptum, aut ex longæua taciturnitate cum indiuidua sanguinis coniunctione remissum, siue præsumpta solutione sublatum, vel compensatione cum fructibus per Antoniam perceptis extinctum remansisset, Iuribus, & argumentis luculenter, ac doctè exaratis in scriptura legali edita pro Illustrissima D. Marchionissa Castrobarco Valente, nobisque loco motiuorum communicata, quæ nunc irrefragabilia reputentur; scit Deus, norunt Patres conscripti, & non ignorant animæ Purgatorij, dum vt ab iniquissimo præscriptionis morsu præseruarentur in Sacris iuramenti, seu clausulæ illius vim habentis se reposuerunt, quæ vicenariam Statuti, & vtriusque 28.
Iuris tricenariam præscriptionem vsque ad quadraginta annos indubitanter perpetuat, vt diximus in responsione.

Quæ quidem ratio Antoniæ, minúsve causam habentibus ab eâ non fauet; quippè quæ non ex stipulatione sacramento vallata, sed ex legis beneficio Ius suum metitur, quod ideò leges ipsæ ob eiusdem negligentiam auferre potuerunt, non secus, ac si inter partes ità præcisè conuentum extitisset, ne in casibus prædictis, & singulo ipsorum creditum vlterius peti posset; quia lex, & 29.
contrahentium pacta æquipollent, *l. fin. C. de reb. alien. vel non alienan. l. cum quasi, §. si plures, ff. de fideicom. libert.* Asin. *de execut. §.* 15. *num.* 2. & 3.

In nihilo obsistente, quod Vxori viuente Marito tanquam non valenti agere, non currat præ- 30.
scriptio, *l.* 1. *§. ne autem, C. de ann. præscript.* Hond. *consil.* 14. *num.* 13. *lib.* 2. Surd. *decis.* 151. *num.* 4. & *decis.* 236. *num.* 14. Rota *decis.* 21. *num.* 16. & *seqq.* & *decis.* 133. *num.* 25. *part.* 7. *recent.* Si quidem obiectum respectu dotis sibi locum vindicat. Ve- 31.
rum in cæteris prætensionibus, quarum solutionis dies constante matrimonio cessat, parem, cum extraneis fortunam in iure præscriptionis experitur, Cyriac. *controu.* 31. *per totam,* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 54.

Prædictis omnibus in vnum coaceruatis longè præponderantibus exaduerso deductis, vbi Antonia creditrix vnquam dici potuisset, & creditum tot nominibus non euanuisset, omni in casu non adeò indubitatum diceretur, quemadmodum re- 32.
quiritur, vt illius acquisitio eximatur à censura, & pœnis *ll. per diuersas, & ab Anastasio, C. mandat.* & Statuti Mantuæ sub rubr. *de Iurib. non acquiren.* cum de eo nec scriptura, nec stipulatione, nec debitoris confessione, nec re iudicata, nec alio modo euidenter constaret, vt diximus *supra num.* 8.

In quibus terminis transeunt in decisione Senatoria cumulati, Manent. *cons.* 125. *num.* 14. & 15. Rota *decis.* 274. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* Staiban. *iuri. resol.* 82. *num.* 21. & 22. & *resol.* 83. *in fine,* dixi *alleg.* 22. *n.* 23. *fol.* 401. *lib.* 1.

Vltra quod agendi animo, aut intentione excipiendi hanc iuris cessionem Natalis non affectauit, sed vt contra minorem indefensum Auia non reluctante, vti sic circumuenta dolosè apparente, ac calumniosè velo cessionis superindè dimisso præmeditatum comitanter spolium de facto propria auctoritate, & sine erubescentia exerceret, quem casum tantum abest, vt præcitati Doctores 33.
dispungant; quin potius nec attingunt, eique in gratiam Battaleoliorum apprimè famulantur tradita per Seraph. *decis.* 722. Rot. *decis.* 128. *n.* 1. *par.* 3. & *decis.* 564. *part.* 4. *recent.* & in proximis terminis Tanal. *in Sacro Rotæ Romanæ Audit. cap.* 20. *n.* 29. & benè ratiocinatio Senatus fundata super prædictis auctoritatibus retorquetur, dum sub clypeo extortæ cessionis illicò realiter, & in effectu ope deiectionis à possessione vexauit, Manent. *in de-* 34.
cis. adduct. dicto cons. 125. *num.* 3. & *sub n.* 10. *ibi, quod ille textus propriè loquitur prohibendo cessiones, quæ sunt*

fiunt contra aliquem indè vexandum, vltra quod Manent. *in pracit. reſponſo* hanc quæſtionem non tractat,cum ibi non de moleſtando principali debitore, ſed de excludendo poſteriori creditore à iure offerenti agebatur, vbi integram ſummam cedenti debitam, non verò ceſſionario in minori quantitate ſolutam offerre, euidenter conſtaret.

Neque impedit quominus Natalis in edictum Statuti,dictarúmque legum inuiderit eo ſub præ-
35. textu,quod impunè iurium ceſſiones reportare liceat ad rem, ſuper qua ceſſionarius alia credita prætendit, ex eodem Manent.*dicto conſ.*125.*n.*9.*& ſeqq.* & Staiban.iun.*dicta reſol.*82.*num.*18.*&* 19. à Pont.*conſ.*22.*num.*4.*lib.*1.Quicquid enim ſit in iure de ſubſiſtētia iſtius con clusionis per informantes aduerſarij inuectæ, ſecluſa crediti exiſtentia inconuincibili huic caſui, certè non applicatur; Siquidem quoad portiones nondum affrancatas dicebatur Dominus directus, nec non & quoad liberas omni prorſus iure deſtitutus exiſtebat,
36. maximè cum pro futuro Canone perſonalis dumtaxat Natali competeret, *l. fin.§. Lucius, Titius, ff.de contrah. empt.*Merlin. *de pign.lib.*3. *tit.*1. *q.*10. *num.*25. *part.*2. *de emphyt.tit. de contract. emphyt. quæſt.*31. *num.* 4. Nulla autem pro antea decurſis quandoquidem proprietate emphyteutica hoſtium inuaſione, pluribus aliis infortuniis concomitata pro dicto tempore,& quoad vſque effectus
37. tot calamitatum perſeuerarunt, non ſecus,ac caſmate perempta à liuellis emphyteuta in totum liberatur, vt latius comprobaui *allegat.* 7. *num.*1. *&* 2.*& allegat.*70.*ex num.*3.*& ſeq. lib.*2.

Omiſſo demum, quod tranſactio cum non
38. legitimo contradictore emanata virtutem præſeruandæ ceſſionis à lethali veneno dd. legum, & Statuti non aſſumpſerit, iuxta doctrinam Ruin. *conſ.*126. *num.*13.*& ſeq.lib.*3. Menoch. *d. præſumpt.* 129.*n.*18.*lib.*3.Gabr.*concluſ.tit.de act.concluſ.*5.*n.*16. Staiban.iun.*dict.reſol.*82. *num.*13. relatam in deciſione Senatoria,§.3. *aduertit Senatus.*

Eiuſdem tranſactionis euidens nullitas exami-
39. nanda proponitur;etenim nullitate affectum nullum prorſus Iuris effectum operatur, *c.non præſtat impedimentum, de regul.Iur. in* 6.

In primis namque pro validitate, ac ſubſtantia
40. tranſactionis neceſſariò prærequiritur, vt hinc inde dato aliquid,vel remiſſo fiat, alias Leonina reputatur tranſactio,ipſoque Iure corruit, *l. tranſactio nullo dato*, *C. de tranſact.*Rota *in Bononienſ. nullitatis Concordiæ* 12. *Iunij* 1645. §. *ſecundo pro, coram R.P.D. meo Cerro*, *& in Meleuitana bonorum* 10.*Februar.* 1651.§.*idemque fortius*, *coram R. P.D. Meltio.*

Atqui Natalis nihil certè de proprio dedit, aut remiſit,ſed ſcuta tercentum in extinctionem crediti Antoniæ, quod longè maioris ſummæ præſupponebatur,quam nec Senatus inficiari videtur *in eadem deciſione*, §.*credito*,Antoniæ ſciſſa ſolutione, & dilata in plures terminos promiſit, vt ſic ex fructibus portionis affrancatæ Nepoti occupandæ,non autem de ſuo ſatisfaceret.

41. Hinc propterea vtraque ceſſio nimirùm, ac tranſactio tanquam factæ de pecunia debitoris viribus non ſubſiſtunt, ad text.*in l. nulla*,*C.de ſolut.*Caſt.*in l.Modeſtinus*,*ſub n.*4.*& ſub num.*5.*ff.eodem*,Ludouiſ.*deciſ.*68.*n.*5. Rot. apud nos *num.*19. *fol.*412.*poſt alleg.*22.*lib.*1. & penes Poſt. *de ſubhaſt. in addit.deciſ.*136.*n.*4.

42. Item certitudo Iuris, & claritas reddit materiam inhabilem ad tranſigendum,ex Rota *in dicta Bononienſ. Nullitatis Concordiæ* 12.*Iunij* 1645. §.*at hic*, *coram R.P.D. meo Cerro.*

Iura autem Antoniæ deſumpta ex Inſtrumento venditionis Anni 1610. tam in ſenſu partis aduerſæ, quàm ex opinione ampliſſimi Senatus, adeo pro indubitatis reputabantur,vt non tantū pretiū loco rei ſtabilis alienatæ ſubrogatum, verùm etiā fructus,qui ex ea percepti fuiſſent tanquā intereſſe 43.
Venditor reſtituere teneretur,vt firmat *dec.d.*§.*nec facit*, & generaliter cauetur,*in l.ſi Procuratorem*, §.*mandati act.& in l.ſi mandauero*,§.*Iulianus ſcribit*,*& §.facit autem*,*ff.mandat.*Hod. *conſ.*39. *n.*3.*& ſeq.lib.*2. Rota *deciſ.*71. *n.*7.*part.*2.*diuerſ.& in Ciuitatis Caſtelli ſupplemēti legitimæ* 23.*Martij*1640. §. *penult.coram Merlino*,*& in Bononien. ſucceſſionis* 4. *Maij* 1646. §. *final.coram R.P.D.Bichio*,eſt nunc *deciſ.*402.*part.*9.*tom.*2.*recent. & in Peruſina reintegrationis* 15. *Aprilis* 1652. *in fine*,*coram R.P. D. Peutingero*, & ex legali priuilegio hypothecam ſecum afferrent, vt latius *in ipſa deciſione dictis §.de credito*,*& §.nec facit*, conſequenter controuerſiam prælationis, quoad portionem liberatam è nexibus quarumcunque obligationum erga Natalem abſolutè egreſſam non admittebat, pandente potiſſimum lectura *deciſ.*56. Surd. con- 44.
cluſiones in ea enarratas,& apud Manent. *dec.*36. pro quarum intelligentia recurrendum ad *noſtrā allegationem* 41.*n.*17. *lib.*2.applicationem, vel minimam ad portionem perfectè affrancatam recipere,quæ amplius in vinculum, neque etiam fu- 45.
turorum incidere poterat, iuxta text.*in l.*1. *in fin.* vbi DD.*ff. de remiſ.pignor.* Surd. *deciſ.*163.*ſub n.*1. Aſin. *de execut.*§.6.*c.*102.*ſub n.*2. & poſt alios ex profeſſo comprobat Rota *in Romana Saluiani* 18. *Februarij* 1650. §.*quoniam eſto*,*& per tot.*confirmata 10.*Febr.* 1651. *coram Eminentiſſ. Corrado.* Vndè Natali actione perſonali dumtaxat munito reſpectu Antoniæ exceptio,*quoad te liberas habeo ædes*, 46.
reſiſtebat,quæ non tam litem,quam timorem litis excludebat,Alex. *in l.vbi pact.* *n.*7. *C.de tranſact.* Surd.*conſ.*435.*n.*18.Rot.*dec.*176.*n.*8.*&* 9.*p.*7.*recent.*

Ideoque ex hoc capite pariter tranſactio infe- 47.
cta reddebatur, ex mente etiam Senatus *in deciſione*, §.*nec dicatur nullum*, Rota *in d. Bononienſ. Nullitatis Concordiæ* 12. *Iunij* 1645. §.*ſecundo pro inefficacia*,*coram R.P.D.meo Cerro.*

Quem ſenſum, & opinionem re ad trutinam Iuris ex viſceribus facti renouata, in contrarium tamen latè *ſuprà* ſuſtinuimus §...

Nunc verò pro omnimoda iſtius obiecti euerſione ſubiungimus, verſari nos in alienatione rei partialis titulo aliquo vniuerſali nō qualificata;in particularibus autem pecuniam,ſiue pretium loco 48.
rei cauſa lucrandi fructus, ſeu illos conſequendi à Domino proprietatis alienatæ non ſuccedit, *l. qui vas* 49.§.*vlt.*vbi Gloſſ.*ff.de furt.l.ſi & rem*,25. ibique Gloſſ.*in verb.quia poteſt*, *ff.de petit.hæred.l.Imperator*,75. *in fin. ff.de legat.*2. Bart. *in l.*1. *ff. de diſtract. pig.* Rota apud Cenc.*de cenſ. dec.*422. *n.*3. *&* 4.& coram Buratt.*deciſ.*784.vbi Adden. *in gloſ. A.& in Romana reſtitution. dotis* 10.*Ianuarij* 1650. §.*prætenſa verò*,*coram Eminentiſſimo Otthobono*, in quibus terminis non certè verſamur, & in diuerſis in oppoſitum cumulatè, vt putà in hæreditatis petitione, reſtitutione dotis, fideicommiſſo, aut ſimilibus, quam diſtinctionem exornat Merlin. Pignatell. *contr.*92. *n.*8. *vſque ad fin. cent.*1. *etiam controu.*67.*n.*35.*& controu.*90.*n.*35. *cent.*2.

Quinimò, vbi etiam admitteremus, quoad quoſdam actus circa extradotalia pro adminiſtratore

tore Chriſtophorum nulla cogente neceſſitate officij legis,aut alterius tituli ſe geſſiſſe, adhuc
49. cum pretium iſtius venditionis non ipſe, ſed Vincentius pater exegerit, ergà vxorem pro ſortis, ac fructuum reſtitutione ad nihilum teneretur, Corn. *conſ.*81. *num.*16.*lib.*4. Aym. *conſ.*251. *num.*14. Rota cotam Ludouiſ. *deciſ.*210. *num.*3. *& in Rom. Domus* 19.*Martij* 1649.§.*non alterum, coram R.P.D. Bichio*, præterquam quod ex vnico venditionis actu peculiarem, ex vendito tribuente actionem fruſtra vniuerſale Ius exercitæ adminiſtrationis coaleſcere prætenditur, reſpectu potiſſimum Vxoris, quæ nil aliud in futurum adminiſtrationis capax habuiſſe apparet, & præſenti in præteri-
50. tum deficientibus coniecturis hic omninò deſideratis in hac materia arguere non licet, Argum. *l. eum,qui* 22.*ff. de probat.* Hond. *conſ.*20. *num.*12. *lib.*1. Rota *deciſ.*237.*num.*2.*& deciſ.*321.*n.*4.*part.*1. *recent.& in Bononienſ.Pecuniaria* 10.*Ianuarj* 1650. §.*inſuper adminiſtratio, coram Eminentiſſimo Otthobono.* Nunc apud eundem *deciſ.*200.

Amplius, quod magis eſt, & falcem ad radices ponit tranſactio inualida ineuitabilis reſultat,
51. quia dolo, ex falſa cauſa, & myſterioſa taciturnitate integræ liberationis Antoniam ad tranſigendum erroneè induxit, dum expreſſit alteram ſcutor. ſeptencentum; alteram verò ſexcentum celando qualitatem monetarum ſcienter tacuit, ex quibus tranſactionem infringi, ipſoque iure irritam remanere, magiſtraliter comprobat Rota *in d.Bononien. nullitatis Concordiæ* 12. *Iunij* 1645.*per tot.coram R.P.D.meo Cerro*, ex quo enim ſcuta 700. ceſſionis obſeſſæ biſcentum circiter vſualis monetæ conſtituebant, Antonia iuſtam habuit cauſam dubitandi ne in totum excluderetur, ex quo proprietas ferè vniuerſa adhuc dominii directi, ſuppoſita per eam rationabiliter præſumebatur. Quamobrem eidem pro ſatisfactione eius prætenſionis aditus excludebatur, vel quia Canon ex integro vti fructibus correſpondens vtile abſorbebat; Vel quia ob defectum aſ-
52. ſenſus hypotheca legalis in bonis huiuſmodi non ſuffragabatur reſiſtentiam Statuti Mantuæ, ſub rubr. *qualiter inueſt.ad affict.* dixi *alleg.*52.*n.*37.*lib.*2.

Poſtremò ex enormiſſima læſione in egregia
53. quantitate tranſactio proſterneretur, Rota *in ſæpius citata Bononienſ. nullitatis Concordiæ* 12. *Iunij* 1645. *in fin. coram R. P. D. meo Cerro, & in Bononien. reſciſſionis tranſactionis* 16. *Iunij* 1651. §. *qua re facta, coram Eminentiſſimo Corrado*, quæ quidem læſio in exceſſu ſolâ facti ponderationē indicat, ſiue inſpiciamus, quod Antonia pro ſcutis vltra mille cum fructibus 300. dumtaxat tractu temporis minutatim receperit, ſiue attendamus moleſtiæ vexationes, & ſumptus quibus Battaleoli pro credito inſubſiſtenti, aut reſoluto cruciantur; quas ſanè concluſiones, tanquam ex eruditiſſimi Sacri Tribunalis Rotæ deciſione pluries confirmata depromptas auctoritatibus exornare ſuperfluum, ac inane duxi, non ſecus, ac ſi in meridie facem ſoli illuminando addere auderem.

Læſio autem, nec ex eo euitaretur, vel quia prædium ob antè actas calamitates deterioratum eſſet, & incultum, multiſque meliorationibus indigeret, vt refert eadem Senatoria deciſio, §.*Secundo an poſſet mulier*, *verſ. cum prædium.* Prædictæ enim cauſæ tanquam ſucceſſiuæ, &
54. non perpetuæ, ſed inſolitæ attendi non debent pro formando valore ad excluſionem læſionis, *l. pretia*, *C. de reſcind. vendit.* & poſt alios ad rem animaduertit Rota *deciſ.*65. *num.*7.*&* 8.*part.*2. *diuerſ.& deciſ.*152.*n.*9. *&* 10. apud Poſt.*de ſubhaſt. in addit.* Cyriac.*controuerſ.*...

Vel quia immediatè ſpoliato minori, vtramque portionem proprietatis ad liuellum pro ſcutis 75. Natalis conceſſerit, quandoquidem diuiſo Canone in ratas triginta ſingulis duo cum dimidio adiudicatentur. Vndè parti affrancatæ tredecim ratas capienti in ſingulo anno ſcuta triginta-duo cum dimidio obuenient; habita verò ratione lucri per liuellarium iucundi, quod totum ad priorem emphyteutam ſpoliatum circumſcripto ſpolio ſpectauiſſet, ac diminutione veri valoris regulariter contingente in huiuſmodi conceſſionibus, qua pariter primus emphyteuta integraliter gaudebat, dubio procul læſio, etiam ad reſcindendam tranſactionem interceſſit, iuxta ſæpius adductam deciſionem *in Bononienſ. nullitatis Concordiæ* 12. *Iunij* 1645. *in fin.coram R. P.D. meo Cerro.* 55.

Tandem ſuppliciter exoramus Illuſtriſſimos DD.Senatores, vt dignentur animaduertere neutram ex partibus hactenus cauſæ arcana deguſtaſſe, aut agnouiſſe. Nos autem iſtud vti non expediens noſtris principalibus aperire non curauimus, tametſi vulneris profunditati penetrâs remedium in promptu ſubeſſet. Cùm ſufficiat Battaleolis, quod fructus rei ſtabilis ſecluſa Iuriſdictione ſpatio annorum 20. ſortem æquent, ac dupli- 56.
cent, Rota apud Poſt.*de ſubhaſt.in addit.deciſ.*180. *num.*9. ea ratione, quia iuxta legalem coniecturam, ſpeciali etiam conuentione noſtro in caſu communitam quinque in centum rei ſtabilis fru- 57.
ctiferæ annuatim percipiuntur, vt dicam *infrà* §. *cæterum quod*, quorum facta multiplicatione per viginti vices, iunctóque capitali ratatim in ſumma biſcentum conſtituitur.

Vndè cùm ipſi ab anno 1634. vſque ad annum reintegrationis 1655. incluſiuè, ni fallor, parte affrancata priuati indebitè extiterint, & prędij facta diſtributione in triginta portiones tredecim affrancatæ viginti ſex euaſerint, reliquæ quatuor in cauſam fructuum biennij ſuperextantis, ac expenſarum litis commodo eorundem de Battaleolis, ſaltem ad ratam iuxta futuram liquidationem cedere habent. Quippè quoniam reintegratio ad 58.
eius integram perfectionem præter rem, & fructus, victoriam quoque ſumptuum iudicij æqualiter amat, vt latè per Butatt. *deciſ.*449.*& dec.*731. *num.*8. & in proximis terminis concludit Tanal. *de Sac. Rot.Romana,cap.*27.*n.*29.*&* 30.Rota apud Poſt. *de ſubhaſt.deciſ.*31.*num.*3.*&* 4.coram Pen.*deciſ.*28c.*per tot.& deciſ.*693.*num.*6.*& in Bononienſ. fideicom.de Glauarinis* 18. *Martij* 1650.§. *& conſequenter,coram R.P.D. Peutinger. & in Romana, ſeu Veliterna Afflictus* 15.*Martij* 1652.§.*vtilitas autem,in fine, coram R.P.D. Bichio.*

Nec obſtaret ſi replicaretur, quod Natalis ex calculo huiuſmodi ſuas decem, & ſeptem portiones prædij non affrancatas; non autem pretium, ſiue valorem conuentum conſequeretur. Iſthæc enim replicatio noſtris principalibus tantum officeret, quantum latratus canis ſyderibus, ex quorum influentia malignitate, tractuque temporis rerum pretia quotidiè notabiliter diminuuntur, 59.
*l.pretia rerum,*63. §.*nonnullam,ff. ad l.falcid.* Cæphal.*conſil.*719.*num.*14. Ludouiſ. *deciſ.* 101. *num.*3. Cyriac.*controuerſ.*261. *n.*15. ſibique computet Natalis, ſi propriæ rei potius, quam pretio incumbere maluerit, & via, quam ipſe elegit, eidem 60.
pateat,

pateat, Natt. *cons.*532. *num.*11. Pacific. de Saluian. *inspect.*4. *cap.*4. *n.*73. & ad rem Manent. *decis.*12. *n.*15. Cyriac. *controu.*180. *n.*6.

Quæ tamen ex abundanti dicta sint, cùm in facto prætensa valoris diminutio in Iudicio, nec deducta, nec articulata, minúsve concludenter probata hactenus appareat, quo sufficienter peracto videndum superetit, an damnum citra culpam liuellarij in proprietate contingens, emphyteutæ solum, númve eidem, ac Domino proportionabiliter de Iure adscribatur.

BONON. NVLLITATIS Concordiæ. Lunæ 12. Iunij 1645.

R. P. D. CERRO.

DOmini dixerunt Comitissæ Iulianæ non obstare transactionem initam de anno 1630. inter Ipsam, & Comitem Alamanum Isolanum ex tribus rationibus in Iure indubitatis.

Primò, quia ipsa deuenit ad hanc transactionem cum supposito, quod Comes Alamanus tanquam hæres cum benef. l. & inuentarij Com. Rodulphi Patris non teneretur ad solutionem, & extinctionem Census, de quo agitur, debiti Hospitali Orphanorum S. Honuphrij Bononiæ, & tamen in contrarium hodie probatur; quia Com. Alamanus ante dictam transactionem de anno 1614. habens notitiam debiti Paterni præuia declaratione, quod nolebat gaudere benef. l. & inuentarij, mediante publico Instrumento se obligauit soluere de proprio libras 2000. infra terminum trium annorum, ad effectum, vt cum illis extingueretur dictus Census, & interim promisit soluere medietatem fructuum, ex quibus cum pateat de obligatione Com. Alamani, transactio facta à Comitissa Iuliana cum contrario supposito, quod ipse non teneretur ad solutionem dicti debiti, vti facta ex causa falsa, & erronea corruit, & Comitissa potest ab illa resilire, Menoch. *consil.*91. *num.*26. 40. 59. *&* 60. *& consil.* 618. *num.*5. Manent. *cons.*137. *num.*48. *& consil.*157. *n.*51. Card. Seraphin. *decis.*275. *num.*2. *& decis.*705. *num.*1. *& decis.*190. *num.*3. & postremò *in Romana de Mongellinis* 30. *Ianuarij* 1645. *coram R. P. D. Otthobono.*

Idque eò magis, quia Comitissa inducta fuit ad ita credendum, non ex simplici ignorantia, sed ex assertione Com. Alamani, qui non ignarus fuit propriæ obligationis, sed sciens teneri ad solutionem debiti Paterni; nihilominus contrarium asseruit, & suam obligationem tacuit, & celauit; quæ assertio, & taciturnitas conuincunt dolum, qui dicitur probatus eo ipso, quod quis aliquid minus verè asseruit, *l. si quis affirmauerit, ff. de dol. mal.* Bart. *in l. Procurator, qui pro euict. in fin. ff. de Procurator.* Surd. *consil.*15. *num.*14. *& consil.* 149. *num.*6. Card. Seraphin. *decis.*617. *num.*4. Vel vbi non sine mysterio tacet, & abscondit aliquid, quod erat exprimendum, *l. quæritur, §. si venditor,* ibique Bart. *ff. de ædilit. edict.* Castrens. *cons.* 338. *in princ. & cons.*411. *num.*2. *ante fin. vers. nam tacere veritatem, lib.*1. Aym. *consil.*83. *num.*3. Becc. *cons.*106. *num.*13. *&* 14. Surd. *cons.*36. *num.*10. Bero. *cons.*158. *num.*46. *lib.* 1. & in puncto eius, qui celauit Instrumentum, Manent. *cons.*140. *num.*4. *& seq.* maxime cum huiusmodi taciturnitas redundaret in ipsius Comitis vtilitatem, Abb. *cons.*68. *n.*2. *part.*1. Crauet. *dicto cons.*83. *num.*3. *vers. quod præsumitur,* Ruin. *cons.*29. *num.*6. *lib.*1.

Et proindè, dum hinc clarè pateat, quod dicta transactio fuit ab ea prædicto modo extorta, remanet ipso iure nulla, *l. & eleganter, ff. de dol. mal. l. in summa,* 65. *§. sin autem, ff. de condit. indeb.* Bart. *in l. si ex falsis, num.*2. vbi etiam Angel. *num.*1. *C. de transact.* Ruin. *cons.*141. *n.*7. *vers.*2. *præmitto, lib.*1. Bellon. iun. *cons.*79. *num.*3. *&* 4. Surd. *decis.*253. *num.*13. 14. *&* 15. Rota *in recent. decis.*271. *n.*24. *part.*6.

Nec dubitari potest, quin hæc fuerit causa finalis transigendi; id enim apertè probatur ex proœmio, ex quo Causa finalis colligitur, *vulg. l. fin.* vbi Bart. *n.*3. & Bald. *num.*2. *ff. de hered. instit.* in eo siquidem præmittitur narratiua dicti suppositi, quod Comes Alamanus non esset obligatus ad solutionem dicti debiti, quin etiam ex dispositiua, quæ incipit cum illis verbis: Hinc est, quæ pariter denotant Causam finalem, vt patet ex text. *in cap. inferior,* 21. *dist.* post Host. firmat Gozzad. *cons.*9. *num.*36. cum aliis per Barbos. *dict.*134. *num.*4. & denique ex serie, & ponderatione totius huius facti; Nulla enim necessitas adstringebat Comitissam ad ita transigendum cum Alamano, nisi sola credulitas, quod ipse non teneretur ad solutionem huius debiti, & quod in consequentiam illius solutio spectaret ad ipsam vti hæredem Vincentij Bancij eius Patris, qui occasione dicti Census fideiusserat; quod optimè probat hanc fuisse Causam finalem, dum imposuit necessitatem Comitissæ, eamque induxit ad sic transigendum, alias nullo modo transacturam, si dictæ obligationis Comitis notitiam habuisset, Fulgos. *in l. si cum se, num.*4. & Castrens. *num.*3. *C. de pact.* latè Becc. *cons.*20. *num.*10. *& seq.* Mantic. *de tacit. lib.*3. *tit.*12. *num.*24. *&* 25. Seraph. *decis.*275. *num.* 5. 8. *&* 10. vel quia saltem eo modo non transegisset, Mantica, *vbi supra, eodem tit.*12. *num.*54. cum aliis *in Romana Successionis* 21. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Carrillo.*

Secundò, pro inefficacia dictæ transactionis considerabant DD. quod hic deficiunt duo substantialia requisita pro illius validitate. Nam primo requiritur, quod fiat de re dubia, & incerta, super qua adsit lis, *l.*1. *ff. de transact.* vbi DD. vel saltem necesse est, quod adsit timor, & materia litis, Faber *in eius Cod. lib.*2. *tit.*4. *de transact. definit.*5. *num.*3. Secundò necesse est, quod fiat cum aliqua mutua recompensatione, aliquo hinc inde dato, vel remisso, *l. Transactio nullo dato, C. de transact.* Ias. *cons.*18. *sub num.*14. *lib.*1. qui deficiente hoc vltimo requisito, appellat transactionem Leoniam, Peregr. *cons.*37. *sub num.*28. *lib.*1. Manent. *cons.*142. *num.*2. *&* 3. *lib.*2. Rota *in recent. decis.*447. *num.*3. *part.*2. *& decis.*231. *n.*2. *part.*4. *& d. dec.*271. *num.*25. *part.*6.

At hic neutrum ex prædictis requisitis concurrit. Nam primum, quia hic non poterat adesse res dubia, nec vlla aderat materia litis, sed res erat certissima, & clarissima; quia aperto, & lecto supradicto Instrumento obligationis Comitis Alamani, controuersia decidebatur, proindeque transactio ista, tanquam facta super Iure certo, & claro valere non potuit, nec potest, vt optimè Manent. *consil.*136. *num.* 42. *vers. cum agitur, & numer. seq. & cons.*137. *num.*23. *& consil.* 139. *num.*45. Roman. *consil.*517. *num.*18. vbi inquit, quod transactio non valet quando fit super re indubia, cuius

finis erat certissimus, Crauett. *consil.*152. *num.*10. qui dicit transactionem isto casu continere turpitudinem, & quod præsumitur contra Actorem, quod calumniosè egerit, & petierit ad vexandum reum, eumque inducendum ad transactionem, & compositionem, *& sub num.*11. addit huiusmodi transactionem non valere quamvis Iuramento firmatam, quod etiam optimis argumentis repetit *consil.*430. *num.*7. *& seq.* vbi quod hinc arguitur calumnia, & Surd. *consil.*451. *n.*11. & fuit dictum *in Meleuitana hæreditatis* 26. *Ianuarij* 1637. §. *penultimo, coram Eminentissimo D. Cardin. Panzirolo.*

Nec minus concurrit secundum, quia licet Comes Alamanus promiserit soluere lib.375. pro omni, & toto eo, quod Comitissa Iuliana posset ab eo vendicare; In hoc tamen nihil de suo dedit, cum teneretur soluere dictam summam in vim propriæ obligationis, & Instrumenti facti de anno 1614. Vndè nulla hîc potest considerari liberalitas, seu donatio; quia liberalitatem exercere non dicitur, qui proprium debitum persoluerit, *l. proximè, ff. de ritu nupt. l. si seruo, ff. de hæred. instit.*

Denique, & tertio dictum fuit transactionem corruere, cùm contineat magnam, & enormissimam læsionem, quia Comes Alamanus pro solutione lib. 375. reportauit absolutionem ab extinctione Census librar. 2000. in sorte, seque exemit ab onere soluendi fructus in futurum, & viceuersa Comitissa remansit obnoxia istis debitis, quæ erant propria Comitis Alamani, non autem ipsius Comitissæ, & proindè sustineri nequit, quia illa semper rescindetur, quando, vt in casu proposito, interuenit læsio in magno excessu vltra dimidiam, Corn. *consil.*166. *num.*6. *lib.*1. *& consil.*27. *num.*7. *cum plurib. seq. lib.*4. Bero. *consil.*180. *numer.*38. *lib.*2. Menoch. *cons.* 401. *numer.*153. *& seq.* Surd. *cons.*480. *num.*12. *vers.*2. *& seq.* Rota *diuers. decis.*102. *sub num.*2. *&* 732. *num.* 3. *part.* 1. *in recent.*539. *num.*2. *part.*1. 547. *num.*1. *part.*4. 125. *n.*21. 315. *num.*10. *part.*5. *& in Meleuitana hæreditatis* 15. *Aprilis* 1644. *coram me*; Non obstante pacto de non contraueniendo etiam cum Iuramento, quia non obligat quando læsio valdè enormis intercedit, Corn. *consil.*288. *num.*16. *lib.*3. Rota *in recent. decis.*218. *num.*13. *part.*2. & latissimè coram Reuerendissimo Vrgellen. *decis.*121. *num.*29. *& seq.* vbi quod obtenta absolutione Iuramentum non excludit enormissimam læsionem, iuxta communem DD. Sententiam, quam Rota nostra sequitur, & ibi per eum *n.*29.

Quæ verò pro parte Comitis Alamani fuerunt adducta visa sunt non esse præsentis inspectionis, cùm hodie strictè quæratur: An transactio subsistat, & obstet Comitissæ, quam nec obstare patet tanquam extortam ex causa non vera, & facta per errorem super Iure certo, & ideò hodie tollenda est de medio.

SVMMARIVM.

1 *Conditio*, si sine, *in substitutione facta descendentibus tacite subintelligitur. Non tamen censentur vocati*, n.2. *Fallit, vt num.* 3. *Si sine filiis deficit filio relicto, num.*5.

4 *Vulgaris resultat ex filiorum positione in conditione.*

Observatio XLIV.

Testator, quemadmodum dicebamus, tres filios hæredes instituit, & vni ex eis decedenti alterum substituit Cumque in descendentibus versemur tacita conditio, *si sine filiis*, regulariter intelligitur, *l. Cum auus* 101. *ff. de condit. & demonstr. l. Cum acutissimi* 30. *C. de fideicom. l. Generaliter* 6. §. *Cum autem, C. de Instit. & substit.* Fusar. *de substit. q.*393. *num.*1. *& cons.*22. *num.*9. *& cons.*35. *n.*2. Altograd. *cons.*45. *num.*1. *& seq. lib.*1. Merlin. *decis.*864. *num.*4. dixi *allegat.*39. *num.*11. *& allegat.*119. *num.*37. *lib.*3. Mart. Ventur. *cons.*25. *num.*128. *& cons.*29. *num.*1. *& seq.* Fontanell. *decis.*493. *num.*7. Giouagn. *consil.*75. *num.*10. *&* 35. *lib.*1. Cyriac. *controu.*9. *n.*18. 20. 61. 62. *&* 91. vbi ampliat etiam in filiis naturalibus. 1.

Bene verum est, atque Iuris indubitati, quod filij in tacita legali conditione positi vocati nullatenus censeantur, Dec. *in d. l. Generaliter* 6. §. *cum autem, n.*12. *C. de Instit. & substit.* Socin. sen. *in d. l. Cum auus* 101. *n.*58. *ff. de condit. & demonstr.* Menoch. *d. præsumpt.*76. *sub num.*96. *vers. secunda, & præsumpt.*89. *in fin. lib.*4. cum cæteris apud Fusar. *de substit. q.*437. *num.*1. 2.

Eoque minus in casu nostro vocati præsumuntur, ex quo testator paulo infra expressam de filiis mentionem facit, & qualiter per vulgarem succedere eorum patruis habeant, specialiter disposuit, quo stante tacita positio legalis filiorum in conditione cessat, ad text. *in l. Generaliter* 6. §. *cum autem, C. de Instit. & substitut.* Socin. iun. *cons.* 100. *n.*11. *&* 16. *lib.*1. Magon. *decis. Florent.*52. *num.*12. *& per totam*, alios cumulat Fusar. *de substit. quæst.*393. *n.*108. *& seq.* Mart. Ventur. *cons.*2. *n.*347. *& cons.*25. *n.*133. *& cons.*27. *n.*12. *& seq.* idem Fusar. *consil.*124. *n.*28. Ioan. Anton. Bellon. *cons.*26. *sub num.*48. *vers. secundo.* 3.

Vltra quod ex positione filiorum in conditione non nisi vulgaris resultat, Zanch. *in l. hæredes mei* 57. §. *cum ita, part.*7. *num.*100. *& seq. ff. ad Trebell.* Menoch. *cons.*393. *num.*67. Peregr. *cons.*52. *n.*5. *lib.*1. Fusar. *de substit. q.*438. *n.*6. *& q.*439. *num.*6. Merlin. *decis.*250. *num.*2. Vnde cum Alexander filius fideicommittentis, & pater collitigantium de Grignanis iam successerit; qualibet igitur vocatio, seu spes succedendi quoad filios eiusdem Alexandri euanuit, vt iam diximus, & in proposito optimè ratiocinatur Rota coram Merlin. *d. dec.*250. *n.*3. 4.

Cæterum quoad portionem paternam Alexandri, nec ratio dubitandi aliqua subest; ex quo enim cum filiis decessit, inde propterea fit, vt vocatio quoque defecerit, *l. Ex facto* 17. §. *si quis antè, vers. aut igitur, ff. ad Trebell. l. filiusfamilias* 117. §. *cum quis rogatus, ff. de Legat.*1. Ioan. Ant. Bellon. *cons.*35. *n.*11. Fusar. *de substit. q.*401. *n.*1. *& cons.*64. *n.*6. Mut. *cons.*43. *n.*2. *& cons.*107. *n.*1. Redenasc. *cons.*53. *n.*59. Rot. *in Romana domorum* 21. *Aprilis* 1617. *n.*2. *coram Reuerendiss. Dunozetto.* Quæ omnia quoad filios Alexandri omnino cessant, cum neque in conditione aliquo modo positi appareant, minúsve ad portionem patris vocati existant; sed per vulgarem tantummodo ad portiones patruorum inuitati leguntur; quæ quidem vulgaris, & ipsa defecit, postquam Alexander pater fratrum hæreditatem antecedenter nactus fuit. 5.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Dubia Magistratus recensentur.*
2 *Socius in praiudicium societatis nil agere potest, si vult renuntiare sociis eius pars accrescit, n.3. In vtilibus habet mandatum à lege, n.4. Declara vt, n.5. Vt obliget consocium, qua requirantur, n.25. Quando seipsum, & non alios obliget, n.30. Dici non potest creditor, nisi finita societate, n.31.*
6 *Conductio gabellarum munus virile.*
7 *Societatis diremptio qualiter inducatur.*
8 *Creditor ex ordinibus Mantua tenetur agere contra eum, qui pro debitore est obligatus ad indemnitatem.*
9 *Locator re in parte perempta tenetur emendare damnum conductori. Erga conductorem impeditum in re conducta à tertio tenetur ad interesse, n.13.*
10 *Sublocatio quando dicatur facta.*
11 *Salis transitu impedito Princeps locator conductori damnum emendare tenetur.*
12 *Quastiones in fine indissolubiles qua.*
14 *Conductor tenetur remouere impedimentum.*
15 *Contractus ab initio sunt voluntatis ex post fiunt necessitatis. Ante societatem initi dicuntur extra societatem, n.32.*
16 *Contrahentibus ex duobus is prafertur, qui prius habuit possessionem.*
17 *Conductori quasi possessio competit.*
18 *Locatori competit quasi possessio aduersus subconductores.*
19 *Manutentio ex ciuili datur. Prius cognoscenda, n.20. Facilius conceditur ex titulo, n.21.*
22 *Capitula super petitorio non admittuntur in iudicio manutentionis.*
23 *Voluntas, & potestas in quolibet actu requiritur.*
24 *Possessor in sua possessione manutenendus ante cognitionem meritorum.*
26 *Procuratorem, qui dicit aliquem esse tenetur probare.*
27 *Potentia, qua non reducitur ad actum inanis.*
28 *Societatem extra socios, qui obligent.*
29 *Institor, quà talis non agens societatem non obligat. A socio & complementario differt, n.34.*
33 *Rota Genua* decis.*7. declaratur.*
35 *Promissio qualibet intelligitur rebus sic stantibus.*
36 *Littera camby non executa, non releuant. Neque obligant scribentes, n.39.*
40 *Personarum legitimatio etiam in iudicio executiuo necessaria.*
41 *Diuidua ex mente contrahentium fiunt indiuidua, & è contra.*
42 *Partem in parte, qui non habet, neque etiam in toto in indiuiduis.*

OBSERVATIO XLV.

1. VIDETVR dubitandum an per litteras de quibus in actis Dominus Perinatus potuerit obligare DD. Com. Supputheum, & Andream Cellam ex Rota Genuæ, *decis.* 14.

Et quatenus potuerit vt videtur inferri ex *Ioan. Pauli Melij Obseruat. forens.* eadem Rota Genuen. *decis.*7. an DD. Hermans, & Reinst rectè agant contra dictos Dominos Com. Supputheum, & Andream Cellam non docto de effectu dictarum litterarum ad commodum allegatæ societatis inter D. Perinatum, & dictos DD. Supputheum, & Cellam; hæc sunt dubia, quæ ab Illustrissimo Ducali Magistratu in causa litterarum cambij nobis proponuntur resoluenda: Societatis ad diminutionem 2.
detrimenti in præiudicium sociorum quicquam agendi facultatem non habet socius, Ias. *in l. si vnus* 28. *in princ. n.*3. *ff. de pact.* Gratian. *discept. forens.*401. *n.*46. vbi quod socius non possit nouare, neque facere pactum de non petendo, & latius *discept.*54. *num.*34. *&* 35. *iunctis muneris* 43. *& seq.* vbi in terminis societatis resultantis inter plures conducentes vectigalia, quod vnus ex sociis non possit alterare contractum societatis per admissionem, seu renuntiam initam cum extraneo nisi in sui præiudicium, quam refert sequitur, & alios cumulat Fontanell. *decis.*235. *num.*4. & signanter Thesaur. *quæst. forens.*28. *per tot. lib.*3. vbi quæstionem hanc reputat dubiam, quamvis pro absoluto habeat socium renuntiare non posse societati, si non habet eius partem diuisam, sed pro indiuiso concurrit, atque insolidum cum aliis sociis; quæ quidem solidi obligatio, ac indiuisibilitas hic intercedit non solum quoad totum corpus conductionis vectigalium, verum etiam, & multo magis quoad membrum Datij transitus salis pro statu Mediolani, omnique in casu socios esse
præferendos extraneis; illis enim admittentibus renuntiationem seu socium ad renuntiandum, ipso iure societas vniuersa remanet penes alios socios consentientes, Petr. de Vbald. *de duob. fratribus* 10. *part. princ. per tot.* Thesaur. *d. quæst.*28. *num.*4. *lib.*3. Bald. *in l.*2. *num.*2. *versic. æquum tamen puto, C. commun. diuid.* Gratian. *discept. forens.*149. *num.*4. *& discept.*526. *num.*3. Socin. Sen. *cons.*58. *num.*3.4. *&* 5. *lib.*4. vbi quod si socius vult stare in possessione totius rei non solum extraneo præferri debeat, sed teneatur consocius eidem renuntiare, seu sublocare, Monac. *decis. Bonon.* 46. *num.* 10. Surd. *cons.*205. *num.*3. Bim. *cons.*363. *num.*15. sed non eundo per mendicata vt aiunt suffragia, quod vni ex generalibus Datiorum Impresariis, non liceat eius portionem cedere, sublocare, aut renuntiare, aliis inuitis, plena manu exornat Bardellon. *cons.*120. *ex num.*43. *ac per totum.* Hocque in casu non militat regula iuris, iuxta quam dicitur, 3.
socium in vtilibus habere mandatum à lege pro aliis, seu ab eisdem sociis, Surd. *cons.*43. *num.*9. 4.
vbi iura concordantia adducit Duard. *de societat. lib.... cap.*5. *quæst.*3. *num.*6. *& seq. & quæst.*5. *num.*2. *&* 3. Rot. *in Fauentina societatis* 16. *Aprilis,* 1646. *num.*1. *coram R.P.D. Celso.* Quoniam ad effectum, vt dicta regula intret, non tam requiritur, quod socius vtiliter gerat, quam quod vtatur re sociali ad naturalem, & destinatum vsum, 5.
vt ad rem animaduertit Socin. Sen. *dicto cons.*58. *sub n.*4. *versic. non obstat lib.*4.

Hinc gesta per Dominum Perinatum siue per renuntiam Datij transitus salis pro statu Mediolani eius nomine, & vxoris factam (quatenus adhuc socij nuncupari possent; vxori si quidem resistit in facto incapacitas mulierum ad continuandam vectigalium conductionem, eique in iure obstat in terminis, vt aiunt termi-

nantibus decisio Sacc. *in conf. 184. in fin. ac per totum consilium*, seu motiua contra Dominas sorores de Scarpis excitata, quæ cõtra eas fuerunt decisa, & Impresiarij generales absoluti ab earum prætensione continuandi in vectigalium, seu vnius tantum membri, quod minus est conductione, Bardellon. *cons.* 125. *n.* 31. Marito autem obuiam fit, quod machinabatur, & perpetrauerat ferè omnia, quæ eundem societate priuatum
7. reddebant, ac societatem dirimebant, ad tradita in terminis longe minus dubitabilibus nimirum, vbi adest pactum viuendi in communione donec vixerint, per Bim. *cons.* 76. *num.* 15. *cum seqq.*) Siue per extersionem litterarum cambij à Scripturali impresiæ generalis directarum Magnificis Iacobo Stricher, & Hieronymo de Vulien, non potuerant præiudicare, nec respectiuè obligare DD. Com. Supputheum, & Cellam principales Datiorum conductores, non quidem asserta renuntiatio; quia ex non dictis viribus non subsistit, neque fieri potuit. Præterquamquod, an esset in societatis vtilitatem cessura pendebat ex futuro contingenti, & euentu. Hic autem, & nunc perniciosa admodum, ac præiudicialis detegebatur non tam ob lucrum cessans petitionis, seu affictus in scutis bis mille, & modis octoginta maioribus salis Trapani, vel Barlottæ; verum etiam ob damnum emergens ob catentiam dicti salis, suntque generales Impresiarij, nec erga Ducalem Cameram, neque ergo Principes circumuicini ipsorum obligationem adimplere valent.

Maximè, quia nil vnquam accidere poterat, per quod generales Impresiarij tenerentur erga subconductores dicti transitus. Quoniam cum Ducalis Camera teneretur eos conseruare in-
8. demnes, ac sine damno, ideo subconductores vigore ordinis in erectione Senatus incipientis, *Che quãdo sarà mossa lite & c.* cui in præsẽti causa insistebatur, agere immediatè debebant aduersus Ducalem Cameram, & contra ipsam experiri de iuribus suis, Cyriac. *contr.* 274. *num.* 11. Quæ quidem Ducalis Camera, quatenus absolutè sublatus fuisset transitus, & occlusa via transeundi, etiam si conductores vectigalium nihil præstitissent, neque ex forma contractus esset in casu restauri adhuc ad ratam membri
9. rescissi, obstringebatur mercedem remittere ea ratione; quia partes censentur contraxisse, sub conditione, quod substantia rei ac cuiuslibet partis salua remaneret, quasi oporteat præstari rem conductori vti illa frui possit, ad text. *in l. si e x conducto 16. ad fin. versic. sed si ager terræ motu, ff. locat.* Gratian. *discept. forens.* 195. *n.* 2. faciunt tradita per Buratt. *decis.* 359. *n.* 101. & per Leoncil. *decis. Ferrariens.* 7. *n.* 15. vbi inquiunt ad pensionem etiam in casu, & pro ea parte rei locatæ qua frui non potest, Cyriac. *controuers.* 440. *n.* 18. *ac per totam, & controu.* 459. *n.* 1. *& seq.* dixi *allegat.* 21. *n.* 2. *hoc volum.* sed hæc dicta sint ex abundanti; nam cum transitus absolutè ab exercitu Gallorum non esset sublatus, sed dumtaxat impeditus, quovsque Ministri Regis Franciæ recognoscerentur per compositionem, quam postea DD. Hermans, & Reinst per solutionem ducatonorum, quinque mille asserunt subsecutam; intrabat non rescissio contractus cum Impresiariis generalibus, sed quæstio, ad quosnam spectaret reintegratio: Si ad conductores cum in
10. eorum locum posuerint dictos DD. Hermans, & Reinst, cessabat occasio disputandi, quippe quia componendo cum dictis Ministris propriam dicuntur suscepisse, ac adimpleuisse obligationem, & ideo frustra regressum, atque inutiliter proposuerant, ad rem optimè Gratian. *discept. forens.* 547. *n.* 53. *& seq.* si ad locatorem, ac consequenter ad Ducalem Cameram, vt in punctualibus 11.
terminis Datij transitus salis impediti fundamentis pluribus, atque ineuitabilibus comprobant, Bardellon. & Surd. ille *cons.* 75. *n.* 8. *ac per totum*, iste *cons.* 532. *per totum*, consequens fit, quod neutro in casu magis nunquam dari possit casus, quod DD. Conductores principales ad quicquam teneantur, ex quo duplicem præseferunt personam quoad membra per ipsos sublocata, cum sint locatores respectu subconductorum, & in ordine ad Cameram conductores. Vnde quoad DD. Com. Supputheum, & Andream Cellam, quæstio ista videtur vna ex illis, in quibus qui vincit vincitur, & procedunt in 12.
circulo, & in anxietate, seu *saltabella*, vt vocant, Glos. *in l. Claudius Felix 17. in verb. doceret, ff. qui potior. in pignor. habeant*, Cyriac. *controu.* 274. *n.* 12.

Cæterùm retenta opinione Bardellon. *d. cons.* 75. & Surd. *d.* 532. ac themate dictorum consiliorum, quemadmodum ipsi respondent onus remouendi impedimentum spectare ad eum Principem, in cuius statu impedimentum contingit. Ita in facti contingentia conclusionem applicando, si quid DD. Hermans, & Reinst ab initio, & nunc restauri, aut reintegrationis prætendunt aduersus Ministros status Mediolani, gressus pro eorum indemnitate dirigere habebant. Et sic non tam nostri principales quam etiam Ducalis Camera Serenis. D. N. ab inani prætensione istorum de Hermans, & Reinst defensi, ac præseruati remanent; quinimo cum & Catholica Maiestas omne studium adhibuerit pro tollendo huiusmodi impedimento, nec potuerit ac possit, inde fit, quod nec eius Ministri 13.
status Mediolani teneantur ad totale interesse lucri cessantis, sed tantum pro rata damni ad remissionem mercedis, Surd. *decis.* 326. *n.* 16. Cyriac. *d. controuers.* 274. *n.* 4. per textum *in l. si fundus 36. circa finem, ff. locat.* quam opinionem omnino amplectendam existimamus tanquam nostris principalibus, ac Principibus magis fauorabilem, nec odiosam aduersantibus, cum demptis ducatonis quinque septem, ac decem millibus, adhuc in negotiatione transitus in maximo dicantur lucro; neque spe consequendi restaurum à Ministris status Mediolani prorsus destituti existant. Præterquam quod vbi prædicta omnia cessarent; cum tamen inter inconcussa appareant, ineptè per dictos DD. Hermans, & Reinst proponebatur aduersus nostros principales, quod vbi nollent ratificare renuntiam, condemnarentur in id, quod extitit solutum pro aperitione transitus salis pro toto tempore oneris prouidendi statum Mediolani per dictos DD. Hermans, & Reinst suscepti, ac duraturi per annum circiter post finitam conductionem, quam habent nostri principales cum Ducali Camera; adeo vt omni in casu non nisi ad ratam temporis, & transitus huius status tenerentur.

Nec iuuare quicquam debebat confugium aliud propositum per DD. Hermans, & Reinst, se conuertendi per aliam viam in graue damnum Serenissimi D. Nostri, ac eius patrimonij, seu

ſeu regalium; tum quia iſtud, vel magis impra- ctibile, vel nimis diſpendioſum apparebat. Tum, quia occaſione ſalis iam in hoc ſtatu maxima quantitate introducti quocunque dirigerent iter tranſitum penſitare tenebantur. Tum demum, quia cum per aſſertam ſolutionem po-
14. tuiſſet impedimentum remouere, ac tenetur omnem adhibere diligentiam, pro eodem remouendo etiam cum impenſa, ex quo penſionem habebat in manibus, ſeu in obligatione eam ſoluendi exiſtebat, *l.3. ff. de via publ.* vbi not. Bartol. quod conductores coguntur ad purgandam viam expenſis affictus, Natt. *conſ.* 449.*num.*10. Cyriac. *controu.*61. *num.*31. diſcutiendum prius ſe ſe offerebat, an ſub clypeo minoris impenſæ potuiſſet recedere à contractu geſto cum DD. Supputheo, & Cella occaſione
15. tranſitus ſalis; contractus namque qui ab initio ſunt voluntatis, efficiuntur neceſſitatis, iuribus cumulatis per Barboſ. *Axiomat.*57. *num.*4. Bonden. *collect.*8. *num.*35. quæ ratio militat etiam aduerſus Ducalem; cuius prius contraxerunt principales, eiſque antea tradita fuerat poſſeſſio, ac reſpectiuè quaſi etiam tranſitus ſalis, in qua etiam reperiebantur, nec ab ea vnquam ſe habuerunt pro ſpoliatis; ideoque in concurſu
16. aduerſantium, qui poſteriores fuerunt in contrahendo, & occupando præferendi veniunt, *l. quoties* 15.*C.de rei vindicat.* Cyriac. *controu.*419. *per totam.*

Interim vbi in præmiſſis ſupereſſet aliquis ſcrupulus, ſuſpenſo interim petitorio dictis DD.Com. Supputheo, ac Cellæ denegari non
17. poſſet decretum manutentionis in poſſeſſione, ſeu quaſi aduerſus Cameram Ducalem, vti conductoribus, donec expirauerit locatio, cum habeant iuſtam cauſam retinendi, Poſt. *de manuten. obſeru.*52.*num.*17. & 18. & aduerſus Cameram Ducalem DD. Hermans, & Reinſt ſubcon-
18. ductores tanquam ſublocatoribus in quaſi poſſeſſione exigendi fructus ab eis, Poſt. *de manut. obſeruat.*10.*num.*72. & *obſeruat.*64. *n.*14. & *poſt tract.deciſ.*181. *num.*9. & *fin.* Et quatenus de facto dicti Hermans, & Reinſt in naturalem ſe intruſiſſent occupationem, & turbationem ex ci-
19. uili animo retentâ per DD. Impreſiarios Principales manutenendi venirent, ac reſpectiuè reintegrandi, Rota apud Poſt.*deciſ.*200.*num.*13.& *ſeq.* & in terminis latiſſimè proſequitur Cyriac. *controuerſ.*389.*per totam*, eoque fortius ſuperiùs dicta militant, ex quo nulla adfuit cumulatio petitorij cum poſſeſſorio; quo etiam ſuppoſito cum deinde ſuſpenſio petitorij interceſſerit cum pluries reiterata inſtantia cognoſcendi prius ſu-
20. per manutentione, ex neceſſitate ante omnia decretum manutentionis, ac ſubordinatæ reintegrationis quantum opus ſit concedendum venit; nec illud impediat auctoritas Principis, præeminentia Tribunalis, nec quævis in iudicando prærogatiua, ex copioſiſſimè traditis *per totam*, & *obſeru.* 8. *per tot.* tantoque magis cum
21. quaſi poſſeſſio noſtrorum principalium fortius, quam aduerſantium titulata exiſtat, idem Poſt. *de manut en.obſeru.*71.*n.*117. quibus attentis neq;
22. capitula in actis producta petitorium concernẽtia, non determinato prius vel articulo manutentionis ſunt admittenda, Poſt. *de manuten.d.obſeru.*7.*n.*5. Quæ tamen dicta ſint ex abundanti, ſi quidem D.Petinatus, nec potuit ſibi, & multo minus DD. Supputheo, ac Cellæ præiudicium afferre, etſi noluiſſe eis præiudicare quatenus etiam potuiſſet, expreſſe diſſertéque declarauit. 23.
Vnde cum in renuntianti voluntas, & poteſtas deficiant, actus renuntiæ habetur pro confeſto; cum ad illius validitatem vtriuſque, & voluntatis, & poteſtatis requiratur concurſus, nec non & debitus modus, Surd. *conſ.*301. *n.*29. Cyriac. *controu.*284.*n.*94. Suaq; Celſitudo innixa tantum dictæ renuntiationi eiuſque præſuppoſita validitate deuenit ad contractum cum DD. Hermans, & Reinſt ſub fiducia ratificationis voluntariæ à D. Com. Supputheo reportandæ, qui cum ratum habere recuſauerit quod nulliter, ac ſine vlla prorſus auctoritate D. Perinatus geſſerat, & in caſu renitentiæ nil amplius intellexerit, quam de iuribus propriis, & prædictorum de Hermans, & Reinſt experientiam; ideoque ad priſtinam iuris ac iuſtitiæ viam cauſam repo- 24.
ſuit, iuxta quam non obſtante reſcripto Principis poſſeſſor in ſua poſſeſſione, ſeu quaſi ante cognitionem meritorum eſt confouendus, Poſt. *de manuten. dicta obſeru.*7.*n.*42. *cum pluribus*, & hæc opinio in dubium minimè refricatur quinimo quotidie in hac patria ſic obſeruari vidi, ac pluries obtinui; concludo igitur renuntiam nihili faciendam, & conductionem vniuerſam Vectigalium penes dictos DD. Cellam, ac Suppútheum reſidere.

His obiter deductis circa validitatem, & effectum renuntiationis, & contractus vigore illius initi cum D D. Hermans, & Reinſt, nunc me confero ad reſolutionem motiuorum circa litteras miſſiuas abſque reſponſionibus in actis productas excitatorum, dum quæritur, an intuitu illarum Dominus Perinatus potuerit obligare præfatos DD. Cellam, & Supputheum; quod ſanè præſuppoſita etiam inter ipſos vigore conductionis vectigalium ſocietate probabilem non habere difficultatem exiſtimamus; nullam nimirum ex dictis litteris ipſorum Comitũ Supputhei, & Cellæ inductam fuiſſe obli- 25.
gationem, ea quidem, & palpabili ratione; quia ad hoc, vt ſocij obligentur ex contractu alterius ſocij, mandatũ ſcilicet ſaltẽ tacitũ requiritur, & quod alter ſocius nomine ſocietatis ſuper re pertinẽte ad ſocietatem actum gerat, ex iuribus cumulatis per Rot. Gen. in mortuis adductam *deciſ.*14. *num.*94. Theſaur. *deciſ.* 136. *per totam*, vbi quod Senatus abſoluit ſocios reos conuentos, Coſt. *de ration. rat. quaſt.* 99. *ſub num.* 5. *verſic. vbi vt vnus*, & *de remed. ſubſid.*77. *num.*7. Marr. *conſil.* 129. *num.*17. Gratian. *deciſ. March.*178. *num.* 11. & *in annot.num.*4. & *diſcept.*191. *n.*39. & *diſcept.*725.*num.*4. vbi diſtinguit inter ſocietatem vniuerſalem, & particularem, & *diſceptat.* 904. *num.* 10. & *ſeq.* vbi ſequitur in ſocietate particulari quod probetur verſio in eius vtilitatem, & *diſceptat.* 964. *numer.*6. & *diſceptat.* 967. *numer.* 35. & *ſequent.* vbi quod per vnum ex ſociis alij in ſolidum obligentur ſicut per inſtitorem, Duard. *de ſocietat. lib.*1. *cap.*4. *quaſt.*4. *num.*31. Bim. *conſil.*216. *num.*83. Hodiern. ad Surd. *deciſ.*213. *num.*2. Atqui Dominus Perinatus nullum prorſus nec expreſſum, neque tacitum habebat à prædictis DD. Com. Supputheo, & Cella, nec habere prætendebat mãdatum; quippe quia ſupponit mandatum huiuſmodi à Domino Com. Supputheo, collatum

collatum fuisse in personam D. Ioan. Baptistæ, de cuius consensu litteras prædictas fuisse conscriptas asserit, vt in processu *fol....* ibi, quæque etiam confectæ fuerint de consensu Domini Ioan. Baptistæ Senni, tunc procuratoris D. Com. Supputhei; ergo in eo deficit vnum ex principalibus requisitis ad obligandum consocios, & dum non constat, neque de consensu
26. Domini Senni, nec probetur eum fuisse procuratorem, vt necessarium fuerat, ex traditis per Rotam Genuen. *dicta decis.*14.*num.*36.*&* 37.& per Rim. *dicto consil.* 216.) vbi ponit pro regula quod qualem qui se vel alium facit, talem se, & illum probare, & *per tot. cons.* consequens quoque fit istud suppositum corruat. Eoque magis attenta variatione eiusdem Domini Perinati, qui in epistola 29. Maij exprimit: *Conforme vi e stato scritto da questi miei sepozzi, e compagni, &c.* in priori declaratione explicat se ideo ita scripsisse, quia *partito* (sunt verba declarationis: *) il Signor Com. Suppuzzi scriueua le lettere del negotio il Signor Berlingherio, non solo ordinarie ma anche di cambio per nome del negotio*, &c. in vltima verò declaratione sibi arrogat facultatem ordinandi, vt litteræ scriberentur, & quod cuncta peregerit de consensu Domini Senni asserti procuratoris, omnique in casu posse socium societatis, ac reliquorum sociorum nomen expendere, vt in processu *fol....* quo etiam admisso parum suffragaretur potestas, [dum ea vti noluit; inanis siquidem
27. potentia existit, quæ ad actum non reducitur, iuribus cumulatis per Barbos. *Axiomat.* 184. *num.*1. cum adductis per nos *allegat.*8. *num.* 86. *fol.*129.*lib.*1.sicque intraret ratio ab eodem Domino Perinato circa eius potestatem deducta, si ipsemet epistolas missiuas firmasset; *Gio. Perinati e compagni*, seu *Gio. Pietro sepozzi, e compagni*, vt habetur penes Rotam Gen. *decis.* 7. *per totam.*

Sicuti neque ex eo quod litteræ fuerint scriptæ, aut subscriptæ à Domino Berlingherio quicquam reuelat ad obligandos prædictos de Supputheo, & Cella; tum quia ipse munere scripturalis tantummodo fungebatur, vt admittit idem Dominus Perinatus in eius prima declaratione in processu *fol.... fac.* 2. *Come perche dal Signor Nicolo Berlinghieri scritturale*, &c.
28. Tum, quia extra socios, vt quis obliget societatem necesse est, quod vel tacitè, vel expressè sit præpositus, institor, aut complementarius negotiationis, Rota Gen. *decisione* 14. *num.*1. 3.38.39. *ac per totam*, Gratian. *decisione March.*36. *n.*18.*&* 19.Rim. *dicto consil.*216.*n.*9. 19. 20. *&* 77. At per aduersantes, quemadmodum requirebatur, non extitit probatum, aut probari non potuit D. Berlingherium esse institorem, seu præpositum negotio vectigalium, nec tacitè neque expressè, cum verè talis non esset, sed tantummodo regulationi scripturarum incumberet. Ideò quatenus etiam nomen societatis expendisset, sociis ipsis præiudicium non generasset, aut obligationem iniunxisset. Tum demum, quia dato etiam, nunquam tamen admisso, quod Dominus Berlingherius institor ac præpositus fuisset, adhuc istud non officeret DD. Com. Supputheo, & Cellæ,
29. ex quo non tanquam institor subscripsit: *Gio. Pietro, e compagni sepozzi*, sed tanquam quilibet extraneus, *per Gio. Pietro sepozzi, e compagni*, Rot.Gen. *decis.*13.*sub num.*19.*versic.& quia complementum dabat pro ipsa societate subscribendo nomen*,& *dec.*88. *n.*2. vbi quicquid ab Hieronymo scriptum fuit sub dicto nomine Antonij, & Baptistæ; ergo non sufficit quem esse institorem, nisi etiam quà talis actum gerat, ad effectum obligandi præponentes; vnde cum D. Berlingherius non esset institor, neque pro institore se gesserit, ideò omnis dubitandi ansa remouetur.

Deficit quoque aliud requisitum, ex quo Dominus Perinatus in eius prima declaratione asseruit gesta per eum circa litteras cambij non concernere interesse societatis, sed ipsius particulare, cum pecunias soluendas per DD. Iacobum Stricher & Hieronymum Vulien, quibus litteræ dirigebantur, ipsemet Dominus Perinatus intellexerit accepto ferre in eius prætensis creditis, quod occasione pretij salis asserunt se habere cum societate, vt in dicta eius declaratione, ibi: *Perche douendomi essere pagato dalla compagnia ducatoni 900. e più maturati alla Pasqua passata, e ducatoni 450. e più al Natale 1647.* &c. Inde ergo sequitur quod ipse quidem obligatus remanserit, alios verò minimè obligauerit, Felic. *de societat.cap.*30.*n.*2. *& seqq.* Buratt. 30.
*decis.*514.*n.*3. Rota Gen.*decis.*7.*num.*3. Gratian. *discept. forens.*964. *n.*4. cum infinitis qui adduci possent. Nec quicquam facit, quod se prætenderet creditorem societatis, quoniam socius dici non potest creditor pro rebus peruentis in 31.
societatem, nisi ex finita, & dispunctis rationibus, Buratt. *d. decis.*514. *n.*4. Gratian.*discept.forens.*964. *num.*5.

Vltra quod non constat an debitum à Domino Perinato contractum successerit, dum pendebat, seu post initam societatem, nullatenus socij ad illius dissolutionem tenebantur. Con- 32.
tractus enim ante societatem per vnum ex sociis initi dicuntur extra societatem, & ad eam pertinere non possunt, pulchrè Rota Gen.*decis.* 47.*n.*11.Buratt. *dicta decis.*514. *n.*2.Paris.*cons.*94. *n.*15.*lib.*1.Gratian.*dicta discept.*964.*n.*3.

Hinc propterea ex pluribus negotium non facessere dicebamus, Rot. Genuen. *in dicta de-* 33.
*cis.*7. & primo, quia epistola, de qua ibi agebatur firmata extitit ab vno ex sociis sociali nomine, videlicet: *Francesco e Gio. Agostino*, quod vtique, non fecit Dominus Perinatus, sed subscriptionem demandauit scripturali, non habenti facultatem expendendi nomen; secundo quia societas lucrabatur prouisionem de vellutis ab incerto transmissis Ioan. Augustino, non secus ac lucraretur de cæteris mercibus; ideo ibi infertur, quod societas intelligatur, suscepisse curam etiam dictorum vellutorum, ac consequenter Franciscus alter socius, & frater obligatus remaneret. Demum, quia ex serie facti colligebatur dicta velluta quantumvis transmissa Ioan. Augustino, ante societatem initam in ipsam societatem peruenisse; ideo Franciscus alter socius vnanimiter à Dominis de Rota condemnatus extitit. Qui quidem casus huic nostro, non applicatur, tum quia Dominus Perinatus, vti dicebamus, non habuit nec habere 34.
intellexit facultatem scribendi nomine societatis per subscriptionem *Gio. Pietro sepozzi e compagni*, ita noluit ea vti, sed tanquam quilibet extraneus, ac simplex scriba subscripsit, *Per Gio. Pietro sepozzi e compagni.* Quæ subscriptio nullam

nullam prorsus parit societatis obligationem tanquam emanata ab eo, qui obligandi societatem facultatem non habebat, nec expendendi eius nomen, provt in effectu attenta dicta subscriptione, neque expendere voluit. Rota Genuen. *d.decis.14.ex numero quadragesimotertio, ac per totam*, & signanter *num.95.* vbi nihil absurdius inquit esse, quam quod ego scribam, vt soluatur meo creditori, & quod detur debitum Titio, quia Titius non remanebit obligatus, & hic casus noster præcisus est, cum Dominus Perinatus mandauerit scribi per scribam Impresiæ generalis DD. Iacobo Stricher, & Hieronymo Vulien, vt soluerent tractam ipsius Perinati, & quod daretur debitum societati, Bim. *d. conf.216. n.20.cum pluribus seq. per totum.*

Accedit in comprobationem prædictorum, quod vbi etiam admitteremus litteras subscriptas: *Per Gio. Pietro Sepozzi e compagni*, ipsum, & socios obligare, adhuc ista obligatio sibi lo-
35. cum vindicaret rebus sic stantibus, ac in eodem statu permanentibus, adeò vt non habeat locum, neque obliget si quid noui superueniat, quod tempore promissionis non aderat, vt ex multis tradidit Cyriac. *controuers.378. num.44. & 45.* quod tanto magis procedit in præsentiarum, ex quo culpa tam Domini Perinati, qui attentauit renunciare transitum, quam ipsorum DD.Hermans, & Reinst, qui sub prætextu dictæ renuntiæ, ac conductionis transitus per eos factæ obicem posuerunt, ne contenta in litteris executioni demandarentur. Hocque dictum sit citra animum probandi dictam renuntiam, & contractum, & agnoscendi obligationem aliquam ex ipsismet litteris.

Insuper cum non appareat de executione lit-
36. teræ, & solutione, ideo ad nihilum socij tenentur, Rota *decis.486. & decis.497.* penes Buratum Genuin.*decis.1. num.38.* nec obstat confessio Domini Perinati emissa in litteris 29.Maij, & in eius declaratione, quod nimirum ordo datus nomine asserto societatis fuerit executus; quia quamvis
37. regulariter confessio socij contra consocios probet, Rota Genuen. *decis.1. num.1.* Gratian. *discept.677.num.52. & 53.* Ista tamen propositio non semper militat, & signanter quando confessio ap-
38. paret facta ad ipsius confitentis vtilitatem, & processit circa ea in quibus Dominus Perinatus ab aliis sociis mandatum aliquod nec tacitum, neque expressum habebat, Alex.*consil.44.num.5.& 6.* & *consil.186.num.1. & 2. lib.2.* Bim. *dicto conf.216. num.45. & 46. iunctis n.75.& 76.* Vltra quod non sufficiebat ostendere solutionem factam simpliciter, sed præcisè erat probanda, quemadmodum continebatur in assertis litteris DD. Stricher, &
39. Vulien directis; alias scribentes, ac ordinantes solutionem obligati non remanebant adeovt, nec per æquipollens ordinem exequi sufficiat, ad tradita in puncto per Rotam Genuen. *decis.174. per totam.*

Hactenus dicta negotium principale, ac merita causæ respiciunt, quæ tamen prætermitti poterant, cum obaudiendi essent DD. Hermans & Reinst, cùm non docuerint, quo titulo anhelarent ad solutionem Scutorum, seu Ducatonorum 1200. quorum solutio iuxta litterarum continentiam erat facienda per DD. Stricher, & Vulien; & tamen etiam in hoc iudicio quantum-
40. vis executiuo nemo auditur, nisi prius sui personam legitimet ostendendo se talem qualem se facit, Bim.*dicto conf.216.num.37.* Scac.*de commerc. & camb. §.7.gloss.5. num.24. & 25.* vbi istud eo fortius procedere inquit, quando actor venit ex alterius persona, vt faciunt prædicti de Hermans, & Reinst producentes litteras præfatis de Stricher, & Vulien directas.

Concludo igitur ex prædictis DD. Com. Supputheum, & Andream Cellam manutenendos esse in possessione, seu quasi exactionis affictuum transitus, & Salis Trapani aduersus DD. Hermans, & Reinst nulla habita ratione renuntiationis factæ per Dominum Perinatum ad præiudicium dictorum de Cella, & Supputheo, in quos vniuersa conductio consolidata extitit attenta illius indiuiduitate, ob quam quis non potest renuntiare parti; nisi toto à toto se abdicatum intelligatur; cum non possit in vna eademque re indiuidua quis contra expressam conuentionis indiuisibilitatem esse socium, & non socium; quod autem suaptè natura diuidua ex con- 41.
trahentium mente, ac pacto efficiantur indiuidua, dixi *allegat.2. num.3. & 4. fol.44.* & *allegat.21. num.12. & 13. fol.381. lib.1.* Altograd. *consil.28. num.44.* Burat. *decis.469. num.7.* sicuti enim in indiuiduis, qui habet partem in parte dicitur ha- 42.
bere partem in toto, ita à contrario, qui non vult habere partem in parte, neque in toto partem habere potest, argumento *l. meretur, 68. §. duorum, ff. de legat. 2.* Ludouis. *decis.548. num.10.* Leoncill. *decis. Ferrar.13. num.7.* Neque litteras de quibus in actis, afficere quoquomodo prædictos DD.Cellam, & Supputheum, tanquam emanatas à personis contra quas militat exceptio litteræ, de vobis non loquuntur; adeo vt dicti DD. Cella, & Supputheus absoluendi veniant, non tam ab obseruatione iudicij, quam etiam ab impetitis, iuxta instantias de quibus in actis.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum promissio corruit firmo manente contractu. Fallit, vt num.2. Declara, vt num.4.*

3 *Merlin.* decis.409.num.9.& seq. *declaratur.*

5 *Vsura quatenus permittantur.*

OBSERVATIO XLVI.

VSVRÆ vsurarum in stipulationem deduci, multóque magis extorqueri omni 1.
Iure inter easdem personas prohibitum censuimus, *l.fin. C. de vsur.* Manent. *consil.148. num.9.37. & 38.* Ruin. *consil.55. num.16.lib.2.* cum adductis per Cenc. *de cens. quæst.33. n.8.* Merlin. *decis.409. num.2. ac per totam*, quæ est *decis.301. part.5. recent.* Cæphal. *consil.85. n.7. & 8.* Castill. *decis.29.num.1.lib.1.* Ioan.Ant. Bellon. *cons.25.n.2. & per totum*, Peregr. *consil.100. num.35. & seq. lib.1.* idem Manent. *de contract. liuell. quæst.6. num.24.* Gratian. *discept.forens.987.n.2.* Fontanell. *decis.204. num.2.* Leotard. *de vsur. quæst.5. num.3. & per totam*, & *quæst.61.num.20.* Tomas. *de tutor. & curat. tit.18. sub num.257.*& dictum fuit *in Romana Appaltus Gabellæ carnis, 23. Octobris 1659. §.insuper responsum, vers.nec facit, coram R.P.D. Gastaldo.*

At vbi personæ debitoris, vel creditoris mutantur, & vsuræ in sortem rediguntur, tunc ex vsuris sic in capitale redactis vsuras in contractum 2.
stipulatas

stipulatas exigere non prohibetur, Gloss. *in l.1. in verb. vsurarum, ff. de dol.* Franc. *decis.254. num.15. & seq.* Ioan.Anton.Bellon. *d.consil.25. n.8.* Castill. *dict. decis.29. num.2. lib.1.* Cenc. *de cens. dicta quaest.33.num.9.* Leotard. *de vsur.d. quaest.5.num.14.* Mastrill. *decis.124.num.14.* Fontanell. *d.decis.204. num.15.*

Hinc Doctores per Merlin. adducti *d.dec.409.*
3. *num.9. 10. & seq.* quae est *decis.301. part.5. recent.* quatenus volunt, quod id, quod est originaliter
4. vsura in sortem redigi nequeat; intelligendi vtique sunt, quando vsurarum reductio quoad eosdem contrahentes succedit, vltra quod Rota *ibidem* transit cum supposito, quod huiusmodi vsurae non sint licitae; cum tamen attenta permissione Summi Pontificis, additis quoque Principum pri-
5. uilegiis omnino licitae reputentur, quemadmodum *superius* diximus, & admittit ead. Rota coram Merlin. *decis.409. num.6.* Nec applicatur, quod Papa tametsi Hebraeis vsuram permittat, ipsis tamen ex vsuris, vsuras percipere deneget, istud namque procedit inter easdem partes, secus altero ex contrahentibus mutato, vt iam diximus.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias minor pro liberando Patre à carceribus in distrahendis stabilibus solemnitates adhibere obstringitur. Amplia, vt num.2. Contra, n.4. Amplia, vt n.5. & n.6. & n.10. & n.11.*

3 *Aetas ex fide Baptismi probatur. Contra, n.7. Declara, vt n.8.*

9 *Feudum antiquum ob non renouatam à Patre inuestituram deuoluitur ad filios tunc, non autem postea natos.*

12 *Minores stabilia quae plus incommodi, quàm vtilitatis afferunt, sine solemnitatibus validè alienant.*

13 *Minor si recuperat rem suam cum fructibus, pretium cum vsuris restituere tenetur.*

14 *Maritus ex nomine debitoris sibi cesso vsuras dotales percipit.*

15 *Melioramenta cum fructibus commodo meliorantis cedunt.*

16 *Solemnitates in contractu minoris ex necessitate peracto non requiruntur.*

17 *Obligatus in forma Camerae pro condemnato habetur.*

18 *Obligatio in forma Camerae vim confessionis, & rei iudicatae habet. Transit ad haeredes, num.19.*

20 *Haeredem se facit qui inuestituram feudi renouat.*

21 *Reseruatio dominij operatur, vt tertius possessor rei vendicatione conueniri possit.*

OBSERVATIO XLVII.

Contractvs dationis insolutum factae de foenili longo per DD. Fratres de Brunellis, tunc pupillos, nullis prorsus adhibitis solemnitatibus duplici ex capite viribus omnino subsistit, adeo vt institae nunc reintegrationi de eodem praedio ob praetensam nullitatem contractus minimè locus sit.

Dicta igitur insolutum datio robur in primis ex eo assumit, quia pro liberando Patre ab immi- nente carceratione emanauit; quo enim casu ta- 1.
metsi solemnitates requiri videantur, Bald. *Iconsil.213. num.2. lib.2.* Rota apud Cenc. *de cens. decis.18.num.16.* & *decis.177.num.8.part.1.recent.* quae est *decis.289.* apud Pacific. de Saluian. & apud Pic. *ad Statut. Vrb. decis.60.* & *decis.385. num.8. part.2. recent.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.91. num.26.*

Eoque magis mox dicta sibi locum vindicant, ex quo Fratres de Brunellis de tempore dationis insolutum, alter non attigerat annum decimum, 2.
alter verò nec biennium excesserat; quo casu sine tutore potissimum, nec pro Patre obligationem, multóque minus distractionem bonorum facere poterat, Gait. *de cred.c.4. n.546.*

Quorum sanè aetatem ex binis fidibus Baptis- 3.
mi probatam censeri praetendebatur, Gratian. *discept. forens. discept.155. sub num.12. versic. addebatur,* Burat. *decis.75.num.1.* & *decis.116. num.1.* & *decis.365.num.1.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.50. sub num.18. vers. probatur itaque, & rubr.91. n.32. vers. limita,* Merlin. *decis.159.num.5.* cum adductis per Tomas. *de tutor. & curat. tit.19. num.3487. & seq. fol.857.* Caualer. *decis.444. num.4.* Gratian. *discept.767. num.47.* cum adductis per Bonden. *collect.2. num.37.* Andr. Censal. *decis.25. num.25.* Contr. *discept.93. num.1. & post tract. decis.126. num.2.*

Attamen in contrarium magis recepta ac verior opinio viget, quod nimirum distractio per filiumfamilias minorem facta absque solemnita- 4.
tibus pro excarcerando Patre, seu eundem ab imminenti periculo carcerationis liberando, iuribus subsistat, Rim.sen. *consil.77.num.16.* Surd. *cons.367. à num.18.ad 27.* Gratian. *discept.108. num.43. & 44.* & *discept.479. num.36. & seq.* & *discept.751. n.12. & seq.* Pic. *ad Stat. Vrb. cap.151. gloss.7. num.284.* Rot. *decis.63. num.4. & 5. & per tot. part.2. diuers.* vbi quod iura loquentia de Patre captiuo, etiam incarcerato tantum pro causa ciuili sibi locum vindicent, Gait. *de credit. cap.4. quaest.7. num.540. & seq.* Gizzarel. *decis.4.num.10.* ibique Ioseph de Mele *num.27. & 28.* & latissimè prosequitur ead. Rot. *in Anconitana pecuniaria, 31. Martij 1653.* & *15. Maij 1654. coram R.P.D. Zarate*, vbi etiam quod ob metum reuerentialem filiorum erga Patrem contractus irritus censeri nequeat, & nunc est *decis.93.* apud nos in addit. ad Castill. *de alim.* Merlin. *de legitim.tit.4. quaest.15.tit.1.* Surd. *decis.86. n.8.* & ibi Hodiern. *n.13.*

Ad quem effectum, vbi etiam ex capitulis in transactione insertis de periculo carcerationis non constaret, sola obligatio in forma Camerae 5.
per Brunellum suscepta sufficeret, Surd. *d. consil.367.num.19. & 20.* Gait. *de credit.cap.4.quaest.7. num.544. & 545.*

Indubitanter autem superius dicta procedunt, quia alter ex dictis Fratribus, nimirum Bartholomaeus, sub die 24. Februarij 1625. in fide Baptismi natus praetenditur. Vnde cum datio insolutum, die 19. Octobris 1635. emanauerit, consequens fit, vt tunc pubertati proximus diceretur; quo casu 6.
eo magis distractio sustinetur, ad tradita per Gait. *de credit.cap.4.quaest.7.n.546.* Ioseph Mele ad Gizzarell. *decis.4.n.28.in fin.*

Quae tamen ex abundanti dicta sint, quippe quoniam minor aetas ad effectum irritandi con- 7.
tractus ex Statuto Mantuae per tres testes bonae conditionis probanda venit, Cyriac. *controu.252.*

num.10.

*num.*10. *& ſeq.* & *controu.*509. *num.*27. vbi recenſet Statutum ſub rubr. *de mod. & form. ſeruan. in*
8. *contract. minor.* ipſámque ætatem non obſtante ſtatuto per fidem Baptiſmi, iunctis præſumptionibus, aut adminiculis probari contendit, Seraph. *deciſ.*1182. Rot. *deciſ.*483. *n.*2. *part.*2. *recent.* Coccin. *deciſ.*482. *num.*2. qui omnes concludunt ſecluſo etiam Statuto fidem Baptiſmi ætatem nullatenus probare. Quæ quidem concluſio ob diſpoſitionem præciſam ſtatuti probabilem non videtur habere controuerſiam.

Nec quicquam facit, quod alter ex dictis Fratribus de Brunellis in infantili ætate biennij de tempore dationis inſolutum conſtitutus reperiretur: Nam cum de tempore deuolutionis feudi, ob non renouatam inueſtituram à Patre, infans ipſe in rerum natura non reperiretur; conſequens ideo
9. ſit vt feudum fœnilis longi totum in perſonam ſuperſtitis conſolidatum extiterit, adeo vt illius perſona dumtaxat pro ſuſtinenda datione inſolutum inſpici debeat, ad tradita per nos *allegat.*31. *num.*8. *lib.*2. ſuper quo amplius non immoror; quippe quoniam in hac Patria hoc iure vtimur,
10. vt filiifamilias quantumvis minores pro excarcerando Patre paſſim ad diſtrahendum eorum bona admittantur, & ita obſeruatum in cauſis Accurſia, Galeotta, Burſatta, & Bonaiuta.

Maximè cum in prædicta datione inſolutum Procurator à Patre conſtitutus interuenerit, qui
11. quidem interuentus operatur, ne datio inſolutum de nullitate redargui valeat, Alb. *conſil.*286. *n.*6. *& ſeq.* Gratian. *diſcept.*401. *num.*2. *& ſeq.* Surd. *conſ.*451. *ſub n.*20. *verſ. & procedit etiam*, Tomaſ. *de tutor. & curat. tit.*9. *n.*180.

Vlterius eadem datio in ſolutum neglectis ſolemnitatibus inconcuſſa redditur, quia retentio fœnilis plus incommodi allatura eſſet, quam ex fructibus de tempore prædicto percipi potuiſſet; vix enim annui redditus ad ſcuta quinquecentum aſcendiſſent, quam quantitatem liuellus certè excedat præter decurſos, & augmentum à quinque ad octo intereſſe ob conſtitutionem in dotem reſidui pretij longè antea maturati; quoties verò
12. plus eſt in cenſu, quàm in reditu Minores, ac pupilli bona etiam ſtabilia ſine ſolemnitatibus dimittere non prohibentur, iuxta gloſſ. *in l.*2. *verb. cauſa cognita*, vbi Iaſ. *num.*10. *in fin. ff. de Offic. eius*, Capyc. *deciſ.*113. *num.*8. *in fin.* & *num.*10. *in fin.* Beretr. *conſil.*42. *ſub num.*9. §. *atque certiſſima, verſ. ſed cum plus incommodi*, Ioan, Franc. à Ponte *conſil.*1. *num.*92. *& ſeq. lib.*1. Rauden. *conſ.*10. *n.*94. *& ſeq. lib.*1. Senatus Mantuæ apud Surd. *deciſ.*278. *ſub num.*23. *verſ. ſecus, quando eſt damnoſus*, Hodiern. ad Surd. *ibidem*, *num.*28. optimè ad rem Cyriac. *controuerſ.*178. *n.*66. *& ſeq.* Rot. *deciſ.*675. *num.*6. *in fin. part.*2. *recent.* quæ eſt *deciſ.*23. apud Cenc. *de cenſ.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.*91. *num.*16. Decian. *conſil.*121. *num.*55. *lib.*3. Menoch. *conſil.*561. *ſub num.*7. *verſ. ex hoc ſequitur*, & latius proſequitur Baron. *de effect. minor. ætat.*3. *num.*209. Cenc. *de cenſ. quæſt.*15. *num.*36. Rota *deciſ.*545. *num.*4. *part.*1. & *deciſ.*51. *num.*3. *part.*6. *recent.* Merlin. *deciſ.*764. *num.*3. Maſtril. *deciſ.*13. *num.*9. *&* 10. Ciarlin. *controu.*196. *n.*15. Pic. *ad Statut. Vrb. cap.*151. *gloſſ.*7. *n.*219.

At vbi *ſuperiùs* dicta ceſſarent, cùm tamen inconcuſſa reputentur, inanis adhuc, ſeu nullius momenti intentata actio euaderet; quippe quia ſi D. Iſabella ob prætenſam nullitatem dationis
13. in ſolutum proprietatem fœnilis longi vnà cum fructibus ab inde perceptis reſtituere teneretur, pari quoque ratione Fratres de Brunellis ſortem cum intereſſe ad minus quinque pro centenario eidem D. Iſabellæ confeſtim erogare obſtringerentur, ad latiſſimè tradita poſt alios per Cyriac. *controu.*500. *n.*43. *& ſeq.* & *controu.*535. *n.*14. *vſque ad fin.*

Dixi ad minus in rationem quinque pro centenario; quia cum nomen debitoris ipſius Brunelli 14.
D. Burſato in cauſam dotis aſſignatum appareat, exinde vſuras dotales, ac onera matrimonij prætendere, ac conſequi poterat, *l.*1. & *l. aſſiduis*, 12. *C. qui pot. in pign. habeant*, Ruin. *conſ.*221. *lib.*1. Surd. *de alim. tit.*1. *quæſt.*42. *n.*70. *& ſeq.* Gratian. *diſcept. forenſ.*143. *n.*36. Statil. Pacific. de Saluian. *inſpect.*4. *cap.*1. *n.*56. *& poſt tract. deciſ.*308. *n.*9. *&* 10. Matt. Medic. *ad deciſ. Senen. examin.*7. *num.*67. in nihilo reſiſtente quod contrarium ſuſtinere contendat, Thomat. *deciſ. Macerat.*88. *num.*85. *&* 86. nititur enim auctoritate Gabr. *conſ.*151. *n.*7. *&* 8. *lib.*1. reprobata per Rot. apud Statil. Pacific. de Saluian. *d. deciſ.*308. *n.*10. latè Leotard. *de vſur. q.*29. *ſub n.*4. *ver. ſed magis*, 5. *&* 6.

Cum animaduerſione, vt bene in facto deducitur, quod de tempore dationis in ſolutum fœnilis longi proprietas ipſa reperiebatur inculta cum domibus deſtructis modò reædificatis, ac cum aliis meliorationibus non ſine ingenti impenſa peractis, ad quorum quoque refectionem vnà 15.
cum fructibus proportionabiliter Fratres de Brunellis obligati præexiſtunt, Cyriac. *controu.*83. *n.*8. *& per tot.* dixi *allegat.*14. *n.*12. *fol.*242. *lib.*1. Matt. Medic. *deciſ.*99. *n.*4. *&* 5. Mareſcot. *var. reſol.*112. *n.*52.54. *& ſeq.* cum adductis per Merlin. *deciſ.*363. *n.*5. *& ſeq.* Ioan. Bapt. Antonell. *conſ.*14. *n.*5. Andr. Cenſ. *deciſ. Lucenſ.*1. *n.*40. *&* 41. Contr. *diſcept.*12. *n.*4. & *diſcept.*24. *num.*10. *& poſt tract. deciſ.*42. *ſub n.*10. *verſ. quod eo magis.*

Cæterùm quia Fratres de Brunellis ex neceſſitate, & facto Patris ad alienationem, ſeu dimiſſionem prædij nondum perſoluti deuenerunt. Ideo ſolemnitates aliquæ non requirebantur, *l.*1. §. *ſi* 16.
communis, ff. de reb. eor. Alex. *conſ.*215. *ſub n.*6. *verſ. & quia quando, lib.*6. Caſtren. *conſ.*183. *n.*2. *lib.*1. Pic. *ad Statut. Vrb. cap.*151. *d. gloſſ.*7. *n.*217. *&* 218. Baron. *de effect. min. ætat.*3. *n.*203. *& ſeq.* Rot. *deciſ.*171. *num.*41. *part.*7. *recent.* & *deciſ.*192. *n.*15. apud Zacch. *de Cam. obligat.* Bonden. *collect.*16. *n.*44.57. *& ſeq.* Rot. *in Romana Salu.* 23. *Martij* 1650. §. *cum enim, verſ. adeoque nullæ, coram R. P. D. Veroſpio*, impreſſa apud nos in addit. ad Caſtil. *de alim. deciſ.*54.

Maximè quia dicti Fratres propter obligationem in forma Cameræ ab eorum Auo Paterno ſuſceptam, nec effugere, nec differre ſolutionem 17.
quoquomodo poterant; cum de Iure attenta obligatione prædicta pro condemnatis haberentur, iuxta celebre reſponſum Caſtren. *in conſ.*319. *lib.*1. Rot. *deciſ.*446. *n.*2. *part.*2. *recent.* coram Duran. *deciſ.*75. *n.*4. *&* 11. & apud Zacch. *de Cam. oblig. dec.*1. *n.*16. Ferentill. ad Burat. *deciſ.*401. *num.*23. Bonden. *collect.*27. *n.*12. quippe quoniam obligatio in forma Cameræ vim confeſſionis, ac rei iudicatæ obtinet, Rot. *deciſ.*686. *n.*1. *p.*2. & *deciſ.*302. *n.*1. *part.*6. *recent.* contra quam nihil opponere, nec dimiſſionem prædij effugere poterant. Siquidem obligatio 18.
Cameralis quoad omnes effectus in hæredes hinc inde tranſit, Zacc. ad Galleſ. *de Cam. obligat. q.*4. 19.
*n.*8. *&* 16. *& poſt tract. deciſ.*286. *n.*4. Rot. *deciſ.*194. *n.*1. *p.*6. *recent.* cum infinitis apud Bonden. *collect.*2. *num.*2.

num.2. Rot. *in Sutrina dotis, 26.Iunij 1658. coram R.P.D. Beuilaqua*, & *in Imolen. Census 27.Ianuarij 1659.n.1. coram R. P. D. Priolo.*

Nec ambigendum videtur, quin isti Fratres Aui hæredes extiterint, dum in eorum personis
20. concessionem auitam de feudo pro hæredibus receptam renouari obtinuerunt, dixi *allegat.97. n.1. lib.2.* & pluribus exornat Altograd. *consf.25.n.19.ac per tot. lib.1.*

Seclusa etiam qualitate hæreditaria ob expres-
21. sam dominij reseruationem tanquam possessores proprietatis venditæ conueniri potuissent, Bald. *in l.Titius,9.in princ.ff.de Seru.exportan.* Gratian. *discept.forens.523.n.15.* & *discept.730. num.1.& discept.946.n.4.* Merlin. *de pign.& hypoth. lib.4.q.41. n.54.& 55.*Matt.*consil.166.n.24.* Mart.Vent.*cons.33. n.57.* Hodiern. ad Surd. *decis.157. n.7.* vbi de hac conclusione dubitat pro tempore quo pendet dilatio ad soluendum pretium, quæ dubitatio huic casui non applicatur, ex quo ante dationem insolutum iam dies quarumcunque solutionum cessarant, Bonden. *collect.48.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates pupillis circa solemnitates æquiparantur. Sine solemnitatibus nulliter contrahunt, n.2.*
3 *Subhastatio in contractu vniuersitatis non requiritur.*
4 *Versionis pretij in vtilitatem communitatis probatio quando requiratur.*
5 *Versio in vtilitatem probatur etiam ab effectu.*
6 *Iura silent tempore belli.*
7 *Solemnitates non fuisse adhibendas ob impedimentum adhuc contractus sustinetur.*

OBSERVATIO XLVIII.

1. VNIVERSITATES in respicientibus solemnitatem actuum pupillis æquiparantur, Gloss. *in l.1. §. quod si nemo, in verb. Proconsul. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Losæus *de Iur. vniuers. part.2. num.72.* Purpur. *consil.548. num. 104.* Bardell. *consil. 111. num.72.* Gizzarell. *decis.25. num.7. & seq.* Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.143. num.9.* Rot. apud Cenc. *de cens. decis.18. numero sexto*, & apud Mangil. *de subhast. decis. 29. num.7.* Caren. *resolut. 236. num.3.*

Ideóque venditio Furnorum communitatis
2. Castaneolarum prætendebatur irrita, ex quo in ipsa obseruatæ non apparent solemnitates à Iure præscriptæ, & de quibus *in l. fin. C. de vendit. rerum Ciuit. lib.11.* quæ adducuntur ad octo capita, Rolan. *consil.90. num.19. & seq. lib.1.* Menoch. *consil.80. num.22.* & *consil.726. num.1. & per totum,* Surd. *consil.28. num.82.* Nig.*de subhast. cap.4. §. 14. num.2. & seq. fol.45.* Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.129. num.14.* Rot. *decis.292. num.1. part.5. recent.* Cenc. *de cens. quæst.23. n.12. & seq.* vbi secundum aliquos concludit necessariam Principis licentiam, quod latius exornat Valeron. *de transact. tit.4. quæst.3. ex numero decimonono,* Andr. Censal. *decis.Lucen.decis.80. num.27.*

Circa quas solemnitates à prædictis recensitas Doctores conueniunt, præterquam circa requisitum subhastationis, in quo inter se discordant de directo, & secundum receptiorem sententiam etiam ex consuetudine corroboratam, concludunt subhastationem non requiri, seu re- 3.
gulariter non adhiberi, ita post alios animaduertunt, Mangil.*de subhast.quæst.33.num.2.& quæst.89. num.6.& quæst.153.num.3.* Nig.*in simil.tract.cap.4. §.14.num.4. fol.45.* Post. *in eod.tract. inspect.3.n.47. & seq.*

Venditionis ergo prædictæ Furnorum validitatem Senatus alias inconcussam habuit, & modo eandem confirmauit, etiamsi versio pretij in vtilitatem communitatis frustra contenderetur. Dum enim communitas seruatis seruandis duos solemniter deputauit ad vendendum furnos, & pretium recipiendum, probatio versionis pretij in vtilitatem communitatis vlterius non prære- 4.
quiritur, Rip. *in l. si is qui, 11. numero decimo, ff. de pignor.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 8. titul.13. numero sexto*, Rim. sen. *consil.85. num.3.* Cenc. *de cens. quæst.23.numero vndecimo,*Gratian. *decis. March.93. num.6. 7. & sub num.15. & in annotat. post primum volum. discept. dict. decis.93. numero primo*, Rot. *decis.143. numero 3. part.6. recent.*

Eo autem ipso, quod illicò à receptione pecuniarum communitas ab imminenti excidio per inuasores status minato se exemit, sufficien- 5.
ter quoque versio pecuniarum in causam reparandæ necessitatis probata resultat, Menoch. *de arbitr. cas.432. num.38.* Ventrigl. *in prax. Eccles. annotat. 37. §. vnic. num. 9.* Surd. *decis.55. num.7. & 8.* Ludouis. *decis.31. num.2. & in annotat. num.11.* Rot. apud Cenc. *de cens. decis.464. num.31.* Gratian. *discept.107. num.20. & seq.* & *discept.360. num.32.* Ferentill. ad Buratt. *decis.546. num.10.* latè Anton.de Amat. *resolut.3. num.59.60. & 61.*

Verum circumstantiis facti per Senatum diligenter ponderatis animaduersum fuit, quod in tanto rerum discrimine de dicto tempore propter inuasionem hostium, nec tutus ad Ciuitatem dabatur accessus, nec expediebat vlterius immorari in curandis solemnitatibus, ne interim aliquid sinistri hominibus, & vniuersitati irreparabiliter contingeret, quo casu sicuti Iu- 6.
ra silent, Cabal.*resolut.294. num.403.* Cyriac. *controuers.448. num.71.* ita quoque necessitas adhibendi solemnitates cessat, seu facultas eas non adhibendi non subStat. Quo sanè casu sine solemnitatibus alienationem ab vniuersitate gestam sustineri comprobant, Bald. *in l. transactionem, 35. in fin. C. de transact.* & *in l. turpia, 57. §.1.ff.de legat.1.* Roman. *consil.36. sub num.1. vers. præterea secundo*, Paris. *consil.33. num.32. lib.2.* Bursat. *consil.74. sub num.58. vers. sexto, & vltimo*, Tiraquell. *de leg. connub. gloss.8. num.201.* Surd. *decis.268. sub num.18. versic. tunc solum,* Grass. *de effect. cler.3. num.210. & seq.* Barbos. *de vniuers. Iur. Eccles. lib.2. cap.3. sub num.170. vers. quid autem*, Pic. *ad Statut. Vrb. cap.151. num.18.* Fenzon. *ad idem Statut. Vrb.d. cap.151. à num.17. ad 21.*

SVMMARIVM.

1 *Libelli ineptitudo ex non aptâ causa in eo deducta resultat.*
2 *Actionis ob ineptitudinem reus absoluitur, & num.11.*

3 Agens

3 *Agens ex vna causa si aliam probat, succumbit, declara, vt num.6. Sine fundamento non auditur, num.44.*
4 *Actori ius non prodest, nisi aptam actionem instituat.*
5 *Senatus sola facti inspecta veritate cognoscit.*
7 *Pretij incertitudo vitiat emptionem.*
8 *Pretium est de substantia venditionis.*
9 *Contractus per epistolas inter absentes probatur.*
10 *Producens epistolam illam approbat, nec potest impugnare, & num.45.*
12 *Creditor non est verisimile, quod per longum tempus siluerit, nec quod mutuo à debitore recepisset, num.40. Emens à tertio rem sui debitoris pretium retinet, num.43. Etiam posterior retinet pecunias debitoris ad eius manus peruentas, etiam contra anteriores, num.56.*
13 *Venditor potest rem alteri vendere, quando non fuit solutum pretium à primo emptore; tradita re pretium consequi debet, n.46.*
14 *Exceptio implementi per perseuerantiam in contractu, an censeatur remissa. Declara, vt num.15. & num.17.*
16 *Lucrum ex contractu, quem quis non impleuit facere non potest.*
18 *Petens plus debito cadit à iure; contra, numero 19. Sed vide, num.20. Amplia, vt num.21. & num.22.*
23 *Alteratio scripturarum in numeris præsumitur facta à producente, & n.30.*
24 *Tarditas in producendo dolum arguit.*
25 *Epistolæ plures inuicem connexæ dependentes, & relatiuæ circa idem negotium non probant, nisi omnes integraliter producantur, non præsumuntur deperdita absque coniectura amissionis, n.31. Continentes inuerisimilia non probant, n.36.*
26 *Exhibitionem petens qualiter interesse probet. Scripturæ petens existentiam concludenter probare tenetur, n.27.*
28 *Epistolis primis, ac vltimis in iudicio productis, intermedia apud producentem existere præsumuntur.*
29 *Extremis probatis media præsumuntur.*
32 *Epistolarum amissio, an iuramento probari possit.*
33 *Verisimilitudo operatur, vt scriptura, seu fides probet, quæ alias non probaret.*
34 *Fides priuatæ etiam non recognitæ probant, si pars non opponat, amplia, vt n.35.*
37 *Contraria in iudicio proponens non auditur, & num.48.*
38 *Censum voluisse extinguere non præsumitur, qui censum non debitum sustinebat.*
39 *Obarato non creditur.*
41 *Venditio rei alienæ vendenti præiudicat, sed non Domino, n.42.*
47 *Obligatio extra suos terminos trahi non debet.*
49 *Emptor non tenetur soluere pretium si res empta aliena detegatur, & num.52. Amplia, vt num.53.*
50 *Surd. decis.253. declaratur. Ex contraria decis.165. eiusdem num.51.*
54 *Pactum in venditione deductum est pars pretij.*
55 *Pecunias debitoris peruentas quomodolibet ad creditorem, creditor ipse retinet.*
57 *Pecuniæ consumptæ, seu cum propriis confusæ à creditore posteriore non auocantur per anteriorem.*
58 *Munitiones bellicæ pro instructione exercitus destinatæ sunt de regalibus.*
59 *Regalia vsucapi nequeunt.*
60 *Præscriptio cum mala fide non currit, nec vsucapio. Amplia, vt num.61.*
62 *Præscriptionem allegans tacitè se non Dominum ab origine fatetur.*
63 *Rescriptum Regis, quo in casu neglectum.*
64 *Lucrum prætendere ex re aliena irrationabile est.*
65 *Societas de re vendenda tanti cum hoc, quod de pluri vendita diuidatur lucrum valet, inita cum pacto, quod capitale sit saluum, an valeat, num.66.*

OBSERVATIO XLIX.

FVNDAMENTA resolutionis captæ per Senatum Montisferrati, cum duobus adiunctis in odium D. Senatoris Cotij erga D. Ioannem de Gozanis, meridiana luce vsque adeo clariora præexistebant, vt optima vniuscuiusque iudicare debentis dispositio sæpius per singulos exaggerata disponendi eorum arbitria in fauorem eiusdem Senatoris necessariò elusoria euaserit.

Quippe quoniam in limine processus ad Iuris trutinam diligenter euocati ineptitudo petitionis fundatæ in supposita Societate mercis tormentariæ inter actorem Finatium, & Gozanum reum conuentum occurrebat; si quidem in toto processu, & inde quamplurimis inutiliter impinguato Societatem prætensam attingẽs, nec coniecturaliter deductum quicquam extitit. Hinc ergo ex non apta causa petitionis ipsius libelli ineuitabilis ineptitudo resultabat, Gloss. *in cap.2. in verb. significantibus, de lib. oblat.* & *in cap. dilecti, in verb. act. de indic. ius. in §. omnium, num.11. instit. de act.* Cigal. *de act. §. æquè si agat, n.81.* Gail. *pract. obseruat.61. n.2. lib.1.* Merlin. *decis.11. n.20. & seq.* Galupp. *in prax. part.2. cap.1. n.5.* vbi parificant quod quis agat sine actione simpliciter, vel quod intentata actio sibi nullatenus competat, nec clausulæ salutares, quibus petitio communita, sufficienter non apparebat, ab ineptitudine consistente in materia defectus actionis, non autem in forma conclusionis eiusdem libelli petitionem ipsam præseruare poterant; cum ad hunc effectum aptitudo causæ, seu actionis propositæ omninò requiratur, ex traditis per Abb. *in c. cum dilecti, n.52. de ord. cognit.* Marant. *de ordin. iudic. in tit. de libell. num.9.* Leoncill. *decis. Ferrar.50. n.7.* Mascard. *de probat. concl.1248. n.57.* 1.

Cuius intentatæ actionis ob ineptitudinem, Gozanus ab obseruatione iudicij, cum expensis absolui debuisset, ad Bald. *in authent. sed etsi quis, num.8. Cod. de secund. nupt.* Gail. *practic. obseruat.67. n.1.* Ioan. Ant. *ab Eccles. obseru.44. n.1.* 2.

In tantum, quod si etiam aliunde ius optimum fauere ostendisset, cum tamen minimè præstitit, adhuc Finatius agens ex causa societatis, seu prætensæ conuentionis, quam non probauit, dubio procul succumbere debebat, *l. habebat, 13. in princ. ff. de instit. act. l. non possumus, 7. ff. si pars hæred. pet.* Surd. *consil.41. num.34.* & *consil.247. num.9. & per totum*, & *decis.70. num.2.* Magant. *decis. Florent.117. num.53.* Cyriac. *controuers.143. numero vndecimo*, Rota *in Romana domorum* 3.

18. *Aprilis* 1644. *num*.3. *coram Ghisilerio*, ea ratio-
4. ne, quia actori ius non prodest, nisi aptam actionem instituat, *cap. examinata de iudic. §.habebat, instit. de act.* Rot. *in dict. Romana domorum*, 18. *Aprilis* 1644. *num*.4. *coram Ghisilerio*, *decis.* 269. *part*.9. *tom*.1.*recent*.

Verùm quia Senatus noster causas summariè
5. simpliciter, ac sola facti veritate inspecta ob illius præeminentiam cognoscit, Becc. *consil*.47. *num*.15. Surd. *consil*.54. *num*.3. propterea sufficit constare de iure petentis, itavt agens ex vna
6. causa, si probet de alia nihilominus obtinet, Crot. *in l.prim. §.si quis ita*, *num*.50. *ff. de verb. obligat.* Rot. *decis*.44. *num*4.*part*.2. *diuers.* coram Ludouis. *decis*.176.*num*.3.cum ibi notatis per Beltram.Surd. *decis*.284.*num*.14. vbi Hodiern. *num*.6. Ideo subsistentia huius fundamenti inconcussa remanebat; quia neque etiam causæ in progressu litis adductæ quoquomodo probatæ remanebant. Prætensa namque emptio funis, ac nitri
7. incertitudine pretij corruebat, vt præter Alex. *consil*.18. *lib*.1. in relatione adductum comprobant, Pinell. post alios relegendos *in rubr. C. de rescind. vendit. part*.2. *num*.8. arguendo à testium depositione circa pretij incertitudinem ad epistolas, Surd. *consil*.225. *sub num*.9. Mantic. *de tacit. & ambig. lib*.4. *tit*.19. *num*.15. Burat. *decis*.124. *num*.4. idem Surd. *decis*.114.*num*.6. Mart. Ventur. *consil*. 34. *num*.2. Merlin. *decis*.567. *sub num*.5. & *decis*.605. *num*.3. & *decis*.719. *num*.1. Peregrin. *consil*.96. *num*.11. *lib*.3. Genua *de script. priuat. lib*.3. *quæst*.6. *num*.6. *&* 120. Ferentill. ad Buratt. *decis*. 898. *sub num*.9. *vers. & pretium*, vbi quòd pretium debeat esse certum, & in certa quantitate determinatum, cum in hoc origi-
8. nalis substantia contractus venditionis consistat, *l.pacta*,72. ibi, *quoniam emptionis substantia consistit ex pretio*,*ff.de contrahen.emptor*. Gail. *pract.obseruat*.13.*num*.6.*lib*.2. Olea *de cess. iur.tit*.2.*quæst*.2. *num*.31.Mart.Medic.*decis.Senen*.58.*n*.19. Altograd. *consil*.10. *num*.8. *lib*.1. & *consil*.90. *num*.38. *lib*.2. Ferentill. ad Burat. *d.decis*.898. *sub num*.9. *vers.& quod pretium*,Mart.Ventur.*cons*.34.*num*.2. Merlin. *decis*.567.*num*.5.*& seq*.& *decis*.605.*num*.4. Post. *de subhast. inspect*.17. *n*.67.

Cumque in pretio nullatenus conuenire potuerint, ideo consensu mutuo à tractatu venditionis recesserunt, vt ex familiari eiusdem Finatij ad Gozanum sub die 12. Maij 1645. & fortius ex altera Gozani epistola ad Finatium conscripta sub die 9. Nouembris eiusdem anni 1645. quam Finatius non solum tacitè, sed etiam expressè illam producendo, eique per decennium,
9. & vltra acquiescendo approbauit; etenim per familiares epistolas contractus, seu distractus inter absentes fieri vtriusque admittebatur, ad textum, ibique notata per scribentes, *in l. in fine, ff. de contrahen. empt.* & *in l.fin. C. si quis alteri, vel sib.* Hering. *de fideiuss. cap*.11. *num*.81. Peregrin. *consil*.96. *numero decimo*, *lib*.3. Gratian. *discept*.500. *num*.2. *& seq.* vbi inquit istud præcipuè militare inter forens. *ex discept*.717. *num*.62. Gen. *de script. priuat. lib*.3. *quæstione* 6. *num*.1. *& seq. fol*.123. Merlin. *decis*.90. *num*.7. Rot. *decis*.227. *num*.3. *quæst*.5. & *decis*.55. *num*.9. *quæst*.7. *recent.* Durand. *decis*.368. *num*.4. *& seq.* Sed contractus prætensæ emptionis ob non determinatam pretij quantitatem cōtrouertebatur,atque etiam ex epistola Gozani 27.Aprilis 1645. producta per Fina-
10. tium, in qua expressè declarat se nullatenus velle cum ipso Finatio contrahere, quæ contractus insubsistentiam in odium producentis plenè probat, *l.recusare*,6.*ff.ad Senat.C.Trebell*.Caualer. *decis*.248. *n*.3.

Cæterùm in præmissis qualibet ambiguitas cessabat, ex quo considerabat Senatus, quod neque ipsemet Finatius emptionem prætendebat, cum ex supposita conuentione egerit,ibi: *Hauendo conuenuto con il medesimo Sign. Finazzi, che il prezzo da essigersi dal Sign. Gozano sij solo in ragione di Lire* 9. *per cadun rubo di poluere peso di Casale, e Lire trè per rubo di micchia monetta di Francia, si che l'vtile*, &c. At si omnes litteræ familiares hinc inde productæ, quinimmo, & integer processus percurrantur nullibi certò de huiusmodi conuentione aliqualiter probata apparebit, adeo vt intret famigerata conclusio, actore non probante reus absoluitur, 11.
l.qui accusare,4.*C.de eden.* Cyriac. *controuers*.105. *num*.5. Ioan. Bapt. Antonell. *cons*.69.*num*.9.*&* 10. & diximus *suprà n*.2.

Si enim contractus aliquis inter ipsos intercessisset, ex quo Finatius Gozani euasisset creditor, non est verisimile, quod tandiu exactionem distulisset, Afflict. *decis*.13. *num*.12. *& seq.* 12.
Surd. *decis*.105. *num*.4. *& per totam*, vbi insuper paupertatem creditoris, & opulentiam debitoris in facti specie concurrentes principaliter considerat,Mart.Medic.*decis.Senen*.84.*numero quarto*, Ludouis. *decis*.521. *num*.1. Thomat. *decis. Macerat*.99. *num*.53. quodque loco agendi exemptò somniatam conuentionem proponere inutiliter sategerit.

Accedebat præmissis, quod in ipso tractatu sæpè sæpius ex latere Gozani inculcata intercessit protestatio, quod cum Finatio contrahere non intelligebat, nisi solutio medietatis pretij præcessisset, vt indicant litteræ familiares in actis productæ ad non exhibitas cum eadem protestatione affectas se referentes. Vnde cum Finatius, nec medietatem pretij, nec obolum vnquam soluerit, consequens ideò fit, vt exinde tractatu cum eo iure ipso resoluto Gozanus merces tormentarias Ministris Christianissimæ Maie- 13.
statis vendere potuerit, iuxta doctrinam Godofred. *in l. venditor*, 21. *ff. de hæred. & act. vend.* Castren. *in l.Iulianus*,14. *§.offerri*, *num*.5. *ff.de act. empt.* Menoch. *de arbitr. cas*.381.*num*.18. Addit.ad Gratian. *decis.March*.13.*n*.2. Surd. *decis*.220.*n*.16. *& seq.* Altograd. *cons*.9.*n*.4.92.*&* 98. *lib*.1. Nig. *de except.cap*.3. *§.prim. num*.22. vbi quicquid esset in actore, quoad reum pro indubitato renuntiant, quibus addi possunt congesti per Laurent. Vrsell. *conclus*.50. *num*.8.Ferentil.ad Burat. *decis*.640.*n*.2. & nouissimè Carol. Antonell. *de temp.legal.part*.1. *cap*.54.*num*.1.

Dum autem Gozanus loco tradendi merces bellicas Finatio Domino de Tellier tradidit, & sic non applicatur, quod per dictam traditionem Gozanus à sibi promissis circa anticipatam solutionem recesserit; siquidem obiectum applicaretur, si perseuerantia contractus, & tradi- 14.
tiò rei in contractum deducta, erga personam Finatij successisset, iuxta allegata per D. Senatorem Cotium, Gratian. *discept*.302. *numero vigesimo*,*& seq.* Ferentill.ad Burat. *decis*.674.*num*.13. Nig.*de except.cap*.9.*§*.17. *num*.6. At in facti specie vtrumque deficit, quia Gozanus à tractatu recessit, nec merces Finatio tradere voluit, quinimmo cum alio contraxit. Repugnat quoque ordo

Finatij

Finatij præcisè datus Gozano, de quo in eius epistola diei 3.Maij 1645. ibi, *mà non fornirà, che prima V. S. non sia auisata da me*; quo stante sicuti Gozanus Finatium conuenire non potuisset, ita nec Finatio contra Gozanum actio aliqua competit.

Omnique in casu acquiescentia quatenus subesset, nec de recessu à quolibet tractatu expressè
15. liqueret anticipatæ solutioui dumtaxat renunciatum censeretur, non autem solutioni, quæ mercibus traditis fieri debebat, ad textum *in §. vendit. instit. de rerum diuis.* quem pluribus exornat Mantic. *de tacit. & ambig. lib.4. tit.41. num.16.* Ludouis. *decis.117. num.7.* Dec. *consil.119. num.1.* Mart. Ventur. *consil.34. num.61.* Ioan. Bapt. Antonell. *cons.66. num.1.* & in proximis terminis Altograd. *d. cons.9. n.23. & seq. lib.1.* Surd. *decis.202. n.20.* & *cons.409. n.6. & seq.* Lancell. *de attentat. cap.31. num.72. & seq.* Caputaq. *decis.150. num.3. part.1.* Beltram. ad Ludouis. *decis.403. n.6.* Gratian. *discept. forens.207. num.1. & seq.* vbi quod opposita die solutioni, si solutio non sequatur contractus ipso iure corruat, & *discept.301. num.53.* & *discept.302. num.12. & seq.* & *discept.307. n.2. & seq.* Nig. *de except. cap.9. §.11. n.32.* Ferentill. ad Burat. *decis.356. num.6.* & *decis.674. num.17.* Rot. apud Post. *de manutent. decis.68. num.16.* & *decis.215. num.28.* & post Zach. *de Cam. obligat. decis.1. n.9.* & *decis.210. num.1.* & *decis.269. n.1. part.1.* & latè prosequitur *decis.192. num.17. & per totam partem 5. recent.* Ponderando quod solutio medietatis pretij ante conclusionem contractus, tanquàm conditio tractatui de vendendo accesserit.

Prædicta verò eo fortius sibi locum vindicant, ex quo versamur in reo exceptionem non implementi obiiciente contra actorem lucrum prætendente, à quo penitus excluditur, dum anticipatè pecunias sæpiùs promissas erogare non curauit, Ridiculum inane, & inconueniens reputatur,
16. quod Finatius ex tractatu, cuius promissa non adimpleuit, commodum seu vtilitatem inutiliter affectet, Bec. *cons.45. num.6.* Surd. *consil.52. num.33. & 34.* Seraphin. *decis.209. num.4.* & *decis.673. n.1. & 2.* Gratian. *discept. forens.944. num. 21.* Rot. *dicta decis.192. num.12. & seq. part.5. recent.* quæ in casu nostro indubitanter procedit, stante inculcata protestatione D. Gozani, quod nonnisi præuia solutione pretij cum Finatio contrahere non intendebat, & in effectu cum aliis contraxit.

Animaduertendo insuper quod præter incertitudinem pretij, duplici vlterius conditione, neutra ex eis vnquam purificata; altera soluendi medietatem illius anticipatè; altera cauendi pro residuo tractatus remanebat affectus; Pretium ergo quo ad certitudinem substantiam contractus venditionis respiciebat, quoad tempus verò solutioni adiectum, ac onus respectiuè cauendi præ-
17. requisitum causam finalem ipsiusmet contractus subsecuti concernebat, qua deficiente, quin tractatus ipso iure euanuerit, procul ab omni dubio non ambigitur, *l. cum te, 6. C. de pact. inter empt. & vendit. l. fin. ff. de condit. caus. dat.* Rol. *consil.69. num.37. & seq. lib.4.* Bec. *consil.45. num.2.* Surd. *consil.68. num.21.* & *consil.381. n.6.* Marescot. *variar. resolut.90. num.7.* & in proximis terminis Gratian. *discept.307. num.24. & seq.* Beltram. ad Ludouis. *decis.130. sub num.9.* Nig. *de except. cap.9. num.21. & 22.*

Præterquam quod idem fundamentum ex petitione plus debito euidentissima summoperè corroboratur, ob quam sanè, si aliquod ius Finatio competiisset vtique iure communi inspecto ab illius commodo cecidisset, *l. vnica, C. si plus debito petit.* Cuiac. *lib.7. cap.27.* Roland. à Vall. *consil.71. num.17. lib.1.* Thesaur. *decis.231. sub num.2. vers. quod petens plus debito,* Barz. *decis.24. num.13.* Viu. *decis.340. num.8. & 9.* & *decis.427. num.3.* Monach. *decis. Flor.48. num.1.* Ludouic. *decis. Perusin.51. num.1.* Ioan. Franc. Andr. *controuers.44. n.15.* Ant. Nig. *de execut. rei iudicat. cap.4. §.11. per tot.* Farinac. *in frag. in verb. creditor, n.744.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.38. num.2.* Bellon. *de mandat. iurisd. cap.7. quæst.3. num.10. in fine, & 11.* Leotard. *de vsur. quæst.73. n.4.* Olea *de cess. iur. tit.6. Miscellan. n.26.* 18.

Euidenter autem plus debiti petitio conuincebatur, dum Finatius valorem extractum ex quatuor centum pensis circiter nitri, ac funis tormentatij prætendebat, eodémque contextu in calculo lucri easdem merces inculcabat. Verumtamen quia non desunt Doctores comprobantes simplicem plus debito petitionem in iudiciis minimè attendi, quodque petens plus debito in 19.
summa verè debita obtinere valeat, Gloss. Bart. & alij *in l.1. C. si aduersus rem iudicat.* Guid. Papæ *decis.27.* Capell. Tholos. *decis.209.* ibique addit. Marescot. *variar. resolut.131. num.8. lib.2.* Altograd. *consil.53. num.21. lib.2.* Gratian. *consil.63. num.6. lib.2.* Ludouic. *decis. Perus.117. num.3.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. gloss.21. p.1. n.46. tom.1.* Hodiern. ad Surd. *decis.65. num.4.* vbi istud eo magis procedere inquiunt, quando clausula, *omni meliori modo,* intercessit.

Quorum tamen doctrinæ huic casui non applicantur, ex quo Finatius intra cancellos puræ petitionis plus debito, non se continuit, sed 20.
in huiusmodi petitione vsque ad obitum scienter permansit, quo sanè casu pœnas plus debito petentis euitare nequit, *l. si Procuratorem, 8. §. dolo, ff. mandat.* Paris. *consil.74. num.34. lib.1.* latè Menoch. *consil.572. num.7. seq. ac per totum,* Farinac. *consil.114. num.59.* Alex. *consil.59. num.19. lib.4.* Barz. *decis.76. num.20.* Roland. *consil.71. num.40. lib.1.* Farinac. *in fragm. verb. creditor, sub num.733. vers. & in specie,* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.38. num.9.* Hac verò insistentia petentis scienter plus debito inspecta, cautelæ oblationes 21.
compensandi, aut clausulæ salutares petitioni adiectæ à pœna non excusant, Hering. *de fideiuss. cap.24. num.16. & 17.* Cyriac. *controuers.327. sub num.93.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.38. num.12.* vbi quod prædicta aduersus errores, non autem malitias ex scientia plus debito petentis euidentes suffragantur.

Ad quorum consummationem plurimum vrgebat, quod idem Finatius in progressu causæ duplas quinquaginta, tam & adeo notoriè indebitas à Gozano iudicialiter prætendebat, cui etiam vigintiquinque alias in quadam inuisentia erogandas extorsit, easque in proprios vsus, conuertere non erubuerit, ob quam indebiti petitio- 22.
nem, exactionem, ac respectiuè retentionem eo magis illius actio, iura, & prætensiones elidebantur, ex traditis per Coccin. *decis.123. num.10.* Caball. *resolut.260. num.4.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.38. num.25.* Antonin. de Amat. *resolut.53. sub num.3. & seq.* Castill. *decis.27. num.24. & seq.* vbi perfidiam creditoris indebitum pertinaciter petentis pluribus damnat.

Spernenda nec videbatur alteratio numerorum circa epistolas per Finatium post illarum productionem inita, cum subrogatione vnius loco alterius epistolæ subsecuta, ab ipso namque de cuius
23. interesse, seu vtilitate agebatur, dum illas quoque præmanibus habebat, patrata præsumebatur, vt post Rot. & alios animaduertebam *allegat.125.n.7. & per totam, lib.3.* exinde enim fraudandi animus indubitanter colligitur.

Ex qua quidem subtractione litterarum inter se circa idem negotium successiuè tractatum connexitatem, dependentiam, & relationem habentium cum recusatione illas ex integro producendi, duo ineuitabiliter insurgebant; alterum, quod ex retinentia nonnullas exhibendi, & ex
24. tarditate aliquas in effectu post plures instantias in actis dimittendi, doli coniectura fortius augebatur, *l. si quis forte, 6. §.1. ff. de pœn.* Cæphal. *consil.287. num.32.* Surd. *consil.173. num.20.* Scacc. *de iudic. lib.1. cap.73. sub num.2. versic. non obstat, & de sent. & re iudic. gloss.14. quæstione 19. num.78.* Monach. *decis. Bonon.7. num.32.* & *decis. Lucen.57. num.10.* Menoch. *consil.267. num.28. & de præsumpt.91. num.47. lib.2.* Ioan. Bapt. Antonell. *consil.59. num.29.* Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.105. num.12. lib...* Ludouis. *decis.521. num.6.* & *decis.537. n.3.*

Alterum, quod ex illarum imperfecta productione nullus omnino probationis gradus resul-
25. tare poterat, vt animaduertitur in relatione, & comprobant, Bald. *in l. in ciuile 23. circa finem,* vbi etiam Iason. *ff. de leg.* latè, & in terminis Alex. *consil.3. num.1. & 2. lib.2.* Dec. *cons.302. num.2. & 3.* Bec. *consil.5. num.5.* vbi quod scripturam producens, quæ habet continuationem ad relatam præcedentem non probet, nisi etiam relata simul producatur. Natt. *consil.634. num.15.* Sol. *ad antiq. constit. Sabaud. tit. de opposit. contr. form. instrum. extrins. instrumentum super decret. quam iudic. gloss.1. num.13. fol.187. & de ord. proc. caus. instrument. gloss.1. num.2. & 3. fol.192.* Afflict. *decis.273. num.4. & 5.* Crauer. *consil.112. num.15.* Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.49. num.5. lib.1.* Menoch. *decis. Lucen.29. num.2. & per totam,* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.31. n.4.*

Interesse enim Gozani sufficienter ex serie facti probatum resultabat, ex quo per exhibitionem litterarum, quas Finatius non sine mysterio studiosè suppresserat, concludenter demonstraturum iudicabat, quatenus nonnisi pretia solutione medietatis pretij innumerata cum ipso contrahere non intendebat; quinimmò quod ob non præmissam huiusmodi solutionem à quolibet
26. tractatu recesserit; Quæ quidem sola possibilitas resultandi ab exhibitione epistolarum aliquid releuans sufficit, vt interesse petens exhibitionem probatus dicatur, *l.3. §. sciendum, ff. ad exhibit.* Rot. *decis.250. sub num.1. part.1. recent.* Beltram. ad Ludouis. *decis.129. num.10.* Ferentill. ad Burat. *decis.266. num.8. in fin.* Sed super hoc non erat cur insisteretur, cum in processu de interesse Gozani, fundato in epistolis apertissimè liqueret.

Existentia enim aliarum penes Finatium controuerti non poterat, etiamsi ad illam indu-
27. cendam excludens requiratur probatio, nec præsumptiua admittatur, *l.3. in princ.* vbi gloss. *in verb. Summatim, propè fin. ff. ad exhiben.* Ludouis. *decis.199. num.3.* Ibique post alios Beltram. *num.7.* Ferentill. ad Burat. *decis.266. num.9.* Mantic. *decis.298. num...* Coccin. *decis.63. num.1.* Caualer. *decis.82. num.1.* Duran. *decis.166. num.1.* Gratian. *discept.262. num.6. & seq.* Merlin. *decis.58. num.1.* & *decis.569. n.1.* Laurent. Vtsel. *concl.61. num.4.* Merlin. *decis.51. n.1.* & *decis.344. n.6.* Cyriac. *controu.544. num.18. & seq.*

Probationes verò existentiæ epistolarum penes Finatium plures concurrunt, inter quas concurrentibus aliis præsumptiua etiam connumerari potest, desumpta ex eo, quia cum Finatius produxerit epistolas plures præambulas, & subse- 28.
quentes ad petitas, quæ sunt intermediæ, vtique & istas habere præsumitur, Ludouis. *decis.199. num.2.* probatis namque in vno quoque negotio extremis media præsumuntur, *c. inter dilectos,* 29.
vbi Doctores *de fide instrum.* Bald. *consil.247. circa med. lib.1.* Surd. *decis.146. num.17.* Rota apud Viu. *in prax. iuris patr. decis.61. n.4.* & coram Caualer. *decis. 408. num.7.* & *decis. 22. num. 10. part.6. recent.* & coram Merlin. *decis.339. num.4.* & *decis.850. num.4.*

Vlterius existentia controuerti non posse videbatur propter alterationem circa numeros registri epistolarum, quæ ab eodem Finatio facta præsumebatur, vt in effectu supprimeret, quæ illius 30.
intentionem destruebant; deturpatio namque scripturarum facta per illum censetur, qui exinde commodum reportat, vt post alios comprobaui *allegat.125. num.7. & 44. lib.3.*

Multiplicatæ etiam confessiones emissæ in epistolis in processu registratis de receptione aliarum, quarum exhibitio inculcatè petita extitit, 31.
plurimum ad probationem existentiæ conferunt; itavt allegatio amissionis earundem Finatio non suffragetur, dum nulla prorsus amissionis coniectura subest, ad notata per Doctores *in C. cum olim, in fin. de priuileg.* Rot. *decis.267. num.5. in fine,* Farinac. Duran. *decis.166. sub num.2. vers. neque obstat,* Ferentil. ad Burat. *dicta decis.266. sub num.10. vers. quia tunc.* Vltra quod eius renitentia in producendo non caret vehementi suspicione, quemadmodum *supra* dicebamus, quo casu Finatius sub prætextu amissionis, à produ- 32.
ctione non excusatur, neque ad iurandum admitteretur, Caualer. *decis. 82. num.9.* Afflict. *dict. decis.330. num.2. circa med.* Duran. *dict. decis.166. sub num.2.* Ferentill. ad Burat. *d. decis.266. num.12.*

Tandem existentia epistolarum à Gozano requisitarum penes Finatium concludenter probata resultabat ex fide Domini Senatoris Castanei, quantumvis eiusdem Gozani tunc Aduocati, & generi, dum Finatius illam non impugnauit; 33.
quin potius admisit, atque in illius verificationem quatuor epistolas produxit, Surd. *decis.325. num.5. & seq.* Ludouis. *decis. 273. num.6. & 7.* Vbi quod ex sola verisimilitudine, etiam scriptura informis priuata ad fauorem scribentis probat, Rot. *decis. 116. num.4.* apud Zach. *de Camer. obligat. & decis.139. num.6. part.2. recent.* & coram Seraph. *decis.373. num.5.* dixi *allegat.27. num. 46. fol.498. lib. 1.* Vbi quod adminiculis concurrentibus quælibet scriptura probet, & in terminis illius, qui scripturæ informi nihil opposuit, Surd. *decis.199. num.8.* Mar. Anton. *variar. resolut.30. num.26. & 27. lib.2.* Burat. *decis.539. num.1.* & prius *decis.347. num.7.* in nihilo resistente, quod oppositio non facta tempore productio- 34.
nis quandocunque fieri valeat, Buratt. *dict. decis.347. numero 8.* Gratian. *discept.944. numero 28.*

cum

cum adductis per Post. *de manuten. obseruat.* 98. *num.* 1. *& seq.* Si quidem huiusmodi replicatio ad præsentem controuersiam applicabilis non videbatur post admissionem Finatij prædictæ fidei, contra quam nihil vnquam sibi conscius obiecit. Ideo mox firmata conclusio, quod nimirum approbata ex non impugnatione censeatur firma, omnino stare debet, quam etiam
35. comprobant, Post. *de manuten. obseruat.* 97. *n.* 38. *& obseruat.* 98. *num.* 1. Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.* 48. *num.* 16. *lib.* 2. Matescot. *var. resolut. cap.* 7?. *num.* 3. *lib.* 1. Leoncil. *decis. Ferrar.* 30. *num.* 3. *& seq.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rub.* 21. *num.* 35. dixi *allegat.* 21. *num.* 9. *lib.* 1. Vbi quamvis conclusionem impugnauerim quoad fides informiter productas, & à parte impugnatas; in casu tamen nostro ratiocinatio non militat stante Finatij aquiescentia, non contradictione, ac vsu eiusdem fidei.

Perplexitates etiam, implicantiæ, mendacia,
36. & vacuæ suppositiones, quibus huiusmodi epistolæ scatebant, sinistræ eiusdem Finatij intentionis ineuitabile indicium præseferebant.

Argumentum pariter eiusdem generis inepta damnorum prætensio occasione census DD. de Ricciis præstabat, dum ipsemet Finatius coram eodem Tribunali nullitatem cum extinctione census viriliter opponebat, & interim de censibus ne obolum quidem respondebat; vsque adeò enim à proprio interesse ob-
37. cæcabatur, vt vnico contextu contraria coram eodem Iudice non sine euidenti calumnia proponeret, contra textum in *l.* 1. *ff. de furt.* Leoncil. *decis. Ferrar.* 64. *num.* 45. Gratian. *decis. March.* 54. *num.* 18. Marc. Anton. *var. resolut.* 56. *num.* 11. *lib.* 1. Mart. Ventur. *cons.* 45. *num* ... Et quomodo in mentem sensati hominis cadere vnquã potuisset, quod Finatius pecunias per eum vt præuidebat exigendas, erogare destinasset in
38. extinctionem census, ad quem se non teneri totis viribus profitebatur, ad notata in proximis terminis per Rotam apud Zach. *de Cam. obligat. decis.* 192. *num.* 22. & *in Romana domorum de Incoronatis* 18. *Martij* 1650. §. *fin.* Ibi, *præsumi non potest soluturum debitum, quod credidit se non habere, coram Reuerendissimo Dunozet.* Matt. Medic. *ad decis. Senen. examinat.* 15. *n.* 43. *&* 44.

Taciturnitas decennalis ipsius Finatij pro eligenda illius prætensione, seu præsumenda actione suspecta plurimum confert, maximè
39. cum interim extrema laboraret egestate ex causa æris in Gallia contracti, & fuisse in carceres detrusum ex actis liqueat, *l. quicunque,* §. *Idem Labeo ait, ff. de instit. act.* Hering. *de fideiuss. cap.* 15. *num.* 7. & Gratian. *discept. forens.* 380. *num.* 19. Vbi quod obærati soleant mentiri, & æquiparentur Chameleonti, Guill. Anton. *de rescript. & morat. conclus.* 23. *sub num.* 3. *l.* 6.

Mutuo dum pecunias à Gozano non semel sed bis Finatius etiam cum fideiussore recepit,
40. dubio procul, quod illius creditor præexisteret, aut quidquam ab eo prætenderet, excluditur. Anchar. *cons.* 434. *sub num.* 3. *vers. tunc verosimiliter,* Crauet. *cons.* 129. *num.* 8. *&* 9. Matt. Medic. *decis. Senen.* 84. *sub n.* 5. *vers. qui in fortioribus,* Ludouis. *decis.* 439. *n.* 8.

Denique falcem ad radicem ponebat subsequens notitia rei veritatis, quæ ex processu ab obitu ipsius Finatij insurrexit; quod nimirum merces tormentarias Regis Christianissimi, quas in custodiam receperat, Regimet, seu illius Ministris, media opera prærequisita Gozani vendere attentauerat; quamvis enim rei alienæ venditio in præiudicium vendentis sustineatur, ad Textum rotundum *in l. rem alienam* 28. 41.
ff. de contrahen. empt. Surd. *decis.* 253. *num.* 4. Roland. *cons.* 57. *num.* 20. *lib.* 3. Rot. apud Cenc. *de censib. decis.* 17. *num.* 3. *& decis.* 102. *num.* 11. Ioan. Bapt. Antonell. *cons.* 40. *num.* 7. Non. Acost. *de priuileg. credit. reg.* 1. *ampliat.* 3. *sub num.* 35. *vers....* quæ quidem venditio, in odium tamen Domini iuribus non subsistit, *l. rem alienam* 28. 42.
ff. de contrahen. empt. Caual. *decis.* 499. *num.* 6. Roland. *cons.* 60. *num.* 59. *& seq. lib.* 4. Rot. apud Cenc. *decis.* 15. *numer.* 8. *& decis.* 102. *numer.* 11. Ioan. Bapt. Antonell. *cons.* 40. *num.* 7. quam creditor liquidus eiusdem Maiestatis, retentionem pretij penes eum existentis iure merito inculcabat, nec potuit non decerni, per glos. *in* §. *no-* 43.
uiss. institut. de suspect. tutor. Bald. *in l.* 1. *in* 3. *opposit. C. de bon. mater.* Surd. *decis.* 253. *num.* 15. Hodiern. ad eundem *decis.* 165. *n.* 7.

Si quidem ordinantiam super qua ex parte Finatij maiores accumulabantur conatus, de mense Februarij 1645. subsecutam ab eodem minimè reportatam, illius epistolæ circa dictum tempus plurimum inuolutæ, & postea per aliquot menses circa idem conscriptæ meridiana luce clariores manifestè conuincunt, vltra quod non emanauit particulariter ad istud negotium, sed consistebat in vniuersali fundo pecuniarum pro bono regimine, siue iuxta regulas militares parato ad occurrendum indigentiis tractu temporis ab inde contingentibus exercitui, qui in Italia militabat; istius autem indubiratæ assertionis signum euidens resultat ex eo quia Gozanus ex prædicta ordinantia, seu fundo pecuniarum, non solum pro valore munitionum ab indè traditarum, sed etiam antea creditarum in egregia quantitate integram satisfactionem obtinuit, quam nec se recepturum nec Ministris Regis de prædicto tempore soluendam quoquomodo cogitauerat, sine qua, nec prouisurum Arcem nouam protestatus fuit, & non nisi facta prius promissione satisfactionis independente à Finatio procedit.

Vnde prædictis omnibus simul iunctis, quæ admirationem non quidem, sed nauseam vsque ad stomachationẽ commouebant, ego inter cæteros voti fuissem, vt nec Finatius in iudicio 44.
vlterius audiretur, ad tradita in proposito per Cyriac. *contr.* 494. *à n.* 18. *ad* 24. Cauagnol. *ad Decr. Montisferrati* 11. §. 1. *num.* 20. *& seq.* Vbi quod ex simili propositione inutilia continente iuramẽto calũniæ in actis præstito contrariatur, & faciunt tradita per Scac. *de Senten. & re indic. glos.* 14. *quæst.* 19. *num.* 98. Post. *de manutent. obseru.* 42. *n.* 152. Ioan. Ant. *ab Eccles. obseru.* 52. *à n.* 1. *vsque ad* 5.

Nisi D. Senator Cotius ipsius Finatij iam prædefuncti hæres pro summa illius doctrina, & integritate agnoscendo bonam fidem, & malam defuncti expurgando per productionem Commissionis Corselli viam veritati aperuisset; quod nimirum Finatius pulueris, ac funis tormentarij in controuersiam deductorum, non nisi custodiam haberet, quo præmisso indubitabili fundamento aliis mediis, & quidem apparenter solidioribus ius suum confouere studuit, quæ tamen per Senatum ad iuris trutinam

sæpius reuocata, ac diligenter dispuncta nullius omninò momenti visa fuerunt.

Competto enim ex commissione Generalis
45. Corselli producta per hæredem Finatij, quam ideò hæres prædictus impugnare nequibat, *l. publica 26. §. fin. ff. de pos.* Cyriac. *contr.* 157. *n.* 2. Burat. *decis.* 622. *n.* 3. Io. Ant. *ab Eccles. obseru.* 90. *n.* 2. *& seq.* Leoncil. *decis. Ferrar.* 177. *n.* 3. puluerem tormentarium iuris Regij esse, solutionem pretij erga hæredem Gozanus denegabat; quia immò pecunias Regias ad computum eius crediti retinere contendebat, vt diximus, *supra num....*

Cui quidem prætensæ retentioni plura opponebantur, nimirum primò teneri Gozanum soluere pretium Finatio ex contractu inter ipsos
46. gesto. Vēditor enim tradita re emptori pretium omnino consequi debet, *§. vendita instit. de rer. diuis.* latè post alios Altograd. *cons.* 9. *n.* 2. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 90. *n.* 42. *& seq. lib.* 2. Surd. *dec.* 220. *n.* 11. *& seq.* Io. Ant. *ab Eccles. obseru.* 131. *n.* 4. *& seq. lib.* 1. Cuius tamen obiectionis facilis resolutio se se offerebat, non solum in facto, ex quo de asserto contractu non liquebat, tantum quia Gozanus erga Finatium onus dumtaxat reficiendi munitiones bellicas, easque refectas, in Arce Casalis
47. assumpsisset, quo pacto ad nihilum vlterius obstringebatur, Bald. *in C. venerabilem n.* 15. *alias n.* 21. *extr. de elect.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 14. *& tit.* 15. *n.* 5. Cyriac. *contr.* 510. *n.* 32. *&* 33. Altograd. *dict. cons.* 95. *n.* 81. *lib.* 1. Rot. apud Zach. *de Cam. oblig. dec.* 64. *n.* 5. Præterquam quod ex serie facti tantum abest quod Finatius eius munitiones Gozano vendidisse vnquam prætenderit, quod imò proprias Gozani acquisiuisse viriliter attentauerit, ex qua sanè insistentia super
48. directo contrariis audiri non meretur, *vulgata l.* 1. *Cod. de Iure*, dixi *alleg.* 35. *n.* 31. *lib.* 3. Fontan. *decis.* 130. *n.* 18. Leoncil. *decis. Ferrar.* 64. *num.* 45. Mart. Ventur. *cons.* 45. *n.* 1. & dixi *suprà, n.* 37.

Verum etiam, ac multo magis in iure quando-
49. quidem emptor rei alienæ, quam venditor propriam supposuit constito in effectu, quod aliena sit, pretium soluere nullatenus cogitur, *l. Iulianus* 14. *§. offerri, ff. de act. empt. l. ex his prædiis, C. de euict.* Surd. *dec.* 165. *n.* 6. *& decis.* 253. *num.* 7. *& seq.* ibiq; Hodier. Anell. de Amat. *cons.* 58. *n.* 18. Mang. *de euict. q.* 39. *n.* 15. *&* 16. *& prius q.* 31. *n.* 46. Vbi, quod venditio rei alienæ Domino non præiudicet, latè Carol. Ant. Moce *in Sylua c.* 4. *per tot. & c.* 5. *n* 19. *ac per tot.* Altogr. *cons.* 10. *ex n.* 25. *lib.* 1.

Nec refert, quod alias iudicauit Senatus
50. Mantuæ apud Surd. *dict. decis.* 253. *in fin.* quod re per venditorem tradita emptor ad solutionem pretij teneatur, etiam si res empta oneri obligationis seu hypothecæ subiaceat; nam Surd. *dict. resolut.* non acquieuerat, & idem Senatus
51. contrarium determinauit *dict. decis.* 165. apud eund. Surdum. Insuper duo in casu Surdi concurrebant, nimirum bona fides venditoris, & quod de hypotheca solummodo agebatur; in facti verò contingentia quæstio circa rem penitus alienam, & dolum, seu malam fidem venditionis notitiam rei alienæ habētis versatur; quo
52. sanè casu non est qui dubitet, quin emptori rem emptam retinere liceat, absque eo, quod aliquod venditori pretium exbursare cogatur, iuxta mox deducta, & comprobant idem Surd. *decis.* 295. *n.* 8. *& per tot.* ibiq; Hodier. *n.* 47. Guzman. *de euict. q.* 50. *n.* 7. latè Sperell. *decis.* 78. *n.* 4. *& per totam, & decis.* 117. *n.* 3. Vbi concludunt, quod emptor non teneatur soluere pretium vbi notoriè constat de non iure venditoris.

Hæc autem in præsenti casu difficultatem habere non videbantur, ex quo emptor, seu pretium penes se habens, tanquam iuris Regiæ 53.
Cameræ suæ debitricis ius illud retinendi prætendebat, ad Textū, *in l. cui res* 30. *ff. de act. empt. & in l. huiusmodi* 86. *§. qui seruum, ff. de leg.* 1. Vbi, quod emens rem ignoranter sibi debitam pretium retineat, quod si prius soluerit repetat, Doctores *in l. qui Romæ* 122. *§. duo fratres, ff. de verb. obligat.* Fusar. *de substit. q.* 598. *n.* 5. *& seq. & cons.* 61. *n.* 1. Caren. *resol.* 146. *n.* 3. *& per totam.*

Cum agentibus namque Maiestatis Christianissimæ Ioannes Gozanus conuenit, quod ipse Arcem Casalis puluere, ac fune tormentario prouideret, quatenus tamen sibi vnico contextu de præcedentibus eius creditis satisfieri, 54.
adeo vt pactum huiusmodi consequendæ solutionis creditorum cum pretio pars contractus diceretur, *l. fund. partem* 79. *ff. de contrah. empt.* cum iuribus cumulatis per Cyriac. *controu.* 63. *n.* 37. *& contr.* 87. *n.* 6. *&* 8.

In executione cuius à Camera Regia accepit libras quinquaginta quatuor mille pro pretio mercīū bellicarū computatis sexdecim mille in satisfactionem eius crediti de totidem. Cumque Bernardus de Finatiis in prædictis munitionibus bellicis quandam portionem haberet à Gozano coram Senatu satisfactionem prætendebat. At Gozanus creditor alterius Summæ librarum octo mille retentionem ad exclusionem Finatij opponebat, si quidem pecunia debitoris 55.
ad creditorem qualitercunque sine vitio etiam ex insubsistente causa peruenta ex legitima, liquida, atque indubitata retineri valet, ad latè tradita in terminis per Surd. *cons.* 4. *ex n.* 5. *& sub n.* 38. quem allegat, licet non sequatur Manent. *cons.* 18. *n.* 6. *& per tot.* sed in alio articulo Rot. *dec.* 595. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* Thomat. *dec. Mater.* 19. *n.* 1 *& seq.*

Licet autem controuertatur, an retentio competat quoties prætendens auocare sit anterior, & retinere insistens posterior, in quo etiam, 56.
maximè inter mercatores retentio non denegatur, Cæphal. *cons.* 762. *num.* 25. Pir. Maur. *de solut. oblat. & retent. num.* 24. *fol.* 136. Surd. *cons.* 4. *sub num.* 40. *vers. similiter*, ibi loquuntur enim quando per debitorem pecunia soluitur debitori suo; tunc enim efficitur illius, qui recepit, licet sit posterior creditor, Scac. *de commer. & camb. §.* 2. *glos.* 5. *n.* 438. Gait. *de cred. cap.* 4. *n.* 1067. Merlin. *de pign. & hypoth. lib.* 4. *q.* 188. *n.* 21. Grat. *disc.* 304. *n.* 2.

Nihilominus dicta controuersia huic casui non applicatur, ex quo Gozanus pecunias sibi solutas consumpserat, vel saltem cum propriis commiscuerat, quo casu proinde habentur, ac si 57.
amplius non extarent, neque prætenso anteriori auocatio illarum quoquomodo permittitur, Afflict. *decis.* 190. Capic. *decis.* 78. *num.* 1. *c.* 5. Cyriac. *controu.* 338. *n.* 17. *&* 18. *& controu.* 339. *n.* 4. latè Manent. *cons.* 18. *num.* 79. *ac per totum*, Caluin. *de æquitat. cap.* 34. *à num.* 5. Thesaur. *quæst. forens.* 16. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. Cancer. *var. resolut. cap.* 6. *n.* 165. *lib.* 2. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 6. *ex num.* 21. *& decis.* 254. *& decis.* 255. Merend. *controu. Iur. lib.* 6. *vis.* 6. Apicell. *allegat.* 10. *n.* 9. *& seq.* Vbi singulariter limitat quando omnium persuir diligentia, Rot. *decis.* 595. *num.* 2. *& decis.* 760. *num.* 3. *par.* 2. *recen.* Vbi in terminis pecuniæ exactæ à Christianissimo Rege, Gratian. *discept.* 304. *n.* 1. *& seq.* Latissimè Thomas. *de execut. vlt. volunt. tit.* 12. *n.* 1051. *& seq.* Antoniu. de Amat.

resolut.

resolut 51.n.9. Vbi infinitos recenset Mart. Ventur. *cons.45.n.96.* Rot. coram Merlin. *decis.533.n.30.* quæ est *decis.77. par.6. rec.* Vltrà quod de prætensa anterioritate, seu posterioritate Finatij nullatenus liquebat.

Munitiones bellicas, siue in Castrò existentes,
58. siue pro instructione exercitus destinatas inter regalia recenseri regulariter non ambigitur, neque informantes pro Finatio in dubium reuocabant. *Auth. de arm per totam, & in Auth. neque miles, & l.1.C.vt Arm.vsus.lib.11.* Peregr. *de iur.fisci.lib.1.tit.1.num.14.* Menoch. *de arbit.cas.394.n.17.& 24.* Larath. *de feud. p.11. dilucid.45.n.2.& 3.* Rosen. *de feud.c.5.concl.29.& in glos.B.C.*

Vnde per ipsum de Finatiis ex lapsu annorum viginti, quibus Regias munitiones contentas in Commissione Corselensi occupauerat, iuuari non poterat, sub inani prætextu, quod eas
59. præscripserit, seu vsuceperit; tum quia regalia vsucapi, nisi per tempus immemorabile possunt. Peregr. *cons.28.num.5 lib.1.* Bero. *cons.136.n.4.& per totum, lib.3.* Bec. *cons.15. num.4. & per totum,* cum adductis per Cyriac. *contr.178.n.53.* Rosental. *de feud.concl.16.& in glos.A.C.cap.5.* Larath. *de feud.par.3.dilucidat.31.* Tantum, quia præscri-
60. ptio nec vsucapio cum mala fide vnquam introducuntur, ex cumulatis per nos *allegat.107.n.57.seq.& 64 lib.3.* Fontanell. *decis.443. n.5. & seq & decis.445.n.1.* Merlin. *decis.585.n.15.* Burat. *decis.436.n.5.& decis.505.n.6.& 13.* Vbi, quod habens penes se scripturam ex qua notitia rei alienæ inducitur, nunquam præscribat. Leoncill. *decis.Ferrar.76.n.1.* Thomat. *decis. Macerat.14.n.52.* Caren. *resolut.234.n.12.* Pigant. *ad Stat.Ferrar.rubr.128.sub n.4.* Merlin. *de pignor.& hypoth. lib.5.q.21.n.12.& post tract.105.n.5.& 6.& decis.144.n.21.* Duran. *dec....n.18.* Non. Acost. *de priuil. credit. reg.3.limit.3. n.13.* Tantum demum quia cum Finatius sciens rem alienam contraxit, nec
61. per ipsum, neque per causam habentem ab eo præscribi, seu vsucapi potuit, *§.furtiua in fin. instit. de vsucap.* de scientia autem rei alienæ conuincitur, dum Commissionem Generalis Corselli retinebat, ex qua munitiones bellicas modo pro parte in controuersiam deductas, Regis esse dignoscebatur, Caualer. *decis.77.n.7.& decis.9.10.& 11.* & nos diximus *sub n.....*

Ex quibus exclusa concludenter vsucapione munitionum bellicarum ius primæuum ipsius Regis in suo robore constitit; quippe quoniam
62. præscriptionem, seu vsucapionem prætendens aduersus actorem implicitè actionem, Ius, aut dominium illius fatetur, contra quem præscriptionem obiecit, *l. si quis emptionem, C. de præscript.30.vel 40.ann.* Paris. *cons.93.num.19.lib.3.* Hodiern. ad Surd. *decis.2.n.7.* Menoch. *cons.1257.n.11.& 12.* Ioan. Franc. Andreol. *controu.79. n.21.* Vbi quod exceptio præscriptionis absolutè supponat actionem aliquando competiisse, sed præscriptione sublatam, Guil. Anth. *de rescript. & Morat. tit.9. concl.54.sub n.16. glos.1.* Vbi quod præscriptio debitum supponat exigibile.

Siue ergo ordinem iudicij, siue merita causæ inspiciamus, vtroq; ex capite D. Senator Cotius de rei solutione per Senatum Montisferrati cum adiunctis iure optimo capta indebitè conqueritur, nimiumq; sibi ipsi in suis opinionibus vsque adeo blanditur, vt à Seren. D. N. contra omnes iuris, Statuti, & ordinum regulas extorquere cōmissiones plurimum præiudiciales affectet, quē-
63. admodū aliàs in hac eadem causa obrepsit, teste irrefragabili Sāfelic. *dec.79.* cui famulatur Franc. *dec.719.* Galupp. *in prax.1.p.c.4.n.13.* Finatio autem sufficere debebat, quod verbis effusa profusione erga Gozanū toties repetitis verba quoq; ab eodem æqualiter repēderit, maximè cum inter ipsos verbosæ dūtaxat literis cubitalibus discursæ propositiones hinc inde indigestæ intercesserint; quippe quoniā ex alieno partim Regis, partim Gozani lucrum prætendere rationi natu- 64.
ræ, ac bonis moribus repugnat, Duard. *de Societ. lib.2.c.3.q.4.n.16.fol.181.* Rot. *dec.80.n.10.p.rec.*

Nec applicabatur, quod duo ex Dominis viriliter inculcabant, Societatem nimirum ex eo cēseri initam, quia Gozanus bellicas munitiones Finatio vendendas tradiderit, cūm expressa conuentione, quod de illis vendēdis Gozanus libras 65.
nouem in singulo penso consequeretur, & Finatius haberet id totum quod de pluri vēderetur, *l. si Margarita,44.l.si frat.53.§ itē ex facto,ff.pro Soc.*

Cui obiecto tripliciter occurrebatur, & primo Gozanū noluisse munitiones prædictas tradere vti vendendas aliis, sed egisse de tradendo eas Finatio tanquam venditas, deinde intellexit, quod Finatius lucrum quidem faceret ex pretio prius per eum arrogando, sed non ex munitionibus; vlterius quia talis Societas in casu diminu- 66.
tionis pretij obligans Finatium ad succumbendum insubsistēs ipso iure euasisset, glos. *in l.1.C. pro Soc.* Michelot. *de duob.fratribus, p.3.q.59.n.1.* Cyriac. *contr.465.n.13.* Grat. *disc.589.n.11.* Duard. *de Soc.lib.2.c.4.q.4.n.4.& 5.* Ludou. *dec.502.n.5.& 6.* Leonc. *dec.Ferr.65.n.5.* Steph. à S.Greg. *de contract.lib.2.c.77.n.11.& 12.* Cæterum hæc omnia prætermitti poterant ex quo Gozanus cum Finatio nec Societatem coiuit, nec venditionem contraxit, minúsve illius opera profecit, dum præuio recessu à quolibet præcedenti tractatu immediatè cum Ministris Regiæ Majestatis, negotium concluserit, & ita vtraque parte informante resolutum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Communitatis pro debito particulares capi nequeunt. Contrarium verius, n.3.*

2 *Syndici communitatis si negligunt imponere collectam carcerari possunt.*

OBSERVATIO L.

REGVLA ex æquitate stat, vt pro debito Cōmunitatis singulares personæ soluta portione eas tangente detinere, aut in earum bonis 1.
exequi nequeant, *l.vnic.* vbi Luc. de Pen. *sub n.3. vers.circa personas, C.vt nullus ex vicaneis, lib.11.* Calu. *de æquit.c.49.n.5.& 6. lib.1.* Men. *cons.726.n.22.& 23.* latè Merl. *de pig.& hypot.lib.2.q.73.n.11.& seq.& dec.182.n.2.& dec.143.n.17.& 18.p.6.rec.& dec.276.n.3.* apud Post. *de Manuten.*

Carcerari tamen possunt Massarij Administratores, & Consiliarij si inducere collectā distule- 2.
rint, Salgad. *de Reg.prot.p.4.c.8.n.163.& seq.* Rot. apud Post. *de manut.d.dec.276.n.6.7.& 8.* & corā Merlin. *d.dec.182.n.2.& dec.143.n.18.p.6.rec.* Pigant. *ad Statut.Ferrar.rubr.74.n.8.* Merlin. *de pig.& hypot. lib.2.q.73.n.8. & 9.*

Prædictas conclusiones iuridicas existimauimus, quia tamen de credito Camerali agebatur, & ipsius fisci maxima vrgebat necessitas, inspe- 3.
cto etiam quod quotidie pro debitis Vniuersitatum singulares personæ detinentur, ideo cum eodem Caluin. *de æquit.c.49.in fin.* executionem pro nūc realē aduersus particulares relaxauimus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps solummodo, eiusque vxor ab oneribus belli præseruantur.*

2 *Immunes tenentur ad onera in subsidium. Non tenentur pro oneribus præteritis, n.3. Neque tenentur ad debita occasione onerum contracta, n.8. Non possunt grauari sine eorum interuentu, n.12. & n.14. Si pauci sint tanto minus collectantur, n.15.*

4 *Immunitatis existens in possessione manuteneri debet.*

5 *Consuetudo circa onerum solutionem habet vim legis.*

6 *Immemorabilis vim habet priuilegij. Inducit bonam fidem, & titulum, n.7.*

9 *Commodum qui sentit, & incommodum sentire debet.*

10 *Grauatus in vno releuari debet in altero.*

11 *Fauore inductum non debet in odium retorqueri.*

13 *Ecclesiastici in casibus permissis non possunt grauari ad onera, nisi prius ipsis vocatis.*

OBSERVATIO LI.

[SO molto bene ne l'affetto, che deuo à quelli, di quali intraprendo la diffesa mi può ingrannare, che gl'essenti in tempi disastrosi della qualità che furono le guerre passate ponno sforzarse à concorrere alle contributioni per l'allogio della soldatesca, delle quali trattone il Prencipe, e la propria
1. moglie, niuno puo pretendere immunita] *l. vnica, C. vt nem. lic. in empt. spet. lib.* 10. & ibi Doctores omnes, concordat text. *in l.2. C. qui mun. nem. lit. se excusar. eod. lib. 10. & in l. iubemus nullam 10. C. de sacrosf. Eccles. in l. ex toto* 8. *ff. de legat.* 1. Lancellot. *cons.* 1. *num.* 63. *& seq. & cons.* 25. *num.* 117. *& seq.* A Pont. *de potestat. proreg. tit. de prouis. fien.* §.6. *num.* 5. dixi *allegat.* 1. *num.* 158. *lib.* 2. [con altri in proposito da me allegati per la Communità di Coguzzo, e Cigognara. Di modo che à prima faccia pare che la pretensione de conferenti di Viadana contro gl' essenti habbi qualche apparenza di ragioneuole mentre insistono, che questi siano tenuti vgualmente con quelli alla sufferenza de carichi militari, & alla participatione del pagamento de debiti per la cagione sudetta contratti.

Con tutto cio la sudetta propositione deuesi intendere hauere loco ogni qual volta l'erario
2. del Principe, o le facultà, ed' entrate de soliti, & obligati à conferire non bastano per sostenere il peso, che seco portasse la soldatesca, od' altro aggrauio militare.] Roland. à Vall. *cons.* 5. *num.* 52. *lib.* 1. Cyriac. *controuers.* 154. *num.* 10. Bim. *cons.* 403. *num.* 59. Cost. *de remed. subsid.* 93. *num.* 1. *&* 2. Buratt. *decis.* 391. *num.* 9. Sacc. *resp.* 25. *num.* 35. *lib.* 1. [tenuti gl' essenti alla rata per quella parte solamente, che le vendesse à conferenti la carica insoportabile.

Non controuertendosi donque fra le parti anzi l'vna, e l'altra ammettendo l'essentione di cui si tratta, & essendo gia scorso il bisogno di contribuire, che fu virilmente sostenuto da conferenti, riesce fuori di stagione il mettere in campo questa dimanda Posuache se questi Signori furono, è sono hoggidi preseruati dal contribuire, e li conferenti di Viadana hanno gia supplito à quanto ouoreua per occasione della passata guerra veniamo ad essere fuori del caso, 3.
nel quale direuamo, che gl' essenti per suffragare all' impotenza de gl' altri debbano concorrere perche mentre dimandano i carichi gia imposti e distribuiti, si prosuppone cessare il pericolo della necessita, e cosi trattare solamente del commodo de priuati per causa del quale gl' essenti nehanno che pensaui] come elegantemente discorrono il Neuizan. *cons.* 66. *n.* 35. *in fin.* & il Bursat. *cons.* 16. *num.* 74. [che perciò questi Signori deuono essere manutenuti nel quasi possesso nel quale si ritrouano di libertà ed' 4.
essentione senza che se le innoui cosa alcuna] Gratian. *discept. forens.* 890. *sub num.* 17. *&* 18. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *num.* 12. *&* 42. *tom.* 2. Post. *de manuten. obseruat.* 10. *num.* 22. *&* 23. dissi *allegat.* 1. *num.* 39. *lib.* 1. [& per la sudetta Communità di Coguzzo. Anzi che questi Signori essenti per non hauere mai immaginabilmente conferito à sorte alcuna di grauezze s'intendono più tosto preseruati, che essenti.

E quando mai da chi si sia, fusse reuocato in dubio la validità dell' essentione col presto che non appaia della loro origine, ne apparisca del titolo mediante il quale questi Signori pretendono l'immunità, à tutto cio si potrebbono addurre non vna ma mille risposte, e primieramente che nel proposito di pagare grauezze la consuetudine di centenaia d' anni non mai interrotta di non hauere mai conferito à carico 5.
alcuno ha forza d'inuiolabile lege] *l.4.§. fin. ff. de publican. l. missi opinatores* 7. ibi, *consuetudine seruata*, vbi Ioan. de Platea, *in* 3. *notabili, C. de exactione tribut. lib.* 10. Crot. *cons.* 64. *n.* 4. *lib.* 1. Masttil. *decis.* 156. *n.* 18. Ferret. *de Gabell. n.* 236. Personal. *in simil. tract.* 34. *&* 35. Surd. *cons.* 470. *num.* 15. Bursat. *cons.* 138. *num.* 42. [doue afferma che la consuetudine osseruata per dieci anni induce la libertà, & essentione de carichi,] *& cons.* 186. *num.* 11. *&* 12. Pancirol. *cons.* 23. *num.* 13. *&* 16. Riminald. Iun. *cons.* 413. *num.* 29. Gail. *pract. obseruat.* 52. *num.* 23. *in fin. lib.* 2. Menoch. *de præsumpt.* 132. *num.* 52. *&* 53. Cyriac. *controuers.* 141. *num.* 50. *& controuers.* 222. *num.* 18. *&* 19. [Tanto più hauendo questi Signori oltre ogni memoria detto huomo goduto della sodetta immunità dal che ne risolta la prescrittione, ed' immemorabile, la quale ha forza di pri- 6.
uilegio giuridicamente constituito,] *l. hoc iure* 3. §. *ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & æstiua, c. super quibusdam,* §. *præterea, ff. extr. de verb. obligat.* Cyriac. *controuers.* 2. *num.* 103. *& controuers.* 300. *n.* 10. Mart. *de iurisdict. part.* 1. *cap.* 33. *n.* 9. Siluan. *cons.* 59. *num.* 10. Bonden. *collect.* 44. *n.* 26. *& collect.* 48. *n.* 30. Natt. *cons.* 623. *n.* 2. Crauet. *cons.* 111. *n.* 25. Non. *cons.* 47. *n.* 3. Mynsing. *obseru.* 29. *n.* 11. *& seq. cent.* 5. Schenard. *tit.... cons.* 52. *lib.* 1. [dalla quale prescrittione, & immemorabile si presume ne gl' essenti non solo la bona fede ma ancor il 7.
giusto titulo, quantunque non sia per loro allegato,] Scot. *respons.* 1. *n.* 126. *tom.* 1. *lib.* 1. Purpurat. *cons.* 136. *n.* 10. Lancellot. Gall. *cons.* 54 *n.* 37. Surd. *cons.* 234. *n.* 33. *& cons.* 262. *n.* 22. Gonzal. *ad regul.* 8. *cancell. glos.* 18. *n.* 45. Mar. Anton. *var. resolut.* 70. *n.* 11. *&* 12. Io. Andr. *allegat.* 14. *n.* 9. Valenzol.

zol. *conf.*8. *n.*12. Rot. Rom. *decis.*614.*n.*1.*part.*2. & *decis.*249.*n.*4.& *dec.*150.*n.*4. *part.*5. *recent.*Gail. *de arresto Imperial. cap.* 7. *num.*24. dissi *nella sudetta allegat.*1. *num.*44. *sino al num.*50. *lib.*2.

[Quindi perciò s'arguisse indubitata l'essentione di cui si tratta non solo perche ambi le parti la confessano, ma ancora,e molto più perche ambi la parti dalla verità del fatto si caua irrefragabile ne l'andate sciagure, possiache sono state sostenute da conferenti, deuonsi più hauere in considerazione, auegna che la Communità per pagarle habbia pigliati danari ad interesse sendo che nel considerare le facolta d'alcuno s'ammira non tanto à gl'effetti, che egli possiede, quanto al credito mediante il quale da se stesso supplisse alle correnti necessità. Si che hauendo la Communità nel modo sudetto compitamente sodisfatto all'essercitto Imperiale, & spese occorse per la guerra senza toccar, all'hora gl'essenti contio questi più non le competisse attione se bene per
8. la cagione medema fece quantità di debiti potendo à quelli col beneficio del tempo sodisfare, nel qual caso non potersi molestare gl'essenti conchiude]ne gl'istessi termini il Neuizan. *cons...* *num.*15. e la Rota Romana auanti il Buratt. *decis.*391.*sub num.*9.*vers. præsertim cum pecunia capiantur ad interesse seu censum, & deinde fiat repartitio pro contributione cum temporis dilatione ad soluendum.*

[Anzi che se fusse vero conforme viene supposto essere verissimo, che la maggior parte de creditori siano persone della medema Communità, e de conferenti tanto meno ci rimarebbe di difficoltà, apparendo in questa guisa che non solo in conferenti hebbero forza di sostenere il peso delle grauezze alla rata del loro estimo ma di più le restarono denari e facoltà di potere somministrare quanto bisognaua alla Communità per sostenerè pontualmente la briga, e caroco dell'alloggio, e contributioni.

Alle sudette considerationi s'aggionge d'auantaggio, che vn gran tempo il non essere de conferenti ritornaua in aggrauio, stando, che all' hora, e nè gl'andati tempi sormontauano di longa mano gl'utili dell'entrate de beni della Communità all'imposte leggierissime, che in quei tempi per la loro felicità accadeuano, che perciò ogni douere, e ragione vole che se la Communità per il sudetto spatio di tempo hà
9. sentito il commodo delle rendite cauate da beni stabili, & altre imprese del publico debbano sentire l'incommodo che gl'hà recato la guerra & inuasione del nemico] *l.fin.§. sed cum C. de furt. l.superuacuam, C.de tempor. in integr. restit.* Mar. Anton. *var. resolut.* 23. *num.*4. *lib.*1.cum adductis per Barbos. *Axiomat.*44. *num.*1. [Si come il disaggio, e la spesa maggiore ch'hanno patito gl'essenti nel refacimento de gl'argini per lo che al doppio quasi sono sempre stati tassati à conferire del loro proprio, deue essere compensato col soleuamento dell' immunità da carichi militari,
10. posciache chi è grauato in vna maniera, nell'altra deue essere reintegrato,] *l.* 1. *§. fin. ff.de aq. pluu.arc.* Barbos. *Axiomat.* 44. *num.*2. Neuizan. *cons.*66. *num.*40.

[Viene tutto cio maggiormente comprouato da vn ordine Ducale publicato dell' anno 1530.] *al num.*13. [in materia di conferire alle grauezze imposte dalle Communità di questo stato dalle quali i quello vengono preseruati i Cittadini Mantuani, i quali à debiti tempi habitano nella Città con tutta famiglia. Di modo che concorrendo ne Signori de quali non solo la qualità della Cittadinanza, habitatione, & altre prerogatiue, ma ancora il priuilegio dell'essentione non v'ha dubio alcuno, che non possono esser grauati.

Soggiongo di più che se gl'essero fussenti al presente costretti à participare dell' aggrauij in conformità della richiesta de conferenti ne seguirebbe loro, che i priuilegij, e fauore dell' immunità se le conuerterebbe in odio,e grauame contra la dispositione del testo nella,]*l.nulla Iuris ratio*, 24. *ff. de legib.cap. quod ob gratiam*, 61. *de regul. Iur. in* 6. Barbos. *Axiomat.*96. *num.*1. [Il che si proua dell' essere stati necessitati gl'essenti in essecutione dell'ordine di S. A. S. à ritirarse alla Città, ed'abbandonare, e lasciare incolti i proprij beni doue che li conferenti stessero saldi e coll'entrate che raccoglieuano non essendole impedita l'agricoltura, sopportauano con facilità, e volontariamente le contributioni, da quali anch'essi haurebbono potuto essimere di pagare cosa alcuna, oltre le proprie forze, non hanno peri mai adempito permettendo, che per il debito fussero condotte tre di loro pregioni, quali non furono mai ricossi,ma se ne fugirono. Si che fatta riflessione sopra la sorte del negotio,& hauto riguardo pontualmente à cio che, e successo in materia di contributioni resta chiarito, che gl'essenti non possono essere grauati. 11.

Quando poi senza pregiudicio della verità concedessimo, che fusse lecito per causa delle contributioni il mettere la mano anche nel tassare gl'essenti, ciò fare non si potrebbe ne dourebbe senza il loro interuento e participatione à fine che potessero diligentemente scrutiniare sino à quanto fussero tenuti conferire tanto più douendo essi moderamente,e con qualche riguardo della loro essentione essere in ciò grauati] Odofred. *in l.neminem* 11. *in fin. l. de Sacros. Eccles.* Thesaur. *quæst. forens.*93. *num.*10.*lib.*1. [In proposito di che si potrebbe allegare tutto ciò, che scriuono i Dottori quando tratta per collette di aggrauare gl'Ecclesiastici in suffragio de conferenti alli carichi, e per souuenire alla publica necessità,non potēdosi ciò fare senza il loro consenso e participatione]*c.non minus,de Immunit. Eccl.* Surd. *cons.*301.*n.*67. Bellett. *disquisit.Cleric. part.*1. *tit. de exempt.cler.* §.2. *num.*10.*fol.*293. [ciò dico allegare si potrebbe ogni qual volta senza andar per mendicati suffragij non hauessi di ciò la proua euidente, cioè che gl'essenti deuono essere chiamati à veder à fare l'Impositione delle taglie alle quali si pretende, che loro debbano concorrere à fine che possino considerare se si tratti di vrgente necessità alle quali per la borsa del Commune solito à conferire non si possi intieramente porci rimedio] Ciarlin. *in Clem.* 2. *sub num.*4. *vers. decimoquinto*, Not. Anchar. *num.* 9. *de cens.* Purpur. *in l. placet* 5.*C. de Sacrosan. Eccles.* [Doue dire d'auantagio, che prima di dare molestia à gl'essenti conuiene mostrarli il libro dell'estimo, e dell' Impositioni con auisarli, che si preparino al pagamento] Neuizan. *consil.*66.*num.*12. & 13. [doue riceua questa solemnità à fauore de gl'essenti alle fraudi ch'a loro pregiudicio potrebbono occorrere. 12. 13. 14.

Da quanto donque hò fin'hora accennato, e da cio che in oltre mi potesse souenire chiaramente

mente si caua non hauere la Communità fondamento alcuno sussistente di potere violentare gl'essenti al pagamento delle contributioni non solo per essere gia passato il pericolo e l'occasione d'imponerle, è molto più per hauere gia la Communità parte in contanti e parte col credito adempito à quanto bisognaua, ma ancora perche quando gl'essenti saranno conformi ogni douere richiede, chiamati à fare i conti, e vedere doue siano andate disperse l'entrate della Communità massime in cose che poteuano tralasciarsi disponendo del danaro mal speso in pagare à chi non si poteua di meno, si ritrouara, che quasi il meno dell'eccessiue ed intolerabili spese che asseriscono hauer fatte, si è distribuito nelle contributioni, essendosi il rimanente consumato à notabile ruina anche de conferenti per capriccio di che ha in que tempi, e di poi maneggiate l'entrate del publico. Qui e ch'hanno essi conferenti maggior occasione di querelarse di se stessi e della inconsiderata elettione al maneggio delle entrate del publico che fondamento di dare senza profitto alcuna molestia à gl'essenti; A quali in ogni caso, che potessero essere astretti à qualche recognitione non potrebbe negare la Communità di bonificare i mandati di fieno, od'altre cose datte à monitionari di Viadana abenche siano in testa del Signor Berselli, & Tristano. Se bene stimo soperchio il fare questa instanza non essendosi motiuo rileuante per il quale adesso in particolare si possi innouare cos' alcuna à gl'essenti.

E così perchi sarà elletto à farne la relatione à S. A. S. per le ragioni sodette doura riferirse. Tanto più non hauendo del verisimile che la Communità per sodisfare à debiti giafatti per causa delle contributioni senza notabile incommodo per l'essentione di tre o quattro particolari, i quali finalmente non lo ponno somministrare agiuto se non di, poca consideratione, e quantita in riguardo delle disauenture ed'aggrauij à medemi succeduti per l'istessa cagione, ponderatione hauta prima di me da Camil. Borell. *cons. siue controuers.* 74. *num.*37. 38. *&* 39.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Hebræorum priuatiuam quoad alios Iurisdictionem habet.*

2 *Continentia causæ non militat, vbi diuersitas Fori adest. Declara vt, num.*5.

3 *Iudicium concursus coram diuersis Iudicibus fieri nequit, & num.*4.

OBSERVATIO LII.

DOMINA Helena Victoria in Iudicio concursus creditorum coram Prætore Casalis vertente comparuit ex Iuribus sibi cessis à creditoribus hæreditatis Paternæ, & sententiam obtinuit, in qua in casum euictionis bonorum Senatus eidem Iura reseruauit, vigore cuius reseruationis, cum aliunde sibi consultum non præexisteret pro duplis quinquaginta quinque cum dimidia solutis Hebræo Salomoni Leui, timens molestari ab anterioribus dicto Hebræo istum interpellauit, qui iam in eodem Iudicio pro alio eius credito comparuerat ad manutenendum creditum cessum, vel alias ad restituendum pretium dictorum bonorum, persoluendum prædictis anterioribus in casum molestiæ. Opposita per Hebræum exceptione remissionis ad proprium Iudicem causam retinendam Prætor pronuntiauit; à qua per eundem Hebræum interposita coram Senatu appellatione super huiusmodi articulo incompetentiæ pendet resolutio.

Pro cuius decisione in facto præsupponebatur Hebræos pro eorum litibus tam actiuis, quam passiuis peculiarem habere Iudicem, qui Iurisdictionem quoad quoscunque alios Iudices priuatiuam habere consueuit, Ioan. Anan. *consil.*70. *sub num.*1. *vers. hoc præmisso,* Anton. Ricciull. *de Iur. pers. lib.*2. *cap.*49. *num.*5. Ludouis. *decis.*4. *num.*6. Marescot. *var. resol.*54. *num.*4. *lib.*1. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 1. Rim. iun. *cons.* 594. *ex num.*1. latè Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.*1. *num.*6. & faciunt tradita per Contr. *discept.* 89. *ex n.*35. 1.

Cuius vigore quantumvis Hebræus ipse niteretur, vt causam pro eius particulari interesse ad Conseruatorem traheret ex inani supposito, quod vbi inter collitigantes diuersitas Fori intercedit, continentiam causæ diuidi non prohibeatur, Cyriac. *controuers.* 381. *num.*52. Menoch. *de arbitr. cas.*371. *num.*21. & latius comprobant *allegat.*124. *num.*6. *&* 21. *lib.*3. Vltra quod continentiam causæ cessare prætendebatur ex diuersitate personarum, Iudicis, ac rei petitæ, Afflict. *decis.* 354. *numer.*13. Carleual. *de Iudic. tit.* 2. *disput.* 2. *num.*13. *tom.*2. 2.

Exceptio tamen Hebræi per Senatum reiecta fuit; quia natura Iudicij concursus non patitur vt coram diuersis Iudicibus tractetur, cum ordinetur ad prælationem Iurium cuiuscunque creditoris, Afflict. *decis.* 380. *num.* 7. *in addition.* Mastril. *decis.* 79. *num.* 5. Guzman. *in tractat. de euict. cap.*7. *num.* 56. *& seq.* cum adductis per Salgad. *in Labyrint. creditor. part.*1. *cap.*4. *n.*1. 3.

Rationem assignant quia Iudicium istud concursus vnum est continens, & corpus integrale compositum à Iure debitoris, & cæteris Iuribus creditorum, quæ tanquam membra illius capitis, atque partis, & membri principalis iudicantur, & in ipsum incorporata, à quo separari tanquam à suo capite principali trahuntur, & cum eo vnum corpus efficiuntur, iuxta textum *in cap. recolentes de Stat. Monach.* Salgad. *in Labyrint. cred. part.* 1. *cap.*4. *num.* 22. Guil. Ant. *de Rescript. & Morat. conclus.*66. *num.*215. *lit.*...*c.*4. 4.

Nec obstat quod Hebræi Conseruatorem pro eorum causis Iudicem deputatum habeant, quia istud non tollit, quominus in Iudicio vniuersali priuilegium cesset, ita vt omnes cuiuscumque Fori creditores coram Iudice concursus eorum Iura deducere teneantur, Salgad. *in Labyrint. creditor. par.*1. *cap.*7. *num.*54. *& seq.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Duplicitas summæ probatur ex diuersitate scripturarum, temporis, & summarum.*

2 *Sententia sine actis non probat. Non executa, non attenditur, num.*4.

3 *Cessionarij negligentia in non exigendo, cedenti non praiudicat.*

5 *Manutentio in quasi possessione exigendi censum non impeditur exceptione Fideicommissi.*

6 *Datione insolutum nulla existente, fructus in sortem compensantur.*
7 *Conditio iurandi apposita in sententia, impleri debet incontinenti.*
8 *Appellatio vim sententiæ suspendit.*
9 *Datio insolutum pro indebito est nulla.*
10 *Hæres etiam beneficiatus detecto ære alieno hæreditatis, non facit fructus suos.*
11 *Subhastatio ante liquidationem crediti est ipso iure nulla, bonaque cum fructibus restitui debent.*
12 *Qualitas facilius probatur constito de substantia.*
13 *Clausula,* addendi Inuentario,*omissa præseruat à dolo. Addendi Inuentario operatur ne hæres priuetur eius beneficio, si aliquid per ignorantiam describere neglexerit, num.14. & de ratione, n.15. Limita vt, n.17.*
16 *Inuentarium non facere, aut imperfectè facere paria sunt. A non habente mandatum speciale confectum non attenditur, n.19.*
18 *Inuentario in conficiendo procuratoris dolus principali non obest.*
20 *Neglecta non nocent, quæ facta non prodessent.*
21 *Diminutio hæreditatis contingens culpa hæredis creditoribus hæreditariis non præiudicat.*

Observatio LIII.

VLTRA dotem Ducatorum quinque mille in priori matrimonio constitutam, alios Ducatos quatuor mille D. Ariadna de Scarampis D.Com. Vincentio de Petrozanis in dotem constituit, detractis vero partim assignatis, partim cum effectu traditis pro residuo illorum de libris 5086. pro complemento autem illorum de libris 6170. pro integra dotis solutione creditor remansit, quemadmodum latius indicat dotis Instrumentum registratum in processulo signato A. in præsenti exhibito.

A prætensione dictarum librarũ 5086. tanquam debitarum sub conditionibus in Instrumento dotali expressis, ac nusquam purificatis, idem D. Com. per Senatum Excellentissimum exclusus extitit, vt ex sententia sub die 13. Octobris 1642. promulgata, & de qua in fine processus signati D.

In computum alterius residui librarum 6170. sub die 26. Maij 1626. vltra liuellos in computum sortis libras 2760. recepit, vt ex receptione, de qua in processu RR.S. Thomæ, *fol.34. fac.2.* Quemadmodum sub die 16. Iulij 1621. vltra interusuriorum solutionem integram, pro capitali dotis libras 3422. præfatus D.Comes se recepisse fatetur, vt in dicto processu S.Thomæ *fol.35.* Sicuti ex binis aliis receptionibus; altera sub die 23. Maij 1622. & altera sub die 3. Nouembris 1622. & de quibus in dicto processu S.Thomæ, *fol.36. fac.2. & fol.37.* de solutione librarum 1797. 8. apparet. Demum de libris 483. eidem D.Comiti solutis, vt ex receptione sub die 17. Maij 1623. de qua in processu prædicto S. Thomæ *fol.37. fac. 2.* constat. Quæ summæ simul coaceruatæ, quantitatem librarum 8462. 8. constituunt, adeo vt dictus D. Comes de Petrozanis, tam de capitali, quam de interesse residui dotis satisfactus integraliter euaserit. Neque enim obstat, quod in recognitione dictarum receptionum dictus D. Comes illius diei 16. Iulij 1621.
de eiusdem laceratione, seu duplicatione oppo-
fuerit, dum allegatam duplicationem cum plurali- 1.
tate receptionum eiusdem quantitatis, & tempo-
ris non probauerit, Surd. *consil.* 80. *per totum*, Burat. *decis.157. num. 2. ac per tot.* Ex quibus simul iunctis liquido resultat de integra dotis solutione.

Nec propterea in calculo nouissimè producto, & registrato in currenti processu *fol.* 106. & *seq.* nulla prorsus prætensæ dotis, seu eius residui ratio haberi debebat, nec amplius in aliquo se creditorem D. Comes de Petrozanis constituere debebat.

E prædicto calculo insuper demenda est partita tam capitalis, quam censuum D.Rami. Si qui-
dem sententia in actis producta, & registrata in 2.
currenti processu *fol.* 37. sine actis nihil omninò probat, DD. *in l.Si cum nulla 58.ff.de re iudic.* Burat. *decis.76. num.2. & decis.834. num.* 8. Merlin. *decis.765. num. 6.* Accedit insuper, quod eadem sententia longè post adeptam hæreditatem, & actionem intentatam à D.Comite emanauit, Vn-
de antea non poterat dici census inexigibilis nisi 3.
culpa eiusdem D. Comitis, quæ principali nostræ Ius habenti à cedente præiudicare nequiuit, Gratian. *discept. forens.7. num.* 8. & 9. cum adductis per Thomat. *decis. Macerat.29. num.27. & 31.* Demum super eadem sententia solidum fieri nequit
fundamentum, dum hactenus executa non appa- 4.
reat, dixi *allegat.54. num.30. & allegat.59. num.4. lib.2.* Cum animaduersione etiam quod hactenus edoctum non extitit, terras censui subiectas easdem esse, super quibus substitutionem fauore illorum de Ramis purificatam Senatus Mantuæ Excellentissimus censuit. Frustra ergo stantibus potissimum rebus, prout stant in calculo prætensi eius crediti D.Comes censum posuit, quem ipse, & per totũ annum 1629. exegisse fatetur. Adeo vt si
in eius possessione, seu quasi census exigendi in- 5.
stetisset, vtique fideicommisso non resistente obtinuisset, ad Cenc. *de Cens. quæst. 91. num. 29. & post tract. decis.236. num.4.* Interim ergo in calculis super defectu eiusdem census vis fieri non debet, sed D.Prouenzalia in sua possessione, seu quasi manutenenda venit.

Ex quibus sequebatur quod dationes insolutum, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter per D.Comitem receptæ, vt in prædicto eius calculo in currenti processu *dict. fol.106. & seq.* tanquam
indebito, vel plus debito emanatæ iuribus quo- 6.
que non subsisterent, in tantum, quod fructus exinde perceptos restituere, seu cum eius credito compensare tenebatur, ad latissimè tradita per Surd. *decis.45. & decis.65. per tot.* & vtrobique adnotauit Hodiern.

Si enim in aliquo fuisset creditor vtique ex fructibus stabilium satisfactus censeretur, præterquam quod ex valore etiam mobilium satisfactio præsumpta inducitur, tametsi D.Comes non nisi de trapezaria, seu eius pretio in scutis quinquaginta se debitorem constituat, vt in processu signato C. *fol.* 32. Quinimo exinde colligitur, quod cætera quoque mobilia, seu eorum valorem in vsus proprios hæredes conuerterint, nec ab Exercitu Cæsareo deprædata extiterint, scut. 50.

Ludus Pilæ,	scut. 200.
Pro venditione facta subrogando,	scut. 210.
Pro Apothecis ad liuellum concessis,	scut. 300.

Pro

Pro Prædio Maldinarij, scut.658.

scut.1418.

De quibus omnibus D. Comes in calculo registrato in processu *fol.*106. hæreditati Scarampæ creditum dat, & prædicta omnia ad illius instantiam, atque in computum suarum prætensionum partim iudicialiter, partim extraiudicialiter alienata admittit; cum tamen de tempore prædictorum, dempto valore mobilium in nihilo ferè creditor reperiretur.

Neque enim obstat, quod pro consumptione mobilium testes fuerint examinati, & per Reuerendiss. D. Vicarium Generalem pronuntiatum fuerit, Iurantibus D.D. Lazariis in supplementum non esse molestandos, vt in processu actitato de anno 1635. in Foro Episcopali signato G. *fol.*27. Quoniam cum postea, nec intra decen-
7. dium, nec hactenus Iuramentum in supplementum subierint; ideo sententia ipsis hæredibus non suffragatur, atque in prætensis eorum creditis valorem mobilium accepto ferre tenentur, vt pluribus exornat Cyriac. *contrott.*520. *per totam*, Scac. *de senten.& re iudic. gloss.*14. *quæst.*14. *num.* 10. *ac per tot.* Vltra quod cum à prædicta sententia
8. illicò interposita appareat appellatio, per illam vires sententiæ in suspenso remanserunt, *cap.*1. *de re iud.* Mar.Anton. *var.resol.*26.*n.*13. Rot. *decis.*118. *n.*5. *part.*5. *recent.*

Quapropter cum ex prædictis apertissimè liqueat absque credito imaginabili ad distractionem stabilium hæreditatis deuentum, duo proin-
9. de insurgunt; alterum quod distractio ob non existentiam crediti nullius roboris sit, *l.*4.*§. condemnatum, ff. de re iudic.* Royas *decis.*184. *num.*2. Rot. *in Romana censu* 30. *Aprilis* 1655. *num.* 1. *coram Reuerendiss. P. Dunozetto*; alterum quod hæredes
10. etiam confecto Inuentario ob detectum æs alienum fructus hæreditatis suos non fecerunt, vt pluribus post alios exornat, Rota *decis.*304. *per tot. part.*5. *& decis.*2. *& decis.*131. *num.* 2. *ac per totas, part.*6. *recent.* Quibus accedit etiam, quod bona hæreditatis nulliter distracta secundum valorem currentis temporis computari debent. Adeo vt prædictis simul iunctis in hæreditate tot bona reperiri dicantur, quot pro satisfactione principalis nostræ sufficiant.

In quorum omnium comprobationem plurimum suffragatur, quod D. Comes coram Prætore in Actis Maregnani pro credito librarum 5086. iudicium assumpsit, vt in processu signato A. Deinde coram Excellẽtissimo Senatu in Actis D. Lucini reassumi statũ causæ ob idem creditũ obtinuit, vt in processu signato B. Demum agentibus Reuerend. Patribus corã eodem Excellẽtissimo Senatu pro ipsorum credito contra eandem hæreditatem Scarampam, facta exhibitione dictorum processuum signatorum A. & B. in Actis eiusdem Lucini de anno 1632. compilatis, absque vlla prorsus liquidatione crediti dictarum librarum 5086. minúsve seruatis de Iure, ac stylo obseruandis, ad subhastationem bonorum hæreditatis Scarampæ deuenit, vt latius apparet ex processu signato C. Vnde cum huiusmodi creditum ex sui facie insubsistens detegeretur, & sicuti *superius* indicauimus, pro tali ab isto Tribunali Supremo iudicatum fuerit; Non releuat modò, quod D. Comes aliundè pro totali consumptione bonorum hæreditatis Scarampæ defendenda, ac se eximendo à solutione debitorum eiusdem hæreditatis indubitabilium respectu aliorum, se creditorem facere contendat; Istud namque non tollit quin subhastatio irrita censeatur, bonaque cum fructibus 11.
commodo creditorum cedant, Rota apud Nigr. *de subhast. decis.*13. *sub num.*5. *vers. denique nulla*, Post. *in simili tract. de subhast. inspect.*26. *num.*19. *& seq.* Et consequenter à primo ad vltimum perinde haberi ad præiudicium D. Comitis debet; non secus, ac si bona hæreditatis subhastata penes eum adhuc existerent, atque ad solutionem iuxta petita condemnandus venit.

Hinc ergò præsupposita etiam validitate Inuentarij nil obstaret, quominus D. Prouenzalia institam indemnitatem consequi omninò deberet; Eoque magis, quasi verè, & in effectu Inuentarium ex iam dictis non subsistit, miniméque hæredibus ad euitandum grauamen opitulatur. Esto
enim quod cõstito de substantia rei, qualitates, & 12.
confinia illius facilius probentur, ex gloss. *in l. talis scriptura* 30. *§. fari, in verbo vniuersa, ff. de legat.*1. & Surd. *decis.*222. *num.*4. *& cons.* 94. *n.*26. Quodque protestatio adiecta Inuentario qualifi-
candi, & addendi confinia bonam fidem arguat, 13.
simulque fraudandi animum, omnemque doli suspicionem remoueat, Bald. *in Auth. Sed cum testator, num.*12. *C. ad leg. Falcid.* Ang. *in l.* 1. *§. hac stipulatio, ff. Si cui plus quam per leg. Falcid.* Surd. *decis.*216. *num.*32. *& decis.*222. *num.*21. Idcirco ex
prædictis D. Comes beneficio Inuentarij priuari 14.
nequeat, Bald. *in l. fin. §. cum igitur, num.* 8. *C. de Iur. delib. & in d. Auth. Sed cum testator, C. ad leg. falcid.* Phanut. *de Inuent. part.*3. *num.* 46. Surd. *decis.*216. *num.*45. *& decis.*222. *num.*22. Ludouis. *decis.*169. *num.*3. Rota *decis.*747. *num.*4. *part.*2. *recent.*
ea ratione quia quando omissiones non sunt do- 15.
losæ, beneficium Inuentarij non amittitur.

Hæc tamen in præsentiarum negotium non facessunt, & primo, quia confinium adiectio ex necessitate post recessum exercitus Cæsarei ob præcisam obligationem ab hærede susceptam intercedere debebat; sicque non applicantur auctoritates in contrarium congestæ, fundantes se in clausula generali, *saluo Iure addendi*, vltra quam hæres in facti contingentia clausulam particularem de melius describendis stabilibus adhibuit. In tantum, quod præcedens descriptio tali in casu pro infecta habebatur. Secundo quia dicta reseruatio non tam qualitates stabilium, quam & substantiam afficiebat, dum in incerto remaneret, an prædium Maldinarij in effectu Iugerum sexaginta plus, vel minus esset; maximè cum pars illius in proclamatibus, de quibus in dicto processu Lucini signato C. Iugerum 45. exprimatur, *fol.*23. Et in fide venditionis in vim subhastationis emanatæ non nisi de Iugeribus 40. pro 84. enuntiatur, vt in processu anni 1635. *fol.*8. Qua stante Iugerum incertitudine, causata ex conditione apposita Inuentario de ea reducenda ad certitudinem illicò
ac libertas exeundi Ciuitatem permisisset, non 16.
adimplera; Inde propterea fit, quod Inuentarium reddatur imperfectum, ac pro infecto habeatur; cum paria sint non facere, vel minus perfectè Inuentarium conficere, Gratian. *discept. forens.* 532. *num.*10. Surd. *decis.* 222. *num.*1. Demum in oppositum congesta non releuant, ex quo in facti contingentia hæres non tam sciuit se obligatum describere certitudinaliter quantitatem prædij, ve-
rum etiam præcisè ad id se obligauit, adeo vt per 17.
omissionem à commodo Inuentarij omninò ceciderit, vt latè prosequitur Gratian. *discept. forens.*532.

Et

num.13. ac per tot. Hodiern.ad Surd.*d. decis.222. num.3.*

Et quamvis non ambigatur quod dolus procu-
18. ratoris in non conficiendo Inuentarium perfectè, principali non officiat, ex Rota *decis. 331. num.22. & seq.part.5. recent.* attamen istud ad præsentem controuersiam non applicatur, quippe quoniam, vt aliàs in hac causa dicebam, ex eo etiam Inuen-
19. tarium huiusmodi nullum censetur, quia à non habente non quidem speciale mandatum, sed nec aliquod absolutè processit.

Neque prædictis obstat, quod omissio qualificationis attendi non debeat, ex quo si etiam interuenisset, nemini ex creditoribus profutura es-
20. set, & quæ facta non prosunt, illa quoque infecta non nocent, Bursatt. *consil.309. num.14.* si quidem ratiocinatio isthæc in præsentiarum non militat, quandoquidem ex huiusmodi non qualificatione duplex hæreditati damnum accidit; alterum quia adhuc viget eadem incertitudo quantitatis Iugerum Maldinatij, vt superius ad oculum demonstrauimus; alterum quia ob negligentiam D. Com. seu hæredum bona Portioli de Iure hæreditatis prædictæ deuoluta remanserunt; Omnis an-
21. tem diminutio contingens culpa hæredis, creditoribus non officit, argumento *l. Deducta 58. §. ante diem, ff. ad Trebell.* Mangil.*de Imput.quæst.136. num.79. & seq.* Merlin. *de legitim. lib. 2. titul.2. quæst.7. num.1.* & faciunt tradita per Cyriac. *controu.165. num.22. & controu. 547. num. 17.* Vltra quod Inuentarium pluribus aliis scatet nullitatibus, de quibus in præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum cum vsuris sustinetur pacto vsuræ reiecto.*

2 *Vsurarum in materia, exactio, non autem promissio attenditur.*

3 *Hebræi licitè percipiunt vsuras ex eorum priuilegiis limitatas.*

OBSERVATIO LIV.



MENTITA qualitate Bancherij Hebræus Fra contraxit mutuum cum vsuris iuxta priuilegium Vniuersitati concessum, quod sane pactum, seu promissio quatenus insubsistens præextiterit, non ideò mutuum corruere existimabamus; Quia promissio vsura-
1. rum reiicitur, & corrigitur firmo manente contractu mutui, *l. Vsuras 20. & l. Placuit 29. ff. de Vsur. l. Si pro mutua 8. C. Si cert. pet.* Gail. *pract. obseru.4. num.7. lib.2.* Surd.*consil.327. num.18. & 55.* Sperell. *decis.84. num.52.* Leotard. *de Vsur. q.73. sub num.17. vers. qua proinde, & prius quæst.7. numer.10.* Scac.*de commerc.& camb.§.1. quæst.7.p.2. ampl.20. num.7.*

Eo autem magis mox dicta sibi in facti specie locum vindicant, ex quo hactenus quicquam vigore dictæ promissionis non exegit, & tamen in
2. hac materia vsurarum exactio tantum effectiua non autem simplex promissio prohibita censetur, Crauet. *consil.189. sub num.8. vers. negarem tamen;* Gratian. *discept. forens.387. num.8.* Rot. *in crimin.* Farinac. *decis.331. sub num. 4. vers. quasi taxatio,* Bald. *cons.459. num. 7. lib. 4.* Mantic. *de tac. & ambig.lib.8. tit.24. num. 14.* Farinac. *de fals. & simul. quæst.165. num.32.* Marescot.*var. resol.133. numer.14. lib.2.* Rim.*cons.316. num.23.* Socin.iun.*consil.108. num.4. in fin.& num.5. lib.3.* Bero.*cons.207. num.22. & seq. lib.3.* Bertazzol. *cons. crim.55. numer.16.* Cauagnol. *consult.86. num. 1. lib.2.* Scac. *de commer. & camb. §.1. quæst.7. part. 2. ampl.10. num.87.* Ciarlin.*controu.29. num.62.* latè Gait. *de credit.c.2. tit.7. n.1542.& seq.* Bursat. *cons.320. n.68.*

Accedente insuper, quod promissio vsurarum nihil ponit in esse, nec quantitatem determinatam continet, sed id tantum in stipulationem deductum apparet, quod ex forma priuilegiorum, Vniuersitati concessorum exigi permittitur: Quo certe casu Hebræi non prohibentur, quin vsuras 3.
ab ordinibus limitatas exigant, Alexand. *cons.180. in fin. lib.7.* Manent. *cons.89. num.28. & cons.148. num.10.14. & per totum,* Menoch. *de præsumpt.29. num.35. lib.5.* Leotard. *de vsur. quæst.95. num.49. & quæst.100. num.53.* Ideoque Senatus posteriori Senatusconsulto reformato præcedentem sententiam Conseruatoris confirmauit, in qua Quiricus Bullus erga Israël Fra condemnatus fuerat ad capitale cum vsuris ad formam priuilegij vniuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis competentia ex deponentium personis in deposito attenditur.*

2 *Promissio de retrouendendo pluribus simul facta est indiuidua, & ideo emptor partem non tenetur retrouendere, nisi totum offeratur pretium.*

3 *Indiuidua ex contrahentium mente diuidua efficiuntur, & è contra, & num.4.*

5 *Oblatio verbalis ad euitandam pœnam, moram, & cursum vsurarum sufficit in renitentiam & absentiam partis recusantis recipere secus si exhibeat se promptam acceptare, n.13. vel habeat causam recusandi, num.15.*

6 *Depositum non integrè factum ignoranter vel per errorem suffragatur, contra, n.21. Conditione extrinseca affectum nan releuat, n.14. & num.16. Non iuuat nisi sit integrum etiam quoad fructus, num.19.*

7 *Contractum simulatum facere aliquando licet. Declara, vt num.23.*

8 *Obligatio omnis tollitur per solutionem etiam à tertio factam.*

9 *Retroemptio ab vno ex venditoribus fieri potest.*

10 *Coniunctus à coniuncto non præsumitur habere mandatum exigendi.*

11 *Socius vtitur re communi ad vsum destinatum inuito socio. Agenti ex causa onerosa magis succurritur, quam ex lucratiua, n.12.*

17 *Clausula Iurium præseruatiua censetur principaliter apposita fauore ipsius præseruantis.*

18 *Omissum dicitur de voluntate disponentis quando quod non expressit exprimere potuisset.*

20 *Paria reputantur non deponere, aut minus legitimè deponere.*

22 *Instrumenta solutionum pro quibus prætenditur compensatio ad integrandum depositum, actualiter sunt producenda.*

24 *Simulationis coniectura resultat ex retrouenditione, si illicò emptor retrohabeat ex tarditate productionis Instrumenti, n.25.*

26 *Retroemptio facta cum pacto statim reducendi omnia in pristinum, non attenditur, & simulata præsumitur.*

27 *Clausula*, tunc & eo casu, *denotat extremitatem temporis*, *restringit dispositionem ad casum expressum*, *& conditionem importat.*

28 *Dictio, ex, denotat causam proximam, & immediatam.*

29 *Creditor non tenetur exigere nisi prius sibi soluto interesse.*

30 *Pacta seruare in contractibus maxima est iustitia.*

31 *Æqualitas vbique seruanda.*

32 *Æquitas in ambiguis locum habet. A Senatu amplectitur, num.35. Limita, vt num.36.*

33 *Rationem si velimus de omnibus quærere, multa, quæ clara sunt subuerterentur.*

34 *Interpretatio fit contra eum, qui potuit legem apertius dicere.*

37 *Socij inter se vtilia, & damna diuidunt.*

38 *Iuramentum non defertur vbi subesset occasio peierandi, vel actum superfluum faciendi ob præcedens iuramentum.*

39 *Senatus Mediolani propriam æquitatem amplectitur.*

Observatio LV.

IN Causa vtrinque Arrigona plura in illius ingressu se se offerunt animaduertenda, quæ licet non cogant, neque conuincant, inclinant tamen, & alliciunt animum nostrum ad partem DD. Nicolao, & fratri aduersantibus propitiam. Quoniam si ex deponentium
1. personis Iudicis competentia in deposito faciendo attenditur, vt per text. *in l. in contractibus* 14. *§. fin. Cod. de non num. pec.* tradunt Bald. *in l. acceptam* 19. *num.*40. *Cod. de vsur.* Scacc. *de commerc. & camb. §.*2. *gloss.*5. *num.*174. Alexand. *consil.*103. *num.*4. *lib.*5. Boër. *decis.*114. *num.*9. Ciarlin. *contron.*34. *num.*12. Ripol. *var. resol. cap. vltimo, num.*265. certè in hoc deposito vti coram laico à sæcularibus facto ex Iudicis incompetentia non poterit argui defectus. Quemadmodum inanis quoque redderetur disceptatio qualibet circa istius negotij diuiduitatem, atque indiuisibilitatem ex prædicto supposito, quod deponentium personæ inspicerentur; præterquam quod indiui-
2. duitati introductæ fauore emptorum, seu insolutum recipientium, qui partem non tenentur retrouendere, nisi integrum offeratur pretium, Ias. & omnes *in l. stipulationes* 72. *ff. de verb. oblig.* Achil. Pedroch. *in suo respons. de interpret. & resolut. contract. num.* 350. *&* 351. *fol.* 71. *& num.* 531. *fol.*103. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 112. *num.*4.5. *ac per totam*, Sacca *consil.*89. *num.*25. *lib.* 1. potuerunt ipsi renuntiare per effectiuam retrouenditionem septimæ partis factæ à Ioanne Maria, & per oblationem iudicialiter emissam, atque ab Aduersariis acceptatam Æmilij de retrouendendo pro eius portione, in tantùm quod retrouenditio ex sui natura indiuisibilis, ac integraliter facienda, ex contrahentium voluntate euasit diuidua, ac in plures ratas exequibilis; Quod au-
3. tem suapte natura indiuidua ex contrahentium coniecturata mente diuidua efficiantur, & è contra aliis congestis, dixi *allegat.* 2. *numer.* 3. *&* 4. *fol.*48. *& allegat.*21. *num.*12. *&* 13. *fol.*381. *lib.* 1. & nunc addo Altograd. *cons.* 28. *num.* 44. Burat. *decis.* 469. *numer.* 7. Diuidua inquam ex parte Æmilij, & fratrum, qui se obtulerunt separatim retrouendere in ordine ad alios suos fratres; Et indiuidua quoad Nicolaum, & fra- 4.
trem, in quantum quod absque alio mandato vnicuique licebat facta oblatione totius pretij redimere in totum, vt notabiliter post alios, tradunt Ioseph. Ludouic. *dict. decis.* 112. & Sacca *dict. cons.* 80. *num.*25. Ripol. *var. resolut. num.*249. *cap.*11. quin potius indiuidua etiam quoad personam D. Æmilij, qui non tenebatur, nec cogi poterat Nicolao medietatem tantùm sextæ eius portionis retrodare, sed integram illius portionem, sicque ex diuersis respectibus per relationem ad plures personas vna eademque res diuidua, & indiuidua diiudicabitur.

Neque ex defectu integritatis depositum istud redargui poterat irreleuans. Tum quia stante repugnantia, contradictione, ac contumacia in recipiendo oblatam effectualiter 5.
pecuniam vnius ex fratribus, nimirum D. Æmilij iuncta aliorum notoria absentia, etiam verbalis oblatio ad euitandam pœnam, & moram, ac consequenter cursum vsurarum suffragabatur, ad text. *in l.* 2. *Cod. de pact. inter empt. & vend.* in proposito adductum per Fontanell. *decisione* 72. *ex numero* 16. *& decisione* 73. *per totam*, Surd. *consil.* 86. *numero* 29. Anton. Faber. *de error. pragmatica, decad.* 22. *error.*6. Duran. *decisione* 108. *numero quarto*, *& quinto*, *& decisione* 421. *numero secundo*, Monac. *decis. Lucen.* 40. *numero decimo, iunctis numeris* 14. *&* 15. Benintend. *decisione* 77. *numero septimo*, vbi quod sufficiat verbalis oblatio, etiamsi agatur de euitando pœnam, moram, vel aliud damnum, Bimius *consil.* 22. *numero nono*, & in terminis Boër. *decis.* 124. *à numero vigesimosecundo*, *vsque ad* 29. Tum quia allegatus in deposito defectus ex facti circumstantiis nullam prorsus subsistentiam habet stante reali oblatione cum deposito effectuali liquidorum, & exhibitione soluendi ampliùs, quicquid constiterit Nicolaum, & fratrem ex causâ damnorum debitores futuros. Vnde si quid deest deposito, id accidit per errorem, at- 6.
que ignoranter, quo casu deponentem excusari admittunt, Foller. *de censibus*, *versic. instrumentum gratia*, *sub numero quadragesimonono*, *fol. mihi* 581. Caroc. *de deposit. quæstione quinta*, *numero septimo*, *part.* 2. Altograd. *consil.* 24. *numer.* 74. *&* 75. vbi considerat ita demum attendi defectum in deposito, quoties à sciente certam debiti quantitatem cerebrosè, & peruicaciter insistitur super minori summa, faciunt tradita per Ioann. Baptist. Cost. *consil.*64. *numero vigesimoquarto*, vbi quod non prosit protestatio quoad pretium soluendum, si quid plus deberetur, quando deponens est certus, & non in errore, inclinant Tiraquell. *de retractat. conuent. §.* 4. *gloss.* 6. *ex numero vigesimonono*, Fontanell. *de pact. nupt. clausula septima*, *glossa tertia*, *part.*6. *numero decimoseptimo*, quod vtique non euenit in Nicolao, & fratre inculcantibus oblationem de soluendo actualiter, quicquid vltra depositum extiterit liquidatum.

Pro cuius quidem depositi integritate haberi debet ratio retrouenditionis factæ per Bernardinum Nicolao, ac fratri simul cum solutione facta D. Ioan. Mariæ per eosdem fratres, vbi etiam

vtraque

vtraque nimirum, tam retrouenditio, quàm solutio præsumi possent fictitiæ, ac per collusionem, seu simulationem extortæ, quandoquidem
7. contractum simulatum facere aliquando licet, vt post Bart. notant Tiraquell. *de retract. Lignag. in præfat.num.* 79. Iacob, Gallus *cons.* 116. *num.*13. & est text. *in l.* 1. §. 1. ibi posse, & sine dolo malo aliud agi, & aliud simulari, sicuti faciunt, qui per huiusmodi dissimulationem seruant, & tuentur, vel sua, vel aliena, *ff. de dolo.* Quantum enim ad personam D. Bertarini, nihil refert ad effectum perfectæ retrouenditionis, ac
8. omnimodæ liberationis Æmilij, ac fratrum, quod loco pecuniæ eandem rem in extinctionem sui crediti receperit cum iurium præseruatione erga præfatos de Arrigonis, cum intelligatur tantummodo quoad fratres redimentes, Gratian. *discept. forens.* 962. *num.* 31. *cum sequentibus, ac per totam.*

Omisso autem, quod inter Æmilium, & fratres intercederet vniuersalis Societas ratione mercaturæ, & omnium bonorum communio, aderat etiam singularis inter ipsos connexitas propter dationis in solutum receptionem, adeo vt
9. ab vno ex ipsis fratribus vti sociis contractus retroëmptio in totum fieri posset, Ias. *in l. si vnus* 28. *num.*3. *ff. de pact.* Magon. *decis. Lucen.*5. *num.*21. Gratian. *disceptat. forens.*401. *num.*44. & 45. sicque vnus tantum pro omnibus valide potuit citari; Nec ad rem nostram applicantur tradita aliis cumulatis per Thomat. *decis. macerat.*2. *numer.* 24. 25. & 26. vbi vult, non præsumi con-
10. iunctum habere mandatum exigendi à coniuncto. Fallit enim stante societate inducta per contractum, & tanto magis, quia versamur in re ex necessitate retrodabili, atque ad istud peculiari-
11. ter destinata, quo casu socius pro socio, ac frater pro fratribus dicitur habere mandatum, Manent. *consil.*80. *num.*13. & *consil.*99. *n. itidem* 13. cum ibi notatis per nos, & faciunt tradita per Altograd. *cons.*100. *num.*67. *cum pluribus sequentibus.*

Animaduertendo insuper nos versari in pacto
12. gratiæ ex causa onerosa faciente rem minus valere, in quo non ita rigidè procedetur, quemadmodum in pacto ex liberalitate prouenienti; quin potius obligato ad redimendum succurritur, vt in materia depositi animaduertunt, Ludouis. *dec.*492. *num.* 12. & in eadem causa Gratian. *discept. forens.*786. *n.*17. & 18.

Re tamen in progressu examinationis eiusdem causæ maturius perpensa, contrarium de iure verius, factique seriei magis consonum existimaui; admisso etiam, citra veritatis noxam, quod non expediat insistere super defectu ordinis in procedendo, siue Iudicis incompetentiam, siue mandati carentiam in Domino Nicolao etiam nomine fratris interueniente, siue citationes aliorum, præterquam D. Æmilij omissionem in vnum cumulemus. Etenim depositum in substantialibus, quam plurimis eliditur exceptionibus.

Quarum prima est, quia D. Æmilius ad eneruandam quamcumque oblationem, tam realem, quàm verbalem vsus est remedio, quod nostri reputant singulare, dum ad oblationem sibi factam replicauit, seque pariter obtulit paratum recipe-
13. re. Vnde cum Nicolaus illico non soluerit, nec minus soluendi facultatem in promptu haberet, ex quo in maiori parte pendebat solutio ex productione instrumentorum, talis oblatio etiam iudicialiter facta, vnà cum deposito partis debiti in nihilo ei suffragatur; quia in effectu pro verbis verba tantùm reportauerat, Bartol. *in l. fin. num.*5. *vers. Sed ad hoc, ff. de distract. pignor.* Ias. *consil.*9. *num.*28. *lib.*1. Altograd. *cons.*24. *num.*88. 124. *num.*30. Cyriac. *controu.*267. *num.*1. faciunt tradita per Gratian. *disceptat. forens.* 786. *numer.*28.

Secunda est, quia D. Nicolaus verbaliter quidem exhibuit totam summam pro redimendo necessariam, eam tamen, nec in facto obtulit, neque in effectu deposuit, dum insistebat sibi accepto ferendam esse pecuniam, vt asserebat solutam Bertarino; ad effectum enim, vt depositum releuaret, ad minus requirebatur in actu illius fidem facere de prædicta solutione, aliàs deposi-
tum euadebat extrinseca conditione affectum, ac 14.
consequenter irreleuans, vt non obscurè colligitur ex Ludouis. *d. decis.*492. *num.*14. Et in eadem causa, Gratian. *d. discept.*786. *num.*20. & 21. vbi volunt, quod depositum partim in numerata pecunia, & partim in compensatione consistens non constito de fundamento quantitatis compensandæ ad nihilum deseruiat; admisso enim, quod de consensu ipsius Bertarini loco pecuniæ potuerint se affrancare per dationem in solutum rei stabilis, non propterea eximebantur DD. Nicolaus, & frater ab onere indubiam faciendi fidem de huiusmodi redemptione ad effectum, vt D. Æmilius videret, an sibi satis consultum esset, antequam, & ipse cogeretur acquiescere oblationi, deposito, aut solutioni residui, & successiuè bona retrodare.

Tertia hic succedit, nam cum D. Æmilius etiam nomine fratrum iustam habuerit causam recusandi in retrodatione per aduersantes instita excomputandi solutum Bertarino, dum incontinenti de illius satisfactione non constabat, deposito saltem legitimè non erat locus; siquidem vbi creditor recusat recipere sibi oblatum à debitore
iustam recusationis causam allegando, hoc sanè 15.
casu oblatio, imò nec depositio liberat debitorem, arg. *l. qui decem* 72. *in princ. ff. de solut.* Claud. Sysell. *in l. si mora* 10. *num.*10. *versic. prædicta tamen, ff. sol. matr.* Menoch. *de arbitr. cas.*232. *num.*18. & *cons.* 952. *num.*21. & 22. Gratian. *discept. forens.*786. *num.*1. Quapropter cum extra limites obligationis Æmilij, ac fratrum deprænhendatur prætensa excomputatio, cuius quidditas, quantitas, qualitas, ac subsistentia formiter non indicabatur, inde quoque depositum vti con-
ditione extrinseca affectum inefficax prorsus red- 16.
debatur, vt pluribus cumulatis censuit Rota coram Buratt. *decis.*429. *num.* 1. ibi Ferentill. notauit, *num.*6. quibus accedunt Scacc. *de commerc. & camb.* §.2. *gloss.*5. *num.*172. Leoncill. *decis. Ferrarien.*38. *num.*13. Cyriac. *dict. controuers.*367. *n.*2. & *num.*4. vbi post Rotam, & Gratian. vult depositum dici conditionale, nec suffragari adiecta conditione, ne pecuniæ relaxentur nisi facta quietantia ad formam instrumenti, quæ hic pariter concurrit, ibi, ipsis facientibus confessionem, ac retrouenditionem iuxta formam pacti gratiæ, inserti in dicto instrumento dationis in solutum, per quam conditionis extrinsecæ interiectionem colligitur animus ipsius Nicolai non abdicandi à se dominium pecuniarum per eum depositarum.

Quarta est, quia in retroëmptione facta à Bertarino mediante datione in solutum eiusdem proprietatis retroëmptæ adest clausula iurium
17. præseruatiuá erga Arrigonos, quæ impedit nouationem, & facit, ne Æmilius, ac fratres à Bertarino dicerentur liberati, ad rem optimè Seraphin. *decis.*1063. *à numero septimo*, *ad* 13. ea ratione, quia illa præseruatio iurium censetur principaliter facta fauore ipsius Bertarini, & in odium personarum antea sibi obligatarum, vt optimè *ibidem* Rota ratiocinatur. Præterquam quod series instrumenti, seu mens contrahentium in hanc nos ducit interpretationem; quippe quia quando voluerunt dispositionem ipsam, seu contractum restringere ad personas DD. Nicolai, & fratris per identificationem eorum personarum, id expresserunt iunctis illis demonstrationibus, de quibus in instrumento, ibi, *à præfatis Fratribus de Arrigonis præsentibus*, *&c.* & ibi, *per dictos Fratres Arrigonos*, *&c.* At quando Bertarinus sibi reseruauit iura, & hypothecas in bonis ipsorum de Arrigonis, huiusmodi præsentationem concepit verbis, quæ omnibus consortibus de Arrigonis in eodem instrumento enuntiatis, ac de quorum interesse agebatur, æquè bene applicabantur, ibi: *Contra bona præfatorum de Arrigonis*, *&c.* Cum igitur partes quando voluerunt se coarctare ad DD. Nicolaum, & Fratrem id expressè cauerint, seu
18. exprimere sciuerint, si ita voluissent in iurium præseruatione, vtique dixissent; quo genere argumenti vtuntur Cæphal. *consil.*626. *numero vndecimo*, per textum *in l.vnica*, *§.sin autem ad deficientis*, *Cod. de caduc. toll.* optimè ad rem nostram Decian. *consil.*22. *numero quarto*, *libro primo*, Mart.Medic. *decis. Senen. Examinatione* 24. *numero octauo*, omnique in casu DD. Æmilius, & Fratres non poterunt obstringi excomputare in eorum credito erga consortes de Arrigonis pecunias pro eorum dimidia insumptas in retroëmptione facta à Bertarino, vt se exponerent periculo super præmissis contendendi, aut molestia affici, vbi contingeret, quod in vim dictæ reseruationis Bertarinus contra ipsos experiri vellet.

Quinta demum, & vltima ex prædictis insurgens est, quia depositum omnibus numeris non dicatur integrum, vt iura efflagitant, tam respectu veræ sortis, quàm fructuum accessionum,
19. & interesse, seu interusuriorum, ac iuxta normam conuentionis, ideoque in nihilo deponentibus subuenit, DD. *in l.acceptam*, 19. *C. de vsur.* Altograd. *consil.*24. *num.*73.82.83. *&* 84. Leoncil. *decis.* 38. *num.* 14. *&* 15. vbi quod si deficeret vnus tantùm nummus, depositum nullum euaderet, & nihil opitularetur, Andr. Censal. *decis. Lucen.*2. *ex num.*61. Rot. *in Auximana Prædij* 14. *Ianuarij* 1647. *num.*15. *coram R. P. D. Bichio.* Cum igitur ex prædictis omnibus, tam separatim consideratis, quàm & multo magis simul sumptis non integritas depositi arguatur, inde fit, ac si depositum non emanasset; quia
20. paria reputantur non deponere, aut minus legitimè deponere, Menoch. *consilio* 952. *numero decimo*, Monach. *decis. Lucen.*40. *numero decimotertio*, Buratt. *decis.*356. *numero tertio*, Rot. *in Auximana Prædij*, 14. *Ianuarij* 1647. *num.*5. *coram R. P. D. Bichio.*

His sic præmissis, non obstant modo in contrarium *superius* excitata, quoniam aliqua non attingunt merita causæ, aliqua non applicantur, aliqua ex mox dictis remanent sublata; Cætera verò singulatiter replicando dicitur, neque etiam sub prætextu erroris, aut ignorantiæ excusari quenquam à defectu depositi, cum agitur 21.
de iure emptoris, qui non tenetur reuendere, nisi integrum omninò pretium offeratur, Tiraquell. *de retract. conuent.* §.4. *gloss.*6. *numero trigesimo*, Peregr. *consil.*75. *sub num.*42. *versic. quod etiam obtinet*, *lib.*4. Costa *de re integr. distinct.*69. *numero secundo*, secus verò, vbi agitur de excusatione à pœna, in quibus terminis transeunt, ac intelligendi veniunt, Doctores in contrarium adducti *suprà*, *num.*6.

Verùm istius depositi defectus principaliter pendet ex eo, quia in actu ipsius depositi non fuerunt actualiter producta instrumenta solutio- 22.
num factarum Bertarino, & Ioan. Mariæ, quorum productio pro validitate atque integritate depositi omninò requirebatur; cum assertioni partis non sit standum, vt ad rem nostram notabiliter tradidit Gratian. *discept. forens.* 792. *sub numero quadragesimonono*, *vers. maximè quia*, *&* *numero quinquagesimo.* Et quamvis postea adhuc durante pacto retrouenditionis in effectu sanatus fuerit iste defectus per illorum productionem, hoc tamen ad summum suffragaretur aduersariis à die illorum productionis, & non antea. Vnde in reliquis facto calculo, tanto magis depositum resultaret defectuosum.

Admisso autem, quod circumscripto interesse tertij ad tutamen rei propriæ, vel alienæ permittatur, & liceat vti cautela, aut simulatione, vt arguebatur in oppositionibus; respondetur id verum, nisi de animo fraudandi constet, & vbi 23.
non agitur de tertij præiudicio, Bec. *consilio* 52. *numero* 124. *&* 125. idem Iacob. Gall. *consilio* 57. *num.*37. *&* 38. hic autem omnia machinabantur in odium Æmilij, & Fratrum de Arrigonis, quod intendebant remanere obligatos erga Bertarinum, & sub simulata retroëmptione ab eisdem aduersantes exquirebant, seu extorquere procurabant affrancationem retroëmptioni prædictæ, quantum sit pro dimidia correspectiua, quæ simulatio inconuincibiliter probatur, quoniam inter Nicolaum, & Bertarinum actum est prius, vt teneretur iste fundum retrouendere illi, 24.
& eundem fundum illico in satisfactionem retrohabere; ex quibus simulationis coniecturam oriri admonet, Iacob. Gall. *dict. consil.*57. *sub num.*15. *vers. prima est coniectura:* Vnde nil mirum si tandiu distulerunt instrumenti huiusmodi productionem, quæ tarditas, & ipsa auget simu- 25.
lationis suspicionem, Cæphal. *consil.*287. *num.*33. Manent. *consil.*89. *num.*24. cum ibi notatis per nos, quæ tamen ex abundanti dicta intelligantur; nam cum Nicolaus à Bertarino ita retroëmerit, vt statim ex pacto teneretur omnia in pristinum reponere per restitutionem Prædij retroëm- 26.
pti, ex huiusmodi momentanea retroëmptione præcedens contractus, neque in minimo videtur alteratus, iuncta potissimum iurium reseruatione, per textum *in l.qui sic soluit*, *§.ff. de solut.* Gratian. *d.disceptat.*962. *num.*38. *in fine*, *&* *numero trigesimonono*, vbi concludit etiam absque expressa iurium reseruatione, tacitè censeri reseruata, nec latum quidem vnguem à præcedenti contractu recessum.

Hinc

Hinc propterea illius sum opinionis, ac superfluum duxi inire computa, aut componere calculos donec, & vsquequò Senatus Excellentiss. Mediolani sua sententia aperiat; quid, quantum, quale, quomodo, & quando ex prætensis solutionibus, ac depositis veniat excomputandum pro integritate, aut defectu eorundem depositorum; vt exinde periti, seu ratiocinatores methodum, ac normam calculandi arripere valeant. Quinimò euenire etiam posset, vt absque calculis deposita non integra apparerent. Vel enim ordo iste amplissimus approbabit redemptionem factam vsque ab initio per Nicolaum, & fratres à Bertarino, acceptoque ferendam in depositum anni 1627. exceptionibus *superius* excitatis, atque in iure comprobatis nequaquam refragantibus decernit; & ista approbatio cum decreto ansam præbebit dispungendarum rationum vno modo, qui omninò impertinens redderetur, quoties idem Supremum Tribunal redemptionem huiusmodi vti simulatam in se ipsa, ac prouenientem à non habentibus facultatem redimendi pro infecta haberet. Siquidem vbi Nicolaus, & fratres voluissent redimere bona insolutum data Lutio, & fratribus ab eisdem, tunc, & eo casu poterant sibi retinere medietatem librarum trium millium quatuorcentum, erogandarum in redemptionem bonorum cum pacto gratiæ, & affrancationis Bertarino venditorum; At non nisi de anno 1627. seu magis de anno 1629. deuenerunt ad actum ipsius redemptionis; ergo eodem tempore dumtaxat, & non antea ipsis licuit sibi retinere dictam medietatem ob virtu-
27. tem illius dictionis, *tunc, & eo casu*, quæ denotat temporis extremitatem, restringit dispositionem ad casum expressum, & importat conditionem, vt infinitis congestis admonet, Barbos. *de clauf.* 182. *& de diction.* 409. *per tot.* Leoncill. *decis. Ferrar.* 58. *n.* 5.

Neque prædictis obstaret, si opponeretur, quod contrahentes intellexerint etiam de voluntate redimendi abstracta ab actu redemptionis; vnde cum dicti Nicolaus, & fratres à die initæ conuentionis, vt exitus postea comprobauit, animum habuerint redimendi, tametsi nonnisi de anno 1627. cœperint deuenire ad exercitium redemptionis. Hinc fit, quod vti quoque potuerint retentione dictæ medietatis. Etenim structura ipsius instrumenti claré indicat, quod partes intellexerint de voluntate efficaci, ac cum effectu redemptionis; dum expressè conuenerunt, vt ex pretio redemptionis possent retinere dictam medietatem; redemptionis, inquam, ineundæ non cum Bertarino, in cuius præiudicium aliqua retentio prætendi non poterat; sed erga Lutium, & fratres, aduersus quos dumtaxat medietatis librarum trium millium quatuorcentum competebat retentio. In actu igitur, atque ex pretio redemptionis librarum 11723. 18. 6. Nicolao, ac fratribus permittebatur retinere dictam medietatem; cum actualis redemptio, ac solutio pecuniarum facienda Æmilio, & fratribus esset causa proxima substantialis, atque immediata retentionis,
28. importata per illam dictionem, *ex*, Scrib. *in rub. ff. si cert. pet.* Mart. Medic. *decis. Senen. prima, num.* 14. cum sexcentis aliis, quos sciens prætermitto, & videri poterunt penes Barbos. *de dict.* 115. *num.* 1. Quam conclusionem vti pactis, ac conuentionibus inter partes secutis magis consonam, atque æquitati amicam, quoties amplissimus iste ordo amplectatur; tunc omnis calculandi necessitas cessabit. Quandoquidem pars aduersa admittit à die 30. Octobris anni 1624. qua prætendit redemisse à Bertarino, vsque ad diem 16. Septembris 1627. qua fecit primum depositum, reduxisse liuellum ad ratam deductionis capitalis ob assertam solutionem, seu dationem insolutum factam Bertarino, sicque depositum non diceretur integrum propter deficientiam in dictis liuellis; Sicuti enim non nisi de anno 1627. ad summum non potuissent Nicolaus, & fratres prætendere reductionem capitalis debiti pro totidem solutis, seu retentis pro solutione facienda Bertarino, ita interim super dicta portione capitalis, vsuræ decurrissent.

Quatenus dici posset, solutionem factam Bertarino excomputandam in creditum ipsorum Lutij, & fratrum, tunc procul ab omni scrupulo in cumulo debiti Nicolai, & fratrum erant coaceruandi affictus, siue liuelli vsque in diem 30. Octobris 1624. maturati, ascendentes ad libras 477. quæ additæ dicto capitali librarum 11723. 18. 6. constituebant in totum summam librarum 12200. 18. 6. à quibus demptis libris 2402. 10. vt prætendebatur Bertarino exbursatis, adhuc in capitali remanebant debitores Nicolaus, & fratres de libris 9798. 8. 6. Istud fundamentum duplici nititur ratione; altera quæ, vltra dispositionem iuris communis, resultat ex instrumento conuentionis, in quo disertè cauetur fieri nequiquam posse liberationem aliquam capitalis in totum, vel in aliqua portione, nisi simul exbursentur, seu soluantur eisdem Lutio, & fratribus affictus tunc, hoc est de tempore extinctionis, reductionis capitalis, maturati; altera quæ emergit ex iuris præsumptione, iuxta quam solutio facta à debitore creditori, cedit prius in extinctionem liuellorum; residuum autem in computum sortis, nam creditor 29.
non tenetur exigere sortem, nisi priùs sibi soluatur interesse, *l. prima*, vbi Salicet. *C. de solution.* Gratian. *discept. forens.* 224. *ex num.* 30. Rota *decis.* 403. *num.* 16. *part.* 5. *recent.* Mart. Med. *decis.* 75. *num* 23. Altograd. *cons.* 21. *numer.* 43. vbi ad rem nostram optimè animaduertit, quod si vnum debitum est principale, aliud accessorium vt sortis, & vsurarum, non possit solui vnum sine alio, neque creditor teneatur recipere, quia pro vno debito reputantur, Leoncill. *decis.* 91. *num.* 12. Qui quidem calculus, vt supra consideratus, eundem quoque defectum arguit in deposito, si deducatur septima pars spectans ad Io. Mariam, & à qua prætendunt se liberatos.

Accedit insuper, quod Nicolaus, & fratres præter, & contra præcisam conuentionis dispositionem; in qua expressè extitit conuentum; quod interim partes ipsæ quoad liuellos, tam maturatos, quàm maturandos Bertarino debitos; tenerentur se ad inuicem releuare, in extinctionem, seu reductionem capitalis, atque in computum depositi eosdem liuellos coaceruarunt; quod vtique nunquam

nunquam admittet Senatus Excellentissimus, cui eminenter innotescit, contractus ex conuentionibus legem accipere, nullámve in ipsis contractibus maiorem intercedere posse iustitiam, quàm pacta seruare, iuxta Edictum Pastoris per organum ipsius de ore Dei emanatum, ex Bald. *cons.*434. *num.*1. *lib.* 1. quem sequitur Cyriac. *controuers.*239. *num.*12. 13. *&* 14. Caluin. *de equit. cap.*20. *num.*1. vbi quod nihil honestati publicæ magis conueniat, quàm vt ea, quæ inter contrahentes fieri placuit bona fide præstentur, Giouagnon. *cons.*27. *num.*23. 24. *&* 25. *lib.*2. Andr. Censal. *decis. Lucen.*7. *num.*16. Nec quicquam facit replicatio Nicolai, & fratrum consistens in eo, quod Bertarinus recusasset iure optimo recipere ab ipsis sortem sibi debitam ad effectum retrouendendi, nisi vnà simul, & semel de pensionibus satisfieret; Siquidem ex contextu conuentionis colligitur, partes ipsas agnouisse, & præuidisse concursum hunc necessitatis soluendi capitale, & vsuras vsque in diem retroëmptionis faciendæ à Bertarino decursas. Et ne contingeret dubitari, an Nicolaus, & fratres vltra medietatem librarum trium millium quatuorcentum, liuellos Bertarino tunc soluendos sibi retinere possent, & volentes huic dubitationi occurrere, quoad liuellos expressè pacti sunt, de se inuicem releuando, ac indemnes conseruando. Et quemadmodum in euentum, in quem Nicolaus, & fratres neglexissent curare retroëmptionem bonorum insolutum datorum Lutio, & fratribus, ac renuissent soluere medietatem dictarum librarum 3400. non permittebatur eisdem Lutio, & fratribus, in vim eiusdem conuentionis accipere ad cambia, nonnisi dictam medietatem sortis; tametsi vnà cum capitali fructus decursos Bertarino soluere obstringerentur, sed pro dictis fructibus agere dumtaxat ad releuationem potuissent; cum tamen ratio aliqua diuersitatis inter sortem, & vsuras assignati nequeat, nisi quia inter partes sic extiterit conuentum; pari quoque ratione idem statuendum venit quoad ipsos Nicolaum, & fratres; vt nimirùm in casu redemptionis retentionem quoad capitale, actionem verò indemnitatis pro fructibus nanciscerentur pro-
31. pter æqualitatem, inter ipsos contrahentes, ac in iudiciis, seu quacunque dispositione obseruandam, Crauett. *cons.*70. *num.*1. Cyriac. *controu.*53. *num.*8. Treutler. *cons.*15. *num.*232. *&* 233. Buratt. *decis.*295. *num.*12. Matt. Medic. *decis. Senen.*56. *num.*10. *&* 12. Stante igitur apertissima contrahentium mente, ac ineuitabili contractus, seu transactionis dispositione, Senatus Eminentissima quantumlibet in iudicando præfulgeat auctoritate, ne latum quidem vnguem à præscriptis in ipsamet transactione sub clypeo æquitatis amplectendæ recedere
32. poterit; æquitati namque locum esse volunt nostri, vbi in conuentionibus adsunt ambiguitates, text. *l. benignius* 18. *ff. de legib.* cum iuribus, & auctoritatibus cumulatis per Guil. Anthon. *de rescriptis, & morator. tit.* 9. *conclus.*55. *num.* 4. Cur autem diuersimodè circa sortem, & vsuras conuenire voluerint, ratio-
33. nem quærere, nil aliud esset, quàm quæ clara apparent confundere, *l. non omnium* 19. *cum l. seq. ff. de legib.* Cyriac. *controuers.*386. *num.*32. Quinimò argumentum ex aduerso deductum à necessitate soluendi prius vsuras, quam capitale pro obtinenda à Bertarino retrodatione, commodè aduersus eosdem Nicolaum, & fratres retorquetur ad effectum, ne valeant prætendere liberationem pro solutione facta Bertarino, nisi prius liuellos in computum prædictum extenuent, à se ipsis debitos Lutio, & fratribus à die 5. Martij 1614. vsque ad diem 30. Octobris eiusdem; cum de hoc in ipsa transactione expressa conuentio extet, soluendi nimirum cum capitali in casu alicuius redemptionis, siue in toto, siue pro parte etiam liuellos tunc decursos, vt *superiùs* diximus.

Præterquam quod ex lectura eiusdem instrumenti solutionis dictorum non constat, nisi de actuali numeratione facta librarum mille biscentum, neque ibi aperitur, à quibus, seu quando residuum vsque ad libras 1410. 10. fuerit solutum. Vnde intrat præsumptio solutionis factæ ante diuisionem, & dum partes viuebant in communione bonorum. Etenim Nicolao, & fratribus imputandum est, & contra ipsos, qui potuerunt, & debebant apertius loqui, & factum clariùs scribere resoluendum, *l. veteribus* 39. *ff. de pact.* Gratian. *discept. forens.*884. *num.*31. Cyriac. *controuers.*254. *numer.*66. Ciarlin. *controu.*54. *num.*8. Ludouis. *decis.*311. *num.*11. Duran. *decis.*286. *num.*4. *&* 5. Mart. Medic. *decis.* 86. *num.* 20. Hinc ergo dum Nicolaus, & fratres non expresserunt, num ante, vel post diuisionem emanauerit dicta solutio, vehementissima insurgit præsumptio, seu magis concludens probatio solutionis dictarum librarum biscentum, ipsis adhuc cum Lutio, & fratribus in communione bonorum viuentibus, ac per consequens de pecuniis socialibus, adeo vt pro hac portione illius medietas in deposito minimè cumulari potuerit; simulque depositum ipsum etiam ex hoc capite non integrum, atque imperfectum, nec releuans euadebat. 34.

Sublata ex præmissis resultat etiam obiectio, quæ excitari posset ex eo, quia Senatus solam facti veritatem præ oculis habens, atque in causarum resolutionibus dimisso iuris rigore æquitatem amplectens, Bec. *cons.*52. *num.*89. Cyriac. *controuers.*10. *num.*57. *& controuers.*389. *num.*44. Iul. Cæsar Caluin. *de æquit. cap.*90. *num.*62. Lancellot. Gall. *cons.*27. *num.*54. Alb. *cons.*306. *num.* 4. *&* 5. Surd. *cons.*54. *num.*3. Gaill. *pract. obseru.*42. *& obseruat.*87. *num.*5. *&* 6. *lib.* 1. Surd. *decis.*105. *num.*11. non attendat tam exactam instrumenti, ac contentorum in eo executionem, atque adimplementum, dummodo idem sequatur effectus, quemadmodum successit in præsentiarum, ex quo Lutius, & fratres in effectu remanserunt liberati ab onere quo obstringebantur, tum capitalis, tum vsurarum Bertarino debitarum. Omisso enim, quod per illam iudicandi facultatem quantumvis amplissimam integerrimus ille ordo manum apponere non valeat ad derogationem, seu quamlibet minimam alterationem conuentorum inter priuatas personas, vt latiùs confutando prædictam rationem ponderat, Surd. *d. cons.*54. *ex num.*18. *vers. minus aduersatur*, & mox tetigimus; accedit vlterius animaduerten 35. 36.

inaduertendum, quod vbi admitteretur integritas, seu magis validitas depositi, & per Lutium, & fratres excomputari deberent omnes partitæ in deposito enuntiatæ modis, ac formis, quibus sibi ipsis accepto ferendas Nicolaus, & fratres satagunt, in quamplurimis Lutius, & fratres damnificarentur. Primo, quia ad onus istorum duplicaretur partita librarum biscentum liuellorum, quantum sit pro medietate semel iam ab eisdem soluta, dum in communione bonorum cum Aduersariis degebant; Secundo, quia recipere cogerentur ad reductionem capitalis, fructibus nondum solutis in diem 30. Octobris decursis. Tertio, quia retentio librarum 1700. pro redemptione cum Bertarino ineunda, dilata in tempus actualis retroëmptionis, & facienda ex pretio longè antea præcederet, & aliunde, quàm ex pretio, contra expressam conuentionem contingeret. Quartò, quia liuelli Bertarino soluti cederent in extinctionem ratæ pretij redemptionis; cum tamen ex lege contractus hinc inde pro dictis sola competeret releuatio. Quintò, quia à non habentibus facultatem redimendi à Bertarino, quales erant Nicolaus, & fratres, priuarentur Lutius, & fratres pacto gratiæ in aliud quadriennium duraturo cum spe interim præter cætera, tractu dicti temporis ipsorum Lutij, & fratrum conditionem efficiendi notabiliter meliorem. Sextò, quia nostri principales exigebant pro fructibus ab Aduersariis in singulo anno, & centenario libras 6.4.9. ipsi autem Bertarino quinque dumtaxat refundebant; adeo vt in singulo centenario annuatim amiserint lib. 1. 4. 9. Septimò, quia eorum conditio deterior euasit ex qualitate monetarum; quippe quia ad formam Proclamatum satisfieri debebant, & in currenti satisfaciebant; inter vtramque verò monetam considerabile ex communiter accidentibus adesse discrimen pro notorio, & irrefragabili allegatur. Octauò, quia respectu damnorum, depositum vltra dimidiam deficiebat, quoniam liquida dicebantur damna pro singulo fratre, ac socio in libris viginti sex liquidatis quoad personam Æmilij; neque enim plus, aut minus incommodi in concernentibus societa-
37. tem vnus socius quàm alter participat, sed inter se damna, & vtilitates æqualiter diuidunt, ac communicant, Gratian. *discept.* 547. *num.* 15. *&* 16. Ciarlin. *controu.* 16. *num.* 38. Aliàs si quoad alios fratres per iuramentum noua fieri de-
38. buisset liquidatio, certè se exposuissent periculo inter ipsos peierandi, vel actum superfluum faciendi, quod non esse admittendum suadetur, ex traditis per Surd. *decis.* 17. *num.* 9. *& seq.* & per Cyriac. *controuers.* 38. *num.* 6. *&* 7. Demum, quia ex liuellis Bertarino debitis, onera deduci debebant.

39. Ex quibus amplectendo etiam æquitatem speciosam istius Sacratissimi, ac Integerrimi ordinis prolem, Iul. Cæsar Caluin. *de aequit. cap.* 1. *num.* 17. nullam habendam esse rationem depositi, super quo contenditur, etiamsi agatur ad effectum retroëmptionis ex pacto debitæ, existimat.

SVMMARIVM.

1 *Proclamata extra mensem à Statuto præfixum publicata, iudicium perpetui silentij non irritant. Contra, n.* 2. *Declara vt, n.* 4.
3 *Alex.* cons. 24. lib. 4. *reprobatur.*
5 *Clausula* prouideat provt de Iure in rescripto, *quid operetur.*

OBSERVATIO LVI.

DECRETO Montisferrati expressè cauetur, quod ementes stabilia intra mensem à die confectionis instrumenti proclamata publicari facere pro eorum securitate possint, Cumque in hoc iudicio per emptorem proposito proclamata biduo post completum mensem à die initi contractus publicata extiterint, de validitate huiusmodi iudicij dubitabatur. Siquidem pro validitate iudicij adducebatur text. *in l.* 2. *iuncta l. Statutis,* 3. *C. de Sent. ex breuit. recit.* quatenus per illas statuitur, quod si ex statuto modus aliquis assignetur perficiendi actum, & vlterius non procedatur annullando actum, adhuc sustineatur, & ita ferè in terminis concludit Alex. *cons.* 14. *n.* 3. *ac per totum, lib.* 4. Natt. *cons.* 287. *n.* 6. 1.

Senatus tamen in contrariam inclinauit opinionem, & declarauit iudicium emptori non suffragari, ob non factam intra tempus à Statuto præfixum publicationem proclamatis, quæ pro substantiali forma ipsius iudicij inducta censetur, Bec. *cons.* 12. *num.* 14. *& seq.* Rol. *cons.* 72. *num.* 70. *seq. ac per totum, lib.* 3. Manent. *decis.* 36. *n.* 42. 2.

Nec obstare dictum fuit doctrinā Alex. *d. cons.* 24. *lib.* 4. tum quia contra ipsum in eodem casu scripsit Cæpol. *cons. ciuil.* 47. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. tum quia *ibidem* Alex. consuluit super Statuto Veronæ ex cuius dispositione proclama non requirebatur pro forma; cum etiam scientia aliunde habita, aut præsumpta sufficeret, vt bene explicat, Tiraquel. *de retract. lignag. glos.* 1. *§.* 36. *n.* 25. *& seq.* 3. 4.

Et quamvis pro sanatione nullitatis prædictæ emptor ad S.C. recursum habuerit, nihilominus cum fuerit rescriptum Senatus, *prouideat provt de iure*, pro expedito habuerunt Domini à dispositione prædicta Statuti recedi nullatenus posse, quia clausula, *provt de iure*, hoc ipsum præcisè operatur, Dec. *cons.* 436. *sub n.* 4. *vers. postremo*, Osasc. *decis.* 5. *sub n.* 9. *vers. Et provt iuris.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Versio in causam supplicatā quando probanda.*
2 *Forma habilitationis ad vnguem obseruanda. In parte non obseruata, Actus in totum corruit, n.* 3. *&* 21.
4 *Æris alieni existentia per habilitatum probanda. Amplia vt, n.* 5.
6 *Decretum iudicis ritè interpositum præsumitur. Declara vt, n.* 7. *Excedens Principis rescriptum nihil operatur, n.* 20. *Non supplet versionem specialiter à Principe requisitā, n.* 22.
8 *Surd.* decis. 156. *in quibus terminis procedat, & n.* 9. *&* 10. *Reprobatur à Senatu, n.* 11.

12 *Habilitatio conditionalis, conditione non impleta, pro non concessa habetur.*

13 *Cessionarius, non nisi pro quantitate cessa ius quarit.*

14 *Fideiubens pro minore eum non habet obligatum.*

15 *Procurator cum libera ad fideiubendum, non potest obligare principalem in casum nullitatis.*

16 *Clausula*, in præmissis, & circa præmissa, *restringit clausulas generales mandati Procura ad dispositiuam.*

17 *Clausula generales in executiua posita dispositionem non augent.*

18 *Ratificatio actus nulli absque certa scientia nullitatis, nunquam tacitè inducitur. Amplia vt, n.19.*

Observatio LVII.

Dicebam in altera, & nunc repeto, quod emens Censum à minore habilitato ad constituendum Censum causa
1. vrgentiæ æris alieni, curiosus de versione in causam narratam esse debeat, vt præter adductos in altera, comprobant, Bardellon. *conf.* 141. *sub num.* 1. 14. *& seq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 555. *sub num.* 7. ibi, *per modum conditionis* Seraph. *decis.* 1187. *in princ. vers. sub expressa conditione,* Pen. *decis.* 620. *num.* 5. *& seq.* Rota *decis.* 681. *num.* 5. *part.* 1. *& decis.* 199. *num.* 18. *&* 19. *par.* 7. *recent.* confirmata *die* 5. *Iuly* 1637. ibi, *præsertim cum ad istum effectum, coram Eminentissimo Panzirolo, & in Bononien. fideicommissi de Rubeis,* 4. *Martij* 1641. §. *fin. coram Eminentissimo Panzirolo,* nunc impressa *decis.* 465. *part.* 9. *tom.* 2. *recent. &* 18. *Iunij,* 1649. §. *nec Prædijs, in fin. coram R.P.D. Peutingero* nunc *decis.* 49. apud Censal. in addit. ad Peregr. *de fideicom.* In tantum quod non docto de versione, & sic adimplemento rescripti, Actus ipso iure irritus remanet.

Ratio assignatur, quia quando Princeps facultatem alienandi dat illam non habenti cum conditione interuentus Prioris Collegij, atque Soceri ipsius minoris restrictam ad effectum
2. supplicatum; tunc nec in parte minima à forma in rescripto præscripta recedi potest, *l. Cum ij,* 8. §. *si Prætor,* ibique Doctores, *ff. de transact. l. Si Pupillorũ* 7. *in princ. vers. si Prætor, ff. de reb. eorum.* Marescot. *var. resol.* 68. *n.* 3. *lib.* 1. Cytiac. *controu.* 219. *n.* 30. *& controu.* 313. *n.* 71. Duran. *decis.* 225. *sub n.* 4. *vers. Verum Domini,* Rota *decis.* 621. *sub n.* 6. *vers. Vltra quod, & decis.* 773. *sub num.* 9. *vers. quinto in multis, & seq. par.* 3. *& decis.* 131. *n.* 6. *&* 7. *& decis.* 280. *sub n.* 7. *vers. prout nec, par.* 2. *recent. & in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij,* 1646. § *Verum, coram Eminentiss. Corrado;* subiungentes optimè ad rem nostram, quod dum Princeps Sereniss. noluit simpliciter, & absolutè Minori concedere facultatem constituendi Censum, cum tamen posset, præcipiendo adhiberi auctoritatem Prioris Collegij, & versionem pecuniarum in causam narratam, vtique istud pro forma omninò iusserit.

Hinc ergo cum Princeps in habilitatione Minoris interuentum Prioris Collegij vnà cum Socero, ac insuper versionem in causam supplicatam pro validitate Census prærequisierit; consequens ideo fit, quod altero ex requisitis neglecto Actus in totum corruat, Becc *cons.* 12. 3.
num. 30. Cenc. *de Cens. q.* 49 *n.* 17. Surd. *decis.* 268. *num.* 19. Gratian. *discept.* 853. *num.* 27. *&* 28. Buratt. *decis.* 437. *num.* 7. Rota *in d. Bononien. de Rubeis* 30. *Maij* 1646. §. *nec refert, coram Eminentiss. Corrado.*

Præterquam quod nullibi iustificata apparet narratiua precum, seu vrgentia æris alieni in 4.
quantitate scutorum mille quinquecentum, quemadmodum requiritur, Ozasc. *decis.* 171. *n.* 1. *& seq.* Thesau. *decis.* 99. *sub num.* 11. *vers. secundo,* Rota in terminis *in d. Bononien. fideicom. de Rubeis* 30. *Maij* 1646. §. *tertio quia.* Quæ quidem iustificatio æris alieni in præsentiarum non tam substantiam, & quantitatem debiti ipsius Minoris attingere debet, verum etiam, & præcisum tempus contracti æris alieni, ex quo à die obtentæ habilitationis ad diem constitutionis Census quinque menses intercesserunt, intra 5.
quos si debita contraxisset, dispensatio ei non suffragaretur, vt ad rem optimè animaduertunt, Ozasc. *d. decis.* 171. *num.* 21. *& seq.* Alex. *cons.* 2. *num.* 14. *lib.* 4. Cyriac. *d. controu.* 219. *n.* 35. *&* 36. & faciunt tradita per Manent. *decis.* 7. *num.* 26. *&* 27. Hodiern. ad Surd. *decis.* 278. *num.* 26. *in fin. &* 27.

Nec quicquam facit, seu non applicatur, quod Prior cum interuentu Soceri interposuerit ad formam rescripti iudiciale decretum, pro 6.
quo regulariter præsumitur, Bald. *in l. Cum ij* 8. §. *si Prætor, num.* 3. *in prima Lectura, ff de transact.* Cyriac. *controu.* 308. *num.* 2. *& seq.* Rot. *decis.* 201. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* Surd. *decis.* 106. *num.* 9. *& decis.* 231. *num.* 20. Rot. apud Zacch. *de Camer. obligat. decis.* 70. *n* 3. *& decis.* 134. *n.* 9. *&* 10. *& decis.* 244. *num.* 6. *par.* 7. *recent.* Ioan. Baptista Antonell. *cons.* 96. *num.* 18. Gratian. *discept.* 952. *n.* 21. *& seq.* Hodiern. ad Surd. *d. decis.* 278. *n.* 26.

Siquidem obiectum ita demum procedit quoad ea, quæ in instrumento, aut in Decreto 7.
saltem in genere enunciata apparent, ex cumulatis per Simoncell. *de Decret. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 41. *& seq.* Garz *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 125. Rot. *decis.* 294. *n.* 11. *par.* 5. *recent.* Cyriac. *d. controu.* 308. *n.* 3. *& seq.* Gratian. *discept.* 767. *n.* 13. At in facti specie, nec in instrumento, nec in Decreto fit mentio de Creditoribus, minúsve de solutione pecuniarum eis facta, in quo virtus habilitationis principaliter consistebat.

Quemadmodum neque resistit Surd. *in alleg. decis.* 156. tum quia, vti dicebam in altera *n.* 3. 8.
dicta resolutio sibi locum vindicat in personis non priuilegiatis, Rot. *decis.* 681. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* tum quia in dicto casu Surd. *d. decis.* 156. ex necessitate perfectio contractus præcedere 9.
debebat, nec versio in actu eiusdem contractus succedere poterat, Bardellon. *cons.* 141. *num.* 3. *& seq. ac per totum;* tum quia rescriptum Ducale, 10.
vti dicebamus, formam præscripsit, ob cuius inobseruantiam circa versionem in causam supplicatam, Census constitutio irrita ipso iure censetur, vt præter adductos comprobat Peregr. *cons.* 82. *num.* 1 *ac per tot. lib.* 4. tum denique, quia 11.
contra Surd. *d. decis.* 156. fuit iudicatum, vt subiungebam in altera *num.* 4. & insuper attestatur Cyriac. *d. controu.* 303. *num.* 74. Et semper

obstat consideratio, quod Serenissimus Dux noluit dispensare Minorem in actu, tam præiudiciali constitutionis Census, nisi vltra Decretum Prioris, & præsentiam Soceri, versio pecuniarum in effectum supplicatum concurreret.

Cum igitur Minor sub conditione conuertendi pecunias ad Censum recipiendas in solutione æris alieni habilitatus extiterit, nec ista conditio
12. adimpleta censeatur; consequens ideo fit, vt habilitatio pro non concessa habeatur, Surd. *cons.*457. *num.*23. Cyriac. *d. controuers.*303. *num.*71. *& seq.* non quidem à parte ante, seu à priori, quia non constat de existentia æris alieni, nisi ex assertione ipsius Minoris, quam non sufficere comprobat, Rot. *decis.*594. *part.*5. *tom.*2. & *decis.*98. *num.*5. & *decis.*190. *num.*6. *part.*6. *recent.* & prius videnda *decis.*87.*n.*4.*& seq.part.*2.*diuers.*Bardellon.*cons.*162. *num.*3. vbi quod Minor habilitatus à Principe ad alienandum ex causa æris alieni, causam coram Iudice iustificare obstringatur, Pigant. *ad Statut. Ferrar.rubr.*91.*num*,344.*vers.vbi aduertit.*

Ponderando insuper, quod loco constituendi Censum in scutis imaginariis, iuxta numerationem de eis factam, in notabile ipsius Minoris damnum, in tot effectiuis Ducaronis constituerit. Quodque D.Pauesius nonnisi pro scutis mille
13. biscentum cessionem reportauerit, pro quibus omni in casu, data; nunquam tamen admissa, validitate census agere ei permissum censeretur, per ea quæ dixi *in altera,num.*29. & comprobant Antonell. *consil.*11. *num.*16.*&* 17. Caren. *resolut.*228. *num.*2.

Respectu verò fideiussionis ad quam habilita-
14. tio non se extendit, nec minor, aut illius hæredes ad quicquam obligati remanserunt, *l. si pupillus*,127. *ff.de verbor.oblig.* Maur. *de fideiuss. cap.*14. *num.*5. *fol.*453. Minus fideiussor erga creditorem obstrictus extitit, quia annullato contractu Census ob defectum formæ à rescripto præscriptæ, nulla quoque fideiussoris promissio euasit. Nec releuat quod Procurator fideiubentis eum, etiam in casum non subsistentiæ Census obligare attentauerit; ex quo istud in mandatis specialiter non habebat, & clausulæ generales mandati etiam cum
15. libera facultatem fideiubendi in casu in mandato specialiter non expresso non attribuunt, Ruin. *consil.*140.*num.*3.*&* 6. *lib.*1.Maur. *de fideiuss. sect.*2. *cap.*1.*num.*13. *fol.*187. Burat. *decis.*661. *num.*1. Rot. *decis.*754. *num.*2. *part.*2. *recent.* Decian. *consil.*91. *num.*31.*lib.*3.Cenc.*de cens.quæst.*73.*num.*12.Rota *in Romana Census* 10.*Februarij* 1659. §.*nec quicquam, in fin. coram R. P. D. Meltio.*

Stante potissimum restrictiua huiusmodi amplissimis clausulis adiecta, ibi, *prædicta omnia di-*
16. *cendi*, & ibi, *in præmissis, & circa præmissa*, quæ vsque adeo restringit virtutem earundem clausularum, vt plus non operentur, quam in dispositiua mandati præcisè expressum legitur, Bart. *in l.à filio*, 15. §.*testator*, & §.*Titia*, *ff. de alim. & cibar. legat.* Decian. *d.cons.*91. *num.*32.*lib.*3. Ruin. *consil.*59. *num.*3. *lib.*5. Caualer. *decis.*652. *num.*22. Rot. *decis.*79. *num.*13. *part.*6. *recent.* Præterquam
17. quod clausulæ prædictæ reperiuntur in parte executiua, quæ propterea non attenduntur, sed dispositiua tantum mandati inspicitur, Dec. *cons.*500. *num.*12. Caualer. *d.decis.*612.*num.*21. Rot. *in dicta Romana Census* 10. *Februarij* 1659. §. *nec quidquã, vers. quia similes clausulæ vti apposita in parte executiua, coram R. P. D. Meltio*; cùm igitur in dispositiua Procurator non habuerit in mandatis de fideiubendo etiam in casu nullitatis, & insubsistentiæ Census se in tali casu obligando, nil penitus egit.

Lapsus verò tam longi temporis à die creationis Census cum multiplicata decursorum solutione ratificationem, seu conualidationem nullitatis non agnitæ nequaquã inducere potuit, non tam ex 18.
deductis *in altera,n.*7.quam etiam ex cumulatis in proposito per Rot. apud Cenc. *de cens. decis.*278. *n.*23.*&* 24.& *decis.*98.*n.*28.& *decis.*190. *num.*22. *& seq.* & *decis.*260. *num.*11. *& seq. part.*6. *recent.* vbi ponderat in suo casu, quod etiam, ac multo magis in nostro militat, quod nec de scientia constituentis Censum, neque illius hæredis nullitatis consistentis in Iure specifica non liquebat. Quæ vltra genericam facti notitiam, quæ ad effectum inducendi ratificationem requiritur, Rot. *in Perusina Census* 27.*Iunij* 1653.§.*supposita itaque, in fin. coram R. P. D. Zarate.* Quinimò in casu nostro, nec scientia interuenire potuit, ex quo 19.
Censum constituens paulo post decessit superstite eius filia adhuc infanti, quæ idcirco, nec Iuris, nec facti cognitionem vel minimam habere potuit, vt aduertit Rot. *in d. Perusina Census.*

Firma igitur stat nullitas constitutionis Census, ex quo de creditoribus Minoris, ac eorum satisfactione ex pecuniis censualibus in toto contractu coram Priore, ne verbum quidem fit; & tamen ad hunc effectum dumtaxat litteris cubitalibus dispensatus conspicitur. Sicuti ergo nullam propterea cum emente censum obligatio- 20.
nem contraxit, ita, ac multò minus erga fideiussorem quicquam promittere potuit, cui nec decretum Prioris suffragatur; in hoc enim vti excedens narrata in precibus de fideiussore præstando nihil exprimentibus, omninò corruit, Cyriac. *d.controuers.*219.*num.*34. Merlin. *decis.*888. *num.*4. obque illius indiuiduitatem etiam quoad constitutionem Census ipso Iure resoluitur, vt dixi 21.
*suprà,num.*3.& tradunt Gratian.*discept.*691.*num.*33. Cenc. *de cens. quæst.*15. *num.* 2. *vers. in tantum quod.*

Verumtamen animaduertendum succedit nos versari extra terminos huius controuersiæ, quia habilitatio præter Decretum iudicis supplentem solemnitates, versionem quoque in causam supplicatam requirit, cuius defectum interpositio 22.
Decreti supplere nequit, Gloss. & Doctores *in l.Mancipia*, 5. *Cod.de Seru. fugit.* Ludouis. ferè in terminis *decis.*473. *num.*12. Thomat. *decis. Macerat.*68. *num.*75. *&* 76. Non omittendo quod Minor in effectu non habuerit Ducatonos, sed libras sex mille demonstratas in tot Ducatonis, vt in substantia pluribus in locis instrumenti legitur, & signanter *in* §. *residuum verò.* Adeo vt, nisi ad totidem, præsupposita Census validitate condemnari, & nunc, & antea exigi solummodo posset.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis mixta qualitatem hæreditariam requirit. Concessa duobus in communione viuentibus insolidum dicitur concessa, n.*3. *Duobus concessa, vnius finita linea eius portio deuoluitur ad Dominum, num.*7. *Ecclesiastica cadit in hypothecam generalem, n.*9.*Declara, vt n.*11.

2 *Filius Paternam hæreditatem repudians, non succedit in emphyteusi hæreditaria.*

4 *Dictio*

4 *Dictio* quolibet, *tribuit actum, cuique insolidum.* In perpetuum *concessioni emphyteusis adiecta facit, vt insolidum facta dicatur, num.5.*
6 *Obseruantia declarat concessionem emphyteusis fuisse insolidum.*
8 *Agnatus succedit in emphyteusi mixta, etiam non hæres vltimi.*
10 *Clausula*, ad habendum, *efficit emphyteusim transitoriam ad extraneos. Restringe, vt num.12. & num.13. Ad habendum intelligitur iuxta naturam contractus, n.14.*
15 *Licentia alienandi in concessione emphyteusis intelligitur quoad præiudicium Domini, non Agnatorum.*
16 *Contrarietas in eadem concessione euitanda.*

OBSERVATIO LVIII.

RESOLVTIO præsentis controuersiæ clarior vt euadat, de pluribus altius inquirendum venit, & primo nos versari in emphyteusi Ecclesiæ mixta, tanquam concessa consortibus de Masena pro eorum filiis, & des-
1. cendentibus masculis cum qualitate hæreditaria, quæ necessariò requiritur ad effectum, vt in prædicta emphyteusi vocatus admittatur, iuxta magis communem, de qua inter cæteros testantur, Gabr. *de verb. signif. conclus.3. num.5. & seq.* Valasc. *de Iure emphyt. quæst.44. num.13.* Menoch. *cons.160. num.41.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.3. num.6.* Rota *in Ciuitat. Castelli 23. Februarij 1643. num.10. coram R.P.D. Meltio*, nunc *decis.151. part.9. tom.1. recent.* Bonden. *collect.34. num.53.* Cyriac. *controu.128. n.5. & 77.* Altograd. *cons.25. n.19.28. & per tot. lib.1.* Andr. Censal. *post decis. cons.4. n.7.*

Vnde cum D. Augustinus Paternam hæredi-
2. tatem repudiauerit, consequens videtur, quod neque in huiusmodi emphyteusi mixta succedere possit, Ias. *in l.2. num.188. Cod. de Iure emphyt.* Buratt. *consil.49. num.58. & 59.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst.39. vers. ex hac conclusione*, Altograd. *consil.25. num.17.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.3. num.11. & quæst.4. sub num.7. in fin. vers. posteriore autem casu*, Cyriac. *contron.128. num.5.* dixi *allegat.28. num.14. fol.515. lib.1.* & *allegat.61. n.25. lib.2.* Sperell. *decis.73. n.55.* Pigant. *ad Statut Ferrar. rubr.127. n.100.*

Cæterùm animaduertendum occurrit nos ver-
3. sari in emphyteusi Ecclesiastica duobus insolidum concessa, non solum quia inuestiti in communione bonorum viuebant, *cap.1. de benefic. frat. & qualit. frat.* ibi, *vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum*, Mazol. *consil.114. num.13. & seq.* Bursat. *consil.181. num.3.* Rosental. *de feud. cap.7. conclus.59. num.6. & 7.* Laurent. Vrsel. *conclus.26. sub num.42. vers. item si concedens*, Gratian. *discept. forens.707. num.12. & seq.* Rot. *in Foroliuien. bonorum, 14. Decembris 1638. coram R. P. D. Remboldo*, Altograd. *cons.11. n.12. lib.2.*

Verùm etiam, quia concessio in emphyteusim facta apparet ipsis de Masena inuestitis, ac quo-
4. libet ipsorum, quæ dictio, *quolibet*, est distributiua, & attribuit actum cuique insolidum, Socin. *consil.50. lib.1.* Rota *decis.176. num.7. part.5. recent.* & coram Durand. *decis.301. sub num.1.* Bardell. *consil.198. num.10. & 11.* Gratian. *discept. forens.272. num.30. & seq.* alios cumulaui *allegat.79. num.3. lib.2.* & nunc addo Antonin. de Amat. *resolut.84. num.29. & 30.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.34. num.12. & 13.* vbi istud indubitanter procedere inquit, quando dictio distributiua, quemadmodum accidit in præsentiarum, est apposita ipsis duobus, aut pluribus emphyteusim recipientibus, Rota *in Bononien. bonorum emphyteuticorum, 1. Iulij 1647. n.4. coram R.P.D. Meltio.*

Eandem quoque stipulationem emphyteusis insolidum emanasse dictio, *in perpetuum*, conuin- 5.
cit; aliàs enim dictio, *in perpetuum*, otiosa staret, nisi inter coïnuestitos, & eorum descendentes accrescendi ius, seu successionem insolidum inducerer, Bursat. *consil.181. sub n.7. vers. nempe si diceret in infinitum*, Antonin. de Amat. *resolut.84. num.33.* Scac. *consil.50. n.34. lib.1.* latè Monach. *decis. Florent.63. num.13. & seq.* cum adductis per Altograd. *cons.11. n.10. lib.2.*

Mox dicta ex facto clariora euadunt; cùm enim ex inuestitis ab initio de domibus controuersis aliqui sine filiis, & descendentibus obierint, domus ipsæ ad superstitem simul inuestitum redierunt, signum euidens, ac necessariò concludens, quod tam recipientes domos in emphyteusim, quam Ecclesia concedens, animum habue- 6.
rint contrahendi insolidum, Bald. & Aluarot. *in cap.1. §. filia, in fin. de success. feud.* Laderch. *consil.40. num.6. & 7.* Menoch. *consil.464. sub num.2. vers. tertio vrgere*, Rota *decis.176. num.6. part.5. recent.* & *in Bononien. bonorum emphyteuticorum, 1. Iulij 1647. num.2. & 3. coram R. P. D. Meltio*, Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.34. num.12. & seq.* quippe quoniam si singulis concessio proportionabiliter facta extitisset; vtique ex vnius, vel plurium deficientia eorum portiones 7.
non ad coïnuestitos, sed ad Ecclesiam deuolutæ essent, Bart. *in l. si mihi, & Titio 110. num.4. ff. de verb. obligat.* Clar. *in §. emphyteusis, quæst.39. n.1. & quæst.42.* Rimin. iun. *consil.257. num.96. & seq.* Altograd. *d. consil.11. num.1. lib.2.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.34. num.1. & tit. de success. emphyt. quæst.1. num.1.* Gratian. *discept. forens.707. num.14. & 15.* Sperell. *decis.152. n.30.* cum pluribus aliis ab eisdem allegatis, Cyriac. *controu.174. n.53.*

Hinc ergo cum D. Augustinus Masena iunior ius habeat consequendi domos istas, non solum quia filius D. Scipionis; verum etiam quia Agnatus transuersalis coïnuestitorũ; consequens ideo fit, vt etiam si hæres non sit, nec esse voluerit vltimi emphyteutæ, adhuc tamen emphyteusim consequi omninò debeat. Quia transuersalis iungi potest primo acquirenti, ac immediatè illius hæres esse in emphyteusi absque eo, quod sit hæres Patris, aut alterius, qui vltimus ab hac vita mi- 8.
grauit; eáque propter admittitur, & succedit in emphyteusi habente qualitatem hæreditariam, tametsi vltimi possessoris hæres non existat, aut esse renuerit, iuxta distinctionem communiter receptam apud Feudistas, *in cap.1. an Agnat. vel fil.* Isern. *in cap.1. §. quid ergo, sub num.7. vers. non tamen de inuestitur. de re alien. fact.* Curt. sen. *cons.50. sub num.16. vers. accedat, & num.17.* Bursat. *consil.291. num.132.* Valasc. *de Iur. emphyt. d. quæst.44. num.19.* Syluan. *consil.30. num.14. & seq.* cum infinitis apud Altograd. *d. consil.25. num.19. ac per tot. lib.1.* vbi rem hanc optimè explicat, & secundum præmissa est intelligendus, Fulgin. *de emphyt.* tit.

tit. de contract. emphyt. quæst.3. sub num.10. & 11. licet subobscurè loquatur, & faciunt tradita per nos *allegat.15. num.27.* & *allegat.22. num.8. lib.2.* Repudiata igitur Patris hæreditate principalis noster, vti causam etiam à Patruis insolidum habens domos emphyteuticas omninò obtinere debet.

Nec in eis quoquomodo à creditoribus molestari poterit; quamvis enim emphyteusis etiam
9. Ecclesiastica erga creditores emphyteutæ in hypothecam generalem incidat, Ias. *in l.fin. num.78. & 80. C.de Iur. emphyt.* Bursat. *consil.32. num.10.* Surd. *decis.160. num.1.* Gratian. *discept. forens.43. sub num.8. vers. quia verior*, cum adductis per Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.2. quæst.8. n.7.* & per Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.38. num.1.2. & 3.* & hæc nunc controuersa
10. cum clausula, *ad habendum*, & facultate alienandi concessa appareat per quam videtur effecta transmissibilis etiam ad extraneos, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.19. num.25.* Altograd. *consil.22. num.6. in fin. & num.7. lib.1.* Bursat. *decis.87. n.2. & per tot.* dixi *allegat.8. num.23. & seq. fol.117.* & *allegat.14. num.4. fol.241. lib.1.* & *allegat.32. n.10.* & *allegat.43. num.24. lib.2.* quibus addo Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.1. num.282.* Rot. *in Romana deuolutionis Palatij*, 18.Iunij 1657. *num.4. coram R. P. D. Albergato*, nunc impressa apud nos in addit. ad Castill. *de alim. decis.123.*

Siquidem vtrunque obiectum facillimè corruit; esto enim quod emphyteusis etiam Ecclesiastica sub generali bonorum obligatione contracta per emphyteutam comprehendatur; res tamen emphyteutica durante dumtaxat vita emphyteutæ obligantis, hypothecæ remanet obnoxia; itavt resoluto illius Iure per mortem, ius quoque creditori resoluatur, in tantum quod
11. emphyteusis in proximè successurum sine nexu obligationis deuoluitur, *l. lex vectigali, 31. ff. de pignor. cap.1. si de inuest. feud. fuer. controuers.* Cyriac. *controuers.23. num.15.* Surd. *decis.186. n.9. in fin. & num.10.* Hodiern. ad eundem *decis.160. num.2. & 3.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.2. d. quæst.8. num.48.* & latius comprobaui *alleg.82. num.17. lib.2.* Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.38. n.8.* Rota *decis.86. num.3.33. & 34. part.5. recent.* & *in Assisien. bonorum*, 17. *Maij* 1641. *num.10. coram R. P. D. Cornelio*, Clausula vero, *ad habendum*, in facti specie nihil pror-
12. sus operatur; aut naturam emphyteusis mixtæ alterat; dum subiungitur, seu restringitur effectus eiusdem clausulæ ex subsequenti facultate; præuia tamen notitia, seu assensu Domini, Dec. *consil.171. num.3.* Rota *decis.86. num.18. part.5. recent.* Ossasc. *decis.164. num.5. ac per tot.* cum cæteris apud Fulgin. *de Iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.1. num.283.* Vltra quod illa facultas alienandi emphyteusim præuia notitia Domini, seu cum illius assensu expressa in concessione emphyteusis, nil certè vlterius continet; quod etiam de Iure cautum non
13. reperiatur; nimirum vt emphyteuta cum Domini assensu emphyteusim alienare valeat, *l. fin.* vbi Doctores communiter, *Cod. de Iur. emphyt. c. Potuit, extr. locat.* Fulgin. *de emphyt. titul. de alien. quæst.1. num.1.* Coccin. *decis.75. num.10. in fine.*

Præterquam quod clausula, *ad habendum*, &c. apposita etiam in parte dispositiua intelligitur,
14. iuxta naturam contractus emphyteutici, Seraph. *decis.794. num.8.* Coccin. *d.decis.75. num.10.* Rota *decis.60. num.12. & 13. part.5.* & *decis.75. num.8. & seq.* & *decis.211. num.12. part.6. recent.* & *in Caietana bonorum*, 3.Decembris 1646. *num.8.* & *10.* Iunij 1648. *num.1. coram Reuerendissimo Cerro, tunc Decano*; & *in Rauennaten. domus*, 14. *Iunij* 1649. *num.5. coram R.P.D. Royas*, inter eius impressas *decis.402.* & *in Rauennaten.* seu *Ferrarien. decimarum*, 5. *Martij* 1649. *n.26. coram R.P.D. Meltio*, & *in Romana domus* 22. *Aprilis* 1654. *n.3. coram Cardinali Coccino.*

Omnique in casu licentia alienandi in emphyteusi mixta ad solos descendentes masculos præcisè restricta ad præiudicium concedentis, non 15.
autem vocatorum procederet, Rub. *consil.110. n.5. seq. ac per tot.* Menoch. *consil.65. num.20. & seq.* & *consil.545. sub num.5.* Bertazzol. *cons. ciuil.75. num.16. & 17.* ad rem optimè Rota *decis.310. n.18. & 19. part.5. recent.* & *decis.265. per tot. in posthum.* & bene explicat Fulgin. *de emphyt. tit. de alienat. quæst.8. num.5. vers. contrarium tamen*, vbi quod facultas alienandi locum habeat in præiudicium Ecclesiæ, secus verò vocatorum in ipsa concessione, quibus per stipulationem ius est quæsitum, & quoad ipsos licentia non immutat naturam emphyteusis, & de veriori, Rota *in Rauennaten. emphyteusis*, 14. *Iunij* 1627. *num.6. coram R. P. D. Pirouano*, & *in Mantuana dotis*, 10. *Iunij* 1637. *num.5. coram Reuerendissimo Coccino Decano*, & *in Romana deuolutionis domus*; 15. *Iunij* 1654. *n.8. coram R.P.D. Meltio*, vbi quod per dictam clausulam censetur concessa facultas alienandi emphyteusim mixtam in remotiores in inuestitura comprehensos, nunc est *dec.97.* apud nos in addit. ad Castill. *de alim.*

Vnde firmum stat, quod huiusmodi clausula, *ad habendum*, naturam emphyteusis non immutet, sed recipiat restrictionem ad limites ipsius contractus, cui apponitur; & ideo quando, provt 16.
hic, & emphyteusis de sui natura non est transitoria ad extraneos, non tribuit facultatem alienandi, aut extendit emphyteusim ad extraneos in præiudicium vocatorum; ne in vna, eadémque inuestitura inducatur manifesta contrarietas, & repugnantia, Bald. *consil.465. num.5. lib.5.* Rub. *consil.110. sub num.5. vers. & sic*, Menoch. *consil.61. num.20.* Giouagn. *consil.44. num.108. lib.1.* Seraph. *decis.1290. num.12.* Caualer. *decis.293. n.4.* Coccin. *decis.75. num.9. & 10.* Durand. *decis.212. num.20. & seq.* & *decis.294. in fin. part.2.* cum adductis *in d. Caietana bonorum*; 3. *Decembris* 1646. *num.9. coram Reuerendissimo Cerro, nunc Decano*, nunc impressa *decis.427. part.9. tom.2. recent.* Vnde prædicta clausula non resistente, emphyteusis remanet mixta ad solos masculos descendentes transitoria; inter quos tamen vigore dictæ clausulæ contractus, & distractiones iniri possunt.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri non succurritur, nisi in casibus à iure expressis. Post aditam hæreditatem non succurritur, nisi dolo creditorum inductam se fuisse ad adeundum probet, n.2.*

3 *Ignorantia non excusat mulierem in iis, quæ concernunt obseruantiam formæ actus.*

4 *Mulieres, vt plurimum non habent aliud patrimonium vltra dotem.*

5 *Hæres constito de quantitate hæreditatis non tenetur vltra vires, etiamsi non confecerit inuentarium.*

6 *Iudex*

6 *Iudex procedens sola facti veritate inspecta non compellit hæredes soluere vltra, quam sit in hæreditate.*
7 *Restitutio in integrum ex iusta causa conceditur maiori ad conficiendum inuentarium.*
8 *Mater succedit filio in sexta cum sorore ipsius filij, iuxta statutum Mantuæ. De iure communi succedit in tertia, num.9. Tutrix rationem non reddit, nisi pro tempore quo administrauit, n.13.*
10 *Præsumptio veritati cedit.*
11 *Maiori non conceditur restitutio ad repudiandam hæreditatem semel aditam.*
12 *Doctor est intelligendus, iuxta doctrinas quas allegat.*
14 *Dotis repetitionem non impedit exceptio rationum reddendarum. Contra, n.15.*
16 *Creditor hæres sui debitoris sine inuentario satisfactus præsumitur.*

Observatio LIX.

IN apertissimo degunt æquiuoco tuentes iura partis aduersæ, dum credunt mulieri aduersus aditam sine beneficio inuentarij hæreditatem, tanquam læsæ competere restitutionem in integrum. Tum quia mulier
1. vtitur iure communi, nec ei subuenitur, nisi in casibus à Iure specialiter dispositis, *l.fin.C.de Iur. & fact. ignor.* Cyriac. *controu.*128.*num.*43. Gratian. *discept.*604. *num.*7. & 11. Tum, & multo magis quia in Iure cautum expresse reperitur, mulieri
2. non succurri post aditam hæreditatem, nisi probet se dolo creditorum inductam fuisse ad adeundum, per textum *in l.si mulier hæreditatem, 32. in princ. ff. ad Velleian.* Cyriac. *controuers.*244. *n.*19. Odd. *de restitut. quæst.*9. *num.*22. vbi plures alios accumulat, quibus addo Hodiern. ad Surd. *decis.*281. *num.*18. Ea mouentur præcitati Doctores ratione; quia in his quæ respiciunt obseruantiam formæ, actus ignorantia mulierem non ex-
3. cusat, & in his quæ sunt inducta ad conseruandum Iuris rigorem mulieri non parcitur, Natt. *cons.*575. *n.*23. cum adductis per Hodiern. *ad d.decis. Surd.*281. *n.*17.

Cum igitur ex prædictis sufficienter colligatur ratione simplicis sexus non subueniri mulieri per viam restitutionis in integrum aduersus omissionem inuentarij, corruunt propterea, quæ in oppositum adducebantur pro obtinenda ex dicto capite in integrum restitutione. Vnde remanet videndum, an faciat casum, partique aduersæ suffragetur altera consideratio consistens in eo, quod non censeatur D.Lauram plus habuisse, ac in bonis reliquisse, quam contineatur in eius instrumento dotali; quod etiam est conforme generali præsumptioni, cum secundum communiter acci-
4. dentia mulieres non habeant aliud patrimonium vltra dotem, Ludouis. *decis.*398. *sub num.*5. *vers. cum præsertim,* Rot. *decis.*107. *num.*13. *part.*5. *recent.* quæ duplicatur penes Durand. *decis.*111. Buratt. *decis.*908. *num.*3. constito enim non esse plus in hæreditate; aliunde etiam quam ex inuentario
5. hæres non tenetur vltra vires, Crass. *in §.inuentarium, quæst.*21. *ad fin.* Gratian. *discept. forens.*656. *num.*14. Quod præsertim sibi locum vindicare
6. deberet coram Excellentissimo Senatu, qui cum procedat sola facti veritate inspecta, non compellit hæredes soluere vltra quam sit in hæreditate, Gratian. *discept.*34. *n.*20. Iulius Cæsar Caluinus *de æquitat. cap.*54. *n.*17.

Deinde inuestigandum puto an saltem parti aduersæ restitutio concedenda veniat, ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa.* Etenim quod maiori concedatur restitutio, ob non confectum 7.
inuentarium post aditam hæreditatem, si allegat iustam causam, non videtur rationabiliter in controuersiam reflicari posse, per ea, quæ post alios latissime tradidit Gratian. *discept. forens.*656. *n.*7.9. & 19. & *discept.*797. *num.*19. & 20. Bonden. *collect.*21. *num.*3.4. & 13. quibus in locis vti dicebamus, pro iusta causa habetur, quoties quoquomodo apparet de substantia hæreditatis, & credito aduersus eam exuberanti ipsius hæreditatis quantitatem, quorum vtrumque hic accidit, ergo, &c.

Neutrum tamen ex prædictis obstare existimo. Quoniam ex lectura, atque inspectione simplici processus, constat euidenter non intrare generalem illam præsumptionem, quod mulier regulariter non habeat aliud patrimonium præter dotem; quippe quia decessit maritus D. Luciæ relictis post se duobus filiis, quorum alter in pupillari ætate prædecessit Matri, cui propterea hæ- 8.
reditas luctuosa filij prædefuncti saltem quoad legitimam delata est, ratione cuius stante superexistentia vltra Matrem Sororis ad eam spectabat sexta pars bonorum filij præmortui; præsupposito tamen quod in loco Caneti viget statutum excludens Matrem à successione filij propter existentiam Sororis, Burat. *consil.*114. & *consil.*115. *per tot.* cum adductis per Cyriac. *controuers.*288. *n.*7. dixi *allegat.*1. *num.*92. *lib.*3. alias enim secluso, seu non extante huiusmodi statuto tertia pars 9.
hæreditatis filij spectaret ad Matrem ob concursum sororis, & Matris ipsius defuncti, vt est textus expressus in correctionem iuris antiqui, & §. *sed cum antea, vers. ita tamen, instit. ad Sen. Cons. Tertull.* & *in Auth. defuncto, Cod. eod. ad Tertull.* Bursat. *consil.*114. *num.*2. Cyriac. *d.controuers.*288. *num.*5. & 6. Mynsing. *in d.* §. *sed cum antea, num.*5. *ad Tertull.* qua sublata præsumptione per existentiam veritatis in contrarium, cui cedit ipsa præ- 10.
sumptio, ex cumulatis per Barbos. *axiom.*186. *n.*1. Censal. *decis. Lucens.*50. *num.*32. Cardinalis Otthob. *decis.*104. *num.*19. & *decis.*194. *num.*7. cessat quoque fundamentum principale restitutionis petitæ; præsertim cum exinde colligatur, nil prohibere quo minus præter dotem, & hæreditatem prædictam habere vlterius potuerit alia bona.

Sicuti neque iuuari potest pars aduersa ex altero fundamento clausulæ generalis, *si qua iusta causa,* cum non doceat de errore, neque de ignorantia, ob quam sibi adeunti hæreditatem sine inuentario læsio aliqua, seu damnum contigerit; quoniam maiori sub prætextu quod minus in hæreditate fuerit repertum, quam ipse putarit, simpliciter non datur restitutio, nec auditur maior, vbi velit respuere hæreditatem semel aditam, 11.
ad tradita per Cost. *de fact. scient. & ignor. dist.*37. *num.*12. Odd. *de restit. quæst.*89. *art.*7. *num.*53. vbi quod detur restitutio, si deregatur ingens æs alienum, quod ab adeunte ignorabatur, Ioan. Maurit. Dolan. *de restitut. cap.*130. *in fin.* Franc. Marc. *decis.*291. *num.*3. & sic intelligendus venit Gratian. in locis in oppositum adductis, ex regula, quod Doctor sit interpretandus iuxta doctrinas, 12.
quas allegat, Bonden. *collect.*28. *num.*71. Rota *decis.*45. *num.*22. & 27. *part.*8. & *decis.*150. vbi Rub. *num.*83.

num.83.part.9.tom.1. & *decis.457.num.6.p.9.tom.1. recent.*

Applicationem verò non recipiunt, neque in facto, neque in Iure consistunt, quæ deducebantur de administratione tutelæ, atque rationum redditione; in facto quidem, quia non constat hactenus nostram principalem administrasse, & nihi-
13. lominus Mater tutrix non tenetur rationem reddere, nisi pro eo tempore quo se ingessit in administratione, Seraph. *decis.*1408. *n.*1. In Iure autem, quia exceptio receptionis computorum admini-
14. strationis, non impedit repetitionem dotis ex communi, de qua per eundem Seraph. *decis.*1455. *n.*1. Amat. *var. resol.*49. *n.*103. Burat. *decis.*443. *num.*1. *&* 2. vbi pariter de muliere, quæ tutelam gesserat, & nondum reddita ratione prætendebat legitimam, & dotem, cui non obstante exceptione non
15. redditæ rationis vtrumque fuit adiudicatum. Contrarium tamen defendit, Rota post alios *in Anconitana Pradij*, 8. *Februarij* 1658. §. *iniustitia etiam, coram R.P.D. Albergato, & coram Eminentissimo Otthob. decis.*199. *n.*14. ex quibus manifestè excluditur D. Lucia à petita in integrum restitutione; præsertim cum si aliquid consequi posset ratione prætensæ administrationis, per aditionem hæredi-
16. tatis Maternæ sine inuentario irreuocabiliter factam, resultat actionum confusio, administrationisque extinctum euasit creditum, ac sublata quælibet prætensio, *l. debitori*, 7. *C. de pact. l. si adulta*, 6. *C. de hæred. act.* Cyriac. *controu.*162. *num.*38. Peregr. *decis. Patau.*124. *num.*2. Hodiern. ad Surd. *decis.*170. *n.*7. *& per tot.* Censal. *decis.*42. *num.*20. Card. Otthob. *decis.*47. *num.*11. Rot. *decis.*320. *n.*16. *part.*9. *tom.*1. *recent.* Quinimo quatenus actio aliqua competeret via ordinaria procedendum veniret; non autem per remedium extraordinarium restitutionis, quandoquidem per sententiam Senatus non remansit in aliquo vulnerata prætensa actio administrationis, quæ nullam admisit cum iudicio repetitionis dotium intentato combinationem, seu compensationem.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ detractio filiis primi gradus prohiberi nequit.*

2 *Trebellianicæ detractio filiis primi gradus prohiberi nequit. Contra, num.* 3. *Prohibita detractio in vno gradu repetita censetur in alio, num.*4. *Prohibitionem detractionis filius adeundo approbare non censetur, num.*5.

6 *Ius petendi legitimam, & Trebellianicam ad hæredes etiam extraneos transmittitur.*

7 *Prohibitio detractionis Trebellianicæ censetur approbata per productionem testamenti. Contra, n.*8. *Declara, vt n.*9.

OBSERVATIO LX.

MATER duas filias, quas superstites reliquit hæredes vniuersales æqualiter instituit, vnamque erga alteram sine filiis decedentem ad inuicem substituit, eisque tam legitimæ, quam Trebellianicæ detractionem omnimodam vetuit; sed solummodo vtrique ipsarum facultatem disponendi de scutis mille eius hæreditatis concessit; Quæ tamen prohibitio, seu onus iniunctum filiis primi gradus ipso Iure reficitur 1.
non solum à legitima, §. *hac autem dispositimus, Authent. vt cum de appell. cognosc. l. Quoniam in prioribus*, 32. *C. de inoff. testam.* dixi *allegat.*59. *num.*3. *lib.*3. Caualer. *decis.*256. *n.*1. Fusar. *de substit. q.*296. *num.*1. Ioan. Franc. Andr. *controu.*1. *n.*24. & *contr.*19. *n.*12. Mart. Ventur. *cons.*16. *n.*2. *&* 24. cum adductis per Rot. *in Romana successionis*, 18. *Maij* 1646. §. *primo deberi, coram Eminentissimo Corrado*, & *in Meleuitana Viridarij*, 8. *Iunij* 1654. *in princ. coram R. P. D. Peutingero.*

Verùm etiam à Trebellianica secundùm rece- 2.
ptissimam opinionem, quàm seclusa Rota Romana, & Altograd. *cons.*69. *num.*22. *lib.*2. Censal. ad Peregr. *de fideicomm. art.*35. *fol.*347. *vers. sed contrarium*, Andr. Censal. *decis. Lucen.*42. *n.*16. Rot. post Contr. *decis.*131. *n.*7. Bonden. *collect.*41. *num.*29. *& post tract. decis.*1. *num.*3. Rot. *decis.*131. *num.*7. post discept. Contr. & apud nos *decis.*68. post addit. ad Castill. *de alim. & in Bononien. fideicommissi, Ioan. Mariæ de Bolognimis*, 26. *Iunij* 1654. §. *Trebellianica vero, coram Reuerendissimo Cerro*, ferè
omnes hodie amplectuntur, ad tradita per nos 3.
*allegat.*35. *num.*3. *lib.*3. Mart. *consil.*45. *num.*29. & *consil.*185. *num.*43. Redenasc. *consil.*29. *num.*99. *& seq.*

Prohibitio autem Trebellianicæ apposita in vno
substitutionis gradu, siue præcedenti, siue poste- 4.
riori, in alio quoque repetita censetur, Anel. Amat. *consil.*87. *num.*8. *&* 11. Redenasc. *consil.*9. *num.*135. *& seq.*

Saluum igitur, prohibitione detractionum non attenta, per Matrem filiabus iniuncta vtramque
faciendi detractionem, eisdem ius remansit, ne- 5.
que à filiabus per aditionem hæreditatis Maternæ auulsum censetur, ex cumulatis per nos *d. allegat.*35. *n.*9. *lib.*3.

Quemadmodum neque ex eo quod RR. PP. administratorio nomine Sacelli Diui Antonij de Padua ad legatum scutorum mille egerint, onus in legitima appositum approbasse censentur; Cum enim ius impugnandi prohibitionem legitimæ, & Trebellianicæ, etiam per filias non
agnitarum in illarum hæredem, etiam extra- 6.
neum transmigrauerit, ex cumulatis per nos *dict. allegat.*35. *numero vndecimo, libro tertio*, Merlin. *decis.*248. *numero primo*, eo ipso quod dicti fratres ad consecutionem legati iudicium introduxerunt, prohibitioni detractionum, sal-
tem consecutiuè necessario acquieuisse viden- 7.
tur, Roland. à Valle *consil.*78. *numero* 13. *&* 14. *libro primo*, Cæphal. *consil.*353. *num.*73. *& seq.* cum adductis per Ioan. Anton. Bellon. *consil.*57. *num.*32. *&* 33.

Cæterùm neque in hoc fundamentum fieri potuit; quippe quoniam ad acceptationem prohibitionis detractionum non infertur eo eo, quod
filiarum hæres vigore legati simpliciter egerit, 8.
stante, quod exinde acceptatio generica, non autem specifica resultabat, quæ in petitione legitimæ Sacello, seu eius administratoribus non præiudicauit, ex quo de illa specialis mentio in acceptatione fieri omnino debet, *l. si quando*, 35. §. *& generaliter, Cod. de inoffic. testament.* Ludouis. *decis.*489. *num.*21. 22. *&* 27. Merlin. *de legitima, libro tertio, tit... quæstione nona, numero trigesimoprimo*, Rot. *in d. Meleuitana Viridarij*, 8. *Iunij* 1654. §. *nec refert, coram R.P.D. Peutingero.*

Obiectum verò procederet, quando Pater, aut

aut Mater aliquid filiis loco legitimæ reliquisset, & in casu contrauentionis, & non acquiescentiæ legato filios penitus non tam legitima,
9. quam residuo hæreditatis priuasset; tunc namque si filij legatum acceptent, legitimam vlterius consequi nequeunt, iuxta cautelam Socin. iun. *consil.* 122. *numero octauo, libro primo,* quam in proposito amplectuntur cumulati per Merlin. *decis.*642. *numero quinto, & sequent.* & *decis.*664. *num.*43.

SVMMARIVM.

1 *Repræsentatio in fideicommisso ascendentis datur. Amplia, vt num.*2. *& n.*7. *& n.*33.
3 *Proximitas testatoris, & non grauati quando attendatur, & num.*8. *Fallit, vt n.*4. *& n.*9. *Declara, vt n.*10. *& n.*11.
5 *Proximiores de iure ad successiones admittuntur.*
6 *Successio in fideicommissis ad formam successionis ab intestato regulatur.*
12 *Clausula*, in stirpes, *non operatur repræsentationem.*
13 *Fideicommissum etiam ignoratum quando transmittatur. Delatum transmittitur, num.*17. *Super feudis non tollit eorum alienabilitatem, num.*26.
14 *Fideicommissi scientia præsumitur.*
15 *Filij, & descendentes, quando per vulgarem censeantur vocati, & num.*18. *& n.*27. *Et de ratione, n.*28. *In conditione positi non censentur vocati, n.*29.
16 *Pater decedens intra annum, ius ad deliberandum in eius filios transmittit, siue beneficium restitutionis in integrum.*
19 *Dotes detrahuntur de fideicommisso.*
20 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi, & n.*21. *& n.*22. *& n.*23.
24 *Dictio*, vt suprà, *repetit præcedentia.*
25 *Fœminæ extinctis masculis in primogenitura succedunt.*
30 *Substitutio facta*, si sine filiis, *mortuo grauato cum filiis expirat. In infinitum collata quando dicatur, n.*31.
32 *Dictio*, esse, *est personalissima.*

OBSERVATIO LXI.

MARCHIONISSAM à Valle ab intentata actione fideicommissi, Marchionissa de Spoluetinis iura cessa habens Marchionis Pompeij Strozzi ab eius filiis, excludere prætendit; ex eo, quia de tempore obitus Francisci Mariæ de Gonzagis, prædefuncta Camilla, superstitibus Marchionissa à Valle eius filia, & Marchione Pompeio eius fratre, iste, vti proximior in gradu, illam, tanquam remotiorem, penitus excluserit. Quamvis primo, vt aiunt, vultu dicta Marchionissa à Valle
1. in hoc fideicommisso ascendentis repræsentando Matrem cum auunculo admittenda videatur, §. *fin. Institut. de hæred. quæ ab intestat. defer.* dixi *allegat.* 25. *num.*22. *fol.*451. *lib.*1. & in hac causa *allegat.*41. *num.*2. *lib.*3. Mart. *consil.*34. *num.*2. Sess. *decis. Aragon.*62. *num.*6. Rot. *decis.*5. *num.*20. *part.*6. *recent.*

Eóque magis, quia Testator in defectum lineæ masculinæ fœminas succedere voluit, ac substituit, quæ tunc aderunt, & vnà cum eis Rizzardam eius filiam, si erit viua, & in illius defectum substituit suos filios, & descendentes in stirpes; quando autem Testator substituit alicuius filios, & descendentes in stirpes, tunc non hæsitatur, quin repræsentationi locum fieri intellexerit, Altograd. *cons.*65. *n.*5. & *cons.*67. *n.*22. *propè finem, & num.*23. 2.
Buccafer. *cons.*41. *n.*16. cum adductis in hac causa *allegat.*42. *n.*25. *lib.*3.

Ex transitu insuper lineæ descendentis ad transuersales, & à masculis ad fœminas insurgit, quod 3.
successio ex persona Testatoris, non autem hæredis grauati regulari debeat, Rota *decis.*627. *num.*5. & *decis.*693. *n.*3. *part.*2. *recent.* Altograd. *cons.*65. *n.*11. cum adductis per nos *d. allegat.*25. *num.*2. *fol.*452. *lib.*1. Quo casu non ambigitur quin repræsentatio in infinitum procedat.

Nihilominus re diligentius examinata contrarium in iure omninò firmandum videtur, siquidem ad effectum cognoscendi, an in fideicommisso locus sit repræsentationi spectanda venit persona vltimi grauati, de cuius successione agi- 4.
tur, non autem à quo fideicommissum proueniat, Fusar. *de substitut. quæst.*485. *num.*23. cum adductis per Altograd. *dicto cons.*67. *num.*1. *vers. siue malimus, iuncto num.*37. quamvis ipse ob coniecturas huic casui non applicabiles, contrarium defendere viriliter nitatur; & licet contrariam opinionem profiteri videatur, Ioan. Francisc. Andreol. *controu.*143. *num.*14. nihilominus à priori sententia minimè recedendum est, tum quia ipse istud non firmat, tum quia opinio nostra, vti verior, ac magis recepta, præualet, ex Ioan. Ant. Bellon. *cons.*61. *sub n.*6. *vers. succeditur tamen.*

Cuius grauati, nimirum in casu nostro, Francisci Mariæ spectata persona, sicuti filij Camillæ ab intestato, vnà cum Marchione Pompeio proximiore, in gradu ad succedendum non concurrerent, quia post fratres, fratrúmque filios pro- 5.
ximiores in gradu admittuntur, *auth. post fratres,* §. *huiusmodi priuilegium, Cod. de legitim. hæred.* Thesaur. *quæst. forens.*63. *num.*6. *lib.*2. cum adductis per nos *dicta allegat.* 25. *num.*16. *fol.*449. *lib.*1. & latissimè comprobat Mart. Ventur. *consil.*48. *ex num.*30. ita quoque ad fideicommissum vocati succedere debent, quia in fideicommissis
successio regulatur secundùm ordinem succes- 6.
sionis ab intestato, ad notata per Gloss. & Doctores *in l. cum ita,* 33. §. *in fideicommisso, ff. de legat.*2. Dec. *consil.*1. *numero quinto, in fine, & 6.* latè Rub. Alexand. *consil.*40. *num.*3. *& per tot.* Socin. iun. *consil.*20. *sub num.*9. *vers. præterea,* Fusar. *de substitut. q.*484. *num.*21. & *q.*485. *sub n.*102. *vers. in aliis autem casibus,* Merlin. *decis.*520. *n.*21.

Nec obstaret si opponeretur propter transitum à masculis ad fœminas, & à descendentibus ad transuersales, Testatoris potiùs personam, quàm
grauati attendendam, ideoque in infinitum dari 7.
repræsentationem, Caball. *cons.*114. *num.*16. *& seq. lib.*2. Fusar. *de substit. q.*471. *n.*100. *& seq.* Altograd. *cons.*65. *n.*9. *&* 16. *lib.*1.

Obiectum namque procederet si transitus extra descendentiam fideicommittentis fieret. At
cùm in facti specie omnes lineæ, atque substituti à Testatore descendant; consequens ideo fit, vt 8.
proximiores grauati, exclusa repræsentatione, admittantur, Gratian. *discept. forens.*493. *n.*26. Ruin. *consil.*159. *num.*7. *&* 8. *lib.*2. Menoch. *cons.*823. *n.*25. Surd. *consil.*370. *sub num.*14. §. *hanc sententiam, & num.*15.

*num.*15.Cæphal.*consil.*493.*sub num.*43. *vers. debent enim*, Pott. *consil.*122. *sub num.*12. *versic. neque etiam obstat*, Decian. *consil.*26.*sub num.*76. *versic. quartus casus,lib.*2.Raudens.*de analog.in appendic. part.*1. *num.*55. Thesaur. *decis.*64. *num.*5. quos & alios allegat, & sequitur Antonin. de Amat. *resolut.*10. *num.*4.

Quemadmodum neque resisteret si opponeretur, quòd ita demum conclusio mox firmata procederet,si versaremur in concursu filiæ vltimi grauati cum transuersalibus aliarum linearum, quo sanè casu ob transitum masculi ad fœminam, & fœminæ descendentis ad transuersalem, grauati
9. proximitas, & non fideicommittentis attenditur, itavt filia grauati eius proximior, amitam eiusdem Testatori proximiorem excludat, latè post alios, Caball. *consil.*114. *num.*16. 17. *&* 18. *lib.*2. Menoch. *consil.*124. *num.*54. Peregrin. *consil.*42. *num.*7. *&* 8. *lib.*3. & *consil.*92. *num.*5. *lib.*6. Fusar. *de substit. quæst.*484. *num.*29. *&* 44. Gratian. *discept. forens.*493. *num.*15. Cioff. *consil.*7. *num.*22. *in fin.*72. *ac per totum*,Rot. *decis.*681.*num.*3.*part.*2. *recent.* quæ est *decis.*107. apud Burat. cum adductis per Merlin. *decis.*120. *num.*13. Antonin. de Amat. *resolut.* 10. *num.*3. Cyriac. *controuers.* 269. *num.*15. Matt. Ventur. *consil.*48. *sub num.*30. *vers. sed etsi*, *&* *sub num.*121. *vers. non etiam*, Rot. *decis.*519. *num.*17.*part.*5. *tom.*2. & *decis.*248.*n.*4.*&* 5. *part.*7.*recent.* cum adductis per Altograd. *cons.*92. *num.*17. *lib.*2.

Siquidem huiusmodi ratiocinatio sibi locum vindicaret, si Marchionissa de Spoletinis, tanquam soror fratris prædefuncti, alias fœminas de agnatione, seu descendentia Testatoris ex-
10. cludere prætenderet, cæterùm cùm admittat concursum cum vocatis, frustrà ad prædictam conclusionem recurritur, vt non obscurè innuit Pereg.*d.cons.*92.*sub num.*5.*vers.nunquam excluditur, lib.*6. & apertissimè etiam liquet ex mox citatis Doctoribus.

Veruntamen,quòd proximitas grauati, & non Testatoris attendatur, etiam quando de masculis ad fœminas, & descendentibus ad transuer-
11. sales fit transitus; quantumvis vltimò defunctus sororem, & non filiam reliquerit, comprobant Surd.*consil.*370.*num.*15.Altograd.*dicto cons.*92.*n.*34. *vers. secunda limitatio,lib.*2. Matt.Ventur.*cons.*48. *sub num.*131. §. *nam pro responsione*, *versic. nec fit transitus ad aliam lineam.* Præterquam quod dubium valdè reputatur fundamentum contrariæ opinionis, quòd nimirum ex solo transitu à masculis ad fœminas, & à descendentibus ad transuersales, non ampliùs grauati, sed fideicommittentis proximitas attendatur, Burat. *decis.*744. *num.*11.*&* *seq.* Altograd. *cons.*92.*num.*33.*lib.*2. cum cæteris per ipsos adductis.

Prætensa autem repræsentatio desumpta ex
12. clausula, *in stirpes*, non videtur considerabilis, per ea, quæ dixi *in altera*,§.*tandem*,*vers.nil aliud inferret*, ex pluribus ibi cumulatis, potissimum Fusar. *de substit.quæst.*485. *num.*116. & *cons.*11.*n.*22. stante potissimum,quòd talis clausula,*in stirpes*,in facti specie non concurrebat.

Stante igitur purificatione fideicommissi pro tertia parte in personam Marchionis Pompeij, tanquam proximioris vno gradu aduersaria, con-
13. sequens fit,vt illud etiam ignoratum,in eius filios transmiserit, maximè cùm post aditam hæreditatem decesserit,ad tradita per Fusar.*de substit.q.*487. *n.*3.*&* 4. quem sequitur Merlin. *decis.*520.*n.*20. de aditione autem facta hæreditatis Francisci Mariæ cunctis liquebat ex processu nouiter inuento, iunctis potissimum depositionibus testium ad probandam scientiam fideicommissi in Marchione 14.
Pompeio, quæ etiam præsumebatur, dum inter confideicommissarios fama aderat de existentia fideicommissi, ob mortem Francisci Mariæ,in fauorem fœminarum, & filiorum Rizzardæ purificati,Bald.*cons.*295.*lib.*3. Peregr. *de fideicom. art.*52. *sub num.*104. *vers. quintus vbi.*

Hinc ergo cùm Testator, in defectum generationis masculinæ, Rizzardam suam filiam, si superuiueret, sin minus ea prædefuncta, ipsius Rizzardæ filios, & descendentes substituerit, conse- 15.
quens ideò fit, vt Marchio Pompeius Rizzardæ filius superstes solus, vti proximior, per vulgarem successerit, in illiúsque persona pro eius portione fideicommissum extinctum euaserit, vt dicebam *in altera*, §. *factis insuper*, & comprobant Fusar. *consil.*87. *num.*2. *&* 9. *&* *de substitut. quæst.*479. *num.*53. & *num.*78. cum infinitis apud Cyriac. *controuers.*522. *num.*42. *iuncto*, *num.*100. *vers. huic motiuo*, Surd. *decis.*346. *num.*14. ibique Hodiern.Caualer. *decis.*496. *num.*4.*&* *seq.* Seraph. *decis.*812. Rota *decis.*344. *num.*4. *part.*2. *recent.* & *in Romana fideicommissi de Incoronatis*, 19. *Maij* 1638. §.*pro ratione*,*coram Eminentiss. Panzirolo*, vbi istud omninò indubitatum renuntiant, seclusis verbis habentibus tractum successiuum, & denotantibus perpetuitatem, & latissimè prosequitur *in Spoletana fideicom.*25.*Maij* 1655.§.*at non*, *&* §.*seq. coram R. P. D. Beuilaqua.*

Omni autem in casu, provt dicebamus *in altera*, §.*cæterum omisso*, ex iure transmissionis filij ipsius Marchionis Pompeij, idem ius excludendi aduersariam, quo ab ipsorum Patre excludebatur,habentes solummodo admitterentur, vel quia fideicommissum ante mortem fideicommissarij purificatum etiam non agnitum transmittitur, ex traditis *in altera*, §.*in personam*;vel quia Marchione ignaro iuris succedendi ad fideicommissum in eius personam proportionaliter purificatum,mortuóque infra tempus deliberandi ex titulo ignorantiæ sibi delatæ portionis fideicommissi in eius filios beneficium restitutionis in integrum ad 16.
adeundam huiusmodi hæreditatem transtulerit, potissimum ex æquitate *l.Panthonius*,85. *ff.de acq. hæred.*vt optimè ratiocinatur Fontanell. *decis.*484. *num.*11. *&* *per totam.*

Qua quidem in integrum restitutione nec filij Marchionis Pompeij indigere videbantur; quandoquidem non amplius de fideicommisso conditionali, aut purificando, sed de iam delato agebatur, quod vtique transmitti posse,præter cu- 17.
mulatos *in altera*, *dicto* §. *in personam*, *in fin.* *&* §.*seq.* comprobant Bim. *cons.*149. *n.*28. Bardellon. *consil.*46.*num.*60.*&* *seq.* Peregr. *consil.*63. *num.*26. *lib.*2.Colleg.Bonon.apud Honded.*cons.*14.*num.*65. *lib.*2. Giouagn. *consil.*70. *sub num.*15. *vers. impossibile,lib.*1.Galuan. *consil.*13.*n.*97. Altograd. *cons.*87. *num.*73. *lib.*2. Cæphal. *consil.*132. *num.*8. *&* *seq.* & bene declarat Roland. à Val. *consil.*46. *num.*5. *&* *seq.lib.*3. Peregr.*de fideicom.art.*22.*num.*5.*&* *seq.* Merlin. *decis.*890. *num.*14. Tanagl. *de Sacr. Rot. Rom.Aud.cap.*5.*n.*19. Matt.*cons.*164.*n.*13. Buccafer. *cons.*43. *num.*12.

Vnde cùm filij,& descendentes Rizzardæ, non quidem simultaneè, sed successiuè per vulgarem substituti appareant, consequens ideò fit, vt per existentiam Marchionis Pompeij de tempore purificatio

18. rificationis fideicommissi, tanquam filij ipsius Rizzardæ, aduersaria eorundem ex filia, ac respectiuè sorore nepris excludatur, Fusar. *consil.87. num.2. & 9.* Surd. *decis.346. sub num.17.18. & 19.* & ibi Hodiern. Buccafer. *consil.102. num.9. & 10.* Rot. *decis.357. n.1. & seq. part.1. recent.* cum adductis mox in causa propria *n.7. & 33.*

Hactenus dicta fundamentum habent in cessione reportata per Marchionissam de Spoluerinis à Marchionibus de Strotiis, non quidem, quod ea indigeret, sed vt se eximeret à molestiis de facto, quas dicti Marchiones iudicialiter inferre minabantur. Cæterùm huiusmodi cessione etiam seclusa, ex dictis per nos *allegat.13.14. & 15. lib.2.* cum replicatis *in altera nouissimè edita*, omninò tuta reddebatur. Quippe, quæ præter alias detractiones latissimè enumeratas *in altera*, §. *ex residuo, & seq.* & *allegat.87. per tot.* vbi registraui verba testamenti, ex quibus apparet legitimam, & Trebellianicam peculiariter filiis prohibuisse, tum quia voluit esse obligatas pro fructibus; tum quia fructus in eas compensari mandauit; tum quia inculcatè concludendo disposuit, quòd omnia eius bona integraliter, absque vlla diminutione, in eius substitutis conseruarentur, quæ forma prohibendi filiis legitimam, & Trebellianicam communiter reprobatur, Caren. *resolut.34. num.11. seq. ac per tot.* Ioan. Franc. Andreol. *controu.250. num.6.* Merlin. *de legitim. lib.2. tit.2. quæst.32. sub num.56. vers. nec facit*, Redenasc. *consil.17. num.49.* cùm præcipuè de Trebellianica ne verbum quidem fecerit, contra ea, quæ scripsimus *dict. allegat.87. num.5. seq. ac per tot. lib.3.* Merlin. *de legitim. lib.2. tit.2. dict. quæst.32. sub num.57. vers. sed opinionem*, Odd. *consil.63. in princ.* §. *nouissimè*, vbi ita iudicatum refert latissimè Buccafer. *consil.47. num.4. & per tot.* quicquid iuxta opinionem Rotæ dicendum esset, quæ vult filiis primi gradus prohiberi posse Trebellianicam, vt *in decis.74. n.2.3. ac per totam, part.8. recent.* Ius quoque detrahendi duas

19. dotes vltra sibi constituendam, & duas detractiones habet, vt dixi pariter *in altera*, §. *tandem dotium*, §. *reliquas, & seq.* & priùs in hac eadem causa *allegat.45. per tot. lib.3.* & comprobant adducti per Giouagn. *cons.73. n.96. lib.1.*

Prælegatum quoque Curiæ Thiresij, particulari fideicommisso iam extincto, vinculatum, in vniuersali fideicommisso non comprehensum, ad eam

20. liberè spectat, ad latissimè tradita in proximis terminis per Peregr. *consil.47. num.24. & 25. lib.1.* & *consil.44. num.8. & 9.* & *consil.82. num.13. & 14.* Caren. *resolut.120. num.11. & 12.* Hond. *consil.62. n.25. lib.2.* Thomat. *decis. Macerat.50. n.271.* Peregr. *de fideicom. art.7. n.15. & 16.* & Altograd. *consil.87. num.40. & 41.* & *consil.88. n.10. lib.2.* latissimè Merlin. *de legit. lib.2. tit.2. q.2. n.13. & seq.* vbi reprobat Cyriac. *contr.204. n.115.116. & 117.* vbi fundamen-

21. tum facit in verbis; in omnibus autem aliis suis bonis, circa quod in Iure omnis quæstio cessat, dum Testator litteris cubitalibus suam mentem expressit, separando prælegata, & fideicom-

22. missum particulare ab vniuersali, ibi, *salue sempre le cose sopra disposte, e prelegate*, in eodem testamento repetitæ, ibi, *salua però la ragione della primogenitura di sopra detta*, & alibi per totum testamentum, quæ quidem verba, saluis, &c. omnem prorsus dubitandi ansam remouent, ex Fusar. *consil.42. num.8.9. & 10. & de subst. quæst.650. n.48.* Merlin. *de legitim. lib.2. tit.2. d. quæst.2. sub num.13. vers.* ... & in terminis, Peregr. *de fideicomm. art.7. n.13. & 36.* optimè Merend. *contr. iur. lib.4. cap.45. num.7. & 10.* vbi reprobat Ruin. & Decian. contrarium attentantes, Gozadin. *cons.30. sub n.10.* Scayn. *decis.1. num.60.* cum adductis *in altera*, §. *veruntamen*, quidquid sit quando legatarius est eadem persona cum hærede grauato, in quibus terminis procedit doctrina Cyriac. *controuers.204. à n.100.* Redenasc. *consil.9. num.150. cum pluribus seqq.* & ita concludit Dexart. *decis.42. in fin.* Rota *in Maceraten. fideicommissi, 27. Iunij 1664.* §. *non subsistit, coram R.P.D. Beuilaqua.*

Et non tam ex præmissis vocati in defectum masculorum à prælegatis exclusi omninò censentur; verùm etiam, quia nonnisi in hæreditate Testatoris substituti apparent, ibi, *In diffetto poi della linea masculina legitima, e naturale di esso Sign. Testatore, e, come di sopra, chiamata alla sua heredità, esso Sign. Testatore vuole, che succedino, e così sostituisce le femine nate di legitimo matrimonio, quali all' hora vi saranno, ed insieme con loro sostituisce la Sign. Rizzarda sua figliuola, se sarà viua, & in diffetto sostituisce li suoi figliuoli, e descendenti.*

Dum enim in hæreditate simpliciter substituuntur, dubio procul prælegata, vigore substitutionis ad hæreditatem Testatoris restrictæ, consequi non possunt, per text. ad litteram, *in l.3. §. quidam liberis, ff. ad Trebell.* & *in l. si Titius, 94. ff. de legat.3. l. Titia, 85. ff. ad l. falcid.* Thesaur. *quæst. for.17. num.15. lib.1.* Hond. *consil.71. num.14. lib.1.* Alex. *consil.25. sub num.9. vers. sed quando testator, lib.1.* & *consil.252. num.5. lib.6.* Socin. *consil.31. sub num.8. vers. sed simpliciter, lib.4.* Dec. *consil.597. sub num.7. vers. non obstat*, Merend. *controuers. iur. lib.4. cap.44. num.5.* Pen. *decis.612. num.2. & 3.* Fusar. *de subst. quæst.650. num.62.* 23.

Nec obstat, quòd Testator in calce testamenti omnia sua bona ibidem descripta, apud vocatos, & substitutos remanere singulariter disposuerit, inter quæ etiam prædium Thiresij connumerauit; quod propterea cùm iuxta prædictam dispositionem Testatoris in substitutos perueniret; consequens ideò fit, vt etiam fœminæ, masculis non ampliùs extantibus, substitutæ ad illud intelligantur: Obiectum namque promptam replicationem secum affert, ex quo Testator non simpliciter absolutè, sed independenter à præordinatis, omnia sua bona apud vocatos, & substitutos existere iussit, sed cum clausula, ibi, *desidera sommamente essere al tutto conseruati nelli sostituiti, e chiamati per lui, come di sopra*, quæ quidem clausula, *come di sopra*, inducit repetitionem præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus, non tantùm quoad personas, sed etiam quoad modos, & conditiones, itavt extensionem non admittat, Fusar. *consil.100. num.25. & seq.* Altograd. *consil.60. num.5. lib.1.* & *consil.78. num.4. & 15.* & *consil.79. num.13. & 14. lib.2.* Ioan. Ant. Bellon. *consil.35. sub num.26. vers. itaque non negamus*, Cyriac. *controuers.143. num.13.* Redenasc. *consil.30. num.100.* & *consil.34. num.63. & 64.* debent ergo dicta verba intelligi iuxta terminos, & casus comprehensos in præcedentibus dispositionibus, vt scilicet primogeniti censeantur grauati restituere fideicommissum particulare primogenitis, & alij erga alios fideicommissarios vniuersales. In tantùm quòd, vel primogenitura in vltimum masculum extincta remansit, vel in Marchionissam Spoluerinam continuari debet. 24.

Extinctis

Extinctis namque masculis nil prohibet, quo
25. minùs fœminæ etiam ad primogenituram admittantur, Menoch. *cons.* 803. *n.* 16. *& cons.* 926. *num.* 31. *& seq.* Palm. *cons.* 56. *num.* 54. *&* 55. Fusar. *de subst. quast.* 385. *num.* 30. Rot. *decis.* 348. *n.* 2. *ac per tot. part.* 7. *recent.* confirmata *die* 27. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. Royas*, nunc *decis.* 165. *n.* 4. *&* 5. *p.* 8. *rec.*

Feudalia quoque relicta in hæreditate Fideicommittentis, siue noua, siue antiqua, esto quòd vinculo fideicommissi, cum cæteris allodialibus obnoxia remanserint; illorum tamen
26. alienabilitatem à consuetudine inabdicabiliter indictam retinuerunt, itayt, quod ipsa per dispositionem factam à Cæsare iuniore in eius testamento fauore Marchionissæ de Spolueriniṡ euanuerit; in tantum enim sustinetur super feudalibus fideicommissum, in quantum hæres grauatus ab intestato, non facta dispositione feudorum per vltimam voluntatem, aut per actus inter viuos, moritur: quemadmodum ex pluribus subiungebam *in altera*, §. *bona pariter*, & nunc addo Mart. Med. *decis. Sen.* 10. *num.* 25. *&* 26. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 26. *n.* 2. *& seq.* Capyc. Latr. *decis.* 23. *à n.* 8. Bottil. *de succ. ab intest. cap.* 1. *theor.* 6. *n.* 25.

Vulgaris autem substitutio facta quoad filios, & descendentes, vbi Rizzarda tunc non superuixisset, sublata non videtur, seu in fideicommissariam versa per subsequentem particulam testamenti, ibi,

Alle quali femine, & detta Rizzarda, & figlij, e descendenti di essa, quando tutti mancassero senza la sciare doppò di se figliuoli legitimi, e naturali, vuole, e così ordina, che succedano li più prossimi agnati maschij della Casata, e parentella, ò agnatione di d. Sig. Testatore.

Retento namque præcedenti themate, hæc etiam dispositio procedit, vt nimirum in casu non existentis Rizzardæ, filij succedant, quibus nec superextantibus descendentes, per vul-
27. garem admittantur, non autem vt descendentes post fideicommissariam veniant.

Quemadmodum, præter adductos *supra n.* 15. *&* 18. vlterius comprobant Menoch. *cons.* 86. *n.* 79. *&* 80. Caualer. *var. resol.* 1. *n.* 117. *&* 118. *p.* 1. vbi de magis communi testatur Thes. *decis.* 117. *num.* 8. cum infinitis apud Cyriac. *contr.* 522. *num.* 93. Ioan. Franc. Andr. *contr.* 100. *n.* 4. *& per tot.* Altogr. *cons.* 60. *num.* 55. *& seq. lib.* 2. & latiss. prosequitur Rot. *in Spol. fideic.* 25. *Maij* 1655. §. *ex qua, & per tot. cor. R. P. D. Beuilaqua.*

Ratio subest optima, quia quando vocantur
28. illi, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis, vt inter matrem Rizzardam, filios, & descendentes, priùs censetur vocata Mater, in illius defectum, filij, & istis non superuiuentibus, descendentes ordine successiuo, & per vulgarem, per text. rotundum *in l. cùm pater*, 79. §. *à te peto, ff. de leg.* 2. Cæphal. *cons.* 473. *n.* 11. *& seq.* alios cumulat Altogr. *dicto cons.* 60. *n.* 54. *lib.* 2.

Nec quod filios fœminarum, & Rizzardæ, ac istius dumtaxat filiorum descendentes in conditione posuerit vocati censentur, ita quòd
29. mortua Rizzarda cum filiis, & filij cum descendentibus vocati intelligantur; siquidem regula in contrarium militat, ex traditis per nos *alleg.* 83. *n.* 30. *& alleg.* 121. *n.* 1. 31. *&* 47. *& alleg.* 122. *n.* 1. *& seq.* 28. *&* 30. *lib.* 3. ex quo enim tam fœminæ ad fideicommissum admissæ, & Marchio Pompeius de Stroziis filius Rizzardæ, in quem purificatum extitit fideicommissum, omnes cum filiis decesserunt, substitutio ipsis facta de proximioribus euanuit, dixi *alleg.* 8. *n.* 9. *& alleg.* 15. *n.* 4. *& alleg.* 64. *n.* 2. *lib.* 3. 30.

Testator enim non fecit mentionem de filiis, aut descendentibus fœminarum, sed tantummodo Rizzardæ, non alia quidem ratione, nisi quia quoad fœminas ad eas præcisè se restrinxit, & earum filios in conditione posuit. At respectu Rizzardæ mentionem tam de filiis, quàm descendentibus ipsius habuit, ex quo rationabiliter dubitari poterat, quòd linea 31. masculorum ex eo descendentium deficere non poterat, nisi post mortem Rizzardæ, aut etiam eius filiorum, Rot. *decis.* 21. *n.* 7. *& per tot. p.* 5. *recent.*

Cæterum, quòd Testator vltra fœminas disponendo non processerit, atque de filiis, seu descendentibus Rizzardæ intellexit, satis conuincitur ex dictione, *d'essa*, quæ est personalissima, ac demonstrat ad oculum personam ipsius 32. Rizzardæ, & operatur, vt omnes alij excludantur, Natt. *cons.* 163. *num.* 8. Cæph. *cons.* 352. *n.* 28. *& seq.* Surd. *cons.* 53. *n.* 11. Rota apud nos *alleg.* 120. *num.* 26. *lib.* 3. & apud Tanagl. *de Sacr. Rot. Rom. Aud. fol.* 62. *num.* 19. quæ etiam registratur inter impressas apud Emin. Card. Othob. quibus attentis eò minùs intrare repræsentationem firmandum venit, sicuti, præter adductos *supra n.* 1. 33. *& seq.* comprobant congesti per Fusar. *de substit. q.* 485. *n.* 71. *&* 114.

SVMMARIVM.

1 *Boues aratorij pro debito ciuili capi nequeunt. Amplia vt, n.* 2. *Declara vt, n.* 3. *Limita vt, n.* 4. *& n.* 5.

6 *Debitor erga Cameram bonis etiam non excussis carcerari potest.*

OBSERVATIO LXII.

PRo debito ciuili, neque etiam in executione rei iudicatæ Boues aratorij pro pignore capi regulariter non possunt, 1. *l. Executores* 7. *C. Quæ res pign. cap. poss.* Menoch. *de arbitr. cas.* 378. *n.* 2. Gait. *de cred. c.* 4. *q.* 7. *n.* 549. *& seq.* Barbat. *de diuis. fruct. par.* 2. *cap.* 7. *n.* 38. *& seq.* Borell. *in Sum. decis. tit.* 32. *n.* 374. *& seq. par.* 2. Peguer. *decis.* 184. *n.* 1. Giurb. *decis.* 40. *n.* 2. *& seq.* Ciarlin. *controu.* 112. *n.* 2. Nig. *de execut. rei indic. cap.* 12. §. 6. *n.* 12. *& seq. fol.* 350. vbi quod Philippus II. Hispaniarum Rex legem tulerit, qua cauebatur, nec etiam pro debito fiscali Boues aratorios capi in pignus posse, Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.* 75. *n.* 5.

Imo non desunt, qui sustinent de iure communi, neque etiam in subsidium oppignerari posse, quamvis alia non extarent bona, ne agri- 2. cultura deseratur, & impediatur, Menoch. *de arbitr. d. cas.* 378. *num.* 11. Gait. *de credit. d. cap.* 4. *q.* 7. *n.* 552. Io. Ant. *ab Eccles. obseru.* 119. *n.* 1. *&* 15. vbi quod ex constitutione Ducis Sabaudiæ, neque etiam in subsidium pro credito fiscali Boues aratorij oppignerentur, Nig. *de execut. rei indic. c.* 12. §. 6. *n.* 20. *fol.* 350. vbi de constitutione Regni vetantis pariter, ne boues aratorij pro cre-

dito finali in subsidium capiantur, Giurb. *d. decis.*40. *num.*13. *&* 14. Barbat. *de diuis. fruct. part.*2. *cap.*7. *num.*39. Piganr. *ad Statut. Ferrar. rubr.*75. *n.*8. *in fin.*

Seclusa tamen peculiari constitutione iure communi inspecto videtur magis communiter
3. recipi, quod Boues aratorij in subsidium, & deficientiam aliorum bonorum oppignerari valeant, *Auth. Agricultores, qua res pignor. oblig. poss.* Cost. *de remed. subsid.* 43. *num.*4. & plures refert, & sequitur Nig. *de execut. rei indicat. cap.*12. *d.* §.6. *num.* 21. *fol.*350. maximè certis
4. mensibus anni, in quibus Boues aratorij agriculturæ non incumbunt, Cost. *d. remed.*43. *n.*6. Ciarlin. *controu.* 112. *n.*17.

In facti tamen contingentia dum de creditis Cameræ ageretur, indubitatum duximus abso-
5. lutè Boues etiam aratorios in nihilo suffragante existentia penes debitorem aliorum bonorum in pignus capi posse, Gutierez, *de iuram. par.*1. *cap.*17. *sub num.* 8. *vers. limitat in debitis fiscalibus,* Nig. *de execut. rei indic. cap.*12. *d.* §.6. *num.*26. *fol.*251. Asin. *in prax.* §.31. *cap.*2. *limit.*33. *in fin. fol.*387. Ciarlin. *d. controu.* 112. *num.*24.

Cæterum si debitor erga Ducalem Came-
6. ram etiam non excussis bonis carcerari potest, Surd. *cons.*39. *num.*21. Zacch. ad Gall. *de Cam. obligat. quæst.*15. *sub n.*17. Bonden. *collect.*49. *sub num.*94. *vers. nec non.* Cur non etiam in quibuscumque bonis nullo iuris seruato ordine excuti poterit?

SVMMARIVM.

1 *Communitas sine Principis licentia immunitatem non concedit. Limita, vt, n.*2. *Declara vt, n.*3. *Cum licentia Senatus validè concedit immunitatem, n.*5. *Contrarium qui teneant, n.*6.
4 *Confessio Procuratoris de recepto Communitati non praiudicat. Declara vt, n.*8.
7 *Pro Decreto iudicis præsumitur.*

OBSERVATIO LXIII.

SVPER immunitate per Communitatem Rosignani ex titulo oneroso vsque de anno 1619. D. Vincentio de Picchis concessa, inter illam, & istius filium viriliter controuertebatur, quippe quoniam Communi-
1. tas immunitatem huiusmodi, vti emanatam absque beneplacito Principis, nullius roboris, momenti, ac subsistentiæ prætendebat, *l.*2. *ff. de iur. immunit. l. Vacuatis,* vbi Doctores, *C. de Decur. & eor. fil.* Ias. *cons.*101. *num.*3. *& seq. lib.*4. Natt. *cons.* 304. *num.*1. Bald. *cons.*406. *num.*6. *lib.*5. & in præcisis terminis Becc. *cons.*229. *num.*14. Osasc. *decis.* 95. *num.*25. Alex. *cons.*101. *num.*3. *lib.*1. *& cons.*30. *n.*7. *in fin.*9. *&* 17. *lib.*5. Curt. Iun. *cons.*60. *n.*12. *& seq.* Lancellot. Gall. *cons.*68. *num.*6. *&* 44. *& cons.*315. *num.*47. Surd. *cons.*278. *num.*6 *&* 16. *& cons.*419. *num.*17. *& seq.* Cyriac. *controu.*297. *num.*46.

Neque prædicta immunitas ex eo sustineri
2. posse videbatur; quia ex causa præcisæ necessitatis concessa apparebat; iusta autem exigente causa immunitatem concedere Communitas non prohibetur, *l.*1. *C. de Decret. Decur. lib.*10. Alex. *cons.*101. *num.*6. vbi quod ex causa meritorum Communitas immunitatem validè concedat, dummodo aliunde quam ex confessione in instrumento emissa de meritis constet, *lib.*1. Rol. *cons.*5. *num.*8. *& seq. lib.*1. Lancellot. Gall. *d. cons.*68. *num.*6. Surd. *cons.*419. *n.*18. *in fin. & n.*19. & in puncto Bec. *d. cons.*229. *num.*17. *&* 18. Siquidem de prætensa necessitate non nisi ex confessione Communitatis apparebat, quæ tamen non sufficit, Bec. post alios, *dicto cons.*229. 3.
*num.*47. Cauagnol. *ad Decret. Montisf.* 72. *q.*8. *num.*15.

Cum præcipuè de pretij solutione pro acquirenda immunitate non liqueret nisi ex confes- 4.
sione de recepto Procuratoris, quæ Communitati minimè præiudicat, Bart. *in l. Si in stipulatum* 17. *ff. de Donation.* Bald. *in rubr. C. de reuocan. his qua in fraud. cred. num.*7. *& in l.*2. §. *creditum,* vbi Ias. *num.*20. *ff. Si cert. pet.* Ludouis. *decis.*375. *n.*5. *& decis.*469. *num.*4. Thomat. *decis. Macerat.* 59. *num.*34.

Senatus tamen retorquendo contra Communitatem prædictas conclusiones sententiæ D. Pico fauorabili pro immunitate adhæsit; loco enim assensus Principis decretum Senatus accesserat, qui Principem ipsum repræsentat, 5.
Ioan. Ant. *ab Eccles. obseru.*43. *num.*22. *lib.*1. Surd. *decis.*91. *num.*4. Thesaur. *decis.*2. *num.*1. Fontanel. *decis.*3. *num.*3. *& decis.*404. *num.*24. Rol. *cons.*14. *num.*16. *& cons.*70. *num.*17. *& seq. lib.*1. *& cons.*68. *num.*16. *& seq. & cons.*78. *num.*7. *& seq. lib.*3. Et hæc conclusio non habet contradictorem, præ- 6.
ter Natt. *cons.*608. *num.*11. *& seq.* Rolan. Cauagn. *ad decret. Montisf.*72. *quæst.*8. *num.*11. *& seq.* vbi quod immunitas à Communitate nulliter concessa ex confirmatione Principis aut iudicis vires inconcussas assumat, nec super hoc est, cur vlterius insistamus; negotia si quidem Communitatum concernentia potissimum immunitates iudicio Senatus subiiciuntur.

Necessitas autem eo ipso concludenter probata resultat, quod ea pro constanti præsupposita Senatus decretum interposuit, pro quo qui- 7.
dem decreto præsumitur, & alleganti necessitatem tunc non subfuisse, onus probandi incumbit, Surd. *decis.*231. *num.*20. Gratian. *discept.*155. *num.*3. Thomat. *decis. Macerat.*67. *num.*25. *& decis.*68. *num.*60. *& seq.* Rot. *decis.*74. *num.*3. *&* 8. *par.*5. *recent. & decis.*98. *num.*8. *& decis.*76. *n.*13. *&* 14. *par.*6. *& decis.*244. *num.*6. *par.*7. *recent.* Buratt. *decis.*96. *num.*17. *& decis.*371. *num.*5. & apud Zacch. *de Cam. oblig. decis.*70. *num.*5. *& decis.*134. *num.*10. Pic. *ad Statut. Vrb. cap.*151. *glos.*21. *n.*21. *& seq.* Fenzon. *ad idem Statut. cap.*113. *num.*23. Cyriac. *controu.*196. *num.*94. *&* 95. Mart. Ventur. *cons.*3. *num.*60. Ludouis. *decis.*406. *num.*7. 14. *& in addit. n.*20. Ioan. Baptist. Antonell. *cons.*96. *n.*18. Rot. apud Post. *de subhast. decis.*134. *num.*12. *&* 13. Thomas. *de Tutor. & Curat. tit.*19. *num.*3220. *fol.*797. & in præcitatis terminis animaduertit Cauagnol. *ad decret. Montisf.*72. *d. quæst.*8. *sub n.*15. *vers. vel per iudicem,* Bonden. *collect.*16. *n.*84.

Cæterum cum Procuratores à Communitate constituti mandatum cum libera haberent, ideo per confessionem de recepto, etiamsi non con- 8.
staret de actuali numeratione, dubio procul eidem Communitati præiudicare potuerunt, quicquid esset, si à lege dumtaxat mandatum consecuti fuissent, iuxta distinctionem Ias. *in l.*2.

§. credi

§.*creditum,num.*10.*ff.Si cert.pet.* Surd. *decis.*229. *n.*25.Mart.Medic.*decis.Senen.*68.*n.*17. *in fin.*Partes transactione controuersiam concordarunt,

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis præsumitur, qualis à partibus denominatur.*
2 *Emptionis de substantia qua.*
3 *Dictio,* vltra, *vtrumque includit.*
4 *Contractuum natura est, vt actiuè, & passiuè transeant in hæredes.*
5 *In Contractibus ab initio, quæ sunt voluntatis, ex post necessitatis efficiantur.*
6 *Periculum rei emptæ perfecto contractu spectat ad emptorem.*
7 *Liuellus ratione capitalis, & non fundi, quando soluatur.*
8 *Emphyteusis transit ad extraneos, quando canon correspondet fructibus. Declara vt, n.*9. *Ad extraneos transit volente Ecclesia, num.*10.
11 *Appellans comparendo coram iudice, à quo appellauit, appellationi cedit.*

OBSERVATIO LXIV.

1. PARTIVM à denominatione contractus naturam assumunt, quia tales præsumuntur, quales à contrahentibus nuncupantur, nisi aliud resistat, *l.Si quis fundi* 4. *in fin.princ.ff. de Legat.*1 *l.Labeo* 7.*paulo ante fin. ff. de Supellect. leg.* Menoch. *de præsumpt.* 105. *num.*1.*lib.*3. Cyriac.*controu.*145.*num.*44. *& controu.*486.*num.*20. Ludouis.*decis.*267.*n.*2. Fulgin. *de Emphyt.in prælud. q.*15.*num.*2. latè Altograd. *cons.*17. *num.*36. *& seq. lib.*1. *& cons.*90.*num.*61. *lib.*2. Mart.Venturin.*cons.*15.*num.*11.Merlin.*decis.*161.*num.*2.Sperell.*decis.*177. *num.*40. *& seq.* Surd.*decis.*322. *num.*13. *& decis.*326.*num* 8. Ferentill.ad Buratt.*decis.*640.*sub num.*25.*vers.secus quando,* Rota *in Romana Palatij* 15. *Iunij* 1662. *num.*3.*coram R.P.D.Beuilaqua.* Vnde cum contractus inter Costam, & Righellum celebratus emptio nuncupetur in processu currenti *fol.*58. atque illius stipulatione res, pretium, & con-
2. sensus requisita ad substantiam emptionis intercesserint, Doctores *in l.Venditionibus* 9. *C. de contrah.empt. & vend.* Ioan.Franc.Andr. *controu.* 189.*num.*2.Altograd.*cons.*10.*num.*8.*lib.*1. Buratt. *decis.*898.*num.*6.cum ibi plena manu notatis per Ferentill.*num.*9.Merlin.*decis.*567. *num.*1. *& seq.*

Quæ quidem solutio pretij partim cessit in satisfactionem venditoris, pro residuo autem in maiori quantitate in obligationem erga Capitulum Cathedralis, ibi, *pretio scutorum* 750. *à libris sex, vltra tamen Capitale obligationis Capituli, quod remanet penes ipsam emptricem;* si qui-
3. dem illa dictio, *vltra*, operatur vt vtrumque eodem iure pretij debeatur, *Cap. Raynutius*, vbi glos.& Doctores *de testam.* Bero.*cons.*204. *n.*44. *lib.*2. vbi quod dictio prædicta stet inclusiuè vnius ad alterum,Socin. Iun.*cons.*107.*n.*8. *lib.*3. vbi quod natura dictionis, *vltra*, sit repetere,& implicare easdem qualitates, *& cons.*144. *n.*36. 54. *&* 58. *eod.volum.*Quod repetit,& latè prosequitur Surd. *decis.*285.*num.*9.*seq. ac per totam,* Gratian.*discept.*116.*num.*41. Peregr.*cons.*77. *sub n.*14. *vers.quibus accedit, lib.*5. vbi quod dictio, *vltra*, repetat, includat, & addat, Ioan. Baptista Cost. *cons.*66. *num.*4.Rota *in Mutinen. dotis* 16. *Ianuarij* 1641. §. *præterea valde, coram Eminentiss. Panzirolo*, nunc impressa *decis.*131. *num.*1. *part.*9. *tom.*1. *recent. & decis.*44. *num.*2. *& seq. ead. par. & in Vrbeuetana legati* 5. *Aprilis* 1647. §.*duo autem,coram R.P.D.Bichio, & in Bononien. fideicom.* 14.*Maij* 1655.*num.*2. *coram Reuerend. Cerro, & in Bononien. legat.*22.*Martij* 1662.*n.*1. *coram R.P.D.Albergato.*

Firmato igitur per prædicta ex facie instrumenti resultantia nos versari in contractu præciso venditionis, duo exinde necessariò sequuntur; Alterum quod transeat ad quoscumque hæredes, etiamsi de illis mentio expressa 4.
facta non fuisset, *l.Si pactum* 9. *ff. de probation.* Doctores, *in l.*2. *C. de pact. int. empt. & vend.* latè Surd. *decis.*322. *num.*37. *&* 38. Cyriac. *controuers.*160. *num.*52. Mart. Ventur. *cons.*14. *num.* 62. quippe quoniam in contractibus ab initio, quæ sunt voluntatis, ex post necessita- 5.
tis efficiantur, *l. Titius* 5. *C. de act. & obligat.* Seraph. *decis.*427. *num.* 1. Mart. Ventur. *cons.* 14. *num.*23. Leoncill. *decis. Ferrar.*7. *num.*13. Barbos. *Axiomat.* 57. *num.*30. Alterum quod post acquisitionem factam ab emptrice, quicquid circa rem emptam accidit, incommodo ipsius emptricis cedere habeat, §. *Cum autem,* 6.
instit. de Empt. & vend. l.id quod 7. *& l.seq. in princ. ff. de pericul. & commod. rei vend.* Gabr. *cons.*64. *num.*13. *& seq. lib.*1. Cyriac. *controuers.*259. *num.* 25. Mart. Ventur. *cons.* 33. *numer.*82. Surd. *decis.*326. *num.*1. Antonin. de Amat. *resolut.*95. *num.*19. Ioan. Baptista Antonell. *cons.* 94. *num.* 13. Altograd. *cons.*90. *numer.*30. *lib.*1. Sperell. *decis.* 119. *num.*17. *&* 41. *& decis.* 171. *num.* 40. Caren. *resolut.*118. *num.* 3. Quandoquidem venditor, & loco illius Capitulum non nisi ius consequendi residuum pretij, & interim exigendi liuellum in ratione quinque pro centum habere censentur.

Maximè cum inter partes non controuertatur, quin ab initio Emphyteuta, seu liuellarius receptis ab Ecclesia scutis ter mille biscentum quinquaginta supposita ipsius proprietate ad solutionem quinque pro centum se obligauerit, in tantum quod liuellus habita ratione capitalis 7.
soluti in primo contractu per Boldinum Righello, & in posteriori contractu Costæ dimisso per Capitulum exigatur, non autem ratione fundi, vt dicebam submissi, Afflict. *decis.*80. *sub num.*8.*vers. sed in secundo casu,* vbi Vrsil. *sub n.*7. *vers. quidam est alius contractus,* Manent.*de contract.liuell.q.*1.*pact.*4 *num.*17.*& seq.& pact.*5.*n.*5. Matt.*cons.*126. *num.*25.*ac per totum,* Bardellon. *cons.*64. *num.*1.Leotard.*de Vsur. quæst.*89.*num.*3. Cum ergo in facti specie etiam à D. Costa non ratione fundi alicuius nisi pro liuello suppositi loco residui pretij canon exigatur; consequens fit, vt quicquid in proprietate, aut fructibus citra culpam venditoris contingat, adhuc Capitulum ex suo capitali dimisso apud eundem Costam quinque in singula centum iure merito consequatur.

Superius dictis sic se habentibus ratio dubitandi ex pluribus submouetur, & primo, quia

nemini dubium est quin contractus huiusmodi tanquam emptionis contemplatus ad extraneos non transeat, vt dixi *sup.* §. *firmato igitur.* Secundo, quia canon correspondet fructibus portionis rei liuello suppositæ dum in ratione quinque pro centenario liuellus regulatur, ne scilicet quis rem, & pretium eodem tempore, retineat, contra æquitatem *l.Curabit 5.C.de act. empt.* quando autem canon correspondet fructi-
8. bus, dubium non remanet quin res liuello supposita etiam ad extraneos transeat, Rol.*cons.96. n.26.& 27. lib.1.*Buratt. *decis.334.n.4.* vbi alios recenset Rota *in d. Romana Palatij 15. Iunij 1662.n.1.& 4.coram R.P.D.Beuilaqua,*Surd.*dec.198.n.3,*vbi Hodiern.*n.6.*declarat id non proce-
9. dere quando pensio correspondens fructibus in recognitionem directi dominij soluitur, quod vtique huic casui non applicatur, ex quo liuellus pro residuo pretij tantum erogatur, Beltram. ad Ludouis. *decis.529.n.21.* Caren.*resol.152.n.7.* Fulgin.*de Emphyt.in prælud.q.15.sub n.4.vers.aut præstatur magna pensio, & n.10. & tit. de contract. Emphyt.q.1.sub n.14. limit.*8. tandem quia quod res ab Ecclesia qualitercumque recognita extraneos hæredes non admittat, ipsius fauore in-
10. ductum, vt si ipsa velit nil prohibet, quo minus etiam extranei admittantur, ad tradita per nos *allegat.27.n.26. & allegat.32. n.12.lib.2.* Ex quibus secunda dubitatio per Illustriss. DD. Iudices delegatos excitata remanet sublata.

Resoluta ordine inuerso secunda parte dubiorum ad primam redeundo dicimus, quod cum Reuerend. Iudex causam retinendam pronuntiauerit sub die 17. Iunij 1659. in processu currenti *fol.*138. ab eaque pars Sammarca appellationem interposuerit, & deinceps Illustriss. ac Reuerend. Antistitem suppliciter exorauerit, quatenus causa in meritis ab eodem Reuerend. Vicario cum altero iudice cognosceretur, ad quem effectum Dominus Senator Zanaccus deputatus apparet, ex quibus non dubitatur quin appellationi renuntiatum censeatur; quia appel-
11. lator comparendo coram iudice, à quo appellauit in eadem causa tacitè appellationi renuntiat, Barz. *decis.154.n.12.* cum adductis per Scac. *de appellat.q.17.limit.2.n.14.* & per Gallarat. *de renuntiat.173.n.31. cent.2.* cum adductis per Rot. coram Eminentiss. Otthobono *decis.228.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Subhastationes non præsumuntur vbi de eis in actis non constat. Per acta, & non per testes probari debent, n.2. Contrarium qui tenent, n.3. Quorum opinio quatenus procedat, n.4. Vt probentur per testes de visu, auditu, & relato tenore deponere debent, n.6.*

5 *Testis de auditu non probat.*

7 *Fructus percepti ex re nulliter subhastata cedunt in sortem.*

Observatio LXV.

Prætensis subhastatione, vel adiudicatione proprietatis controuersæ ob assertam solutionem factam Curionæ anteriori Dominus Milanus iuuari aduersus Ionam Hebræum non poterat, cum de prædictis non liqueret, quæ tamen cum in facto consi-
stant non præsumuntur, sed debent particulariter probari, Munoz. *de ratiocin. administr. cap. 16. num.34. in fin.* Mangil. *de subhast. q.188. num.2. & 4.* Post. *in simil. tract. inspect.67. n.1. & 3.* Nig. *in tract. eod. cap.14. n.1.* 1.

Quæ quidem adiudicationis probatio per acta, & scripturas, non autem per testes regulariter fieri debet, Mangil. *de subhast. q.2. in princ.* 2. *nono requisito, & q.22. num.1. & seq.* Post. *eod. tract. inspect.67. n.4.* & Rot. *post tract. decis.14. n.4. & decis.143. num.5. par.2. diuers.* Ger. Spin. *cons.23. n.13.23. & 24.* Gratian. *discept.103. n.18.*

Contrarium, quod nimirum etiam per testes subhastatio, & deliberatio probari valeant, sustinere contendit ex pluribus Niger *de subhast.* 3. *cap.13. num.9. seq. ac per totum*, Cuius opinio ita demum procederet, si de amissione actorum appareret, Rota *d. decis.143. num.10. par.2. diuers.* 4. Gratian. *d. discept.503. n.20.* Nig *de subhast. d. cap. 13. n.14.* Mangil. *eod. tract. q.200. n.13.* Post. *in simili tract. d. inspect.67. n.60.*

Sicuti ergo nec deductum extitit acta subhastationis fuisse deperdita, ita neque testes ad probandam adiudicationem illam probant; maximè, quia vnus ex ipsis de auditu à principali 5. deponit, cui propterea nulla fides adhibetur, *Cap. Licet ex quadam, extr. de testib.* Farinac. *q.69. num.85.* Cyriac. *controu.150. n.62. & controu.250. num.9.* Andr. Censal. *decis.29. num.46. & seq. & decis.59. num.9. & 10.* Rot. *in Meleuitana redditionis rationis 4. Februarij 1654. §. nec releuat, coram Reuerend. Dunozetto.* Cum tamen vt per testes subhastatio probetur, necesse sit, quod de visu, & auditu relato tenore adiudicationis de- 6. ponant, Felin. *in cap. Sicut, num.10. extra de Re iudic.* Munoz. *de ratiocin. admin. d. cap.16. sub num.36. vers. ego tamen intelligo,* Mangil. *de subhast. quæst.148. num.3.* Post. *eod. tract. d. inspect. 67. num.27. 28. & 29.* Cæphal. *cons.170. n.2. & seq.* Nig. *de subhast. d. cap.13. num.23.* Quod vtique testes pro Milano examinati tantum abest, quod sufficienter præstiterint, quod imò nec præstare poterant, ex quo subhastatio effectum non habuit, minúsve ad instrumentum adiudicationis deuentum fuit, vt sub die 17. Nouemb. 1638. in iudicio Milanus ipse conqueritur in processu, *fol.64.*

Cumque Milanus in possessionem bonorum absque iuridica adiudicatione se de facto intruserit, consequens ideo fit, vt fructus ab inde perceptos in extinctionem eius crediti ex- 7. computare obstringatur, Rot. *decis.725. num.11. part.2. & decis.749. num.8. par.4. recent.* & coram Buratt. *decis. 160. num.11. & decis. 240. num.2.* Post. *de subhastat. inspect. 55. num.63.* Mangil. *de subhast. quæst.62. num.9. & seq.* Boër. *decis.45. num.11.* Nig. *de subhast. cap.3. num.34.* Quo stante cum ex fructibus per eum perceptis Milanus fuerit reintegratus, ideo non potest vlterius anterioritate ipsius Curionæ iuuari, maximè cum ad illius manus non nisi Ducatoni sexdecim ex depositatis per Milanum peruenerint.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Transactio ex solo recessu à lite sustinetur. Declara vt, num.2. & num.3. Contrarium qui sustineant, num.4.*
5 *Census sine pecunia nulliter constituitur.*
6 *Nullitas euidens manutentionem impedit.*
7 *Numeratio pecuniæ aliunde quam ex Instrumento census probari potest.*

OBSERVATIO LXVI.

TRANSACTIO in gratiam Palmæ subsistens prætendebatur sub prætextu, quod euidentissima census nullitas principalis causa transigendi amplius attendi non deberet, sed in consideratione dumtaxat habenda esset contentio superinde in Iudicio deducta,
1. etiam si iuridica non præexisteret, cum recessus à lite etiam de facto mota pro validitate transactionis sufficiat, *l.2.* vbi gloss. *in verb. Nulla, C. de transaction.* Ossasc. *decis.91. num.23.* cum adductis per Redenasc. *consi.48. num. 29. & 30.*

Huic namque fundamento dupliciter replica-
2. batur, & primo illud non procedere, quoties de lite euidenter, seu manifeste calumniosa constat, *l. In summa 65. §.1. ff. de condict. indeb.* Bec. *consil.109. num.19. & 20.* Cyriac. *controu.3. num.36.* Caren. *resol.204. num. 10.* Beltram. ad Ludouis. *decis.149. num.7.* Redenasc. *dict. cons.48. num.38.* Surd. *cons.451. num.51. in fin. & seq.* Merlin. *decis.163. num.7. & 8. & decis.490. num.2. & seq. & decis.621. num.19. & seq.*

Deinde quia apertissimum præexistebat Communitatem erga Palmam inspecta euidenti census nullitate ad nihilum teneri, si quidem census super credito constitutus non subsistit, vt firmatum fuit *obseruatione....* quam ob euidentiam articuli non habentis probabilem controuersiam
3. euidens quoque eiusdem transactionis nullitas resultabat, & calumnia euidentior comprobabatur, *l. Præses 12. C. de transact.* cum Iuribus cumulatis per Cyriac. *controu. 3. num.2. & controuers.128. num. 12. & controu. 182. num.80. & controuers. 237. num. 4. & 5.* vbi & transactionem, & præcedentes sententias super Iure claro emanatas irritas omnino renuntiat, Merlin. *dict. decis.490. num. 2.* neque ab hac opinione receden-
4 dum dicebatur, ex quo contrariam sustinere contendat, Gratian. *disceptat.861. num.8. & seq.* cum enim singulariter reprobat, Ioann. Franc. Andr. *controu. 246. num. 16. & 17.* late Altograd. *consil. 104. num.35. & seq.53. & seq. lib. 2.* Rot. post Cenc. *de Cens. decis. 223. num.1. & in Romana transactionis 1. Aprilis 1658. §. dubitari, coram R. P. D. Meltio,* nunc impressa apud nos in addit. ad Castill. *de alim. decis.126.*

Nullitas vero census ex non numerata in actu
5. illius constitutionis pecunia deducebatur, quo casu emissa protestatio creandi censum iuxta formam constitutionis Pianæ pro illius validitate non suffragatur, Cenc. *de Cens. quæst.61. n.5. & post tract. decis.561. num.3. & seq.* vbi ex prædicta protestatione eo magis censum de nullitate redarguit, Leotard. *de Vsur. quæst.62. num.37.* Rot. *in Romana census 28. Aprilis 1653. §. non obstat, coram Reuerendiss. Cerro,* subdens sanari nullitatem huiusmodi per Summum Pontificem.

In tantum quod ob euidentiam nullitatis Census ex defectu numerationis pecuniæ resultantem, nec manutentio in quasi possessione exigendi census Palmæ aduersus Communitatem in iudicio confiscationis concedi poterat, & concessa nihil prorsus operatur, aut Ius, seu causam transigendi præbuit; quia euidens nullitas 6.
census manutentionem iure ipso impediebat, Ludouis. *decis. 425. num.3. & 4.* Cenc. *de Cens. q.82. num.8. & 9. & quæst. 91. num. 21. in fin.* Post. *de manut. obseruat. 62. num. 12.* nullitas autem euidentior census excogitari non poterat, dum illius constitutio super credito numerationem excludebat, adeo vt nec aliunde numeratio probari po- 7.
tuisset, quemadmodum regulariter fieri posse comprobant, Cenc. *de Cens. q.51. numer. 24.* & Rot. *post tract. decis.133. num.11.* Leotard. *de Vsur. q.60. num. 58.*

SVMMARIVM.

1 *Prælegata ante hæredis institutionem facta non veniunt in fideicommisso. Amplia vt num.2. & num. 3. & num. 5. contrarium quando, num. 4.*
6 *Feuda ex consuetudine alienabilia fideicommisso vinculari nequeunt. Per vltimam voluntatem alienari possunt, num.7. Declara vt, num.8.*
9 *Funeris expensæ de fideicommisso detrahuntur. Contra, num.10. Sed prima opinio verior, num.11. & num.12.*
13 *Litis expensæ in fideicommisso detrahuntur.*
14 *Æs alienum, dotes, legitima, & Trebellianica detrahuntur de fideicommisso.*
15 *Hæres adeundo hæreditatem defuncti videtur confirmasse alienationes per eum factas. Declara vt, num.17.*
16 *Scientia in præiudicialibus ab allegante probanda est.*
18 *Filij in dote materna, dum mater viuit, nullum Ius habent.*
19 *Vocatio facta de filiis, & suis intelligitur facta per vulgarem, & non per fideicommissariam.*
20 *Fideicommissum etiam non agnitum transmittitur. Pure relictum transmittitur, num.22. Amplia vt, num.23. Declara vt, num.24. & num.26.*
21 *Fideicommissi purificati per aduentum conditionis, ac puri, idem est iudicium.*
25 *Restitutionis in integrum beneficium ad adeundum, vel agnoscendum transmittitur, etiam non data scientia.*
27 *Filiis, & descendentibus vocatis ordine successiuo admittuntur.*
28 *Repræsentationis Ius in quibus locum non habeat.*
29 *Clausula,* in stirpes, *quid operetur, & numer. 30.*

OBSERVATIO LXVII.

PRÆLEGATA ante Hæredis institutionem facta in omnibus aliis bonis relicta diuersis personis ab hærede vniuersali non venire in fideicommisso, præter adductos 1.
in

in Collegio Patauino, comprobant, Menoch. *consil.*147. *num.*50. Thesaur. *quæst.forens.*17.*num.*14. *lib.*1. Gratian. *discept.*404. *num.*16. Fusar. *de substitut.quæst.*650.*num.*24. Hodiern.ad Surd.*dec.*269. *num.*2. Rota *decis.*418. *num.* 10. *& decis.* 421. *numer.*25. *& seq.part.*5. *tom.*2. *recent.* vbi ad vniuersale vocati fuerunt omnes descendentes, ad particulare autem solùm primogeniti descendentium, & *in Bononien. fideicommissi, seu Domus* 10. *Decembris* 1646. *coram R.P.D.Bichio*, §. *quo vero*, & *in Auenionen. Saluiani* 10. *Iunij* 1651. *num.* 1. *coram eodem Bichio*, nunc impressa apud nos post annotationes ad Castill. *de aliment. decis.*58. & *in Vrbinaten.Pradij* 12.*Iunij* 1654. *coram eodem*, §. *non obstat quod, vers. secus*, impressa in eisdem *decis.*96. *& in Romana census, seu Saluiani* 25. *Maij* 1657. §. *nec turbat, coram Reuerendiss. Cerro Decano*.

Ampliatur præcedens conclusio, etiamsi clausula, *in omnibus aliis bonis*, institutioni adiecta, in substitutionibus repetita non existeret, quoniã ad
2. effectum prædictũ sufficit, quod prælegatum, seu particulare fideicommissum ad vnam dumtaxat hæreditatis proprietatẽ restringatur, quodque fideicõmissum particulare ad fauorem vnius personæ, & vniuersale ad fauorem alterius emanauerit, Cæphal. *consil.*259. *num.*15. *&* 16. cum cæteris apud Rot. *decis.*421. *num.*26.*& seq. part.*5. *tom.*2. *recent.* vbi ex professo reprobat Honded. *cons.*71. *num.*44. *lib.*1. contrarium tenentem, *& in dicta Bononiens. fideicõmissi, seu Domus* 10. *Decemb.*1646. *coram R.P.D. Bichio*, §. *quo vero*, & *in dicta Vrbinat. pradij* 12. *Iunij* 1654. §. *non obstat, coram eodem*, vbi declarat in quibus terminis procedat, *decis.*210. *num.* 10.*& seq.part.*6. *recent. & in dicta Romana Census* 25. *Maij* 1657. §. *nec turbat, coram Reuerendissimo Cerro Decano*.

3. Verumtamen in præmissis cessar omnis amaritudo, quippè quoniam in qualibet substitutione prælegatum excipitur, ideoque in fideicommisso vniuersali non comprehenditur, Honded. *dicto consil.*71. *num.* 44. *lib.* 1. Fusar. *de substitut. quæst.*650.*num.*31. Thesaur. *quæst.forens.*17. *num.*14. *in fin.lib.*1. Caren. *resolut.*120. *num.*10.11. *&* 12. Fusar. *cons.*44. *num.*8. *&* 9. *& consil.*82. *num.*13. *&* 14. *& in dicta Romana Census, seu Saluiani* 25. *Maij* 1657. §. *nec turbat, coram Reuerendissimo Cerro Decano*.

Sicque concurrentibus *superius* dictis, nimirum clausula, *in aliis*, diuersitate personarum, restitutione fideicommissi particularis ad aliquam rem, & repetitione eiusdem clausulæ, *in aliis*, in substitutionibus conclusio mox firmata nullam prorsus inuoluit ambiguitatem, quicquid esset extra terminos huiusmodi circumstantiarum, tunc
4. enim quando scilicet prælegatum fit hæredi instituto eo non excepto, à substitutione contrarium procederet, Fusar. *dicta quæst.* 650. *num.*18. *& seq.* Altogr. *cons.*45. *num.* 31. *lib.*1. Cyriac. *controu.* 204. *numer.*113. *& seqq.* Redenasc. *consil.*9. *n.*155. Peregrin. *de fideicommiss.art.*7.*n.*31.

Cùm igitur primogenitura pro masculis tantùm prælegata, in eaque substitutione facta de masculis extincta remanserit per obitum Francisci Mariæ, tanquam vltimi ex vocatis ad primo-
5. genituram; consequens ideò fit, vt bona primogenituræ subiecta vlteriùs restitui non debeant, vti à fideicommisso vniuersali penitùs separata, ad textum, *in l.Lucius*, 78. §. *de pluribus, ff. ad Trebell.* Menoch. *præsumpt.*194. *num.*37.*lib.*4. Peregr. *de fideicommiss. art.*7. *num.*30. Fusar. *cons.*85. *à n.*6. *ad fin.* Vltra quod cum proprietas prælegata pro dote Dominæ Comitissæ de Petrozanis ex processibus euicta appareat, superfluè circa istud controuertitur.

Bona pariter feudalia, tam Curiæ Podij, quàm Episcopatus in restitutione fideicommissi prætensa per Aduersarios non comprehenduntur, siuè quia vti ex consuetudine, & pacto alienabilia inalienabilitatis nexu vinculari nequeunt, Manent. *de contract. liuell. quæst.*1. *part.*7. *numero* 16. Bardellon. *consil.*93. *num.*73. Cyriac. *controu.* 145. *num.* 21. siuè quia fideicommissa superindè, de facto constituta non impediunt, quo minus remaneant in pristina libertate alienandi, iuxta alteram consuetudinem sæpius iudicialiter comprobatam in Tribunalibus huius Patriæ, de quã, post alios, testantur Manent. *cons.*106. *num.*34.*& per tot.* Mart. *cons.*192. *num.*13. *&* 14. Cyriac. *controuers.* 324. *num.*22. *& seq.* resque in hac materia pluries iudicatæ infinitos cumulant, Adden. ad Molin. *de primogenit. Hispan.lib.*2.*cap.*10.*num.*71. *&* 72. Latrea *allegat. Fiscal.* 46. *num.*26. Ludouic. Bell. *consil.*2. *num.*4. *& seq.*7. *&* 8. *&* 31. vbi quod in fideicommisso super feudis ad instar allodialium procedat tantum ab intestato, secus facta dispositione inter viuos, vel per testamentum, Rota *decis.*265. *num.*9. *part.*4. *recent. & decis.*80. *& decis.*120. *part.*4. *tom.*2. *recent.* & *in Rauennaten. Emphyt.*14. *Iunij* 1627. *coram. R.P.D. Pirouano*, §. *obiectum, in fine*, & latiùs in hac causa comprobaui *allegat.*15. *n.*37. *& seqq. lib.*2. 6.

Prædictis neque obesset feuda Mantuæ esse quidem alienabilia, ac de illis disponi posse per actus inter viuos, secus verò per vltimam voluntatem, vt dicebam in hac causa *allegat.*13. *num.*2. *lib.*2. si quidem in præcitata, seu præsenti causa inspecta horum feudorum peculiari qualitate de eis dispositiones in vltima voluntate æque, ac in actibus inter viuos sustinentur in decisione Senatus edita in hac eadem causa, §. *additur secundo*. 7.

Cuius quidem resolutionis fundamenta contrariis longè consistentibus, dum impugnarem, *allegat.* 15. *per totam lib.* 2. superuenit transactio inter easdem partes, adeo vt in suo robore rationes tunc à nobis adductæ remanserint, nuncque magis consolidatæ deduci possunt.

Nec pactum cuiuscumque distractus prohibitiuum in modernis renouationibus, quoad feudalia Episcopatus centum abhinc annis irreptum quicquam obsistit; nam si suum operaretur effectum fideicommissum, quo pars aduersa nititur à Cæsare primo super feudis præter, & contra ordinem inuestituræ ordinatum corrueret, iuxta celebre Senatus Consultum istius amplissimi Ordinis apud Surd. *decis.* 343. *num.* 9. *ac per totam*, quod ineptè per informantes in hac causa pro Marchionissa Catharina apparet deductum, §. *prædictis additur*, vt in altera decisione Senatoria, quæ in hac parte datur, in cuius intelligentia in tenebris pariter ambulasse, Cyriac. *controu.*324. *num.*7. suadetur, quatenùs credidit super feudis fideicommissa in præiudicium proximiorum fauore remotiorum ex mente Senatus constitui posse, cum Tribunal istud de directo contrarium sustinuerit, ex congestis non sine proportionata admiratione per nos *allegat.* 15. *numero* 10. 15. *& per tot. lib.*2. 8.

Hinc principalis nostra habet, vnde innumerabiles

biles Deo Optimo Maximo reddat gratias, quod super tot grauaminibus sibi alias illatis iterum contendatur, cum aduersaria maximè, cuius vir eques integerrimus in aliorum causis iniustitias reparare assuetus in hac propria, seu vxoris detestabitur, abhorrebit, & ab incepto desistet.

9. Ex residuo bonorum detractiones hæredi grauato competentes in gratiam Marchionissæ de Spoluerinis cedunt, primò expensæ funerum, infirmitatis, pro leuandis Iuribus, & confectione inuentarij, *l. Papinianus*, 8. §. 4. *ff. de inoffic. testam.* Ludouis. *decis.* 421. *num.* 1. *& seq.* quæ est *decis.* 259. *part.* 2. *recent.* alias cumulaui, *allegat.* 84. *num.* 10. *lib.* 3. Censal. ad Peregrin. *de fideicommiss. art.* 50. *fol.* 505. *vers.* 3. *obserua*, Ripol. *var. resolut. cap.* 10. *num.* 179. *&* 180. Gabr. *consil.* 95. *num.* 4. *lib.* 2. Rota *in Romana de Mellinis* 15. *Ianuar.* 1644. *coram Reuerendissimo D. Cerro*, §. *quo vero ad detractiones.*

10. In hac tamen causa Senatus noster à prædicta opinione singulariter recessit fretus doctrina, & ratione adducta per Peregrin. *consil.* 38. *sub num.* 17. *lib.* 4. quæ more Veneto recepta videtur, ex eadem *decis. Patauina* 47. *num.* 1. Fusar. *de substitut. quæst.* 670. *num.* 3. vbi quod in magnatibus expensæ funerum ex mobilibus factæ præsumantur. Cui quidem sententiæ Rota non immemor contrarium toties sustinuisse, noluit vnquam adhærere, quin potius opinionem prædictam vti ancipitem, atque indecisam retulit, *decis.* 399. *num.* 18. *par.* 5. *& decis.* 243. *num.* 5. *part.* 7. *recent.*

11. Quam sanè memoriam si retinuisset Senatus Excellentissimus Mantuæ in prædictam opinionem certè non descendisset, tanquam de directo

12. contrariam ei, quam in causa simili de Amorotis, seu Andreasiis censuit, coram Surd. *decis.* 343. *n.* 16. ac in aliis in facto indicatis.

Eoque magis, quia mobilia in casu nostro in causam legitimæ ex mandato Testatoris cedere debebant, vt admittit Decisio istius amplissimi Ordinis, §. *quibus non fuit*, sicque non nisi de propriis onera superius exarata obire potuerunt, vt non immeritò Senatus vim motiui apertè intellexerit; in eius tamen confutatione plurimum se inuoluit, ita vt sperandum veniat, ne Aduersariis quoque de Iuris prudentia eminenter instructis in hoc resolutio Supremi Tribunalis quadret, eandem rationem Principalis Nostra de hæreditate Fideicommittentis nunc reddere potest, quam hæredes ab obitu Testatoris immediatè reddidissent, allegando mobilia in computum legitimè accepto tulisse; stabilia verò adhuc extare, eaque propter pro sumptibus funerum se ipsam creditricem remanere, iuxtà doctrinam Peregr. & aliorum adductorum *suprà*, §. *in hac.*

13. Deindè ipsimet Marchionissæ de Spoluerinis tot litium sumptus erogatos in defensione bonorum, etiam si succubuerit Ius detrahendi competit. Peregrin. *de fideicommissis, art.* 50. *num.* 9. *&* 11. Fusar. *de substitut. dicta quæst.* 670. *num.* 6. 7. *&* 8. Ludouis. *decis.* 197. *num.* 4. *& seq.* cum adductis per Marescot. *var. resolut.* 109. *numer.* 4. *& seqq.* vbi quod nec fructus cum huiusmodi expensis computentur.

14. Tandem dotium, legitimæ, æris alieni, ac Trebellianicæ detractiones in eodem residuo Marchionissa de Spoluerinis consequi debet, Rota coram Ludouis. *dicta decis.* 421. *num.* 3. *& seqq. & decis.* 93. *num.* 4. *& seqq. & decis.* 399. *num.* 20. *& seq. part.* 5. *recent. & decis.* 243. *per tot. part.* 7. *recent.* dixi, *dicta allegat.* 84. *num.* 11. *& seqq. lib.* 3. quantumvis Testator quoad detractionem legitimæ, & Trebellianicæ hæredibus, & substitutis prohibitionem iniunxerit, omnique in casu fructus in detractiones compensari disposuit; si quidem isthæc inhibitio iuribus non subsistit, ex copiosè traditis per nos in hac causa *allegat.* 87. *per totam, lib.* 3. ac pluribus insuper exornauimus in causa de Grandis aduersus D. Comitem de Bonattis.

Lauræ de Guerreriis nurui Testatoris dotes assignatas in Curia Schiuenoliæ ad præiudicium etiam hæredum supponit Decisio Senatoria *in* §. *quo vero ad alias*; quia adeundo, & possidendo censentur assignationi acquieuisse, Peregr. *de fideicommissis, art.* 33. *num.* 8. *&* 9. cum ibi adductis per Senatum; omisso enim, quod ad hunc effectum in hæredibus scientia requiritur, & ab allegante in præiudicialibus probanda venit, *l. de his* 6. *ff. de transact.* Rota videnda, *decis.* 621. *num.* 1. 6. *ac per totam, part.* 1. *recent.* Cyriac. *controuers.* 289. *num.* 36. 37. *&* 38. *& controuers.* 451. *num.* 93. *&* 94. Fundamentum decisionis procederet, si res, seu proprietas pro dote irreuocabiliter assignata appareret. At cùm per Marchionem Iulium, quamvis iniustè fuerit euicta, ea propter in aliis bonis Ius detrahendi dotes reuiuiscit, *l. qui res*, 98. *in princip. ff. de solut.* Gratian. *discept. forens.* 3. *num.* 5. *& seqq. & discept.* 706. *numer.* 1. Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.* 47. *num.* 25. *&* 26. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 5. *quæst.* 14. *num.* 19. *& sequent.*

Vltra quod obiectum decisionis forsan militaret, si assignatio Guerreriæ creditrici facta appareret, non in emanata, seu adiudicata filiis, ac eorum descendentibus tanquam debitoribus dotis erga Guerreriam, cui propterea præiudicium aliquod non fecerunt; si quidem dum Mater, aut Auia viuet filij, ac respectiuè nepotes in dote, & in bonis ipsius nullum Ius obtinent, Gloss. magna *in l.* 1. *circa med. ff. de inoffic. testam.* Surd. *dec.* 279. *num.* 12. Merlin. *decis.* 776. *num.* 16. *&* 17.

Reliquias demum dotis nimirùm Marchionissæ de Spoluerinis ex illius persona sibi constituendas, & tanquam hæredi grauatæ restituendas Senatus dextera manu in bonis Susani, Palatio Mantuæ, & Curia Tiresij reseruauit *in Decisione Senatoria*, §. *fin.* quæ in calce præsentis imprimitur. Sinistra deinceps eandem in Curia Susani, & Palatio Mantuæ erga Marchionem Iulium Gonzagam, & in Prædio Tiresij erga Comitissam Petrozanam grauauit, iuxtà res iudicatas in processibus exhibitis registratas.

Factis insuper detractionibus in processu iudicatis, præter mox dictas Principali Nostræ competentibus, ad residuum Aduersarij pro sexta parte inutiliter aspirare videntur; in casu enim, qui euenit deficientiæ masculorum superstites fœminas de agnatione ipsius Testatoris vnà cum filiis, & descendentibus Rizzardæ Fideicommittentis filiæ ad successionem, vbi ipsa non superuixisset proportionabiliter inuitauit, non quidem simultaneè, aut per fideicommissariam, sed disiunctim, atque per vulgarem; adeo vt per existentiam Marchionis Pompeij de Strozza filij Rizzardæ descendentes ab ea excluderentur, *l. cum ità*, 33. §. *in fideicommisso, ff. de legat.* 2. Fusar. *consil.* 87. *n.* 2. *&* 9. *& de substitut. quæst.* 320. *n.* 20. *& quæst.* 476. *num.* 11. Surd. *decis.* 346. *sub num.* 17. 18. *&* 19. & ibi Hodiern. Peregr. *de fideicomm. art.* 18. *n.* 23. Merlin. *decis.* 107. *n.* 2. Rota *decis.* 357. *n.* 2. 3. *&* 4. *part.* 1. *recent.*

In

In personam ergo Marchionis Pompeij cum
20. purificatum extiterit fideicommissum; ideo illud etiam non agnitum ad eius filios transmisit, *l.à Testatore*, 108. *ff. de condit. & demonstrat.* Roland. à Valle *consil.* 46. *num.*4. *lib.*3. Fusar. *de substitut. quæst.*487. *num.* 1. *& seqq. ac per totam*, Cyriac. *controu.*47. *num.*9. Mart. Medic. *ad decis. Senens. examinat.*2. *num.*12. & 13. Peregrin. *de fideic. art.*22. *num.* 5. Buccafer. *consil.* 34. *sub numer.*22. *vers. secundo ille*, ibi, *oportet supponere eius conditionem purificatam fuisse*, & apertiùs *consil.*43. *numer.*12. *&* 13. Noal. *de transmiss. cas.*1. *num.*58. Redenasc. *consil.*82. *num.* 16. optima, ac duplici id comprobant ratione præcitati Doctores: altera per argumentum, quod si decedente Fideicommissario ante aduentum conditionis, vel diei, & ita antequam veniat casus fideicommissi ipsum fideicommissum non transmittitur, ergo decedente Fideicommissario postquam euenit casus locus fit transmissioni; altera quia purificati per aduen-
21. tum conditionis fideicommissi, ac puri idem habetur iudicium, Curt. iun. *consil.* 16. *sub num.* 8. *prope finem*, ibi, *& fideicommissum est purum, vel purificatum, quod idem est.* Atqui fideicommissum
22. purè relictum à die obitus Testatoris transmittitur, *l. cum filiusfamilias*, 11. *ff. de legat.*1. Guido Pap. *consil.*122. *num.*4. *&* 5. alios copiosè refert Noal. *de transmiss. cas.*2. *num.*14. *& seq.* Fusar. *de substitut. quæst.*487. *num.*1. *& seq.* ergo, & conditionale impleta iam conditione.

Transmisit, inquam, etiam si non habuisset
23. scientiam fideicommissi, quod etiam per ignorantem transmittitur, *l. vltim.* vbi notat Coin. *C. quand. dies legat.* ad Zanch. *in l. hæredes mei*, 57. *§. cum ita*, *n.*161. *ff. ad Trebell.* Fusar. *de subst. q.*487. *num.*3.

Fortius autem in præsenti casu mox dicta sibi locum vindicant, ex quo versamur in fideicommisso nullum prorsus habente onus annexum, & non nisi vtilitatem afferente; adeo vt tanto magis transmissio illius intret, quicquid esset, si fideicommissum onus aliquod non contineret; quo
24. casu fideicommissum, nec agnitum præsumitur à Fideicommissario, nisi constet habuisse scientiam fideicommissi, Alexand. *consil.*24. *num.*11. *& seq. lib.*3. Præt. *de interpret. vltim. volunt. fol.*371. *num.*4. Fusar. *de substitut. quæst.*486. *num.*3.

Cæterum omisso quod Marchio Pompeius scientiam fideicommissi ad eum delati habuerit, vt constat ex fide in actis producta, & testibus superindè examinatis, omnis ex eo tollitur amaritudo; tum quia cum intra annum à die delationis fideicommissi obierit, in eius filios, tunc infantes,
25. & pupillos, si non Ius deliberandi, saltem petendi in integrum restitutionem ad deliberandum transtulit, Curt. iun. *consil.*16. *num.*8. *in fin. & num.*9. Noal. *de transmiss. cas.*8. *num* 121. Vnde cum eius filij transigendo super huiusmodi fideicommisso deliberauerint, ac Ius in eos transmissum agnouerint, cessat propterea in præmissis quælibet ambiguitas; tum quia cum Marchionissa Anna Ma-
26. ria fratris hæreditatem, simulque fideicommissum pro eius portione agnouerit, eo magis transmissioni factus est locus, Curt. iun. *dicto consil.* 16. *num.*8. *in fin.* & *num.* 9. cum adductis per Fusar. *de substit. dicta quæst.*487. *num.*4. *&* 5. Vltra quod agnitio fideicommissi facta per Marchionissam Annam Mariam aliis quoque confideicommissariis suffragatur.

Minus aduersarij Iure repræsentationis concursum cum Marchione Pompeio prætendere valent; non solum quia ex rationibus mox adductis cessat, quia nominatis prius filiis, & postea descendentibus ordine successiuo admittuntur, 27.
Buccafer. *consil.*102. *num.*10. *& seqq.* Verum etiam quia inspecta persona, tam Testatoris, quàm vltimo grauati sumus inter personas, in quibus Ius repræsentationis regulariter non procedit, Fusar. 28.
*de substit. quæst.*485. *num.* 23. Antograd. *consil.*67. *num.*1. *& seq. lib.*1. Rota *decis.*279. *num.*5. *& seq. part.*6. *recent.*

Tandem neque obsistit, quod in testamento Fideicommittentis clausula, *in stirpes*, & non in 29.
capita pluries repetita existat, quæ in substitutionibus operatur, vt filij Matris, seu Patris prædefuncti cum Patruo concurrant, Peregr. *consil.*54. *sub num.*13. *lib.*4. Mart. Ventur. *consil.*2. *num.*4. Fusar. *de substit. quæst.*485. *num.*45. Rota *decis.*216. *numer.*4. *part.*1. *recent.* Altograd. *consil.*58. *num.* 30. *lib.*1. omisso enim, quod in substitutione fœminarum huiusmodi clausula adiecta non apparet, quatenus subintelligeretur, nil aliud inferret, nisi quod filij Rizzardæ vnam stirpem repræsenta- 30.
rent, & tantum ipsi omnes superstites consequerentur, quantum vnaquæque fœmina post masculos relicta habere deberet, Bursat. *consil.*170. *numer.*27. 28. *& seq.* Peregr. *consil.*65. *sub num.*31. *versic. Respondeo clausulam*, *lib.* 1. cum adductis per Fusar. *de substitut. quæst.*485. *num.*116. *& consil.*12. *num.*22. *&* 23.

Super quibus habita per Marchionem Pallam Strotium matura consideratione plus auctoritati propriæ, quam Iuribus non tribuentem concordiam à nobis propositam magis expedire ipsemet decreuit, in cuius tractatu sicuti credimus in Iure æquiuocum aliquod non sumpsisse, ita certi sumus viri nobilis, ingenui, ac legalis partes eminenter adimpleuisse.

DECISIO

Excellentissimi Senatus Mantuæ.

Visum fuit Senatui post causæ collationem super articulis iam editis satis constare de bonorum iam D. Cæsaris Gonzagæ Fideicommittentis identitate non modo, quia D. Marchionissa Anna Maria Gonzaga de Spoluerinis sit hæres hæredis grauati, vt ex ipsismet actis deducitur; adeo vt ex Fusar. *de fideicom. quæst.*616. *num.*4. cum aliis, stante possessione Testatoris dici possit, quod præsumatur continuatio; verum ex traditis per Natt. *cons.* 235. *num.*15. vbi vult probari identitatem corporum prædiorum fideicommisso subiectorum, quando fuit illorum possessio apprehensa ab aliquo ex vocatis tanquam fideicommisso subiecta, & sunt sub cohærentiis in finibus, quibus sunt descripta in Inuentario, insuper ex diuisionibus filiorum, & aliorum descendentium, & aliis scripturis antiquis, quæ omnia in facto concurrunt vltra alia, post eundem Natt. *num. seqq.* Alb. *cons.*200. *n.*9. *cum seqq.* vbi quod per qualescumque probationes etiam per verba enuntiatiua Instrumentorum, & præcipuè diuisionum identitatem probari, concludit Marescot. *var. resol. part.*1. *cap.*12. *num.*39. 40. 41. *cum seqq.* & aliis, vbi quod ex præsumptionibus in antiquis fideicommissis ex enuntiatiua diuersorum Notariorum, etiam si Instrumenta sint in alios confecta, amplius ex nominum

minum conformitate identitate Curiarum, & Parochiæ, vbi bona existunt ad identitatem probandam sufficiunt, maximè nisi ostendatur in dictis locis aliæ res sub eisdem nominibus; cum rerum pluralitas non præsumatur, quę quidem identitas eo magis dicitur probata si bona per hæredem grauatum, & descendentes hæredis possessa reperiantur in loco, in quo apparet similiter Testatorem bona possedisse, & non constat de aliqua acquisitione hæredum, vel quod ea bona discordent in aliqua notabili qualitate à bonis in testamento descriptis, prout subdit idem Marescot. *n.* 49. & demum res videbatur in aperto ex sententia arbitrali, de qua in actis.

Qua probatione identitatis stante non esset retardanda immissio, quia tamen opponuntur detractiones, Senatus eas distinxit, primo quoad expensas funerum, & per istas dixit non esse retardandam, quia præsumuntur solutæ, vt dicit Peregrin. *cons.*38.*n.*17. vbi si grauatus sub conditione, & casus fideicommissi longè post occurrat, hæres grauatus per fideicommissum vniuersale de rebus consũptibilibus per vsum ipsius hæredis, aut natura sua nullam reddit rationem fideicommissario, & pro his Fideicommissario non est succursum, hæres propterea grauatus fideicommisso cõditionali talia non detrahit, & ideò impensæ illi necessario præsumuntur factæ ex istis bonis defuncti, & in facto cum agatur de Nobili Viro, & ex primariis Ciuitatis, mobilia, & magni valoris spolia reliquisse præsumendum, quæ quidem mortuorum spolia cum soleant pro funeralibus corporis defuncti seruire, propterea non remanet locus detractioni pro illis, & ita iudicasse Testatorem, idem Peregr. *dicto cons.*38.*sub dicto n.*17.*in fin. vers. propositio est.*

Quibus non fuit visum obstare quod mobilia, & se mouentia debuissent cedere in computum legitimæ filiorum, vt in testamento versicul. *Dichiara ancora esse Signor Testatore, &c.* de quo in processu in actis Domini Nuuoloni Notarij, *fol.*51. quia *inferius* in fine versic. *Et quando alcuno*, recedendo à iam dictis excipit legitimam de Iure debitam, in qua eos hæredes instituit nullam amplius mentionem faciendo, quod in mobilibus, & se mouentibus sit capienda, cuius virtute videmus ex actis bona stabilia fuisse alienata pro legitima ipsorum fratrum institutorum, prout etiam ex facto concordato, & à partibus subscripto, vltra quod non est præsumendum Testatorem voluisse comprehendere spolia illa, quæ fuissent pro eius funeralibus necessaria, adeo vt existimatum sit intrare per Peregrin. deducta.

Quo verò ad alias consistentes, præcipuè in dotibus D. Lauræ Guerreriæ Fideicommittentis Nurus, visum fuit D.D. capiendas esse ad formam testamenti eiusdem in bonis feudalibus pro pignore illegatis, & hypothecatis cum licentia D. Directi, vt ex Instrumento Dotali rogato per Egregium D. Cintium Petrozanum Notarium sub die vltima Aprilis 1571. registrato in processu RR.PP. Carmeli contra D. Marchionissam Annam Mariam in istis actis exhibito; cui quidem testamento adeundo, & possidendo successisse per hæredes censentur acquieuisse, ex traditis per Peregrin. *de fideicom. art.*33. *n.*8. *&* 9. quod procedit in hærede hæredis, *n.*15. Cyriac. *contr.* 160. *n.*22. *& contr.*275. *n.*6. in terminis Natt. *cons.*538. *n.*8. Ioseph. Lud. *conclus.*16. *illation.*13.

Cætera, quæ maximè restringuntur ad dotes D. Victoriæ Martinenghæ Vxoris Fideicommittentis ad acquisitionem D. Lauræ prædictæ, à DD. Paulo Æmilio Seniore, & Mario, ad euictionem Scutorum 6000. & vt latiùs ex scripturis in actis productis, præcipuè ex scriptura in actis præsentata sub die 8. Iunij præsentis, ex alio latere supersunt bona Susani, Palatium Mantuæ, Possessio Danielæ, Curia Tiresij, & alia, de quibus in eisdem actis fit mentio, maximè in dicta scriptura, super quibus possent consummari dictæ detractiones, quatenus sint faciendæ per ipsam D. Marchionissam Spoluerinam, ita quod restabat Curia Bardellonæ, quam pro nunc, quantum sit pro bubulcis centum decem tantum iam pro reintegratione fideicommissi traditis per eadem Dominam Marchionissam Cathatinam hæredem D. Martij eius Patris, scilicet pro portione sibi tangente, vt apparet in dicta sententia arbitrali, *c.*3. & in calculo in eiusdem sententiæ executionem per Peritos à partibus electos facto citra præiudicium iurium partium, Senatus suum impartiendo arbitrium decreuit esse D. Marchionissæ Catharinæ relaxandos, reseruata sibi facultate terminandi quoad fructus petitos.

PARTICVLA ALTERIVS Decisionis Excellentiss. Senatus.

ADditur secundo, quod inter cætera contenta in inuestituris reperitur inserta clausula, *Ad habendum, & quicquid placuerit faciendum*, cuius virtute intelligitur per Dominum data facultas Vassallo disponendi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate sine requisitione alicuius licentiæ, ita inter alios probat Cyriac. *per tot. controuers.*324.*n.*19.20. *cum seqq.* Bron. *consil. feud.*36. *n.*1. *&* 4. Rol. à Vall. *cons.*55.*n.*41. *circa fin. & n.*42. *cũ seqq. lib.*3. Lader. *cons.*1.*n.*5. *cum seqq. vsque ad* 14. Becc. *cons.*88. *n.*24.26. *cum seqq.* maximè cum sit posita in dispositiuis, Lader. *vbi suprà*, Becc. *eodem cons. n.*49. *&* 50. D. Melius *allegat.*26. *in princ. & n.*9. Manent. *cons.*106. *n.*6. *&* 7. vbi quod tunc non solum primus inuestitus in præiudicium omnium vocatorum potest feudum alienare, sed etiam eius hæredes, & descendentes.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione Nepotes non veniunt. Contra, num.*5. *Limitatur vt, n.*2. *& n.*3. *Et de ratione, n.*4.

6 *Substitutio alicui simpliciter intelligitur si sine filiis. Fallit vt, n.*7.

OBSERVATIO LXVIII.

MArgaritam ex serie facti, & arbore familiæ transmissis adhuc grauatam censeri existimo. Quamvis enim testator in casu purificatæ substitutionis in fœminas, qui successit in Margarita eidem substituerit filios eius ex Laura sorore nepotes, & vlterius in substituendo non processerit. Ita vt Vincentius nepos ex filia Elisabeth litteraliter non dicatur vocatus; Quia in fideicommissis filiorum appellatione nepotes regulariter non veniunt, ex cumu- 1

M latis

latis per Rot.*decis.6.n.10. part.5.recent.* Contr.*disc. cept.23.sub n.168.vers.Nihilominus censeo.*

Cum tamen testator duos eius ex fratre germano nepotes instituerit hæredes, eosque, eorum filios, nepotes, ac descendentes in infinitum substituerit, & demum vtriusque ex hæredibus institutis linea masculorum extincta proximiores fœminas vocauerit, quas, seu vltimam ipsarum deficientem erga filios Elisabeth grauauerit, dubio procul ob dilatam in remotissimum tempus cum clausula, *in infinitum*, dispositionem versamur in
2. casu limitationis regulæ, ac consequenter sub vocatione filiorum Elisabeth comprehenditur Vincentius eiusdem ex filia nepos, vt in proximis terminis ratiocinantur, Rota *decis.6. n.16. & dec.21. n.3. ac per totas, part.5. recent.* & *in Romana fideicommissi 27.Maij 1641.in princ.& §.non obstat, coram R. P. D. Ghisilerio*, nunc impressa *decis.* 84. *p.9.tom.1.recent.*& alij apud nos *alleg.82.n.2.lib.* 3.

In nihilo prorsus refragante, quod vltra dilationem in remotissimum tempus substitutionum ponderant etiam, & mouentur Doctores ex aliis præsumptionibus extensionem vocationis filiorum ad nepotes protendentibus; siquidem eas examinant non vti de Iure necessarias, sed vti de facto concurrentes, quodque ex sola destinatione
3. ne fideicommissi in longissimum tempus circumscriptis quibuscumque aliis præsumptionibus, filiorum appellatione veniant, concludunt infiniti apud Fusar. *de substit. quæst.320. num.15. cum tribus sequent.* Peregr. *cons.31. num.15.lib.2.* Honded. *cons.39. num.* 52. cum adductis per Rot. *decis.385. num.52. part.9. tom.2.recent.* Quibus in proximis terminis accedit Spad.*cons.313. num.2.& seq. lib.3.* inconuincibili id comprobant ratione; quia si substitutio ad nepotes, ac cæteros descendentes non extenderetur, ferè semper testatoris dispositio
4. elusoria euaderet, Fusar. *de substit. dict. quæst.320. num.*18. Rot. *d. decis.6. num. 16. & dicta decis.21. num.7. part.5.recent.*Spad. *d.cons.313.n.2.lib.3.* cum aliis, qui allegari possent.

Præterquam quod non ita de plano procedit superius firmata conclusio; quod nimirum filiorum appellatione nepotes non contineantur, cum imo non desint contrarium sustinentes; filiorum scilicet appellatione etiam nepotes comprehen-
5. di, quorum nonnullos adducebam, *d. allegat.82. num.1. lib. 3.* alios recenset Spad. *dict. consil.313. num.1. lib.3.* quibus accedunt Castill. *tom.5.c.178. n.5.*Lat.*decis.51. n.5. in fin.*

Tandem neque obsistit quod Margarita filias habeat, quæ Matri superstites filios Elisabeth substitutos excludat, ea ratione; quia in institu-
6. tione alicui simpliciter, & absolutè facta subintelligitur non expressa conditio: si sine filiis Margarita decedat, *l. Cum Auus 101. ff. de condit. & demonstr. l. Cum acutissimi 30.C. de fideicomm.*& post Fusar. dixi, *alleg. 39. num. 11. lib.3.* Quippe quoniam obiectum procederet, si ageretur de fi-
7. deicommisso per ascendentes ordinato; at cum versemur in fideicommisso transuersali, vtique dicta conditio nullatenus subauditur, vt bene animaduertunt Doctores per nos relati *allegat. 119. num.37. & allegat. 123. n.12.in fine lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Honorificum, & Francum in concessione feudali idem important. Amplia in concessione feudi cum translatione directarum, num. 2. Immunitatem à seruitio personali in concessione feudi arguit, num.4. Respectu concessionis factæ de Curia Podij significat etiam dationem in signum, & permutationem operis conspicui refectionis aggerum, n.8.*

3 *Rim. Iun.* cons.18. n. 80. *declaratur,* cons.9.& cons.572. n.43.*sustinet improprietatem, & Franchitiam feudi Curiæ Podij, n.5.*

6 *Franchitia feudi dicitur expressa per concessum in honorificum.*

7 *Feudum vt dicatur francum, non est necessaria expressio Franchitiæ in Inuestitura.*

9 *Cremonensium opinioni in materia feudali plurimum antiquitus deferebatur.*

OBSERVATIO LXIX.

NEGARI non potest quin feudum Curiæ Podij vti nominatim concessum in honorificum, non dicatur francum; hæc 1.
enim nomina ad inuicem conuertuntur ex mente Ioann. Andreæ in concessione eiusdem feudi interuenientis, vt legitur in ea, & specialiter, *in rubr.de præscript. vers. si autem erat feudum honorificum*, & *vers. vidisti dictum Huberti, vsque ad fin.* & in terminis huius feudi Bertazzol. *cons.39. sub num. 6. vers. quibus additur*, & alterius feudi Gonzagis pariter ab Episcopatu Mantuæ concessi, Curt. Iun. *cons.* 158. *num.* 10. cum cæteris per nos adductis, *allegat.16. n.26. fol.272.lib.1.*quibus addo Alex.ex aduerso toties allegatum, *cons.30.sub n.18. propè fin. versic. ad septimum, lib.1.* vbi quod Dominus à Vassallo habente feudum honorificum nihil prorsus exigere possit.

Hæc autem assertio in præsentiarum dubieta- 2.
tem non recipit attenta translatione directarum in Vassallum, vt diximus *art.....* & *d.alleg.16. n.9. fol.269.* & ibi not.*num.4.fol.359. lib.1.* tunc enim honorificum idem importare, quod francum vnanimi voto informantes pro aduersario admittunt, ex Put. *de reintegrat.cap.95. n.24.* Ruin. *consil.18. n.12. lib.1.* Riminal. *cons.389. n. 37.* & facit Osasc. *cons.38. num.19.*

A qua opinione deflexit tantummodo Riminal. Iun.*cons.18. n.80.* scribens super feudo Luzzariæ 3.
annexam Iurisdictionem, Vassallos, potestatẽ gladij, realémque honorificentiam habenti; Feudum autem de quo agitur erat primordialiter sine Vassallis, & consistebat in terris incultis, & rusticis, itavt *ly* honorificum honorificetur, aut nobilitatem non arguat; sed à quibuscumque seruitiis
potissimum personalibus immunitatem tribuat, 4.
Bursat.*cons.9. n.4.*& post alios dicebam *d.allegat. 16.num.28.& 29.fol.273. lib.1.* Rota *in Mantuana feudi 25.Maij 1657.n.4. coram R.P.D. Verospio.*

Ob quam, & alias rationes feudum istud Cu-
riæ Podij alienabile in quoscumque francum, & 5.
non rectum pluribus comprobat, idem Rim. Iun. *cons.9. per tot.iuncto cons.572. n.43.* vbi loquens de hoc feudo subiungit, illud feudum non erat vt rectum concessum.

Satis ergo Inuestitura censetur expressè facta
in francum, dum concessio exprimitur in hono- 6.
rificum, ac consequenter satisfactum expressioni requisitæ per Rosental.*de feud.c.2.concl.59.* Quam tamen necessitatem exprimendi qualitatem franchitiæ, ad hoc vt feudum dicatur absolutè francum, pluries post alios reiecit, Rota *in dicta Brixien.feudi 1. Iuly 1592.n.4. in fin. & num.5. fol.339. lib.primo,*Osasc.*cons.38.num.19.* Alexand.*consil.30. num.20.lib.1.* Ruin. *cons.18. sub num.12. versic.sed adhuc*

adhuc,& conf.38. sub num. 7. verf. & posito,lib.1. Menoch. *conf.504. n....* & ex hoc solum Iuris notissimi apud Feudistas est, masculis prælationem non competere, gradúmque proximitatis non sexus attendi, vt sæpius diximus.

8. Tandem honorificum in facti specie idem importare potest,quod datum in signum munificentiæ ob merita inuestiti, & permutationem operis conspicui refectionis aggerum Padi ad vtilitatem Ecclesiæ per Aloysium Gonzagam assumptæ, *l. qui liberalitate, ff. de Oper.publ.* Rota *decis.377. num.4.part.5.recent.*& dixi, *alleg.1. n.38.lib.1.* Rota *in d.Mantuana feudi 25. Maij 1657. n.5. coram R. P.D.Verospio*, ac insuper ex honorantia quæ Domino soluitur,vt dixi *obseruat....* sicque ratio permutationis ponderata in feudo Brixien.ab aduersario huic feudo magis applicatur, quemadmodum dicebam *obseruat....*

9. Animaduertendo etiam in concessione facta Aloysio præter Ioan. Andreæ reputantem, vti dicebamus *in principio huius articuli*, Honorificū, & francum cæteris hic concurrentibus tribus ad inuicem conuerti,& pro synonimis haberi, interuenisse Riccard. Malumbr.conciuem meum, ac magni nominis feudistam;Ea enim ætate Cremonensium opinioni plurimum in materia hac feudali deferebatur,ad text.*in c.1. §.1. de feud. dat. in vic.leg.commiss.*Schrad.*de feud.2.part.9.part.princ. sect.3.sub n.130.prope fin.verf.similiter*; adeo vt non fine mysterio,& iuxta sensum Ioan.Andreæ cēseatur appositum,& idem importet quod francum.

SVMMARIVM.

1 *Donans de bonis donatis cum consensu donatarij testari potest.*

2 *Trebellianica filiis primi gradus prohiberi nequit. Fallit vt num.3.*

4 *Clausula,*vulgariter,pupillariter, & per fideicommissum, *includit pupillarem substitutionem.*

5 *Testamentum Patris pupillariter substituentis, testamentum filij impuberis dicitur.*

6 *Mater ex pupillari excluditur etiam à legitima.Fallit vt n.8.Filiis pupillariter non substituit,n.10.Non præsumitur quod à luctuosa filiorum successione se excludere voluisset, n.12. Excluditur à successione pupillorum, stantibus Agnatis,ex Statuto Cremonæ,n.13. Hæreditatem filiorum non aditam transmittit,n.28.*

9 *Verba,*peruenia t,deueniat,*vti communia directam pupillarem importare nequeunt.*

11 *Testandi facultatē habens substituere non potest.*

14 *Statutum de successione ligat etiam Ecclesiasticos. Contrarium contendit Rota Romana, n.15. Excludens Matrem à successione filij non excludit à successione filia, n.22.*

16 *Legatum relictum filia exclusa, an sit transmissibile,& n.18.& n.19.& n.20.*

17 *Casus,qui euenit, non qui euenire poterat inspiciendus.*

21 *Verbum,* residuum, *totalitatem hæreditatis demonstrat.*

23 *Substitutio mortuo ante testatorem instituto euanescit.*

24 *Viuentis non datur hæreditas.*

25 *Possessio mutatur etiam absque declaratione.*

26 *Aditio hæreditatis non requiritur in possidente.*

27 *Frater dicitur extraneus.*

29 *Transmissio transmissionis non datur.*

30 *Infans hæreditatem non aditam ad extraneos transmittit, & n.33.*

31 *Hæreditas cedi potest.*

32 *Restitutio in integrum ex æquitate,*l.Pantonius, ff. de acquir. hæred.*datur absenti aduersus non aditam hæreditatem.*

34 *Parentes non censentur cogitasse filij prædecessū.*



OBSERVATIO LXX.

EX titulo donationis, tametsi bona testatoris in illius Vxorem antecedenter translata appareren t; adhuc tamen de consensu Vxoris donatariæ in actu testandi adhibito per D. Ferrantem de Gornis donatorem, de eisdem bonis irreuocabiliter restari potuit, *l.Cum Pater 79.§.libertis,ff.de legat.2.* Bald.*conf.319.in fin. lib.4.*Cuman.*conf.33.*Fulgos. *conf.213.* Roman.*consil.457.sub num.2.verf.3. non est dubium*, Alex.*consil.184.sub n.1.lib.2.*Tiraquell.*de retract.lignag.§.1. gloss.9.n.137.*Gratian.*discept.forens.858.n.3.*& in terminis optimè Pecch. *de testam. coniugum, lib.1. c.43.n.14.* Vnde ex hoc voluntas testatoris impugnabilis redditur. 1.

Quantumvis etiam filiis primi gradus, nec legitima, neque Trebellianica secundum opinionē in foro Cremonensi practicanter obseruatam prohiberi possit,testibus Ioan. Batt.*conf.63. n.6.in fin.* Caren.*resol.134.post princ.*Redenasc.*conf.29. n.99.* dixi,*alleg.19.n.8.& alleg.35.n.3.& alleg.54. n.30.& alleg.87.n.5.lib.3.*Bonden. *collect.91.n.33.* 2.

Nihilominus ex substitutione facta in causam piam saltem quoad Trebellianicam prohibitio sustineretur,ex copiosè traditis per Caren.*res.249. n.7.ac per tot.* Rot. *in Rauennaten. bonorum 1. Februarij 1647.§.Trebellianica vero, verf. eoque minus,coram Eminentissimo Corrado*;& vtriusque detractionis controuersia in præsentiarum superflua redditur propter pupillarem expressam, de qua in testamento, importatam per clausulam in eodem sæpius repetitam, *vulgariter,pupillariter,& per fideicommissum*,Fusar.*de substit. q.242. n.121.* Matt. Medic.*decis.69. n.58.* cum adductis per Altograd. *conf.91.n.5.*Merlin. *de legitima,lib.3.tit.2.q.14. n.55. in moderna impressione.* 3. 4.

Ex qua sane pupillari expressa duo regulariter sequuntur effectus; alter quod bona pupillorum sub dispositione Paterna comprehenduntur;quippe quoniam testamentum Patris pupillariter expressè substituentis, propriè Testamentum pupilli dicitur,dixi,*allegat.15.n.41.lib.2.& allegat.72.n.14. lib.3.*& nunc addo Redenasc. *conf.23.n.13. & consil.32.n.94.*Altograd. *conf.91. n.17. & 18.35. & seq. lib.1.* Matt. Ventur. *conf.1. n.127.* Fusar. *de substit. q.88.per tot.*cum adductis per Rot. *in Romana fideicommissi de Capogallis 18. Iunij 1657. §. respectu si quidem, verf. Pater dicatur testari,coram Reuerendiss.Dunozetto Decano*, Leoncill.*dec.Ferrar.56. num.11.* 5.

Alter, quod Mater in medio existens, ac filiis superstes,non tam ab illorum successione; verum etiam à quacunque legitima omninò exclusa censeatur, Doctores *in l. Precibus 8.C. de impub. & aliis substit.*Altograd. post infinitos, *dict. conf.91. num.86. & seq.lib.1.* Redenasc. *conf.55. num.12. & seq.*Caren.*resol.78.num.8.ac per tot.& resol.82.* per Surd.*decis.273.num.2. & seq.* ibique not.Hodiern. *num.3.* 6.

*num.1.& 2.*Cyriac.*contr.242.n.28. & seq.* Merlin. *de Legitim.lib.3.tit.2.quæst.14.n.7.& num.12.* Bonden.*collect.41. num.7.& seq.*

Cæterum tam institutio, quàm substitutio adeò præcisè ad bona ipsius testatoris restrictæ præexi-
7. stunt, vt legitimam, & Trebellianicam Iuris ministerio etiam contra prohibitionem filiis nullatenus capiant; tametsi testator clausulam, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, substitutioni adiecerit, Bero.*consil.125. n.32.lib.2.*Gratian. *discept.forens.528.num.22.*Matt.Medic.*ad decis.Senen. examinat.43. num.17.* Altograd. *cons.91.n.10. & seq.* Marescot. *var. resol.140. n.15. & seq. lib.2.* Merlin.*de legit.lib.3. tit.2. quæst.14. n.16. & 47. in modern.impress.* Ioan.Franc.Andr. *controu.7. n.27.* Quod autem testator institutionem non minus, quam substitutionem ad propria ipsius bona enixè, simpliciter, ac reduplicatiuè arctauerit, simplex lectura testamenti indicat; nimirum, ibi, *Instituit in bonis dicti D.eius Mariti donatis, vt supra; imò ambo dict.DD. Iugales cum mutuo hinc inde assensu, & consensu instituerunt hæredes vt supra, & prout supra, Carolum, Aloysium, & Hortensiam ipsorum Iugalium communes filios, æquis portionibus, &c.*& ibi, *Residuum autem dictæ hæreditatis perueniat, & deueniat, ac constituatur Ius patronatus, &c.* Hæc autem opinio in facti specie indubitanter procedit, ex quo non concurrunt coniecturæ, ex quibus restrictio ad bona Patris etiam
8. ad bona filiorum extenditur, ad tradita per mox citatos Doctores, & in puncto ratiocinantur Gratian. *discept.407. num. 17. & seq.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.2.q.14.n.22.* vbi quod si institutio, & substitutio ad bona testatoris restringantur, Mater à successione in detractionibus pupillo debitis non excludatur, dixi, *allegat.7. n.2. & 3. lib.3.* Bonden. *collect.41.sub num.7.vers.dummodo.*

Plurimum autem fauore Matris conferunt verba, *perueniat, & deueniat*, per testatorem adhibi-
9. ta, quæ vti communia directam pupillarem ad Matris exclusionem inducere nequeunt, Marescot. *var.resol.140. num.40. lib.2.* Merlin. *de legit. lib.3.tit.2.quæst.14.n.42.& seq.*

Præterquam quod versamur in dispositione mutua Coniugum, sicque pupillaris substitutio
10. applicari nequit; quia cum Mater filios in potestate non habeat, ideo ipsis pupillariter substituere non potuit, Doctores *in l.2. ff. de Vulg. & pupil.* Fusar. *de substit. quæst.118. num.27.*

Vlterius animaduertendum succedit, quod Vxor donataria bonorum testatoris in hæredis institutionem dumtaxat, Marito testanti consensum præbuit, vt legere est specialiter in eodem testamento, ibi, *Quam quidem eius mentem tam circa commutationem hæredum institutionis, quàm legatorum, vt infra per eum fiendorum, vllo vnquam futuro tempore dicta D.Dominica nisi interueniente dicti eius Viri etiam consensu, vt supra, se commutaturam esse dixit, & affirmauit renuntiando, &c. & aliter commutata etiam in aliqua minima parte non valeat, & ita dicti ambo Iugales ad mutuam instantiam protestati fuerunt, &c.* Cum igitur ex
11. serie prædicta testamenti; Vxor donataria meritò facultatem concesserit hæredes instituendi, ac legandi, vtrique indubitatum resultat, quod facultatem substituendi, atque ad omnimodam sui exclusionem, deficientibus filiis, concedere intellexerit, ad notata per Doctores, *in l.2. ff. de legat.1.* Senatus Mantuæ apud Caten. *resol.242. n.5.* Merlin.*de legit. lib.3.tit.1.quæst.24.n.3.* Freci.*de subfeud. lib.3. different.feud.6. sub n.1.vers.potuit tunc disponere, sed non substituere*, Curt.iun.*cons.171.num.10. in fin.* Marcell. Maur. *allegat.6. num.8.* vbi quod habens potestatem testandi, non possit facere fideicommissum; super quo vlterius non immoror, cum de hoc plura ad rem dixerim, *allegat.14. sub num.8. lib.2.*

Neque enim verisimile quoquomodo videtur, quod Mater vnquam cogitauerit velle se exclude- 12.
re à luctuosa trium filiorum infantium successione, argum.*text.in l.fin. C.de Institut.* Ludouis. *decis.495.n.6.*Matt.Medic.*ad decis.Senen.examin.43. num. 10.* vbi in fortioribus terminis comprobant non censeri, quod testator Matrem à luctuosa filij hæreditate præsumpserit excludere; quanto igitur magis istud dicendum venit in casu nostro, dum quæritur, an Mater ipsa animum habuerit se excludendi ab hæreditate filiorum.

Quibus neque resisteret, si opponeretur quod etiam seclusa pupillari Mater, quæ à substituto non fuisset exclusa, per existentiam tamen Patrui à successione filiorum exclusa extitisset, propter Sta- 13.
tutum Cremonę disponens, quod extantibus masculis vsque ad quartum gradum agnatis, Mater à successione masculorum excludatur. Ioann. Batt. *cons.79.n.9.*& per Caren.*resol.58.num.7.*Redenasc. *cons.23.per tot.* Quod etiam sibi locum vindicaret, quantumvis Patruus pupillorum esset Sacerdos; 14.
huiusmodi enim statuta ligant, ac fauent Ecclesiasticis, ad latissimè tradita per Redenasc. post alios *cons.26.n.9.ac per totum*, cum aliis, de quibus apud Hodiern.ad Surd.*decis.20.n.2.*

Nam quicquid esset de veritate huiusmodi opinionis in foro Laicali, certè in Ecclesiastico, in quo 15.
nunc lis agitur, contraria opinio sine dubio præualet, ex traditis per Surd.*dec.20.per totam*, quem sequuntur vltra Rotam Romanam cumulati per Ioan.Franc.Andreol.*controu.227.n.3.& per totam*, Rot. *decis.251. num.7. & per tot. part. 8. recent.* & *in Bononien.hæreditatis 28.Iunij 1652.per tot. coram R.P.D.Bichio*, nunc impressa post Contr. *discept. dec.132.n.3.*& prius *in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646.§.visa sunt cessare, vers. Tum etiam, coram Eminentissimo Corrado*, & *in Tubertina successionis 29.Maij 1652. coram R.P.D. Meltio*, & *in Bononien.successionis de Zanis 9.Decembris 1654. coram R.P.D.Bichio*, ex quibus negari non potest, quin hæreditas filiorum inspecta Iuris communis dispositione ad Matrem delata extiterit, Iuribus cumulatis per Cyriac. *controu.72. num.2.* Redenasc. *cons.43. n.8.& cons.64.n.8.*

Circa legatum dotis Hortensiæ eius filiæ relictum testator duos contemplatus est casus; alterum, qui defecit existentiæ masculorum, quo in casu libras octo mille eidem tempore nuptiarum per eius fratres masculos legauit, cuius propterea 16.
non est, cur transmissibilitatem inuestigemus, de qua inter cæteros copiosè tractant, Cyriac. *controu.72.*Merlin.*de Legit. lib.3.tit.1. quæst.8. per tot.* si quidem casus, qui in effectu euenit, non autem qui succedere poterat, in causarum decisione at- 17.
tendi debet, dixi *alleg.96.n.1.& alleg.119. n.35.lib.3.*

Alterum deficientiæ masculorum, qui successit, quo in casu testator libras octo mille ad quatuordecim auxit, nullo prorsus traditionis tẽpore prædefinito, nulla tradẽtis persona designata, nec vlla traditioni conditione adiecta. Quemadmodum clarè resultat ex verbis testamenti, ibi, *quod pro summa librarum sex millium Imperialium dictæ monetæ Cremonæ tradi debeant dictæ Hortensiæ eius*

filiæ,

filiæ, seu tot bona, quot dicta libra sex mille releuabunt, & sic in totum tunc pro dote habebit libras quatuordecim mille Imperialium moneta, vt suprà, qua stante testatoris pura dispositione, ac statuto nostro Cremonæ rubr. 387. nil certè prohi-
18. bet, quo minus filia legatum sibi factum in causam dotis, etiamsi in capillo decedat ad quoscumque illud sine dubio transmittat, vt in proximis terminis super eodem statuto latè comprobant Io. Bot. *cons.* 19. *n.* 7. *ac per totum*, Caren. *resol.* 33. *n.* 7. *pariter ac per totam*, quorum opinio optima, atque ineuitabili comprobatur ratione; quia statutum Cremonæ fœminas non excludit simpliciter propter masculos, sed propter dotem iam habitam, aut eisdem omninò assignandam; in cuius defectum fœminis ius legitimæ præseruat; quo sanè casu dos succedit loco legiti-
19. mæ, ac consequenter filiæ cum facultate illud transmittendi debetur, iuxta distinctionem Castrens. *in l. Titio centum 70. §. Titio genero, sub n.* 8. *vers. Ego pluries consultus, ff. de condit. & demonstr.* Cyriac. *contr.* 72. *n.* 10. Merlin. *de Legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 9. Marescot. *var. resol. cap.* 28. *n.* 5. *lib.* 1. Altograd. *cons.* 87. *n.* 11. *lib.* 1. *& cons.* 17. *n.* 3. *lib.* 2. Redenasc. *cons.* 5. *n.* 4. Caren. *resol.* 33. *n.* 5. nouissimè Rota *in Eugubina diuisionis* 13. *Maij* 1658. *per totam, coram R. P. D. Beuilaqua*, nunc impressa post collect. Bonden. *decis.* 46. dixi *alleg.* 59. *n.* 18. *&* 19. *lib.* 3. Io. Franc. Andreol. *contr.* 81. *n.* 5. Rota apud Contr. *decis.* 130. *n.* 8.

Verumtamen supposito etiam citra veritatis dispendium, quod ius municipale filiam simpliciter excluderet, nec dos loco legitimæ succederet, adhuc ex structura testamenti, & dispositione collata in filiam liquidò resultat le-
20. gatum eidem factum transmissibile censeri, ea sanè ineuitabili ratione; quia testator filiam cum masculis hæredem æqualiter titulo institutionis honorauit, ac deinceps in libris octo mille tacitauit pro omni eo, quod tam ex titulo institutionis prædictæ, quàm etiam ex causa legitimæ consequi posset; quo sanè casu non hæsitatur quin dos sic relicta omninò transmissibilis censeatur. Rota Bononien. impressa post Giouagn. *cons.* 42. *n.* 98. *&* 99. *lib.* 1. Rot. Romana *decis.* 266. *n* 3. *& seq. par.* 1. *diuers.* & coram Ludouis. *decis.* 565. *n.* 9. vbi indubitanter procedere inquit, quando, prout hic, filia instituitur in quota, & fit mentio expressa legitimæ, quæ duplicatur *decis.* 408. *par.* 2. *recent.* Cyriac. *d. controu.* 72. *n.* 26. *& seq.* 47. *& seq.* Caren. *d. resol.* 33. *n.* 13. *& seq.* Merlin. *de Legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *n.* 53. *& sub n.* 54. *vers. vel saltem in quota habita mentione sua legitima*, Altograd. *cons.* 87. *n.* 3. *&* 6. *in fin. vers. nisi sit in quota, & habita mentione legitimæ*, & in his terminis hanc conclusionem amplectitur acerrimus contrariæ opinionis defensor, Redenasc. *cons.* 5. *num.* 10. *ac ferè per totum*, admittens transmissionem legati dotis, quando filia cum masculis instituitur, & dos sub mentione legitimæ legatur; & vbi autem prædicta omnia cessarent, litteræ ipsius testamenti omnem remo-
21. uerent amaritudinem, ex quo testator residuum dumtaxat suorum bonorum demptis libris quatuordecim mille in erectionem Capellæ, ac iurispattonatus cedere disposuit; nemini autem dubium relinquitur, quin per illud verbum, *residui*, totalitas hæreditatis excludatur, & pars tantummodo in substitutione comprehensa dicatur, ad notata per Bald. *in l. ab Anastasio* 23. *in fin. C. mandat.* Seraph. *decis.* 617. *n.* 13. Surd. *cons.* 52. *n.* 45. Ferentill. ad Buratt. *decis.* 108. *n.* 23. Rot. *in Romana Apothecariũ*, 25. *Iunij* 1655. §. *in altero, in fin. coram R. P. D. Bichio*, ad rem optimè Marescot. *var. resol.* 72. *n.* 17. *lib.* 1. vbi quod substitutio in residuo impediat detractionem Trebellianicæ, & comprehendat id totum, quod detractis legatis remanet.

Hinc ergo saltem in hoc legato in personam Hortensiæ consolidato pro libris quatuordecim mille Dominica illius Mater superstes delatio- 22.
nem hæreditatis filiæ prætendere, ac consequi poterat, ex cumulatis per Surd. *decis.* 9. *n.* 8. Altograd. *cons.* 86. *n.* 10. *& seq. lib.* 1.

Ob mortem in infantili ætate filiorum ante Matrem donatariam quorumcumque bonorum testatoris, quæ erga filios communes dumtaxat in testamentum coniugis consensum præstiterat; seu magis insimul cum eo testamentum condiderat, procul ab omni dubio institutio de 23.
eis facta, ac inuenitur, eisdem substitutiones euanuerunt, maximè cum testator deficientiæ filiorum addiderit verbum, *hæredibus*, Fusar. *de substit. q.* 237. *n.* 19. Surd. *decis.* 37. *n.* 14. *&* 15. ibique Hodiern. alios cumulat *n.* 13. Altograd. *cons.* 76. *n.* 14. *lib.* 1. optima subest ratio, quia quoad personam matris, cui filij omnes prædecesserunt, qualitatem hæreditariam ab vtroque Coniuge in testamento requisitam habere non potuerunt; quia Viuentis non datur hæreditas, Ho- 24.
diern. ad Surd *d. decis.* 237. *n.* 10. Cumque hæreditas quoad Matrem donatariam, minúsve bona realiter ab ipsa abdicata extiterint; consequens ideò fit, vt respectu illius aditio hæreditatis necessaria non fuerit; quippè antecedenter, ac successiuè possessa titulo donationis ob præmo- 25.
rientiam filiorum, ab inde titulo successionis continuasse dicatur, etiamsi ipsius Matris nulla prorsus intercesserit declaratio, Thomat. *decis. Macerat.* 105. *n.* 1. cum aliis apud Post. *de manuten. obseru.* 54. *n.* 23. Eoque magis mox dicta sibi locum vindicant, ex quo Mater etiam ex dispositione testamentaria, Marito ius continuandi in possessione hæreditatis cum filiis nacta fuit, 26.
adeò vt tanto minus aditione hæreditatis indiguerit, Marescot. *var. resol.* 140. *n.* 37. *lib.* 2. Cauaier. *decis.* 534. *n.* 3. *&* 4. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 206. *n.* 10. cum adductis per Rotam *in Amerina Castri Guardiæ* 10. *Martij* 1651. §. *sed difficultas cessat*, & 16. *Iunij eiusdem*, §. *quapropter, coram R. P. D. Royas*, nunc inter impressas *decis.* 443. *&* 445. Vnde ingredi non oportet, minúsve dispungere expedit quæstionem illam, An Mater filiorum hæreditates in fratrem, & sic extraneum, *l.* 27.
Vnica, §. accedit, vers. Extraneum, C. de rei vxo. act. Altograd. *cons.* 7. *n.* 45. *& cons.* 59. *n.* 7. *in fin. &* 8. *lib.* 1. dixi *alleg.* 31. *n.* 7. *& alleg.* 72. *n.* 12. *lib.* 3. non aditas transmittere valeat.

In qua etiam quæstione pro transmissione pronuntiandum veniret; nam quod Mater filiorum hæreditates non aditas transmittat, indu- 28.
bitatum videtur, *l. Cum in antiquioribus* 19. *C. de iur. deliber.* Noal. *de transmiss. cas.* 8. *sub n.* 145. *vers. quoad secundum*, vbi quod transmittat ad hæredes ius prælationis ad exclusionem, Thesau. *decis.* 88. *n.* 4.

Cui fundamento neque resisteret, quod sic daretur transmissio hæreditatis iam semel transmissæ, & sic transmissio transmissionis, 29.
contra doctrinam Manent. *cons.* 103. *n.* 4. ex quo

filij infantes hæreditatem Patris non aditam ad Matrem, & ista ad eius fratrem transmisissent, huic obiecto post alios satisfacit Manent. *d. cons. 103. sub n. 7. vers. & quatenus*, tametsi in suo casu contrarium appareat decisum; tum ex eo quia Mater transierat ad secundas nuptias, filiis non
30. petito tutore; tum quia infantium hæreditatem soror, non autem Mater tunc transmittere satagebant, Noal. *de transmiss. cas. 8. n. 20.*

Super quibus vbi adhuc sapientissimi Iudicis animus anceps præexisteret, adhuc Dominus Guillelmus principalis noster omninò obtinerer; vel quia cessionarius, seu donatarius Benedicti de Grossis Germani, & hæredis Dominicæ eius sororis donatariæ Mariti, ac filiorum hæ-
31. redis; hæreditas enim cuique cedi permittitur, *toto tit. ff. & C. de hered. vendit.* vel quia gaudens beneficio restitutionis in integrum ex capite ig-
32. norantiæ, & æquitate, *l. Pätonius 85. ff. de acquir. hered.* Bursat. *cons. 61. n. 2.* Gail. *pract. obseruat. 151. n. 8. & seq. lib. 2.* de qua assertione quod dubitet Thesaur. *decis. 88. num. 6.* nil prorsus refert; dum eandem vltra præcitatos comprobant, Noal. *de transmiss. d. cap. 8. sub num. 138. vers. sed tamen*, Manent. *d. cons. 103. in fin.* Altograd. *cons. 83. n. 61. & seq. lib. 1.* vel demum, quia succedens vti proximior Reuerend. D. Io. Bapt. de Gornis; si quidem exclusa Matre, ob non aditam hæredita-
33. tem infantium, illa ad ipsum Reuerend. spectaret, ex copiosè traditis per Manent. *d. cons. 103.* & per Thesaur. *d. decis. 88.* maximè cum in effectu, vt deponunt testes, ipse hæreditatem Patrui agnouerit, & bona per aliquod tempus possederit.

Præ cæteris tamen in eo maiorem vim facio, quod consensus Matris, & vtriusque Parentis
34. testamentum ad hunc casum prædecessus filiorum Matri non extendatur; minúsve Coniuges in hunc casum dispposuerint, Cæphal. *cons. 426. n. 12.* Manent. *cons. 73. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Res propria Domino seruire nequit.*

2 *Contractus prior per secundum ex incompatibilitate resoluitur.*

3 *Debitum in pecunia dicitur extinctum, quando de eo facta est subrogatio, & dicitur vera, & realis solutio.*

4 *Nouatione facta non debentur fructus ex mora.*

5 *Fructus indebitè exigens, eos in sortem excomputat. Stabilium regulantur in rationem quinque pro centum, n. 6.*

OBSERVATIO LXXI.

ANNVLLATO censu, Palma Iuribus præcedentis contractus acquisitionis furnorum vti, ac frui prætendebat; ac consequenter percipere census decurrendos, & exactos retinere, non tanquam census, sed tanquam fructus furnorum, ab eo antecedenter emptorum, ex fundamentis in simili causa per Senatum admissis, & de quibus *obseruatione...*

Prædictæ tamen prætensioni Senatus non acquiescebat, sicuti neque fundamenta obseruationis mox dictæ huic casui applicabantur; ex quo contractus emptionis tunc factæ in pristino statu remansit, neque per superuenientiam constitutionis census resoluta euasit. At in facti contingentia emptor proprietates per eum acquisitas venditrici retrocesserat, & super pretio, quod Communitas restituere obstringebatur, censum constituit; Neque enim simul stare poterant, quod Palma furnos penes se retineret, & super illis Communitas censum fauore eiusdem Palmæ imponeret; quia res propria nemini seruire 1.
potest, *l. Vranius 72. ff. de fideiuss. l. Neque pign. 146. ff. de Reg. Iur.* Cenc. *de Cens. q. 114. n. 2.* ibique Rot. *dec. 71. n. 8.* Merlin. *de pign. & hypot. lib. 2. q. 88. n. 1.* Cyriac. *contr. 278. n. 50.* Manent. *de contract. liuell. q. 5. sub n. 46.* ibi, *quia pro re mea non possum soluere affictum.*

Quam ob incompatibilitatem dubio procul, vbi etiam partes mutuo consensu à priori contractu venditionis non recessissent, ipso iure re- 2.
solutus remansisset, ad textum *in l. Pacta 12. C. de Pact.* Mangil. *de Euict. q. 27. n. 8.* Mart. Medic. *ad dec. Senen. examin. 41. n. 26. & seq.* præsertim *n. 31. & 32.* vbi ampliat etiamsi posterior contractus nouans esset nullus, cum sufficiat contrahentium præsumpta voluntas recedendi à priori contractu, Caren. *resol. 71. n. 1.* Merlin. *de pign. & hypoth. lib. 5. resol. 30. n. 4. & 25.* Anton. de Amat. *resol. 89. n. 11.* Staiban. Iun. *resol. 7. n. 3. & 4.* Contr. *discept. 52. n. 6. & 7.*

Cæterum, quod sola conuersio crediti in redditum censualem omnimodam nouationem inducat, ex eo suadetur, quia tūc fictione legis perinde efficitur, ac si vera debiti solutio intercessisset; ab indeque pecuniæ sic exactæ ad censum eidem debitori traditæ fuissent, vsque adeo, vt 3.
præcedens cōtractus perinde omnino habeatur, ac si non emanasset, *l. Singularia 15. ff. Si cert. pet.* Castill. *dec. 5. n. 30. & seq. par. 1.* Staiban. Iun. *d. resol. 7. n. 6. seq. ac per totas*, vbi singulariter limitant, quando de causa dotis ageretur, Manent. *de contract. liuell. q. 5. n. 18. & seq.* Contr. *discept. 34. sub n. 4. vers. quod si vnum debitum.*

Inita sic pretij nouatione, & pecuniis in emptionem stabilium destinatis in simplex creditū versis, vsuræ, seu fructus, nec in rationem quin- 4.
que, minúsve in rationem octo percipi non poterant, *l. Emptor 27. ff. de Nouat.* Surd. *cons. 269. n. 18.* Manent. *de Contract. liuell. d. q. 5. n. 17. & seq. 46. & 92.* Cyriac. *contr. 252. n. 52.* Leotard. *de Vsur. q. 27. n. 64.* Contr. *discept. 34. à n. 1. ad 5.* & recepti in sortem imputantur, illamque extenuant, 5.
l. 1. 2. & vlt. C. de Pignor. act. l. Si Dominium 9. C. de Pignor. Leotard. *de Vsur. q. 7. n. 8.* Io. Ant. Bellon. *cons. 20. n. 25.* Castill. *dec. 61. n. 21.* Manent. *de Contract. liuell. q. 6. n. 37.* Cyriac. *contr. 255. n. 17.* Cenc. *de Cens. q. 88. n. 5.* Contr. *discept. 97. n. 10. & post tract.* Rot. *dec. 172. n. 9.* Rot. *decis. 69. n. 2. par. 9. tom. 1. recent.*

Amplectendo tamen æquitatem, & inspecto potissimum consensu Communitatis, eandem in quinque pro centum condemnari posse exi- 6.
stimauimus, prout stabilia regulariter reddere consueuerunt, gloss. *in Auth. Præterea, C. de Sacros. Eccles.* Rot. apud Zacc. *de Cam. oblig. dec. 275. n. 31. & 32.* Merlin. *de pign. & hypoth. lib. 1. q. 23. n. 34.* vbi quod non valeat pactum, vt pro fructibus compensatiuis venditor consequatur vltra quinque pro centenario, Bonden. *collect. 37. n. 27. & 28.* Rot. *in Romana pecuniaria 3. Februarij 1654. §. Cum vero, coram R. P. D. Verospio.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Nouatio non inducitur ex contractu nullo. Declara, vt n. 2.*
3 *Sententia vnius iudicis penditio coram alio est nulla.*
4 *Communitas validè transigit sine solemnitatibus de rebus penes ipsam non existentibus. Sed vide, n. 7. Si recipit mutuum sub vsuris solemnitates adhibere obstringitur, n. 10.*
5 Lex fin. C. de vendit. rer. Vniuers. lib. 11. *non comprehendit hypothecam bonorum Communitatis, & n. 6. Contra, n. 8.* L. Ciuitas 27. ff. Si cert. pet. L. Si is qui 11. ff. de pignor. *in quibus terminis procedant, n. 9.*

OBSERVATIO LXXII.

OB nullitatem posterioris contractus creationis census, de qua diximus *obseruatione....* Palma prætendebat regressum ad præcedentes contractus geminatæ venditionis furnorum solemniter factarum,
1. *l. Nouatione 18. ff. de Nouation. l. 4. C. de fideiuss.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 31. n. 24.* Surd *decis. 51. n. 15.* Hodiern. ad Surd. *decis. 266. n. 4. & 11.* Merlin. *de pign. & hypoth. lib. 5. q. 30. n. 26.* Altograd. *cons. 17. n. 28. lib. 1.*

Huiusmodi namque conclusio singulariter limitatur, vt non procedat, quando contrahen-
2. tes in secundo contractu, quantumvis nullo, expressè à præcedenti recesserunt; tunc enim resoluto posteriori contractu ad priorem expressè annullatum aditus non patet, *l. Plane 24. in princ. ff. de Legat. 1.* Ludouis. *decis. 76. n. 2.* & altius repetit Mart. Medic. *ad decis. Senen. examin. 41. n. 34. vers. Huic tamen, & n. 27.*

Nec quicquam faciebat, quod Senatus in causa confiscationis bonorum Ferrarij censum omnino validum pronuntiauerit; dicta namq. sententia vtrinque affectabatur à Palma causam habente à Ferrario; quia eidem expediebat census validos censeri, vt Communitatem obligatam haberet, simul cum bonis in confiscationem deductis in casum euictionis, quemadmodum & fisco, vt confiscatio ipsa pinguior euaderet; Communitas autem in meritis nihil prorsus deduxit, sed solummodo forum declinauit, ob pendentiam eiusdem litis coram D. Senatore
3. Roërio; qua pendente in iudicio exceptione Senatus non nisi nulliter quoad Communitatem sententiam proferre potuit, Franc. *decis. 94.* Mastrill. *decis. 127. n. 2. & per totam,* Galupp. *in prax. par. 2. cap. 6. num. 6. & seq.* Leoncill. *decis. Ferrar. 165. sub n. 2.*

Transactio autem inter Palmam, & Communitatem Castaneolarum subsecuta subsistere omnino videbatur; quippe quoniam ex illa
4. Communitas nil stabile à se abdicauerat, sed penes se potius furnos aliàs distractos retinuerat; quo sane casu solemnitates non requiri, post alios diximus *alleg. 14. & alleg. 70. per tot. lib. 3.*

Simplex autem obligatio suscepta per Communitatem in transactione soluendi scuta mille biscentum cum hypotheca bonorum prohibi-
5. ta non censetur; minúsve comprehensa in dispositione, *l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.* vti restricta tantummodo ad alienationes, Simoncell. *de Decret. in præfat. n. 103.* Losæus *de iur. Vniuers. par. 3. cap. 5. n. 12. 13. ac per totum.*

Quinimo bona Communitatis expressè hypothecari posse absque vlla solemnitate, cau- 6.
tum reperitur *in l. Ciuitas 27. ff. Si cert. pet. & in l. Si is qui 11 ff. de Pignor.* Los. *de iur. Vniuers. par. 3. cap. 4. n. 6. & seq.* Merlin. *de pign. & hypoth. lib. 2. q. 73. n. 1.*

Contrarium tamen suadebatur ex eo, quia etiam in transactione, per quam sequi potest 7.
alienatio, solemnitates *l. fin. C. de vend. rer. Ciuit.* necessariæ reputantur, Surd. *cons. 28. n. 85.* Præterquam quod etiam in obligatione, & hypotheca bonorum Vniuersitatis requiruntur so- 8.
lemnitates *d. l. fin. C. de vend. rer. Ciuit.* vt animadnertunt Castill. *de Vsufruct. cap. 54. sub n. 49. vers. primo per textum,* Merlin. *de pign. & hypoth. lib. 2. d. q. 73. n. 2.* vbi præter versionem in commodum Vniuersitatis pro subsistentia hypothecæ per Vniuersitatem contractæ, solemnitates quoque necessarias renuntiant, Cenc. *de Cens. q. 23. n. 16.* Staiban. Iun. *resol. 38. num. 20. & 21.* Cyriac. *controu. 74. n. 13.* quatenus volunt, quod prohibitus alienare, annuos redditus constituere nequeat.

Neque prædictis obstant textus *in d. l. Ciuitas 27. ff. Si cert. pet. & in l. Si is qui 11. ff. de Pignor.* procedunt namque in simplici mutuo, in 9.
vtilitatem Vniuersitatis verso, ac gratis facto; secus quando Vniuersitas pecunias recipit, atq; ad illarum restitutionem cum vsuris se obligat; tunc enim non secus ac in alienatione rerum 10.
Vniuersitatis solemnitates prærequiruntur, vt pulchrè distinguit Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 6. num. 8. & tit. 12. sub num. 14. vers. Sed hoc,* Curt. Iun. *cons. 174. num. 36. & cons. 185. num. 9.* Lancellot. Gall. *cons. 115. sub n. 39.* & dixi *obseruatione...*

SVMMARIVM.

1 *Dominio carens non opponit possessionem alterius ex iure familiaritatis procedere.*
2 *Familiaritatis iure soror dicitur possidere portionem sororis. Iure possessio non est manutenibilis, num. 3. Iure possessio non releuat pro manutentione, n. 6.*
4 *Manutentio possidenti non impeditur, dum super validitate tituli contenditur. Amplia vt, n. 5.*
7 *Possessio adminiculatur ex locatione, & exactione pensionis ad effectum manutentionis. Iure familiaritatis in dubio non præsumitur, n. 8.*
9 *Confitens alium possidere non potest postea impugnare, & n. 10.*
11 *Casalensibus idem ius Mediolani seruandum, quod seruaretur Mediolanensibus in Ducatu Montisferrati.*
12 *Incapacitatis exceptio in summariissimo non attenditur.*
13 *Mulier nupta forensi non desinit esse ciuis.*
14 *Forensis prohibitus acquirere non censetur prohibitus acquirere bona eius maiorum.*
15 *Subditus possidens bona dicitur ad effectum succedendi.*
16 *Ciuis mixtus non comprehenditur in statuto de casu simplici loquente.*
17 *Statutum prohibens mulieribus ne nubant forensibus*

rensibus non afficit nuptam forensi ab agnatis.

18 *Manutentionis substantia consistit in possessione.*

Observatio LXXIII.

Possessionis Marchionum de Natta substantiam in dubium refricare non audent aduersariæ: Verùm ad ius dumtaxat familiaritatis restringere inutiliter satagunt: quippe quoniam insistentia huiusmodi Dominium in replicante omninò præ-
1. requirit, Buratt. *decis.*312. *num.*2. Nouar. *de gravamin.Baron.*27.*n.*13.*&* 14.*tom.*1.*&* *prælud.*3.*n.*3. *& seq. tom.*2. quos sequitur,& optimè declarat, Rot. *in Veliterna Tenuta Schiti* 1. *Iulij* 1654. §. *gratis verò,in fine, coram R.P.D.Bichio.*

Iure igitur proprio, non autem familiaritatis tertiam bonorum possedisse dicuntur Marchiones de Natta; nimirum ex titulo conuentionis securæ inter ipsos, & aduersarias. Quæ dum contendunt possessionem totius hæredi-
2. tatis, vtique iure familiaritatis dumtaxat tertiam portionis ad Marchiones de Natta debitam possedisse præsumuntur, Gratian. *discept.* 704. *num.*27. Rot. coram Merlin. *decis.*548. *à numer.*14. *ad* 17. & in proximis terminis *decis.* 277. *numer.* 9. *& per totam part.* 8. *recent.* quæ aptius ad præsentem casum respondere non potuisset, quæ quidem possessio Nouercæ, & so-
3. roris, ipsius Supplicantis Marchionissæ pro eius tertia huicmet, non autem illi prodest ad manutentionem obtinendam, vt ratiocinatur Rot.*decis.*238. *num.*13.*part.*8. *recent.* peroptimè igitur ratiocinatio quoad tertiam retorquetur.

In nihilo prorsus refragante tituli obiecta ex aduerso nullitate, iuris namque indubitatissimi præexistit manutentionem non remo-
4. rari, dum super validitate tituli altius perquiritur, vt latissimè prosequitur, Rot. post alios *decis.*339. *à num.* 17. *vsque ad* 24. *& decis.*356. *num.*20. *par.*9. *tom.*2. *recent.* Quinimò præsupposita etiam tituli dubietate, insubsistentia, aut
5. nullitate, adhuc vigore illius possidenti manutentio concedenda venit, Cyriac. *controuers.*251. *n.*24.*&* 31. Rot. *decis.*238. *n.*15.*part.*8.*recent.*

Hinc stare simul possunt, quod Marchiones de Natta vltra tertiam domus ex conuentione ipsis obuentam, residuum quoque ex accidenti auctionis familiæ familiaritatis, beneuolentiæ, atque affectus ergo Nouercæ simul, & Sororis respectiuè erga ipsos Iugales de Natta possederint; ex qua sanè euentuali habitatione supra-
6. plutis tertiæ domus possessio nullius omninò momenti quemadmodum emersit; ita & iure quidē optimo quoad illud supraplus pro manutentione dicti Iugales non insistunt, Menoch.*de arbitr.cas.*160.*n.*13.*in fine,& seq.*Duran.*decis.*40. *n.*8. Rot. *decis.*63. *n.*6. *par.*8. *& decis.*120. *n.*19. *par.*9.*tom.*1. *& decis.*365.*n.*42.*par.*9.*tom.*2.*rec.*

In possessione verò per eandem concordiam tertiæ hæreditatis Iugalibus de Natta assignatæ, cum possessionem iure proprio, ac conuentionis memoratæ titulo continuarint, eisdem ex *superius* dictis manutentio denegari nequit; concurrentibus potissimum geminatis locationi-
7. bus, cum successiua affictum percipiendi facultate, Rot.*decis.*573.*num.*5.*part.*2. *recent.* repetita apud Andr. *decis.*12. Ludouis. *decis.*318.*num.*2. & per totam, & nouissimè eadem in *Romana census, seu Saluiani* 27. *Martij* 1658. *n.*1. *coram Reuer.Cerro.*

Hæsitationi igitur locus aliquis haud relinquitur, quin actus possessorij in domo vltra tertiam partem Marchionibus de Natta contingentem peracti ad titulum familiaritatis referantur; respectu verò tertiæ partis, tam in domo, quam in residuo hæreditatis ex capite conuentionis processerint, & quatenus subesset dubium circa actus possessorios tertiam partem concernentes, num scilicet iure familiaritatis 8.
emanauerint adhuc pro manutentione suffragantur, Rot.Bononien. *diuers.decis.*138.*num.*58. *&* 59.Tondut.*resolut.benefic.lib.*1.*cap.*15.*num.*17. Post.*de manuten.obseruat.*52.*num.*16.Rot.*in Maioricen. celebrationis Missarum* 28. *Iunij* 1652. §. *verum Promotoris,&* 1.*Iulij* 1654 *n.*14. *coram R. P.D.Bichio.*

Obiecto demum incapacitatis ex prætensa forensitate Marchionum de Natta desumpto, quadrifariam ipsimet occurrunt,& primò, quia cum Nouerca, ac Soror respectiuè cum ipsis Iu- 9.
galibus de Natta, tanquam capacibus conuenerint, eorundem modo capacitatem non ritè, aut rectè impugnat, Surd.*decis.*100.*num.*20. *& decis.* 104.*n.*13.Cyriac.*controu.*335.*n.*29.*&*30.ea ratione; quia qualitas capacitatis ab extrinseco subintellecta censetur tāquam necessaria ad validitatem cōuentionis. Eoque minus huiusmodi capacitatis exceptio allegari potuit ab eisdem Nouerca, ac Sorore, dum ab ipsis Iugales de Natta fuerunt agniti pro successoribus ad tertiam partem bonorum fratris, ac respectiuè sororis, necnon in condominos,& possessores ad- 10.
missi, vt constat ex instrumentis locationum, ac geminatis confessionibus in eisdem emissis per prædictas Nouercam, & Sororem, quæ contra illas ad effectum potissimè manutentionis plenè probant, Surd.*dict.decis.*104.*n.*5.*& seq.*Ludouis.*dec.*227.*n.*12.*&* 13. Rota *dec.*239.*n.*4.*part.*6. *rec.*& post Cenc.*de cens.dec.*209.*n.*3.Post.*de manutent.obseru.*19.*n.*48.& in proximis terminis, ac in prædicto ferè verborum contextu eadem Rot.*in Romana fideic.de Cuppis* 2. *Martij* 1654. *n.*23.*coram R.P.D.Meltio.*

Secundò, quia huic exceptioni incapacitatis ex asserta forensitate mariti de directo resistit titulus, *ff. quod quisque iuris*, ex eo, quia sicuti fœ- 11.
minis Casalensibus licet nubere iuris Mediolanensibus absq; eo, quod incapaces successionum in Ducatu Montisferrati reddantur; ita quoque Mediolanensis nupta Casalensi succedere non prohibetur, vt ratiocinatur Cyriac. *controu.*291. *n.*80.*&* 81.Senatus Mantuæ apud V.P.Mel.*allegat* 52.*in fin.*§.*quartum desumebatur*, *lib.*3.

Tertiò, quia huiusmodi incapacitatis exceptio in facto non subsistit, & in iure plurimas secum affert discussiones profundissimæ indaginis, quæ 12.
propterea in summariissimo non attenditur, ex cumulatis per Argel.*de legit.contradict.q.*2.*n.*329. *& seq. & q.*11.*n.*77. & post ipsum & alios animaduertit in fortioribus terminis V. P. Melius *alleg.*52.*n.*6.*& alleg.*110.*n.*11.*lib.*3.Rot.apud Post. *de manuten.dec.*215. *n.*16. *& in Romana fideic.de Cuppis*, 2. *Martij* 1654. *n.*19. *&* 20.*coram R.P.D. Meltio,& in Bononien.de Maluetiis* 11. *Decemb.* 1614.*n.*3.*&* 4.*coram R.P.D.Pirouano.*

Quartò

Quartò, ac demum, quia quoad Marchionissam præsupposita citra veritatis dispendium, forensitate
13. omnino irreparabili eius viri, adhuc ad succedendum fratri incapax non diceretur, ad tradita post alios per V. P. Mel. *allegat.*108. *num.*11. *lib.*3. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.*98. *num.*11. Esto au-
14. tem quod dici posset forensis, non prohiberetur succedere ad hæc bona eius Maiorum, Cyriac. *controuers.*543. *num.*34. Quoad Marchionem eius
15. maritum, dum possidet bona in Ducatu Mediolanensi non dicitur ad succedendum incapax, Cyriac. *controuers.*543. *num.*52. Ciarlin. *controu.*205. *num.*51. Giouagn. *consil.*90. *num.*16. *lib.*1. Nec ipsi applicatur constitutio Mediolani *in §. collegiis, tit. de pœn.* arcens simpliciter forenses; cum Marchio
16. Natta mixtus ciuis, siue subditus reputetur, ad tradita post alios per Mart. *de success. legal. part.*4. *tit.*9. *q.*3. *num.*12. *& seq.* & in proximis terminis per Cyriac. *controu.*449. *n.*15.

Verumtamen cum supplicans non ex propria electione, sed à fratre, ac cæteris affinibus, seu
17. agnatis Marchionis Nattæ nupserit, inde propterea fit; vt neque in edictum istud inciderit, vt latissimè prosequitur, Cyriac. *controuers.*391. *à num.*62. *vsque ad* 80. & *controuers.*448. *num.*6. *& seq.* quem & alios refert Redenasch. *consil.*1. *n.*70. Bec. *consil.*149. *sub num.*18. *vers. secundo suffragatur*, Carill. *decis.*271. *num.*7. *& seq.* Ioan. Franc. Andr. *controu.*271. *n.*21. *& seq.* vbi ipse contrarium inutiliter defendit, cum in dicta causa aduersus eius scripta Senatusconsultum successerit, de quo apud V. P. Mel. *d. allegat.*52. *lib.*3.

Nonnulla, ex quibus tametsi in meritis consi-
18. stentia, nihilominus citra animum ingrediendi merita ad corroborandum dumtaxat in possessione manutentionis substantiam, Post. *obseru.*42. *num.*7. Ioan. Baptista Antonel. *consil.*92. *n.*2. dixisse sufficiant.

Reliquum est igitur, vt Amplissimus iste Ordo fid. M. V. Oratores de Natta, iuxta per ipsos suppliciter precata manutenere dignetur.

SVMMARIVM.

1 *Census re perempta extinguitur. Amplia, vt num.*2. *& n.*7.
3 *Subrogatio rei in particularibus locum non habet. Nisi id exprimatur, n.*4. *Facta pro vna re implicat fieri pro alia, n.*5.
6 *Hypotheca constituta super domo, ea diruta remanet super area.*

OBSERVATIO LXXIV.

1. DIRVTA domo, aut casmate perempta proprietate censui subiecta, censum quoque extingui non ambigebatur, per textum *in l. repeti*, 5. *§. rei mutatione, ff. quib. mod. vsusfruct. amitt.* Gratian. *discept.*654. *num.*8. Cenc. *de cens. quæst.*101. *num.*17. Leotard. *de vsur. q.*57. *num.*42. *&* 44. Pasqualig. *quæst. moral.*342. *num.*2. *cent.*4. Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.*18. *num.*9. *& seq.* Merlin. *decis.*822. *num.*3. *in fin.* & *num.*4. Rot. *decis.*234. *num.*10. *& seq. part.*7. & *decis.*290. *n.*13. *part.*8. *recent.* Thesaur. *quæst. forens.*32. *num.*22. *lib.*1. Leoncill. *decis. Ferrar.*105. *num.*1. Andr. Censal. *decis. Lucen.*82. *num.*44. latè post alios Gibalin. *de vsur. cap.*6. *art.*23. *per totum, tom.*2. *lib.*4. dixi *allegat.*7. *num.*1. *& seq.* & *allegat.*70. *n.*8. *lib.*2. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*5. *quæst.*34. *num.*6. *& per totam*, Mart. Ventur. *consil.*24. *n.*11. vbi concludunt censum omnino extingui peremptione rei censitæ, etiamsi denuo reædificaretur; 2.
dummodo absque dolo, culpa, & facto debitoris peremptio successerit, Gratian. *d. discept.*654. *n.*6. Cenc. *de cens. d. quæst.*101. *num.*19. Gibalin. *de vsur. lib.*4. *cap.*6. *art.*24. *n.*5.

Nec quicquam facit, quod loco domus dirutæ communitas tot alia bona subrogauerit; omisso namque, quod assignatio iuxta testium concludentissimas probationes pro alia domo pariter destructa successerit, cum versemur in particularibus, vti res subrogata in locum censualis nequaquam succedere potuit, Cenc. *de cens. quæst.*67. *sub num.*25. *vers. sed posset in dubium, & post tract.* Rot. 3.
*decis.*421. *num.*8. *&* 9. vbi quod ad effectum subrogationis necesse fuisset exprimere proprietates 4.
assignatas censui obnoxias remanere debere, & *decis.*422. *num.*5. *& per totam*; istud autem impractibile videtur, ex quo conuentio in effectu 5.
super altera domo Arcis cadebat, Surd. *decis.*306. *num.*1. *& seq.* Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.*2. *q.*51. *num.*29. *&* 43.

Argumentum in motiuis subtiliter assumptum ab hypotheca, quæ remanet in area domus dirutæ, eaque denuo ædificata reuiuiscit, ad censum, ex 6.
professo confutant, Cenc. *de cens. d. quæst.*101. *n.*17. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.*5. *d. quæst.*34. *n.*6. *in fin.* vbi sic respondet textui *in l. Paulus*, 29. *§. domus, ff. de pignor. act.*

Stante igitur destructione domus censualis, ac consequenter extinctione census, Dominus de Millis vlterius molestari nequit, cum præcipuè causa belli, atque casu fortuito accidens destru- 7.
ctionis euenerit; itavt nec communitas Tridini pro censibus sub prætextu, quod aream domus, seu eam reædificatam possideat, inquietari posset, Thesaur. *quæst. forens.*32. *num.*20. *in fin.* & *num.*22. *lib.*1. Thomat. *decis. Macerat.*22. *num.*13. Andr. Censal. *d. decis.*82. *n.*1. *seq. ac per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Feudum Curiæ Podij est alienabile ex pacto, & consuetudine.*
2 *Pactum alienationis prohibitiuum in renouationibus adiectum non tollit facultatem alienandi in prima feudi concessione, ac immediatis renouationibus repetitam. Alienationis prohibitiuum, non obseruatum non afficit, num.*3. *Impedit contractus etiam inter comprehensos, num.*6. *Et subinfeudationes in extraneos vltra vitam subinfeudantis, n.*7.
4 *Obseruantia pacti alienationis prohibitiui inuestituris feudi superuenientis litigiosa non inspicitur.*
5 *Paria sunt pactum aliquod in inuestituris non apponi, vel apponi, & nihil operari.*
8 *Subinfeudatio in praiudicium agnatorum Iure feudali prohibetur.*
9 *Rota damnauit pacta addita renouationibus, non contenta in prima concessione feudi facta Moysi Gonzaga.*
10 *Resolutiones Rotales à Patre obtentas filius, & hæres non impugnat.*

OBSER-

Observatio LXXV.

Dicta in praecedenti Obseruatione tertia remouent altercationem istius feudi
1. tam ex consuetudine, quàm ex pacto in quoscunque alienabile, iuxta sensatam opinionem Nobilium de Gonzaga, de qua Rota *in decis.187. sub num.6. part.1. diuers.* Bursat. *consil.49. num.62.& seq.*& *consil.50. sub num.36. vers. rursus*, & *consil.148. in princ.* & *consil.165. propè finem*, & *consil.187. in princ.& fin.*& priùs *consil.40. in princ.* Menoch. *consil.148. num.10.* Cephal. *consil.272. num.34.138.& seq.* Gozadin. *consil.11.* eadem Rota *in Mantuana feudi, 16.Maij* 1654. *coram R.P.D. meo Cerro*, Bertazzol. *consil.ciu.75. num.24. in fin.* & *consil.110. num.20.* Socin. *consil.66. in princ. lib.3.* qui omnes loquuntur in praecisis terminis istius feudi.

Inductum, vt praetendebatur, ex pacto aliena-
2. tionis prohibitiuo posterioribus inuestituris adiecto, quod non facessere negotium, praeter superius dicta, ex professo defendunt, Bertazzol. *d.cons.110. num.27.* Bardellon. *cons.129.num.24.& seq.* Giurb. *de success. feud. §.1. gloss.10. sub num.9. vers. sicut enim*, Menoch. *consil.545. sub num.17. vers. nec dicatur*, latè Crauet. *consil.508. num.16.* Eoque magis quia non sufficit allegare pactum alterans
3. primam concessionem, nisi etiam vsus pacti concludenter probetur, Rota *in Forosempronien.* seu *Eugubina bonorum emphyteuticorum, 7.Maij* 1638. *§.nec placuit, vers. & in simili, coram bon.mem. Coccino*, nunc *decis.39. part.8.recent.* Imo eademmet obseruantia apponendi pactum non suffragatur, stante, quod per Nobiles in iudicium deducta primam concessionem absque insertione similis pacti attendendam obtinuerunt, coram Aldobrandino *decis.187. part.1. diuers. & 20.Fe-*
4. *bruarij* 1584. pluries confirmata; obseruantia autem litigiosa non inspicitur, Rota *decis.66.num.10. part.7. recent.* & *in Bononien. bonorum emphyteuticorum, 10.Iunij 1648.in fin.coram R.P.D. meo Verospio.*

Nil mirum igitur, si hactenus vsu receptum non extiterit, adeo vt perinde habeatur, ac si
5. nunquam fuisset appositum; quia paria sunt non extare, aut extare, & nihil prorsus operari.

Siquidem pacta alienationis, ac quorumcun-
6. que contractuum super feudo prohibitiua, etiam inter comprehensos distractiones impediunt, ipsoque Iure resoluunt, Bardellon. *consil.14.à n.13. ad 31.* Cyriac. *controuers.222. num.63.* Cauagnol. *consil.48. num.13. & seq.lib.1.* Rosental. *de feud. cap.9.concl.46.num.8.& seq.* Rota *in Mediolanen. emphyt. seu bonorum, 4.Aprilis 1642.coram R.P.D.*
7. *Peutingero*, quinimò, & subinfeudationi in extraneos, vltra vitam subinfeudantis irritanter repugnat, *num.31.vers.hinc si*, latè Olasc. *consil.26.n.20. & 21.* Rosental. *de feud. cap.9. conclus.46. num.9.* Rota *in Mantuana feudi, 17. Iunij* 1641. *coram R.P.D. Royas*, nunc inter eius impressas *decis.143.* Monach. *de rect.feud. interpretat. cap.48. sub n.54. vers.qua tamen*, & *num.62.* Giurb. *de success. feud. §.1. gloss.5.num.37. vers.at de Iure*, Rota *in Mantuana licentia super isto feudo, 4.Maij 1583. §.tamen multi, & per totam, coram Aldobrandino.* Quia seclusa etiam conuentione inhibitiua alie-
8. nationis, & contractuum de Iure feudali in praeiudicium Agnatorum subinfeudationes fieri nequeunt, Alex. *consil.15.lib.5.* Ruin. *consil.8. sub n.5. vers.tamen illa*, & *consil.37. sub num.18. vers. quod durauit infeudatio*, & *consil.213. sub num.2. vers. & similiter, lib.1.* Ronsental. *de feud. concl.48. n.1.* cum infinitis, de quibus *in gloss.A.* Peregr. *dec.150. in fin.* à Pont. *lect. feud.6. num.8. & 43.* Giurb. *de success.feud. §.1. gloss.5. n.37.*

Ex quibus Episcopus Mantuae directus feudi Curiae Podij, & Carolus ex Marchionibus de Gonzaga Agnatus contra Nobiles, quos inter parentes nunc contendentium insurrexerunt ob contractum istius feudi inter ipsos absque licentia; necnon ob subinfeudationes, & distractus in extraneos, & innixi prohibitione praedicta feudum, seu portionem vniuersam Nobilium cecidisse in commissum praetendebant. In tantum, quod de facto Episcopus priuatis Nobilibus Carolum Marchionem reinuestiuit; causa tamen ad Curiam delata, & in Sacro illo Tribunali acerrimè, ac pluries disputata, pluribus quoque vicibus resolutum fuit, ne latum quidem vnguem 9.
ab inuestitura Aloysij recessum, per qualibet pacta ab eadem concessione aliena, ex Rota *d.decis.187. num.6. part.1. diuers. & 29.Februarij, 16. Aprilis, & 23. Maij 1584. coram Sanctissimo Clemente VIII.*

Hasce autem resolutiones fauore, & ad instantiam Claudij latas à D. Marchione Iulio Caesare 10.
eius haerede filio, ac successore in feudo, in controuersiam indebitè reuocantur, Bertazzol. *consil.76.num.26.* Peregr. *de fideicomm. art.44.num.2.* Fusar. *consil.1. sub num.27.* Rota *in Romana fideicommissi de Victoriis, 13.Ianuarij 1653. §. concluditur autem, coram R.P.D. meo Verospio.*

Summarium.

1 *Soluens anteriori succedit in eius locum ad exclusionem posteriorum. Amplia, vt num.2. Declara, vt n.3.*

4 *Creditor agit contra emptorem pro ea parte, qua emptor non est anterior.*

5 *Retentio possessionis condemnato ritè ad dimittendam.*

6 *Reuisio reuisionis non datur.*

Observatio LXXVI.

Absque vlla prorsus cessione, quod soluens anteriori quoad omnia etiam hypothecam, ad exclusionem posterio- 1.
rum, in illius locum succedat, expressè habetur *in l.si potiores pen. C. de his qui in prior. creditor. loc.succed.* Gratian. *decis.Marcb.66. num.8.& seq.* & *discept.269. num.8. & seq.* & *discept.734. n.18.* cum adductis per nos *allegat.22. num.13. fol.397. lib.1.* & nunc accedunt Caren. *resolut.111.la prima, num.6.& 7.* Merlin. *de pignor.lib.4.quaest.44. à n.8. ad 12.*& Rot. *post tract.decis.93.num.11.*& *decis.152. n.13.& 14.* Rot. post Contr. *decis.22.num.9.* vbi de soluente communitati.

In tantum, quod si casu, aut culpa propria à possessione ceciderit, rem à possessore recuperare 2.
poterit, Gratian. *d.discept.269.n.25.* Caren. *d.resolut.111.la prima, n.7.in fin.& n.8.*

Praedicta tamen ad causam vertentem inter Milanum, & Salomonem Ionam Hebraeum non applicari

applicari Senatus existimauit; quia ipse Milanus licitator bonorum Morelli, in locum Curionæ
3. anterioris Hebræi, nonnisi pro Ducatonis sexdecim ipsi Curionæ solutis successit, per textum *in l.eum qui*, 18. *ff.qui pot. in pignor. habeant*, ibi, *eum qui à debitore suo prædium obligatum comparauit eatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia peruenit*, A Pont. *cons*.87. *num*.10.*& per tot.lib*.1.latè Thesaur.*quæst.forens*.30. *num*.5. *& seq. lib*.2. Thomat. *decis. Macerat*.74. *num*.8. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib*.2. *dict. quæst*.44.*sub num*.8. *vers.& hoc respectu*, Rot.apud Cenc. *de cens. decis*.451.*num*.3.*&* 17. Cum ergo ex pecuniis per licitatorem exbursatis Ducatoni sexdecim ad manus Curionæ peruenerint, Iure
4. merito pro residuo valoris bonorum Hebræus legitimè immissus fuit, & in sua possessione ad omnimodam Milani exclusionem confouendus venit,Rot.coram Caualer.*decis*.652.*num*.5.Merlin. *de pignor. & hypothec. lib*.2.*d. quæst*.44. *num*.23. *&* 24. Cenc. *de cens. quæst*.98. *sub num*.45. *vers. hæc tamen*, *& post tractat. dict. decis*.451. *num*.2. *&* 16.

Vltra quod cum Milanus non propria sua culpa,aut casu iam à possessione ceciderit, sed ex auctoritate Iudicis ad illius dimissionem con-
5. demnatus in contradictorio appareat;consequens ideo fit, vt de retentione non amplius agatur, Alex. *in l*.3. §. *fin. n*.27. *&* 28. *ff.de acquir. possess*. Rot.apud Mangil. *de subhast. decis*.54.*sub n*.6.*vers. quia responsum*, quæ est *decis*.498.*post tract*. Cenc. *de censib*.

6. Maximè quia tam ex sententia inappellabili conseruatoris, quàm ex altera reuisionali, coram eodem Senatu irreparabiliter succubuerat, nec vlterius audiri poterat, Antonin.de Amat. *resol*.6. *num*.5. Fontanell. *de pact. nupt. claus*.4. *gloss*.18. *part*.4.*num*.116. *seq*. & *num*.121. & *decis*.420.*n*.22. *& seqq*.Cyriac.*controu*.183.*num*.5. Ioan. Anton. *ab Eccles. Obseru*.26. *num*.4. *part*.2. vbi pro eodem habent supplicationem,& reuisionem, Fontanell. *decis*.412. *num*.17.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum ne soluat est species executionis. Ne soluat, idem ac sequestrum importat*, *num*.2. *Ne soluat debitoribus Ecclesiastici per Iudicem laicum fieri nequit*, *num*.3. *Ne soluat de Iure Canonico prohibetur*, *num*.7.

4 *Ecclesiasticus coram Laico conueniri potest. Limita,vt n*.5.*& n*.8.

6 *Ius Canonicum attenditur in iudicio reconuentionis Ecclesiastici coram Iudice sæculari.*

9 *Exactum pro credito putatiuo retinetur pro reali.*

10 *Hæreditario potius Iure,quàm fideicommissario quis possidere præsumitur.*

11 *Aditio hæreditatis non inducitur per possessionem,si præcessit protestatio non adeundi.*

OBSERVATIO LXXVII.

1. SPECIEM executionis sequestrum, seu præcepta solutionis inhibitoria præseferre animaduertunt, Bald. *in cap*.1. *de sequestr. possess. & fruct*.latè Coler. *de processs. execut. part*.1. *cap*.2. *num*.67.68. *& num*.102. Borgn. *decis*.36. *num*.150. *part*.2. Burat. *decis*.653. *num*.3. Ciarlin *controu*.60. *num*.7. in idem enim quoad præsentem controuersiam conuertuntur sequestrum, & præcepta, 2.
ne soluat, Ciarlin. *controuers*.44. *num*.16. Coler. *de processs. execut. part*.1. *dict. cap*.2. *num*.176. *& num*.181.

Inde propterea fit, quod huiusmodi præcepta debitoribus Ecclesiastici à Iudice Laïco emissa 3.
nullius omninò roboris existant, Dec. *consil*.125. *num*.2. *&* 3. Gratian. *discept. forens*.232. *num*.13. Grass. *de effect. cler*.1.*num*.222. Marant. *respons*.38. *num*.51. *& seq*. & in puncto post alios Ciarlin. *controuers*.44. *num*.9. *& per totam*, & *controu*.60. *num*.7. *& seq*. & *controuers*.171. *à num*.1. *vsque ad* 9.Consequens ideo fit,vt iuxta instantiam Monasterij præcepta, de quibus agitur,tanquam nulliter emanata reuocari debeant.

Dato enim citra veritatis dispendium, quod in reliquis iudicium reconuentionis sustineretur, 4.
ex traditis per Grass. *de effect. cler*. 1. *num*.745. Carocciol.*de for. priuileg.quæst*.16.*per totam*. Quæ tamen reconuentio in præsenti casu non militat, dum RR. Patres executiuè ad consecutionem alias creati per Iulium de Parochinis agunt; è 5.
conuerso autem exceptiones fideicommissi redditionis computorum tutelæ, & aliorum ordinariè discutiendorum opponuntur, quo casu reconuentioni locum non esse comprobant, Mastrill. *decis*.41. *num*.7. *& seq*. Grass.*de effect. cler*.1.*n*.771. Carocciol. *d. quæst*.16. *sub num*.16. §. *nec locum*, Merlin. *controu. forens*.24. *lib*.2. Galupp. *in prax. part*.2.*cap*.14.*n*.12. Fontanell.*de pact. nupt. claus*.3. *gloss*.2. *n*.54. *tom*.1. & *claus*.8. *gloss.vnic. part.vnic. n*.11. & *decis*.344. *n*.12.

Omníque in casu à præceptis iudicium inchoari non debebat ad præiudicium Monasterij, quicquid ex censura Statuti Mantuæ contrà Laïcos obseruetur. Quia Ecclesiastico coram Iudice 6.
sæculari reconuento ius Canonicum in decisoriis attenditur, Ruin. *consil*.113. *num*.3. *&* 15. *lib*.4. Grass. *de effect. cleric*.1.*num*.793. Sperell. *decis*.100. *num*.38. Iure autem Canonico huiusmodi præ- 7.
cepta expressè prohibentur,*cap*.1.*de sequestr.possess. & fruct.cap*.1. *vt lit.pend*. Marescot. *var. resol*.77. *n*.1. *lib*.2. Ioan. Bapt. Antonell. *consil*.9. *n*.3.*& seq*.

Maximè cum huiusmodi præcepta, vti dicebamus, vim executionis habeant, quæ neque etiam in iudicio reconuentionis contra Ecclesiasticos intentato coram Iudicibus Laïcis ab ipsis fieri potest; cum quilibet actus executionis ad Iudi- 8.
cem Ecclesiasticum spectet, Vrsil. ad Afflict. *decis*.173. *num*.2. Viu. *decis*.49.*num*.6. Ciarlin. *controuers*.34. *num*.46. cum adductis per Sperell. *decis*.14. *num*.18.

Irritis igitur declaratis prius per D. Prætorem præceptis pronunciandum erit, pecunias exactas à RR. Patribus pro censu Antonij de Parochinis iam extincto pro altero eius filio, adhuc vigente retinendas; quia exacta pro debito putatiuo, pro 9.
reali, ac vero retineri possunt, Ias. *in l.si non sortem*, 26. §. *si centum*, *ff. de cond. indeb*. Marescot. *variar.resol*.119.*per totam*, *lib*.2. Merlin. *de pignor. & hypothec.lib*.1. *tit*.25. *il primo*, *n*.9. Mart. Medic. *decis.Senen.decis*.91.*n*.7.*&* 8. cum præcipuè exceptiones fideicommissi, aliarúmque prætensionum videantur immaturæ ad remorandam prædictorum articulorum expeditionem, vt in facto optimè animaduertitur.

Præter

Præterquam quod dum ex actis liquet, Dominam Comitissam possidere terras alias per olim Antonium de Parochinis, & successiuè per Iulium eius filium, & hæredem possessas, nec alium titulum, nisi prætensi fideicommissi ostendat; consequens
10. ideo fit, vt Iure hæreditario; non autem fideicommissario possidere omninò censeatur, iuxta auream responsionem Roman. *consil.* 247. *sub num.* 4. *vers. est igitur videndum*, pluries amplexam per Rot. Rom. & signanter coram Millino *decis.* 44. *num.* 6. *&* 7. & *decis.* 231. *num.* 2. *&* 3. & *decis.* 405. *num.* 4. & coram Ludouis. *decis.* 98. *in addit. sub num.* 7. *vers. & nota*, & *in Romana fideicommissi de Cesiis*, 14. *Martij* 1657. & *in Neposina bonorum*, 25. *Maij eiusdem anni*, §. *non obstat, coram bon. mem. Dunozetto Decano*, Leoncill. *decis. Ferrar.* 2. *num.* 13. tametsi ipse ex fundamentis huic casui nequaquam applicabilibus contrarium sustinere contendat; quinimò illius ratiocinationes optimè retorquentur; dum in casu nostro, quemadmodum è contra in illo, detractiones faciendæ supersint, Laurent. Vrsel. *conclus.* 51. *sub num.* 20. *vers. vnde ad id erit notandum*, *in verbo aditio hæreditatis.*

Quæ quidem possessio bonorum, cum præcesserit declarationem, seu protestationem D. Comitissæ, quod per illorum retentionem hæreditatem Iulij de Parochinis adire non intendebat, operatur ne protestatio illi suffragetur; quicquid
11. esset si protestatio non adeundi ipsam bonorum possessionem præcessisset, ex doctrina Bart. *in l. pro hærede*, 20. *in princ. ff. de acquir. hæred.* Surd. *decis.* 154. *num.* 19. *& seq.* & *decis.* 267. *num.* 4. *& seq.* & ibi Hodiern. *num.* 4. *& seq.* Cyriac. *controu.* 139. *num.* 47. & latiùs prosequitur *controuers.* 244. *n.* 36. *& seq.* & *num.* 76. Maximè cum retentionem indebitam secluso nomine hæredis ex titulo fideicommissi colorare inutiliter intellexerit, contra ea, quæ mox diximus, §. *præterquam quod*, & latiùs in processu obiecta apparent.

SVMMARIVM.

1 *Retrahere intendens pretium deponere debet. Volenti non currit tempus, nisi à die scientiæ, num.* 3.
2 *Retractatui per lapsum temporis censetur renuntiatum.*
4 *Ignorantia non datur in notoriis.*
5 *Intimatio in retractu à statuto præscripta requiritur pro forma. Et de ratione, n.* 6.
7 *Decretum vim statuti habens præsumitur vsu receptum.*

OBSERVATIO LXXVIII.

VICINVS ex decreto particulari huius Patriæ Casalensis in venditione rei stabilis prælationem obtinet, dummodò infra duos menses à die contractus, seu illius
1. scientiæ pretium realiter offerat, & in effectu deponat. Quemadmodum etiam iure communi inspecto reale depositum requiritur, *l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vend.* Mastrill. *decis.* 148. *num.* 12. *& seq.* Fontanell. *decis.* 73. *num.* 13. Burat. *decis.* 937. *num.* 13. vbi quod sufficiat realis oblatio, & de simili statuto Durand. *decis.* 83. *n.* 1. quæ est *decis.* 73. *part.* 5. *recent.* Niger *de Laudem. quæst.* 23. *num.* 218. *tom.* 1. San Felic. *decis.* 102. *per totam*, vbi ampliat, etiamsi pretium esset excessiuum, Giurb. *decis.* 77. *num.* 12. *& obseruat.* 34. *num.* 23. Carof. *in sylu. arb.* 21. *n.* 67. *&* 68. idem Giurb. *decis.* 79. *num.* 12. *& seq.* Rot. post Contr. *decis.* 34. *num.* 3. Vnde dubitatum fuit, quando tempus prædictum currere efficaciter incipiat; quippe quoniam eo elapso, Iuri retractus 2.
renuntiatum censetur, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 3. *gloss.* 4. *num.* 2. Gratian. *discept.* 957. *n.* 15. Gallerat. *de renuntiat.* 42. *num.* 7. & *sub num.* 8. *vers. sed ex lapsu temporis*, *cent.* 1. & faciunt tradita per Rot. coram Merlin. *decis.* 698. *num.* 11. *&* 12. & *decis.* 740. *num.* 19. Quod sanè tempus retrahere volenti, vt 3.
currat, scientia prærequiritur, Menoch. *consil.* 910. *num.* 52. Gratian. *d. discept.* 957. *num.* 12. vbi quod scientia præsumpta sufficiat, cum adductis per Donad. *de renuntiat. cap.* 30. *num.* 21. Giurb. *decis.* 77. *num.* 7. Carof. *in sylu. arb.* 21. *n.* 30. *& seq.*

In facti autem specie prætendebatur vicinum habuisse scientiam longè ante eius oblationem; nimirum à die publicationis proclamatis, ex quo 4.
res notoria inducta extitit, nec offerens ab inde ignorantiam prætendere potuit, Surd. *consil.* 405. *num.* 11. *&* 12. Gratian. *discept.* 544. *num.* 55. alios adducit Mangil. *de subhast. quæst.* 65. *num.* 8. *& seq.* Post. *in simili tract. de subhast. inspect.* 29. *num.* 59. *& seq.* & *inspect.* 36. *num.* 36. & faciunt tradita per Censal. *decis. Lucens.* 70. *num.* 12. Bonden. *collect.* 10. *num.* 89. Donad. *de renuntiat. cap.* 30. *sub num.* 21. *vers. sed etiam*, 22. *& seq.*

Quæ quidem prætensio, tametsi Iure optimo fundata sit, non tamen suffragaretur, vbi Statutum 5.
pro forma intimationem præcisam postularet, Bald. *de Iur. Protomis. num.* 20. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *gloss.* 2. *num.* 26. 27. *&* 29. & post ipsos Rot. coram Millin. *decis.* 253. *num.* 3. Vnde cum decretum Montisferrati, circa ius congrui intimationem requirat, vel quod tempus à die notitiæ currat, cessante in hoc casu notificatione, censuit terminum à die comparitionis incepisse, ac consequenter ius congrui intrare existimauimus.

Optima autem ratione statutum intimationem requirit, quippe quoniam non desunt sustinentes 6.
quod terminus ad retrahendum etiam ignoranti contractum currat, de quibus apud Altogr. *cons.* 44. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 1. Ioan. Carol. Anton. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 1. *&* 2.

Cuius sanè Decreti existentia cum non controuerteretur, frustra illius obseruantia, & vsus in 7.
dubium reuocabantur, ex traditis per Thomat. *decis. Macerat.* 19. *num.* 30. & *decis.* 28. *num.* 16. & *decis.* 55. *num.* 37. & *decis.* 102. *num.* 12. Gratian. *discept. forens.* 965. *num.* 4. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 2. *num.* 10. *& seq.* Ioan. Baptista Antonell. *consil.* 82. *num.* 19. & in proximis terminis Rota *in Veliterna retractus*, 28. *Ianuarij* 1664. *num.* 4. *&* 5. *coram R. P. D. Nitou*

SVMMARIVM.

1 *Statutum Mantuæ in causa manutentionis appellationem prohibet. Validum est, num.* 4. *Extensionem admittit, num.* 7.
2 *Pronuntia contra Statutum est ipso iure nulla. Etiam iniqua in Summariissimo non admittit appellationem ex Statuto Mantuæ, num.* 11.
3 *Iudices scientiam Statutorum habere præsumuntur, & tenentur ad illorum præcisam obseruationem, n.* 64.

5 *Appella*

Observatio LXXIX.

OB indiuiduam connexitatem, quam habet defensio Monasterij, & D. Marchionissæ de Gazinis aduersus prætensiones D. Marchionissæ de Carbonellis post omissas plurium annorum solutiones censuum, & liuellorum extinctionis Capitalium, vnica responsione satisfaciendum vtrique opportunum duximus.

Gesta igitur in vtraque causa coram Amplissimo Senatu omni prorsus iurisdictione vacua ex 1.
censura Statuti Mantuæ sub rubr. *de caus. in quibus appellar. non poss. nec admit. deb. appellat.* inferiùs impressi irrita censentur, Treutler. *consil.*77. 2.
*num.*4. *& seq.* Bald. *in l.*2. *C. quand. prouoc. non est necess.* Marcabrun. de Anguill. *consil.*60.*n.*35. Alex. *consil.*81. *num.*1. *lib.*2. Bim. *consil.*386.*n.*4. Ciarlin. *controuers.*13.*n.*4. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.*20. *num.*46. & *num.*57. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.*79. *num.*9. latè Mart. Ventur. *cons.*12. *sub n.*104. *&* 105. & *cons.*33. *num.*10. Bim. *cons.*160. *n.*10. *& seq.* Mart. *cons.*170. *num.*9. 10. *&* 11. & facit Redenasc. *consil.*5. *num.*32.

Nec sub clypeo ignorantiæ, quod simile Statutum hic Mantuæ non præexisteret, Iudices quoquomodo excusari possunt, dum in volumine Statutorum registratum reperitur; siquidem Senatoribus, seu causas orantibus turpe est ius, in quo 3.
versantur, ignorare, per text. *ad litteram, in l.*2. *§. Seruius cum in causis, ff. de origin. iur.* Rot. apud Merlin. *de pignor. & hypoth. decis.*152. *sub n.*6. *vers. quas credendum.*

De cuius sanè Statuti validitate, tanquam conditi à Ciuitate, & confirmati à Principe superio- 4.
rem non recognoscente, ambigendum nullatenus videtur, Roland. à Valle *consil.*29. *num.*14. *& seq. lib.*1. & *consil.*77. *n.*17. *lib.*2. vbi quod prohibita per Statutum appellatione intelligatur quoad vtrumque effectum, deuolutionis scilicet, & sus-

5. pensionis, quod repetit Lancellot. *de attent. part.2. limit.25. num.29.* & bene distinguit Isac. *de appellat. quæst.17. limit.48. num.22.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.65. num.1.* Gratian. *consil.163. num.8. lib.2.* licet ipse contrarium sustineat, ex quo Statutum Boboniæ etiam in Summariissimo appellationem admittat, Mascard. *de general. Statut. interpret. conclus.5. num.3.* & pluribus in simili Statuto Vrb. exornat Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.92. num.11. & seq.* quem allegat, & sequitur Post. *de manuten. obseruat.106. sub num.83.* præterquam in casu notoriæ nullitatis, seu iniustitiæ, & *sub num.87. vers. vbi de denegatione appellationis ad vtrumque effectum.*

Hæc autem Statuti Mantuæ dispositio tanquam vniformis Iuri communi, saltem ciuili,
6. iuxta quod in hoc manutentionis iudicio ad vtrumque effectum appellatio prohibetur, *l. vnica, Cod. de moment. possess.* Senatus noster coram Surd. *decis.27. sub num.12.* & *decis.138. num.13.* Cyriac. *controuers.366. num.6. ac per totam*, Camuncul. *decis. Bonon.49. num.17. & seq.* & *decis.52. num.12.* & ad latissimè tradita post alios per Post. *de manutent. obseruat.106. num.1. & seq.* & *num.33.* Laurent. Vrsell. *conclus.128. num.690. vers. limita primò*, Rota *in Romana deuolutionis, 21. Iunij 1652. num.6. coram R. P. D. Bichio*, inter impressas apud nos in addit. ad Castill. *de aliment. decis.78.* & *in Tusculana Saluiani, 22. Maij 1654. num.1. coram Reuerendissimo Dunozetto*, & in fortioribus dixi *allegat.109. num.43.* & *allegat.110. num.38.* & *allegat.113. num.1.* & *allegat.114. num.15. lib.3.* Bim. *consil.167. num.7.8. & 19.* extensionem
7. meretur, ita vt intelligatur prohibere appellationem etiam in casibus alioqui de iure permissis; ne superfluum reddatur, sed aliquid operetur, Bald. *in l.2. sub num.1. Cod. de appellat.* Ruin. *consil.82. num.4. lib.5.* Roland. *consil.7. n.79. lib.3.* Benint. *decis.17. in fin.* Fenzon. *ad Statut. Vrb. d. cap.92. n.12. & seq.*

Vtraque igitur pronuntia Excellentissimi Senatus appellationem deuolutiuam in vna dumtaxat, & in altera ad vtrumque effectum iure non minus communi, quam Statutario vsque adeo corruit, vt pro executione ad Iudicem à quo remitti omninò debeat, seu absque vlla prorsus
8. remissione exequi possit; cum ab inhibitione Senatoria, minusve appellationis pendentia, seu introductione impeditus dicatur, Burat. *decis.900. num.3.* Post. *de manutent. obseruat.106. num. 9.* Rota *in Anagnina iurisdictionis, 4. Iulij 1646. coram R. P. D. Royas*, nunc inter eius impressas *decis.302.* & faciunt tradita per Ioan. Franc. Andreol. *controu.26. n.4.*

Nec in causa Gazina sub clypeo deductorum coram Excellentissimo Senatu causa hæc aliàs
9. inappellabilis, tam ex dispositione iuris, quàm ex censura Statuti, appellabilis effici potuit, Gloss. communiter recepta, *in cap. ex conquestione de restitut. spoliat.* Gabr. *consil.36. num.1. lib.2.* Gratian. *discept. forens.550. num.24.* Laurent. Vrsell. *conclus.128. num.112. in fin.* Corn. *consil.10. num.4. lib.4.* pluries canonizata à Rota, & signanter coram Seraphin. *decis.701. num.3.* & *decis.100. sub num.27.* & *decis.445. in fin. part.1. diuers.* Pen. *decis.129. num.6. & 7.* Burat. *decis.630. num.2.* & *decis.850. num.4.* & *decis.80. num.10. & seq. part.4. tom.2. recent.* & *in Auenionen. hæreditatis, 10. Iunij 1648. coram Royas*, vt in particula inferius impressa, vbi pro ratione assignant, quod in iudiciis executiuis Summariissimis, & priuilegiatis non attenditur possibilitas deducendi noua iura, sed solum id, quod actualiter coram Iudice à quo deductum extitit, Gratian. *dict. discept. 550. num. 24.* Rota *decis. 100. num.27. part.1. diuers.* & *decis.69. num.3.* apud Mangil. *de subhast.* & *decis.305. num.37. part.7. recent.* & *in d. Auenionen. hæred.* in particula inferiùs registranda. Nec quod præcitati Doctores pro maiori parte in terminis constitutionis Ægidianæ loquantur, quicquam efficit; cum loco illius, ac in fortioribus dispositio prædicta Statuti succedat, vbi etiamsi concessio manutentionis cum illius executione iniquitatem contineret, adhuc non deuolueretur, sed per eundem Iudicem pronuntia moderanda veniret, vt latius legitur in eodem Statuto, §. *verumtamen.* 10. 11.

Inspecto potissimum quod etiam in meritis tam RR. Patres, quam D. Marchionissa de Gazinis ius optimum foueant, nullibi enim nisi inuolutè, & absque vllo prorsus fundamento constat, aut constare vnquam poterit de solutionibus pro annis, pro quibus & Monasterium, & D. Marchionissa manutentionem in quasi possessione prætendunt. Quod autem Tutori, ac respectiuè Oeconomo soluti prætendantur non tam liuelli, seu census de tempore ipsorum administrationis debiti, nimirum vsque ad annum 1646. verum etiam & pro imposterum, finita eorum administratione, decurrendi, ridiculum planè videtur; quippe quoniam huiusmodi 12.
redditus, pensiones, ac liuelli in futurum decurrendi administratoribus sine mandato Iudicis, aut cum solemnitatibus solui nequeunt, *l. sancimus, 25. §. non autem*, & *l. constitutionem, 27. Cod. de administr. tutor.* Gutierez *de tutel. parte 2. cap.22. num.20.* Rimin. iun. *in §. fin. num.28. institut. quibus alien. lic.* Tomas. *de tutor. & curat. tit.19. sub num.4465. vers. & bene, fol.944.* vbi optimè ad rem nostram concludunt quod 13.
census, liuelli, ac annuæ præstationes vltra biennium in diem solutionis decursæ per Tutorem sine decreto Iudicis, & solemnitatibus exigi non valeant, Montan. *de tutel. regul.9. num.128. fol.124. fac.2.* & faciunt tradita per Hodiern. ad Surd. *decis.120. num.21.* & Fontanel. *decis.156. n.19. & seq.*

Ratio subest optima, quia Tutores, cæterique administratores credita pupillorum, ac Monasterij, durante eorum ministerio dumtaxat decursa 14.
exigere possint, non autem ea, nisi indebitè, quorum dies post finitam tutelam cedent, per text. *in l. quoties, 10. §. nequaquam, vers. quod si in diem ff. de administr. tutor.* Bald. *consil.483. sub n.2. vers. secundo casu, lib.5.* Mart. *cons.101. num.3. & 4.* Montan. *de tutel. d. regul.9. num.22. fol.121.* Tomas. *de tutor. & curat. tit.18. num.156. fol.176.* Ioan. Franc. Andreol. *controuers.145. num.17.* vbi quod soluens ante tempus administratori iterum soluere teneatur, & faciunt tradita per Monach. *decis. Bonon.45. n.2.3. ac per tot.* & per Antonin. de Amat. *resol.29. num.1.12. ac per totum*, quicquid esset in ætate maioribus.

Quare cum ex parte Carbonella Tutorem immatura soluisse prætendatur, & ex parte Monasterij Oeconomum, atque Gazinæ Tutorem indebita exegisse supponatur, de prædictis, quatenus vnquam liqueret, nec Pupilla, nec Monasterium, solutiones prædictas, ac respectiuè exactiones

accepto

accepto ferre obstringerentur, sed eorundem Tutoris, atque Oeconomi incommodo cedere haberent, prout in facto vel ita successit, vel de prædictis solutionibus, seu exactionibus edoctum nullatenus extitit; quippe quia post rationes iudicialiter dispunctas, Pupilla, seu Minor de Qualeis erga alteram Pupillam, seu Minorem de Bortesiis, atque etiam Reuerend. Patres, quemadmodum antea debitrix remansit, nec de prætensis anticipatè solutis se debitricem erga Tutorem constituit, optima sanè ratione; quia Pupilli, &
15. Ecclesia de indebitè exactis, aut præmaturè solutis ab eorum administratoribus nullatenus tenentur, *l. si Procurator*, 6. *vers. quod si indebitum, ff. de condit. indeb.* & *l. Tutor*, 14. *§. fin.* cum iuribus ibid. per Gloss. *in verb. non debitum*, cumulatis, & *l. si fine*, 33. §. *Lucius*, *ff. de administ. Tutor.* Bim. *cons.* 347. *num.* 15. *&* 16. Galgan. *de Tutel. lib.* 2. *tit.* 36. *num.* 7. latissimè Cyriac. *controuers.* 321. *num.* 18. *seq. ac per tot.* vbi quod Tutor soluens indebitum, ab eo, cui soluit, repetere debeat, Tomas. *de tutor. & curat. tit.* 37. *n.* 38. Rot. *decis.* 169. *num.* 1. *& seq. part.* 6. *recent.* sicque quæstio hæc solutio-
16. num, ac respectiuè exactionum vltra debitum prætensarum inter ipsos Tutores, & Oeconomos pro tempore discutienda venit, dum de versione in vtilitatem Pupillæ, aut Monasterij non constat, *l. properandum*, 11. *§. fin.* ibi: *Omnem autem iacturam ad Tutores, & Curatores, C. de Iudic. l. vnic. C. de plus pet. l. non est*, 6. *C. de administ. tutor.* Leotard. *de vsur. quæst.* 10. *num.* 15. & Articulo exactè discusso Rota *decis.* 69. *num.* 3. *seq. ac per tot.* & *decis.* 214. *num.* 1. *part.* 6. *recent.* vbi respondet *l. cum indebitum*, 57. *ff. de condit. indebit.* & mirificè comprobant relegendi, Gratian. *discept.* 196. *num.* 6. *&* 7. Ventrigl. *in prax. for. Ecclesi. annot.* 37. *§. vnic. num.* 4. Corbul. *de caus. priu. ob non solut. can. limit.* 21. *num.* 5. Rota *in Romana Vinea*, 24. *Martij* 1651. *num.* 13. *coram Reuerendissimo Cerro*, vbi quod Tutor, seu Oeconomus non habeant facultatem exigendi liuellos, vel census ad propriam vtilitatem, & liberandi debitorem, itavt Ecclesia, seu Pupillus nonnisi pro cessis in eorum vtilitatem teneantur, Ripol. *variar. resolut. cap.* 14. *num.* 91. *& seq.* Felician. de Sol. *de cens.* ex gratia videndus *lib.* 4. *cap. vnic. num.* 3. *vers. quocirca*, Guil. Anthon. *de rescript. & morat. conclus.* 5. *num.* 157. ea ratione, quia solutionem recipere est alienare, ideoque debitor non liberatur.

Quibus interim per D. Prætorem, seu Præto-
17. res ritè, ac rectè Manutentio decreta extitit, iuxta auream pro fundamento resolutionis Prætoriæ adductam Decis. Rotæ 352. apud Cenc. *de cens.* quæ mirificè huic casui adaptatur, & apud Post. *de manuten. decis.* 476. *num.* 6.

Prædictis neque obstaret, si opponeretur ex solutionibus, seu quietantiis constare non tam de satisfactione decursorum; verum etiam de extinctione census, ac liuellorum, vt ex calculis aduersaria contendere ostendit, quodque ex-
18. tincto censu, ac liuellis remedium quoque manutentionis extinguatur, ex Cenc. *de cens. quæst.* 91. *sub num.* 20. *vers. cæterum*, & Rota *post tractat. decis.* 182. & *decis.* 386. *num.* 6. Siquidem obiectum istud huic facto non applicatur, quippe quod ita
19. demum procederet, si per actum retrosimilem extinctio census, ac liuelli, solutione nimirum reali Capitalis successisset, vt in punctualibus terminis declarat eadem Rota apud Cenc. *decis.* 247. *num.* 4. *& seq.* & *d. decis.* 386. *sub num.* 6. *vers. quia de vera, & expressa extinctione non docetur, adeo vt obiectum potius retorqueatur, quam quod officiat*, Ioan. Franc. Andreol. *controu.* 108. *n.* 39.

Maximè quia census prætensa extinctio emanauit de tempore, quo vtraque nimirum debitrix census, & eiusdem creditrix in ætate pupillari, seu minori reperiebantur, & proportionabiliter contra Ecclesiam iure Pupillorum gaudentem, 20.
Abb. *in c. cum deputati*, vbi Felin. *col. pen. vers. quando Prælatus æquiparetur, extr. de Iudic.* Gratian. *discept. forens.* 601. *num.* 6. *&* 17. & *discept.* 291. *num.* 35. Ioan. Baptista Antonell. *cons.* 99. *num.* 10. *& seq.* Vnde dato citra veritatis dispendium quod Tutor debitricis absque Iudicis decreto, & solemnitatibus in vtilitatem eius Pupillæ censum, & 21.
liuellos redimere potuerit, ex traditis per Cenc. *de cens. quæst.* 104. *num.* 6. & *quæst.* 109. *num.* 6. At è contra Tutor, & Oeconomus Ecclesiæ creditricis in damnum euidens Pupillæ, & Monasterij 22.
censum, & liuellos rescindere, seu dissipare nullatenus possunt, vt non obscurè colligitur ex Cenc. *de cens. locis mox adductis*, potissimum *d. quæst.* 109. *num.* 13. *& post tract.* Rota *decis.* 186. *num.* 7. & latius comprobat Gratian. *discept. forens.* 761. *à n.* 15. Rota *decis.* 1. *n.* 31. *cum pluribus seq. part.* 5. *recent.* Laurent. Vrsell. *concl.* 86. *n.* 195. *vers. at secus si absque solemnitatibus fuisset facta solutio, quia tunc soluens non liberaretur, nisi per eum probaretur Minorem fuisse factum locupletiorem*, Mart. Medic. *decis.* 68. *num.* 7. *ac per tot.* vbi quod Tutor pupillo, & minori constituatur vt vtilitatem, non vt nocumentum afferat, eaque propter adhuc debitor erga pupillum obligatus remaneat; & in præcisis terminis tradunt Bou. *de cens. art.* 62. Simoncel. *de Decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 33. *in fin.* Tomas. *de tutor. & curat. tit.* 19. *n.* 207. *propè fin.* ibi: *Nec minor sine tutore, nec tutor sine solemnitatibus censum rescindere possunt*, folio 276. & faciunt tradita per Surd. *decis.* 229. *à n.* 24. *ad* 27. Rotam *decis.* 492. & *decis.* 535. *vtrobique n.* 11. *part.* 1. *recent.* & coram Burat. *decis.* 526. *n.* 1. 7. *ac per tot.*

Quibus nec refragaretur vtrinque agi de interesse pupillarum, & Ecclesiæ, seu de gestis per earum tutores tempore earundem imperfectæ ætatis, adeo vt vna aduersus alteram priuilegium aliquod deducere non valeat, sed ad inuicem con- 23.
quassatur, iuxta text. *in §. sed hoc præsertim, auth. de Sanct. Episcop.* Ioan. Ant. Bellon. *cons.* 41. *n.* 47. Rota *decis.* 557. & *decis.* 558. *part.* 1. *diuers.* ac coram Merl. *decis.* 720. *n.* 29. & ferè in terminis apud Cenc. *de cens. decis.* 19. *num.* 2. *ac per tot.* Ioan. Franc. Andreol. *controu.* 3. *n.* 40. Mart. Ventur. *cons.* 4. *n.* 26.

Huic namque obiecto facillimè occurritur ex eo, quia non probatur nec pecunias Capitalis census, & liuelli à pupilla, aut Monasterio receptas, nec in eius vtilitatem versas. Quando autem minor minori, aut Ecclesiæ pecu- 24.
niam dedit, & illam perdidit, melior est conditio eius, qui accepit, & dilapidauit, vel perdidit, *l. verum*, 12. *§. item quæritur*, & *l. si minor*, 35. *ff. de minor.* Lamberteng. *de contract. in fin. num.* 125. Peregr. *consil.* 77. *num.* 39. *lib.* 1. Marc. Anton. de Amat. *decis. March.* 77. *sub num.* 9. Pic. *ad Statut. Vrb. cap.* 151. *gloss.* 7. *num.* 83. Ludouis. *decis.* 164. *n.* 6. & *in annot. num.* 12. idem Peregr. *decis. Patau.* 8. *num.* 13. *vers. primò*, Tomas. *de tutor. & curat. tit.* 19. *sub num.* 128. *vers. meliorem esse causam dilapidantis, fol.* 500. Eo autem ipso quod Monasterium alios 25.
non acquisiuit liuellos, & pars Gazina censum

non creauit, versio in vtilitatem excluditur. Alber. *in auth. hoc ius porrectum*, *Cod. de sacros. Eccles.* Ventrigl. *in prax. for. Eccles. d. annot. 39. sub num. 9. vers. vel si probetur.*

26. Sicque non resistit, seu non applicatur Rota *d. decis. 19.* apud Cenc. *de cens. num. 2.* quia in prædicto casu probabatur versio in vtilitatem Minoris, quemadmodum *decis. 557. & 558. part. 1. diuers.* quia, vltra vtilitatem Minoris, etiam decretum Iudicis intercesserit, vt in puncto respondet eadem Rota *in Romana Saluiani*, *27. Ianuarij 1640. §. fin. coram Reuerendissimo Dunozetto*, & *in Romana*, *seu Perusina census*, *23. Iunij 1645. §. & quatenus, coram R. P. D. Bichio*, cuius particula datur inferius. Quas conclusiones eisdem prorsus fundamentis exornauit *in Anconitana census*, *7. Maij 1646. coram R. P. D. Peutingero*, vt in particula, quæ datur.

Fortius mox dicta sibi locum vindicant, stante
27. quod aduersaria in suis exceptionibus calculi, ac extinctionis census vices Actricis sustinet, *l. 1. ff. de except.* Rota *decis. 459. num. 3. & decis. 480. num. 2. in fine*, *part. 3. recent.* & apud Zacch. *de Cameral. obligat. decis. 1. num. 21. & seq.* & *decis. 146. num. 4.* & *decis. 155. num. 4.* Pen. *decis. 451. num. 1.* Franc. Andreol. *controuers. 3. num. 39.* Post. *de manuten. obseru. 1. sub num. 34. vers. dicitur enim*, latè Nig. *de except. cap. 1. §. 19. à num. 1. & per tot.* & *cap. 8. §. 31. num. 48.* Nostra autem principalis ad calculos, & continuationem census contenta dicitur, quod efficit vt possit allegare nullitatem
28. prætensæ extinctionis census aduersus alteram Minorem, quamvis vtrinque ageretur de damno euitando, Peregr. *d. consil. 77. sub num. 39. lib. 1.* & *d. decis. 8. num. 13.* Trentacinq. *variar. resol. 1. num. 12. tit. de rescript.* Amat. *d. decis. 77. num. 9.* Rota coram Ludouis. *decis. 473. num. 14.* coram Merlin. *decis. 137. num. 23.* & *in d. Romana, seu Perusina census, 23. Iunij 1645. §. igitur, coram R. P. D. Bichio*, & *in d. Anconitana census, 7. Maij 1646. coram R. P. D. Peutingero.*

Adeóque priuilegiata manutentio reputatur,
29. vt etiam in gradu reuisionis, non obstante re iudicata, concedatur, Marescot. *variarum resolut. cap. 64. num. 10. lib. 2.* Ludouis. *decis. 438. num. 8.* & *in annot. num. 10.* Thomat. *decis. Macerat. 61. n. 11.* Burat. *decis. 8. & 23. n. 8.* cum adductis per Post. *de manuten. obseru. 8. num. 94.* & *obseru. 66. num. 4. & post tractat. decis. 202. num. 12.* & penes Cenc. *de cens. decis. 213. num. 7. & 8.* & *decis. 235. in fine, & decis. 245. num. 4.* & *decis. 229. num. 23. part. 5.* & *decis. 132. num. 11. part. 7. recent.* & coram Merlin. *decis. 19. num. 14.* & apud Zacch. *de Camer. obligat. decis. 261. n. 22.* Gratian. *discept. 796. n. 42.* Tanagl. *de Sac. Rot. Romanæ Auditor. cap. 2. n. 72. vers. ita, & pendente restitut.*

Maximè in facti specie, in qua valdè turbida rei iudicatæ iustitia ex calculo superinde formato redditur, dum ex eo prætenditur, quod ex solutionibus minori, seu pupillæ factis Capitale liuelli, aut census per compensationem extinctum
30. remanserit, ad quod nec Tutor, nec Oeconomus, aut Curator à lege mandatum habere dicuntur, ex traditis *suprà*, *§. huic namque*, *& seq.* Post. *de manuten. obseru. 57. num. 102. & 103.* Cenc. *de cens. quæst. 109. num. 50. & seq.* & *post tractat. decis. 528. num. 4.* Antonin. Amat. *var. resol. 9. num. 3. 4. 11. ac per tot.* vbi quod Tutor, Prælatus, Vniuersitas, Oeconomus, & similes, distractiones rerum Pupilli, Ecclesiæ, Communitatis, Monasterij, ac fimilium, nisi probata versione vltra numerationem in vtilitatem Minoris facere nequeant, Staiban. iun. *resolut. 38. num. 29.* & faciunt tradita per Cenc. *de cens. quæst. 88. sub num. 6. versic. contrarium*, & *post tractat. decis. 173. num. 4.* & *decis. 374. num. 30. & seq. part. 5. recent.* & *in Romana census 10. Iunij 1641. §. minus contra, vers. responsum fuit, coram Reuerendissimo Cerro*, nunc impressa *decis. 29. part. 9. tom... recent.* & *in Romana censuum, 13. Martij 1651. §. deinde Cleria, coram R. P. D. Peutingero*, vbi tradunt necessariam protestationem, quod medio compensationis Pars Carbonella censum, & liuellos extinguere intendebat; quæ protestatio in facti specie inepta euasisset, ex quo, duplicatione partitarum exclusa, nil in sortem census, aut liuellorum facta decursorum distractione compensandum supererat.

Respectu verò vtriusque insuper animaduertendum occurrit, respectu scilicet Pupillatum de anno 1641. sub die 23. Ianuarij dispunctis iudicialiter inter creditores, ac solidatis rationibus pars Carbonella erga partẽ Gazinam in scutis tercentum quadraginta, vltra expensas debitrix remansit, vt liquet ex actis inter easdem partes secutis coram Amplissimo Senatu, neque inter easdem hactenus controuersis, & per D. Bascheriam receptis; cui sanè computorum solidationi à 31.
Iudice per relaxationem Commissionis per vim approbatæ, per ipsas partes standum comprobant, Surd. *decis. 256. num. 7. in fin. vers. quartò calculus*, Gratian. *discept. forens. 287. num. 2.* vbi quod solidatio calculi nil aliud sit, quam confessio quædam inter partes emissa, & *discept. 728. num. 1.* Ludouis. *decis. 536. per tot.* ibique Addent. Marr. *consil. 52. num. 1. seq. & 31.* Sessl. *decis. 38. num. 1. ac per tot.* Tomas. *de tutor. & curat. tit. 34. n. 159.* Cyriac. *controuers. 277. num. 1.* & *controuers. 544. num. 120. & seq.* vbi quod solidata inter partes calculatione vsque ad aliquod tempus reuideri amplius nequeat, Rota Gen. *decis. 200. num. 1. in fin. & n. 2.* Altograd. *consil. 6. num. 68. lib. 1.* vbi quod computorum solidationes probent etiam contra tertios, Rota coram nunc Eminentissimo Cardinali Otthobono *decis. 5. num. 1. & seq.* Burat. *decis. 419. n. 10.* & *decis. 546. num. 5.* vbi ponderat, quod si in solidatione computorum adfuisset error, tandiu prætendens errorem in annuali censuum solutione non continuasset, & *decis. 382. num. 10. part. 5. recent.* & *decis. 77. num. 9.* apud Post. *de subhast.* vbi quod solidatio computorum confirmata per sententiam, & cursum viginti annorum, qui est casus noster, retractari non possit, & *post tractat. de manuten. decis. 389. num. 6.* & apud Zacch. *decis. 275. num. 20.* Et in puncto censuit Senatus Mantuæ pro Monasterio aduersus aduersariam, ibi: *Censuit obseruandum esse instrumentum 9. Aprilis 1633. reiectis exceptionibus eisdem tunc obiectis, & modo inutiliter repetitis*; circa quæ, etsi luce meridiana clariora, si aliqua contingeret dubitatio, ad Petito- 32.
rium, vti requirens indaginem, remittenda, non autem in hoc summariissimo discutienda veniret; ex infinitis apud Post. *de manuten. obseru. 42. num. 68.* Leoncill. *decis. Ferrar. 66. num. 10. & seq.* Rota *decis. 614. num. 4. part. 1. recent.* & *in Vrbeuetana census, 23. Februarij 1654. in fin. coram R. P. D. Bichio*, & *in Romana Funduci*, *4. Maij eiusdem anni pariter in fine, coram R. P. D. Meltio*, Redenasc. *consil. 45. num. 25.* Staiban. iun. *resolut. 35. n. 1. 2. & 3.* vbi quod hodie nulla sit exceptio, quæ non requirat indaginem.

Eo

Eo autem ipso exceptiones Carbonellæ profundissimam dicebantur indaginem requirere,
33. quia de ipsis illicò non liquebat,& aliunde probationes prolixas expectant;nimirum ex literarum comparatione per petitos vtrinque eligendos ineunda,aut ex articulis pro probando charactere producendis, Surd.*cons.*93.*n.*7. Thomat. *decis.Macerat.*41.*num.*24.*& num.*30.*& decis.*82. *num.*8. Cancer. *var. resolut.cap.*14.*sub num.*44. *vers.super isto,part.*3. Post. *de manuten. obseru.*42. *sub num.*45.*vers.quod non sunt,*Thesaur. *decis.*26. *sub num.* 15. *vers. secus si per viam capitulorum,* Monach. *decis.Lucen.*48.*num.*9.*&* 10. Neuizan. *cons.*8. *num.*1. *& seq.* Menoch. *de arbitr. cas.*12. *num.*4. Sanchez *de Matrim. lib.*10.*disp.*12.*n.*23. *in fin.*

Vltra quod inanis prorsus redditur prætensio extinctionis Census ex tribus partitis simul coaceruatis, scutorum scilicet centum sexaginta solutorum, vt ex aduerso præmittitur, pro annis 1630. & 1631. quorum repetitionem Donna Marchionissa de Carbonellis modo in-
34. utiliter insistit,stante quod illorum solutio omni iure, ac potissimum ex commissione Ducali in actis producta, legitimè processit; ideoque repetitio nullatenus competit, ad trad. per Cyriac. *controu.*34.*num.*21. *& controu.*164.*num.* 14. *& seq.* Caracciol.*decis.*23.*num.*51.*fol.*100. Leotard.*de vsuris,quæst.*76. *num.*45. vltra quod huic prætensioni mox obiecta, ac res contrà eandem Carbonellam iudicata de directo resistunt.

Partita librarum 300.receptioni sub die vltima Iunij 1646. quatenus iustificaretur, in Cal-
35. culis duplicanda non veniret, vti comprehensa in alia receptione diei 29. Octobris eiusdem anni, eoque magis quia pro saldo dicti anni cantat, Surd. *cons.*80. *num.*33. Menoch. *de arbitr. cas.*213. *num.*10. & in punctualibus terminis latius exornat Rota coram Duran. *dec.*319. *num.*3.*seq.ac per tot.* Quam sanè partitarum duplicationem ex aduerso adduci solitam in punctualibus terminis in Causa Monasterij Senatus Amplissimus damnauit, ibi: *Item parcellam* 20. *Aprilis* 1638. *librarum tercentum esse comprehensam in summa librarum mille ducentum, de quibus in receptione* 2. *Aprilis* 1641. & in eisdem omninò terminis Rota *in d.Romana quatuor Domorum* 28.*Aprilis* 1651. §. *cui veritati, coram R.P.D. Peutingero,* ibi: *Minus summæ diuersitas officit, cum eadem omninò esset annua præstationis causa*; tunc enim summæ diuersitas tantum reformationem, ac inclusionem præcedentis infert, non pluralitatem, vt explicat Bart. *in l.triticum* 94. *num.*5.*ff. de verb. obligat.*Cuman.*cons.* 18.*per tot.*Menoch. *cons.*1207.*num.*8.*&* 9. & in spatio comprobat *præsumpt.*128. *num.*10.*&* 11. *lib.*4.Franch.*decis.*422.*num.*6. Surd.*cons.*119. *numer.*19. Quæ quidem Rota aptius nec pro Monasterio, nec pro Gazzina respondere potuisset. Vltra quod nec de prædicta partita, neque de aliis excedentibus creditum Pupillæ, minúsve descriptis in libro tutelari, aut redditione rationis, aliqua ratio haberi debet; siquidem in vtilitatem non Pupillæ, aut respectiuè Monasterij non descripta in libro, sed Tutoris,& Oeconomi cessisse dicuntur, vt dixi *suprà n.*16.

Confessio autem simplex, & mysteriosa de recepto emanata à Nicolino extra tempus tutelæ, & cuiuscunque administrationis sub die 10. Septembris 1642. de libris 1400. & de qua in Proc.Prætorio *fol.* 19.*&* 20.immediatè erga personam Pupillæ de Qualeis sub actu numerationis initæ Monialibus Dini Georgij ab aliis, nimirum à Ducali Camera sub altera diei 20. Septembris 1641. librarum 1488. procul ab omni dubio includitur. Vnde enim est, quod Pupilli omnimoda rerum suarum administratione funditus exuti, ac nullas tenentes, per se ipsos solutiones in numerato facere queant;nil certè ineptius vnquam excogitari poterit, inxtà regulam iuris etiam lippis, atque tonsoribus triuialem: *Nemo dat quod non habet.*Eoque magis, quoniam actualiter per tutores, ac respectiuè Curatores Gazzinæ recepta ante, & post dictam confessionem semper in caput Tutoris Carbonellæ ad indicandam solutionum realitatem ab huiusmodi confessionata contradistinctam concipiebantur. Maximè etiam, quia de tempore emissæ confessionis nullam administrationem gerebat. Plures alias istius prætensæ solutionis inuerisimilitudines in facto videndas Informantes deducunt. Sed maximè denique cum ab inde D. Marchio Io.Franciscus de Carbonellis Socer debitricis per annos vltra decem in solutione continuarit, & nonnisi in Iudicium prouocata Aduersaria exceptionem hanc extinctionis Census, & liuelli ab anno 1646. excitauerit; quæ vti à verisimilitudi- 36.
ne aliena minimè admitti debeat; arg. *l.cum de indebito* 25. *ff. de probat.*Ludouis. *decis.*145.*n.*6. *& decis.*273.*sub num.*3. Buratt. *decis.*261.*num.*6. *& in Grossetana Pensionis* 20. *Iunij* 1650. §.*valet quoque,vers.& ratio est, coram Dunozetto.*

Quoad Reuerend.Patres è contra fundamentum fit super quadam declaratione emissa sub die 2.Aprilis 1636. ibi: *Et questo debito è di scudi ducento de piccoli di Mantoua per liuelli scorsi, e maturati gli anni passati sopra la Valletta*: & inutiliter prætenditur Monasterium præter contenta in præcitata declarationis schedula vsque in illud tempus creditorem non extitisse, cum tamen non excludatur, quin Monasterium 37.
in maiori summa creditor tunc præextitisset, Leoncill. post alios *decis.Ferrar.*63. *num.*7. Cyriac.*contr.*225.*num.*19. Altograd.*cons.*24.*num.*43. Ludouis.*decis.*317. *num.*4. Duran. *decis.*419.*n.*8. Roman.*cons.*143.*sub n.*2. *vers. nihilominus,* Gratian.*discept.forens.*3.*num.*4. Cancer.*var. resolut.*6. *num.*121.*&*122.*part.*2. Anton.de Amat.*resol.*97. *num.*4. Bim. relegendus *cons.*192. *num.*1. *& seq.* Gizzarell. *decis.*65.*num.*7. latè Viui.qui ita pluries iudicatum refert *decis.*23. *à n.*1. *ad* 6. *tom. de Iure,& curator.tit.*19.*sub num.*757.*fol.*469.Eo autem ipso quod Monasterium de pluri, quam contineretur in schedula, exegerit; consequens necessarium fit, vt illius creditum quantitatem scutorum biscentum excederet, siquidem in solutionibus debitorum obseruantia plurimum 38.
confert, *l. sed Iulianus* 9. §.*proinde,ff.ad Macedon.l.si de interpretatione* 36. *ff. de legib.* Cyriac. *contr.*338.*n.*17. *& seq.* Mart.Vent.*cons.*24.*n.*132. Buratt.*decis.*85.*n.*4.*& dec.*739.*n.*9.& ad rem optimè Rota, *in Romana quatuor Domorum* 28. *Aprilis* 1651.§.*aduertendumque,* ibi: *quam veritatem tanti temporis obseruantia declarat, coram R.P.D. Peutingero.*

Hinc cum de iure mox dicta indubitanter in 39.
Iudiciis procedant;Mercatorum ex aduerso expiscata fides nil prorsus ad rem conducit, Rota *dec.*52.*n.*12.*part.*7.*recent.* vbi quod fides Merca-

torum in his quæ, legaliter determinata apparent, in nihilo refragentur. Quicquid esset si in-
40. ter Mercatores in causa mercaturæ ageretur, quo in casu eorundem intelligentiæ statur, Bellon.*dec.Gen.7.n.11.*Raphaël à Turr. *de camb.disput.2.quæst.14.n.44.* Merlin. *dec.597.n.4. & 36.* quæ est *dec.239. part.6. recent.* & coram eodem Merlin. *dec.636.n.18.*& coram Duran. *dec.368. n.12.& dec.416. n.8.* Nil ergo prohibet quominus vna, eademque scriptura receptionis more mercantili vim saldi obtineat, more autem legali plus non valeat quàm cantet.

Quemadmodum dicimus de scriptura priua-
41. ta, quæ quoad Mercatores ad instar instrumenti habetur, Scacc.*de appellat.quæst.17.limit.9.n.3.& de commer. & camb.§.7.glos.5.n.6.* Bim.*cons.50. n.65.& cons.345.n.19.* Rot.Gen.*dec.126.n.8.*

Eoque magis, quia in receptione facta per Reu.Ruscam eiusdem Monasterij Oeconomum sub die 10. Aprilis 1641. vt in Proc. Senatorio *fol.140. fac.2.* abscindendo penitus à prædicta
42. confessione debiti emissa per Reuerendiss. Episcopum Nouensem, atque à quacumque alia qualitate in eadem expressa, potissimum circa tempus, ipsemet Oeconomus simpliciter fatetur se integraliter satisfactum à D. Octauio de Paganinis de scutis biscentum, quod vtique non tollit, quin etiam scriptura Episcopi eandem intelligentiam recipiat, *l.his verbis 100.ff.de legat.3.*Surd.*cons.34.n.39.* & optimè ad rem Rota coram Eminentiss.Otthobono *decis.190.num.3.* vbi quod generalis dispositio restringatur, & interpretationem recipiat à subsequentibus, Surd.*decis.233.n. 18. & seq.* & latè prosequitur Cyriac. *controu.283.n.36.& seq. & controu.292. n.12. & seq.*

Præterquam quod indefinita non æquipollet
43. vniuersali in quietatione generali, multoq; minus ad certam, seu indiuiduam quantitatem limitata, *l. Aurelius 29.§.Mæuia,ff.de liberat.legat.* Abb.*cons.10. in prin. & sub num.1. vers. liberatio contingens in vno non debet referri ad reliquum, lib.1.*Menoch.*cons.496. n.57.iuncto n.75.vers.non obstat tertium,*Surd.*decis.219.sub num.11. vers.licet generalitate cessante,*& benè explicat Rota *in Romana pecuniaria 24.Ianuarij 1648.§.non obstat textus,coram R.P.D.Bichio*; & in proximis terminis optimè exornat Bim. *d. cons.192. num.1. 2. 3.* vbi quod partem crediti recipiens per indefinitam sibi non præiudicet in residuo, nisi additis dictionibus taxatiuis, aut pro saldo, residuo, ac similibus, latè Pen. *decis.648. num.2. & seq.* vbi quod sagaces, & cauti creditores in eorum receptionibus nunquam apponere velint verbum illud, *pro resto*, nisi quando facta fuisset solutio de toto, & in punctualibus terminis adduco Corn.*cons.103.sub num.3.vers.non enim sequitur,lib.1.*Surd.*cons.431.sub num.67.68. & seq. & decis.263.num.10.* Merlin. *decis.461. num.17.* Rota *decis.609.sub num.5.vers.vltra quod,part.1. & decis.687.n.20.par.2. recent.* Gratian. *discept. forens.650. num.6.* Ferentill. ad Burat. *decis.167. sub n.25.vers.& hoc procedit,& dec.676.n.7.*Pen. *decis.423.n.1.*vbi concludunt quod in scripturis indefinita nunquam vim vniuersalis obtineat.

Sicque simul stare possunt, quod indefinita per Episcopum prolata vniuersali æquipolleat, in eo scilicet quod de omnibus ante promissionem decursis, & non solutis adhuc debitor esset, Et quod Monasterium nonnisi scuta biscentum in causam decursorum proportionabiliter receperit, ea ratione; quia indefinita ad præiudicium proferentis, & non alterius vniuersalem importat. Rota *decis.55. num.8. part.2. diuers.* 44.
Leoncill.*decis.Ferrar.87. num.12.in fin.*Inconueniens enim videretur, quod per indefinitam prolationem debitoris creditori præiudicium 45.
gigneretur, contra text. *in l.debitoribus 25.C.de pact.* Cyriac. *controuers.55. n.45.* Rot. *decis.460. num.1.in fin.part.2.recent.*& apud Marin.*de pign. & hypoth.decis.67. n.4.*

Et mirum sanè videtur, quod Informantes pro parte Carbonella in proprio suæ Principalis interesse vsque adeò obcæcati se præbeant, vt in vna, eademq; facti circũstantia promissionem puram de soluendo scuta biscentum pro linellis decursis, & transactis in præiudicium creditoris saldum irretractabile importet; Et solidatæ iudicialiter rationes per relaxationem executionis, illiusque consummationem comprobatæ, Calculi ad trutinam iterum, contra omnes iuris regulas, reuocari valeant, vt diximus *suprà* impracticabile omninò *num.31.* Vnde tanquam proponentes in eadem facti specie 46.
coram eodem Tribunali contraria audiri non merentur, *l.1.*ibique glos.*in verb.bonæ fidei, vers. vnde,C.de furt.* Rota coram Eminentissimo Otthob. *decis.109.n.16.* Marr.Ventur. *cons.45.n.1.* Bim.*cons.382.n.23.*Sperell.*decis.91.n.56.*

Minus fundamentum aliquod fieri poterat super libro memoriali ad instructionem priuatam Monasterij in Ecclesia retenti, cum in eo plura, ac ferè omnia ad legalitatem libri defice- 47.
re inter partes non controuertatur; quo sanè casu nec contra scribentem, gradum aliquem probationis præsefert, ad quod communiter allegatur celebre Respons.Grat. *cons.125.num.11. & 12. lib.2.* & ante eum Bald. *cons.449.num.10. lib.3.*Gen.*de scripti.priuat.lib.5.tit.de scartafaciis, num.4.fol.281.* Burat.*decis.285. n.6. & decis.666. num.11.* Cyriac.*controu.544.num.32.* Rota apud Post. *de manuten. decis.344. num.4.* In tantum quod liber huiusmodi, tanquam nihil releuans, edi non debebat, ad tradit. per Cyriac. *d. contr. 544. num.32. & 33.*Beroius *cons.19. num.12. & 18.in fine lib.3.* Rota *in Romana vineæ ad aquam sanctam 1.Iulij 1641.num.7. & 31.Martij 1642. num.3.coram Reuerendiss.Cerro,* Iacob.Gall.*cons. 77.num.6.*& faciunt rationes adductæ in terminis per Bardellon.*cons.54.num.1.2.& 3.*quamvis ipse *ibidem num.12.* contrarium inutiliter sustinere contendat.

Nec quicquam facit, quod Reuer.Patres per exhibitionem, & vsum in Iudicio libri illum ap- 48.
probasse censeantur, Surd.*decis.167.num.1.& 2.* Gratian.*discept.179. num.21.& seq.* Ludouis.*decis.238.num.5.& in annotat.num.15.*Leoncill.*decis.Ferrar.177. num.3. & seq.* Rota coram Eminentiss.Otthobono *decis.178.n.2. & 3.* quia exhibitio, & vsus libri approbat librum eo modo, quo iacet, nec diuersimodè ab illo operatur; Ex- 49.
hibitioque eatenus noceret, quatenus liber ex se probaret, Alex.*cons.108.n.5.lib.5.& cons.124. n.5. lib.7.*Honded. *cons.78.num.89.lib.2.* Beltram. ad Ludouis.*decis.238.sub n.15.limit.1. & decis.432. num.4.* Rota *in Romana, seu Veliterna affictus 13. Ianuarij 1653.§.nec releuat,coram R.P.D. Bichio, & in Interamn.dotis 27. Aprilis 1657. §.minus officit*, coram *R. P. D. Zarate*, cum adductis per Ioan. Franc. Andreol. *controu.34. n.25.*

Veritatem

Veritatem huiusmodi agnoscens D.Grandus Procurator Monasterij, quodque super libro Giornali exhibito sub die 22. Martij 1656. vt in Proc.Prætorio *fol.46. fac.2.* solidum fieri nequiret fundamentum, quasi possessionem exigendi liuellos pro Monasterio aliunde deduxit, nimirum ex fide instrumentali solutionis productæ die immediatè sequenti, & registrata in eodem Proc. *fol.62. fac.2.* quinimo Æconomus Monasterij sub die 29. Nouembris 1656. iudicialiter declarauit se nō fundare suā intentionē super libros, sed super instrumenta vera, atque realia, vt in Proc. Appellationis *fol.91. fac.2.*

50. Cumque Monasterium nolle vti libro exinde censeatur; consequens ideo fit, vt eum exhibere nullatenus teneretur, per text. ad literam *in l.1.§.fin.ff.eden.*& ibi Ias.*in §.editiones,num.*20. *l.3.C. de fid. instrum.* & faciunt notat. ad Guid. Pap.*decis.243.& 245.*vbi quod renuens exhibere commodo iuris exhibendi priuetur,vel quod de eo nulla prorsus habeatur ratio.

Cæterum cum Reuer. Patres à saldo anni 1633. de quo in instrumento D. Taccioli vsque ad saldum anni 1648. sub die 5. Decembris, & abinde vsque in præsens calcularis rationibus siue ex libro, siue ex receptionibus vltra creditum quicquam non receperint, frustra contendit D. Marchionissa de Carbonellis, duplicatis inutiliter solutionibus, capitalium extinctionem. Iuris namque indubitatissimi reputatur,

51. quod petens editionem libri, eoque in aliquibus vtens, in cæteris quoque eundem approbare censeatur,*l.cum precibus* 18. *C. de probat.* latè in terminis Surd. *cons.60. num.26. & decis.199. num.6.* Crauet. relegendus *cons.275.num.1.in fin. 2.ac per tot.* Rot. Gen. *decis.49. num.1.in fin. & num.2.* latè Sol. *ad antiq. constit. Sabaud. decret. quietat. part.1. glos.3. num.23.& seq. fol.151.*Cyriac. *contr.108. num.10.* Otthob. *decis.127.n.1. & 2.* Rota *decis.247. num.75.* apud Post. *de subhast. & decis.388. num.1.& 2.part.1. recent.*Altograd.*cons.6.num.23.& 24. & cons.24.num.34. 35.62. & 63.lib.1.* Buccafer.*cons.110.num.8.*vbi indubitatum renuntiat quando,provt hic,petita est exhibitio ad effectum probationis ab eo,qui non tenebatur ex officio suo exhibere.

Indubitata istius libri probatio redditur ex

52. eo, quia à Religiosis nobilibus, vitæ, morumque integritate præclaris conscriptus reperitur, *l.si quis ex argentariis 6.§.2. ff.de eden.*Surd.*cons. 543.num.1.* seu *d.decis.199.* & in puncto monialis Camerariæ,Rota *in Romana legati 29 Ianuarij 1652. §. coadiuuatur, coram R P.D. Zarate,* vbi quod ex legalitate scribentis fides libro adhibeatur; & ad rem optimè Duran.*decis.319. n.15.* vbi quod nemo præsumatur exigere nisi fructus sibi debitos; nec quispiam soluere nisi quod debet.

Quodque magis est, partitæ omnes in libro Monasterij registratæ concernentes interesse Episcopi Nouensis, seu illius hæredum conne-

53. xæ dicuntur, tanquam prouenientes ex eadem causa, & ad eundem effectum ostendendi quid, quantúmve pro liuellis Monasterio annuatim debitis exactum extiterit. Quo casu ob inseparabilitatem partitarum necessariò sequitur, ne liber in vna parte acceptari, in altera autem impugnari valeat, vt probat text. *in l. etiam 30. §.ex causa,ff.de minor.* Roman.*cons.346 num.5.in fin.*Pacian.*de probat. lib.1. cap.28. à n.19. ad 24.* Beltram.ad Ludouis.*decis.79. num.7.in fin.* Rota *decis.388.num.2.ac per tot.part.2. recent.* Addent. ad Burat. *decis.344. sub glos. A. vers. verum hoc,* Rota *in Romana rescissionis transactionis* 16. *Iunij 1651.§.nec enim, vers. esto quod,coram Eminentissim.Corrado,*nunc apud Salgad.*in labyrint.credit. decis.27.* Vltra quod cum Episcopus Nouensis, vt notorium est eo genere notorij, quod nulla indiget probatione,& D. Marchionissa de Carbonellis ex precibus tūc per eam Serenis.porrectis,de quibus in Proc. per eam in causa Gazzina exhibito, extrema laborarent egestate; implicat propterea quod census annuos Gazzinæ, 54.
& liuellos Monasterio integraliter soluerit, seque ab onere imposterum soluendi per exbursationem capitalium exemerit, ad tradita per Duran.*d.decis.319.n.5.& 6.* Surd. *decis.105.n.1.*

Illa autem Conclusio, quam informantes pro parte Carbonella inuehunt, quod nimirum liber in aliqua ex partibus falsus,in cæteris quoq; 55.
falsus præsumatur, ex Paris. *cons.90. n.4. 25. ac ferè per tot. lib.1.* Ioseph. de Mele ad Gizzarell. *decis.86. num.13.& seq.* procedit in illis, qui ex munere officij,aut tutelæ libros legaliter confi- 56.
cere adstringuntur: Rota *in Romana Pensionis Palatij 26.Iunij 1651.§.nec obstare,coram R.P D. Meltio,* ibi: *ac scripto per aliquam personam ratione officij ad eum spectantis;* quod non succedit in Reuer. Patribus,ad quos onus negatiuæ,non solutionis scilicet,non incumbit,quin potius affirmatiuam solutionis factæ debitores probare 57.
tenentur; Bim. *cons.32.num.36.* dixi *allegat.42. num.16.& allegat.70. num.24.& allegat.84.n.23. lib.2.*Rota *in Romana deuolutionis Domus 26. Iunij 1651. num.7. coram Eminentiss. Corrado,& in Bononien.Emphyt.11.Decembris 1651.n.5. coram R.P.D. Bichio.*

Animaduertendo insuper, quod obiectum in gratiam Monasterij forsan procedere potest, ex quo Oeconomus erga suos Superiores de administratis rationem reddere obstringitur;quam tamen debitoribus Monasterij exhibere non cogitur; sufficit namque quod de receptis eisdem 58.
quietationes fideliter cōscripserit. Maximè cum sæpè sæpius contingat,vt Administratores quod multiplicatis vicibus diuersis diebus minutatim recipiunt,sub vnica solutione in alios dies ad libros memoriales Ecclesiæ reportent,vt peregre- 59.
giè in puncto admonet Crauet. *cons.58.n.9.vers. sed apparet,* Rota *in Romana Vineæ 4.Iulij 1646. sub n.10.cum tribus seq.coram R.P.D.Royas,*nunc inter eius impressas *dec.306.* vbi quod omissio descriptionis in libro partitarum nil releuat, dū de eis cōstat per receptiones, ex quibus veritas, & tempus solutionis probatur, Cyriac. *contron. 163.n.1.2.3. & 4.* nec debitorum suas receptiones habētium quicquam interest, aut Monachis imputari valet, quod in aliquo libri Ecclesiæ, quoad ipsos debitores omninò priuati, mendaces reperiantur.Castren.*cons.130.sub n.2.vers.his non obstantibus,lib.1.* Alex.*cons.145.n.2.lib.6.*Nat. *cons.588.n.9.& 13.*Gen.*dec.1.num.9.in fin.& 24.* Menoc.*cons.296.n.68.*& post ipsos Sol.*ad antiq. constit.Sabaud.decret.quietat.p.1.glos.3.n 9.fol. 149.* & faciunt tradita per Farinac. *de falsit. q.150. n.323.325.& 335.* Rot.*dec.146.n.4.ad 9.p.4.rec. tom.2.* Laur.Vrsell.*concl.56.n.9.*

Vlterius animaduertendum succedit,quod liber Monasterij in nulla ex partitis in eodem registratis in substantialibus de mendacio conuincitur,

citur, sed de omissione dumtaxat vnius, aut al-
60. terius partitæ arguitur, ex qua fides libri nullatenus diminuitur; tum quia de eisdem adsunt receptiones, tum quia firmis manentibus cæteris, commodè, reque adhuc integra, addi possunt. Escobar *de ratiocin. cap.*41.*num.*30. & post alios optimè subiungit Ioseph. de Mel.*d.dec.*86. *num.*21.

Sicuti neque resistit, quod de Commissione Serenissimi possessorium cum petitorio cumulatum extiterit; huic namque obiecto tripliciter occurritur. Et primo Suam Celsitudinem transiuisse cum supposito, quod Senatus in cognoscenda Causa iurisdictionem haberet; qua tamen ex censura Statuti omninò carere diximus *suprà in princ.* Deinde quia Rescriptum huiusmodi cumulationis petitorij cum possessorio non tollit, quominus iuxta ordinem Iuris, ac
61. Statuti, prius Possessorium manutentionis maximè terminari debeat, Giouagn.*consf.*8.*num.*85. *lib.*1. super quo vlterius non immoror, ex quo in simili causa, non obstante rescripto cumulationis, etiam repetito, obtinui pro D.Comite Iulio Cæsare Facipecora de Pauesiis contra D. Marchionem Rodulphum de Hyppolitis, tametsi in prima instantia de partium consensu cumulatio successisset, atque in meritis præfatus D.Comes succubuisset. Tandem quia quicquid esset, si quæstio inter laïcos verteretur, ac de enixa mente Principis constaret, vtrumque simul terminaretur, vtique in præiu-
62. dicium Monasterij prætensa cumulatio non sustinetur, vt contra Gallum pro Reuer. Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo iam iam Magistratus Ducalis censuit, & in possessorio reintegrandæ causa expedita, pro decisione in petitorio eandem ad Iudices Ecclesiasticos remisit.

Illud pro corollario, quod sæpius repetitum, vti plurimum conferens ad resolutionem litis, displicere non poterit, Illustrissimis Dominis meis iudicibus animaduertendum proponitur; quod nimirum, si vera præexistunt narrata per eam in precibus Serenissimæ tunc regnanti porrectis, status rerum pupillæ de Qualeis periclitabatur, quod illius tutores satis creditoribus propemodum infinitis annualibus, & aliis fecerint, quod ex prætensa rei pupillaris versione in proprios vsus Paganinus ille impinguatus vixerit, & propriis exutus extrema desperatione conflictus obierit; & nihilominus per solutiones ab eodem emissas tot census, tot annuas responsiones cum decursis, conflato etiam ingenti credito extinctas euasisse contendatur; quæ quidem, vbi vnquam iustificarentur, in ipsius tutoris, qui suæ administrationis exactissimam reddidit rationem, nec in aliquo de prædictis creditor constitutus apparet, non autem pupillæ creditum adscribenda venirent, nisi partitas aduersus creditores priuilegiatos inutiliter duplicare, & contra tutorem exuberanter reduplicare velimus. In prætensis igitur capitalium extinctionibus, aut anticipatè solutis Pu-
63. pilla modo perfectæ ætatis Iure omnimodo caret, nec in Iudicio audiri mereretur. Dixi *alleg.* 35.*n.*13. *& alleg.*73.*n.*18. *lib.*5. & pluries in hac repetij, & signanter *n.*15. *&* 16.

Hæc tamen dicta sint citrà animum ingrediendi merita, in quorum discussione ad oculum Vanitas prætensionis Aduersariæ demonstrabitur.

De Causis, in quibus appellari non possit, nec admitti debeat appellatio.

Quoniam secundum casuum qualitatem, ac temporum opportunitatem iurium dispositionem conuenit moderari; statuimus, & ordinamus, quod in causa possessionis momentaneæ, id est manutentionis, Post. *de manut. obseru.*3.*n.*28. adipiscédæ, seu restituendæ appellari non possit, nec etiam verus contumax ad sententiam audiendam, seu verè confessus, & conuictus, seu pro confesso, & conuicto ex forma iuris, & statutorum Communis Mátuæ habitus: nec etiam in causa alimentorum, nec etiam ab impositionibus, & collectis, quæ imponerentur, seu imponi contigerit; nec in causis gabellarum à sententia lata per Iudicem gabellarum Communis Mantuæ, nec in aliis causis, à quibus per iura tam ciuilia, quam canonica, seu etiam per Statuta Communis Mantuæ generaliter, seu specialiter in casu aliquo sit prohibitum appellare, à quibus, non obstante appellatione interposita, Sententiæ ipsæ, seu præcepta executioni mandentur. Verumtamen Sententiæ ipsæ, & præcepta, quoties de eorum iniquitate constiterit, non obstante eorum executione iam facta, per Iudicem antedictum possint, & valeant reuocari, etiam eorum executionem attentari, &c. Cuius obseruantia ligari quoscunque Iudices 64.
animaduertit, Curt. iun. *consf.*105. *n.*1. Et certè nullus Iudex quantumvis supremus sibi arrogare facultatem iudicandi contra Statum à Principe confirmatum, diximus *suprà, n.*4. *&c.*

R. P. D. ROIAS.

Auenion. Hæreditatis, Mercurij 10. *Iunij* 1648.

Particula Decisionis.

ÆGidianam constitutionem prohibentem appellationem in Iudiciis possessoriis locum habere quotiescumque Sententiæ non sint notoriè nullæ, & iniustæ, *&c.*

Alia verò credita hodie pro parte Ioannæ deducta pro consequenda retentione dd. bonorum reiecta fuerunt, ex quo illorum iustificatio fieri debebat coram A.C. ad hoc vt illius Sententia remaneret iniusta, & consequenter appellabilis, quia iniustitia semper resultare debet ex eisdé actis; nó autem ex nouiter deductis, iuxta vulgatam opinionem Rotæ, vt testatur Burat. *dec.*630. *n.*3. *& dec.*850.*n.*4. *ac dec.*80.*n.*10. *cum seq. par.*4. *tom.*2. *rec.* ea ratione, quia in executiuis non attenditur possibilitas iuris deducendi, sed quid fuerit deductum, vt *in dec.*306.*n.*37.*p.*7.*rec.* Ideo his creditis post sententiam productis non obstantibus, D.D. resoluerút esse locum Ægidianæ. Exindè tamen non infertur, quod hodie Ioanna nequeat ad impediendam vlteriorem executionem in bonis tantum Iosephi opponere retentionem pro dd. creditis, quatenus iustificentur, ex regula; quod quando ex iuribus post Sententiam deductis appareat de illius iniustitia, executio est suspendenda, ad relata per Caputaq; *dec.* 114.*n.*2.*par.*3. & per bon. me. Peni. *dec.*185.*n.*1. *&* 2. & *in dec.*164.*n.*8.9. *&* 10.*par.*7. *rec. &c.* nunc inter eius impressas *dec.*372.

R. P. D.

R.P.D. BICHIO.

In causa Romana, seu Perusina Census, Veneris 23. Iunij 1645.

Particula Decisionis.

AGnouerunt informantes pro D. Comite Annibale de Somalia obligationem D. Balgui Sfortiæ Oddi contractam de tempore, quo erat maior viginti, & minor vigintiquinque annis, non posse sustineri vigore Statuti, &c.

Et quatenus hinc inde priuilegia concurrerent, potior esset causa minoris aduersus mulierem; nam etsi pecunias receperit, quia tamen non probatur eas bene vertisse, vt ex aduerso probandum esset, Socin. sen. *cons.115. num.13. lib.1.* ipse minor esset in damno, si pecunias restituere cogeretur, quicquid dicendum esset, probata versione pecuniarum in vtilitatem minoris, in quibus terminis loquitur *dec.19.* apud Cenc. *n.2.* ex aduerso allegata, quam ita in terminis census impositi à minore ad fauorē alterius minoris declarauit, Rot. *in Romana Saluiani, 27. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo meo Dunozetto Decano, §. fin.* eandémque distinctionem probat text. *in l. verum, 12. §. item quaeritur, ff. de minor.* vbi si minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit, melior est causa eius, qui accepit, & dilapidauit, vel perdidit, & *in l. si minor, 35. ff. eod.* & pluribus confirmat Lamberteng. in terminis pecuniæ traditæ à muliere, *de contract. in fin. num.125.* vbi quod hæc opinio verior est, Peregr. *consil.77. num.39. lib.1.* Marc. Anton. de Amat. *decis. March.77. num.9.* Nec aduersantur *decis.557. & 558. part.1. diuers.* quia ibi bona per minorem recepta versa fuerant in eius vtilitatem, & contractus celebratus fuerat cum decreto Iudicis.

Facilius autem hæc procedunt in casu nostro, quo damnum minoris, si solueret, esset irreparabile; at mulier, data etiam nullitate obligationis minoris, qui in censu fideiussor accessit, adhuc posset tam sortem principalem, quàm fructus exigere, tum ex fundo censuali, tum à principali impositore, necnon à marito, qui pecunias dotales malè inuestiuit; vnde fit, vt damnum mulieri resultans ex nullitate obligationis minoris nullius sit momenti in comparatione damni, quod pateretur minor, si obligatio valeret: Imò nec pro damno habeatur, vt ex text. *in l. si mulier, 16.* & *in l. si mulieri, 22. ff. ad Senat. Cons. Vell.* tradit Ioan. Franc. à Ponte *consil.28. num.3.* & ducto argumento à contrario sensu probat text. *in l. si apud minorem*, ibi: *hac si soluendo sit prior debitor, ff. de minor.* facit Gabr. *consil.41. num.12. lib.2.* Surd. *consil.495. sub num.12. vers. nullum omnino damnum,* Fontanell. *de pact. nupt. claus.7. gloss.2. part.3. n.13. & seqq.*

Igitur siue quia ex parte mulieris non agatur de damno euitando, siue quia longè grauius sit damnum minoris, ei magis fauendum est quam mulieri, respondendo, obligationem ob non seruatas solemnitates Ægidianæ esse nullam, vt per Lamberteng. *de contract. in fin. num.120.* Pic. *ad Stat. Vrb. cap.151. gloss.7. num.83.* & alios supra allegatos; præsertim quia minor est reus, & conuenitur ad soluendum, quod efficit, vt possit allegare nullitatem obligationis aduersus mulierem, quamuis vtrinque ageretur de damno euitando, Peregr. *consil.77. sub num.39. lib.1.* Trentacinq. *variar. resol. tit. de rescript. resolut.1. num.12.* Amat. *d. decis.77. num.9.* Rot. *decis.473. num.14. coram san. mem. Gregor. X V.* & in terminis obligationis minoris aduersus mulierem fuit decisum *in Romana pecuniaria, 27. Aprilis 1637. coram bon. mem. Merlino, propè fin.*

Ideo, non obstantibus ex aduerso deductis, Domini steterunt in decisis, vtraque parte informante.

R.P.D. PEVTINGERO.

In causa Anconitana Census, Lunæ 7. Maij 1646.

Particula Decisionis.

DOmini dixerunt, non constare de re iudicata sententiæ A. C. inutili Saluiano pro Carolo Cæsarano cōtra Sanctū Ioanellū latæ pro solutione fructuum census annui scutorū 24. ad fauorem hæredum q. Georgij Mariani impositi à Clarice Ferretta, & filiis; quia hæc sententia fuit iniusta, ex eo quod census impositus nomine pupillorum filiorum Claricis, & ipsius Claricis caret solemnitatibus requisitis à iure communi, & à Statuto Anconitano canonizato à Rota *in decis.282. p.4. diuers.* Nec refert, quod ibi census fuerit venditus aliis pupillis, & sic pariter priuilegiatis; quia cum priuilegium ratione ætatis militet hinc inde, & respectu mulieris habentis illud ratione sexus, cum dicatur potentius eo, quod competit pupillis ratione ætatis, nisi quatenus agatur de damno euitando, vt ex doctrina Bart. *in l. si apud minorem, ff. de minor.* concludit Lamberteng. *de contract. in fin. vers.121. & 122.* subdit, quod si mulier agit de damno vitando, ipsius priuilegium præfertur priuilegio minoris, sic ex hac ratione præualet priuilegium ex parte impositorum census, qui licet pecunias receperint à pupillis imponentibus censum; dum tamen non probatur quod easdem pecunias in vtilitatem suam verterint, dicuntur agere de damno vitando, vt in puncto est text. *in l. verum, 12. §. item quaeritur, ff. de minor.* vbi habetur, quod si minor minori pecuniam dedit, & iste casu perdidit, vtilior est causa eius, qui eam accepit, & dilapidauit, vel perdidit; idem habetur *in l. si minor, 35. ff. eodem*, & comprobat Pereg. *consil.77. num.39. lib.1.* Lamberteng. *de contract. loco allegato, num.125.* vbi quod hæc opinio est verior, Marc. Anton. de Amat. *decis.77. num.9.* Rot. *in Romana Saluiani, 27. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & *in Romana*, seu *Perusina census, 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Bichio*, in quibus declaratur, quod Decis. apud Cenc. *de cens.* ex aduerso allegata procedit in casu, quando probata est versio in vtilitatem minoris, quæ per allegantem probanda est, Socin. sen. *consil.115. n.13. lib.1.* Rot. *decis.18. n.28. cum seq. coram Reuerendiss. Vrgellen.* & *decis.678. n.7. part.1. recent. decis. n.5.* apud Pic. *ad Statut. Vrb.* cui rationi accedit alia, quod Clarix est rea, & conuenitur, ac propterea dicitur agere de damno vitando, Peregr. *d. cons.77. n.39. lib.1.* Rot. *decis.473. num.14. coram S. mem. Gregor. X V.* & *in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1637. coram bon. mem. Merlino*, &c. quæ est *decis.737. num.23.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Extraneus dotans tenetur ad interesse, & n.6. Declara vt n. 2. Contrarium, n.4. Declara vt num.5.& n.7.*

3 *Interusuria dotis Marito debentur propter onera matrimonij, & onus alendi Vxorem, quod dotanti competebat.*

OBSERVATIO LXXX.

1. DOTEM extraneus si constituat, in dubium reuocatur, an ob retardatam solutionem ad interesse teneatur, ipsumque non secus, ac parentes teneri animaduertunt, Corn. *consil.*250. *sub num.*7. *verf. tamen non videtur, lib.*2. Surd. *de alim. tit.*1. *quæst.*42.*num.*30. Ludou.Bellon. *cons.*169. *num.*4. Gratian. *discept.*143. *num.*3. Viu. *decis.*424. *num.* 3. Scac. *de commerc. & camb.* §.1.*quæst.*7. *part.*2. *ampl.* 8. *sub num.*176. *verf. extende hanc conclusionem*, Valasc. *consult.*8. *num.* 2. Fontanell. *de pact. nupt. clausf.* 5. *gloss.*8. *part.*15.*num.*16. *& clausf.* 6. *gloss.* 2. *part.* 6. *num.*4. *&* 5. *tom.*2. Leotard. *de vsur.quæst.*28. *num.*45.46. 47.*&* 50. Staiban. iun. *de intereff. lib.*2. *tit.*3. *n.*31. *&* 32. *fol.*123. Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.* 7. *num.* 27. 38. *& seq.* Merlin. Pignatell. *controu.* 28. *num.*5. *verf. eam conclusionem, cent.*1. Carleual. *de Iudic. tit.*3.*disput.*8. *num.*26.ea ratione, quia debetur dictum interesse Marito propter onera matrimonij, sed tam respectu Patris, quam extranei ea sustinet; igitur ab vtroque consequi poterit, Antonin. de Amat. *resolut.* 43. *n.*1. Giurb. *decis.*72. *num.* 1. *in fin.* Sanchez, *de Matrimonio, lib.*9. *disput.*5. *num.*4.*tom.*2. Gibalin.*de vsur.lib.*4. *cap.*5. *artic.* 14. *sub num.*3. *verf. hinc passim,& sub num.*9. *verf. respondent primo, tom.*2. & latè prosequitur Castill. *controuers.lib.*3.*cap.*23. *num.*34. *& de aliment. cap.* 50. *num.* 12. Tondut. *resolut. ciuil.*14.*sub num.*17. *verf. affirmatiua vero.*

2. Alij autem extraneo dotanti, vt currat interesse dotis promissæ, requirunt interpellationem, aut lapsum biennij à die traductionis sponsæ ad domum Mariti, *l.fin.*§. *præterea*, vbi gloss. *in verbo si quis, C. de Iur. dot.* Doctor. *in l. de diuisione* 5. *ff.solut.matr.*Bald.*nouell.de dot.part.*4. *sub num.*10. *verf. & hoc etiam procedit in extraneo dotante*, Alexand. *consil.*56. *sub num.*12. *verf. si autem promissio facta fuerit per extraneum, lib.*4. Ruin. *consil.*61. *sub num.* 5. *verf. loquatur in extraneo, lib.*4. Gram. *decis.*70. *num.*1. *& seq. la prima*, Magon. *decis. Florent.*83. *num.*2.Capyc.Latr. *consult.*37.*numer.*32. Manent. *cons.*70. *num.* 24. Giurb. *obseruat.*35.*sub num.*2. *verf. quia extraneus.*

Contrariam tamen opinionem veriorem in penitus extraneo nullam prorsus dotandi, aut alendi puellam obligationem habente existimo;
3. Non enim alia ratione permittitur genero vsuras dotis à socero exigere, nisi quia onus matrimonij,& alendæ Vxoris subest ad Socerum spectans, *Cap. salubriter* 16. *de Vsur.* Surd. *de aliment. q.*42. *à num.*17. *ad* 22. Rol. *cons.* 65. *num.*9. *lib.*4. latè Mart. Medic. *ad decis. Senen. dict. examinat.*7.*sub num.*32. *verf. & ideo, vsque ad num.* 38. Arias de Mes. *var. resol. lib.*3. *cap.*46. *sub num.* 19. *verf. sed*
4. *potius, & num.*20. Quæ quidem ratio in penitus extraneo non applicatur ex præsupposito quod ex pura liberalitate ad dotandum, seu dotem promittendam motus sit, & hanc posteriorem sententiam comprobant, mol. *in l. In Insulam* 43.§. *vsuras, n.*8.*ff.solut. matr.* Fortun. *in tract. de vlt. fin.num.*69. *& seq. illat.*6. Couar. *var. resol. lib.*3. *cap.*1.*sub num.*3. *verf.cæterum*, Rot. *decis.*471. *sub numero* 1. *versic. quia quicquid sit in extraneo, part.*1. *recent.* Surd. *cons.*169. *num.*10.

Nec obsistunt auctoritates in oppositum adductæ; nam si bene perpendantur, sibi locum vindicant in Agnatis, Matre, aut aliis, quibus in de- 5.
fectum Patris onus dotandi, simulque alendi puellas incumbit, ad latè tradita per Michalor. *de Fratr. part.*3. *cap.*32. *num.*16. *&* 17. *& cap.* 33. *ex num.*1. Thesaur. *decis.*192. *num.*7. *& seq.* Rot.coram Millin. *decis.*433. *num.*10. latè Mart.Medic. *ad decis.Senen. examinat.*34.*num.*24.*seq.ac per totam.* Giurb. *decis.*5.*num.*44. *&* 45. Castill.*de alim.c.*66. *num.*35.44.*&* 45.

Animaduertendo insuper quod in facti specie puella habuit non solum dotem à Matre, in qua tametsi extranea, militat forsan regula superius 6.
recensita circa vsuras dotales ab eadem Matre debitas, vt præter superius adductos exornat Leotard. *de Vsur. quæst.*71. *num.*32. Verum etiam ex liberalitate pura penitus extranei vltra dotem congruam, quantitatem satis egregiam, pro qua 7.
incongrue vsura prætenderetur, Roder. *de ann. reddit. lib.*3. *quæst.*7. *num.*26. cum Iuribus cumulatis per Leotard. *de Vsur. quæst.*71. *num.*24.

SVMMARIVM.

1 *Identitas feudi probatur ex vniformitate confinium à prima concessione ad renouationes.*

2 *Pars feudi dicitur respectu totius,& vnius feudi. Feudi deuoluta agnato concessa feudum antiquum remanet, num.* 4. *Deuoluta Iure accrescendi, seu inuestitura agnato acquiritur, num.*7.

3 *Renouatio feudi quando dicatur, & non noua concessio. Inuestitura non est necessaria pro portione feudi deuoluta ad agnatum, numero* 8.

5 *Feudum antiquum ob vnam lineam extinctam ad agnatos, non ad Dominum deuoluitur. Ob non renouatam Inuestituram deuoluitur ad agnatos, n.*6.

OBSERVATIO LXXXI.

INFORMANTES pro aduersario ex Inuestitura Francisco pronepoti Aloysij de portione feudi Curię Podij renouata, quam Marchionum, seu Principum vocant, non solum alterationem concessionis primæ; verum etiam multiplicitatem feudorum deducunt. In vtroque tamen æquiuocum in facto sumunt quoad alterationem; quia triplicata vice ad præcitatam Aloysij Inuestituram se refert, vt *in præsenti summario, num....* In Iure vero prętēsam alterationem non subsistere satis, superque ex iam deductis constat, & conuincitur, quoniam duæ ex tribus partibus Marchioni Carolo obuentæ, & tertia pars assignata Nobilibus, tam in contentione habita de anno 1583. & 1584. in Rota, quam in diuisione secuta inter eosdem Nobiles,& Marchiones

chiones, cuius particula in Inuestituris anni 1595. & 1622. registratur, atque etiam in Instrumento
1. acquisitionis continentur intra fines, & constituunt integrale feudum Aloysio concessum, ac de verbo ad verbum, & cum eisdem finibus; vti inuariabilibus in cunctis renouationibus describuntur, ex quibus identitas inconuincibiliter probatur, Natt. *consil.*506. *num.*31. Ruin. *consil.*50. *numer.*12. *lib.*1. Bertazzol. *consil. ciuil.* 73. *numer.* 7. *&* 10. Bursat. *consil.*150. *num.* 36. *& seq.* & in eadem causa Rota *decis.*409. *num.*5.*part.*1. *recent.*& *in Romana Laudemij* 30. *Martij* 1629.§.*nec obstat, coram R.P.D. Vbaldo*,& *in Rauennaten. bonorum Emphyteuticorum* 27. *Iunij* 1653. *num.... coram Reuerendissimo Cerro.*

Multiplicitas feudorum ex lectura simplici eiusdem Inuestituræ Francisco repetitæ remoue-
2. tur, ex quo dum de parte filios sine filiis, & descendentibus defunctis tangente, ideoque directo consolidata reïnuestitus apparet, signum euidens emergit non nisi feudum vnicum inferri; quia prædicatum partis non verificatur, vbi concurrit multiplicitas feudorum, vt in proposito optime ratiocinatur Bertazzol. *consil.*40. *num.*8.*&* 9.

Et pro prædictorum intelligentia animaduertendum venit, quod vita functo Aloysio pluribus filiis superstitibus ex diuersis Vxoribus susceptis, vt refert Bursat. *consil.*91. *in princ.* atque inter partes admittitur, scissum inter eos feudum Curiæ Podij fuit, & vnusquisque pro indiuiso suæ portionis renouationem suscepit, quam cum aliqui ex posteris neglexerint, & absque hæredibus feudo capacibus decesserint, pro quibusdam partibus Franciscus reïnuestiri curauit, vt in eius Inuestitura *in summario num....* Et pro reliquis Nobiles renouationem obtinuerunt, vt legitur in præcitatis annorum 1584. 1595. & 1622. atque etiam in præcedentibus; quinimo, & in prædicta Fran-
3. cisci, in qua Episcopus præcedentes, & antiquas renouationes plenissimè confirmauit, & hoc attento, primæua eiusdem feudi constitutio in personam Aloysij alterata nullatenus dicitur, & signanter ponderauit Rot. *in dict. Mantuana feudorum* 29. *Februarij* 1584. §. *fin. coram Clem. VIII.*
4. Et in casu magis dubitabili, quod pars feudi ad Dominum, & deinceps Agnato in prima concessione vocato tradita, feudum antiquum remaneat, latè Surd. *cons.*474. *n.*4. *& seq.*

Vltra quod feudum istud in personam Aloysij
5. nouum, & respectu filiorum, ac nepotum Paternum, atque antiquum ob lineam finitam non ad Dominum sed ad Agnatos reuertebatur, Afflict. *in cap. Si quis miles, num.* 24. *de prohib. feud. alienat. per Lothar.* Clar. *in* §. *feudum*, *quæst.*77. *vers. sed pone*, & latius comprobat, Rota *in Regien. feudi* 11. *Martij* 1585. *per totam*, *coram Pamphilio Seniore*, in terminis subfeudi Nobilium, Bursat. *consil.* 165. *num.* 45. Quemadmodum idem dicitur de prætensa caducitate ex supposito non renoua-
6. tionis Inuestituræ, quo casu ad proximiores pariter, non autem ad Dominum feudi pars declinat, Peregr. *cons.*21. *num.*13. *&* 14. *lib.*1. dixi, *allegat.*31. *num.*8. *&* 31. *& allegat.*94. *num.*8. *lib.*2. maximè dum ipsi, & potissimum Nobiles continuò Inuestituras sibi renouari non destiterint, sicque ob non susceptas per alios renouationes Inuesti-
7. turarum Iure accrescendi, seu successionis ex Inuestitura eorum portiones ad Inuestitos deuolutæ sunt, Bald. *in cap.* 1. §. *& quia vidimus, num.*4. Aluarot. *num.* 15. *de his qui feud. dar. poss.* Bec. *consil.*230. *num.* 49. Menoch. *cons.* 464. *num.*7. dixi *allegat.*68. *num.*3. *& allegat.*79. *num.* 1. *seq. ac per totam*, vbi benè declaratur, *lib.* 2. Rota *in d. Regien. feudi* 11. *Martij* 1585. *coram R. P. D. Pamphilio*. Pro qua portione, seu partibus succedens 8.
per Ius accrescendi non tenetur petere Inuestituram, minúsve fidelitatem præstare, Isern. *in cap.*1. §. *sed res, circa med.* vbi cæteri feudistæ, per quos fiat Inuestitura, Surd. *consil.* 548. *num.* 6. *& seq.* Bardellon. *consil.*194. *num.*5.*& per tot.* Schenard. *de feud. part.*6. *cap.*1. *num.*10. *& consil.*45. *num.*45. Andr. Carpan. *de Iur. releu. part.*4. *quæst.* 29. *numer* 3.*&* 4. ea ratione quia pars feudi defectu non accrescit personæ, sed parti, alios adduxi *allegat.*79. *num.*6. *lib.*2. Ex quibus indubitatum præexistit, nullam hactenus alterationem circa istud feudum Curiæ Podij intercessisse, minúsve feudorum pluralitatem consistere, ex quo feudum principale cum subfeudis eius membris in substantia idem omninò reputantur, vt inferius magis clarè aperiam.

SVMMARIVM.

1 *Collatio dotis fieri debet cum legitima. Contra, n.*2.*& n.*4. *Declara vt n.*5.
3 *Argumentum negatiuè procedit, non confertur, ergo non imputatur.*
6 *Antecedenti remoto, & consequens necessario tollitur.*
7 *Euictio in dote quando non detur, & num.* 8. *Debetur in dote quando expressè est promissa, num.*9.

OBSERVATIO LXXXII.

MATER in constitutione dotis facta eius filiæ scuta mille de propriis pecuniis addidit; in illius deinceps testamento eandem cum altera filia æqualiter hæredes instituit, vbi alterà ipsarum sine filiis decederet, quibus etiam quamcunque legitimæ, & Trebellianicæ detractionem vetuit; Mortua ergo sine filiis Catharina, altera ex dictis filiabus, quæ à Matre scuta mille vltra dotem sibi à Patre relictam consecuta fuit, sibi hæredibus institutis Agentibus Altaris S. Antonij de Padua, erecti in Ecclesia Sancti Francisci Mediolani, quibus Agentibus ad detractiones prædictas quantumvis à testatrice prohibitas, inter cætera opponebatur, quod 1.
scuta mille in dotem filiæ constituta à Matre omnino in detractiones imputari debebant, ex doctrina Honded. *cons.*91. *n.*85. *lib.*1. Merlin. *dec.*586. *num.* 2.

In contrariam tamen opinionem Senatus descendit; Quemadmodum enim à Matre in dotem 2.
data filiæ non conferuntur, *l. Illud* 20. §. *fin. C. de Collat.* Crauet. *consil.*85. *sub num.*1. *vers. quibus tamen*, Mangil. *de Imput. quæst.* 14. *sub num.*36. *vers. iuxta aliam regulam*, latè Michalor. *de Fratribus, parte* 1. *quæst.*19. *num.*2.*& per totam.* Ita neque in legitimam, vel Trebellianicam imputantur, quia procedit argumentum, negatiuè non confertur, 3.
ergo neque imputatur, *d. l. Illud* 20. §. *fin. C. de Collat.* Mangil. *de Imputat. d. quæst.*14. *sub n.*36. *vers. contrà vero*, Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.* 2. *q.*11. *num.*2.

Veruntamen quod data à Matre in dotem filiæ

4. filiæ in detractiones non imputentur, in indiuiduo comprobant Bart. *in l. In quartam 90. sub num.* 10. *ff. ad leg. Falc.* Mangil. *de Imput. dict. quæst.*14. *sub num.*36.*vers.contra vero,* Galuan.*consil.*1. *num.*166. *& seq.* Merlin. *decis.* 433. *num.* 15. *&* 16.Mastrill. *decis.*186. *num.*9.*& seq.* Merlin. *de legit.lib.*2. *tit.*2. *quæst.* 17. *num.*19. *& sub numer.*32. Cost. *de remed. subsid.*65. *sub num.*3. *vers.cæterum si Mater sua sponte,* Rim.*consi.*150.*n.*35.

Ex quibus non obstat, seu non applicatur obiectum ab initio excitatum, cum illud procedat,
5. quando Mater propter inopiam Patris in subsidium filiam dotare obstringitur; tunc enim dos etiam à Matre tradita filiæ in legitimam imputatur, Castren. *in l.Quoniam nouella* 29. *sub num.*3. *circa med. C.de Inoff. testam.* Menoch. *de arbitr. cas.*460. *num.*3. *& de præsumpt.*189. *num.*28.*lib.*4. Cost. *de remed. subsid.* 65. *num.*3. Surd. *decis.*119. *num.* 3. *& decis.* 164. *numer.* 11. cum adductis per Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 2. *num.*6. *tom.* 2.

Omnem in præmissis amaritudinem remouet; tantum abest enim quod Mater scuta mille in computum dotis tradita filiæ in eius legitimam imputari vnquam intellexerit; quod imo omni-
6. modam legitimæ detractionem in testamento vetuit, quo genere argumenti ad excludendam imputationem post alios vtitur, Thomat. *decis. Macerat.*50. *num.*227.*& seq.*

Diximus alias *obseruat... num...* etiam in dote dari euictionem; Verumtamen conclusionem non ita de plano procedere compertum habemus, maximè quando contractus dotis non à
7. promissione, sed à traditione initium duxit; tunc enim euictio in dote non datur, per text. *in l.*1. vbi notant communiter Scribentes, *Cod.de Iur. dot. & in l. Vnica,* §. 1. *Cod. de Rei Vxor. action.* Ias. *in* §. *fuerat, num.* 33. *Instit. de Action.* Gratian. *discept. forens.* 792. *numero* 18. Mangil. *de euict. quæst.* 70. *num.* 7. *&* 12. Mastrill. *decis.* 36. *num.*14. Surd. *de Alim. tit.*7. *quæst.* 20. *num.*28. *&* 29. Staiban. iun. *resolut.*69. *num.*7. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*5. *gloss.*8. *part.* 14. *num.*2. *&* 3. *tom.*2. Merlin. *decis.*311.*num.*1.latè Buratt.*dec.*745. *per totam,* Rot.*decis.*176. *num.*6. *p.*6.

Dupliciter in hac facti contingentia occurre-
8. batur, & primo quia illud non procedit, quando à promissione dotis initium constitutio habuit, ad notata per Doctores *in dict. l.*1. *Cod.de Iur. dot.* Corn. *consil.*140. *sub num.*8. *lib.*2. Mangil. *de euict. d. quæst.*70. *num.*7.Buratt. *d.dec.*745. *num.* 1. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.*8. *part.* 14. *num.* 31. *tom.* 2. Merlin. *dict. decis.* 311. *num.*1.

Vlterius quia in contractu dotis euictio spe-
9. cialiter promissa apparebat; Quo sane casu euictionem deberi admittunt, Albert. Odofred. & alij, *in l. euicta, num.*1. *C.de Iur. dot.* Cancer.*var. resol.*4. *num.*20. *tit.de seruit. part.*3. cum adductis per Fontanell. *de pact. nupt. claus.*5.*gloss.*8.*par.*14. *num.*2. *&* 6. Staiban. iun. *dict. resolut.* 69.*num.*7. Mangil. *de euict. d.quæst.*7.*num.*8.Burat.*decis.*745. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Annulus sponsalitius censetur donatus. Sed vide,n.*2. *& n.*3. *Donatus num censeatur, consuetudo attenditur, n.*4. *Non est restituendus ab ea penes quam non reperitur,n.*5.

6 *Alimenta debita Iudicis officio non debentur pro præteritis. Condictione ex Statuto debentur etiam præterita, num.*7. *Declara vt num.*8. *Ab habente aliunde non consequuntur, n.*9.*& n.*10.

11 *Statutum extra territorium non ligat.*

12 *Dotis retentio hæredibus viri competit pro bonis per vxorem subtractis. Totius solutio ex solutione partis inducitur, num.* 15. *Declara vt, n.*16.

13 *Iuramentum in litem datur hæredi contra Viduam, cuius dolo probatio subtractorum difficilior euasit.*

14 *Vidua quicquid habuit ex bonis viri in dotem excomputat.*

17 *Solutio sine quietantia non est verisimilis, quando est notabilis summa. Simulata ex quo arguatur, n.*18. *Inuerisimilis præsumitur facta a non obligato, n.*19.

20 *Pater qui semel dotauit filiam iterato dotare regulariter non tenetur.*

21 *Confessio Mariti dotis receptæ etiam erga Socerum præsumitur simulata. Dotis receptæ erga Fratrem Vxoris numerationem probat, num.*22. *Dotis receptæ in maiori quantitate prioris matrimonij simulata præsumitur, numer.* 23. *Constante matrimonio facta dotis receptæ morte confirmatur, num.* 24. *Fallit, num.*25.

26 *Restitutio in integrum aduersus non oppositam exceptionem numeratæ dotis per Maritum competit hæredi pupillo, mortuo Marito intra biennium.*

27 *Exceptio dotis non numeratæ lapso biennio opponi non potest, sed fraudis, & simulatæ donationis opponi potest.*

OBSERVATIO LXXXIII.

TAMETSI annulus sponsæ in actu celebrationis matrimonij per sponsum traditus regulariter donatus præsuma- 1.
tur, dixi *allegat.*4. *num.*16. *fol.*67. *lib.* 1. Gratian. *decis.March.* 118. *sub num.*9. *vers. adde quod,*Castill. *decis.* 93. *num.*14. Thesaur. *quæst.forens.*15.*n.*2. *lib.*3. Guidobon. *allegat.*64. *num.*1. Peregrin. *consil.*89. *num.*8. *lib.*3. *& decis.* 140. *vers. videamus,* Anton. Fab. *in suo Cod. lib.*5. *tit.* 1. *de donat.ante nupt. definit.* 2. *in fin.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.*7. *gloss.*3. *part.*6. *num.*56. Vrsell. *concl.*115.*numer.*12. *littera A.verbo Annuli datio,* Ioan. Baptistam Antonell.*cons.*24.*num.*7. & ab hac opinione iuxta quam pluries fuit iudicatum in hac Patria, nefas esset discedere, inquit Cyriac. *controu.* 120. *num.*60.*&* 61. *& controu.*707. *num.*7. cum adductis per Bonden. *collect.*42.*num.*100.*& seq.*

Nihilominus præcedens conclusio huic casui applicabilis non videtur; tum quia de traditione
annuli hic non constat,& ex necessitate adhibitus in celebratione matrimonij donatus non censetur, Sanchez *de Matrim.lib.*6. *disput.*23. *num.*10. 2.
quem sequitur, & bene comprobat Rota coram Merlin. *decis.*885. *num.*26.Anton.de Mar. *resol.*71. *num.*21. *lib.*2. Tum quia conditio sponsi, qui in sensu partis aduersæ plurimo ære alieno premebatur, omnem prorsus donationis etiam annuli coniecturam excludebat, Rota *decis.*113.*part.*1.*recent.* Ludouis.*decis.* 474.*per tot.*Hodiern.ad Surd. 3.
decis.

decis.166.n.2. & 3. Tum demum quia consuetudo
4. Mantuæ hic non militat, ex quo in hac materia domicilium sponsæ, & locus celebrati matrimonij attenditur, Loffred. *cons.42.n.6.* Georg. *alleg.45. n.35.& seq.* Hodiern. ad Surd. *d. decis.166. sub n.5. vers. Et hoc quando.* Negari igitur non potest quin
5. pupilla ad restitutionem annuli penes ipsam non existentis indebitè grauata extiterit, Merlin. *d.decis.885. sub num.26.*

Alterum, & quidem euidens grauamen eadem pupilla sustinuit, dum biennio iam elapso ab obitu D.Comitis Castelli eius patris in alimenta anni luctus ad rationem septem pro centenario cō-
6. demnatur, ad quæ certè vti præterita, ac Iudicis officio, non autem Iure actionis debita, condemnari minimè potuit, ex cumulatis plena manu per Anton. de Amat. *resol.49.n.64.* quibus addo Mart. Medic. *decis.Senen.75.n.17. & 18. & decis.89. n.19.* Leotard. *de Vsur.q.30.n.33.& seq.*

Nec obsisteret, si opponeretur nos versari in diuersis terminis; quia fructus dotis D. Comitissæ
7. condictione ex censura Statuti Bononiensis eos taxantis in rationem septem pro centenario debentur, eique per Senatum adiudicata apparent, quo casu pro præteritis competere actionem communiter recipitur, Gratian. *discept. forens.244. num.47.* Anton. de Amat. *d.resol.49.num.68.* Vrsell. *concl.89. in verb. Alimenta, n.64.*

Si quidem replicatur primo dictam Comitissam dispositione Statuti Bononiensis iuuari non posse, ex quo interpellationem Iuridicam prære-
8. quirit, qua non præcedente, Vidua ex beneficio Statuti interusuria prætendere nequit, Ludouic. Bolognin. *cons.16.vers. Ex hoc*, de cuius doctrina etsi dubitet Monteren. *ad Statut. Bonon. rubr. de Dot. restituen. in verbo negligentibus*, eam tamen sequitur, Scayn. *decis.13.num.74.& seq. iuncto n.90.* Rota *in Bononien. dotis 9. Nouembris 1619. & 22. Martij 1621. coram Remboldo*, Laurent. Vrsell. *conclus.89.n.348.cum seq. in verbo Alimenta.*

Deinde à Beneficio eiusdem Statuti D. Comitissa possidens stabilia excludebatur, dū non probauit ex eorum fructibus se ipsam alere non pos-
9. se, quemadmodum idem Statutum præcisè disponit, & comprobant Alex. *cons.141. sub n.5.& seq. lib.5.* Monteren. *ad Statut. Bononien. rubr. de Dot. restituen. in verbo non habentes, propè fin.* Scayn. *d. decis.13.n.74.* Anton. de Amat. *resol.49. n.60. & 61.* Cyriac. benè distinguens *controu.542. n.10. & seq.* & in hoc Statutum vniforme dispositioni Iuris
10. existit, dum iuxta illam Vidua aliunde habens ex quo viuere possit, ab hæredibus viri, nec extra annum luctus alimentatur, *l. pen. ff. vt in poss. legat. l. Diuortio 8. ff. solut. matrim.* Mart. Medic. *decis. Senen.75. num.19.* Anton. de Amat. *d.resol.49. num.53.* Cyriac. *d.controu.542.n.7.* Andr. Censal. *decis. Lucen.22. n.19.* In facti autem specie non ambigitur; quin D. Comitissa Isabella stabilia haberet, ex quorum fructibus se ipsam aluisse præsumitur; adeo vt indebitè, & ad grauamen hæredis alimenta anni luctus iterum decreta extiterint.

Vltimo quia in contingentia facti sola Iuris dispositio attendi debet; non autem Statutum
11. Bononiæ, quod hæredes Mariti non afficiat, nec ordo Mantuæ vires suas extra territorium non extendens D.Comitissam ligat, Cyriac. *controu.527. num.62.* Merlin. *decis.353. num.12.44. & seq.* Cardin. Otthobon. *decis.32. n.4.& 5. & decis.199.n.6.* & latius dixi *allegat. 100. num.5. lib.3.* vbi etiam habetur decisio Rot. impressa. Quæ tametsi inconcussa præexistant, nihilominus prætermitti poterant; quippe quoniam ex inferius dicendis manifestè colligitur, hæredes D. Comitis in nihilo prorsus remansisse debitores.

Quin potius, si in aliquo ex causa dotis restituendæ debitores erga Comitissam modò de Zambeccariis debitores reperirentur, vtique cum ex actis D. Comitissa de rebus amotis ab hæreditate Mariti conuincatur, hæredibus D.Comitis Castelli retentiò competeret; etenim in hac materia speciale existimatur, vt pro bonis 12.
à Vidua subtractis, hæredibus viri dotis retentio competat, *l. diuortio 8. §. ob donationes, & l. Re indicata 16. §. heredi, ff. Solut. matrim.* Fachin. *controuers. Iuris, lib.11. cap.7. in fin.* Cardin. Otthobon. *decis. 199. n.14.* Andr. Censal. *decis.22. num.21.*

Amotio rerum in hæreditate Mariti relictarum patrata per D. Comitissam de Beluisiis inter partes non controuertitur, cum ex testibus, ac processu concludenter probata resultet, sed vtraque ex partibus subtracta spectare ad se ipsam altercante; Senatus quoad quædam in sortem prætensæ dotis compensanda, quoad reliqua D. Comitissæ iuranti propria esse adiudicanda censuit; in quo pupilla de Castellis plurimum se læsam prætendit. Quippe quoniam 13.
constito in substantia de rebus amotis, & difficultate probationis causata dolo, & culpa eiusdem Comitissæ, mobilia de facto noctis tempore amouentis, sibi potius, seu eius tutori iuramentum in litem deferri debebat, Rota *decis. 448. part. 4. diuers.* Coccin. *decis. 34. per totam*, Cardin. Otthobon. *decis. 32. numero octauo, & decis. 199. numero duodecimo*; & *in Romana quarti dotalis, 15. Maij 1635. coram Eminentissimo D.Cardinali Verospio iuniore*, Thomas. *de tutor. & Curator. tit.13. sub num.320. vers.6. nec in actionibus, fol.116.*

Cæterum secluso etiam in litem iureiurando D. Comitissa compensationem de mobilibus, animalibus, & cæteris bonis in suo posse reman-
sis, cum prætensa dote euitare nequiret, vt de 14.
se paret, & in terminis pro absoluto comprobat Georg. *allegat.45. sub numero sexto, vers. quinto opponit*, inspecto potissimum, quod in mobilibus ius proprium prætendere non poterat; dum iuxta ordines huius Patriæ, quatenus aliqua in hanc ditionem introduxisset, eadem ad officium Riperij describi non curauerit; non alia ratione nisi, quia de mobilibus nil prorsus secum attulit.

Patris ex solutione nimirum librarum mille
quatuorcentum præsumptio solutionis totius do- 15.
tis, & sic etiam pro parte confessata in libris sex mille regulariter inducitur, ad gloss. & Doctores *in l. 2. C. de non numer. pecun.* Dec. *cons. 563. numer. 10.* Marescot. *var. resol.8. num. 14. lib.1.* Ludouis. *decis.62. n.7.* Gratian. *discept.362.n.18.* Duran. *decis.409.num.21.* Card. Otthobon. *dec.45.n.1.* Merlin. *decis.652.n.9.* Mart. Medic. *decis. Senen.80. num.26.* Ioan. Baptist. Anton. *cons.46.n.10.* Rot. *decis.159.n.2.part.7.recent.*

Verum præcedens conclusio huic facto non applicatur; eo enim in casu solummodo proce-
dit, quando scilicet præcedens dotis promissio 16.
concurrit, *l. In contractibus 14. §. quoniam*, vbi Castren. & alij, *C. de non numerat. pecun.* Ludouis. *dict. decis.62. num. 6.* Ioann. Baptist. Antonell. *d.cons.*

*d. consil.*46. *num.*8. Anton. de Amat. *resolut.*5. *numer.*19. Duran. *dict.decis.*409.*num.*24.*&* 25. Merlin. *d.decis.*652.*num.*5.Buratt.*decis.*108. *num.*1.*&* 2. ibique Adden. *num.*20.*&* *dec.*925.*num.*1.vbi quod confessio nec Viro, minúsve eius hæredibus præiudicet,Rota *in decis.*159.*num.*1.*part.*7.*recent.*& *in Ariminen.dotis* 4.*Maij*.1648.*in princ.coram R.P.D.Verospio*, nunc impressa *decis.*403. *part.*9.*tom.*2. *recent.*& *in Romana domus* 22.*Iunij* 1654.§.*Creditum dotis*, *coram R. P. D. Meltio*, cum quidem dotis promissio hic non intercesserit; Ideo ex solutione reali partis, simulatio confessionis in maiori parte non remouetur.

Præterquam quod argumentum potius retorquetur; neque enim verisimile videtur, quod libræ sex mille absque vlla receptione exbursatæ extiterint, dum de libris mille quatuorcentum
17. quietantiam Instrumentalem reportauit,quam & pro maiori summa, si cum effectu fuisset soluta obtinuisset,Socin.*cons.*44.*sub n.*4.*vers.Item non est verisimile,&* *num.seq.lib.*4. Mart.Medic.*ad decis. Senen.examinat.*51.*n.*7.Ludouis.*decis.*188.*num.*2.*in fin.*Rota *decis.*259.*n.*6.*&* *decis.*290.*num.*18. *part.*6. *&* *decis.*159.*sub n.*16.*vers. & quod sicuti,part.*7. *recent.* & *in Romana pecuniaria* 18. *Martij* 1647. *coram R.P.D.Royas,dec.*326.*apud ipsum*,& *in Romana dotis* 5.*Iunij* 1648.*coram R.P.D.Celso*,§.*Tum etiam ex negligentia*, *decis.*41. apud nos in annot. ad Castill. *de aliment.* cui obiecto aliter etiam satisfacit post alios Mart.Medic.*d.decis.*80.*n.*27.

Inuerisimilitudo altera prædictæ confessionis desumitur,ex eo quia per illam distinctè non percipitur, à quonam prætensa solutio emanauerit; Dum erga sponsam Comes Castellus à Sororio mediante persona Patris libras sex mille Bononienses in Instrumento enunciatas recepisse fateatur,sub quo verborum inuolucro simulatam so-
18. lutionem effingi non ambigitur,ad text.*in l. Qui testamentum* 27.*ff.de probation.*Natt.*cons.*168.*n.*13. *&* *seq.* Gratian.*discept.forens.*255.*n.*21. *&* 23. Card. Otthobon.*decis.*16.*n.*15.

Alia quoque inuerisimilitudo insurgit, ex quo
19. non præsumitur quod frater nulla prorsus obligatione irretitus, & vti extraneus tantam dotis, seu pecuniarum quantitatem soluere voluerit, *l. Cum de indebito* 25. *ff.de probat.*Mantic.*de tacit.& ambig.lib.*13. *tit.*22. *sub n.*8.*vers. per contrarium vero*, Rota *in dicta Romana dotis* 5.*Iunij* 1648.*coram R. P.D.Celso*, §.*Inuerisimilis etiam.*Nec quod asseratur solutionem fecisse Fratrem nomine Patris quicquam releuat; cum nec postquam filiam se-
20. mel dotauit, vlterius eandem dotare, aut dotem augere obstringebatur, Alex. & alij *in l. Si cum dotem* 23. §.1.*ff. Solut.matrim.* Gratian. *discept. forens.*65.*n.*16.*&* *discept.*362.*num.*15. Mart.Medic.*ad decis.Senen. examinat.*34. *n.*5. Fontanell. *de pact. nupt.clausul.* 5.*gloss.*1.*part.*1.*n.*72. *tom.*2. Animaduertendum insuper, quod confessio dotis receptæ
21. facta à Marito Vxori constante matrimonio, eo magis simulata præsumatur, si Maritus fateatur Vxori recepisse à Socero potissimum absenti,Burat. *decis.*108.*sub n.*5. & ibi adden. *gloss. C. & decis.*612.*num.*2.vbi adden. *littera A.*& faciunt tradita per Mart.Medic. *examinat.*51.*n.*6.*&* *n.*16.Andreol.*controu.*186.*n.*12. *&* *seq.* Bonden. *collect.Legal.*42. *n.*7. *&* *seq.* Quicquid esset si Maritus non
22. erga Vxorem sed cum ipso Sororio immediatè confessionem de recepta dote emisisset, vt post alios optimè ratiocinatur,Rot. coram Merlino *d. dec.*652.*n.*8.Altograd.*cons.*53.*n.*7.Manent.*decis.*40. *n.*3.Quod autem D. Comitissa congruam haberet dotem, ex restitutione dotis enuntiata in Instrumento in actis exhibito sibi facta per filium antecedentis matrimonij sufficienter liquet.

Vltima pro nunc inuerisimilitudo in eo consistit,quod augendi dotem in hoc posteriori Coniugio nulla ratio,fundamentum, aut causa suberat,quam inuerisimilitudinem pluribus congestis 23.
in proposito magnificit,Rota coram Ludouis.*decis.*188.*n.*2. *&* *decis.*259.*n.*4. *&* 5.*part.*6. *recent.*

Superius dictis neque resisteret, quod omni in casu huiusmodi confessio receptæ dotis donatio- 24.
nem prohibitam inter Coniuges constante matrimonio importans per mortem Mariti in præiudicium illius hęredum diceretur cõfirmata,ex Surd. *decis.*166.*n.*10.*&* *seq.* Ioan. Baptist. Antonell. *consil.*46.*n.*14. Rota *in Ariminen. dotis* 4.*Maij* 1646. *in fin.&* 27.*Iunij eiusdem anni,in princ.vers.Vel saltem, coram R.P.D.Verospio*,quæ est *decis.*403.*par.* 9.*tom.* 2. *recent.* & *in Auenionen. hæreditatis* 10. *Iunij* 1648. *coram R.P.D.Royas*, §.*aliud*, nunc *decis.*400.*penes eundem.*Siquidem cum longè excedat quingentos solidos,neque insinuata appareat; 25.
consequens ideo fit,vt nec morte viri dicatur confirmata,*l.Donationes* 25. vbi gloss. *in verbo confirmari*,& Salicet.*n.*3.*Cod.de donat.int. Vir. & vxor.* Menoch.*præsumpt.*12.*n.*39.*&* 40.*lib.*3.Buratt.*d.decis.*108.*n.*14.quæ duplicatur *decis.*683.*part.*2.*recent.* eadem Rota *decis.*259. *n.*3.*part.*6. *recent.*Mart.Medic.*d.examinat.*51.*n.*89.Gratian.*discept.*693. *n.*6.

Lapsus verò biennij exceptionem non numeratæ pecuniæ non remouet,dum Maritus durante 26.
biennio à die confessionis decessit, superstite pupilla hærede,& filia,cui propterea restitutio in integrum competit, vt ea exceptione iuuari valeat, Andreol.*controu.*186.*sub n.*6.*vers. nam illa restitutio.*Vltra quod, vt pupilla se eximat à restitutione dotis pro parte dumtaxat confessata, exceptio 27.
fraudis, seu simulatæ donationis exuberanter suffragatur, Gratian.*discept.*693.*n.vlt.*Ludouis.*decis.* 67.*n.*6.Burat.*decis.*108. *n.*17. Mart. Med. *d.examinat.*51.*n.*25.Bonden.*collect.*42.*n.*4.Andr. Censal.*decis.Lucen.*50.*n.*1.*&* *seq.&* *decis.*84.*n.*3.

SVMMARIVM.

1 *Census ita constitui potest,vt in fructibus soluatur. Ita tamen quod debitor non obligetur fructus exportare ad domum creditoris,n.*2. *Ex diutina solutione præsumitur validus,n.*7.

3 *Numeratio pecuniæ requisita in censu, an probetur ex confessione de recepto vt hic.Importatur per verba*,dedit,soluit,& numerauit, *in Instrumento emissa,n.*4. *Declara vt,n.*6.

5 *Dictio*, ibidem, *importat*, tunc.

OBSERVATIO LXXXIV.

EXCEPTIO nullitatis census ex eo,quia pro annua pensione loco pecuniæ de tot fructibus respondebatur,nullius omnino 1.
habita fuit momenti,ex traditis per Cenc.*de Cens.* *q.*3.*n.*6. Duard.*in proœm. constitutionis Pianæ,q.*21. *num.*6.*&* 19.Leotard.*de vsur.q.*42.*n.*4.& pluribus exornat,Vgolin.*de Vsur.lib.*4. *cap.*6. *art.*2.*num.*4. *&* *art.* 10. *per totum, lib.* 2. Senatus tamen reiecit pactum, per quod debitor tenebatur deferre fructus ad domum creditoris, tanquam 2.
reproba

reprobatum, Gaſpar. Roderic. *de ann. redditib. lib.2.quæſt.6. num.3.* Cenc. *de Cenſ. dict. quæſt.3. num.*11. Dubitatum quoque fuit, an verba in Inſtrumento creationis cenſus adiecta, videlicet, *confitentur habuiſſe, & recepiſſe à prædicto Comite in tot duplis, vt ſupra, ibidem actualiter numeratis, & traditis*, numerationem ad validitatem cenſus requiſitam importent; ratio dubitandi ex
3. eo deſumebatur; quia cum Notarius à confeſſione inceperit, ſubſequentia omnia ad ipſam confeſſionem referuntur; ita vt exinde numeratio pecuniarum probata non reſultet, Surd.*dec.*284. *num.7. & ſeq.* Tondut. *de penſ. cap.50. ex num.*52. Rot.*deciſ.*320. *n.* 3. & 4. *in crimin.* Farinac.& *in Parmen. penſionis* 23. *Martij* 1640. *num.*1. *& ſeq. coram R. P. D. Bichio*, Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.*355. *ſub num.*7. quorum concluſionem verbaliter reaſſumpſit, Gratian.*diſcept.forenſ.*387.*num.*41. *& ſeq.*Hodiern. ad Surd.*d.deciſ.*284. Qui ferè omnes in prædictam tranſeunt opinionem ſuper caſu, in quo Notarius dixerat; Talis confeſſus fuit
4. habuiſſe, & recepiſſe, prout actualiter habuit à N.præſente, & ſoluente in tot Zecchinis, Poſt. *de manuten. obſeruat* 35. *num.*10. vbi requirit clauſulam, *in præſentia mei Notarij, & teſtium*, Rot. *deciſ.* 20. *num.*15. & 16. *part.*9. *tom.*1. & *deciſ.*344. *à num.*2. *part.*9. *tom.* 2. *recent.* Bonden. *collect.*38. *num.*138. & *ſeq.*

Nec prædictis aduerſari dictionem, *ibidem*, Domini exiſtimauerunt, per quam videtur inferri, quod pecuniæ numeratio, & traditio coram Notario, & teſtibus contigerit; quippe quo-
5. niam dictio *ibidem*, in hoc caſu non poteſt aliter interpretari, quam *tunc*, attenta ſubiecta materia, gloſſ. *in l. Si quis in legatione* 8. *in verſ. ibi iudicium, ff. de iudic.* Rot. *in Bergomen. penſionis* 21. *Aprilis* 1623. *coram Reuerendiſſimo Coccino, num.* 4. impreſſa inter meas *allegat. fol.* 503. *lib.* 1.

Obiectionem namque ſibi locum vindicare
6. cenſuerunt, quando actus in præſentia teſtium, & Notarij non ſucceſſit, Bart.*in l.Singularia* 15. *num.*23. *ff. Si cert. pet.* Socin. *conſil.*143. *ſub numer.* 2. *lib.* 1. & bene colligitur ex Rot. *in mox citata deciſione*, alias enim tota diſpoſitio, ſeu ſtructura verborum in ſimplici confeſſione verificatur.

Cæterum ob perplexitatem articuli, & diuti-
7. nam exactionem cenſuum, pro validitate cenſus concluſum fuit, amplectendo doctrinam Gratian. *diſcept.* 796. *num.* 3. & 4. Sperell. *deciſ.* 28. *numer.* 64. Spad. *conſil.*155. *num.*4. & 8. *lib.* 3. vbi, quod Bulla Pij V. requirat quidem pro validitate cenſus numerationem pecuniæ coram Notario, & teſtibus, non tamen diſponit, quod hoc exprimatur in Inſtrumento.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale regulariter laicum præſumitur, & num.* 29. *Contrarium qui teneant, num.*2. *Sed reprobantur, num.* 3. *Mantuæ Rota Romana laicale iudicauit, num.*4. *Vt Eccleſiaſticum reputetur requiſita, num.*5. & *num.*30. *Laicale præſumitur, ſi per ſæculares regitur, num.*6. & *num.*28. *Laicale probatur dum per Iudices à Principe electos iudicatur, num.* 7. *In dubio prophanum cenſetur, num.* 8. *Laicale ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato viſitatur, num.* 9. & *num.* 31. *Limita, vt num.*10. *Limitationem amplia etiam quoad concernentia decentiam cultus Diuini, numero* 12. *Mantuæ qualiter erectum, numer.*25. *Cremonæ quando erectum, n.*26. *Eſt locus pius, non tamen Eccleſiaſticus, n.*27. *Mantuæ per Rotam declaratur laicale, numero* 35.

11 *Regis appellatione quando veniat Princeps ſupremus.*

13 *Emphyteuſis conceſſa ab Hoſpitali Laico in extraneos tranſit. Eccleſiaſtica non tranſit in extraneos, num.* 14. *Fallit ſi concedatur Sacerdoti, num.*15. *Aut prole quomodolibet deſtituto, n.*24.

16 *Frater pro fratre emphyteuſim ſtipulatur. Declara, vt num.* 17. *In ſolidum cum fratre quando inueſtitus cenſeatur, n.*20.

18 *Ratificatio ex quibus inducatur. Expreſſa quando requiratur, n.*19.

21 *Ius accreſcendi inter coinueſtitos de Emphyteuſi quando intret.*

22 *Clauſula*, in perpetuum, *operatur ius accreſcendi.*

23 *Dictio*, reſpectiuè, *in conceſſione emphyteuſis, quid operetur.*

32 *Ratio adminiſtrationis ab Agentibus Hoſpitalis Epiſcopo redditur.*

OBSERVATIO LXXXV.

AVCTORITATE Epiſcopi dum non liquet Hoſpitale Mantuæ fuiſſe erectum, ideò prophanum, & laicale præ- 1.
ſumitur. Etiam ſi Eccleſiam, Campanile, & adminiſtrationem Sacramentorum contineat, latè Cyriac. *controuerſ.*530. *à num.* 1. *ad* 11. Redenaſc. *conſil.*68. *num.*20. & *ſeq.* & *conſ. ſeq. num.* 19. & *ſeq.* vbi tamen quod dicatur Locus Pius, nec comprehendatur ſub proclamate vetante, ne forenſes in ſtabilibus ſuccedere valeant; & quamuis Ciar- 2.
lin. cum adductis per illum *controuerſ.* 116. *numer.*12. & *ſeq.* & *controuerſ.* 212. *num.* 46. & *ſeq.* Benint. *deciſ.*13.*num.*4. Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſc. allegat.*75. *num.*5. & *de vniuerſ. Iur. Eccleſ. lib.*2. *cap.*11. *num.*15. Monald. *conſil.*29. *num.*6. & *ſeq. lib.*2. Et Eccleſia, & Campanile inducant ad præſumptionem erectionis cum auctoritate Epiſcopi, contrarium tamen, & ſic priorem ſenten- 3.
tiam defendunt Burſat. *conſil.* 60. *num.*27. Caſtill. *deciſ.*2. *num.* 13. *lib.* 1. Zabarell. *conſil.* 13. *ſub n.*3. *verſ. etiam ſi habeat locum pro Miſſa celebranda*, optimè Roman. *conſil.* 477. *num.* 2. à Pont. *conſil.* 18. *num.*5. *lib.*1. Viuian. *in prax. Iuriſpatr. lib.*3. *cap.*2. *num.*5. Rot. *in Leopolien. cenſurarum* 27. *Ianuarij* 1645. *coram Reuerendiſſimo Cerro*, & *in Mediolanen. bonorum* 18. *Martij* 1648. §. *tandem non obſtat, verſ. etiam ſi habeat locum pro Miſſa celebranda, coram R. P. D. Bichio*, & *in Meleuitana bonorum* 10. *Februarij* 1651. §. *neque præſumpta, verſ. ac illud habeat locum pro Miſſa celebranda, coram R. P. D. Meltio*, & non eundo per mendicata, vt aiunt, ſuffragia, quod Hoſpitale Mantuæ prophanum, ac laicale ſimplici- 4.
ter reputetur, cenſuit eadem Rot. *in Mantuana fideicommiſſi* 27. *Ianuarij* 1659. §. *fin. coram Reuerendiſſimo Cerro*, latè Fontanell. *deciſ.*331. *n.*7. & 8. & *ſub num.*14.

Stare ergo simul possunt, quod Ecclesia in Hospitali existens Campanile, & administratio Sacramentorum infirmis ad Religiositatem inferant,
5. non tamen illam conuincunt, ad hoc enim plura requiruntur recensita, post alios per Viuian. *in prax. Iurispatr. lib. 3. cap. 2. num. 7.* & per Barbos. *de vniuers. Iur. Eccles. lib. 2. c. 11. n. 15.* Monald, *cons. 29. num. 10. lib. 2.* Ludouis. *decis. 4. num. 11. vsque ad 16.* Vincent. de Vita *in suo repert. in verb. Hospitalia, fol...*

Tantùm abest autem, quod in facti contingentia huiusmodi requisita concurrant, quin potius signa contrarium suadentia; nimirùm Hospitalis laicalitatem exuberant, inter quæ duo pro
6. nunc amplector; alterum quia per sæculares à Serenissimo D.N. deputatos gubernatur, ex quo laicale præsumi comprobant, Calderin. *consil. 4. versic. item institut. de relig. domib.* Magon. *in terminis decis. Florent. 61. §. in contrarium, vers. maximè si gubernetur à laicis*, Roman. *cons. 477. numer. 10.* Corn. *cons. 57. sub num. 8. vers. quia stat sub cura communitatis, lib. 3.* à Pont. *cons. 18. n. 6. lib. 1.* Cyriac. *dicta controuers. 530. num. 1.* latissimè Grass. *de effect. cleric. 1. num. 122.* Rota *decis. 725. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 268. num. 2. part. 3. recent.* & *in dicta Meleuitana bonorum 10. Februarij 1651. §. non obstat, vers. à laicis regatur, & administretur, coram R.P.D. Meltio*, cum adductis per Manent. *de contract. liuellar. quæst. 1. part. 5. n. 6.*

7. Alterum quia, vt etiam modo contingit, eius causæ etiam passiuæ coram Iudice delegato à Serenissimo Principe agitantur, ex quo signum laicalitatis euidens resultet, à Pont. *dicto cons. 18. n. 8. ac per tot. lib. 1. & consil. 55. sub n. 14. versic. & ideò, coram sæculari Iudice conueniunt*, & Bursat. *consil. 60. sub num. 27. vers. coramque Iudicibus laicis*, Botell. *cons. 81. n. 10. & 11.* Cyriac. *dicta contr. 530. n. 10.* Rot. *in dicta Mediolanen. bonorum 18. Martij 1648. §. tandem non obstat, coram R.P.D. Bichio*, Grass. *de effect. cler. 1. n. 118. in fin.*

Ex quibus simul iunctis negari non potest, quin concludenter probatum appareat Hospitale pro-
8. phanum omninò censeri, & vbi adhuc subesset scrupulus, in dubio pro laicalitate Hospitalis pronuntiandum veniret, Gonzal. *ad regul. 8. cancell. gloss. 5. § 4. n. 24.* Barbos. *de vniuers. Iur. Eccl. lib. 2. cap. 11. num. 16.* Viuian. *in prax. Iurispatron. lib. 3. c. 2. sub n. 10. & seq.*

Quinimò, & si Hospitalia etiam merè laicalia, Episcopus saltem tanquam Sedis Apostolicæ de-
9. legatus visitare possit, ex Conc. Trident. *de reformat. sess. 22. cap. 8.* Cochier. *de Iurisdict. in exempt. part. 2. quæst. 45. n. 77.* Vgolin. *de offic. & potest. Episc. c. 24. § 1. sub num. 3. vers. visitare*, cum adductis per Barbos. *de offic. & potest. Episc. allegat. 75. n. 2. & de vniuers. Iur. Eccles. lib. 1. cap. 14. n. 26. & seq.* Rot. *decis. 30. n. 8. part. 2. recent.* & *in Meleuitana bonorum 10. Februarij 1651. §. minusque, coram R.P.D. Meltio.* Nihilominus facultas huiusmodi non exten-
10. ditur, neque comprehendit Hospitalia sub Regia, aut Ducali protectione immediatè subiecta, ex quo ab eodem Concilio Tridentino, *dicta sess. 22. cap. 8.* specialiter excipiuntur, Valasc. *consult. 105. n. 6.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. allegat. 75. n. 16. part. 3.* & *de vniuers. Iur. Eccles. lib. 1. c. 14. n. 62.* Diana *part. 1. tract. 1. resolut. 100. fol. 44.* vbi ex consuetudine huiusmodi priuilegium ampliatum profitetur, Cyriac. *dicta controuers. 530. n. 8.*

Nec quicquam facit, quod Conc. Trident. *sess. 22. c. 8.* Reges tantummodò, seu eorum Hospitalia à visitatione Episcopi eximat; quippè quoniam in similibus materiis appellatione Regum, supre- 11.
mi quoque Principes, Iura Imperij habentes, ac plures Ducatus possidentes veniunt, ac comprehenduntur, argumento eiusdem Conc. Trident. *sess. 25. c. 9. de reformat. Clem. vnic. versic. nisi Regum, de Baptism.* Paris. *cons. 112. n. 33. lib. 4.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 24. n. 154. & seq.* Lottier. *de re benefic. lib. 1. quæst. 11. n. 73.* Viuian. *in prax. Iurispatr. lib. 14. cap. 1. n. 122.*

Quicquid in oppositum latius scripserit Gabr. *cons. 195. n. 9. ac per tot. lib. 2.* vbi quod Hospitalia Ducatus Mediolani non comprehenduntur sub Concil. Trident. ex quo Maiestas Catholica illic non vti Rex, sed vti Dux consideretur; quippè quoniam ex consuetudine contraria opinio præualet, Cyriac. *dicta controu. 530. n. 8. & 9.* Menoch. *cons. 948. n. 39.* admonens Principes, atque eorum Ministros, ne sinant Hospitalia Ducatus Mediolani per Episcopos quoquo modo visitari, hancque nostram conclusionem vniuersaliter comprobant, Fusch. *de visit. lib. 2. c. 13. n. 23.* Mat. Ant. *variar. resol. 14. sub n. 6. §. si verò Hospitale, vers. in Hospitali immediatè existenti sub protectione Regis, vel Principis habentis Iura Imperij*; sicuti igitur Hospitale Cremonæ etiam tempore Ducum Mediolani ea libertate quoad laicalitatem fruebatur, idem quoque semper in hoc Mantuæ successisse existimo.

Circa quod Principes, eorumque ministri adeò cautè se gerunt, vt in eorum Hospitalibus, nec Episcopus ad visitationem quoad concernentia 12.
decentiam cultus Diuini admittant, iuxta approbatam consuetudinem, de qua attestatur Dian. *par. 1. tract. 1. res. 100. in fin. fol. 44.* Grass. *de effect. cler. 1. num. 120.*

Probata Hospitalis laicalitate, concessiones quoque in emphyteusim ab eo emanatæ tanquam laicales in quoscunque hæredes etiam extraneos 13.
dubio procul transeunt, Felin. *in c. de quarta, sub n. 3. vers. & istis, de præscript.* post Alex. *cons. 9. n. 1. lib. 2.* quos sequitur, & declarat, Valasc. *consult. 105. n. 37.* Manent. *de contr. liuell. q. 1. part. 7. n. 23. & 24.* Magon. *dicta decis. Florent. 61. §. & licèt*, vbi emphyteusim Hospitali cōcessionibus priuatis æquiparat, Surd. *decis. 254. in princ.* Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. q. 1. n. 3. & de success. in bon. emphyt. quæst. 4. n. 1.* dixi, *allegat. 43. n. 19. & seq.* & *allegat. 50. n. 6.* & *alleg. 91. n. 1. lib. 2.* Corn. *cons. 206. n. 2. in fin. lib. 1.* Grat. *cons. 142. n. 10. & 11. lib. 2.* Menoch. *cons. 635. sub num. 4. vers. cæterum admisso*, Torniol. *cons. 90. num. 6.*

Sed dato, veritate semper illæsa, quod Hospitale Religiosum, concessiones per ipsum factæ in emphyteusim Ecclesiast. ac consequenter in ex- 14.
traneos non transitoriæ diiudicarentur, ad nouissimè tradita per nos *allegat. 9. n. 8. & allegat. 30. n. 19. & 20. & allegat. 43. n. 18. & allegat. 61. n. 19. & seq. lib. 2.* latè Rot. *in Romana deuolutionis domus 15. Iunij 1654. n. 2. & 3. coram R.P.D. Meltio.*

Nihilominus conclusio huic casui non applicaretur. Dum enim agentes Hospitalis ab initio Sacerdoti, ideoque penitus incapaci descendentium inuestituram scienter concesserint; consequens ideò fit, vt vocando in concessione illius hæredes, de extraneis intellexerint, ad tradita per 15.
nos *allegat. 87. n. 29. & 30. lib. 2.* vbi in fine ita iudicatum refert Rot. *in Romana deuolutionis domus 15. Iunij 1654. n. 14. coram R.P.D. Meltio*, vbi tunc censeatur stipulata non pro hæredibus sanguinis, sed pro hæredibus bonorum.

Nec

Nec quicquam facit quod Inuestitura etiam pro fratre laïco ipsius Sacerdotis stipulata ap-
16. pareat. Quamvis enim frater pro fratre feudum, & emphyteusim stipulari valeat, ex traditis per nos *allegat.*36.*num.*29.*lib.*2.& nunc addo Fulgin. *de emphyt.tit.de contract.emphyt.quæst.*34.*num.*26. *& seq.*Ludouis.*decis.*348.*num.*3. Attamen ita de-
17. mum stipulatio fauore absentis operatur, si postea re integra acceptatio subsequatur, Beltram. ad Ludouis. *decis.*97. *n.*8. & Rot. coram eodem Ludouis.*decis.*567.*num.*3. Fulgin. *de emphyt.tit.de contract.emphyt.quæst.*35. *num.*3. dixi *dicta allegat.* 36.*num.*29.*lib.*2. Manent. *de contract. liuell. q.*14. *n.*32. Bardellon. *cons.*50.*n.*24.

Sicuti neque resistit, quod ex scientia, cohabitatione, & aliis inter dictos fratres secutis ra-
18. tificatio saltem tacita censeatur inducta, quæ sufficiens videtur, ad tradita post alios per Beltram. ad Ludouis. *decis.*97.*sub n.*8. *vers.satis tamen dicitur,* Rot. *decis.*262.*num.*6.*part.*1. *recent.* Fulgin. *de emphyt.tit.de contract.emphyt.q.*35.*n.*3. *in fin. & n.*4.

Quandoquidem cum emphyteusis, de qua agitur, simpliciter lucratiua non sit, sed onus non tam canonis, quam aliorum de natura contractus venientium principaliter admixtum ha-
19. beat. Necessariò propterea ratificatio expressa absentis omninò prærequiritur, vt in puncto pluribus exornat Manent.*cons.*45.*num.*7. *& seq.* Rot.*decis.*274.*n.*4.*p.*6.*& dec.*27.*n.*21. *& seq. p.*7. *rec.* Altograd.*cons.*38.*n.*12.*lib.*2.

Vltra quod præsupposito etiam vtrumq; fratrem fuisse inuestitum, certè vnusquisque insoli-
20. dum inuestitus censeretur ex eo, quia in communione bonorum viuebant, *cap.* 1. *de benefic. frat.& qualit.fr.* ibi, *vel nisi beneficium de communibus bonis fuerit emptum,* Mazzol.*cons.*114.*n.*13. *& seq.*Bursat.*cons.*181.*n.*3. Rosental. *de feud.c.*7. *concl.*59.*n.*6.*&* 7.Rot.*in Foroliuien bonor.*14.*Decemb.*1618.*coram R.P.D. Remboldo.*& latè exornat Grat *discept.*707.*n.*12.*& seq.*Laur.Vrsel.*conclus.*25.*sub n.*42.

Ius quoque accrescendi inter coïnuestitos locum habet ob plures obligationes, quas em-
21. phyteuta per susceptionem inuestituræ subintrat, Decian.*cons.*73.*n.*2.*& per totum, lib.*2.Honded. *cons.*54.*n.*30.*lib.*1. Monac. *decis.Florent.*63. *n.*18 Mantic.*de tacit.& ambig.lib.*22.*tit.*34.*n.*14. *& seq.*Gratian.*discept forens.*451.*n.*12.*& seq.*Fulgin. *de emphyt. tit.de success. in bon. emphyt. q.*20. *n.*7.Altograd.*cons.*11.*n.*8.*&* 9.*lib.*2.cum adductis per nos in causa de Marinis ex Bozolo, §. *hec autem,* Rot. *in Roman.Domus* 24. *Aprilis* 1637. *n.*1.*&* 2. *coram R.P.D.Pirouano.*

Vlterius in ipsa concessione adest clausula, *in*
22. *perpetuum,* quæ pariter Ius accrescendi inter inuestitos operatur, Bursat. *cons.*181. *sub n.*7.*vers. nempè si diceret in infinitum,* Anton.de Amat. *resol.*84.*n.*33. Monac. *dicta decis. Florent.*63. *n.*13. cum adductis per Altogr.*dicto cons.*11.*n.*10.*lib.*2.

Cúmque eorum hæredes respectiuè ad emphyteusim fuerint vocati, consequens ideò fit, vt hæredes extranei quoad personam Sacerdotis
23. prout respectiuè descendentes respectu personæ alterius fratris ad integram emphyteusim ex prædicta concessione insolidum, atque Iure accrescendi admitti debeant, vt in puncto optimè declarat Rot. apud nos *post alleg.*8.*n.*4.*& seq.fol.*133.*lib.*1.& faciunt tradita per nos *alleg.*79.*n.*24. *&* 25. *lib.*2.

Verumtamen omnis circa præmissa dubitandi occasio contunditur, si quidem alter frater sæcularis tempore acquisitionis in emphyteusim tunc sine prole, ac spe eam suscipiendi destitutus omninò reperiebatur, non solum propter illius deuexam ætatem, verum, quia morbo incurabili laborabat, vt notorium est in hac patria & indicat fides nunc exhibita; Quando autem de emphyteusi nouiter acquisita senio con- 24.
fectus, ac prole destitutus pro se, & hæredibus inuestitur, etiam extranei comprehenduntur, Thesaur.*decis.*146.*n.*5.Sola *ad antiq.constitut.Saband.tit.de feud.quarto requisito,sub n.*16. §.*quibus minimè,vers.facitque ad propositum,* Manent.*cons.*107.*n.*42.

Præter superius enumeratas præsumptiones laïcalitatis, exclusiuas erectionis xenodochij cū auctoritate Episcopali etiam concludens probatio deducebatur, ex Posseuino *in sua Gonzaga,* 25.
*lib.*6. *pag.*610. vbi refert erectionē Hospitalis ex munificentia Sereniss. Marchionis Ludouici, ac nobilium pietate emanata, ex quibus laïcalitas loci omninò conuincitur; etiam si postea breuibus, seu diplomatibus Pontificiis condecoratum appareat. Idem namque successit de Hospitali 26.
Cremonæ per plures annos antea cum auctoritate Pōtificis erecto, vt refert Redenasc. *cons.*68. *n.*18.nec per hoc Hospitale eius qualitatem originariam laïcalitatis amittit, Cyriac. *contr.*530. 27.
*n.*8.*& seq.* Qui tamen plurimum se inuoluit, & in eisdem tenebris ambulauit Sacc.*cons.*20.*n.*7.non distinguendo in hac materia, provt post alios optimè distinguit, Redenasc. *cons.*67.*n* 19.*ac per totum,* vbi quod Hospitalia etiam non erecta auctoritate Episcopi sint loca pia, non tamen dicuntur sacra ad effectum, vt gaudeant Immunitate Ecclesiastica, & subsint Iurisdictioni Ecclesiasticæ, Fontanel.*dec.*110.*n.*10.*& per tot.*Monet. *de commutat. vlt.volunt.c.*4.*col.*93.*sub n.*26.*vers. nam opinio.*

R. P. D. MELTIO.

Meleuitana bonorum Lunæ 10. Februarij 1651.

Litem aliàs de Anno 1580. *ad Instantiam Venerabilis Hospitalis Sancti Spiritus Ciuitatis Melitæ.*

NOn obstat prætensa nullitas transactionis ex defectu beneplaciti Apostolici, quia cū Hospitale, de quo hic agitur à laïcis reguletur, 28.
& administretur, censetur laïcale, & priuatum, non autem Ecclesiasticum, iuxta distinctionem Calder. *cons.*4. *vers.Item Institutio,& restitutio de Relig. Dom.*Felin.*in c.de quarta.n.*11.*versic.& cōmissio de prescript.*Bald.*in auth.hoc Ius porrectum, n.*2.*vers.sed hic quæro, C. de Sacros. Eccles.* Rom. *cons.*477.*n.*8.& sequuta est Rota *dec.*725.*n.*1.*p.*1. *diuers.& dec.*268.*n.*2.*p.*3. *rec.* vbi dictum fuit ad præsumendam qualitatē laïcalitatis multū conferre denominationem Hospitalis, & talem etiā de iure præsumi, dixit Rota coram Put.*dec.*255. 29.
*n.*1.*&* 2. Gonzal.*glos.*5.§.4.*n.*24. Mohedan.*dec.*18.*de caus.poss. & propr.*Rota *dec.*106.*n.*6.*p.*2.*diuers.* indéq; potuit illud cōtrahere, ac transigere absque beneplacito Apostolico cum aliis solem-

nitatibus,*in Extrauag. Ambitiosæ,de Eccles.bonor. non alien.*requisitis,quia in his non intrat materia dictæ extrauag. vt tradunt Bald. *in auth.hoc Ius porrectum,n.11.Cod.de Sacr.Eccles.* Rebuff.*in tract.de alien.rer.Eccles.n.57.* Paris.*cons.34. n.19. & 25. lib.4.*Barbos.*de potest. Episcop. allegat.75. n.33.* Martin.Andr. *dec.6.n.3.*Gabr. *de pia caus. concl.1.n.1.7.& 12.*

Neque præsumpta qualitas laïcalitatis excluditur ex eo,quod probetur in eo exerceri opera pietatis, ac illud habere locum pro Missa celebranda.Quia ad hunc effectum probandum esset, fuisse illud erectum auctoritate ordinarij,
30. Abb.*in cap.ad hac,n.2.de relig.Dom.*Bald.*in dicta authent. hoc Ius porrectum, n.11. C.de Sacros.Eccles.* Zabarell.*cons.13.n.2.versic contrarium est,& vers.2.ad hoc,* Gabr.*de pia caus.conclus.2.n.1.cum seq.*Barbos.*de Iur.Eccles.lib.2.cap.11.sub n.38.& num.80.& seq.* Castill. *decis.2.n.12.lib.1.*Rota *in Mediolanen.bonor.18.Martij 1648.§.Tandem non obstat,coram R.P.D. meo Bichio, & in Leopolien. censur. 27. Ianuarij 1645. coram R. P. D. meo Cerro.*

Minusque præsumere faciunt illud Ecclesiasticum Decreta Sacr.Congreg.Concil. Trident. Interpretum, ex quibus declaratur Episcopum habere Ius visitandi huiusmodi Hospitale,& ab eius Administratoribus rationem administrationis exigendi;Nam Episcopus quamvis ordinaria
31. auctoritate visitare non possit Hospitalia laïcalia, potest tamen id facere tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, ita disponente Sacro Concil. Trident.*sess.22. cap.8.* idemq; tradit Cochier.*de Iurisd.in exemptos,p.2.q.45.n.77.*&firmauit Rota *dec.30.n.8 p.2. rec.* & propterea etiam ex forma
32. eiusdem Concilij ratio administrationis reddi debet ipsi ordinario, etiam de locis non Ecclesiasticis,sed tamen piis,& opera pietatis exercẽtibus, Gratian. *discept.forens.c.395.per totum,*& magis in terminis Federic.de Sen,*cons.111. n.3.* Rota *in Leopolien. administrationis Hospitalis 15. Maij 1645.coram R.P.D. meo Cerro,& in rec. dec.33.num.1. & 2.p.2.rec.* Quare ex hujusmodi actis, quæ benè se compatiuntur cum Hospitali laïcali non valet inferri ad qualitatem Ecclesiasticam.

REVEREND. CERRO.

Mantuana fideicommissi Lunæ 27. Ianuarij 1659.

33. VLtra quod præfatum Hospitale, vti merè laïcale non tenetur seruare formam dictæ extrauagantis, ex allegatis *in Meleuitana bonor. 10.Febr.1651. coram R.P.D. meo Meltio, §. non obstat.*

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius excutere non tenetur bona intricata debitoris cessi. Contra,n.3.Sed vide, n.5.*
2 *Nuntij relationi statur.*
4 *Scientia cum suis qualitatibus requiritur, vt quis plenè dicatur certificatus.*
6 *Senatus sola facti veritate inspecta cognoscit.*
7 *Excussio debitoris non fit vbi proceditur sola facti veritate inspecta.*

OBSERVATIO LXXXVI.

ADversvs cedentem Cessionario regressus competit, quoties debitor cessus habet quidem bona, sed intricata, & affecta, itavt nec cito, nec sine leui impensa disbrigari possint; quia habentur, ac si non essent,& Cessionarius illa discutere non tenetur, Castr. *in l.inter eos 52.§.creditor,ff.de fideiuss.& Mand.* Rot. Gen. *dec.156. num.7. & seq.* Scacc.*de commerc.& camb.§.2.glos.5.n.268.* Monach.*dec.Bonon.35.num.19.* Mangil. *de Euiction. q.78.n.15.& 16.* Rot.apud Post. *de subhast.decis. 51.n.3.& dec.72. num.8.* Cenc.*de Cens. q.72.sub n.23.vers.declaratur autem,* Ferentill. ad Buratt. *dec.476.n.18.* Staiban.Iun. *resol.67.n.7.& seq.& resol.96. n.25.* & faciunt tradita per nos *allegat. 58.n. 13.lib.2.* Rot.apud Contr.*decis.146.num.5. & in Romana Saluiani 27. Iunij 1650.§. Non obstat,coram R.P.D Melio.*Vnde cum in facti contingentia iam constaret de non existentia mobilium, ex relatione executoris, seu nuntij, Afflict.*dec.358.n.2.*Buratt.*dec.236.sub n.9.*cum adductis per Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.195. n.7.* Post.*de subhast.inspect.14.n.37.& seq. & post tractat.*Rot.*dec.24.n.10.* & credita in actis deducta anteriora valorem immobilium consistentium in iugeribus quadraginta circiter longe excedunt, Andr.Censal. *decis.Lucen.33.n.17.* Rot.*in Anconitana dotis 21. Aprilis 1651. n.1.coram R. P.D.Verospio.* 1.

2.

Neque cedens à solutione se eximere poterat eo sub prætextu, quod cessionarius de tempore cessionis notitiam haberet debitrices cessas non esse soluendo, *l.inter causas 26. §. abesse, ff Mandat.*Bec.*cons.105.n.18. & 19.* Barz. *decis. 110.n.8.& seq.*Franc.*dec.108.num.3.*Marcabrun. *cons.63.n.15.*Cenc.*de Cens.q.72.sub n.23. vers.limitatur 2.*Vltra enim quam quod scientia in facto non iustificatur certa potissimum, specialis, ac cum omnibus suis qualitatibus,quemadmodum requiritur,*l.Quod si nolit 31 §.qui mancipia, ff.de Edilit.Edict.l.Quæro 40.ff.de act.empt.*Ofasc. *decis.176.num.4.*Menoch.*cons.1106.n.12. & seq.* Altograd.*cons.12.num.8. & per totum,lib.1.*Guzman. *de Euict. q.23. num.25.* Mangil.*de Euict. q. 118.num.27.& seq & q.151.num.25.* Catol.Ant. Mocc. *in Sylu. cas.forens. cap.5. num.15. & seq.* Contr. *discept.81. num.13.* ea etiam supposita non impediret,quo minus contra cedentem cessionarius regressum haberet, stante expressa cẽdentis promissioue de exigibilitate creditoris cessi, vt latissimè comprobant post alios Gratian.*discept.527.n.6.13.ac per tot.*vbi insuper ferè omnibus in oppositum deductis satisfacit, quem sequitur Staiban. Iun. *d. resol.67. num.2. & seq.* 3.

4.

5.

Verumtamen quia causa agebatur coram Senatu sola facti veritate inspecta cognoscente, 6.
Rol.*cons.14 num.16.lib.1.*Bec.*cons.47.num.15. & cons.89.n.5.* dixi *allegat.13.num.22.fol.218. lib.1. & allegat.63.num.4.& allegat.102.num 6.lib.2.& allegat.89. num 7.& allegat.107. n.44.& allegat. 108.n.23.lib.3.*Io.Ant. *ab Eccles.obseruat.2.n.18.*
*lib.1.*Ideo dicebatur, vel non requiri discussio- 7.
nem,

nem, vel in eodem Iudicio fieri posse, nisi de ea notoriè constaret, Ias. *in §. Si quis, num.* 78. *Instit. de Action.* Rol. *cons.* 9. *num.* 21. *& cons.* 14. *sub n.* 16. *vers. ibi non est, & cons.* 79. *num.* 25. *lib.* 1. Bonden. *collect.* 6. *num.* 36. Andr. Censal. *decis. Lucen.* 10. *num.* 27. *&* 28. Mart. Medic. *decis. Senen.* 45. *num.* 6. Mastrill. *decis.* 109. *numer.* 9. *&* 10. Castill. *decis.* 98. *num.* 4. *lib.* 1. Staiban. Iun. *d. resolut.* 96. *numer.* 20. *& seq.* Sicque cedens condemnatus extitit.

SVMMARIVM.

1 *Assensus obligandi feudalia fauore dotis obtineri potest post obitum obligantis in praeiudicium Agnatorum. Amplia vt, num.* 3. *Obligandi feudalia post obitum Vassalli regulariter concedi nequit, n.* 2. *Domini hypothecam feudalium non supplet, n.* 4. *Domini dicitur obreptitius non expressis qualitatibus feudi, n.* 10. *Declara vt, n.* 11. *Impetratus à Domino lite pendente, quando non sustineatur, n.* 12.

5 *Feudalia non comprehenduntur in generali bonorum obligatione. Fallit vt, n.* 6. *In vniuersali bonorum obligatione comprehenduntur, num.* 8. *Montisferrati ex consuetudine alienabilia, num.* 9.

7 *Obligatio omnium, & quorumcumque bonorum dicitur vniuersalis.*

OBSERVATIO LXXXVII.

DVAS firmaui conclusiones *allegat.* 58. *lib.* 2. in quarum altera firmabam assensum Domini post mortem Vassalli obtentum obligandi feudalia fauore dotis in odium successoris in feudo sustineri; quantumvis interim, vel ante concessionem assensus inuestiti, & praeter tunc adductos accedunt, Franc. *decis.* 620. *numer.* 10. *seq. ac per totam,* Surd. *cons.* 382. *numer.* 72. Capyc. Galeot. *controuers.* 27. *num.* 51. *lib.* 2. à Pont. *cons.* 75. *ex num.* 38. *lib.* 2. Gizzarell. *decis.* 2. *numer.* 8. vbi Balda. de Angel. *numer.* 11. Ioseph de Mel. *numer.* 26. & Didac. de Mar. *num.* 3. Afflict. *decis.* 111. *num.* 1. *& seq. & decis.* 383. *num.* 6. & ibi Vrsill. *num.* 1. Ioan. Baptista Bilocl. *conclus. feud.* 39. *numer.* 4. & *in admonit. fol.* 125. Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 46. *num.* 28. *&* 29. Maurit. Apicell. *allegat.* 14. *sub num.* 51. cum adductis per Salgad. *in Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 33. *numer.* 12. quamvis ipse contrarium sustinere contendat, Vrsill. *conclus.* 154. *num.* 77. Lanar. *cons.* 18. *num.* 11. Vincent. de Anna *allegat.* 66. *num.* 5. *& per totam,* Anton. de Marin. *resol.* 25. *n.* 2. *lib.* 1. *& resol.* 33. *n.* 4. *&* 6. *lib.* 2.

1. (margin, beside "cessoris in feudo sustineri")

Secluso autem dotis priuilegio assensus post obitum Vassalli contrahentis in praeiudicium agnati successoris in feudo non suffragatur, Surd. *d. cons.* 382. *num.* 69. *seq. ac per tot.* Staiban. Iun. *resolut.* 1. *num.* 41. *& seq.* Salgad. *in Labyrint. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 8. *seq. ac per tot.* Fulgin. *de Emphyt. tit. de alienat. quaest.* 9. *numer.* 1. *& seq.* Manent. *cons.* 88. *num.* 31. dixi *allegat.* 80. *num.* 4. *& allegat.* 101. *num.* 14. *lib.* 2. Manent. *cons.* 46. *num.* 34. Antonell. de Marin. *d. resolut.* 25. *num.* 1. *lib.* 1. Merlin. Pignat. *controuers.* 81. *num.* 15. *seq. & num.* 51. *cent.* 2. Capyc. Galeott. *controuers.* 1. *num.* 71. *& seq. lib.* 1. Ioan. Baptista Biloct. *conclus. feudal.* 39. *num.* 1. *& seq.* Andr. Georg. *repet. feudal. cap.* 43. *numer.* 46. Maurit. Apicell. *allegat.* 14. *numer.* 51.

2.

Praesupposito igitur, quod etiam post obitum Viri hypothecantis feudum, Vxor assensum impetrare valeat, dubium oriebatur, an istud priuilegium in filiam, & descendentes eiusdem matrimonij transiret, 3. circa quod affirmatiuam opinionem amplectitur, Loffred. *cons.* 31. *num.* 10. vbi quod priuilegium huiusmodi transeat etiam in filios, & extraneos, maxime in filios primi matrimonij, Vrsill. ad Afflict. *decis.* 385. *n.* 2. *&* 3. Manent. *cons.* 88. *num.* 24. *&* 25.

Caeterum, quia Maritus in instrumento receptae dotis eius bona simpliciter obligauerat, feudalium nulla prorsus facta mentione, insistebatur in eo quod assensus praeambulam feudi obligationem praesupponat; siquidem illa deficiente, per assensum non suppletur, 4. ex cumulatis per nos *allegat.* 44. *num.* 7. *&* 8. *& allegat.* 82. *num.* 19. *& allegat.* 101. *num.* 18. *lib.* 2. Salgad. *in Labyrint. cred. part.* 2 *cap.* 10. *num.* 110. *& seq.* Neque in generali bonorum Vassalli obligatione comprehenduntur, vt 5. post alios prosequitur Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2. *quaest.* 11. *num.* 2. *&* 6. vbi istud procedere inquit, etiamsi agatur de dote, Manent. *cons.* 42. *num.* 1. *& decis.* 22. *num.* 50. *& seq.* Stephan. de S. Gregor. *de contract. lib.* 2. *cap.* 57. *numer.* 10. dixi *allegat.* 44. *numer.* 11. *& allegat.* 48. *num.* 13. *& allegat.* 58. *numer.* 1. *lib.* 2.

Verumtamen submouebatur haec obiectio non solum, quia fauore dotis feuda veniunt 6. in generali obligatione, ad tradita per nos *d. allegat.* 58. *num.* 2. *lib.* 2. sed etiam, quia in praesentiarum obligatio omnia, & quaecunque bona continebat; 7. eaque propter obligatio vniuersalis euadebat, Manent. *cons.* 42. *num.* 8. *&* 9. ac Rota *in Auenionen. Saluiani* 10. *Martij* 1650. *num.* 3. *coram R. P. D. Bichio*, & apud nos in addit. ad Castill. *de alimen. decis.* 58. consequenter etiam feudalia quantumvis non expressa in instrumento dotis afficiebat, Manent. 8. *d. decis.* 42. *num.* 1. Hodiern. ad Surd. *decis.* 11. *num.* 2. *& seq.* Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2. *quaest.* 11. *num.* 34. *& seq.* vbi istud indubitanter procedere supponit, vbi feudalia ex consuetudine alienari possunt, & ad instar allodialium redacta praeexistunt; 9. quemadmodum haec Montisferrati, dixi *allegat.* 58. *num.* 3. *lib.* 2. Manent. *cons.* 43. *num.* 85. *&* 86. Rota *in Mantuana bonorum* 16. *Maij, num.* 9. *coram Reuerendissimo Cerro, & in dicta Auenionen. Saluiani* 20. *Martij* 1650. *numer.* 3. *coram R. P. D. Bichio.*

Hinc igitur infertur, quod assensus dici non poterat subreptitius, aut obreptitius ex eo, quod in precibus expressum non appareat de qualitatibus feudi, super quo assensus extitit obtentus; nimirum, quod primogeniturae, & fideicommissi vinculo obnoxius reperiretur, ad tradita in proximis terminis post alios per Salgad. *in Labyr. creditor. par.* 2. *cap.* 9. *ex n.* 65.

Quippe quoniam consuetudo huiusmodi militat,
11. & practicanter obseruatur, primogenitura, & fideicommisso non resistentibus, & notorium est rationibus per nos latissimè adductis *allegat*.13.14. & 15. *lib*.2. quicquid in oppositum sustinere contendat, Cyriac.*controuers*.23.*n*.28.& *seq*.

Lite demum contestata, seu pendente assensus interim extortus non sustineatur, vtique obiectum
12. procederet, si controuersia eiusdem assensus impetrationem concerneret, aut superinde altercaretur, vt non obscurè colligitur ex Lanar.*cons*.17.*num*.9. Franc.*decis*.620.*n*.1. Andr.Georg. *in repetit.feudal.* *c*.43.*n*.48. Staiban.iun. *resol*.1.*n*.79.80.97.& 98. & *resol*.2. *num*.53. & in hunc sensum intelligi debent tradita per nos *allegat*.82.*n*.9. *lib*.2.

SVMMARIVM.

1 *Caducitati per quinquennium praescribitur.*
2 *Caducitas contra haeredes declarari non potest. Non declarata à praedecessore, per successorem declarari nequit, n.3. Declara, vt n.4. Coram supremo Tribunali facillimè excluditur, n.18. Ex omni causa excusatur, n.19.*
5 *Scientia ex lapsu decennij in Domino praesumitur. Declara, vt n.6. Pupillorum ex cohabitatione cum Patre non praesumitur, n.13.*
7 *Bursat.* cons.91.n.7. *reprobatur.*
8 *Clausula*, reseruato Domini assensu, & non aliter, &c. *praeseruat à caducitate; etiam secuta traditione ex lapsu decennij nihil operatur, n.10.*
9 *Ciarlin.* controu.106.n.5. *qualiter procedat.*
11 *Canonis ex receptione caducitas dicitur remissa.*
12 *Canones qui non soluit ex ignorantia excusatur à caducitate.*
14 *Oblatio ignorantis rem emphyteuticam faciendi ea, ad quae de Iure tenetur à caducitate excusatur. Contrarium qui teneant, n.15. Sed reprobantur, n.16.*
17 *Moram ignorantia, & incertitudo excludunt.*
20 *Restitutio in integrum datur Minori aduersus caducitatem.*
21 *Dominium, & identitatem, agens ad caducitatem probare tenetur.*

OBSERVATIO LXXXVIII.

PROPTER alienationem emphyteusis de anno 1650. Hospitali irrequisito factam, intentata caducitas de anno 1660. ex plu-
1. ribus intempestiua, inanis, plurimúmque rigorosa reputatur; lapsu enim quinquenij ius petendi rem, quae incidit in commissum praescribitur, *l*.2. *C.de vectig.& commiss.* Roman.*sing*.439. Alex.in addit. ad Bart.*in l.forma*,4.§.*si quis veniam*,*ff.de cens*.Bart. *in l.commissa*, 14.*quaest. fin. ff.de Public. & vectig.* Cald.*de emphyt.extinct.lib*.4.*c*.18.*n*.11. optimè Rota *in Romana pratensa deuolutionis*,18.*Februarij* 1636. §.*quartò principaliter*,*coram Reuerend.Dunozetto*.

Quinimò, vbi contra defunctum caducitas ex quacunque causa per eum incursa, contra haeredes
2. declarari nequit, dixi *alleg*.31.*n*.4. & *alleg*.21. *n*.24. *lib*.2. Fulgin.*de emphyt.tit.de var.caduc.q*.8.*n*.1.

Sicuti non declarata per praedecessorem à suc-
3. cessore declarari non potest, ea ratione; quia Rector Hospitalis administrans de tempore caducitatis incursae, dum illam non declarauit, remisisse censetur, dixi *alleg*.50.*n*.19.*lib*.2. Fulgin. *de emphyt.* *tit.de var.caduc.q*.9.*n*.1. latissimè Rot.*in Bononien.* *emphyteusis*, 11.*Decembris* 1651. *n*.7. & *seq. coram* *R.P.D. Bichio*.

Nec obesset, si opponeretur praedicta sibi locum vindicare, quando constat D. sciuisse caducitatem 4.
incursam, sine qua in praedecessore non impeditur successor, quominus caducitatem contra haeredes declarare valeat, ex traditis per nos *d.alleg*.50.*n*.20. & *alleg*.81.& *allegat*.83.*n*.13.*lib*.2. Fulgin.*de emphyt.* *tit.var.caducit.q*.9.*n*.10.

Omisso namque quod ex lapsu decennij scien- 5.
tia in Domino, atque eiusdem assensus praesumatur, Bursat. post alios *cons*.253. *n*.33. Fulgin. *de emphyt.tit.de var.caduc. q*.9.*n*.14. & *tit.de alienat.q*.1. *n*.192. dixi *alleg*.4.*n*.4.& *alleg*.41.*num*.12.*lib*.2. huic obiectioni replicatur illam non procedere quan-
do successor in dignitate, beneficio, aut admini- 6.
stratione non agit contra emphyteutam, sed contra istius haeredes; quo casu haeredes emphyteutae defuncti non tenentur probare in Domino scientiam caducitatis, Rip.*in l.fin.n*.205.& *seq. C.de reuocan.donat.* Ruin. *cons*.159.*n*.13. *lib*.1. Cald.*de extinct. emphyt. lib*.4.*c*.18.*n*.30. Quorum doctrinam
licet de directo impugnet Bursat. *cons*.91. *n*.7. per 7.
hoc tamen à priori sententia recedendum non videtur cum reprobato in terminis Bursat. *d.cons*.91. *n*.7. Rot. sequitur Ruin. *in d. Romana pratensa deuolutionis*,18.*Februarij* 1636.§.*neque obstat*,*vers.huic fundamento respondetur*,*coram Reuer.Dunozetto*.

Animaduertendo insuper, quod reseruatio as- 8.
sensus, cum clausula, *& non aliter, nec alio modo*, emphyteutam sic contrahentem etiam secuta rei traditione à commisso praeseruat, dixi *alleg*.6.*n*.47. & 48.& *alleg*.71. *n*.2. *lib*.2. Cyriac. *contr*.314.*n*.18. à qua quidem opinione tametsi recesserit, Bardell. *cons*.14. *n*.60. & *seq.* Ciarlin. *contr*.106. *sub n*.15. *ac per tot.* deflectendum tamen non est, tum quia contrarium sustinuit Rot. coram Cardinali Ottho-
bon. *decis*.13. *n*.9.& *seq.* vltra quod Ciarlin.*d.con-* 9.
trou.106.*n*.5.*seq*.& *n*.83. loquitur iuxta consuetudinem fori Regiensis, & contra Bardell.*cons*.14. fuit iudicatum.

Nec in lapsu decennij solidum fieri potest fun-
damentum, quod scilicet exinde virtus clausulae, 10.
non aliter, nec alio modo, eneruata remanserit, Bardell.*d.cons*.14.*n*.62. Ciarlin.*d.contr*.106.*n*.69.& 70. quippe quoniam, vti dicebamus, ex lapsu tanti temporis, vel caducitas praescripta extitit, vel assensus praesumptio subintrat.

Corroborantur superius dicta ex eo quod Hospitale per plures annos post initam alienationem,
nimirum vsque ad annum 1657. canones recepit, 11.
per quam receptionem quamcunque caducitatem etiam ex causa alienationis remisisse censetur, vt latissimè prosecutus sum *alleg*.73. *per tot. lib*.2. Rot. *in Romana Vinea*, 21.*Februarij* 1650. *num*.12. *coram R.P.D. Arguelles*.

Sicuti ergo ex superius dictis caducitas incursa per defunctum omninò excluditur, ita quoque, ac multò magis ab eadem eius filij haeredes, &
pupilli excusantur, si ab obitu Patris canones non 12.
soluerunt; istud in contemptum Domini non successit, dum ipsi qualitatem emphyteuticam, & onera emphyteutarum ignorarunt, ad tradita in puncto per nos *allegat*.18. *num*.5. & *seq. lib*.2. latissimè Rot. *in d. Bononien. emphyteusis*, 11. *Decembris* 1651. *n*.18.& *seq.coram R.P.D. Bichio*, vbi
quod neque ex cohabitatione pupillorũ cum Patre 13.
sufficiens

sufficiens scientia argui valeat, & *in Romana domus, 4. Maij 1648. num.16. coram Reuerendissimo Dunozetto.*

Indubitanter mox dicta sibi locum vindicant, ex quo pupilli, seu illorum tutor facta ipsis notificatione caducitatis, illico, ac certificarentur de
14. quantitate Canonum debita, obtulerunt separatos soluere decursos, suscipere inuestituram, ac reliqua peragere, ad quæ de Iure tenebantur, quæ oblatio ignorantes à caducitate præseruat, Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. limit. 20. n.6.* Comitol. *decis. 78. num. 8. 9. & 10.* nec quicquam
15. facit, quod contrarium contendant, Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. sub num. 62. post med.* Fulgin. *de emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 2. sub n.8.*
16. Quandoquidem illorum doctrinam ex professo reprobauit, Rota *in d. Romana domus, 4. Maij 1648. num. 26. & 27. coram Reuerendissimo Dunozetto,* & *in d. Bononien. emphyteusis, 11. Decembris 1651. num. 25. coram R. P. D. Bichio,* ea ratione, quia ob
17. incertitudinem, & ignorantiam omnis mora excluditur, Anchar. *consil. 235. num. 1.* Afflict. *decis. 205. per totam,* Surd. *decis. 179. num. 13.* Rot. *decis. 131. n.7. pars. 5. recent.*

Triplici tandem ex capite defensio pupillorum in tuto constituitur; primò, quia sumus coram
18. supremo Tribunali regulariter alieno prorsus à pœna caducitatis, Amic. *de iur. emphyt. quæst. 1. num. 13.* Rota *in d. Romana domus, 4. Maij 1648. num. 20.* Deinde, quia omnis causa à caducitate
19. excusat, & contra ipsam in dubio pronuntiandum est, dixi *allegat. 84. num. 4. lib. 2.* Rot. coram Eminentissimo Otthobono *decis. 54. n.5.* & *decis. 110. num. 112.* & coram Andr. *decis. 61. num. 7.* & *in recent. decis. 293. in fin. part. 6. recent.* & *in Romana Vineæ, 28. Aprilis 1645. n.16. coram R. P. D. Royas,* nunc inter impressas *decis. 257.* Demum quia pu-
20. pillis, ac minoribus aduersus caducitatem ex quacunque causa incursam, ope in integrum restitutionis in processu petitæ succurrendum venit, Cald. *de emphyt. lib. 1. quæst. 5. num. 21. & 22.* Corbul. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob non petit. inuestit. num. 27. & seq.* Rota *in Rauennaten. seu Ferrarien. decimarum, 25. Februarij 1637. num. 15. coram Reuerendissimo Cerro,* dixi *allegat. 78. num. 20. lib. 2.*

Addendo insuper, quod non videtur conueniens Hospitale erectum pro exercenda pietate erga infantes potissimum, & pupillos, modo istos spoliare non erubescat contra omnem æquita-
21. tem; non docto hactenus, nec de dominio, minúsve de identitate rei, quam emphyteuticam prætendit; cum tamen vtrumque prius concludenter probare obstrigebatur, Rota coram Eminentissimo Otthobono *d. decis. 13. n.2. & 3.* & dixi *allegat. 81. num. 13. lib. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Compositionis ex vsu inducitur ratificatio.*
2 *Vsus ex productione scripturæ inducitur. Ex oblatione exequendi insurgit, num. 3. Ex non impugnatione resultat, n.4.*
5 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*
6 *Transactio pro pretio per aliquem declarando fieri potest. Ex subsecuta declaratione rescissa non præsumitur, n.7.*
8 *Compositio non dicitur perfecta dum superest arbitramentum circa quantitatem pretij.*
9 *Contractu in quolibet trina consideratur perfectio.*
10 *Traditio rei pro perfectione actus requiritur.*
11 *Mandatum de restituendo non dicitur restitutio.*
12 *Manutentio conceditur, cui non controuertitur possessio.*
13 *Possessio ciuilis animo retenta attrahit ad se naturalem. Ex verbo Principis transfertur, num. 14.*
15 *Reintegratio possessionem præsupponit. Ex Iuribus illiquidis non impeditur, n.16. In pristinum statum restituit, n.17.*
18 *Subhastatio est nulla ob non factas tres oblationes. Non afficit fideicommissum, num. 24. Pro debito paruo rei magni valoris fieri non potest, num. 32. Ex nimia cautela redditur suspecta, n.38.*
19 *Pluralis numerus plurium desiderat concursum.*
20 *Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet.*
21 *Oblatio maioris summæ in subhastatione semper admittitur.*
22 *Citatio tolli nequit.*
23 *Incertitudo vitiat dationem in solutum.*
25 *Læsio enormissima in subhastatione requiritur. Sed contra, num. 26. Fallit vbi de interesse pupilli agitur, n.28. & n.29.*
27 *Solemnitatum defectus remouet præsumptionem vtilitatis actus.*
30 *Minor dicitur læsus ex venditione rei eius Maiorum.*
31 *Dictio, in circa, verificatur in modico.*
33 *Mandati fines diligenter sunt custodiendi.*
34 *Ratificationem non recipit, quod nullum est.*
35 *Solemnitates requisitæ in contractu requiruntur in illius ratificatione.*
36 *Ratificatio actus nulli requirit scientiam nullitatum. Et de ratione, n.37. Actus nulli, vt ex nunc validum efficit, n.39.*

OBSERVATIO LXXXIX.

COMPOSITIO in vim gratiæ iussa per Summ. Pont. inter fiscum, & Cintios Infantes ex illius vsu acceptata vtrin- 1.
que, & quoad substantiam perfecta omninò reputatur, Dec. *in l. semper, qui non prohibet, num. 8. ff. de Reg. Iur.* Gratian. *discept. 530. sub num. 34. vers. vltra vsum illius,* & in fortioribus Ramon. *cons. 53. n.11. ac per totum,* & faciunt tradita per Cyriac. *controu. 312. n.54.*

Vsus enim ex latere Cintiorum tripliciter conuincitur, ex productione motus proprij in iudi- 2.
cio, *l. Publica, §. fin. ff. deposit.* Surd. *decis. 267. num. 1. & seq.* Rota *in Salisburgens. iurisdictionis, 26. Iunij 1654. coram R. P. D. Meltio, §. Talis autem, in fin.* Ex oblatione iudicialiter emissa per tutricem, 3.
cum instantia pro executione, Surd. *consil. 317. num. 1. & 2.* Gratian. *discept. 301. num. 45.* Ex non impugnatione demum, siquidem id approbari censetur, quod haud improbatur, vbi de commo- 4.
do, ac paterna hæreditate recuperanda, seu iam ipsis dimissa retinenda agebatur, *l. si absenti,* vbi gloss. & Doctor. *ff. si cert. pet. l. quo, ff. rem rat. hab.* Scot. *respons. 36. num. 7. tom. 1. lib. 1.* Surd. *decis. 208. num. 11.*

Ex latere autem fisci, quia citatus executioni motus proprij dedit manus seruata illius forma, ac consequenter assensum purè executioni præstitisse

tisse censetur; quia huiusmodi conditio obseruandi
5. di formam motus proprij cum tacitè eidem, & oblationi Cintiorum inesset, expresè per fiscum protestata nihil operatur, ad tradita per Doctor. *in l.3. ff. de legat.*1. & optimè examinat Surd. *decis.73.num.*21. & *decis.*114.*num.*16. Gratian.*discept. forens.*588.*num.*34. ratio est, quia forma motus proprij omninò obseruari debebat; etiamsi fiscus superinde protestatus non fuisset.

Nec ambigitur, quin transactio, ac quilibet
6. contractus fieri valeat pro pretio per certam aliquam personam arbitrando, Surd. *d. decis.*114. *n.*25. Ferentill.ad Buratt.*decis.*898.*n.*10.

In tantum] quod etiamsi Papa in posteriori motu proprio à se legitimè gestum reuocare de-
7. clarauerit, adhuc transactionem commodo eius fisci rescindi noluisse præsumatur, *l. Ratus*, *C. de rescind. vendit.* Bald. *consil.*327.*col.*2.*lib.*1. & clarè comprobat Scot. *respons.*1. *num.*169. *& seq. lib.*1. *tom.*1.

Quibus neque resisteret, si opponeretur compositionem huiusmodi perfectam nullatenus di-
8. ci posse, dum adhuc superesset arbitramentum Gubernatoris circa quantitatem pecuniarum, ac earum effectiuam solutionem, iuxta illud Lucani de Cæsare:

Nil actum credens cum quid superesset agendum. *L.Syllanianum*, *C.de his quib. vt indign. cap.*1. *in fin.* vbi gloss. *de remuner.* Ramon.*consil.*27.*num.*14. Cyriac. *controu.*312.*n.*56.

Pro responsione enim subest animaduertendum in actu prædictæ compositionis, sicuti in
9. quolibet alio vtrinque obligatorio trinam considerari perfectionem, Cyriac. *controu.*312. *num.*59. *&* 60. Ramon. *consil.*7.*num.*12.*&* 13. vbi quod in contractibus triplex perfectio consideretur, conuentionalis, obligatiua, & acquisitiua.

At vbi vlterius insisteretur traditionem rei in
10. facti contingentia deesse, quæ & ipsa pro perfectione actus requiritur, ex Ramon. *d.consil.*7. *sub num.*13.*vers.& res erat tradita*, eo quia mandatum
11. Papæ de restituendo bona actualis non dicatur restitutio, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*4. *tit.*3. *num.*1. Rota coram Ludouis. *decis.*18. *num.*4. & *ibi* adden. & coram Burat. *dict. decis.*898. *num.*9. & *decis.*172. & *decis.*248. *part.*6. *recent.* Gratian. *discept.*20. *num.* 2. Ramon. *consil.*79. *num.*25. & in proximis terminis, Thom. *decis. Macerat.*210. *num.*7.

In promptu sese offerret replicatio, quippe quoniam Camerales de facto, nulliter, ac indebitè in naturalem bonorum se intruserunt occupationem, ciuili possessione penes tutricem relicta, quæ nunquam se habuit pro spoliata, iuréque merito
12. in actu productionis Chirographi pro manutentione institit, cui assentiendo fiscus eam in legitimam agnouit possestricem, *§.retinendæ*, *institut. de interdict.* Rot. coram Gregorio XV. *decis.*458. *num.*2.& *in Montis Politiani bonorum*, 1.*Iulij* 1648. *coram R.P.D.Meltio, in princ.* nunc impressa apud Tanagl. *de sacro Rot. Audit.* Rota *in Vladislanien. Villæ de Hoppembruch*, 13.*Aprilis* 1646.*num.*1.*coram Reuerendissimo Cerro.*

Et non sine ratione, tum quia ciuilis traxit ad
13. se naturalem dimissam à Summo Pontifice, vt notant Doctor.*in l.clam possidere*, *§.qui ad nundinas*, *ff. de acquir. possess.* & latiùs prosequitur Rota *in Ariminen. fideicomm.* 23. *Iunij* 1641.*§. nec obstat*, *coram Reuerendissimo Cerro* impressa, nunc *decis.*45. *part.*9. *tom.*1. *recent.* tum quia ex verbo supremi Principis non secuta actuali traditione 14.
possessio transfertur, ad latè tradita per Gratian. *discept.*310. *ex num.*5. tum quia dum Papa iussit
infantes reintegrari, vtique præcedens spolium à 15.
fisco commissum fateri videtur, vt de se patet, & comprobat Rota *in d.Ariminen.* ea ratione, quia reintegratio in possessionem per Papam, vel Iudices, nonnisi spoliatis decerni consueuit.

Animaduertendo insuper, vt pandit etiam simplex lectura Chirographi, quod officium Gubernatoris versabatur tantummodo circa transactionem, non quidem respectu bonorum, sed quoad iura Cameræ super bonis competentia infantibus de Cintiis cedenda pro summa pecuniarum ab eodem Gubernatore condecenter arbitranda; quæ quidem iura, seu prætensiones fisci interim
illiquidæ, nec dominium, nec possessionem Cin- 16.
tiis quantum ad naturalem omninò reintegrandam, nullatenus impediebant, Alex.*in l.3.§.vltim. ff. de acquir. possess.* latè post alios Gratian. *discept.*734.*n.*47.*& seqq.*

Hinc propterea Cintij ex huiusmodi Chiro-
grapho omnimodam spolij purgationem præscri- 17.
bente, in statu quo reperiebantur ante passam confiscationem spoliatiuam præexistere dicebantur, Caualer.*decis.*308.*sub num.*1.*vers.quoad prædia*, Ferentill.ad Burat. *decis.*848. *num.*14. Gratian.*discept.*734.*n.*5. *& per totam.*

Quibus ius exinde quæsitum per actus subsequentes Papam noluisse auferre comprobabam *suprà*, *§.in tantum quod*, eóque magis cum cuncta ab inde nulliter, læsiuè, & contra formam posterioris Chirographi processerint.

Nulliter, inquam, quia non tam contra stylum
ad oblationem vnius Casale Turris nouæ delibe- 18.
rauit; cum tamen iuxta morem Curiæ ad minus tres prærequirantur, Gratian. *discept.*739. *num.*22. *&* 23.Rota *decis.*107.& *decis.*122. *post tractat.* Post. *de subhast.*& latè post alios prosequitur Rodolph. *in prax. part.*1.*cap.*15.*ex num.*132. Quam ex forma rescripti Pontificis, in quo sanxit quidem in cæteris nullam Iuris Statutorum, consuetudinis, aut styli in subhastatione Casalis adhibendam solemnitatem; concursui tamen oblatorum non de-
rogauit. Quinimò plures oblatores præsupposuit, 19.
ibi, *quod offerre volentes deberent*, quæ pluralis locutio plurium desiderat, non vnius dumtaxat concursum, *vulgata l.vbi numerus*, *ff. de testibus*, *l.fin. ff. ad Trebell. cap. pluralis locutio, de reg. iur. in* 6. Gratian.*discept.*570.*n.*35. Surd.*decis.*202.*n.*14. & *decis.*210. *n.*9.

Cui sanè interpretationi prætorquam quod famulantur iura, & stylus, mens quoque Pontificis conuenit; quippe qui excludendo oblatores post termini præfixionem, & lapsum comparentes ad
vnum etiam per verbum (neminem) negatiuum, ac 20.
in singulari prolatum se restrinxit, Surd.*decis.*243. *num.*6. *& seq.*

Ob quam specialem, seu indiuiduam expressionem offerre volentium, & discretiuam comparentium in termino, & extra eum, vt nimirum plures in termino offerre deberent, & nemo post terminum admitteretur, dubio procul innuitur, quod Summus Pontifex circa oblatores innouare
non intellexerit, nisi post lapsum decendij, quo 21.
neminem ad licitandum admitti vetuit, contra text. *in Authent. hoc ius porrectum*, *Cod. de sacros. Eccles.* Gratian. *discept. forens.*321.*num.*19. San Felic. *decis.*100. *numero centesimodecimoseptimo*, vbi quod superueniens oblator maioris summæ post

lapsum

lapsum termini ad exclusionem priorum admitti debeat.

Nulliter etiam, quia ex abrupto in citatis infantibus, seu eorum tutrice ad deliberationem
22. deuentum extitit, & tamen citatio concernens defensionem Iure non tam naturali, quam diuino necessario adhibenda prætermitti à Gubernatore, minúsve à Papa tolli potuit, Genes. *cap.3. num.*10. Clem.Pastoralis *de re iudic.* Gloss.*in Clem.sapè, in verb. defensionis de verbor. signif.* Caualer. *decis.*53. *num.*1.*&* 2.Gratian.*discept.*898.*num.*16. Rota apud Post. *de manutent. decis.*285. *num.* 1. Vbert. de Citat. *tom.*1. *cap.*8. *num.*189. & *sub num.*193. *vers. Item in causis.*
23. Nulliter demum ob incertitudinem quænam ex subhastatis debitoris essent, quæque fideicommisso obnoxia præexisterent, Ramon. *consil.*56. *num.*60.Thomar.*decis.Macerat.*269.*n.*12.Gratian. *discept.*519. *num.*67. *& seq.* Rota *in Vercellen.* seu *Casalen. bonorum*, 10.*Maij* 1658. *coram R. P. D. Beuilaqua*, §. *huiusmodi autem*, *in fin.* nunc impressa apud nos in addit. ad Castill. *de aliment. decis.*127. Quoniam supposita fideicommissis nec
24. subhastari, nec deliberari poterant,Rota apud Post. *de subhast.in addit. decis.*190.*num.*21. vel saltem pretium inuestiri, quoad istam partem, & quoad illam creditoribus refundi debuisset, & per præambulam diuisionem, vt dicam *infrà*, à liberis fideicommissum certificari debebat.
25. Læsiuè autem quia licet in subhastatione enormissima, & supra dimidiam requiratur læsio, *ex l.*2.*C.de rescind.vend.* Gratian. *discept.*926.*num.*15. Rota apud Post. *in addit. decis.*128.*num.*20.& *decis.*219. *num.*9. & *decis.*232. *num.*9. & *in tract. inspect.*59. *num.*5. & *in addit. d.inspect. num.*2. *in fin.* & *num.*3.vel saltem vltra tertiam ad dispositionem Statuti Vrb.*lib.*1.*cap.*154. vbi notat Fenzon.

Attamen omisso, quod in subhastatione iudi-
26. ciali læsio in sexta solummodo sufficiat, iuxta approbatam opinionem à Rota post alios *in Romana læsionis*, 12.*Iunij* 1654.*coram R.P. D. Bichio*, §.*læsio autem*, Hodiern. *controu.*40. *num.*60. latè Nuguerol. *allegat.*18. *num.*71. obiecto dupliciter occurritur, & primo non militare, quando nulla prorsus cognitione præmissa Princeps bona prætensi debitoris subhastari, & vendi mandat, ne in ordine iudicij, meritis causæ, & bonorum valore
27. infantes succumbere arctentur; seclusis namque subhastationum solemnitatibus, iustitia pretij ex eis argui nequit, San Felic. *decis.*111. & *decis.*268. *num.*8. Post. *de subhast. in addit.inspect.*47.*num.*30. & *inspect.*49. *num.*5. & *post tract.* Rota *decis.*151.*in fin.princ. & num.*1. & ad rem optimè ratiocinatur Gratian.*discept.*27.*num.*7.*&* 8. Secundò, nec
28. quando de interesse infantium, quorum intuitu quælibet etiam in minima parte læsio, contractum, seu deliberationem nullam reddit, ex traditis post alios per Caren. *resolut.*65. *num.*16. 17. *&* 18.& per Gratian. *discept.*644.*num.*31. & in eadem causa per Manent. *decis.*64. *per totam*, maximè *in fine*, vbi testatur Senatum iudicasse nullum contractum à pupillo factum, ex eo quod deesset vtilitas, tametsi veniam ætatis impetrasset à Serenissimo D. Duce Mantuæ.

Maximè cum Gubernator de mandato Pontificis subhastare, seu vendere teneatur; quo casu intelligitur alienationem pro iusto pretio deman-
29. datam vsque adeo, vt quælibet læsio pro nullitate distractionis sufficiat, vt aliis congestis optimè ratiocinatur, Nuguerol.*d.allegat.*18.*n.*61.*& seq.*

Læsio vlterius eo ipso probata resultat, ex quo pro dissoluendo ære alieno Francisci eorum Aui deuentum fuit ad distractionem Casalis conspicui Turris nouæ prouenientis ab eorum maioribus, ad quem propterea saltem habitualiter, ac in potentia affectionem habebant; quæ postmodum ad actum deducta apparet, dum ingenij capaces effecti auocationem Casalis omni studio procurare non destiterunt,ex quibus pro nullitate subha- 30.
stationis necessario infertur, *l.si in emptione*, *ff.de Minor.* Franch. *decis.*17.*num.*18. Surd. *consil.*226. *num.*17. Gratian. *discept.*26. *num.*24. *in fin. &* 25. Ramon.*cons.*4. *sub n.*81.*vers.& si minori.*

Contra formam rescripti, ex quo prius non liquidauit quantitatem acquisitam à Francisco in diplomate Pontificio non specificatam, nisi cum dictione, *in circa*,cuius assertio non attendi- 31.
tur, ex quo ne offenderentur fideicommissa cum graui præiudicio vocatorum, præcisam quantitatem probare necessarium erat,ex traditis per Gratian. *discept.*277. *num.*24. *& seq.* & repetitis *discept.*512. *num.*9. *& seq.* Maximè cum ex mensuratione præmittenda in longè minori rubiorum summa detegi potuissent empta per Franciscum, & augeri fideicommisso obnoxia, vt infantibus non expediret subhastatio totius Casalis; dum 32.
aliunde cum minori damno creditoribus satisfacere poterant, quemadmodum iura disponunt, *l.ob æs, C.de prad. minor. l.magis pu:o,§. ne passim, ff.de reb. eor.* ad satietatem appositè tamen ad casum nostrum, Thomar. *decis. Macerat.*245.*n.*7.11. *seq. ac per tot.* vbi alios recenset, quibus in proximis terminis addo Rotam coram Eminentissimo Otthobono *decis.*70.*n.*11.*&* 12.

Minúsve demandatam à Pontifice in Chirographo præmisit diuisionem ad effectum, vt ex pretio acquisitorum creditores Francisci satisfacti dimitterentur, & fideicommisso obnoxiorum va- 33.
lor pro cautione substitutorum in tot locis Montium, iuxta illius formam implicaretur, *cap. Prudentiam*, *de Offic. deleg. cap. cum dilecta*, *de rescript.* Mantic. *decis.*303. *num.*2. Thomar. *decis. Macerat.*97.*n.*3.

Tot igitur nullitatibus scatens subhastatio ex subsecuta ratificatione conualidari nequiuit, vel quia quod nullum est, ratificationem non recipit, 34.
Bart. *in l. obseruare, in fin. ff. de Offic. Proconsul.* Capyc. *decis.*43. *num.*2. & in puncto subhastationis,Ramon. *consil.*84.*num.*15. Gratian. *discept.*124. *num.*26. & facit Surd. *decis.*70. *num.*15. *&* 16. vel quia pro validitate huiusmodi ratificationis non interuenerunt solemnitates, quæ necessariæ fuis- 35.
sent in contractu venditionis, Bart. *in l. si filius, in fin. ff.de leg.*3. Surd. *dict. decis.*70. *num.*14.*&* 15. Gratian. *discept.*565. *à num.*47.*ad* 55. & *discept.*933. *num.*16. Rota apud Post. *de subhast. decis.*199.*n.*10. & *decis.*190.*num.*25.*&* 26. *part.*6.*recent.* & coram Eminentissimo Otthobono *decis.*263.*num.*22. vel quia tutrix ratificans ignara præsumebatur nullitatum subhastationis; quarum tamen specifica re- 36.
quirebatur scientia, ac cuiuscunque defectus tam iuris, quam facti, Olasc. *decis.*176. *n.*3.*&* 4. Ramon.*d.consil.*84.*sub n.*15. Rota coram Ludouis.*decis.*260.*num.*15. & *decis.*470.*num.*20. coram Burat. *decis.*410.*num.*11.& apud Post.*de subhast.decis.*199. *num.*8.& *decis.*216.*num.*21.& *decis.*244.*num.*2.*&* 3. vbi rationem assignat, quia ratificatio intelligi 37.
debeat cum supposito validitatis actus ratificati, & *in Romana domus*, 31. *Maij* 1655. §.*fin. coram R. P. D. Beuilaqua*, vbi aliæ cumulantur, quibus addo

addo coram Eminentissimo Otthobono *decis.*191. *num.*19. 20. & 21. vbi rationem mox adductam repetit, subiungens, quod ratificans potuit credere actum ratificandum fuisse validum, & nunc accedit Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*2. *cap.*65. *num.*10. vel quia si licitator, seu deliberatarius non obstantibus calore iudicij, interpositione auctoritatis amplissimæ Pontificis, quarumlibet solemnitatum, derogatione, ac decreto iudicis, de viribus acquisitionis per eum factæ dubitabat; aliunde certè quàm ex ratificatione tutricis remedium emendicare cogebatur. Ex hac enim
38. tutelarum congerie inutili, subhastatio de magis euidenti nullitate suspecta arguitur, gloss. *in l. si quis sub conditione*, vbi etiam Bald. *ff. de condit. institut.* Doctores *in l. testamentum*, *C. de testam.* Socin. *consil.*205. *num.*6. *lib.*2. Scot. *respons.*24. *n.*6. *tom.*1. *lib.*1.

Omníque in casu actus subhastationis præcedens in subsecutam ratificationem, nec è conuerso influerent, aut coniungerentur, vt exinde validitas distractus Casalis Turris nouæ insurgeret. Quippe quoniam ratificatio subhastationis tot
39. nominibus nullæ ex nunc, independenter, & vti actus omninò nouus consideratur, Surd. *d. decis.*70. *num.*14. 17. 22. *ac per totam*, cum ibi notatis per Hodiern. *num.*1. & 2. Gratian. *discept.*963. *num.*3. & *seq.* Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*1. *cap.*62. *num.*2. & 3. vtriusque ergo, nimirum subhastationis, ac ratificationis inspecta nullitate iura habentes ab Excellentissimo Aldobrandino ad reintegrationem obstringuntur.

SVMMARIVM.

1 *Feudum alienatum in comprehensos non efficitur nouum.*
2 *Refutatio feudi dicitur, quando alienatur in comprehensum Iure succedendi reseruato.*
3 *Obseruantia pro feudi transmissibilitate in extraneos attenditur.*
4 *Dictio*, quibuscunque, *efficit feudum in quoscunque transitorium.*
5 *Surdus* consilio 502. sub numero 12. *declaratur.*
6 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habet.*
7 *Inuestitura prima attenditur stante potissimum relatione ad eam in subsequentibus.*

OBSERVATIO XC.

Esto quod maior pars feudi istius vacans per obitum Aloysij quarti Fratris Dominæ Marchionissæ ab eo possideretur titulo emptionis eius Patris, ac propatruorum à compossessoribus; id tamen successit cum
1. clausula, *feudi natura non mutata*, & cum protestatione, quod per huiusmodi venditionem feudum non efficeretur nouum; ideoque in discussione præsentis causæ adhuc inuestitura originalis primi acquirentis quoad ipsos acquirentes, eorúmque vtriusque sexus possessores inspici debet, Doctores *in cap.*1. *de eo qui fec. fin. agnat.* Schrader. *de feud. part.*8. *cap.*5. *num.*26. *vers. aut hoc non est expresse actum*, alios cumulat Surd. *consil.*474. *n.*4. & *seq.* & *decis.*343. *num.*37. *in fin.* & *n.*38. Bonden. *collect.*35. *num.*88. Rota *in Foroliuien.* seu *nullius Castrorum* 14. *Martij* 1657. *num.*14. *coram R.P.D. Albergato.*

Tantóque magis, quia inspectis reseruationibus adiectis contractui per venditores, resoluitur venditio in simplicem refutationem restrictam ad personas in contractu expressas *in præsenti summario*, *n...* quoniam per Vasallum feudo à se 2.
abdicato, quod extinctis emptoribus cum eorum lineis ad feudi successionem admittatur, nil aliud importat, quam refutationem merè personalem, Curt. sen. *consil.*48. *sub num.*30. *vers. ego verum*, Mart. *consil.*3. *num.*19. Manent. *consil.*45. *n.*71. Rot. *decis.*541. *sub num.*3. & *decis.*605. *num.*13. *part.*4. *tom.*3. *recent.*

Quas inter reseruationes legitur quoque regressus modificatus in euentum scilicet, in quem emptores, aut eorum hæredes in infinitum inter viuos, siue in vltima voluntate per quemcunque modum non disposuissent; dum igitur emptores cum facultate prædicta à venditoribus admissi, & per Episcopum hactenus non impugnata acquisitionem fecerunt, signum euidens deducitur transmissibilitatis eiusdem feudi in quascunque mulieres etiam extraneas cum masculis, & agna- 3.
tis in concessione eiusdem feudi comprehensis, ad quem effectum obseruantia inter comprehensos subsecuta plurimum deseruit, Purpur. *cons.*367. *num.*76. *vers. & quia*, Crauet. *consil.*414. *num.*4. *in fin.* & *num.*8. *vers. quinto considero*, dixi *allegat.*85. *num.*11. *lib.*2. Menoch. *consil.*65. *num.*60. cum adductis per Rot. *in Auenionen. Saluiani*, 10. *Februarij* 1651. §. *eo magis*, *coram R.P.D. meo Bichio*, impressa apud nos in addit. ad Castill. *de aliment. decis.*58. & *in Sarsinaten. feudi*, 1. *Iulij eiusdem anni*, *in fin. coram Eminentissimo Otthobono*, & prius *in Bononien. emphyteusis*, 16. *Iunij* 1589. §. *quia licet*, *in fin. coram Orano*, & *in dicta Foroliuien.* seu *nullius Castrorum*, 14. *Martij* 1657. *num.*16. *coram R.P.D. Albergato.*

Ad quorum corroborationem apprimè confert stipulatio adiecta contractui à venditoribus per se, & hæredes quoscunque, & ab emptoribus 4.
correspectiua pro se, & hæredibus quibuscunque, ob quam simpliciter extraneos, multóque magis fœminas expressè vocatas, ac descendentes venire à quopiam non controuertitur, ex cumulatis per Crauet. *consil.*414. *num.*1. & 6. Schrader. *de feud. part.*7. *cap.*3. *num.*1. & per Rot. *in d. Sarsinaten. feudi*, 1. *Iulij* 1651. §. *etenim cum*, *coram Eminentissimo Otthobono*, nunc *decis.*265. apud eundem, Addent. ad Rot. *decis.*26. *n.*19. *part.*3. *recent.* dixi *allegat.*49. *n.*6. & 7. *lib.*2.

Hoc autem stante parum aut nihil interest, quod Surd. *consil.*502. *sub n.*12. per viam transeun- 5.
tis firmauerit fœminam in feudo concesso pro hæredibus quibuscunque non extantibus masculis, & post eos succedere; tum quia non supponit expressam vocationem; tum quia nemo satisfacit absurdo, quod sequi possit, vt nimirum extranea cum agnatis posset succedere; litteraliter autem vocata deficientiam masculorum expectare inutiliter cogeretur, & forsan ab extranea per masculum instituta, vel aliter admissa excluderetur; tum demum quia contrarium alias sustinuit, vt dixi *art...*

Cæterùm non video qualiter subsistere possit quoad eadem bona, dum permanent penes feudatarios principales in ampliori forma inuestitos, iuxta strictas feudorum consuetudines, quoad alienationes, & succedendi ordinem regulari debeant;

beant; translata verò in subfeudatarios impropria adeo efficiuntur, vt feudorum leges in illis nullatenus obseruentur, facultatémque alienandi qualitercunque Marchiones, & Nobiles de
6. Gonzaga subuassallis impendere valerent, si penes ipsos non præexisteret, ex vulgari regula, *Nemo plus Iuris*, de qua *in l. filius, Cod. de donat.* Dec. *in l. Nemo plus Iuris, num.2. ff. de regul. iuris,* Surd. *consil.563. num.6.* & *decis.330. num.11.* Schrader. *de feud. part.8. cap.7. num.55. in fin. & 56.* Rot. *decis.605. in fin. part.1. recent.* Bonden. *collect.23. n.31. collect.37. n.136.*

Quod verò Aloysius tertius Pater meæ principalis pacto inalienabilitatis acquieuerit, gratis dicitur, nullibique legitur, quin potius cum cæteris Nobilibus viriliter contrarium sustinuit, primamque concessionem feudi absque dicta conuentione subsecutam nullatenus alteratam per reiectionem dicti pacti à sacra Rota pluries declarari obtinuit, vt in decisione impressa; ideoque cum
7. præcisa relatione ad præcedentes inuestituras semper re n ouationes emanarunt, & propterea concessio prima, quemadmodum iacet, omninò inspici debet, vt dixi *art.1.* & latiùs comprobat Rota *in Rauennaten. domus, 14. Iunij 1649. §. quoniam concessio, coram R.P.D. Royas,* nunc inter eius impressas *decis.401. num.4.* & *decis.444. n.5. & 6.* cum adductis per nos *allegat.1. n.1. & seq.* & *allegat.21. n.35.* & *allegat.72. n.41. lib2.*

SVMMARIVM.

1 *Forensis est capax mobilium & pecuniæ, non obstante statuto prohibitiuo alienationis stabilium in forenses.*
2 *Forensi legatum in pecunia non debetur, si in hæreditate extant solum stabilia, stante statuto prohibitiuo alienationis immobilium in exteros.*
3 *Feudalitas nonnisi in stabilibus verificatur.*
4 *Contrariorum eadem est disciplina.*
5 *Allodialitas libertatem importat à feudo, emphyteusi, censu, ac decima.*
6 *Forenses ex decreto incolatus excluduntur etiam ab æstimatione stabilium.*
7 *Forensitatis exceptio à fisco tantum opponitur.*

OBSERVATIO XCI.

DOMINVS olim Bonifacius Bobba in suo cum quo postea decessit, testamento, inter cætera Iure legati reliquit Domino Carolo Rubeo Papiensi eius ex sorore nepoti scuta sexmille sexcentum semel tantum persoluenda per eius hæredes in allodialibus in termino annorum duorum à die obitus eiusdem testatoris.

Cuius legati vigore D. Gaspar illius filius aduersus D. Marchionem Franciscum Rolandum à Valle, vti possessorem Palatij Lù relicti in hæreditate testatoris iudicium Saluiani pro consecutione legati intentauit, in quo non solum Dominus Rubeus, tanquam forensis, exclusus ex decreto incolatus Senatusconsulto remansit. Verum etiam legatum huiusmodi Ducali Cameræ competere sancitum fuit.

Esto enim quod legatum forensi relictum in quanticate, non obstante Statuto de prohibitâ alienatione immobilium in forenses, sustineatur, 1. *l. si chorus, 77. §.1. ff. de legat.3.* Carpan. *ad §. Collegiis Nouar. Constit. Mediolani, n.105. & sub n.243.* Cyriac. *contr.204. n.101.* & *contr.296. n.16.* Rimin. iun. *cons.501. n.49.* Surd. *decis.30. n.36. & seq.* Pigant. *ad Stat. Ferrar. rubr.98. n.32.* Royas *decis.355. n.9. & seq.*

Istud tamen ità demum sibi locum vindicare Senatus iudicauit, quoties in ipsa legantis hæreditate reperiuntur pecuniæ, mobilia, aut se mouentia, in quibus legatario absque appositione manus ad stabilia satisfieri posset, vt ex mox citatis Doctoribus colligitur, & magistraliter comprobat satisfaciendo omnibus contrariis, Decian. *consil.33. n.13. & per tot. lib.1.* quem sequitur Ciarlin. *contr.37. n.88.* & *contr.91. n.15.* Surd. *d. decis.30. sub n.35. vers. postremò.* 2.

Maximè quia testator iussit legatum solui in allodialibus, quæ quidem qualitas allodialitatis contradistincta à feudalitate, nonnisi in stabilibus verificari potest, quemadmodum & ipsa feudalitas, Surd. *decis.204. n.2.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.22. tit.2. n.9.* Valasc. *de iure emphyt. q.20. n.4.* Fulgin. *de emphyt. in prælud. q.1. n.2. in fin. & 3.* & *q.5. n.19.* ratio assignari potest, quia contrariorum eadem disciplina esse debet, *l. si contra tabulas, 35. ff. de vulg. instit. qui sunt sui, vel alien. iur. in princ.* Surd. *decis.292. n.31.* Cyriac. *contr.65. n.2. & 3.* 3. 4.

Vltra quod allodialitas nil aliud importat, quàm libertatem à feudo, emphyteusi, censu, ac decima, Carena *resol.160. n.1.* Surd. *cons.15. n.11.* & *decis.177. n.5.* vbi quod allodium dicitur quasi aliunde non recognitum; quæ sanè qualitas recognitionis negatiuæ in mobilibus tantummodo applicatur, stante potissimum quod Decretum incolatus forenses etiam ab æstimatione, seu pretio expresse arctat, quo casu ad exclusionem forensis quælibet ambiguitas cessat, ex traditis per Cyriac. *contr.204. n.24. & 102.* Ciarlin. *contr.37. n.87.* 5. 6.

Cumque legatum huiusmodi etiam petitum in stabilibus iudicialiter appareat, & incapacitas illud consequendi solius fisci commodo cedat, Surd. *cons.93. n.15.* Cyriac. *contr.205. n.170. & 171.* latè post Senatum Mantuæ *in decis. ibidem impressa,* V. Præses Melius *alleg.52. n.8. & seq.* & *alleg.110. n.8. & seq. lib.3.* ea propter idem legatum Ducali Cameræ deuolutum Domini vnanimiter decreuerunt; eoque magis quia possessores hæreditatis Bobbæ loco opponendi incapacitatem legatario ex capite forensitatis pro admissione eiusdem ad stabilia contra prædictum ordinem incolatus in iudicio viriliter institerunt. 7.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis receptæ adminiculata probat solutionem dotis etiam ad effectum consequendi restitutionem super fideicommisso. An idem dicendum quoad feudalia, n.2.*
3 *Licentia obligandi feudum sub successore non operatur. Obligandi feudum pro dote, ea semel in allodialibus restituta resoluitur, n.4. Strictè interpretatur, nec de casu ad casum extenditur, n.5. Domini hypothecam non supplet, n.7. Obligandi feudum transit in cessionarium sine alia licentia, n.11. Contra, n.12.*
6 *Conditione non impleta cessat omnis actio.*
8 *San Felic.* decis.98. num.20. *in quibus terminis procedat.*

9 *Feudum pro dote non dicitur tacitè obligatum.*
10 *Author* allegat.39. n.6. lib.2. *declaratur.*

Observatio XCII.

Qvamvis confessio dotis receptæ adminiculata, & verisimilis propter coniecturas actualis solutionis probet etiam ad effectum, *Authent. res quæ, C. comm. de legat.* ad tradita per Cæphal. *consil.*474. *numero decimo*, Bursat. *consil.*32. *num.*31. Fusar. *consil.* 23. *sub n.*14. *versic. & hoc sentio*, & *de substitut. quæst.*532. *num.*29. Leoncill. *decis. Ferrar.*137. *num.*4. Rot. *in Cesenaten. bonorum*, 10. *Martij* 1649. *n.*4. *coram R. P. D. Peutingero.*

1.

Nihilo tamen minus dubitabatur, an præcedens conclusio pro regressu ad feudalia procederet, ex quo Decretum Montisferrati 14. pro forma effectiuam dotis numerationem requirit; quo casu confessionem de recepto non suffragari, animaduertit Manent. *consilio* 86. *n.*9.

2.

Vnde prætermissa discussione prædictæ quæstionis ponderatum fuit, quod licentia hypothecandi feudum à prædecessore concessa pro restitutione dotis, eueniente casu sub successore non afficit, *cap.*1. *qui success. tenen.* & latiùs comprobaui *allegat.*16. *per tot. lib.*2.

3.

Præterquam quod dote in allodialibus semel restituta, assensus quoad feudalia euanuit, neque extendi poterat, vt feudalia pro allodialium in satisfactionem dotis assignatorum euictione adhuc obnoxia remanerent, Manent. *dict. consil.*86. *per totum*, Afflict. *decis.*286. *numero secundo*, maximè, quia assensus in feudalibus strictè interpretatur, neque de casu ad casum extensionem recipit, Surd. *decis.*189. *numero trigesimotertio, & seqq.* & *decis.*325. *numero nono*, Cyriac. *controuers.*143. *numero decimoquarto*, & *controuers.*178. *num.*65. & *controuers.*189. *num.*5. & *controuers.*313. *num.*24. Staiban. iun. *resolut.*61. *num.*25. cum adductis per nos *alleg.*11. *num.*1. & *alleg.*44. *n.*5. & 6. *lib.*2.

4.
5.

Vlterius ad exclusionem omnimodam obligationis feudalium animaduertebatur, quod Procurator in mandatis habuit obligandi feudalia pro dote; quatenus medietas in allodialibus prius implicaretur, quod cum factum non appareat, obligatio propterea feudalium pro non facta habetur, Cyriac. *controuers.*424. *numero duodecimo*, Nig. *de laud. quæstione* 7. *articulo* 1. *numero vigesimoquinto*, dixi *allegat.*6. *numero vigesimo*, *lib.* 2. Neque superueniens assensus Serenissimi, seu præcedens defectum hypothecæ supplet, dixi *allegat.*44. *numero septimo, & octauo*, & *allegat.*82. *num.*19. & *allegat.*101. *num.*18. *lib.* 2. Quidquid in contrarium concludere videatur, San Felic. *decis.*98. *num.*20. & *seq.* loquitur secundum constitutiones Regni fauore dotis in feudalibus saltem tacitam tribuentis hypothecam, quod Iure communi inspecto etiam in causa dotis prohibitum censetur, per textum *in cap.*1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* & *in cap.*1. *§. donare qualit. ob feud. alien. pot.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*3. *tit.*25. *n.*3. *& seq.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*2. *quæst.*11. *num.*1. & 7. Vnde quod dicebam *allegat.*39. *num.*6. *lib.*2. Feudum etiam Domini assensu non adhibito obligari posse intelligitur ad effectum, ne per hoc Vassallus incidat in commissum; non autem, vt obligatione aliqua, seu hypotheca deuinciatur.

6.
7.
8.
9.
10.

Hactenus examinata concernunt in subsistentiam obligationis feudalium respectu vxoris, siue Nurus feudatarij; præter quam in dubium quoque reuocabatur, num licentia filiæ concessa pro eius dote constituenda super eisdem feudalibus illius pariter cessionariis absque alio assensu suffragaretur. Circa quod licet non desint, qui defendant opinionem affirmatiuam, nimirum, quod licentia à Domino feudi pro obligatione feudalium concessa cedenti absque alio assensu in Cessionarium transeat, Rosental. *de feud. cap.*9. *conclusione* 20. *numero primo*, & *in gloss. A.* & faciunt latissimè tradita per Nig. *de laudem. quæstione* 19. *artic.* 1. *num.* 11. *& per totum.* 11.

Ex veriori tamen sententia contrarium omnino suadetur in tantam quod Cessionario habentis creditum super feudalibus actio nullatenus competat, nisi assensu Domini cessionem reportauerit; ita post alios comprobaui *allegat.*44. *numero nono*, *lib.*2. & nunc accedunt Francisc. *decis.*75. *num.*2. à Pont. *de potestat. Proreg. tit.*8. §.11. *num.*7. & 8. Staiban. iun. *resolut.*61. *num.*21. 12.

Summarium.

1 *Tortura quibus ex indiciis inferatur arbitrarium est Iudici. Ex indiciis etiam non perfectè probatis coram supremo Tribunali decernitur, num.*2. *Declara, vt num.*8. & *num.*12.
3 *Arbitrium Iudicis circa sufficientiam indiciorum, à Iure regulam recepit.*
4 *Famæ ad probationem qualiter testes deponere debeant. Bona probatio contrariam malæ destruit, num.*6.
5 *Fama concludenter probata non facit indicium ad torturam. Bona rei non impedit quominus reus ex aliis torqueatur, n.*7.
9 *Mendacium circa accidentalia non facit indicium ad torturam.*
10 *Mulieres in criminalibus non sunt integræ fidei.*
11 *Periurium repellit testem.*
13 *Varius funi applicatur.*

Observatio XCIII.

Gaspar in carceribus detentus, num ad torturam indiciatus censeretur in dubium reuocabatur. Esto enim quod sit arbitrarium Iudici, quænam indicia ad inferendam torturam sufficiant, ad notata per Bart. & alios *in l.*1. *ff. de quæstion.* Clar. *in §. fin. quæst.*64. *vers. dixi quoque*, Caball. *resolut.*200. *num.*143. & *resolut.*251. *num.*14. Caren. *de Sanct. Offic. Inquisit. tit.*10. §.5. *num.*19. Guazzin. *de defens. reor. cap.*4. *num.*10. Bal. *tract. var. quæst.*3. *n.*9. & 10. *fol.*4. Quodque coram supremo Tribunali ex indiciis etiam non perfectè probatis tortura irrogetur, Caualer. *de Brach. Reg. part.*3. *n.*113. Clar. *in §. fin. quæst.*63. *vers. tu scis*, ibi, *Bene verum*, Guazzin. *de defens. reor.*30. *cap.*32. *in fin.* Caren. *de Sanct. Offic. Inquisit. tit.*10. §.6. *n.*28. Ioan. Bott. *cons.*2. *n.*55. *vers. nisi causa*, Bal. *tract. var. quæst.*5. *n.*9. & *seq. fol.*10. Giurb. *cons.*87. *n.*31. 1. 2.

Arbitrium

3. Arbitrium tamen Iudicis circa sufficientiam indiciorum à Iure regularum esse debet, videlicet ex opinionibus, & dictis Doctorum, Farinac. *quæst.*43.*num.*126. Menoch. *de arbitr. Iudic. quæst.*13. *per totam*, & *cas.*270.*num.*5. Cacher. *decis.*79.*n.*57. *&* 58. Caren. *de Sanct. Offic. Inquis. tit.*10. §.50. *num.*20. Caball. *resolut.*200.*num.*144. Guazzin. *de defens. reor.*30. *sub num.*10. *vers. non tamen*, Ball. *tract. variar. dict. quæst.*3.*num.*10.*fol.*4. & in generali latiùs examinat Valeron. *de transact. titul.*3. *quæst.*1. *num.*21. Rot. *in Licien. administrationis*, 23.*Iunij* 1658.*n.*2.*coram Reuerendissimo Cerro.*

Tria verò indicia, quæ per fiscum pro tortura inquisito inferenda, nimirum mala fama, variatio rei in eius depositionibus, & depositio Annæ Mariæ, sufficientia nullatenus videbantur; prætensa namque mala fama ex trium testium depositione de auditu probata non dicebatur, ad quem effectum probationis famæ non
4. sufficit, quòd testes dicant audiuisse, nisi addant publicè, & à maiori parte populi, iuxta opinionem Bartol. communiter receptam *in l. de Minore*, 10. §. *plurimum*, *num.*12. *ff. de quæstion.* Cyriac. *controuers.* 488. *à num.*87. *vsque ad* 92. vbi quod fama nunquam perfectè probetur, Ball. *tractat. variar. quæst.*13.*num.*16. *& sequent.* Horat. Pers. *consil. criminal. consil.*11.*num.*10. & *consil.*33. *num.*9. Caren. *de Offic. Sanct. Inquisit. tit.*10. §.10. *num.*67. *& seq.*

5. Præterquam quod fama etiam concludenter probata de se indicium ad torturam non præstat; bene tamen alias delicti præsumptiones coadiuuat, Clar. *in* §. *fin. quæst.*21. *post princ.* ibi, *fama enim, in crim.* Crauet. *consil.*41.*num.*6. Ciarlin. *controuers.*10.*num.*130. *& seq.* Giurb. *consil.*43. *num.*17. *&* 18. & *consil.*91. *num.*43. cum adductis per Caren. *de Sanct. Offic. Inquis. tit.*10. §.10.*n.*64.73. *& seq.*

Cum præcipuè ex parte rei è contrario bona ipsius fama in defensionibus per testes omnimoda fide dignos concludenter probata resul-
6. taret; quæ quidem probatio contrariam probationem malæ famæ prosternit, eique præualet, Clar. *in* §. *fin. quæst.*60. *sub num.*23. Roland. à Valle *consil.* 16. *num.* 24. 25. *&* 26. Caball. *resolut.* 84. *numero decimoquinto*, vbi quod tollat solummodo indicium malæ, nec impediat reum torqueri, quoties aliud adsit indicium; sed istud reprobat *resolut.*200. *num.*146. & *resolut.*282. *numero decimo*, *& vndecimo*, Horat. Pers. *consil.*2. *num.*12. *&* 15. & *consil.*4.*num.*7. & *consil.*8.*num.*13. Caren. *in tract. de Sanct. Offic. Inquis. tit.*11. §.10. *num.*79. *& seq.* vbi tamen ex magis probata opi-
7. nione concludit, quod bona fama rei non impedit quo minus ex aliis indiciis torqueatur, Guazzin. *de defens. reorum* 28. *num.*18. *&* 19. & *numero vigesimo*, vbi etiam quod ex lapsu triennij in quo reus honestè vixit, præsumptio malæ fidei tollatur.

8. Hinc ergo cum in hoc per contrarias probationes rei indicium fisci super mala fama elisum remaneat; ideò neque etiam à supremo Tribunali attendi debet, Rota Auenion. *decis.*93. *n.*10. Guazzin. *de defens. reor.*30. *num. fin.* Giurb *d. consil.*87. *in fin.*

Indicium aliud ex mendaciis, & variationibus
9. circa accidentalia emissis desumptum vtique nec sufficiens, nisi cum aliis cumulatum reputabatur, Clar. *in* §. *fin. quæst.*21. Caball. *resolut.*200. *num.*135. *&* 136. Caren. *de Sanct. Offic. Inquisit. tit.*10. §.14. *num.*18. Giurb. *d. consil.*87. *num.*7.27. *& seq.* Guazzin. *de defens. reor.*19. *cap.*2.*num.*5. vbi quod vt quis ex variatione torqueatur necesse sit, quod in facto interuenerit, Horat. Pers. *consil.*10. *num.*14.

Depositio tandem Annæ Mariæ, nec ipsa indicium releuans præstat, non solum quia licet mulieres in criminalibus in testes admittantur; 10.
aliquantulum tamen de fide ipsis diminuitur, Crauet. *consil.*99. *sub num.*5. *vers. sed ista*, Caball. *resolut.*288.*num.*64. Giurb. *consil.*43. *num.*5.*&* 27. Caren. *in tractat. de Sanct. Offic. Inquisit. tit.*5. §.2. *num.*14. Verùm etiam ac multo magis, quia modo vnum, modo aliud cum iuramento deposuit, & ob periurium à testificando repellitur, 11.
seu nulla fides ei adhibetur, Clar. *in* §. *Periurium*, *versic. repellitur*, Roland. à Valle *consil.*57. *num.*15. *& sequent. lib.*4. Bursat. *consil.*201. *num.*63. *& seq.* & in terminis fœminarum Honded. *consil.*102. *num.*33. *& seq. lib.*1. Farinac. *de testibus*, *quæst.*66. *num.*13. Thomat. *decis. Macerat.*50.*num.*394. Caren. *in tract. de Sanct. Offic. tit.*6. §.7. *num.*58.

Singula ergo ex indiciis cum perfecta non existant, nec in eundem finem ordinata dici queant, hinc censuimus neque coniungi posse 12.
ad effectum, vt reus torqueatur, Peregrin. *consil.*75.*num.*30.*lib.*1. Surd. *consil.*132.*num.*48. Caball. *d. resolut.*200 .*num.*138. *& seq.* Giurb. *d. consil.*87. *num.*10.29. *& seq.* Guazzin. *de defens. reor.*30.*cap.*32. *per tot.* Caren. *in tract. de Sanct. Offic. Inquis. tit.*10. §.16.*num.*112. *& seq.* latè Ball. *tract. variar. quæst.*5. *num.*2. *fol.*9.

Vnde attenta indiciorum leuitate fuit vnanimi voto conclusum, quod ad habendam responsionem præcisam reus conduceretur ad locum torturæ, ibique spoliari, funi alligari, eleuari, & per 13.
paruum temporis spatium in tortura detineri, Rim. iun. *consil.*395.*num.*44. *& seq.* Farinac. *quæst.*37. *n.*105. & *quæst.*38.*n.*40. *& seq.* Horat. Pers. *consil.*44. *num.*25. *&* 26.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, succedat, est commune, aptum ad inducendum fideicommissum. Declara, vt n.*2. *Successiuè non importat fideicommissarium, n.*3. *Limita, vt n.*4.
5 *Nasciturorum ex vocatione vulgaris tantummodo resultat substitutio.*
6 *Clausula codicillaris confirmat, & non alterat dispositionem testatoris.*
7 *Dictio, vicendeuolmente, importat reciprocam.*
8 *Reciproca, non importat fideicommissariam. Declara, vt n.*9.



OBSERVATIO XCIV.

PAVLVS Æmilius de Grignanis hæredes instituit Alexandrum, Franciscum, & Carolum suos filios æqualiter, & æquis portionibus, & vno ex ipsis decedenti alter succedat, & sic successiuè eorum filij ex legitimo matrimonio vicissim. Carolus, & Franciscus ambo sine filiis prædecesserunt superstite Alexandro, qui annuum censum constituit; eo autem deinceps vita functo Paulus Æmilius iunior, & fratres eius filij ad solutionem cen-

sus conuenti illum soluere recusant, sub prætextu quod bona per eos possessa fideicommisso auito subiecta præexistant, inspecto maximè quod Alexander ipsorum Pater hæres grauatus tot bona distraxit, quod detractiones non tam æquent, verum etiam longè exuberant.

Ad manifestam fideicommissi exclusionem animaduertendum sese offerebat, quod in testamento fideicommissum vltra filios hæredes institutos non aderat; quamvis enim verbum,
1. *succedat*, in hac materia commune reputetur, ac consequenter aptum etiam ad inducendum fideicommissum, ad notata per Doctores *in l.centurio*, 15. *ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* Odd. *de compend. parte tertia*, *in verb. succedat*, *fol.*51. *tergo vbi tamen*, *fol.*52. ex Signorol. de Homod. *consil.*80. *num.*3. concludit esse directum, Cæphal. *consil.* 274. *num.* 11. vbi tamen commune inquit ad successionem ex testamento, atque ab intestato, Fusar. *consil.*159. *num.*2. & *consil.*165. *num.*4. Merlin. *decis.*186. *num.*3. Mart. *consil.*149. *num.*4. *& seq.* & *consil.*150. *num.*40. Ruin. *consil.*159. *num.*19. *lib.*2.

Cumque in facti specie verbo, *succedat*, di-
2. ctio aliqua tractum futuri temporis alienata non appareat, substitutio de filiis filiorum vulgaris omnino censetur, Alexand. *consil.*13. *col.*2. *versic. respondeo*, *lib.*4. Dec. *consil.*291. *num.*2. cum adductis per Matt. *dict. consil.*149. *sub num.*4. *&* 5. & *consil.*172. *num.*28. Rot. *decis.*357. *num.*7. *versic. quia adhuc*, *part.*1. *recent.* Rot. apud Giouagn. *consil.*36. *n.*41. *&* 51. *lib.*2. latè Redenasc. *consil.*10. *n.*4. Fusar. *de substitut. quæst.* 479. *num.*5. Bardellon. *consil.*13. *num.*5. Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*20. *num.*1.

Tractum verò temporis ad effectum indu-
3. cendæ fideicommissariæ substitutionis dictio, *successiuamente*, non importat; quippe quæ, & ipsa de vulgari substitutione intelligitur; illa enim dictio, *successiuamente*, in hoc casu posita apparet, vt respiciat ordinem successiuum inter primo substitutos, & eorum filios, & sic per vulgarem solummodo intelligitur, Doctores *in l.Gallus*, 29. §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & posthum.* Ruin. *consil.*92. *numero septimo*, & *consil.*159. *sub numero decimonono*, *vers. sed istis*, *lib.*2. Menoch. *consil.*328. *numero vigesimonono*, *& trigemo*, & *consil.*878. *numero trigesimoprimo*, *& seq.* & *de præsumpt.*71. *sub num.*16. *versic. verum vt etiam*, *lib.*4. Rot. *decis.*357. *numero sexto*, *parte prima*, *recent.* & coram Caualer. *decis.*496. *numero nono*, Fusar. *consil.*71. *num.*4. Peregrin. *consil.*69. *sub num.*7. *vers. vbi etiam*, *lib.*1. idem Fusar. *de substitut. quæstione* 382. *num.*58. *in fin.* & *dict. quæstione* 479. *num.*9. *&* 56. Redenasc. *dict. consil.*10. *num.* 2. vbi quod ordo successiuus intelligatur solum quoad vulgarem; ita quod admisso Patre, ex illa substitutione penitus, & omnino eius filij intelligantur exclusi, & expiret omnino substitutio, per quam eius filij videbantur substituti post Patrem, & *numero decimo*, *vndecimo*, *& decimoquinto*, Rot. apud Giouagn. *consil.*36. *num.* 52. *&* 58. *libro secundo*, vbi quod verbum, *successiuè*, seclusis dictionibus tractum futuri temporis importantibus, seu aliis coniecturis, non tollit, quo minus sola vulgaris inducta censeatur.

Si tamen verbum, *successiuamente*, in fine ipsius substitutionis appositum extitisset, vtique dubitari contingeret de existentia fideicommissariæ substitutionis, fauore filiorum Alexandri de Grignanis, vt in proposito post alios optimè distinguunt, Fusar. *dict. consil.*71. *sub num.*4. *vers. alius est casus*, & *de substitut. dict. quæstione* 382. *num.*58. *in fine*, & *quæstione* 479. *num.*49. *&* 50. Redenasc. *dict. consil.*10. *num.* 15. Verùm quia dictio, *successiuamente*, in casu nostro inter substitutum, & eius filios; non autem in fine substitutionis post vocationem filiorum adiecta legitur; ideo super isto posteriori casu vlterius non insisto, adita namque per Alexandrum Fratrum hæreditate, vocatio filiorum eiusdem Alexandri euanuit, vt mox citati Doctores comprobant, Rota coram Caualer. *decis.* 496. *num.*2. 4.

Nascituros etiam ex filiis hæredibus institutis, atque ad inuicem substitutis, dum testator vocauit, non ideo per fideicommissariam id fecisse censendum venit; eo quod per vocationem nasciturorum tractum quoque futuri temporis contemplatum esse videatur; nam quod 5. substitutio adhuc vulgaris remaneat, Dec. *consil.*386. *num.*2. *in fine*, Rimin. iun. *consil.*535. *num.*14. *&* 29. vbi reprobat Curt. iun. *consil.*48. Caualer. *dict. decis.*496. *num.*6. Rot. *dict. decis.*357. *num.*4. *part.*1. *recent.* ex quorum auctoritate nec curandum videtur, quod ex vocatione adhuc non natorum fideicommissaria tantum insurgat, Osasc. *decis.*81. *num.*16. Surd. *decis.* 346. *num.*16. cum adductis per Fusar. *de substitut. quæstione* 476. *num.*48. & *consil.*87. *num.*2. & Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*99. *num.*1. *&* 2. siquidem quod vocatio nasciturorum in vulgari tantum verificetur, præter mox congestos defendunt, Fusar. *de substitut. dict. quæst.*479. *num.*16. 36. *&* 55. Mart. *de success. legal. part.*4. *quæst.*16. *artic.*1. *sub num.*94. & *quæst.*24. *artic.*2. *num.*11. *&* 29. *in fine*, Ioan. Franc. Andreol. sibi contrarius *controu.*20. *num.*2. Redenasc. *dict. consil.*10. *num.*19. vltra quod Doctores contra hanc opinionem supra relati obiectum fideicommissariæ nullatenus attingunt, sed solummodo insistunt in eo, quod Patre, ac filiis in eadem dispositione vocatis, simul non admittantur, sed ordine successiuo; qui quidem ordo successiuus, siue exprimatur, siue tacitè subintelligatur, potius concludit, quam excludat substitutionem vulgarem, iuxta ratiocinationes per eosdem met Doctores firmatas.

Supposito insuper, de quo ex serie facti nobis transmissa certificati non existimus, in testamento hoc adesse clausulam codicillarem, 6. verbis etiam futurum tempus respicientibus conceptam, non ideo illa dispositionem controuersam extenderet, vt filij vocati tantum per vulgarem; vocarentur etiam per fideicommissariam, de quo testator non cogitauit, Rip. *in dict. l.Centurio*, 15. *num.*180. *ff. de vulgar. & pupillar.* Dec. *in l. precibus*, 8. *num.*18. *Cod. de impub. & aliis substit.* Aretin. *in l.Gallus*, 29. §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & posthum.* Rimin. iun. *consil.*535. *num.*31. *&* 32. Peregrin. *consil.*69. *num.*9. *&* 11. *lib.*5. & *consil.*26. *num.*5. *lib.*4. & *de fideicommiss. artic.*18. *num.*8. 14. *& seq.* Menoch. *consil.*328. *num.*90. & *consil.*496. *num.*11. *& sequent.* Purpur. *consil.*30. *num.*9. *&* 12. Fusar. *de substitut. quæstione* 382. *num.*69. & *quæstione* 479. *num.*31. & *consil.*87. *num.*10. Laderch. *consil.*58. *num.*32. *& seq.* Rot. *dict. decis.*357. *num.*9. *part.*1. *recent.* Marc. *de success. legal. part.*4. *quæst.*24. *art.*2. *n.*19. *&* 20. Ioan.

Ioan.Franc. Andr. *d.controu.*20.*n.*3. Redenasc.*d. cons.*10.*n.*32.*& seq.*

Pro complemento huius controuersiæ satis egregiæ, modo videndum superest, quid importet reciproca substitutio subsequens, importata
7. per illam dictionem testamenti, *vicendeuolmente, l.Cum in testamento* 37. *§.hac verba, ff. de Hered.instit.* Menoch.*cons.*95.*n.*1. Bardellon.*d.cons.* 13.*num.*11.*vers.nec dicatur,* Contr.*discept.*48.*n.*8. Rot.*in Placentina bonorum* 16.*Iunij* 1653.*§.purificatio etiam,coram R.P. D. Zarate,* cui quidem obiecto præcitati, & inferius allegandi Doctores mirificè occurrunt; animaduertendo, quod
8. reciproca in præsenti casu, vel fideicommissariam non contineat, ad tradita per Bart.& alios *in l.Lucius* 45. vbi Ias. *num.*29.*ff.de Vulg.& pupill.*Rim.iun.*cons.*204.*num.*6.*& seqq.*Bott.*cons.*53. *num.*29. *& seq.* Bardellon. *cons.*13. *num.*12. latè Mart. *d. cons.*149. *num.*1. *& seq.* & *à num.*4. vbi ex professo huic obiecto circa reciprocam satisfacit Fusar. *de substit. quæst.*479. *num.*81. *&* 83. Rot. apud Contr. *decis.*53. *num.*3. vel quod fideicommissaria substitutio censeatur inducta
9. inter ipsos filios filiorum, ex qua non potest argui, quod itidem testator filios proprios erga ipsius testatoris nepotes grauare intellexerit, Menoch. *d.præsumpt.*71. *sub num.*17. *vers. cæterum dubia,lib.* 4. & optimè dispungit Bardellon. *d.cons.*13. *num.*14. 15. *ac per totum,* Præterquam quod mens testatoris in facti contingentia circa vicissitudinem, ea præcisè fuit, vt filij filiorum filiis defuncti inuicem succederent, videlicet filij Alexandri, Carolo, & Francisco sine filiis obeuntibus per vulgarem admitterentur, & vice versa si casus contigisset, filij aliorum fratrum per vulgarem Alexandri sine filiis vita functi hæreditatem consequerentur, atque in hoc dumtaxat vicissitudo, seu reciproca substitutio consistit, quæ terminos vulgaris non egreditur.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca tacita non competit pro alimentis. Comprehendit bona futura.n.*6.
2 *Actio personalis tantum pro alimentis competit.Contra debitorem debitoris validè intentatur,n.*4.
3 *Tutor in bonis pupilli hypothecam non habet.*
5 *Compensatio ipso Iure tollit debitum.*
7 *Maritus pro donatione obnuptiali, Vxoris bona tacitè obligata habet.*
8 *Immissio ex Saluiano probatis extremis conceditur. Pro legitima datur pro indiuiso n.*9.

OBSERVATIO XCV.

DOCTORES in controuersiam reuocant, an pro consecutione alimentorum seclusa conuentionali hypotheca
1. legalis tacita competat, ex veriori, ac magis recepta opinione pro negatiua concludunt, Alex. *in l. qui absenti* 38. *§.*1. *num.*9.*ff.de acquir. possess.* Rom. *cons.*474. *sub num.*1. *vers. quia Matthæus petit,* Cyriac. *controu.*18. *num.*3. Thesaur. *q.*67. *num.*10. *lib.*2. Gratian. *discept.* 366. *num.*2. & *decis.*129. *num* 15. cum adductis per Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*3. *quæst.* 1. *num.*5. *&* 6. & *post tract.* Rot. *decis.*36. *num.*16. & faciunt tradita per Merend. *lib.*13. *contr.*3.*num.*17.*& per totam.*

Modò autem in dubium deducitur, an pro crediti ex præstatione alimentorum conflati restitutione hypotheca competat, & non nisi personalem exerceri posse, comprobat text. *in l. vlt. in fin. princ. ff. de Exercitor. act.* Negusant. *de pignor.* 2. *memb.* 5. *part. num.*18. Gratian. *discept. forens.*25. *num.*23. & faciunt tradita per eundem Gratian. *discept.*68. *num.*11. quatenus determinat, quod tutor pro expensis factis in educatione pupilli non nisi personalem habeat, quem propterea in contrariam opinionem malè deduxit Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*3. *quæst.*20. *num.*10. vbi etiam hypothecariam tutori in bonis pupilli sustinere contendit, contra doctrinam communiter receptam Alberic. *in l. Pro officio* 20. *C. de administr. tut.* quem sequuntur Rip. *in l. dabimus* 4. *§. Si quis cum tutor,num.*13. *ff. de Priuileg. cred.* Montan. *de tutel. cap.*31. *effect.*2. *num.*38. Mart. Medic. *decis.*19. *num.*3. cum adductis per Thomas. *de Tutor. & Curat.tit.*38.*n.*37.*fol.*1106. 2. 3.

Neque ad rem facere videbantur deducta ab informantibus pro Dominis Marchione, & Comite fratribus de Natta; nimirum, quod actio personalis contra Dominos Comites de Calloris exerceri potuerit, tanquam debitores legitimæ Maximiliani Iunioris erga hæredes D. Marchionissæ Flauiæ debitricis alimentorum, ac consequenter donationis propter nuptias duplarum quatuorcentum in prædictam alimentorum causam compensatarum cum reseruatione iurium, ac eorundem cessione contra ipsam D. Marchionissam, eius hæredes, & bona; siquidem etiam actio personalis contra debitorem debitoris validè intentatur, Capyc. 4. *decis.*78. *num.* 3. Gratian. *discept.* 507. *num* 3. *cum seq.* Cyriac. *controuers.* 339. *num.* 12. Rot. *decis.*760. *num.*2. *part.*2. *recent.* & coram Buratt. *decis.* 793. *in annot. num.*8. *&* 9. & apud Zacch. *de Cam. obligat.* 189. *numer.* 37. *&* 38. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*2. *quæst.*30. *num.*25. *&* 26. & *post tract.* Rot. *decis.*50. *numer.*65. *&* 66. duplicata apud Zacch. *d. decis.* 189. tum quia non concurrebant requisita per præcitatos Doctores; tum quia Domini Comites propriè debitores non dicebantur, ex quo legitimam Maximiliani debitam Marchionissæ occuparent.

Verum pro resolutione præsentis controuersiæ placuit fundamentum; quod cum Domina Marchionissa Flauia constituerit in dotem duplas quatuorcentum donationis, propter nuptias à primo viro sibi factæ, & dictum creditum ob alimenta ab hæredibus sibi præstita amplius non superesset, eo quod compensatione ipso iure extinctum remanserit, *l.* 5.
Si constat 4. vbi glos. *in verb. ipso, C. de Compensat.* Cyriac. *controuers.*108. *num.*16. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*5. *quæst.*6. *per totam.* Inde propterea factum est, vt alia bona ipsius Marchionissæ pro reintegratione dotis saltem tacitè obligata remanserint; adeo vt per obitum filij, delata successione quoad legitimam 6.
illa illico in hypothecam ceciderit, *l. Quoties* 17. *ff. de Iur. dot.* & *l. fin. C. de remiss. pignor.* glos.

glos. *in l. fin. C. quæ res pignor. obligar. poss.* Cyriac. *controuers.* 41. *num.* 16. & *controuers.* 55. *num.* 11. & 12. & latissimè prosequitur Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 1. 10. *ac per totam*, Mangil. *de euict. quæst.* 70. *num.* 8. & 9. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 13. *n.* 23. Gratian. *discept.* 689. *n.* 12. & *seq.* Caren. *resol.* 157. *n.* 6.

Cum igitur Maritus, euicta donatione obnuptiali, seu ea iam per compensationem resoluta, vigore promissionis ab Vxore sibi factæ,
7. quælibet eiusdem Vxoris bona tacitè hypothecata habeat, *l. Vnica*, §. *Et vt plenius*, *C. de Rei vxor. act.* §. *fuerat*, *Instit. de Action.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 1. *num.* 3. Saluianum ergo ritè proposuit, iureque optimo in eo obtinuit, dixi *allegat.* 121. *n.* 8. *fol.* 355. & *fol.* 408. *n.* 1. & *seq. lib.* 1. & *allegat.* 5. *n.* 1. & *allegat* 6. *n.* 4. *lib.* 2.

Facta extremorum probatione, nimirum crediti cum hypotheca, & vtriusque possessionis rei scilicet conuenti, & debitoris non con-
8. trouertebatur, quin Marchioni, ac Comiti fratribus de Natta aduersus Comites Calloros immissio concedenda ex Saluiano non veniret, per textum *in l.* 1. *ff. de Saluian.* ibique Bart. & *in l.* 1. post glos. *C. de Precar.* Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *num.* 161. & *seq.* Ludouis. *decis.* 491. *num.* 6. Buratt. *decis.* 728. *num.* 4. Rot. *decis.* 407. *num.* 1. *part.* 5. *recent.* & *in Ciuitatis Plebis Saluiani*, 1. *Iulij* 1647. §. *non obstat, coram R. P. D. Bichio*, & *in Romana Saluiani* 12. *Iunij* 1651. *in princ. coram R. P. D. Verospio*, & *in Romana Saluiani* 20. *Nouemb.* 1658. *n.* 1. *coram R. P. D. Beuilaqua.*

Sed difficultas in eo residebat, quia immissio in rata legitimæ nondum adhuc ab asse hæ-
9. reditatis separatæ prætendebatur, quam tamen immissionem pro indiuiso decreuimus, iuxta textum in *l. Eum qui* 18. *ff. Qui pot. in pignor. habean.* Bald. *cons.* 25. *sub num.* 8. *vers. & hoc*, *lib.* 1. & *cons.* 52. *num.* 1. *lib.* 3. Statil. Pacific. de Saluian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 438. Cost. *de port. rat. quæst.* 58. *n.* 7. Thomat. *decis. Macerat.* 74. *n.* 14. & *decis.* 109. *num.* 16. Merlin. *decis.* 449. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Læsio minor sufficit ad remissionem contractus minoris. Declara vt, n.* 2. *Concludenter probanda est, n.* 3. *Per testes ignaros valoris bonorum non probatur, n.* 4.

5 *Testis deponens per verba dubitatiua non probat valorem. Deponens de valore in genere non probat, n.* 7. *Ad probandam læsionem qualiter deponere debeat, n.* 8.

6 *Valor non probatur per testem deponentem rem tanti valere eius iudicio.*

9 *Subhastatio in alienatione bonorum Communitatis requiritur. Fallit vt, n.* 10. *Declara vt, n.* 11.

OBSERVATIO XCVI.

Minoris in contractu ad illius rescissionem minor læsio, quam in contractibus maiorum requiritur, quamque requirat, *l.* 2. *C. de rescind. vend.* Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Fabr. *in suo Cod. lib.* 2. *tit.* 21. *defens.* 5. *num.* 3. Caren. *resolut.* 65. *num.* 15. & 18. Cauagn. *in l.* 2. *sub numer.* 159. *vers. minus refragatur*, Rot. coram Martin. Andr. *decis.* 58. *num.* 6. Nugarol. *allegat.* 18. *num.* 61. Post. *de subhast. inspect.* 57. *num.* 40. ad effectum maximè, vt minor, seu pupillus aduersus distractionem qualitercumque læsiuam restituatur; nam remedium restitutionis in integrum pinguius minori prouidet, quia in hoc remedio læsionem vltra dimidiam iusti pretij pro rescissione contractus probare non obstringitur, Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C. Si aduers. fisc.* Odd. *de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 17. *num.* 111. *vers. in contrarium*, & *numer.* 112. Rot. coram Martin. Andr. *d. decis.* 58. *n.* 7. Post. *d. inspect.* 57. *num.* 40. 1.
2.

Punctus ergo difficultatis in facto potius, quam in iure consistit, nimirum an læsio concludenter probata dicatur, quemadmodum vtroque in casu prærequiritur, *l. Si circumscripta* 6. ibi, *euidentibus probationibus ostenderitis*, *C. Solut. matrim.* Rol. *cons.* 92. *numer.* 17. *in fin. lib.* 2. Post. *de subhast. inspect.* 59. *num.* 41. Rot. *decis.* 539. *num.* 2. *in fin. part.* 1. *recent.* & coram Martin. Andr. *d. decis.* 58. *num.* 8. latè Caren. *dicta resolut.* 65. *num.* 1. & *seq.* Rot. apud Mangil. *de subhast. decis.* 39. *num.* 1. & penes Zacch. *de Camer. obligat. decis.* 70. *num.* 13. & 14. & *decis.* 121. *num.* 15. & *decis.* 134. *num.* 16. & *seq.* Matt. Ventur. *cons.* 33. *num.* 22. & *seq.* Bonden. *collect.* 7. *num.* 55. & 56. & *collect.* 14. *num.* 15. & *collect.* 31. *num.* 55. & *post tract. decis.* 93. *num.* 26. Andr. Censal. *decis.* 6. *n.* 30. Contr. *discept.* 18. *n.* 16. 3.

Ex testibus autem in causa examinatis læsio probata non videtur; quia primus testis deponit se nescire, quid bona controuersa de tempore contractus valerent, ibi, *Per che io non sò quello di quel tempo potessero valere*; cæteri vero testes pro maiori eorum parte de tempore articulato cognitionem aliquam nec terrarum habebant; & ideo nec læsionem tanquam ignari earum valoris probant, Caren. *d. resolut.* 65. *ferè per totam*, Buratt. *decis.* 538. *num.* 8. *in fin.* 9. & *in annot. sub num.* 22. *vers. secundus casus*, Rot. apud Mangil. *de subhast. decis.* 38. *num.* 3. & 4. 10. & 14. Post. *de subhast. inspect.* 60. *n.* 10. & *seq.* 4.

Tertius testis deponens per verba dubitatiua, *poteuano valere doppie sette*, &c. nec ipse probat Seraph. *decis.* 1462. *sub num.* 3. *versic. possono frustare*, Buratt. *d. decis.* 538. *num.* 10. vbi de verbis, *poteuano valere*, Post. *de subhast. inspect.* 60. *numer.* 85. Rot. post Mangil. *de subhast. decis.* 38. *sub num.* 10. *vers. respectu autem*, & *num.* 11. Andr. Censal. *decis.* 3. *num.* 30. Rot. *in Bononien. fideicommissi* 5. *Maij* 1655. §. *neque vis*, *coram R. P. D. Zarate*, maximè quia super secundo idem repetit, ibi, *& tanto à mio giudicio*, quæ depositio sic concepta læsionem, seu valorem non concludit, Rot. coram Ludouis. *decis.* 553. *num.* 9. 5.
6.

num.9. & coram Buratt. *d.decis.*538. *num.*12. & *in annot. num.*23. Post. *de subhast. d. inspect.*60. *n.*36. *& seq. & post tract. decis.*44. *n.*8.*&* 13.

Dum ferè omnes in genere concludunt, quod duo iugera terrarum Occimiani plus regulariter valeant, quam tria Salæ; omisso quod non
7. concludunt per hoc requisitam læsionem vltra dimidiam, tanquam deponentes generaliter ad rem non faciunt, Buratt. *decis.*538. *num.*4. Post. *de subhast. d. inspect.*60. *num.*44. Vltra quod non subiungunt, quod communiter duo modia terrarum Salæ cum duobus Occimiani in permutationem, contractum, aut æstimationem deduci consueuerint; quemadmodum ad proban-
8. dam læsionem præcisè requirunt, Buratt. *d.decis.*538.*num.*11. Rot. apud Mangil. *de subhast.d.decis.*38.*n.*5. Post. *de subhast.d.inspect.*60. *n.*34.

Minus difficultatis secum afferebat altera nullitas permutationis, ex eo desumpta, quia
9. in ipsa subhastatio non interuenerat; cum tamen videretur necessaria, ex quo de alienatione immobilium pupilli, & minoris agebatur, Gratian. *decis.*134. *num.*2. *& seq.* Thomat. *decis. Macerat.*81. *num.*5. Ioan. Ant. *ab Eccles. obseruat.*129. *num.*20. Rol. *cons.*99. *num.*17. *lib.*1. Hæc enim solemnitas ab aula recessit, & de consuetudine
10. aliter seruatur; nimirum vt distractiones stabilium pupillorum absque vlla subhastatione fieri validè consueuerint, Gratian. *discept.*861. *n.*19. Fontanell. *decis.*520. *n.*6. Thomas. *de Tutor. & Curator. tit.*19. *n.*231. *fol.*280. & latius comprobauimus *Obseruat.*...

Informantes tamen, & insistentes pro inualiditate permutationis proprietatum istarum pupilli superius replicatis non acquiescebant, freti contraria consuetudine, quam in hac Patria Casalensi vigere præsupponebant, adhi-
11. bendi scilicet subhastationes in qualibet distractione immobilium pupilli; qua stante ambigendum non videbatur, quin permutatio nulla omnino præexisteret, ad tradita per Thomas. *de Tut. & Curat. tit.*19. *n.*231. *in fin. fol.*280.

SVMMARIVM.

1 *Surd.* cons. 127. sub n.54. *reprobatur.*
2 *Dux Montisferrati in suo dominio Superiorem non recognoscit. Ideò ius prohibendi constructionem Molendinorum habet, n.*3. *Saltem de consuetudine, n.*4.
5 *Princeps Supremus inuestiendo aliquem de Castro cum translatione quarumcumque actionum in inuestitum, Ius quoque construendi Molendina, & cogendi subditos ad accedendum ad propria transtulisse dicitur, & n.*25. *& n.*50.
6 *Molendinum super flumine priuato ædificare cuique licet, & num.* 8. *Super flumine publico construere nemini licet sine licentia Principis, num.*7. *Declara, vt num.*9. *Fiscale possidens ius etiam prohibendi aliorum constructionem consequitur, num.*11. *Illicitè constructum destruitur, n.*27.
10 *Auiamento in concessione Molendini in inuestitum translato, Ius quoque prohibendi constructionem aliorum translatum censetur.*
12 *Molendina particularium in concessione Castri non veniunt.*
13 *Inuestitura cum Molendinis concessa etiam de Iure prohibendi intelligitur, contrarium qui teneant, n.*14. *sed prima opinio verior, n.*15. *& declarantur contrarium asserentes, n.*16. *de qua constat attenditur, n.*22.
17 *Clausula*, saluo iure cuiuscumque tertij, *intelligitur de alio iure, quàm de expressè concesso. Non suspendit effectum concessionis, nisi prius constito de Iure tertij, n.*18. *Conseruat ius, quod quis habet, non autem nouum tribuit, num.*19. *Amplia, vt num.*20. *& num.*51. *Posita in executiuis nihil operatur, num.*21. *Non se astringens præseruat alias exceptiones, n.*75.
23 *Iuris prohibendi facultas ex post concessa retrotrahitur.*
24 *Retrotractio, vt intret, sufficit de existentia extremi, ad quod potentialiter in præiudicium Iuris tertio quæsiti non fit, n.*28.
26 *Promissio non prohibendi non est prohibitionis inhibitio.*
29 *Producens scripturam contenta in ea approbare censetur.*
30 *Viuere quis an præsumatur vsque ad centum annos.*
31 *Mors patris tunc secuta præsumitur, quando filia datur Tutrix.*
32 *Testium dicta quantum fieri potest coadiuuanda. Numerusque supplet illorum exceptiones, n.*33. *& n.*36. *Adminiculantur ex aliis iuribus, n.*52. *Prima depositio attenditur, num.*92.
34 *Paupertas, & vilitas non minuunt fidem testis. Contra, n.*35. *ab allegante sunt probanda, n.*38. *& n.*40.
37 *Pauper dicitur qui non habet in bonis aureos quinquaginta.*
39 *Vilis, & pauper, num in testem admittatur.*
41 *Subditi in testes adhibentur. Non sunt integræ fidei secundùm aliquos, n.*42.
43 *Testes de auditu in antiquis probant; cum adminiculis probant, n.*44. *Amplia, vt n.*45. *Deponentes in facto proprio magis probant, n.*53. *Deponentes extra capitula non probant, n.*96.
46 *Testis ex sua depositione commodum sentiens non probat, deponens contra se ipsum fortius probat, n.*54. *Contra producentem plenè probat, n.*91.
47 *Ratio semel reddita ampliùs non est reddenda. Reddita ex quibus præsumatur, n.*48.
49 *Tutrix tenetur ad præstationes, quas pater pupillæ respondere consueuerat.*
55 *Instrumentum quoad tertios nihil probat nisi rem ita gestam, vt in eo enuntiatur. Quoad effectus iuris non nisi inter contrahentes attenditur, n.*56. *& n.*57. *De cuius effectuatione non constat non attenditur, n.*59.
58 *Veritati contrahentium assertio non præiudicat.*
60 *Scientia Domini de gestis per eius factorem, & Molendinarium præsumitur. Quinimò, & mandatum, n.*62.
63 *Declaratio venditionis iudicialiter emissa instrumento præualet, etiam ad præiudicium emptoris, n.*64. *Fallit, vt n.*65. *& n.*66. *Quoad tertium instrumento præualet, n.*67.
68 *Allodialis, & libera in dubio vnaquaque res præsumitur. Fallit, vt n.*69. *& n.*70.
71 *Tituli inualidi productio melioris tituli præsumptionē excludit. Fallit, vt n.*92. *& n.*93.
74 *Cautela abundans non nocet.*
76 *Præstatio decennalis non valet in futurum*

 obligatio

obligationem inducere. Declara vt, n.77.

78 *Successor singularis ad id tenetur, quod eius auctor ratione rei praestabat, vt n.79.*

80 *Actio pro annua praestatione est personalis, & contra tertium non datur. Declara, vt n.81. & 85. Realis datur pro annua praestatione ex contractu perpetua, num.82. Et, quando consistit in quota, & non in quantitate, num.83.*

84 *Actionem realem inducit Ius tenendi clauem super aliqua proprietate.*

86 *Senatus iudicat sola facti veritate inspecta; Ideoque ineptitudinem actionis non attendit, n.87.*

88 *Clauium rei retentio ab vno non tollit, quin res sit communis, nec tollit quin alter quoque claues habere debeat, n.89.*

90 *Testes plures paucioribus praeferuntur. Qui poterat inducere, & non induxit suspectus euadit, num.93. Deponentes pro reo praeferuntur testibus actoris, num.94. & n.104. Aduersus confessionem principalis non admittuntur, n.102. & admissi non probant, num.103.*

95 *Arbores riparum fluminis publici priuatorum sunt.*

97 *Flumen publicum ex mensuratione vsque ad dimidiam cum agris longo tempore à priuatis praescribitur. Etiam non nauigabile est publicum, num.98. Perenne dicitur etiam quod, quandoque arescat, n.99.*

100 *Torrens inter flumina publica connumeratur.*

101 *Riuus à flumine publico in magnitudine tantùm, non autem in substantia differt.*

105 *Iudicandum in dubio est pro reo.*

Observatio XCVII.

INeptissimam conclusionem, vt defenderet Surdus, nimirum, quod inuestitus à Marchione olim, nunc Duce Montisferrati cum Molendinis, nec ius prohibendi constitutionem Molendinorum, nec cogendi subditos ad accedendum ad Molendina Principis nancisceretur, perperam professus
1. fuit Duces Montisferrati Superiorem recognoscere, Surd, inquam, *cons.127. sub num.54. versic. nec aduersatur.*

Cuius assertionis euidens ineptitudo, quodque Duces Montisferrati non recognoscant Superiorem, deducebatur ex traditis per Ias. *cons.* 2. *235. num.3. in fin.* & *num.4. lib.2.* Natt. sibi contrarium *cons.367. num.8.* & *cons.487. num.9.* & *cons.608. num.2. & sequent.* & *cons.661. num.18.* Bec. *cons.56. num.61.* Rolan. *cons.29. num.30. lib.1.* & *cons.76. num.2. lib.2.* Ioan. Ant. Bellon. *cons.5. num.12. & 13.* & *cons.14. num.12. & seqq.* Paris. *cons.17. num.4. lib.1.* Surd. sibi contrarium *cons.390. num.24. & seq.* & *cons.419. num.15. in fin.* & *num.16. decis.1. num.1.* Menoch. *cons.1. num.159.* Roland. *de lucr. dot. q.3. in fin.* super quo tanquam indubitato vlterius non immoror.

Eo autem ipso, quod Duces Montisferrati
3. in suis Ducatibus Superiorem non recognoscunt; exinde sequitur, vt inter fines Ducatus absolutissimam prohibendi constructionem Molendinorum facultatem habeant; vt praecisè in eisdem Ducibus Montisferrati animaduertunt, ipsemet Surd. *cons.390. num.26.* Cyriac. *controu.462. num.25.* vbi quod Ducalis Camera vendat Molendina cum facultate prohibendi constructionem Molendinorum in finibus eiusdem loci, in quibus reperiuntur fiscalia, & generaliter eandem conclusionem amplectuntur deducti per Surd. & Cyriac. locis mox indicatis, inter quos Rim. Iun. *cons.570. num.3.* Bim. *cons.207. per totum,* Thesaur. *decis.16. sub num.5.* Giouag. *cons.29. num.18. lib.2.* Rosental. *de feud. cap.5. concl.26. num.1.*

Omnique in casu, quatenus praecedens conclusio de rigore Iuris, non ita de plano procederet, saltem de consuetudine vtrumque ius 4.
prohibendi Molendina, & cogendi subditos accedendi ad propria Principis indubitanter competere, Laderch. *cons.71. sub num.9. versic. secus tamen,* Thesaur. *quaest. forens.22. sub num.1. vers. suus, lib.1.* Bim. *dicto cons.207. n.5.*

Iacto hoc fundamento existentiae, nimirum penes Principem Supremum vtriusque Iuris praedicti tam prohibendi aedificationem Molendini, quàm accessum ad quaecunque alia; Dum Serenissimus abdicando à se omnia iura in Feudatarium amplissimè transtulit, vtique 5.
non ambigitur, quin Feudatarius Pomarij in locum Principis plenariè subrogatus dicatur, maximè ad effectum, vt Vassallis, seu obnoxiis Moledio Pomarij constructionem Molendini, & recessum à propriis Feudataris prohibere valeat, Laderch. *dicto cons.71. num.9.* Rim. Iun. *dicto cons.370. num.2.* Bim. *dicto cons.207. num.13. & seqq.* Thesaur. *quaest. forens.22. num.3. lib.1.* Surd. *cons.127. num.2. & seq.* & *cons.390. num.15. & seq.* Gratian. *discept.564. sub num.47. vers. dummodò,* à Pont. *de potest. Proreg. de Mercat.* seu *Nundin. sub num.3. versic. quia Rex, seu Princeps,* & in puncto ita iudicauit Ducalis Magistratus Mantuae in causa Serenissimi Magni Ducis Aetruriae causa Molendini super riuo Parcarelli constructi.

Nec quicquam facit, seu non applicatur, quod Flumen Granae, super quo existit Molendinum 6.
controuersum, reputetur priuatum, ac consequenter nil prohibeat, quominus super eodem noua Molendina construere cuique liceat, Alex. *cons.203. sub n.1. lib.6.* Caren. *resol.8. sub n.6. vers. & vlteriùs,* ibique Bot. *n.10.* siquidem omisso non liquere Granam esse flumen priuatum, cum inter publica recenseatur à Bald. *cons.329. lib.2.* & Schenard. *cons.74. n.19.* atque à pluribus testibus in hac causa examinatis, quorum dicta depositionibus testium ex aduerso per actorem examinatorum praeponderant.

Animaduertendum se se offert praesentem controuersiam non versari circa praedictam conclusionem distinguentem inter priuatum flumen, & publicum; cum iuris indubitatissimi sit nemini sine licētia Principis in flumine publico Molendina construere licere, rationibus copiosè 7.
adductis per Bardellon. *cons.91. n.7.* Rosental. *de feud. c.5. concl.28. n.5. & seq.* Giouagn. *cons.9. n.105. lib.1.* Quemadmodum quoque Iuris indubitati praeexistit, vt cuique in priuato Molendina con- 8.
struere permittatur, Rolan. *cons.97. num.7. lib.3.* Curt. Sen. *cons.33. n.3.* Alex. *cons.203. num.1. lib.6.* Rosental. *de feud. cap.5. conclus.28. n.1. & in Glos. A.* Cyriac. *controu.462. n.2.*

Sed abstrahendo à quolibet genere fluminis siuè priuati, siue publici quæstionem formant, an Principi Supremo liceat constructionem Molendinorum, & accessum ad alia in vniuerso suo districtu generaliter prohibere, eademque facultas in amplissimè ex titulo oneroso inuestitum transeat; supposita autem eiusdem Principis independentia à Superiore pro absoluto habent eidem
9. competere facultatem omnimodam prohibendi alia construi Molendina, & Vassallis accedendi ad alia præterquam ad Molendina ipsius inuestientis, aut inuestiti, vt præter adductos comprobant, Bertrand. *cons.3. num.6. lib.2.part.2.* & *consil.367. sub num.4. versic. sed respondeo, lib.4.* latè Guido Pap. ibique addentes *decis.298. num.2. vers. nisi Ius.*

Ex pluribus etiam in facti specie omnis remouebatur difficultas: Tùm primo, quia Serenissimus Dux in Excellentissimos Principes Bozuli auiamentum, frequentiam, & vsum machinandi, quo obstringebantur homines Pomarij, & aliorum locorum in Molendinis in contractum de-
10. ductis præcisè transtulit, quo casu etiam Ius vtriusque prohibitionis translatum censetur, Cæphal. *consil.328. num. 20. & seq.* Gratian. *discept. forens.547. num. 17. & 18.* & post ipsos Laurent. Vrsell. *conclus.171. num. 2. & 3.* Tùm quia versamur in Molendinis Fiscalibus, & à Camera Ducali prouenientibus, quæ ex natura rei secum af-
11. ferunt non solùm Ius prohibendi constructionem aliorum Molendinorum; sed etiam subditis accedendi ad eademmet molendina necessitatem inducunt, Rim. iun. *dicto consil.370. num.4.* Thesaur. *decis.16. sub num.13.* Cyriac. *controu.462. numer.26.* Tùm demùm, quia Excellentissimi Principes Bozuli in acquisitione Pomarij non nisi Ius consequendi Molituram nacti sunt, Molendina
12. autem remanserunt in dominio eorum Dominorum, vt simplex lectura ipsius Instrumenti ad oculum demonstrat, dum ab ipso alienante non prouenerunt, Melius V. Præses Senatus Montis-
13. ferrati *allegat. 54. num.36. lib.2.* Hinc ergo inuestitura de Molendinis concessa, non nisi de ipso iure prohibendi ædificationem aliorum Molendinorum, & cogendi Vassallos ad ibi molendum intelligi potest, Tasson. *consil. 161. lib.2.* Guido Pap. *decis. 298. sub num. 2. versic. præmissa vera,*
14. latè Bim. *cons.33. sub num.12. vers. quod verò,* quidquid in oppositum tentare audeant, Natt. *cons.106.* & *cons.107.* & *consil.227. num.4.* Rolan. *consil.22. num.27. & 28. lib.2.* & *consil.97. num.7. lib.3.* cum adductis per Thesaur. *decis.16. num.9. versic. contrarium,* Franc. *decis. 580.* Osasc. *decis.17. num.8. & seq.* Surd. *consil.127. num.53. & seq.* & *cons.321. num.20. & 21.* Bardellon. *consil.143. num.14.* contra
15. istos namque tutior, ac magis recepta opinio resistit, ex Riminald. Iun. *cons.66. sub num.36. versic. ad quartum grauamen,* & *consil.360. num.2.* & *consil.498. num.3. & seq.* Rim. sen. *cons.181. num.9. & per totum,* Laderch. qui de communi testatur, *consil. 71. sub num.5. vers. primaria est,* Cæphal. *consil.328. num. 20. & seqq.* vbi quod nihil rependeretur habere Molendina sine concursu molentium, Gratian. *discept.89. num.17.* Giouagn. *consil.29. numer.17. & 18. lib.2.* Cyriac. *dicta controuers.462. num.27.* Rota *in Tiburtina viris molendi 26. Nouembris 1626. coram R. P. D. Remboldo,* quam refert, & sequitur Vrsil. *conclus.166. sub numer.25. vers. & sic,* & *decis.616. part.5.* & *decis.308. part.4. tom. 2. recent.* vbi pro indubitato renun-tiant Principem non recognoscentem Superiorem, & inuestitum ab eo facultatem habere prohibendi constructionem Molendinorum, & cogendi Vassallos molere ad propria ipsius Feudatarij Molendina, ob quam rationem declinantur plures ex auctoritatibus in contrarium deductis, 16.
ex quo eorum intentionem fundant in eo, quod Marchiones Montisferrati in suo Dominio Superiorem recognoscant, nimirùm, Natt. *dicto cons.106.* & *cons.107.* Surd. *dicto cons.127. num.53. & seq.* quorum tamen opinio ex superius dictis omninò falsa conuincitur, atque stomachationem commouet; cæteri verò non loquuntur in Principe Supremo, sed in vniuersitatibus, ideóque ad rem non faciunt, Gratian. *discept. 564. num.44. & seq.* vbi præsupposita in concedente Castrum, cum Molendinis impotentia prohibendi, nec inuestitum prohibere posse infert, qui non est casus noster, dum versamur in Principe Supremo Superiorem non recognoscente, & qui omnimodè prohibendi facultatem habet. Præsupposito igitur pro iure irrefragabili, quemadmodum in rei veritate res ita se habet, quod Serenissimi Duces Montisferrati Superiorem nullatenus recognoscant, inane prorsus iura prohibendi quoad ipsos, & in eorum locum suffectos in dubium reuocare redditur.

Nec obstat clausula, *saluis iuribus quibuscumque tertij,* repetita in Inuestituris, tùm quia intel- 17.
ligitur de alio iure, quàm prohibendi in Inuestitura expresè per subrogationem omnimodam in Ius Principis concessa, Paris. *consil. 16. num.30.* & *consil.70. num.12. lib.1.* Menoch. *cons.2. num.57. in fin.* & *cons.378. num.43.* Calc. *decis.66. num.6. & 7.* Versall. *decis.284. lib.1.* Fulg. *de emphyt. tit. de var. caducit. quæst.12. num. 32. in fin.* Rot. apud Post. *de subhast. decis.230. num.14.* Mart. *cons.7. num.80.* & *cons.62. num.19.* dixi *allegat.67. sub num.53. lib.2.* Raudens. *consil.10. num.368. & 369. lib. 1.* Socin. Iun. *consil. 126. num. 37. & seq. lib.3.* Marcabrun. de Anguill. *consil.99. num.41.* Peregrin. *consil. 19. num.21. lib.1.* Giouagn. *consil.8. num.156. & seq.* & *cons.9. num.89.* & *cons. 10. num. 6. lib.1.* Beltram. ad Ludouis. *decis.332. num.7.* Merlin. *decis.253. numer.21.* & *decis.747. num.29.* Gratian. *discept.458. num.7. & seq.* & *discept.992. num. 8.* Buratt. *decis.541. num.2.* Rota *in Romana Fundaci 4. Martij 1654. §. nihilque refragatur, coram R.P.D. Mel-*
lio : Tùm quia clausula huiusmodi non suspendit 18.
effectum concessionis, sed illum resolueret, si Pomarienses in hanc dementiam incidissent, seu cum effectu probassent, quod sibi ipsis per Supremum Principem vndecim Molendina in loco Pomarij habentem, constructio noua Molendinorum prohiberi, eosque ad propria Principis cogere non posset, Honded. *consil.86. num.44. lib.2.* dixi *dicta allegat. 67. sub num.35. lib.2.* Giouagn. *dicto cons.8. num.157. & 158. lib.1.* Rot. *decis. 513. sub numer.3. part.1. recent.* & apud Post. *de subhast. decis.204. num.17.* & *decis.230. num.14.* Beltram. ad Ludouis. *dicta decis.332. sub num.6. §. & in his, versic. quod*
tamen : Tùm quia eadem clausula illæsum Ius 19.
quod quis habet, tuetur, non autem nouum tribuit, Crauet. *cons.70. num.5. in fin. & 6.* Alexand. *cons.195. num.9. versic. nec obstat, lib.6.* Giouagn. *dicto consil.8. num.158. lib.1.* Menoch. *consil.2. nu-*
mero 57. Tùm demum quia prædicta clausula 20.
quoad iura Principis, sic vt supra interpretanda venit, Gramm. *decis.66. n.7.* A Pont. *cons.15. n.6. in fin. & num. 7.* & *consil. 55. num. 56. & seq. lib.1.* Menoch.

Menoch. *dicto consil.2. num.57. & 58.* vbi insuper animaduertunt clausulam istam, vti positam in
21. executiuis, nec fauore tertij, nec Principis quidquam operari, Giouagn. *dict.cons.8. num.156.lib.1.* Altograd. *cons.71. num.39. & 40.lib.2.* Implicabat autem quod Communitas Ius aliquod haberet ne Molendina construere prohiberetur, & ad Fiscalia Serenissimi Ducis accedere arctaretur.

Supremo Principi Superiorem non recognoscenti non tam de iure, seu ex consuetudine, & plenissimè ab eodem inuestito Ius prohibendi constructionem Molendinorum; sed peculiari-
22. ter Marchioni Pomarij ex inuestitura anni 1652. competit; quæ, dum de alia non constat, in actis omninò attendi debet, Schrader. *de feud. part.6. num.5.* Rot. *decis.555. num.11. part.2. recent.* Neuiz. *consil.11. num.2.* Thesaur. *decis.227. num.13. in fin.* Surd. *cons.423. num.1.* Mart. *cons.154. num.29.* Altograd. *cons.6. num.37. lib. 2.* vbi quod posterior inuestitura non præsumatur vnquam diuersa à præcedenti, nisi ex aduerso contrarium concludenter probetur.

Præterquam quod dicta expressio Iuris prohibendi plus in effectu non continet, quàm D. Marchioni tanquam subrogato in locum Supremi Principis competeret, vt latiùs demonstrauimus *suprà §. eo autem ipso*, & §. *iacto hoc fundamento;*
23. Vndè cum ab initio acquisitionis Feudi prohibitio tacitè originem duxerit; consequens ideò fit, vt superueniens expressa retrotrahatur, Bart. *in l. necessariò, 8. §. si pendente, ff. de peric. & comm. rei vendit.* Gabr. *consil.109. num.12. lib.2.* Cost. *de retract. c.7. n.2. & 3.*

Maximè quia ad effectum retrotractionis non
24. requiritur, vt extremum ad quod concurrat actualiter, sed sufficit, quod potentialiter, vt consuluerunt Bero. *cons.46. num. 34. lib.1.* Giouagn. *consil.35. num.15. lib.1.* Minsinger. *consil. 19. num.48.* Cost. *de retrotract. cap.2. sub num.2. vers. & Bero.* Rot. apud Merlin. *de pignor. decis. 124. num.22. & 24.* Duran. *decis.265. n.40.*

At quod Serenissimus in Marchionem facul-
25. tatem prohibendi tacitè ab initio translatam expressè etiam conferre potuisset, nemo certè est, qui in controuersiam reuocare auderet, Laderch. *cons.71. num. 5. vers. & sicuti nemo dixerit Serenissimum Ducem, cum adductis supra*, ita vt Dominus Comes Natta agnoscendo bonam fidem, Instrumentum acquisitionis Comitissæ de Vialardis de Molendino in hac causa produxerit, ex qua quidem productione tria ineuitabiliter resultant; primò quod in rei veritate Serenissimis Principibus Montisferrati, quemadmodum & cæteris Superiorem non recognoscentibus, Ius prohibendi etiam ea, quæ sunt de iure gentium, veluti in priuatis aquæductibus fabricare Molendina, & alia, præterquam ad propria Principis accessum indifferenter competit. Deindè quod promissio inita in eodem Instrumento subsecutas
26. abindè prohibitiones in nihilo prorsus afficiat; rationibus cumulatissimè ad satietatem vsque examinatis per Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.5. à num.1. & per totam*, Cenc. *de cens. quæst.103. sub num.13. versic. nec promissio*, & *post tract. decis.362. num.4.* Leoncil. *decis. Ferrar.29. à num.1. ad 6.* Rot. *decis.23. num.7. part. 5.* & *decis.58. numer.3. part.6. recent.* Andreol. *controuers. 112. n.2. 12. & seq.* vbi *num.15.* limitat fauore dotis, cum adductis per nos *allegat.99. num.3. lib. 2.* Postremò, quod D. Comes Natta non valeat modo prædictam facultatem in Serenissimo Duce, ac D. Marchione ab eo circa prohibitionem præcisè causam habente impugnare, cum producens scriptu- 27.
ram in ea quælibet contenta approbare censeatur, *cap. cum venerabilis*, vbi Canonistæ, *extr. de except.* Burat. *decis.622. num. 3.* Thomat. *decis. Macerat.59. num.31. & seq.* & *decis. 99. num. 32. & 44.* Rot. apud Post. *de manuten. decis. 625. n.5.* Leoncill. *decis.177. n.3.* vbi ampliant etiam quoad enuntiatiuè expressa.

Nec obstaret, seu applicaretur obiectum, quod 28.
retrotractio fieri in præiudicium Iuris tertio quæsiti nequeat, Cost. *de retrotract. cas.2. cap.8. n.11.* Surd. *decis.306. num.2.* Duran. *dicta decis.265. numer.42.* Si quidem respectu D. Comitis Nattæ, qui de anno 1656. Molendinum emit, nullum certè ius ei quæsitum dicebatur de tempore concessionis anni 1652. cum facultate prohibendi, nec tempore erectionis Molendini desideratæ ex præcitato Instrumento Comitissæ Vialardæ de anno 1606. stipulato, ac in præsenti Causa producto. Quæsitum verò ius eius auctori Com. Surd. radicatum quoque onus soluendi tertiam 29.
assumptum à Caualcabobo causa remouendi prohibitionem Molendinum in finibus Pomarij construeret, quod sanè onus soluendi tertiam, vel emptor æquo animo sustinere obstringitur, vel pati, quod Molendinum destruatur, Castren. relegendus *cons.247. per totum, lib.2.* Cyriac. *controuers.462. n.35.*

Tredecim testes computatis tribus per fidem solemniter iuratam deponentibus, tria concludenter probant; continuatam nimirùm ab erectione Molendini responsionem tertiæ; Rodericum de Caualcabobus circa annum 1638. decessisse, & constructionem Molendini per plures annos ante pestem, obsidiones Casalis, & inuasiones successisse, ita vt Rodericus per viginti annos ab ædificatione ipsius Molendini semper præstando tertiam superuixerit; omisso enim an quis vsque ad centum annos viuere præsumatur, qua 30.
de re tractant, Gratian. *discept. forens. 78. num.3. & 4.* Thomas. *de tutor. & curator. tit.19. sub numer.3009. limit.260. prope finem*, Melchior Lotier. *de re benefic. lib. 2. quæst.14. num. 43. & 44.* satis dicitur probata mors Roderici de anno 1638. quo illius vxor communis filiæ tutelam suscepit, 31.
vt benè in relatione facti animaduertitur; Vndè qui prætendit antea decessisse probare obstringitur, Menoch. *de adipiscen. remed.4. à num.661. vsque 676.* & *de præsumpt. 83. num.6. lib.2.* Contra quos allatæ exceptiones tanquam nimis generales nequaquam attendendæ videbantur, maximè cum testium dicta quantum fieri potest sustinenda veniant, Bald. *in l. de quibus 31. col. vltim. ff. de leg.* Alexand. *consil.185. num.4. & 5. lib.7.* Careu. *resolut. 176. num.6.* Rot. *decis. 167. num. 52. part.1. recent.* & coram Ludouis. *decis.351. num.37.* & coram Buratt. *decis.922. num.9.* & coram Merlin. *decis.692. num. 58.* & apud Merlin. *de pignor. & hypothec. decis.32. num. 12.* & apud Pasqualig. *decis.3. num.30. quæst.393. fol.201. cent.3.* Ioann. Baptist. Antonell. *cons.54. n.12.* 32.

Vltra quod vbi etiam aliqui ex eis obiectas paterentur exceptiones, per quas de illorum fide diminueretur, vtique numerus illorum cum sint vltra tres quoscumque defectus suppleret, Alexand. 33.
cons.149. num.6. lib.5. & *cons.237. sub num.2. vers. si autem, lib. 6.* Corn. *cons.47. sub numer.7. vers. adeò quod pluralitas, lib.3.* & *consil. 17. numer.42. lib.1.*

lib.1. Ludouis. *decis.*340. *sub num.*7. & *decis.*351. *num.*5. Pen. *decis.* 87. *numer.*29. Buratt. *decis.*143. *num.*12. & *decis.*192. *num.* 4. & *decis.*691. *sub numer.*5.& *decis.*901. *num.*16. & 17. & *decis.*572. *numer.*11. Leoncil. *decis. Ferrar.* 147. *num.* 5. Ioann. Anton. *ab Eccles.obseruat.* 95. *num.*5. *& seq.* Rot. *decis.*136. *num.*8. *part.*5. & *decis.*69. *num.*57.& *decis.*181. *num.*30.& *decis.*312. *num.*17. *part.*7. *recent.* & coram Merlin. *de pignor. & hypotech. decis.*90. *num.*12. & *dicta decis.* 3. *sub num.*30. *vers. reliqui verò*, apud Pasqual. *cent.*3. *q.*393. *fol.*201. per Gloss. *in l.*3. *C.de testibus.*

34. Eoque magis, quia exceptiones testibus, corúmve dictis oppositæ futiles admodum ineptæ, ac nullius roboris præexistebant. Rusticus namque vilis, & pauper testis, vel omninò integer reputatur, *cap. si quis testium*, vbi Bald. *num.* 5. *de testib.* Gabr. *dict. tit.conclus.*18. *num.*1. *&* 4. Alexand. *cons.*65. *num.*1. *lib.*1.Crauet.*cons.*799.*num.*9. Socin.Iun. *consil.*189. *num.*35. *& seq. lib.*2. Gram. *consil.*50. *num.*12. Honded. *cons.*77. *num.* 41. *lib.*1. cum adductis per Leoncill. *de priuileg. pauper. part.*2, *tit.*4. *priuileg.*344. *num.* 20. Rot. coram Merlin.*decis.*635.*num.*9. & *decis.*503. *num.*2.*part.*4. *recent.* Rot.*in Anconitana dotis* 31. *Ianuarij* 1648. §.*minus nona*,*coram R.P.D.Arguelles*,& *in Romana pecuniaria* 26. *Ianuarij* 1654. §. *sed verè*, *coram R. P.D. Bichio*, vbi aliæ decisiones cumulantur; Ioan.Anton.*ab Eccles.obseruat.*98. *num.*13. *& seq.* Cyriac. *controu.*407. *num.*137.

35. Vel vbi in aliquo propter dictas qualitates testibus de fide adimeretur, Buratt. *decis.* 359. *n.*14. *&* 15.& *decis.*599. *num.* 7. vbi tamen de eo, qui nihil in bonis habebat, Rot. apud Post. *decis.*166. *num.*43. vbi de mendico, & qui obiit in Hospitali pauperum, & *in Meleuitana mercium* 22. *Maij* 1647. §.*secundus*, *coram R. P. D. Arguelles*, vbi de paupere vili, & abiecto,adhuc præcedens conclusio subintraret, quod nimirùm huiusmodi de-
36. fectus ex numero supplentur, Gabr.*de testib. dicta conclus.* 18. *num.* 11. Gram.*dicto cons.*50. *numer.*13. Farinac. *de testib. quæst.*57. *num.*95. *&* 96. Rot. *in dicta Anconitana dotis* 31. *Ianu.* 1648. §.*minus nona*, *coram R.P.D. Arguelles*, Thomat. *decis. Macerat.*26. *num.*14. Buratt. *decis.*725. *num.* 12. *&* 13. Cæterum prædicta prætermitti poterant;dum de prætensa paupertate edoctùm non apparet, cum imò testes in causa examinati pro maiori parte in bonis habeant; quo casu exceptio paupertatis
37. non militat; ita demùm namque quis pauper dicitur, qui non habet in bonis quinquaginta aureos, *l. nonnulli*,10. *ff. de accusat.* Natt. *cons.*666. *num.*3. Ruin. *cons.* 139. *num.* 6. *lib.* 4. Bursat. *consil.*216. *num.*92. Menoch. *de arbitr. cas.*65. *num.*3. Leoncill. *de priuileg. pauper. part.*1.*quæst.*3.*num.*1. Quod cùm per D. Comitem Nattam probatum non appareat: Ideò nec allegari merebatur, quia
38. se fundans in paupertate alicuius, eam concludenter probare obstringitur, Gloss. & Doctores *in l.si verò*,5. §. *qui pro rei*, *ff. qui satisd. cog.* Cyriac.*controuers.*5. *num.*39. Mart, Medic. *decis. Senen.* 80. *num.*29. Sperell. *decis.*138. *num.*59. & *decis.* 155. *num.* 15. Quæ tamen exclusa ex ipsis testibus omninò remanet, nam præter vnum cæteri vltra quinquaginta aureos possident.

39. Esto igitur quod vilis iuncta paupertate in testem non admittatur, Farinac. *dicta quæst.* 57. *numer.*46. *&* 71. Rot.*decis.*290.*num.*2. *part.*6.*recent.* Giouagn. *cons.*43. *num.*27. *lib.*1. Iustum enim ni-
40. hil facit, dum suppositum vilitatis cum paupertate non ostenditur; Gloss.*in l.mancipia*,5.*in verbo aduocandum*, *Cod.de seru. fugit.* Surd. *decis.*39. *num.*1. Cyriac. *controu.* 180. *num.* 20. Buratt. *decis.*52. *numero quarto*, Leoncill. *decis. Ferrar.* 71. *num.*10.

Altera sanè exceptio, quod aliqui ex testibus Iurisdictioni D. Marchionis subiicerentur; ideóque à testificando repellerentur, omitti poterat, 41.
cum sit natare contra torrentem communissimæ opinionis, de qua Farinac. post alios, *quæst.*55. *ex num.*203. Larath. *de feud. part.*10. *dilucid.* 51. *numer.* 41. cui quidem opinioni licet in totum acquiescere non videantur, Bertazol. *consil.* 1. *numer.* 133. *& seq.* Bim. *cons.*252. *num.*9. *&* 10.Surd. *cons.*151. *num.* 78. ne tamen à priori recedamus sententia,nos docent tradita in proposito alterius Marchionis Gonzagiaci per Rauden. *consil.* 10. *num.* 232. *vsque ad num.*238. *lib.* 1. Alexand. *consil.*88. *num.*16. *lib.*5. Afflict. *decis.*304. *num.*14.*versic. Subditi*, & ibi notat Vrsill.Rot. *decis.*105.*numer.*6. *part.*5. *recent.*cum præcipuè non desint inter examinatos, non subditi, qui etiam in hoc subditorum exceptiones sufficienter expurgarent.
Quippè quoniam Doctores pro contraria addu- 42.
cti insistunt tantummodò in eo, quod subditi integræ fidei non reputentur, vt etiam animaduertunt, Farinac. *dicta quæst.*55. *num.*212. Cyriac. *controuers.*546 *num.*111. dixi *allegat.* 54. *numer.* 33. *lib.* 2. Verùm hæc opinio in Vasallis forsan sustineretur, vel quando versamur in causa Matrimoniali, Rot. *decis.*164. *num.* 28. *parte quinta*, *recent.*

Exceptio quoque excitata contra aliquos ex testibus vti deponentes de auditu magni facienda non videbatur. Tum quia testes de auditu in fa-
cto plurium annorum optimè probant, Farinac. 43.
*quæst.*69. *num.*46. *&* 47. & in proposito, Cyriac. *controuers.*462. *num.*34. Sperell. *decis.* 174.*num.*35.
Tum quia testes de auditu concurrentibus admi- 44.
niculis, seu depositione aliorum testium plenam probationem præstant, Farinac. *de testibus*, *dicta quæst.*69.*num.*44. *&* 45.Cyriac. *dicta controu.*462. *num.* 34. & prius *controuers.*371. *num.*11.Giouagn. *consil.*6. *num.*75. *lib.*1. Ludouis. *decis.* 248. *num.*5. *&* 6. Rot. *decis.*239. *num.*6.*part.*6. & *decis.*11. *numer.*8. *part.*7. *recent.* Buratt. *decis.* 566. *num.*20.
Tum denique quia testes duo, vel plures de au- 45.
ditu iunctis aliis deponentibus de visu, scientia, ac facto proprio plenissimam inducunt probationem, vt inferius dicam, & animaduertit Rot. coram Duran. *decis.*344.*num.*4.& *in Perusina Legati* 21. *Maij* 1655. §. *bona verò*, *coram R.P.D. Zarate.*

Sicuti nec resistunt exceptiones inuectæ contra Helenam Vxorem, seu relictam ipsius Roderici ex supposito, quod de se exonerando tractet,
& quia tertiam Molituræ, quam Marchionali 46.
Cameræ præstitit, eius filiis, vti indebitè solutam, restituere obstringeretur; testis verò ex sua depositione commodum sperans nil prorsus probat, *l. omnibus*, 9. *C. de testib.* Ludouis. *dec.*475. *numero nono*, Buratt. *decis.* 199. *num.* 11. & ibi Ferentill. *numero quinto*, dixi *allegat.* 21. *num.*52. *fol.* 389. *lib.* 1. Leoncill. *decis. Ferrar.* 77. *numero tertio*, Rot. *decis.* 165. *numero septimo*, *part.* 6. *recent.* Thomat. *decis.*78. *num.*12. Buratt. *dec.*323. *num.*18.

Cæterum nec minus istud obiectū in Iure, nec in facto subsistit, quippè quoniam longè ante eius depositionem tutelam dimiserat, rationes redditde

reddiderat, nec vlterius molestari poterat: Se-
47. mel namque reddita ratio cessantibus errore, dolo,& culpa amplius reddi non debet, *l.semel,C.de apoc. public. lib.*10. Gutierez *de tutel. part.*3.*cap.*1. *num.*114. *& seq.* cum infinitis apud Tomaf. *de tutor. tit.*34. *ex num.*138. Merlin. *decis.*586. *num.*13. Cyriac. *controuers.*411. *num.*30. & *controuers.*544. *num.*121. *& seq.* Eo autem ipso quod tam Helena Mater,& tutrix, quàm filia Matrimouio copulatæ fuerunt,nec filia, eiúsque maritus vnquam fecerit
48. aliquam querelam pro habenda hac rationum redditione, procul ab omni dubio præsumuntur integraliter satisfacti,Cyriac.*controuers.*261.*num.*4. *& seq.*& *controuers.*411.*num.*29. cum præcipuè te-
49. neretur tutrix cauere à lite tam ærumnosa, & in solutione præstationis continuare, quemadmodum Pater, & respectiuè maritus iure merito facere consueuerant, Rot. *decis.*776. *num.*3. *part.*2. *recent.* Simoncell.*de decret. lib.*2.*tit.*5.*sub num.*40. *vers. eàque est,* Monach. *decis.Bononien.*48.*num.*6. Cyriac.*controuers.*433.*num.*22. Burat.*decis.*49.*n.*20. ex quibus testes ab impuris exceptionibus præseruantur,ita vt in omnibus articulis intentio Cameræ Marchionalis inconcussa euadat.

Ponderando insuper, quod testes ex inferius subiiciendis plenissimam vbique præseferant probationem, præsupposito semper pro irrefragabili,
50. quod Serenissimi Duces Montisferrati Superiorem in suis Statibus non recognoscant. Ideóque absolutam facultatem habeant circa prohibitionem constructionis Molendinorum, & coactionem subditorum, vt ad hæc potius, quàm ad illa accedant Molendina,vt præter adductos supra seriosè examinat, Giouagn. *consil.*90. *num.*7. *lib.*1. Quoniam ab initio tacitè per clausulas generales, postea verò expressè reseruatis dumtaxat alto dominio, Superioritate, & cæteris ad Cameram Ducalem spectantibus,in Principes Bozzuli transtulit; siquidem circa istud ius prohibendi peculiariter expressum reseruationes prædictæ nihil
51. operantur, Socin. iun. *consil.*126.*num.*37. *& seq. lib.*3.Mart.*consil.*7.*num.*80. Gozadin. *consil.*26.*sub num.*46.*vers.quin,* cum Rauden.*consil.*10.*num.*368. *&* 369.Peregr.*consil.*19.*num.*21.*lib.*1. Giouagn.*dicto cons.*90.*num.*19.*lib.*1. cum adductis suprà,§.*nec obstat, vers. tum demum.*

Nam ex superius dictis iuncta acquisitione feudi cum onere Pomariensium accedendi ad Molendina cum inuestitura Molendinorum Iure pro-
52. hibendi, ac subrogatione omnimoda in locum supremi Principis,testium depositiones vsque adeò adminiculantur,vt indubitatissimam probationem pariant, *c.licet causam, versic. præmissis,de probat.* Ioan.Andr. *in c.auditis*, *n.*3.*de præscript.* Ludouis. *decis.*325.*num.*16.*&* 17. Rot.*decis.*41.*num.*17.*part.*5. & *decis.*322. *num.*14. *part.*6. & *decis.*246. *num.*19. *part.*7.*recent.* & coram Merlin.*decis.*70.*n.*13. Ioan. Baptista Antonell. *consil.*15.*n.*32. Rot.apud Zacch. *de Cam. oblig. decis.*183.*n.*11.

Insuper testium fides exuberanter augetur;quia
53. aliqui ex eis de tertia per ipsos præstita, aliqui de eadem pluries exacta testimonium perhibent, cúmque in facto proprio absque eorum interesse deponant, vtique superlatiuam probationem inducunt, Gratian. *discept. forens.*753.*num.*12. Mart. *decis.*60. *num.*10. Ludouis. *decis.*521. *num.*2. *& seq.* Burat. *decis.*360. *num.*1. Seraphin. *decis.*889.*num.*3. Rot. *decis.*391. *num.*10. *part.*1. & *decis.*113. *num.*11. *part.*5. & *decis.*246.*num.*25.*part.*6.& *decis.*256.*n.*11. *part.*7.*recent.* & apud Post. *de manutent.decis.*229. *num.*4.& coram Merlin.*decis.*714.*n.*19.& *dec.*754. *num.*13. & *decis.*835. *num.*11. & *decis.*867. *num.*3. Thomat.*decis.Macerat.*78.*num.*12.Leoncill.*decis. Ferrar.*65.*num.*15.*vers.quia tamen,* Rot. apud Post. *de subhast. decis.*219.*n.*30. *&* 31. & apud Zacch. *de Cam.obligat.*181.*n.*17.

Circa legalitatem testium, & veritatem depositionum plurimum confert, quod pro maiori ipsorum parte contra propriam vtilitatem, interesse,& commodum laborant.Dum sibi ipsis liber- 54.
tatem construendi Molendina in propriis eorum bonis,& aquis auferunt,& præcisam necessitatem accedendi ad Molendina Principis,seu ab eo causam habentis sibi imponunt; quo casu ita deponendo solum pro veritate deposuisse censentur; nemo enim deierabit, & falsum deponet ad damnum sui ipsius verosimiliter loquendo, *c.litteras, circa medium,de præsumpt.* Dec. *consil.*342. *sub n.*1. *vers. secunda ratione*, vbi de deponente contra Matrem,vel Patrem, Socin.iun. *consil.*61. *sub n.*19. *versic.quod etiam,* & *num.*20. *lib.*2. & in proximis terminis Osasc. *decis.*99. *num.*5. Ludouis. *decis.*351. *num.*15. Thomat. *decis. Macerat.*117. *num.*3. Rot. *decis.*154. *num.*8. *part.*7. *recent.* & in punctualibus terminis *decis.*291. & *num.*21. cum Farinac. ibi, *quia ipsi,& eorum maiores soluebant*, Post. *de manutent. obseruat.* 38. *num.*29. *&* 30. Continuata igitur solutio tertiæ vsque in præsens cum obligatione illam soluendi, manifestè ex præmissis detegitur.

Rei sic gestæ veritatem instrumentum quoad omnes extraneos omninò ab illius confectione 55.
in facto patefacit, Couar. *practic. quæst.cap.*20.*n.*9. Federic.de Sen. *consil.*199. *sub num.*3.*vers.sed dices,* Rot. apud Statil. Pacific.de Saluian. *decis.*107.*n.*1. & penes Zacch.*de Camer.oblig.dec.*1.*n.*1. Ludouis. *decis.*484. *n.*3. Ferentill.ad Burat.*decis.*119.*sub n.*12. Rot.*decis.*320.*num.*10.*part.*5.

Sed quoad effectus iuris, probationem, aut illius executionem nonnisi inter contrahentes 56.
attenditur, Bald. *in rubr. C. de fid. instrum.col.*4. *vers.sed dubitaui,*Gloss.*in* §.*non autem,verb.iniungatur, Authent. de Tabellion.* Surd. *decis.*10. *num.*2. & *decis.*209.*num.*12.Tanagl.*de S.R.Rom.Auditor. num.*59. *folio* 44. Viu. *decis.*342.*num.*1. Cyriac.*controuers.*289. *num.*18. & post alios bene explicat Rot. *dicta decis.*320.*num.*9. *part.*5.*recent.* quæ duplicatur,Merlin.*decis.*428. Caracciol.*de Cur.Prat. decis.*16. *num.*1.

Hinc propterea in facti specie ad probandam libertatem soluendi tertiam Molituræ Marchionali Cameræ Pomarij enuntiatam in instrumento acquisitionis Molendini initæ per D.Com. Præsidem Senatus Mantuæ à D.Com. Surdo administratorio nomine, eius filiorum instrumentum acquisitionis sufficiens non censetur, nisi aliunde probetur, Venditores prætensæ immunitatis in 57.
possessione,aut dominio, seu quasi extitisse, Gloss. & DD. *in l.cum res*, 12. *C.de probat.* Mantic. *decis.*198. *num.*2. Afflict. *decis.*40. *num.*1. Surd. *decis.*260. *num.*11. & faciunt latissimè tradita per Fulgin. *de emphyt.tit. de contract.emphyt.quæst.*26. *num.*3. *& seq.*

Maximè quia obligatio soluendi tertiam Molituræ ex pluribus conuincitur, cui quidem veri- 58.
tati, simplex contrahentium assertio præiudicare nequit,*l.quidam,* 15. vbi Bart.& Bald. *ff. de probat.* Rot.*decis.*176.*sub n.*4.*vers.dicit quod assertio,part.*1. & *decis.*307. *n.*2. *part.*5. *recent.*

Nam primò, instrumentum in ea parte immunitatis

nitatis suppositæ à præstatione conuocatæ responsionis tertiæ nullum prorsus habuit effectum, ex quo D. Comes emptor per nonullos men-
59. ses vltro in continuatione præstationis prædictæ perseuerauit. Ideoque in eo solidum fieri nequit fundamentum, Caputaq. *decis.* 11. *num.* 4. *&* 5. *part.*1. Rot. *decis.*121. *num.*8. *part.* 7. *recent.* quas quidem solutiones, vti scienter factas ex præcedenti obligatione subsistenti, atque in illius executionem emanasse præsumendum venit; quippè
60. quoniam non creditur quemquam iactare suum, aut se superfluis obligationibus illaqueare, *l. cum de indebito*, 25. *ff. de probat.* Cyriac. *contron.* 123. *num.*3. Mart. Ventur. *consil.*3. *num.*36. Buratt. *decis.* 375. *num.*2. Merlin. *decis.*754. *num.*14. dixi *allegat.*11. *num.*8. *lib.*2. & *allegat.* 102. *num.*19. *lib.*3. & ad rem optimè Rot. *decis.*93. *num.* 74. *part.* 5. *recent.*

Cumque per quinque menses; & vltra Molendinarius Comitis Nattæ à die acquisitionis Molendini vsque ad litem cõtestatam in successi-
61. uis, ac multiplicatis responsionibus tertiæ erga Marchionem Cameræ Pomarij palam permanserit, vtique in eodem Comite Natta viro rei familiaris sufficienter studioso non solum scientia arguitur, Seraph. *decis.* 306. *num.* 7. Ludouis. *decision.*325. *num.* 22. Buratt. *decis.*222. *num.* 7. & *decis.*410. *num.*10. & *decis.* 604. *num.*7. *&* 8. Altograd. *consil.*97. *num.*75. *lib.*2. Mart. Ventur. *cons.*6. *num.*32. Rot. *decis.*120. *num.*1. *part.*2. *& decis.*225.
62. *num.*4. *part.* 5. *recent.* Verùm etiam de mandato ipsius Comitis Nattæ solutiones tertiæ à Molendinario societatem habente in molitura factæ præsumuntur, Aret. *consil.*153. *num.*2. Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.*55. *num.*23. *iuncto numero* 29. Gratian. *discept.*113. *num.* 59. *& seq.* Buratt. *decis.*347. *num.*4. Post. *de manuten. obseruat.*35. *numer.*6. *& seq.* Dutan. *decis.*128. *num.*5. *&* 6. Rot. *decis.*1221 *num.*22. *part.*5. *recent.* Ludouis. *decis.*275. *num.*3. & latè *in annot. num.*19. conferunt tradita per Merlin. *decis.*815. *num.*4. *&* 5. vbi quod etiam attentata in Molẽdino, quantumvis contemptum Iudicis præseferant à Factore de mandato Domini perpetrata præsumantur, nisi illicò reclamauerit; ex *decis.* 725. *num.* 5. Cæterum, quod versemur in successiua, & per plures vices multiplicata solutione tertiæ, non autem momentanea ipsius Comitis Nattæ petitio iudicialis apertissimè conuincit, ibi, *sed restituendam esse molituram per dictum Castellanum captam à die; quo dictus D. Natta acquisiuit dictum Molendinum citra.*

Deindè quia Venditor in iudicio contractus pro manutentione promissæ immunitatis à solutione tertiæ viriliter huic prætensioni se opposuit, & Molendinum præstationi tertiæ obnoxium sustinuit, & quo tale; quicquid in Instrumento erroneè enuntiaretur venditum deduxit, ac su-
63. perindè se iuraturum exhibuit; ob quam confessionem iudicialiter emissam pluribus aliis adminiculatam, virtus instrumenti totaliter eneruata remansit, Marant. *in prax. Iudic. part.* 6. *tit. de confess. num.*21. *fol.*394. & pluribus exornat Mart. Medic. *decis. Senen.* 58. *num.*6. *vsque ad num.*10. Rolan. *consil.*54. *num.* 17. *& sequent. lib.* 3. Rot. apud Zacch. *de Camer. oblig. decis.* 224. *numero septimo*, Gratian. *discept.*870. *num.*2. Bim. *cons.*205. *num.*7.

Insuper quia emptor prædictæ replicationi vsque adeò acquieuit, vt vlterius venditorem molestia non affecerit, & agnoscendo bonam fidem à lite iudicialiter, vltrò & seriosè destiterit. Qua stante acquiescentia iunctis solutionibus continuatis ab emptore subsecutis; consequens fit, vt dicta confessio iudicialis D. Comitis Surdi Venditoris etiam emptori præiudicet; maximè cum 64.
in rei veritate Molendinum responsioni tertiæ ex actis obligatum dignosceretur, Imol. *in l. fin. ff. de empt. & vendit.* Seraphin. *decis.*1024. *numero quinto*, Mangil. *de euict. quæst.* 99. *numer.* 5. *&* 15. quibus certè seclusis, & vbi ante con- 65.
fessionem venditoris emptori ius quæsitum circa prætensam libertatem à præstatione annua præexisteret, vtique confessio emptori nullatenus præiudicium aliquod tulisset, Alexand. *in l. sæpè*, 63. *num.*12. *ff. de re iudic.* Cuman. *cons.* 155. *sub numero quarto*, *vers. ad id autem*, & *cons.*30. *numero sexto*, Paul. de Castr. *consil.* 110. *numero sexto*, & *consil.*134. *numero secundo*, *lib.*1. Caball. *consil.*33. *numero quarto*, Rolan. *consil.* 58. *num.*10. & *consil.*85. *num.*6. *lib.* 2. Surd. *cons.*326. *num.*20. *& seq.* & *consil.* 414. *numero nono*, Ludouis. *decis.* 157. *num.* 10. quæ est *decis.*125. apud Cenc. *de cens.* & *decis.* 106. *part.* 2. *recent.* idem Ludouis. *decis.*311. *num.*13. Merlin. *decis.* 820. *numero nono*, Surd. *decis.* 256. *num.*8. *&* 9. Gratian. *discept.*287. *num.*12. & *discept.*873. *num.*15. Cyriac. *controu.*27. *num.*14. *&* 15. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*4. *quæst.* 134. *num.*17. Quinimò considerabatur quod hæc postrema conclusio sine controuersia non transibat, ex quo enim D. C. Præses Senatus Mantuæ regressum pro sua indemnitate habitu-
tus erat contra confitentem, ea propter confes- 66.
sio venditionis pro veritate facta præsumitur, atque etiam emptori, cui nihil exindè deperit, æquè præiudicat, Imol. *in l. facta*, 63. §. *si hæres*; *col. fin. vers. & eo sic ciue fat. ff. ad Trebell.* Alexand. *consil.* 46. *numero quarto*, *lib.* 5. Rolan. *cons.*58. *num.*15. *lib.* 2. Cæphal. *consil.*21. *per totum*, Corn. *consil.* 139. *numero quarto*, *lib.* 3. Surd. *consil.* 22. *numero nono*, *in fin. &* 10. Beltram. ad Ludouis. *dicta decis.* 311. *num.* 10. *in fin.* & quidquid esset
quoad Comitem Nattam certè quoad D. Mar- 67.
chionem Pomarij, cui in nihilo obesse Instrumentum poterat; declaratio Comitis Surdi iunctis pluribus aliis super eis examinatis plurimum suffragatur, ad quod sanè Comes Natta non animaduertit, & supra demonstratum apparet.

Maximè quia huic facto, nec applicabatur exceptio pluries in actis repetita; quod res libera
allodialis, nec oneri obnoxia in dubio regulari- 68.
ter præsumatur, ad traditã per nos *allegat.*85. *numer.* 17. & *allegat.* 95. *numer.* 12. *lib.*2. Fulgin. *de emphyt. quæst.*25. *num.*2. *& seq.* Altograd. *cons.*2. *num.*5. & *cons.*3. *num.*30. *& seq. lib.*2. Caren. *resolut.*112. *num.* 11. *&* 12. Rot. *decis.* 409. *num.*4. & *decis.* 508. *num.* 1. *part.*1. *recent.* Olasc. *decis.*26. *n.*13. Buratt. *decis.*276. & *in annot. litt. A.* & *dec.*426. *num.*4. & *in annot. n.*12.

Siquidem conclusio signanter limitatur, quando maior pars rerum, circa quas contenditur, one-
ri, aut præstationi obnoxia præexistit, iuxta tex- 69.
tum, *in cap.*1. *de controu. int. masc. & fœm.* Curt. Iun. *cons.*140. *sub num.*10. Caualer. *decis.*93. *num.*6. & *decis.* 121. *in fin.* dixi *allegat.* 29. *num.* 27. *lib.*2. Vndè cum maior pars Molendinorum, quinimò, & omnia præter nonnulla peculiariter priuilegiata existentia super flumine, siue riuo Granæ Vassallis Feudorum, in quorum territorio reperiuntur, tertiam molituræ regulariter præstent, consequens ideò fit, vt quodlibet Molendi-

num superinde ædificatum tertiam respondere feudatario, teneatur nisi aliunde immunitatem
70. comprobet; maximè cum istud Molendinum in effectu, & sine vlla prorsus contradictione soluerit. Quo stante præsumptio, quod sit reddititium præponderat, per textum *in l.ordinata*, 24. ibique optimè declarat Gloss. *ff. de liber. caus. cap.*1. §. *si verò,quid sit inuestitura*, Mascard. *conclus.*79.*n.*19. Cyriac.*controuers.*145.*num.*9. Mynsing.*obseruat.*25. *num.*10.*cent.*5.Cigal.*in §.praeiudicialis quoque,n.*21. *in tit. de act.*

Aduersus actionem intentatam per D. Com. Præsidem Nattam prætendentem in posterum se eximere à solutione tertiæ partis molituræ, Agentes Marchionalis Cameræ Pomarij plures opposuerunt titulos, seu exceptiones, quas ex supposito, quod probare non potuerint vti insubsistentes, prætendebatur, quod feudatarius ex meliori titulo præsumpto iuuari non posset, ex quo
71. productio tituli inualidi melioris tituli præsumptionem omninò excludat, Crauet. *consil.*154. *sub num.*44. *versic. pro hoc*, Gratian. *discept. forens.* 279. *num.*29. Duran. *decis. siu discurs.*285. *num.*148. Rot. *decis.*731. *num.*18. & 19. *part.*1. *diuers.* Beltram. ad Ludouis. *decis.*353. *numero decimonono*, & *decis.*467. *num.*7. Sperell. *decis.*173. *sub num.*48. *versic. quidquid secus*, Mart. Ventur. *consil.*20. *num.*19. eadem Rot. *decis.*295. *num.*12. *part.*5. *recent.* & apud Merlin. *de pignor. & hypothec. decis.* 44. *num.*12. & *decis.*94. *num.*39. *part.*7. *recent.*

Adhuc tamen Marchionem ipsum Pomarij præsumptione melioris tituli inniti posse ex eo comprobatur, quia obiectum procedit, quando productio insubsistentis tituli ab ipsomet prin-
72. cipali emanauit, secus verò in productione à tertio Procuratore facta, quia talis productio præsumptionem melioris tituli non aufert, Rot. *dict. decis.*701. *num.* 20. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 489. *num.*4. *part.*2. *recent.* Beltram. ad Ludouis. *dicta decis.*353.*sub num.*19.*versic.vel si*,& *dicta decis.*467. *num.*10. Fontanell. *decis.*445. *num.*14. Seraph. *decis.*974.*num.*4.vbi quod præsumptio tituli ex possessione decennali non tollatur per productionem tituli infecti, Ferentill.ad Burat.*decis.*846. *gloss. A.* Pen. *decis.*229. *num.*3. Caren. *resolut.*102. *num.*3. Duran. *decis.*143. *num.*3. Rot. *decis.*175. *num.*10. *part.* 5. & *decis.*218. *num.*4. *part.*6. & *decis.*29. *num.*35. vbi quod requiratur expressa principalis ratificatio, & *decis.*181. *num.*19. & *seq. part.*7. *recent.*

Cum animaduersione insuper, quod allegationes titulorum, seu exceptionum ad alios fines ten-
73. debant, quo casu productio tituli inualidi præsumptionem tituli subsistentis validi, ac melioris non auferebat, Ludouis. *d.decis.*467. *num.*8. Rot. apud Post.*de manutent. decis.*332.*n.*10. Hodiern.ad Surd. *decis.*267. *n.*2.& 3.

Inspecto potissimum, quod Camera Marchionalis non deduxit simpliciter diuersas exceptiones, nec ad plures probationum modos se astrinxerit, sed pro potiori cautela, atque cum clausula
74. toties repetita de non se astringendo ad superflua, ista namque abundans cautela nocere non debet, *l. non solent*, 44. *ff.de regul. iur.* & *l.testamentum*, 17. *C. de testam.* Burat. *decis.*773. *num.*3. *in fine*, dixi *allegat.*86. *num.*29. *lib.*2. Fontanell. *decis.*440. *num.*13. Merlin. *decis.*6. *num.*14. & *decis.*582.*num.*12.

Et clausula non se astringens non arctat reum ad exceptiones obiectas, nec tollit, quo minus cæteras sibi competentes præseruasse dicatur, 75.
Boër.*decis.*74. *sub num.*2.*versic.& idem si dicatur*, Mascard. *de probat. concl.*1248. *num.*57.& 58. Rot. Gen. *decis.*26.*num.*6.& 33. Menoch. *consil.*127.*n.*4. optimè Galupp. *in prax. tit.de libell.oblat. c.*1.*n.*32. *fol.*74.vbi quod si reus in articulis, seu exceptionibus allegata non probaret, non ideò succumberet, Barbos.*de claus.*89. *num.*1. & *seq.* Exactio autem tertiæ contra Rodericum Caualcabobum non tam decennalis, sed ferè vicenaria ex facto comprobata resultat.

Dominus Comes Vincentius Natta Præses Senatus Mantuæ successor in sæpius enuntiato Molendino in finibus Pomarij super Grana constructo, vlterius prætendebat se eximere in posterum à solutione tertiæ partis molituræ; quia non constabat de causa susceptæ obligationis illam soluendi erga Cameram Marchionalem Pomarij; sine qua non sustinetur obligatio annuæ præstationis ex solo temporis cursu, cum non sit sufficiens ad inducendam obligationem in futurum, 76.
Bart. *in l.cum de*, 6. *sub num.*2. *versic.venimus,ff.de vsur.* Menoch. *de præsumpt.*131. *num.*54. *lib.*3. Rot. *decis.*127. *num.*6. & *seq.* vbi quod requiratur quadragenaria, & *decis.*389.*num.*1. *part.*5.*recent.* quæ duplicantur apud Post. *de manuten. decis.*311. & *decis.*516. Alex. *consil.*113. *per totum*, *lib.*3. Purpur. *consil.*423.*n.*17. Abb.*consil.*220.*n.*38. Cenc.*de cens. quæst.*81.*num.*16.& *seq.* & *n.*36. Rot. *in Neapolitana grani, seu orda*, 16.*Decembris* 1622. *coram Rembold.decis.*98. *part.*4. *tom.*2.*recent.*

Huic tamen fundamento pro Camera Marchionali replicatur illud procedere, quando annua præstatio simpliciter, & nulla adiecta causa processit, quia tunc pro præterito inducitur donatio, & in futurum non obligat. At quando annua solutio respectu certæ causæ, nimirum vt in præsenti 77.
casu, pro Molendino super Grana constructo, tunc titulus præsumitur etiam pro futuro tempore, vt distinguunt Doctores, potissimum Bart. *in l.cum de*, 6. *num.*14. *ff. de vsur.* latè in proposito Alex. *consil.*124.*num.*1.& 2.*lib.*4. Ruin. *consil.*61. *num.*11. & *consil.*75. *num.*6. *lib.*1. cum adductis per Menoch. *dicta præsumpt.*131. *num.*59.*lib.*3. Socin. sen. *consil.*145.*lib.*1. Corn. *consil.*83. *lib.*3. qui in eadem causa contra Alexandrum scripserunt, Alb. *consil.*175. *num.*4. & *seq.* Pen. *decis.*143. *num.*3.& 4. Osasc. *decis.*99. *sub numero decimoquinto*, *versic. aut Rector fundat*, Cenc. *de cens. quæstione* 81. *sub num.*15. *versic.primo quia*, vbi quod allegans causas præsumitur præcessisse, & non possit excitari solutio in futurum, nisi concludenter probetur contrarium.

Verùm etiam, ac multo magis, quia singularis successor ad id compelli potest, quod eius auctor 78.
annuatim ratione Molendini, atque ex ipso Molendino præcisè præstabat, *l. si à te*, 9. §.*fin. ff. de except. rei indicat.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §.1.*gloss.*9.*n.*129. & *seq.* Gratian. *discept.forens.*547. *num.*55. & *discept.*967. *num.*17. & 18. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*2.*quæst.*44. *num.*40. & *seq.* vbi quod præstationes annuæ cohærentes rei immobili transeant in quemlibet possessorem ipsius rei, Ioan.Franc.Andr. *controuers.*12.*num.*6.

Rodericus de Caualcabobus facultatem construendi Molendinum obtinuit cum onere respondendi tertiam partem molituræ Marchionali Cameræ Pomarij, cui annuæ præstationi per plures annos cum eius hæredibus satisfecit, donec Molendi

Molendinum huiuſmodi titulo emptionis in D. Com. Præſidem Vincentium Nattam peruenit, vt dicta teſtium ſuperius diſcuſſa conuincunt, qui à prædicta reſponſione annuali ſe eximere prætendit ex eo, quod aquæ fluentes ad Molendinum ſint priuatæ, non autem Cameræ Marchionalis, quam exceptionem ipſi nullatenus competere reſolutum fuit, ex quo allegati aquarum Domini
79. non ſunt in cauſa; nihil autem repugnat quod fortè ius ſit alterius, & tamen ex recognitione, & confeſſione agi poſſit contra recognoſcentem, & habentes cauſam ab eo, licet per eum ius tertij non excludatur, *l.interrogatam*, 24. *Cod.de lib.cauſ. l.cum falſa*, 5. *Cod.de iur.& fact. ignorant.* Seraph. *deciſ.*1387. *num.*7. & *deciſ.*1424. *num.*3. *&* 4. Sforz. Odd. *conſil.*6. *num.*30. Decian. *conſil.*78. *num.*41. *lib.*3. Rot. *in Auenionen. Saluiani*, 10. *Februarij* 1651. *num.*10. *coram R.P.D.Bichio*, ibi, *Vnde vltro ſequitur, quod aduerſarius negare hodie non poſſit qualitatem hanc, quam eius author agnouit, & facto ipſo approbauit.*

Neque ad rem facere videbatur, quod in omnem euentum pro annua præſtatione tertiæ partis molituræ, nonniſi actio perſonalis competeret, quæ contra tertium poſſeſſorem exerceri nequit; ſiquidem quando conſtituitur annua præſtatio ſuper fructibus fundi non oritur hypotheca
80. in fundo, ſed perſonalis tantum actio contra debitorem, aut illius ſucceſſorem vniuerſalem, *l.liberto*, 21. vbi Gloſſ. *in verb. vendita*, *ff. de ann. legat.* Rom. *conſil.*417. *num.*7. Gabr. *conſil.*47. *n.*12. *lib.*1. Surd. *deciſ.*8. *num.*9. *in fin.* Scapuccin. de Saluian. *quæſt.*14. *n.*5. *& per totum*; Cenc. *de cenſ. quæſt.*88. *num.*1. Merlin. *de pignor.& hypothec. lib.*2. *tit.*3. *quæſt.*91. *n.*12.

Pro reſponſione ad obiectum iſtud plura animaduertebantur, eo primo quod annua præſtatio, iuxta teſtium depoſitiones non cadebat ſolummodo ſuper molitura, ſed Molendinum principaliter attingebat, ibi: *Et li frutti, che ſi cauano da detto Molino ſono douuti per la terza parte alla Camera Marchionale di V.E.* quando autem an-
81. nua præſtatio in contractum deducta ex certa re reddebatur, dubio procul res illa cenſetur obligata, Sylu. *conſil.*32. *ſub num.*14. *verſ. aliud eſt*, & *ſub num.*20. *verſ.& adhuc dic*, poſt alios, latiſſimè proſequitur Merlin. *de pignor.& hypoth. lib.*2. *tit.*3. *quæſt.*91. *à num...ad* 12. Sperell. *deciſ.*35. *n.*24. *verſ. aliud verò:*

Deinde, quod annua præſtatio ex contractu
82. perpetua; quicquid eſſet in temporali, inducat ab initio hypothecam in re pro omnibus annis, Cyriac. *controuerſ.*18. *num.*15. *in fine*; & *num.*16. Rot. *deciſ.*689. *ex num.*3. *part.*3. *diuerſ.* Gratian. *diſcept.*206. *n.*18. *& ſeq.* Hodiern. ad Surd. *deciſ.*28. *num.*2.

Vlterius quando annua præſtatio ex re in quo-
83. ta, veluti tertia, non autem in quantitate debetur hypothecaria, ſeu realis actio competit, Theſaur. *quæſt. forenſ.*9. *lib.*1. Coſt. *de port. rat. quæſt.*149. *num.*11. Merlin. *de pignor.& hypothec. lib.*3. *quæſt.*7. *num.*2. *&* 3. Pacific. de Saluian. *inſpect.* 3. *cap.*4. *num.*532.

Ius quoque actio, & facultas tenendi cla-
84. uem ſuper arca molituræ, ex teſtium atteſtatione concludenter probata dominium, atque hypothecam in Molendino inducit, Gratian. *diſcept.*681. *num.*5.

Tandem quod habens reſponſionem annuam ſuper fundo contra tertium denegantem ſolutionem poſſit agere ad auocationem rei obnoxiæ hypothecaria ad effectum, vt cogat poſſeſſo- 85.
rem ad ſolutionem, vel ad dimiſſionem proprietatis, Surd. *deciſ.*32. *num.*7. *&* 8. & bene explicat Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt.*31. *num.*10.

In nihilo reſiſtente, quod Camera Marchionalis formam prædictam agendi non adhibuerit: nam cum Senatus facultatem habeat iudicandi 86.
ſola facti veritate inſpecta, dixi *allegat.*102. *num.*6. *lib.*2. & *allegat.*89. *num.*7. & *allegat.*108. *num.*23. *lib.* 3. licet ergo prædicto modo Marchionalis 87.
Camera Pomarij actionem non direxerit, adhuc tamen mandauit Senatus per poſſeſſorem ſatiſfieri, iuxta Theoricam Afflict. *deciſ.*95. *num.*7. Surd. *dicta deciſ.*32. *num.*9. *verſic. ſed etſi*, Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. dicta quæſt.*31. *num.*13.

Eadem Camera Marchionalis Pomarij pro ſua tertia molituræ Iure merito inſiſtebat in eo, quod ſibi, ſeu eius agentibus liceret habere clauem ſuper capſa molituræ, etiamſi fortè conſtaret, nonniſi vnicam ſuper illa clauem extitiſſe. Nam retentio clauium rei communis non arguit 88.
pernceſſe poſſeſſionem retinentis priuatiuè quoad portionem alterius, Rota *deciſ.*268. *num.*2. *part.*3. *recent.* Poſt. *de manutent. obſeruat.*73. *ſub num.*40. *verſic. nec etiam*; & *poſt tractat. deciſ.*473. *num.*3. Siquidem Iuris indubitatiſſimi eſt vnicuique ex ſociis competere retentionem, & vſum clauium, 89.
ita vt quilibet ex eis ſuam clauem rei communis habere debeat, Imol. *in Clem.*1. §. *ſanè de hæretic.* Rimin. ſen. *conſil.*95. *num.*77. Bero. *conſil.*48. *num.*2. *&* 3. *lib.*2. Merlin. *deciſ.*728. *num.*10. ex quibus Senatus in hoc à præcedenti reſolutione contraria receſſit, quemadmodum & in aliis conſtantiſſimè ſuſtinuit.

Plures numero ferè in duplum teſtes ex parte Comitis Nattæ, quam Marchionalis Cameræ Pomarij circa perennitatem Granæ, vel eius reſpectiuè excluſionem hinc inde examinati extiterunt. Adeò vt in concurſu inductos per Com. 90.
Nattam, vti plures præferendos dicendum veniret, *cap. licet cauſam*, *verſic. ex præmiſſis*, *de probat. l. ob carmen*, 21. *ſi teſtes*, & ibi Gloſſ. *ff. de teſtibus*, Farinac. *quæſt.*65. *num.*106. *& ſeq.* Ludouiſ. *deciſ.*449. *num.*4. Rot. *deciſ.*291. *num...part.*5. & *deciſ.*15. *num.*18. *part.*6. & *deciſ.*181. *num.*30. & *deciſ.*257. *num.*14. & *deciſ.*266. *num.*7. & *deciſ.*251. *numero vndecimo*, *part.*7. *recent.* & coram Burat. *deciſ.*43. *num.*3. & *deciſ.*323. *numero decimotertio*; & *deciſ.*909. *num.*2. & apud Poſt. *de manutent. deciſ.*158. *num.*6. Mart. Ventur. *conſil.*44. *n.*38. *& ſeq.* Ioan. Baptiſta Antonell. *conſ.*28. *num.*7. & *deciſ.*88. *num.*5. Merlin. *deciſ.*340. *num.*10. dixi *allegat.*2. *num.*1. *lib.*3.

Prædicta tamen teſtium pluralitas in facto non iuſtificatur, ſi ex viginti octo teſtibus pro Com. Natta examinatis deducatur in primis Franciſcus Nebbia, qui aquam Granæ continuò fluere profitetur, qui certè contra producen- 91.
tem ſummoperè probat, *l.ſi quis teſtibus*, 17. *Cod. de teſtibus*, dixi *allegat.*10. *num.*145. *& ſeq. lib.*1. & *allegat.*93. *num.*6. *lib.*3. Burat. *deciſ.*367. *num.*1. & *deciſ.*618. *num.* 3. Leoncill. *deciſ. Ferrar.* 77. *num.*9.

Multo minus in Catalogo teſtium Petrus Gulielmus Rubeus, & Raphaël Sapellus pro Natta connumerari poterunt, cum iam per fidem iuratam pro Marchionali Camera contrarium depoſuerint.

92. fuerint. Vndè quoad ipsos standum est priori eorum iuratæ depositioni,& sic inter testes D. Marchionis reponendi, Mart. *quæst.* 178. *part.* 1. & *quæst.* 167. *part.*2. Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat.*67. *num.*1. *part.*2. Menoch. *de arbitr. cas.*408. *num.*10. Farinac. *quæst.*66. *numer.* 124. *& seq.* & *num.*151. Clar.*decis.*66. *num.*4. *part.*6. *recent.* & *in Romana domus* 24. *Ianuarij* 1650.§.*mobilia quæ,coram R.P.D. Bichio.*

Vlterius neque depositiones Secundi Mombelardi, Ioan. Baptistæ Saluitri, & Alberti de Morellis in consideratione haberi debent, dum ex eorum depositionibus in reliquis optimè in-
93. structi de statu, qualitate, & natura Granæ appareant, & tamen super eiusdem aquæ perennitate interrogati studiosè non fuerunt, cum ipsius Comitis Nattæ intentionem destruerent, Crauet.*consil.*134. *num.*3. Manent. *cons.*101.*sub num.*1. *vers.eidem in testibus.*

Hinc facta testium vtrinque examinatorum combinatione plures ex parte Marchionalis Cameræ pro perennitate, & pauciores pro Com. Natta circa priuatã qualitatem Granæ deponere
94. reperientur. Præterquam quod illi deponentes pro reo, istis pro actore cessantibus cæteris paribus præponderant, Farinac. *de testibus, quæst.*65.*numero* 152.156.*& seq.* Surd. *consil.*132.*num.*97. Manent. *consil.*149.*num.*44. Mart.Ventur.*consil.*44.*num.*45. Cornaz.*decis.*152.*n.*3. Rot. *decis.*664.*num.*7. *part.*1. *recent.* Ioan.Baptista Antonell. *consil.*88.*num.*8. & *consil.*95.*num.*9.

Ex ineptitudine rationum, quas testes pro Com.Natta ad excludendam Granæ publicitatem deducunt, plurimum de eorum fide diminuitur, seu prosternitur; quod enim habentes agros propè flumen Granæ, iuxta eorum latitudinem, tanquam dominos in arboribus ripæ se gerant, nil
95. prorsus releuat. Siquidem ripæ fluminum etiam publicorum quoad vsum publici iuris quidem reputantur, sed quoad proprietatem ad vicinos spectant, per textus expressos *in §.riparum, Instit. de rerum diuis.& in l.riparũ,*5.*ff.eod.*Alex.*cons.*120. *sub num.*2. *vers.cæteris spectantibus, lib.*2. Alb.*consil.*16.*num.*17. Cæpol.*de seruit.tit.de rip.cap.*36.*sub num.*5. *vers.tamen, si ibi sint arbores,* Aym.*de alluuion.cap.*9.§.1.*num.*6.Surd.*decis.*42.*sub n.*14.*versic. & quod arbores in ripis*, & *consil.*36. *num.*5. *&* 7. Ludouis.*decis.*168.*num.*4. Curt.iun.latè *consil.*250. *sub num.*23.*& seq.* Corn.*cons.*99.*sub n.*12.*vers.& de arbore, lib.*2.

Inepta quoque reputatur ratio deducta ex eo, quia in mensuratione agrorum flumen Granæ pro dimidia computetur; tum quia testes super-
96. inde deponentes capitulata excedunt; & propterea in hoc eis minimè creditur, Cyriac. *controuers.*85. *num.*4. tum quia dum attestantur id sem-
97. per euenisse, vt nimirum flumen Granæ pro dimidia cum agris mensuraretur,id vtique præscriptionis Iure factum censeatur;Albert.Brun.*cons.*55.*n.*3. Alb.*d.cons.*16.*n.*12.

Nullius pariter momenti præexistit ratio,quod Grana,nec schyphos,cymbas,aut naues vehere,nisi
98. super cursibus consueuerit; ista namque excludit quæ erat, quod Grana non sit flumen nauigabile, sed propterea non tollit, quin inter publica connumeretur, per text. *in l.vnic.*ibi: *Pertinet autem ad flumina publica, siue nauigabilia sint, siue non sint, ff. ne quid in flum. public. l.*1. *ff.de flum.* & Franc. Marc. *decis.*344. *num.*2. *&* 4. *part.*2.Cyriac.*controuers.*462.*num.*3. Mart.Ventur. *consil.*20. *num.*14. ad quem effectum illius perennitas sufficit, quæ flumini Granæ inest, dum perpetuam habet causam fluendi, id est, quod plenum aquæ fluit, licet quandoque arescerer, *dicta l.vnica, ff. ne quid in flum. public.* Aymon. *de alluuionibus,cap.*15.*num.*15.*lib.*1.Cæpol.*de seruit. in tit. de flum. cap.*31. *num.*2. *fol.*412. Cyriac. *dicta controuers.*462. *num.*17.Bero.*consil.*140.*sub num.*17. *versic. quoniam flumen, lib.*3. Mazzol. *consil.*4. *num.*12.145. *& seq.* Veg. *consil.*1. *num.*2.16. *in fin.* & 17.18. 99.

Ad summum ergo testes pro Com. Natta inducti concluderent Granam torrentem esse, ac 100.
consequenter inter publica flumina connumerari, *l.*1. *ff. ne quid in flum. public. l.*1. *ff.de flum. l.*1. §.*duo autem, ff.de aq.quotid.& æst.*Cæpol.*de flum. dicto cap.*31. *num.*2.Aymon.*de alluuion.lib.*1.*cap.*15. *iunctis num.*16.*& seq.* Larath. *de feud. part.*11.*dilucid.*47. *num.*5.

Verumtamen quod aliqui ex testibus profiteantur Granam aliquibus in locis nuncupari riuum, nil prorsus officit; siquidem neque ista
denominatio illius publicitatem aufert, cum 101.
riuus à flumine non in substantia, sed in magnitudine discernatur, *l.*1. *versic. flumen à riuo magnitudine discernendum est, ff. de flum.* Cæpol. *de seruit. tit. de flum. cap.*31. *num.*3. *fol.*412. Ioan. de Amic. *consil.*1. *sub num.*17. *versic. quod riui public.* Aymon.*de alluuion.lib.*1.*cap.*15.*num.*16. Lancellot. Gall. *consil.*41.*num.*13. latè Ruin.*consil.*191. *num.*9. *& seq. lib.*1.

Cui sanè conclusioni eo magis inhærendum videtur, ex quo Com. Natta in principio causæ iudicialiter istud admittit, ibi, *sed super torrenti Grana*, aduersus quam confessionem in iudicio 102.
seriosè emissam, nec testes quoquomodo admitti debuerunt, Innocent. *in c. fraternitatis, in fine,C.de testibus,*Vital. *in Clem.*2. *num.*144.*eodem tit.* Caualcr. *decis.*208. *num.*2. Ludouis. *decis.*253. *num.*4. Burat.*decis.*877.*num.*7. Rot.*in Bonon.pecuniaria,*27.*Iunij* 1646. §.*inuerisimilis, coram R.P.D. Bichio,*& *in Romana dotis,*5.*Iunij* 1648.§.*fin.coram R.P.D. Celso,*& *in Comen.Collegij,* 15.*Decemb.*1653. §.*in primo, coram R. P. D. Priolo,* & *in Leodien. successionis,* 1.*Iunij* 1654.§.*in tertio,* & *in Perusina fideicommissi de Rodulphis,*26. *Aprilis* 1655.§.*nihilominus, coram Reuerendissimo Cerro.*

Et admissi, cum solita tamen clausula, saluis iuribus, testes superinde postea examinati, pro 103.
non admissis, & non examinatis habentur, cum ex præmissis, nec admitti, neque examinari debuissent, Alex.*consil.*166.*num.*7.*lib.*6.Paris.*consil.*58. *num.*52.*& seq.lib.*4. Monald. *consil.*38.*num.*7.*lib.*1. Grat.*cons.*115.*num.*37.*lib.*1. Gail.*obseruat.*81.*num.*12. *lib.*1.Mynsinger.*obseruat.*56.*cent.*2.Galupp.*in prax. part.*2. *cap.*25. *sub num.*6. Cyriac. *controuers.*89. *num.*17. Michalor. *deposit. cap.*38. *num.*3. Quæ tamen ex abundanti dicta sint, dum vti dicebamus, ius prohibendi in supremo Principe, seu ab eo causam habente, quascunque aquas indifferenter afficiat.

Dum ergo ex tribus Senatoribus Tribunal componeretur, duo in sententiam fauorabilem Com. Nattæ inclinabant; ego autem solus contrariæ in gratiam D. Marchionis Pomarij ex præmissis adhæsi,atque etiam ex eo,quia Com.Nattæ actoris probationes admodum dubiæ ex probationibus Cameræ Marchionalis Pomarij reæ reddebantur. Ideoque istæ illis præponderare de- 104.
beant, Surd. *consil.*135. *num.*122. & *consil.*505. *sub num.*6.

n.6. vers. nec dicatur, Ioan.Baptista Ant.*cons.69. num.3.& 22.* Mart.Ventur.*cons.44.num.45.* Rot. *decis.258.num.8. & 9. part.5.* & *decis.229. n.34. part. 6. recent.* vbi optimè distinguens quando probationes rei iam concludenter probatam intentionem actoris ad illam destruendam tendunt, quo casu plenæ requiruntur etiam ex parte rei probationes, secus verò est in casu nostro, in quo de elidendis dumtaxat probationibus
105. actoris agitur. Præterquam quod in dubio pro reo, & possessore, qualis est D.Marchio iudicandum est, dixi *allegat.121. num.29.lib.3.* Cornaz. *decis.152. numer.3.* Leoncill. *decis. Ferrar. 78. num.11.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta vsufructuaria cautionem præstat, si interpelletur. Amplia vt n.2. Limita vt n.3. Declara vt, n.6.& n.7.*

4 *Molestia non tam iuris, quam facti ex amplissimis verbis censetur prohibita. Sed vide, num.5.*

8 *Assertioni iurata alicuius quando est standum, non impeditur probatio in contrarium. Contra, n.9.*

10 *Frumentum regulariter ad triennium durat.*

11 *Comparatiui natura est, vt supponat positiuum.*

12 *Superlatiuum aliquando pro positiuo, & è contra recipitur.*

OBSERVAT. XCVIII.

VXOR relicta vsufructuaria à Marito donec castè vixerit, & vitam vidualem ser-
1. uauerit fideiussionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & finito vsufructu morte, vel transitu ad vlteriores nuptias præstare obstringitur; quod si interpellata non cauerit, fructus ab inde perceptos non lucratur, *l. Mutiana 7. ff. de condit. & demonstr. Auth. Cui relictum, C. de fideicom.* Sperell. *decis.145.num.47. & decis.159. num.1. ac per totam*, Leoncill. *decis. Ferrar.170. num.1.& seq. & decis.171. num.1.& seq.& decis.*
2. *172.num.4.* vbi ampliat procedere in minore, ac pupillo, erga quos vsufructuaria ita demum tenetur, si fuerit interpellata, Fontanell.*dec.264. num.5.* vbi quod vsufructuaria molestari non dicitur, dum per hæredem ab ea cautio exigitur, Rot.*decis.237.num.10.part.7.recent.*Bardell.*cons. 125.num.3.& seq.* vbi, quod nec cautio prædicta per testatorem remitti queat, Rot.coram. Merlin. *decis.29. num.7. & seq.* vbi quod requiratur præcisa interpellatio personalis, & non nisi post interpellationem fructibus vsufructuaria priuetur, Cyriac.*contr.73.num.1.& seq.* Surd.*cons.143. num.28.* Hodiern.ad Surd.*decis.109.num.7.& per totam, & decis.281. num.1. & seq. ac pariter per totam*, Gratian. *discept.901.num.9. & seq.* Maur. *de fideiuss.cap.19.alias 28.num.2.& per tot.* Anton. de Marin.*resolut.347.num.15. & 16.lib.1.& 248. n.1. & seq.lib.2.*

Duplici tamen ex capite de applicatione conclusionis prædictæ ad præsentem facti controuersiam dubitabatur; Altero, quia vbi cautio
3. ab Vxore euitari non potuisset, testator ipse se fideiussorem pro ea constituit; quo sanè casu aliam cautionem non requiri, probant Doctores per text. *in l.tribus 8.ff.de Vsufr.ear.rer.* Alex. *cons.58.num.14.lib.3.* Bardell.*d.cons.125.num.10. & 13.* latè Galuan. *de Vsufruct.dissertat.var.cap. 20.num.9.fol.213.& 224.* Altograd.*cons.104. sub num.14.& 18.* Hodiern.ad Surd.*d.decis.109.sub num.1.* post Heting.*de fideiuss.cap.7.num.65.* Rot. *decis.663. num.4. & 8. part.2. recent.* & faciunt tradita per Castill. *de Vsufruct. cap.15.numer.15.* Gail. *pract.obseru.cap.145.n.13.vers.quarto, lib.2.* quicquid in oppositum deduxerint, Laderch. *cons.114. num.4.* Bardellon. *d. cons.125. num.14.* Cyriac.*contr.73.*

Altero quia testator enixè iussit, ne illius Vxor in vsufructu quovis modo, aut quacumque actione molestaretur, quam ob prohibitionem molestiarum amplissimis, atque geminatis repetitionibus inculcatam, etiam molestia iuri- 4.
dica, seu ex natura actus proueniens interdicta censetur, Alex.*cons.52.num.3.& seq.lib.2.* Afflict. *decis.329.num.4.* cum adductis per Maur. *de fideiuss.cap.19.alias 28.in fin.fol.136.* Surd. *decis.194. num.12.* Fontanell.*decis.262.num.9.& seq.& dec. 265.num.2.& 3.* facit Hieron.Buccafer. *cons.50. num.12.51.& 52.* Gratian.*discept.758. à num.30. ad 40.* Fusar. *cons.195.num.55.& seq.* Censal. ad Peregr.*de fideicom.art.35.fol.347.col.1.* Caren.*resol.219 sub n.4.vers. & isto casu.*

Huius tamen posterioris articuli resolutionem dubiam facere videbantur, tradita per Hodiern.ad Surd.*d.decis.194.num.2.* vbi alios cumu- 5.
lat, præter quod idem sustinet Fontanell. *decis. 264. num.10.* quæ tamen dispungere non expediebat; si quidem præstita per testatorem cautione, alia vlterius de iure non requirebatur, ac consequenter prohibitio molestiarum valida remanebat. Vide Contr.*discept.68.num.18.*

Neutram denique cautionem D.Angela Margarita à Valle Gambetia præstare tenebatur, non quidem Mutianam; quia versamur non in institutione, sed in legato vsusfructus tempo- 6.
raliter relicto, donec scilicet vitam vidualem seruauerit, Natt. *cons.459. numer.17.vers.tamen secus est*, Gratian. *discept.696.num.11.* Thomat. *decis.Macerat.105.num.7.& 8.* Rota apud Merlin.*de legit.decis.202. num.10. in moderna impressione.* Neque de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, ob litem postea motam, & acriter agita- 7.
tam, cum sufficiat quod præstetur in actu litis terminatæ, ac consequenter pacificæ possessionis vsusfructus, Bal.*in l.2.n.11.circa fin.C.Comm. de Legat.* Thomat.*d.decis.105.num.10.* Rot.apud Merlin. *de legit.d.decis.202.n.21. in moderna impressione.*

A prætensione saccorum quatuorcentum tritici D.Angelam Margaritam excludi prætendebatur; eo quia, tametsi testator maritus eius iuramento circa qualitatem, speciem, & quantita- 8.
tem se remittebat; non per hoc tamen probatio in contrarium impediebatur, Becc.*cons.113. num.23.* cum adductis per Gratian. *discept.forens. 849.n.6.& seq.*

Verumtamen huic obiecto replicabatur in oppositum stare veritatem, dumque testator mandat, quod iurata alicuius declaratio attendatur; tunc illius iuratæ assertioni omnino stan- 9.
dum est, per text. *in l.Theopompus 15. ff. de dot. præleg.* Castren. *in l.Hæredes palam 11. in princ. num.3.ff.de testam.* Doctores *in l.1.ff.de Verb.oblig.* Rim.Sen.*cons.84.num.8.& 10.& cons.164. n.31. & 32.& cons.254.num.9.& 10.* Afflict.*decis.371.*

num.5. Alex. cons.54. sub num.1. vers. nam testator, & vers. nam quod talis potestas, lib.2. Matt. Ventur. cons.1. num.375. & seq. & cons.46. num.175. & seq. Peregr. de fideicom. art.33. num.59. Manent. cons.5. num.30.42. & seq. & cons.33. num.20. & in puncto magistraliter hanc partem defendit Rot. coram Andr. decis.73. num.1. 2. ac per totam, & decis.238. n.1.2. ac per tot. p.7. rec. vbi contrariis appositè satisfacit.

10. Nec ad rem facere videbatur, quod frumentum vltra triennium durare non præsumatur, Surd. decis.81. num.1. cum ibi notatis per Hodiern. num.1. post Gratian. discept.243. num.60. & seq. Rot. decis.348. num.14. par.5. recent. & coram Merlin. decis.820. num.6. Bonden. collect.19. n.96. & 97. Dum testator de frumento totius temporis intellexit, ac in maxima quantitate se debitorem in legato ingenuè profitetur; nam illa dictio, *maxima*, præsupponit, & excludit magnitudinem, & maioritatem quantitatis frumenti; itavt facultas iutandi impertita legatariæ effrænata remaneret.

11. Superlatiuum enim in facti specie nil aliud est, quam excessus quantitatis, quæ inesse poterat positiuo, quoad saccos puta biscentum aut in comparatiuo, puta tercentum, *l. Vbi autem 75. in princ. ff. de Verb. oblig. l. Cum filius 78. §. Pater,* & ibi Bart. not. *ff. de Legat.* 2. Dec. cons.184. sub num.6. versic. tamen propriè, Decian. cons.19. num.2. lib.3. & cons.34. num.7. lib.5. Ioan. Ant. Bellon. cons.29. num.4. & cons.72. num.31. Surd. decis.65. num.12. & 13. Rot. decis.154. num.13. & decis.219. num.2. par.5. recent. Altograd. cons.47. num.45. lib.2. Redenasc. cons.90. num.54. Marescot. var. resolut.29. num.54. lib.1. Matt. Ventur. cons.30. à num.37. vsque ad 44. Giouagn. cons.43. num.61. lib.1. Lottier. de re benefic. quæst.29. n.20. lib.1. Rip. resol.81. n.11.

12. Quibus neque resistebat, quod superlatiuum aliquando pro positiuo, & è contra recipiatur, §. pen. Instit. Locat. & ibi glos. in verb. *diligentissimus*, cum iuribus cumulatis per Altograd. cons.55. sub num.55. vers. Ex his patet, & cons.77. n.19. lib.1. Lectura namque legati hanc non patitur intelligentiam, dum testator non solum expressit de maxima quantitate frumenti; verum etiam in omnes annos antea perceptum super bonis legatariæ in vnum collegit, & in legato comprehendi iussit; sicque frumentum existens loco iam consumpti subrogauit.

SVMMARIVM.

1 *Testium probatio instrumentaria qualiter præcedat. Et instrumenti in probatione par virtus, n.2.*

3 *Testes omni exceptione maiores requiruntur ad reprobationem instrumenti. Omni exceptione maiores vbi requiruntur, qualitas ista an probanda, n.4. & 5. Instrumentarij legales censentur, n.9. Duo pro validitate instrumenti sufficiunt, n.10. Declara vt, n.11.*

6 *Testis vnicus instrumentarius instrumentum vacillare facit.*

7 *Officiali plurimum creditur maximè de gestis coram ipso, & n.13.*

8 *Instrumentum per testes instrumentarios reprobatur. Probat rem gestam, sicut in eo continetur, n.12.*

Observatio XCIX.

IN concursu probationum circa actus de recenti subsecutos antiquitatem non præferentes resultans ex testium depositionibus etiam extraneorum ab instrumentis instrumentariæ antecellit, Cranet. cons.54. num.15. & 16. & benè declarat Rot. decis.310. n.62. p.6. rec. 1.

Vel saltem instrumenti, ac testium præsertim ad effectum probationis par virtus reputatur, *l. in exercendis 15. C. de fid. instrum.* Ias. *in l. Qui pecuniam 30. num.18. ff. Si cert. pet.* Nig. de Laudem. quæst.49. num.2. tom.2. Farinac. de fals. q.157. num.36. vbi quod duo testes etiam non descripti in instrumento illud reprobent, Thomat. decis. Macerat.50. num.380. & seq. vbi tamen quod magis credatur duobus pro instrumento deponentibus, quam tribus illud reprobantibus, Buratt. decis.543. 2.

Ita tamen quod testes reprobatorij omni exceptione maiores præexistant, quæ quidem qualitas in testibus iuxta traditiones Doctorum omninò prærequiritur, ad textum *in l. Optimam 14. C. de contrah. & commit. stipul.* Bart. *in l.1. §. si quis neget, ff. Quemadm. testam. aper. num.12.* Cavaler. decis.206. num.3. Ludouis. decis.459. num.5. cum adductis per Ioan. Baptistam Antonell. cons.18. num.9. vers. quarto infertur, Surd. cons.378. num.33. & 34. Thomat. d. decis.50. n.384. & 385. Sperell. decis.27. sub n.24. vers. quo autem. 3.

Præcitati tamen Doctores, & alij non sibi bene constant circa probationem huiusmodi qualitatis, quam sanè articulandam, & probandam volunt, Gratian. discept.192. sub n.22. Sperell. d. decis.27. num.26. & decis.173. num.3. 4. At è contra, quod ista probatio non requiratur, & præsumptio idoneitatis sufficiat, comprobat Ioan. Franc. Andr. controu.61. num.5. vbi limitat 5. solum quando idoneitas in superlatiuo gradu requiritur, Gratian. discept.737. num.16. Et hæc posterior opinio tutior, ac magis recepta videtur, potissimum in facti specie, in qua etiam testes extranei notoriè habiles, nullamque exceptionem admittentes existunt.

Verumtamen in præmissis omnimoda cessabat difficultas, ex quo præter testes extraneos aderant insuper testes ex instrumentariis tres contra instrumentum deponentes, & tamen vnicus testis instrumentarius instrumentum vacillare facit, *d. l.1. §. si quis neget, ff. quemadm. testam. aper.* Surd. cons.414. num.18. Staiban. iun. resolut.54. num.14. & resol.68. num.23. Nig. de Laudem. d. quæst.49. sub num.16. vers. imo testis, Ioan. Baptista Anton. cons.18. num.5. tom.2. Matt. Medic. decis. Senen.96. num.19. & 20. Thomat. d. decis. Macerat.50. n.377. & seq. vbi contrarium statuit, quando alij testes stant pro veritate instrumenti, Burat. decis.543. n.8. Sperell. decis.17. n.34. 6.

Insuper animaduertebatur, quod inter cæteros etiam Prætor loci, qui decretum interposuerat, testimonium perhibuerat, qualiter inter partes aliter conuentum extiterat, quam in instrumento scriptum repetiretur, cui tanquam Officiali multum est deferendum, maximè de gestis coram se, Ægid. decis.183. numer.1. Rot. decis.483. num.9. & in terminis coram Buratt. d. decis.543. 7.

*d.decis.*543. *num.*9. Thomat.*decis. Macerat.*50. *n.*36.Rota *in Mediolanen. sustentationis libri,* 26. *Iunij* 1647. *§.prædictis non obstant, coram R.P.D. Ghisilerio,*Giurb.*obseruat.*42.*num.*27.Bonden.*collect.legal.*33.*n.*31. Cyriac.*controu.*272.*num.*42.*&* *controu.*418.*n.*16.

8. Tandem virtus eiusdem instrumenti enernata penitus remanet ex fidibus iuratis quinque testium, quorum aliqui instrumento vti testes interfuerunt; aliqui autem Capitulis præuiæ conuentionis se subscripserunt, ex quibus negari non potest, quin fide eiusdem instrumenti penitus sublata, testium depositionibus tanquam instrumentariis fides omnino adhiberi debeat,*c.tam litteris, in fin. de testib.* Doctores *in d. l. in exercendis* 15. *C. de fid. instrumen.* Thesaur. *quæst.forens.*31.*lib.*1. Staiban.iun. *d.resol.*68. *num.*12.vbi quod credatur duobus testibus contra Notarium,Ioan.Baptista Antonell.*d.cons.*18. *num.*2. Sperell.*d.decis.*27. *num.*32. vbi de communi Mart.Medic.*decis.*96.*num.*17.*& seq.*

9. Neque in testibus instrumentariis quicquam de illorum legalitate inquirendum venit, dum tales præsumantur, ex quo in celebratione instrumenti,& pro illius fide interuenerunt, Surd. *cons.*368.*num.*12 Rota *decis.*219. *num.*3.*par.*2.*recent.* Gratian.*discept.*192.*num.*25. Ioan. Baptista Antonell. *cons.*18.*num.*10.Sperell. *decis.*27.*n.*31.

10. Quibus sic stantibus non obstat, quod demptis testibus contra instrumentum deponentibus, adhuc duo supersint, qui pro validitate instrumenti sufficiunt, Crauet. *cons.*56. *num.*2. 10. *& seq.* Franc.Marc.*decis.*151.*num.*5. *&* 6. *par.*1. Farinac. *cons.*174.*n.*1.*lib.*2. Ioan.Baptista Antonell.*d.cons.*18.*n.*15.

11. Siquidem in promptu adest responsio; procederet namque obiectum, si duo examinati pro instrumento deponerent, Bald.*cons.*228.*n.*1. *lib.*2. Crauet.*d.cons.*56.*num.*16. Gratian. *discept.* 192. *num.*27. *&* 28. Thomat. *decis.Macerat.*50. *n.*382. Quinimo contrarium profitentes iuxta hanc interpretationem præcitati Doctores intelligi debeant, nimirum quando testes necessarij pro instrumento in illius approbationem examinati fuerunt, Farinac. *d.cons.*174.*n.*1.*in fin.*

12. In quorum confirmationem pro adminiculo accedunt primo, quod ex lectura instrumenti apparet partes ad conuentionem controuersam deuenisse, causa terminandi litem inter ipsas vertentem, quæ domum existentem in Arce, non autem expressam in instrumento concernebat, *l. Pecuniæ* 14. *& l.interest* 21. ibi, *tantum, quantum lectio probat,C.de solut.* Cyriac.*contr.*37.

13. *num.*5.*&* 6.Deinde quia D.Prætor Malpassutus, nunc meritiss.Senator non solum partes iudicis; verum etiam & mediatoris in hoc contractu sustinuit, cui propterea iunctis testium depositionibus omnimoda fides adhibenda venit, Raudens. *cons.*49 *n.*67.*lib.*1. Moron. *respons.*84. *n.*24.*&* 25.Lancell.Gall.*cons.*67.*n.*29.*& seq* Mat. Anton. *resol.*53.*n.*9.*& seq.lib.*2.Buratt.*decis.*775. *n.*4.*& decis.*844.*num.*14. cum cæteris qui adduci possent.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura stipulata pro liberis masculis, & fœminis,filias tantum inuestiti capaces reddit. Contrarium,n.*4.*& n.*10. *Et fallit conclusio ob dictionem,* in infinitum,*n.*2.*Comprehendit omnes fœminas, pro quibus fuit recepta, n.*3. *Concepta pro filiis,& filiabus diuersa est à stipulata pro filiis, seu hæredibus masculis,& fœminis,n.*9. *Quod non videtur tutum,n.*10.

5 *Fœmina vnius lineæ masculos alterius an excludat, disputatur. Quanam præferatur an proximior primo acquirenti,an vltimo Vasallo Feudista quærunt,n.*7.*In feudo improprio succedit etiam non vocata simul cum masculis,n.*8.

6 *Filia non dicitur de linea,sed illius principium.*

9 *Improprietates feudi plures concurrentes fœminarum cum masculis successionem inducunt.*

OBSERVATIO C.

IN facto non subsistit, quod inuestitura Aloysij sit restricta ad fœminas primi gradus, cum non concipiatur simpliciter pro se,filiis, liberis masculis, & fœminis; quo casu non nisi filias primi acquirentis, vt minus recedatur à natura feudi, vocatas censeri existimant, Curt.*de feud.par. prima,* 3.*principalis,n.*2. Schrader. *de feud. part.*7. *cap.*4. *num.*43. *& seq.* Garzon. *de fœm. ad feud. recipien. in tract. diuers. tom.*10.*part.*2. *fol.*167. *in vlt. col. vsque* 169. vbi probat quod si fœminæ in sequentibus renouationibus non fuissent nominatæ,prouisio quoad ipsas omninò cessasset, Rosental. *de feud. cap.*7. *concl.*42.*n.*5.*& seq.*cum adductis *in glos.G.* 1.

Siquidem prædictæ in feudum concessioni accessit immediatè post verbum, *fœminis,* clausula,*in infinitum,*per quam hæsitationi locus non relinquitur, quin inuestitura fœminas descendentes comprehendat, *cap.*1. *§.& quia, qui feud. dar.poss.* Ruin. *cons.*34.*n.*7.*lib.*1. Bursat.*cons.*131. *n.*80.*&* 82.Larath.*cons.*104.*n.*8.9.*&* 13.Giurb.*de substit. feud. prælud.*2.*n.*28. 2.

Vltra quod in facto neque etiam auctoritates in oppositum ad exclusionem fœminarum congestæ applicantur, dum in renouationibus quamplurimis expressa fœminarum vocatio continuetur, & in omnibus præcisa, litteralis atque inculcata ad primordialem inuestituram habetur relatio; quæ propterea subsequentes implicitè qualitates primæ quoad omnia continere dicuntur, vt diximus *Obseru.*3.*n.*1. *& seq.*

Et quod magis est præcitatæ auctoritates transeunt cum supposito huic casui non applicabili, nimirum in stipulatione emanata pro se, filiis,ac liberis masculis,& fœminis, quæ in nostra inuestitura attentè considerata non legitur, nisi in narratiua concedentis; acceptatio namque Aloysij pro hæredibus masculis,& fœminis geminatur; semper autem Dominus feudi concedere videtur pro illis, & eo modo,pro quo,& vt recipiens expressè recepit,Iacobus de Beluis. *in cap.*1.*de eo qui sib.& hæred.suis,* Syluan.*cons.*3. *n.*16.*&* 18.& post ipsos Bursat.*cons.*127.*n.*23. 3.

Demum animaduertendum succedit opinionem Curt. Schrader. & Garzon. communiter damnari, Isern. *in cap.*1.*§.quin etiam Episcop.vel Abb.* Thomas de Marinis, *c. videamus, num.*15. *de feud.fœmin.* Rim. Iun. *cons.*556. *num.*72. latè Surd. *decis.*73. *sub num.*15. *& seq.* non sine palpabili ratione; quia si eorum opinio vigeret, 4.

frustra per feudistas contenderetur primo, An
5. fœmina vnius lineæ, masculum alterius in feudo prouenienti à communi stipite excludat, de qua nos *allegat.76. num.3. lib.2.* quia primi ac-
6. quirentis filia non dicitur de linea, sed de principio lineæ sui colonelli, *c. quod dilectio, & c.fin.* vbi glos. & tit. *de consanguin. & affinit.* Giurb. *de success.feud.§.2 glos.6.num.13. & seq.* Rota *in Bononien. fideicommissi* 10.*Decemb.*1664. *n.1. coram R.P.D. Albergato.*

Secundo concurrentibus fœminis pluribus,
7. quænam illarum præferatur, num proximior vltimo decedenti, an vero proximior primo inuestito, quam ex professo examinant Bald. *cons.* 200.*l.5.*&alij, de quibus Bursat.*cons.*150.*sub n.2. vers.& in duabus fœminis,* ad quod videnda sunt quæ diximus *allegat.*13.*num.7.*& *allegat.*15.*n.29. lib.2.* aliæque plures, à quibus vnusquisque facillimè se expediret, allegando non nisi filias primi acquirentis ad feudum per earum expressam vocationem præsumi dispensatas.

Cæterum quicquid dicendum esset in feudo iuxta illius ordinariam rectitudinem concesso, & cui quadrat ratio adducta, vt minus recedatur à natura feudi, regulariter fœminas excludentis, filia solummodo primi acquirentis admittitur; certè in feudo penitus irregulari non ambigitur, quin omnes fœminæ etiam à primo stipite in gradu remotissimo existentes, non veniant, dummodo descendentes sint, etiamsi de
8. eis expressa mentio in concessione feudi non interuenerit, ad textum *in c. si cui Militi in extraord.*ibi, *isque relicta ex se descendente fœmina,* & propterea feudi franchitia, & improprietate inspecta concessio pro se, & hæredibus æquè fœminas ac masculos complectitur, Menoch. *cons.*65.*num.4. 15. & per totum,* Bursat.*cons.*150. *num.4.* Ludouic. Bell. *cons.*1. *num.*75. *& seq.* & *cons.*3. *num.*149. & *cons.*16. *num.*38. & *cons.*17. *num.*23. Rota *in Brixien. feudi, num.* 15. inter meas *allegat. fol.*338.*lib.1.*dixi *allegat.*21.*num.*37. 38. *&* 41. & *allegat.*63. *n.*42. *& allegat.*76.*n.*19. *lib.*2.

Extra quam perplexitatem quoad feudum Curiæ Podij versamur, stante expressa, pluriesque geminata vocatione fœminarum per Aloy-
9. sium primum feudi acquisitorum repetita, ob quam alias peculiares circumstantias in eodem feudo concurrentes, illud à cæteris etiam Episcopatus Mantuæ contradistinguentes, & quæ simul iunctæ vltra expressam fœminarum vocationem earundem cum masculis ad feudi successionem concursum conuincunt, Moror. *respons.*29.*num.*4.6.*& seq.* Surd. *cons.*407.*num.*4.5. 6. 26. & *sub num.*34. vbi ita iudicatum refert, Monach. *de rect. feud. interpr.cap.*40. *n.*4.5.*&* 6. Osasc.*cons.*38.*n.*44.

Præterquam quod huic controuersiæ locus
10. esse posset, si quemadmodum in themate supponitur, concessio in feudum cantaret pro filiis, & filiabus, vt cum appareat concepta pro filiis masculis, & fœminis, ac stipulata pro hæredibus masculis, & fœminis obiectum cessat, seu non applicatur; tunc enim feudum ad fœminas etiam descendentes transit, *c.1. §. quin etiam Episc.vel Abb.* Rosental.*de feud. cap.7. concl.*40.*num.*1. & *in glos. A.* vbi non videtur differentiã facere circa conceptum inuestituræ magis pro masculis, & fœminis, quam pro filiis & filiabus, quinimò hoc etiam posteriori casu superius dictis concurrentibus, non minus descendentes fœminas, quam filias admitti, latius post alios prosequitur idem Rosental. *d.concl.*42.*n.*8. *& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Dictiones,* in perpetuum, in infinitum, &c. *& similes efficiunt feudum ad extraneos transitorium. Amplia eo magis procedere concurrentibus cõiecturis idem suadentibus,n.2.*
3 *Sterilitas rei in feudum concessæ transitorium efficit ad extraneos.*
4 *Obseruantia admittendi extraneos ad feudum indicat eius qualitatem, & capacitatem extraneorum.*
5 *Clausula*, saluo iure feudi, *post facultatem alienandi arguit concessionem feudalem extraneos comprehendere.*
6 *Consuetudo regionis alienandi feuda in quoscumque operatur, vt feudum ad extraneos transeat.*
7 *Rota* in Romana deuolutionis domus *adducitur.*
8 *Alienationis prohibitione cessante feudum efficitur transitorium ad extraneos per clausulas id importantes.*
9 *Clausula,* ad habendum, &c. *non dicitur apposita de stylo Notarij in cõcessione feudi facta cum solemnitatibus, quo casu operatur illius transmissibilitatem in extraneos.*
10 *Assensus Domini dicitur gratia, ideo non cogitur eam præstare. Contrarium ex consuetudine, n.11. Non requiritur attenta disponendi facultate nisi vt Dominus sciat in quem fit alienatio feudi,n 12.*
13 *Emphyteusis Ecclesiastica quod transeat in extraneos nullo iure cauetur.*
14 *Feudum in extraneos transit ex Iuris feudalis dispositione.*
15 *Zarath.* de feud. patt.12. dilucidat.83. sub n.8. *reprobatur.*
16 *Argumentum ab Emphyteusi ad feudum non procedit, vbi de iure diuersimodè inter vnam, & alterum cauetur.*
17 *Pactum alienationis prohibitiuum post facultatem alienandi eam non tollit, sed necessitatem inducit adhibendi assensum Domini in actu alienationis feudi. Fallit tamen, vbi facultas alienandi feudum conceditur sine contradictione Domini, n.18.*
19 *Laudemium non soluitur nisi ab Emphyteuta. In feudis regulariter non soluitur,n.20. Vbi ex consuetudine soluitur, in contractu feudalium nunquam soluitur inter comprehensos, n.21. Domini Curiæ Podij non soluunt, neq; etiam pro distractionibus in extraneos,n.22. In emphyteusi aliquando soluitur pro contractu inito cum coinuestito, n.23.*
24 *Laudemij obligatio est accessoria ad obligationem obtinendi assensum.*

OBSERVATIO CI.

FEVDI improprij, ac in quoscumque transmissibilitatem inconcussam reddebant sæpius repetitæ in inuestitura dictiones, *in infinitũ, perpetuò, semper, &c.* per quas 1.
concessio

concessionem suaptè natura solos descendentes admittentem extraneos non respuere, comprobant Cyriac. *controuers.146. num.10.* Rota coram Mellino *decis.245.n.2.* & *decis.294. num.4. part.2.* & *decis.50.num.1. ac per tot. part.3.* addent. *ad decis.26.num.15.ead.part.3.* & *decis.548.num.9.part.4. tom.3. recent.* & *in Romana deuolutionis domus, 4.Decembris 1651. §.sed propter clausulas, coram R.P.D. meo Bichio*, addo Corn. *consil.16. num.22. versic.& pro prædictis,lib.1.* Curt.iun.*consil.4.n.24. circa fin.lib.1.* Socin. sen. *consil.266. num.37. lib.2.* Petr. de Gregor. *de concess. feud. part.4. quæst.3. num.13.* Giurb. *de success. feud. prælud.4. num.25. & seq.* & §.1. *gloss.2. sub num.30. versic. in hac defertur feudum*, & *sub num.33. versic. in hoc succedunt etiam fœminæ*, Rot. coram Seraph. *decis.1105. num.10.*& *decis.93.num.78.& 79. part.5. recent.* & *in Sarsinaten. feudi, 22.Iunij 1645. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, vers. prædictis accedit clausula in perpetuum*, & latiùs *in Bononien. emphyteusis,16.Iunij 1589.coram Orano.*

Et indubitanter conclusio procedit,quando in
2. idem coniecturæ concurrunt etiam leues pro comprehensione fœminarum, & extraneorum, Cæphal.*consil.9.num.17.*Mantic.*de tacit.& ambig. lib.22.tit.19. num.21. & seq.* Rota *decis.381. num.6. & seq.part.6.recent.* & *in dicta Romana deuolutionis domus,4.Decembris 1651.§.saltem quando,coram R.P.D.meo Bichio*, nunc *decis.69.* apud nos in addit. ad Castill. *de aliment.*

In facti autem specie præsumptiones, & quidem vrgentissimæ, seu probationes indubitatæ pro feudi franchitia, & extraneorum capacitate
3. exuberant.Nam primò,sterilitas terrarum de tempore primæ concessionis id suadet, Rota *decis.11. num.2. part.2. recent.* & *in d.Romana deuolutionis domus, 4.Decembris 1651. §.saltem quando, versic. sterilitas,coram R.P.D.meo Bichio*, & dixi *alleg.14. n.23.& 24. fol.245. lib.1.*

Obseruantia deinde plurimum suffragatur, ex
4. quo indifferenter extranei hactenus ad istud feudum admitti apparent,dum maior pars illius abdicata à Gonzagis penes extraneos reperitur, ex qua obseruantia mens primordialis contrahentium probata resultat; vbi autem concessio semel, ac pluries transiit in extraneos, eandem qualitatem retinet, Ruin. *consil.161. num.33. & 34. lib.1.* Rota *decis.381. num.11. part.5. recent.* cum aliis *in d.Romana deuolutionis domus, 4.Decembris 1651. §.saltem quando, vers. obseruantia, coram R.P.D. meo Bichio*,Burat. *consil.4. num.22.*& *consil.46.num.32.* eadem Rot.*in d.Bononien.emphyteusis,16.Iunij 1589. §.quia licet, in fin. coram Orano.*

Clausula quoque, *saluo Iure feudi*, immediatè subsequens amplissimæ facultati disponendi idem
5. indicat; siquidem dispositione facta inter comprehensos nil Domino deperire potest, ex quo omnes à primo acquirente prouenientes in actu concessionis approbauit, Bal. *consil.300. lib.2.* Surd. *decis.343. num.10.* Giurb. *de success. feud. §.1. gloss.16. num.1. & seq.* Rot. *decis.286.num.5. part.3. recent.*

Prædictis etiam plurimum famulatur consue-
6. tudo disponendi de feudis qualitercunque conceptis, à quocunque prouenientibus, etiam antiquis, itavt ad instar allodialium redacta in commercio existant, ex quo transitoria in extraneos quomodolibet euadere, in proposito ratiocinabatur, Rota *in Farsen.bonorum, 27.Nouembris 1648. §.placuit enim,coram R.P.D. meo Cerro*,nunc impressa post collect. Bonden. *decis.4.* cæteræque huius feudi improprietates, quas singulas per peculiares articulos examinauimus.

Nec obstaret, si opponeretur *in dicta Romana deuolutionis domus*, contrarium pluries resolutum, 7.
videlicet *die 4.Decembris 1651.*& *21.Iunij 1652. coram R. P. D. meo Bichio*, & *20.Iunij 1653. coram R.P.D.meo Verospio*,& *15.Iunij 1654.coram R.P.D. meo Meltio*, nunc impressæ apud nos ad Castill. *de aliment.decis.69.* & *decis.78.* & *decis.97.*

Siquidem huic facto rationes decidendi non adaptantur, cum in præsentiarum deficiat alienationis prohibitio, quo casu Rota non dissentit, 8.
quin clausulæ superius recensitæ transmissibilitatem feudi in extraneos non operentur,ex Caualer. *decis.293.* Rot. *decis.26.num.2.* & *in addit.num.11. & seq.part.3.* & *decis.381. num.6. part.5.* cum aliis *in d.Romana deuolutionis domus,4.Decembris 1651. §.his positis, coram R. P. D. Bichio*, & ad rem optimè explicat Rot. *in Caietana bonorum, 10.Iunij 1648. §. & proinde, versic. decisio vero, coram R.P.D. meo Cerro*, & clausula, *ad habendum*, de 9.
stylo Notarij apposita dici nequit, dum in concessione facta Aloysio adhibitæ apparent solemnitates, tunc in distractione bonorum Ecclesiæ adhiberi solitæ; quo casu clausulæ de partium voluntate pro amplianda concessione censentur adiectæ, feudúmque ad extraneos transitorium efficiunt,ad not.per Doct. *in §.emphyteusim, Auth. de non alienan.* & optimè declarauit Rota *in decis.548. part.8. recent.* & *in dicta Caietana bonorum, 10.Iunij 1648. §.proinde, vers. in altera vero, coram R.P.D. meo Cerro*, & *in dicta Romana deuolutionis domus,20.Iunij 1653.§.hinc vero sequitur, in fin. coram R. P. D. meo Verospio*, & latissimè addent.ad Rot. *decis.26. n.17. part.3. recent.*

Licet autem tractu temporis pactum de non alienando accesserit, illud non attendi de Iure in præiudicium D.Marchionissæ, & de facto vsu receptum non apparere, diximus *obseruat...* Quinimò vbi etiam de illius obseruantia liqueret, & consequenter ob huiusmodi prohibitionem alienationis negatiuè conceptam Dominus de Iure 10.
consensum præstare cogi non posset,ex cumulatis per Rot. *in d. Romana deuolutionis domus, 4.Decembris 1651. §.eo minus, vers.& Dominus directus, coram R.P.D.meo Bichio.*Adhuc tamen conclusio non officeret attenta consuetudine notoria, iuxta 11.
quam Episcopus cogitur consentire, seu potius eo irrequisito maximè in feudo præsente, etiam cum extraneis quotidie contrahitur, vt dixi *dicta Obseruat...* Vltra quod assensus non pro validitate 12.
alienationis,sed pro approbatione acquisitoris intercederet, vt dicebam *Obseru...n...*

Animaduertendo insuper Rotam loqui in emphyteusi Ecclesiastica, in qua viget maior ratio, 13.
ne transeat in extraneos, & concipitur cum clausulis, *quibuscunque, ad habendum,&c. quibus dederis*,& similibus, vt dixi *Obseru.85. num.14.* & admittit Seraph. *decis.1290. num.12.* & *in dicta Romana deuolutionis, 4.Decembris, §.eo minus, in fin. coram R.P.D.meo Bichio*,& *in Bononien.fideicommissi de Rascentoriis,23.Martij 1640. num.1. coram R.P.D.Ghisilerio*,quam in feudis ab inferiori Præ- 14.
lato prouenientibus à recta feudi natura regulariter contradistinctis, ad textum *in cap.1. de feud. non habent. propr. feud. natur.* Surd. vidend. *consil.475. sub num.28. vers. sed quid egemus, & per tot.* Osasc. *consil...in fin.* & in simili Ruin. *consil.3. num.18. in fin.* & *num.19.* quicquid in oppositum 15.
malè

malè contendat, Larath. *de feud. part.* 12. *dilucid.* 83. *sub num.* 8. *vers. licet specula t.* arguendo ab emphytheusi ad feudum; cum tamen in peculiariter
16. dispositis in vno ad alteram argumentum sumere non permittatur, dixi *dicta Obseru... num...* & comprobant adducti per Rot. *in Romana Laudemij*, 4. *Maij* 1635. §. *nec obstare*, *vers. & ideo*, *coram R.P.D. Ghisilerio*, Surd. *decis.* 95. *sub num.* 16. *& seq.* & *decis.* 188. *n.* 3. & *decis.* 189. *n.* 15.

Omnique in casu superueniens clausula aliena-
17. tionis prohibitiua si attendi deberet, deseruiret tantummodo non ad instantaneam correctionem, & remouendam totaliter facultatem alienandi feudum, sed ad eam moderandam, itavt quando potentia reduceretur ad actum particularem alicuius alienationis, tunc Domini assensus intercedere deberet, Alex. *consil.* 106. *num.* 3. *&* 9. *lib.* 4. Rub. Alex. *consil.* 110. Larath. *consil.* 33. & *de feud. part.* 8. *dilucid.* 20. *num.* 6. & *dilucid.* 83. *num.* 8. Cui perplexitati in præsentiarum locus non fit, dum præter clausulam, *ad habendum*, &c. concurrit
18. etiam clausula, *sine contradictione Episcopi, & successorum*, quæ omnem respuit restrictiuam necessitatem adhibendi assensum remouet, manifestámque præsefert contradictionem cum prohibitiua alienationis, etiam ex mente Menoch. *in dict. decis.* adducti *consil.* 61. *sub num.* 26. *versic. loquitur quando verba sunt duplicata*, & latius comprobaui *Obseru... num...*

Ducta ratio ex conuentione soluendi laude-
19. mium, quod non soluitur, nisi alienans sit verè, & propriè emphyteuta, ex cumulatis *in eadem Romana deuolutionis domus*, 4. *Decembris* 1651. *dict.* §. *his positis*, *vers. & denique*, conuentio facillimè
20. retorquetur, ex quo feudalium naturæ Laudemij solutio repugnat, Bec. *consil.* 2. *num.* 7. *&* 10. Ciarlin. *contr.* 106. *n.* 6. & dixi *Obseru...* eáque propter consuetudo etiam pro contractibus super feudo Mantuæ introducta illud soluendi, & quidem ab immemorabili strictè prædicata, nunquam hactenus
21. in contractibus inter comprehensos locum habuit, ex Rot. *in Mantuana bonorum*, seu *Laudemij*, pro cuius non solutione Nobiles institerunt, Manent. *decis.* 50. *num.* 12. *&* 16. sed solum de alienationibus in extraneos; quæ tamen fiunt à cæteris Vassallis Ecclesiarum Mantuæ, & Subuassallis
22. Curiæ Podij, cuius Domini principales ex amplissima facultate alienandi, neque etiam pro alienationibus in extraneos Laudemium soluunt, ad tradit. per Cæphal. *consil.* 505. *in fin.* & *consil.* 699. *num.* 31. Cancer. *variar. resolut. cap.* 11. *num.* 75. *lib.* 3. Rota *decis.* 180. *num.* 3. *part.* 3. *recent.* Manent. *decis.* 50. *num.* 19. *& seq.* Quicquid in oppositum ob-
23. seruetur in emphyteusi circa solutionem Laudemij, aliquando etiam quoad coïnuestitos debitam, ex Rot. *in dicta Romana deuolutionis domus*, 4. *Decembris* 1651. §. *& quamvis aliqui*, *in fin. coram R. P. D. meo Bichio*, Surd. *decis.* 343. *num.* 7. Manent. *consil.* 106. *num.* 40. *& seq.* vterque concludens extra simplicem refutationem Laudemium deberi.

Pro cuius exemptionis à solutione Laudemij plurimum facit ratio dependentiæ, quam habet
24. solutio Laudemij à præambula necessitate impetrandi assensum, ex quo illa ab ista consecutiuè se habet, quemadmodum ratiocinabatur Rota coram Caualer. *decis.* 521. *num.* 1. & *in Romana Laudemij*, 4. *Maij* 1635. §. *quæ opinio*, *vers. quia occasione*, *coram R. P. D. Ghisilerio*, & *in dicta Romana deuolutionis domus*, 4. *Decembris* 1651. §. *eo minus*, *coram R. P. D. meo Bichio*, quæ quidem obligatio petendi assensum pro validitate contractus, cum in feudo Curiæ non vigeat, vt alias diximus, ideo neque pro alienationibus in extraneos ad Laudemij solutionem tenentur, vt dixi *Obseru...*

SVMMARIVM.

1 *Delegatio nomine proprio facta non transit in successorem. Finitur transacto tempore præfixo*, *num.* 2.

3 *Auocatio causæ per delegantem fieri potest. Non fit, nisi cum iusta causa*, *num.* 4. *Contra*, *num.* 5.

6 *Cyriac.* controu. 515. *qualiter procedat.*

7 *Fideiussores liberantur secuta confiscatione bonorum principalis. Ex nouatione facta per fiscum liberantur*, *num.* 8. *Declara*, *vt num.* 9.

10 *Fideicommissum resoluitur ex retrouenditione in vim pacti per testatorem in acquisitione adiecti. Rem à grauato redemptam afficit*, *num.* 11.

OBSERVATIO CII.

TRIPLICI potissimum ex fundamento euidenter nullam, ac notoriè iniustam pronuntiamus sententiam DD. Iudicum à quibus, cumulatis Iuribus Vassalli, & fideiussorum, tam ex processu resultantibus, quàm coram nobis deductis.

Primò, quia delegatio facta per D. Marchionem Barnabam Centurionem in personam Domini Præfecti generalis iustitiæ, præmisso prius nomine eius proprio ad personam D. Senatoris Rouerij in dignitate successoris, non extendeba- 1.
tur, adeo vt gesta coram ipso ex defectu iurisdictionis redderentur nulla, vt præter adductos per informantem pro ipsis fideiussoribus, comprobant Gabr. *consil.* 32. *num.* 11. *seq. ac per tot. lib.* 2. Bellon. *de mandat. iurisdict. cap.* 10. *quæst.* 8. *num.* 7. *in fin.* & *num.* 8. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 54. *num.* 156. Ripol. *variar. resolut.* 1. *num.* 449. *& seq.* Sperell. *decis.* 166. *num.* 1. & prius *decis.* 31. *num.* 13. Merlin. Pignatell. *controuers.* 25. *num.* 21. *cent.* 1. Gratian. *discept. forens.* 92. *num.* 2. 3. *&* 4. vbi de veriori, ac magis recepta opinione, Menoch. *de arbitr. quæst.* 68. *n.* 16. & faciunt tradita per Tondut. *tit. de Præuent. cap.* 1. *n.* 56. *part.* 2.

Cæterùm cùm delegatio præsentis causæ simpliciter, & absolutè non emanauerit, sed restricta appareat vsque ad sententiam exclusiuè, præsupposito citra veritatis dispendium, quod processus sustineretur, negari certè non potuit, quin sententia omnino nulla præexisteret, tanquam lata extra 2.
terminum delegationis, ipsiúsque iudicandi tempore effluxo, *l. si Iudex*, 32. *ff. de Iudic.* cum iuribus cumulatis per Bellon. *de mandat. iurisdict. cap.* 10. *quæst.* 9. *n.* 1. & faciunt tradita per Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 7. *num.* 25. Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. delegat. n.* 93.

Deinde, & hoc etiam tendit in comprobationem defectus iurisdictionis, ac consequenter inualiditatis sententiæ; quia D. Marchio delegans ante prolationem sententiæ causam ad se auoca- 3.
uit, quemadmodum facultas prædicta auocandi causam non solum de Iure sibi competebat, ex

latissimè

latissimè traditis per Rim. *consil.* 354. *num.* 17. *seq. ac per tot.* Bellon. *de mandat. iurisdict. cap.* 10. *q.* 6. *num.* 1. *& seq.* & *quæst.* 7. *num.* 8. *& sequent.* Larr. *decis.* 2. *num.* 18. *& per tot.* verum etiam quia in concessione feudi ita expresse cautum reperiebatur, vt scilicet ad eius nutum D. Marchio causas quandocunque ad seipsum auocare posset.

4. Nec obsistere, seu non applicari videbatur, quod causa iam instructa coram vno Iudice, nonnisi iusta subsistente causa auocari possit, Cyriac. *controuers.* 515. *num.* 1. *seq. ac per totam*; siquidem contrarium magis communiter recipitur, vt nimirum
5. etiamsi nulla subsit causa Iudicis delegatio ab eo auocari possit, vt post alios animaduertit Bellon. *de mandat. iurisdict. cap.* 10. *quæst.* 7. *num.* 6. 7. *&* 8. Omnique in casu opinio Cyriac. *d. controu.* 515. *n.* 1.
6. *& per totam*, procedere posset in Iudice ordinario; secus autem in delegato, vt optimè distinguit Larr. *d. decis.* 2. *sub n.* 18.

Carolum Ferrarium denique, ac alios confideiussores absoluimus à fideiussione duplarum biscentum per eos præstita, & in quam per Iudices à quibus indebitè condemnati extiterant, ex quo enim Capitaneus Blancus principalis reus præ cæteris in pœnam confiscationis bonorum damna-
7. tus appareat, eius fideiussores à fisco indemnes conseruandi ob incorporationem bonorum rei minimè condemnari poterant, Raimund. *inter cons. crim. diuers. consil.* 36. *num.* 19. 20. *& seq. vol.* 1. Baiard. ad Clar. *quæst.* 95. *num.* 2. Caball. *resolut.* 190. *num.* 2. & *resolut.* 234. *num.* 20. *& seq.* Arias de Mes. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. Guazzin. *de confisc. bonorum, conclus.* 13. *lim.* 67. *&* 68. *num.* 2. & *conclus.* 25. *num.* 20. *& seq.* Seraph. Mass. *de confisc. quæst.* 35. *num.* 11. *& seq.* & *quæst.* 45. *num.* 13. cum adductis per informantes pro eisdem fideiussoribus.

Qui sanè fideiussores ab omni prorsus vinculo obligationis erga fiscum liberati remanserunt,
8. ex multis nouationibus ex parte fisci secutis, & per informantes optimè ponderatis, vt etiam in proximis terminis examinat, Caren. *resolut.* 90. *ex num.* 27. Istud tamen sibi locum vindicat, præ-
9. supposita bonorum rei sufficientia; nam vbi soluendo non reperirentur, fiscus ea remittit, & sibi saluum ius remanet consequendi à fideiussoribus integrè iuxta illorum obligationem, vt bene declarat Seraph. Massin. *de confiscat. quæst.* 45. *num.* 18.

Vnde opus non fuit ingredi quæstionem super prætensione modò deducta per Franciscum auocandi bona à fisco sub prætextu fideicommissi;
10. cum enim liqueret, reum vigore pacti retroëmisse bona per emptorem fideicommisso subiecta, vtique fideicommissum euanuit, Cagnol. *in l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vend. num.* 174. Surd. *dec.* 286. *ex num.* 11. Salgad. *in Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 43. *num.* 16. & *part.* 2. *cap.* 13. *ex num.* 12. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 5. *quæst.* 14. *num.* 3. Non. Cost. *de priuileg. credit. reg.* 1. *ampl.* 2. *num.* 1. Censal. ad Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *fol.* 280. *vers. sexto declaratur*, & in proximis terminis Rota *in Romana Casalis S. Agathæ*, 26. *Iunij* 1662. *n.* 4. *coram Reuerendissimo Cerro.*

11. Sicuti è conuerso si testator proprietatem vendiderit cum pacto recatus, eamque hæres grauatus redemerit, illa in augmentum fideicommissi cedit, ex cumulatis per Cyriac. *controu.* 204. *n.* 109. & per nos *allegat.* 19. *num.* 2. *fol.* 344. *lib.* 1. Censal. ad Peregr. *d. art.* 42. §. *sexto declaratur, fol.* 280.

SVMMARIVM.

1 *Confessio debiti in testamento emissa non probat. Fallit, vt num.* 4. *& num.* 5. *& num.* 8. *& num.* 9.

2 *Emptum ex pecunia alterius ementis efficitur. Et num.* 10. *Fallit, vt num.* 11. *Ex pecunia vxoris, seu subrogata vxori debetur, n.* 14.

3 *Iuramentum in litem defertur contra inuentarium imperfectè conficientem. Declara, vt num.* 15.

6 *Argumentum à præsenti in præteritum valet.*

7 *Paupertas à natura inhæret, & præsumitur.*

12 *Minor in rebus emptis cum illius pecunia hypothecam habet cum prælatione, & rei vindicationem.*

13 *Vxori minori acquisita per maritum de eius pecuniis debentur.*

16 *Actio personalis non datur contra eum, cuius nullum fuit gestum negotium. Realis, vt detur contra tertium requiritur hypotheca in re, & existentia rei apud conueniendum, num.* 17.

18 *Actione carens in iudicio non auditur.*

19 *Vidua præstat iuramentum expurgationis, vt se eximat à molestiis hæredum, & creditorum.*

20 *Testes non dato termino ad reprobandum eorum dicta non probant.*

21 *Filiæ interest habere matrem diuitem.*

OBSERVATIO CIII.

PROCESSV instructo inter duas Sorores consanguineas; Isabella, altera ex eis adhuc impubes hæreditatis paternæ facta repudiatione ab vlteriori molestia se exemit; vnde priuigna Soror altera eius Nouercam ex abrupto vexare non destitit. Eo sub prætextu, quod cuncta in hæreditate Patris, ac Mariti respectiuè non descripserit, etiamsi ipsa describens, tam ex iudicio Testatoris, quàm ex rei veritate propria, dumtaxat. Iure optimo describere neglexerit.

Fundamentum istius commiserandæ vexationis in eo consistebat, quod Nouerca Domina, nimirum Margarita de Fiera declaratione facta per eius Virum in Testamento, quo cum postea immediatè decessit, iuuari non possit. Ex eo, quia dicta confessio fauore vxoris emanata, quod mo- 1.
bilia, gemmæ, &c. essent illius propria, seu per eam, cum consensu Testatoris eius viri acquisita, ex affictibus bonorum Paraphernalium in præiudicium Iugalium de Zucchis anteriorum in credito attendi non deberet, ad textum *in l. qui Testamentum*, 27. *in fin. C. de probat.* & *in l. cum quis decedens*, 35. §. *Titia honestissima, ff. de legat.* 3. Alex. *consil.* 45. *in fin. lib.* 1. & *consil.* 57. *lib.* 5. Cæphal. *consil.* 174. *num.* 17. Manent. *consil.* 67. *num.* 10. Cyriac. *controuers.* 252. *num.* 6. *&* 7. & *controuers.* 546. *n.* 88. Matt. Ventur. *consil.* 28. *num.* 77. *&* 78. Thomas. *de tutor. & curator. tit.* 19. *num.* 519. *fol.* 324. vbi quod neque valeat confessio debitoris in testamento emissa pro exoneranda conscientia, Burat. *dec.* 104. *num.* 3. *&* 4. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.* 4. *quæst.* 134. *num.* 16. latè Redenasc. *consil.* 17. *num.* 76. *& seqq.* Rot. *decis.* 55. *num.* 10. *& seq. part.* 6. *recent.* &

& dixi *allegat*.48.*num*.21.*lib*.2.Leoncill.*de priuileg. pauper. part*.2. *priuileg*.68. *num*.4. Surd. *decis*.285. *per tot*.Fontanell.*de pact.nupt.clauf*.7.*gloss*.1.*part*.2. *num*.71.*&* 72. & *clauf*.14. *gloss.vnic.part*.2.*num*.23. Censal.ad Peregrin. *de fideicomm. art*.36. *versic.secundo obserua, fol*.356. Marescot. *variar.resol.c*.82. *num*.6. *& per tot. lib*.2. Gait. *de credit. cap*.2. *tit*.3. *num*.270.*& seq*. Rub.*de valid.legal.cap*.8.*num*.94. Rot. *in Romana successionis*, 24.*Ianuarij* 1650. *n*.8. *coram Eminentissimo Corrado*.

Quinimò, vbi etiam huiusmodi confessio viribus subsisteret, seu vera præsumeretur, adhuc ex ea non sequeretur, quod empta ex pecuniis ipsius Dominæ Margaritæ eiusdem dicerentur propria,
2. aut illa retinere potuisset:siquidem emptum ex pecunia alterius etiam dotali, non efficitur alterius, neque dotale, vt latissimè inter cæteros prosequuntur,Giouagn.*cons*.32.*per totum*,*lib*.1. Manent. *consil*.104. Surd. *decis*.15. cum ibi notatis per Hodiern.Gratian. *discept. forens*.964. *num*.22. Merlin. *de pignor.& hypothec. lib*.2.*quæst*.51.*num*.18.*& lib*.3. *quæst*.52. *num*.4. Rota coram Merlin. *decis*.103. Ioan.Franc.Andreol. *controuers*.125.& *controu*.180. Cyriac. *controu*.36. *n*.3.

Vnde cum nostra principalis in inuentario, seu simplici descriptione plura non registrauerit, ideò
3. iuxta petitionem partis aduersæ iuramento in litem locus erit, ad tradita latissimè per Thomas. *de tutor. & curator. tit*.13. *num*.76. cum pluribus sequentibus, Contr.*discept.caus*.30.*n*.3.

Istius controuersiæ resolutio ex serie facti, illiúsque præambula cognitione pendet,quæ quantùm ad eandem sic se habet: D. Margarita vix ætatem pupillarem egressa satis pingue patrimonium habens nuptias cum D. Spontono artis, ac Medicinæ perito contraxit: In quo postquam per plures annos permanserat; quibusdam adhibitis solemnitatibus in prædio Iugerum trecentum sibi dotem constituit; reliqua autem bona sibi reseruauit, vt latiùs instrumentum de anno 1638. superinde celebratum pandit. Interim verò, & à præcedenti anno 1637. vsque, & per totum annum 1640. intuitu dictæ reseruationis, & occasione extradotalium ad Scuta termille, ex calculis in præsenti processu exhibitis exacta apparent. Durante adhuc minori ætate eiusdem D.Margaritæ, vt colligitur ex instrumento ratificationis initæ per eam de anno 1646. per obitum eiusdem viri secutum de anno 1648. solutum euasit matrimonium, & licet ex præmissis ingens coniectura, seu concludens probatio emergeret, quod quælibet auctio,& acquisitio mobilium, se mouentium, atque aliarum rerum ex pecuniis ipsius D. Margaritæ minorensis necessario prouenerat.Nihilominus non immemor salutis æternæ, ac pro exoneratione suæ conscientiæ declarationem superius enarratam fauore vxoris in solemni testamento protulit.

Vnde cum Testator in præsentiarum,in genere rerum, in testamento descriptarum se debitorem non fecerit, sed qualiter,& de quibus pecuniis illius vxor eadem acquisierit,expresserit. Ideò di-
4. cta confessio,tanquam vera, atque ab omni prorsus fraude,ac simulatione aliena cunctis creditoribus eiusdem Testatoris præiudicat, Cæphal. *consil*.131.*num*.10. Socin. *consil*.122.*num*.7.*lib*.3.qui loquuntur in confessione dotis à marito facta, Simon.de Prær. *consil*.100.*num*.4. *& seq*. & in terminis optimè ratiocinatur,Lancellot.Gall.*cons*.48. *n*.7.*&* 8.Rot.*decis*.384.*n*.12.*& seq.p*.9.*tom*.2.*recent*.

In quorum comprobationem plurimum vrgebat,quia dicta confessio,seu declaratio in gratiam vxoris apertissimam verisimilitudinem secum afferebat. Ex quo dicta D. Margarita sicuti de anno 1639. domum de propriis pecuniis emerat, ita quoque rationi consonum videbatur, quod eam conuenienti supellectili instrueret; neque enim proprias substantias in contrahendo matrimonio sibi reseruatas dissipare consueuerat. Qua stante verisimilitudine non ambigitur, quin confessio, maximè in actu restituendi animam Creatori 5.
emissa contra quoscunque probet, vt latiùs comprobauit Senatus Mantuæ apud Surd. *decis*.55. *num*.3.*ac per totam*, vbi rationes, & fundamenta inducit hanc veritatem comprobantia, & quæ huic casui singula applicantur, Gratian. *discept. forens*.955. *num*.5. Rota *decis*.198.*n*.3. *part*.1. *recent*. & apud Cenc. *de cens. decis*.310. *num*.3. *& seq*. Seraph.*decis*.487.*num*.14. Rot. *d.decis*.384. *num*.15. *part*.9. *tom*.2. *recent*. & *in Romana fideicommissi* 8.*Iunij* 1648.*n*.27.*coram R.P.D.Arguelles*.

Extrema quoque egestas, atque æris alieni grauitas, quibus Dominus Testator premebatur, & pressus decesserat, vehementissimam pro veritate declarationis testamentariæ erga minorem minimè fraudandam præsumptionem præbent. Quoniam ex præsenti bene arguitur in præteritum, 6.
Barbos. *loc. com*.85.*per totum*, maximè cum paupertas sit qualitas à natura inhærens,& quæ regu- 7.
lariter præsumitur,Leoncill. post alios *de paupert. priuileg*.328.*num*.1.*& seq.ac per totum*,Rot.*decis*.50. *num*.3. *part*.9. *tom*.1. *recent*. Nec quod Vir ipsius D.Margaritæ esset artis, ac Medicinæ Doctor, & quidem excellens, celebris, & consummatissimus quicquam releuat, quippe quoniam professioni non vacabat. Et vagabatur per orbem modò in hanc, modò in illam Ciuitatem, sicque propriam non minus, quàm vxoris substantiam dotalem in itineribus destruebat, adeo vt prædium dotale in pinguiori ditione huius dominij existens, quanti minimi semper locauerit, vt anticipatas pensiones extorqueret; & redditus, seu affictus immaturos, &,vt aiunt,in herba ederet. Quamobrem illorum de Coradinis eiusdem Prædij durante vita ipsius Physici conductorum in egregia quantitate adhuc debitor remanserit.

Prædictis in facti contingentia concurrenti- 8.
bus, ac simul iunctis, nimirum confessione Testatoris indiuidualiter qualificata, verisimili, cum inopia Testatoris, ac pecuniarum affluentia vxoris, necessariò infertur huiusmodi declarationem veritati innixam censeri, ideóque sic sufficienter adminiculatam etiam extraneis creditoribus præiudicare, Saliect. *in l.si mater*, 10. *C.de contrahen. empt*. Alex. *consil*.18. *num*.2.*lib*.3. Dec. *in consil*.96. *sub num*.3.*versic.ex eo,quòd in simili*, Socin. *cons*.66. *num*.8.*lib*.1. Crauet.*consil*.40.*num*.5.Marescot.*var. resolut. cap*.82. *num*.10. *lib*.2. & pluribus exornat Scayn. *decis*.13. *num*.109. *& seq*. vbi in effectu ad rem optimè concludunt, quod quando confessio fauore vxoris à marito emissa in testamento verisimilis redditur, seu coadiuuatur ex eo,quod mulier præter dotem aliunde haberet, vnde acquireret,tunc eadem confessio contra quoscunque operetur, atque vniuersaliter ex coniecturis conualidari confessionem in extremis, ac vltima voluntate probatam admittunt, Mantic. *de coniecturis vlt. volunt. lib*.10.*tit*.4.*num*.4. *in fin*. & cæteri omnes, quos *suprà* in oppositum cumulauimus, quorum traditiones in simplici confessione nuda à

causa,

causa, ac quibuscunque adminiculis destructa sibi locum vindicant, vt clariùs ex illorum lectura resultat.

Quæ tamen ex abundanti dicta sint, cum D. Margarita non agat, sed ob prætensam rerum controuersarum existentiam penes ipsam conueniatur, cui propterea procul ab omni ambiguitate re-
9. tentio aduersus quoscunque quantumvis in tempore anteriores competit, ad sensatam speculationem Castren. *in l.3.§.quidam liberis, sub n.2.versic. licet enim confessio Testatoris*, & *in l.cum hæres*, 51. *n.2.ff.ad Trebellian.* quam, & si illam *ibid.* Alexand. impugnauerit, & in simili casu discussionem, & resolutionem capere distulerit, Rota coram Seraph. *dec.487.n.14.in fin.* & *n.15.* quæ est *decis.685.p.1.diuers.* & in occurrenti casu examinandam reliquerit, Fontanell. *de pact.nupt.claus.14.gloss.vnica,p.2. n.32.* in præsentiarum omninò amplectendam duximus. Istorum namque hæsitationes in confessione testamentaria à præexistentibus causis non vestita, neque coniecturaliter, præsumptiuè, aut realiter aliunde verificata sibi locum vindicant; Optima, & nostro quidem iudicio ineuitabili ratione mouemur. Quia isthæc retentio non prouenit ex mutatione possessionis de Iure familiaritatis ad ius proprium; sed ex continuatione possidendi ex Iure dominij, quod viuente adhuc marito earundem rerum nostra principalis ab initio acquisiuit, habuit, & retinuit.

10. Illa autem subsequens, atque ex aduerso famigerata conclusio, res empta ex pecunia mea, vel aliena, mea, vel alterius Domini pecuniæ non efficitur, in abstracto quidem, & regulariter loquendo sibi locum vindicat, vt præter adductos supra Iuribus in id congestis, comprobat Leoncill. *de paupert. part. 2. priuileg.123. num.1.* At vbi interesse Minoris viget, contrarium iure opti-
11. mo suadetur, quia res empta ex pecunia minoris ab eodem minore, vel à quolibet negotiorum gestore etiam de facto in patrimonium eiusdem minoris, ipso Iure reincidit, *l.3. Cod. de arbitr. tutel. l.1. C. quandò ex facto tut.* Buratt. *decis.685. num.3.* Leoncill. *de paupert. priuileg.123. num.5.*

Omnique in casu, qualitercunque res se habet, negari non potest, quin in rebus sic emptis hypo-
12. thecaria, cum prælatione quibuscunque aliis creditoribus, etiam expressam anterioritatem habentibus, seu rei vindicatione experiri minor, ac consequi res emptas possit, ad latissimè tradita per Gratian. *discept. forens.955. num.8. & seq.* Tomas. *de tutor. & curator. tit.18. sub n.49. ampl.6.* & *tit.19. num.15.* vbi quod præsumantur emptæ ex pecunia minoris ob inopiam ementis, Hodiern. ad Surd. *decis.15. num.33. & sequent.* & *num.52. & sequent.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.3. quæst.25. per totam.* Ob priuilegium igitur minoris ætatis, quo principalis nostra fruebatur, hæsitationi nullus relinquitur locus, quin acquisitiones, seu res acquisitæ, iuxta continentiam testamenti, & declarationem Testatoris, commodo principalis nostræ ad omnimodam aduersantium exclusionem cedere habeant, & ne istud discrimen à no-
13. bis somniatum videatur inter vxorem ætate maiorem, & adhuc minorem tempore acquisitionum, in comprobationem adduco Socin. iun. *consil. vltim. num.13. lib.3.* Rimin. iun. *consil.776. num.43.* Giouagn. *consil.32. num.13. lib.1.* post Gloss. & Doctores *in l. ex pecunia*, 12. *Cod. de Iur. dot.*

Vnde nescio videre quorsum, quemve ad effectum fides Mercatorum pars aduersa produxerit; dum ipsi non sunt in causa, nec quicquam inter ipsam D.Margaritam, & Mercatores actum extiterit; cum pro illarum consecutione, quemadmodum in reliquorum acquisitione pecuniam Mercatoribus erogandam realiter tradidisset, neque in vxoris præiudicium subrogatio pecuniæ creditæ, 14.
loco numeratæ vertebatur, & faciunt tradita per Manent.*consil.104.n.16.* Iuncta potissimum declaratione à marito facta circa implicationem pecuniarum in rebus penes ipsam vxorem existentibus de vtriusque coniugis consensu secutam, quam declarationem iuribus subsistere, atque attendendam *superius* diximus.

Ob quas sanè rationes, vndequaque inconcussas instito in litem iuramento locus esse non potest, tum primo, quia citra omnem dolum, culpam, ac fraudem D.Margarita res in effectu, atque 15.
ex iudicio Testatoris proprias penes se retinuit; Dolo autem, & culpa cessantibus iuramentum in litem penitus excluditur, Gratian.*discept.forens.151. num.31.& 32.* Cyriac.*controu.123.num.12.* infinitos cumulat Tomas. *de tutor. & curator. tit.134.* vbi quod in tutore requiratur saltem leuis culpa, & contra ipsum in litem iuretur, & *sub num.229. amplias.86. fol.90.* vbi quòd inter coniunctos iuramentum in litem non intret, nisi, vbi dolus apertus intercessit, & *n.320.* Tum secundo, quia Iugalibus de Zucchis vti non informantibus de eo, super quo in litem iurare prætendunt, iuramentum non defertur, Gratian.*d.discept.151.n.33.* Tomas. *de tutor. & curator. tit.13.n.41.fol.96.* vbi quod præter pupillum nemini detur, nisi sit informatus, & *n.62. n.120.* Quæ quidem informatio ad iurandum sufficiens aduersantibus deficiebat, ex quo priuigna ante nuptum in Monasterio virginum Castrileonis, educationis ergo commorata est, & Matrimonio deinceps celebrato Sponsi ædes continuo habitauerat. Tum demum, quia ius, actionem, vel interesse erga alium non habens, neque aduersus eundem iuramentum in litem suscepit.

Nullum autem ius, nullámve actionem priuignæ aduersus Nouercam competere deducitur. Quia cum inter ipsas contractus aliquis, seu quasi non interuenerit. Ideò actionem personalem con- 16.
tra ipsam intentare nequit, *l.si in area,33.ff.de condit.indebit.* Cyriac. *controuers.120. num.1.* & *controuers.181. num.2.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.1. quæst.10. num.4.* Rot. *in Romana Saluiani, 9. Decembris 1644.num.6.& 8.coram Reuerendissimo Cerro.* Minus verò realem, cum in toto proces- 17.
su edoctum, neque deductum appareat, de rerum existentia, dominio, vel hypotheca, ratione cuius Nouerca molestari valeat, Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.1.dicta quæst.10.num.21.* & latiùs *lib.5. quæst.68. & per totam*, implicat verò aduersantes dominium, vel possessionem posse probare, sicque tanquam Iure, & actione carentes à limine iudicij 18.
expellendi veniunt, Gloss. & Doctores *in l. vbi pactum, 40. C.de transact.* dixi *allegat.18.n.2.lib.2.* & *alibi sæpè.*

Ex quibus macula omnis, atque suspicio cuiuscunque subtractionis indebitæ rerum mariti sublata censetur, vbi verò cicatrices aliquæ, vestigia, seu reliquiæ superessent per iuramentum expurgationis, quod nimirum de bonis mariti ad eam 19.
nihil peruenerit consuetum in simili viduæ deferri, abluerentur, Gratian. *discept. forens.59. num. 16.* dixi *allegat.5. num.32. fol.82. lib.1.* & nunc magis

ad rem addo Scac. *de commerc. & camb.* §.7. *gloss.* 5. *& sub num.* 91. *versic. ita etiam tenetur ea manifestare creditoribus*, ad Gloss. *in l.2. in verbo iurata fide, C. quando & quib. quar. par. deb. lib.* 10. cum adductis *in seq. alleg.*

His tam in Iure, quàm in facto sic se habentibus ad nihilum omninò deseruiunt depositiones testium ex aduerso in causa examinatorum; ex parte enim principalis nostræ in controuersiam haud reuocatur, quominus res proprias, quas ipsa viro vita functo subtraxerit in domo eius pariter propria, & quam inhabitabat, cum eodem viro reperirentur. Istud verò fundamentum ex superiùs dictis, cum resultantibus ex processu, vel sufficienter probatum existit, & habemus interitum, vel vlteriori probatione indiget, & tunc non sine grauamine principalis nostræ ad reprobandum dicta testium partis aduersæ exclusa extitit. Cùm tamen
20. ex præscripto, tam Iuris Cæsarei, quàm ex censura statuti testes, ita demum gradum probationis faciunt, si pro reprobandis eorum dictis, & excipiendo contra personas petita dilatio concessa fuerit, ex his, quæ post alios dixi *allegat.* 21. *n.* 59. *fol.* 389. *lib.* 1.

Concurrente potissimum interesse minoris filiæ eidem competenti, etiam post repudiatam hæreditatem Patris, ipsius namque filiæ plurimum interest ditiorem habere Matrem, qua de causa actione non dicitur omninò destituta, ratione cuius etiam per viam restitutionis in integrum dilationem ad probandam Matris intentionem consequi debebat, argumento deductorum in simili, & in terminis magis dubitabilibus per Rotam *decis.* 44. *num.* 12. *& seq. part.* 6. *recent.* Omnique in casu dilatio aliqua ad coadiuuandam Testatoris, Mariti, Patris, ac Soceri impugnatam declarationem saltem concedi debebat. Vix namque in mentem sensati hominis cadere vnquam potuisset; quod filia in cadauer paternum veluti sæuiendo deliberatam illius, ac pro salute æterna necessariam, tótque nominibus indubiam confessionem tanta cum libertate redarguere præsumpsisset, inuitámque ad secreta larium propalanda vxorem prouocasset. Et hæc pro nunc raptim, & currenti calamo dixisse sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Honorificum idem est, quod Francum.*

2 *Fœmina etiam non vocata succedit in feudo honorifico. Amplia, vt n.* 4. *& n.* 5.

3 *Textus* in cap. si cui militi in extraord. *est legalis.*

6 *Renouatio inuestituræ feudi est petenda infra annum, & diem, à die obitus Domini, aut Agnati.*

7 *Minor excedens quatuordecim annos renouare tenetur inuestituram sub pœna priuationis feudi. Vsque ad vigintinouem annos restituitur ad petendam renouationem inuestituræ feudi, n.* 8. *Amplia, vt n.* 9.

10 *Mora purgatur ad euitandam caducitatem ob non renouatam feudi inuestituram, & n.* 12. *In dubio purgatur, n.* 13.

11 *Æquitas Canonica in feudo Ecclesiæ inter Ecclesiasticos est seruanda.*

14 *Prælati non debent esse proni ad caducitates.*

OBSERVATIO CIV.

AD feudum istud honorificum idem importans quod Francum, ex cumulatis 1.
per nos *allegat.* 16. *num.* 26. *fol.* 272. *lib.* 1. & *allegat.* 1. *n.* 37. & *alleg.* 21. *n.* 31. & *alleg.* 76. *n.* 22. *lib.* 2.
Fœminam istam quantumvis non expressè vocatam succedere animaduertunt, per text. *in cap. si cui militi in extraordinar.* Bursat. *cons.* 9. *n.* 4. & alij apud nos *d. alleg.* 16. *n.* 34. *fol.* 275. *lib.* 1. & *allegat.* 1. *num.* 40. & *allegat.* 21. *sub num.* 40. & *allegat.* 76. *num.* 19. *lib.* 2. cum adductis per Rot. *in Mantuana feudi*, 25. *Maij* 1657. *num.* 1. *&* 2. *coram R. P. D. Verospio.* 2.

De legalitate autem præcitati textus *in cap. si cui militi in extraord.* hæsitandum non videtur, 3.
dum pro tali communiter recipitur, vt post alios animaduertebam *allegat.* 8. *n.* 54. *fol.* 123. & *alleg.* 18. *num.* 62. *fol.* 329. *num.* 62. *lib.* 1. & *allegat.* 72. *num.* 46. *lib.* 2. Quem propterea sequitur etiam Rota *in dict. Mantuana feudi*, 25. *Maij* 1657. *num.* 4. *coram R. P. D. Verospio.*

Super quo non est cur vlterius insistamus, dum vltra franchitiam, improprietatem, & honorificentiam feudi concurrit etiam expressa fœminarum 4.
vocatio, importata per concessionem pro hæredibus vtriusque sexus; quo sanè casu fœminam saltem post masculos, seu eorum cessante concursu ad feudum cuiuscunque qualitatis admitti non ambigitur, vt dixi *allegat.* 10. *num.* 16. *& seq. fol.* 149. & *num.* 24. *fol.* 150. & *num.* 49. *fol.* 153. & *allegat.* 18. *num.* 93. *& seq. fol.* 333. *lib.* 1. & *allegat.* 76. *n.* 3. *lib.* 2. & nunc addo Rot. *in dicta Mantuana feudi*, 25. *Maij* 1657. *n.* 8. *&* 9. *coram R. P. D. Verospio*, Cyriac. *controu.* 570. *n.* 7. Borrell. *in Sum. decis. tit.* 34. *de feud. num.* 170. *part.* 1.

Dicta verò de muliere in abstracto procedunt quoque in Moniali, maximè in feudo ab Eccle- 5.
sia prouenienti; neque enim verosimile videtur, quod Ecclesia in concessione feudi intellexerit excludere personas militiæ Ecclesiasticæ deditas, vt post Rot. & alios ratiocinabar *allegat.* 9. *numero sexto*, *folio* 136. *lib.* 1. & plenius *allegat.* 69. *num.* 11. *&* 12. vbi subiungebam Doctores contrarium sustinentes ad exclusionem Monialium à feudis, intelligendos de prouenientibus à Principe sæculari, non autem à Prælatis Ecclesiarum.

Firmata igitur capacitate istius puellæ etiam Monialis ad successionem istius feudi, pro constanti præsuppono ex doctrina feudistarum ad petendam renouationem inuestituræ per obitum præcedentis Domini, aut prædecessoris feudatarij, Vassallum, siue masculum, siue fœ- 6.
minam habere annum, & diem, ad tradita per nos *allegat.* 43. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. & nunc addo Nigr. *de Laudem. quæst.* 27. *num.* 8. *tom.* 1. & *quæst.* 2. *art.* 3. *n.* 7. *tom.* 2. Lara *de feud. part.* 4. *dilucid.* 35. *n.* 1. *& per tot.* & *part.* 12. *dilucid.* 90. *num.* 1. *& sequent.* Giurb. *de success. feud.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 33. *&* 34. *&* §. 2. *gloss.* 12. *sub num.* 14. cum aliis apud Baron. *de effect. minor. ætat.* 16. *num.* 40. & latiùs prosequitur Borell. *in Sum. decis. tit. de feud.* 34. *n.* 89. *&* 90. *part.* 1. alios recenset Spada *cons.* 4. *n.* 109. & *cons.* 56. *num.* 35. *lib.* 1.

Cæterùm an tempus prædictum D. Tarabutiæ adhuc minori concurrerit, Doctores inquirunt, siquidem

siquidem expletis quatuordecim annis, vbi minor
7. renouationem inuestituræ petere negligat, feudo priuandus videtur, per textum, vbi feudistæ *in cap. Imperialem*, §. *praeterea si quis maior*, *de prohib. feud. alienat. per Federic.* Rosental. *de feud. c... conclus.* 40. *n.* 1. dixi *allegat.* 6. *n.* 5. *fol.* 90. *lib.* 1. & *alleg.* 31. *num.* 29. *lib.* 2.

Quo citra veritatis dispendium, admisso; nam subdunt tamen præcitati Doctores aduersus huiusmodi incursum caducitatis minori competere restitutionem in integrum vsque ad viginti nouem
8. annos illius ætatis, & sic per quadriennium vltra perfectam ætatem annorum vigintiquinque, Doctores post gloss. *in cap. Imperialem*, *in* §. *praeterea si quis*, *de prohib. feud. alienat. per Federic.* Albert. Brun. *consil.* 100. *num.* 1. Corbul. *de priuat. ob non petit. inuestit.* &c. *num.* 30. Clar. *in* §. *feudum, quæst.* 49. *num.* 5. Spad. *consil.* 57. *num.* 8. Cyriac. *controuers.* 572. *num.* 9. & *controuers.* 691. *num.* 7. & 8. vbi quod restitutio prædicta suffragetur etiam maiori, qui in tempore anni vnius, & diei renouationem inuestituræ, nec toto tempore minoritatis inuestituram sibi non petiit renouari, & latè prosequitur Larath. *de feud. part.* 4. *dilucidat.* 32. *num.* 2. & *per totam*, vbi subdit in hoc etiam ma-
9. iorem gaudere beneficio restitutionis in integrum à minori obtentæ, Rot. *in Callien. bonorum*, 8. *Aprilis* 1647. *n.* 3. & 24. *Ianuarij* 1648. *n.* 19. *coram R.P.D. Meltio.*

Vbi demum prædicta cessarent; cum tamen in-
10. concussa præexistant, per moræ purgationem à commisso præseruaretur, ad tradita in proximis terminis post alios per Borell. *in Sum. decis. tit. de feud.* 34. *num.* 137. *iuncto n.* 139. *part.* 1. dixi *allegat.* 42. *n.* 17. & *alleg.* 47. *ex n.* 1. & *n.* 26. & *alleg.* 102. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. concludentes id fortius procedere de
11. æquitate Canonica omnino obseruanda in feudo Ecclesiæ, & inter Ecclesiasticos, Rot. *in Rauennaten. bonorum*, 12. *Maij* 1590. *n.* 7. *coram Pamphilio*, & *in Senogallien. bonorum*, 2. *Iunij* 1597. *n.* 5. *coram Orano*, & coram Eminentissimo Otthobon. *decis.* 183. *n.* 1. maximè cum à die perfectæ ætatis ad præten-
12. sam caducitatem, nec quinque menses effluxerint, vt optimè in proposito animaduertunt cumulati per nos *d. allegat.* 47. *n.* 13. & 14. *lib.* 2. Cardinal. Otthob. *decis.* 183. *n.* 2.

Ex quibus apertissimè liquet D. Tarabutiam procul ab omni dubio excusari à caducitate intentata ob dilatam inuestituræ renouationem, ac reperiri in termino purgandi moram, & quatenus
13. in præmissis subesset dubietas aliqua, adhuc ad moræ purgationem admittenda veniret, dixi post alios *dict. allegat.* 47. *num.* 9. & *allegat.* 98. *num.* 7.
14. *lib.* 2. Tantóque magis cum versemur in Prælato, qui non debet esse sollicitus, neque pronus ad caducitatem declarandam, & Vassallam proprietate feudali priuandam, quemadmodum subiungebam *d. allegat.* 98. *n.* 8. *lib.* 2. & antea plurium auctoritate innixus exornaueram *allegat.* 79. *n.* 27. & 28. *eod. lib.* 2. & nunc addo Benint. *decis.* 37. *num.* 25. Catoc. *decis.* 9. *quæst.* 6. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Gabella non debetur ex contractu nullo. Soluitur per emptorem, n.* 9. *Soluitur ex Statuto Mantuæ pro dimidia ab emptore, n.* 10.

2 *Gabellæ solutæ repetitio non competit ob resolutionem contractus. Sed vide numero* 6. *Ad effectum repetitionis sufficit constare de nullitate contractus ex sententia, num.* 7. *Contra, num.* 8.

3 *Minor sine solemnitatibus nulliter contrahit.*

4 *Laudemium pro contractu annullato solutum repetitur.*

5 *Argumentum à Laudemio ad Gabellam procedit.*

11 *Sententia annullans contractum non præiudicat conductori Gabellæ non citato.*

12 *Executio sententiæ non fit contra non nominatum in ea.*

13 *Actione carens repellitur à iudicio.*

14 *Articulus magis præiudicialis prædecidẽdus est.*

OBSERVATIO CV.

VTRINQVE informantes in præsenti causa prætensæ repetitionis Datij institæ per D. Doctorem Gornum aduersus D. Federicum de Brigonibus, olim conductorem Datij contractuum quæstionem illam inuehunt, an pro contractu nullo aliqua debeatur Gabella, & 1.
nullam prorsus deberi concludunt post alios, Niger *de Laudem. quæst.* 38. *n.* 42. & 72. *tom.* 2. Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 37. *n.* 1. Bardellon. *consil.* 5. *n.* 22. Gratian. *discept.* 746. *n.* 9.

Prædicta autem quæstio huic nunc agitatæ non applicatur, dum circa repetitionem solutionis iam factæ de Gabella ob annullatam venditionem contenditur. Quamvis enim resoluto contractu, qui ab initio statum validitatis habuit, non 2.
sit locus solutæ Gabellæ ad repetitionem, per text. *in l. debet*, 27. *vers. quid ergo si vectigalis, ff. de adilit. edict.* & comprobat Cyriac. *controu.* 63. *n.* 1.

In hac tamen facti specie ob nullitatem contractus ab initio tanquam gesti à minore neglectis 3.
solemnitatibus, Thesaur. *decis.* 7. *n.* 2. cum adductis per Hodiern. *decis.* 70. *n.* 1. & in terminis post alios Nig. *de Laudem. quæst.* 38. *num.* 53. *tom.* 2. Bonden. *collect.* 16. *num.* 14. Datij etiam soluti repetitionem 4.
competere defendunt, Ludouic. Peguer. *in repet. cap.* 3. *Regis Petri, vers.* 1. *num.* 123. & *decis.* 156. *n.* 3. & *per totam*, Fab. *in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 43. *definit.* 28. Bertrand. *consil.* 175. *num.* 5. *lib.* 7. Burg. *de Laudem. part.* 2. *inspect.* 10. *num.* 7. cum adductis per Card. Otthobon. *decis.* 183. *num.* 24. & *per tot.* Nigr. *de Laudem. d. quæst.* 38. *num.* 55. *tom.* 2. cum cæteris apud Fulgin. *de iure emphyt. tit. de Laudem. q.* 8. *num.* 48. Qui etsi loquantur in Laudemio, nil officit, cum à Laudemio ad Gabellam argumentum 5.
procedat, & ratiocinari liceat, Surd. *decis.* 31. *n.* 10. & *decis.* 305. *n.* 32. Contt. *discept.* 96. *n.* 13. Gratian. *discept.* 180. *n.* 10. Fulgin. *de emphyt. tit. de Laudem. q.* 2. *n.* 4. Cæterùm in terminis Gabellæ iam solutæ, quod irrito per sententiam contractu repetatur, 6.
Gutierez *de Gabell. q.* 9. *n.* 1.

Ad quem effectum repetendi Gabellam de nullitate contractus satis dicitur constare, ex senten- 7.
tia inter ipsos contrahentes per Senatum Excellentiss. Iudicem ordinarium, & competentem lata, Foller. *de cens.* §. *huiusmodi census super rebus, n.* 56. & 70. *fol.* 139. Nig. *de Laudem. d. quæst.* 38. *num.* 91. *tom.* 2. Fulgin. *de Laudem. d. q.* 8. *n.* 40. *in fin.*

Sed superius deductis in nihilo prorsus refragantibus re maturius perpensa, institæ repetitioni Gabellæ locum non esse existimaui; ea potissimum ratione ponderata per D. Aduocatum fiscalem Boianum, quod cum D. Gornus sciens nulli-

8. tatem contractus ratione ætatis secum contrahentis adhuc datium soluere voluerit, ei propterea imputandum, nec in repetitione illius audiri meretur, Bart. *in l. non dubium*, 5. *num.* 20. *C. de leg.* Vant. *de nullit. cap. quoties, & intra, num.* 58. Nig. *de Laudem.* d. *quæst.* 38. *n.* 17. & 18.

Eóque magis, quia prædictus de Gornis hunc
9. contractum affectauit, vt ad integram Datij solutionem se obligauerit, iuxta dispositionem Iuris, Gutierez *de Gabellis, quæst.* 46. *num.* 1. Mart. Ventur. *consil.* 39. *num.* 54. Bonden. *collect.* 19. *num.* 72. quan-
10. tumvis ex censura Statuti Mantuæ, nonnisi dimidiæ onus subire obstringeretur, Cyriac. *contr.* 141. *num.* 12.

Omissis demum omnibus *superius* dictis intentata actio per D. Gornum ad restitutionem Datij intempestiua videtur; quippe quoniam quoad præiudicium Conductoris datij contractuum de annullatione contractus pro dimidia sufficienter constare non dicitur, dum ad formam ordinis in Processu registrati, nec iste, nec Ducalis Camera vocati appareant, cuius ordinis forma
11. neglecta respectu eiusdem Conductoris, perinde est, ac si sententia contractus annullatiua non emanasset, ex traditis ad rem per Tusc. *pract. conclus.* 4. *n.* 36. *in fin. litt. G.* Rot. *in Romana fideicommissi*, 14. *Iunij* 1652. *n.* 7. *coram R. P. D. Zarate.* Alias esset exequi sententiam aduersus non nominatum,
12. nec citatum in ea; cum tamen, & citari principaliter, & nominari discussis ad amussim eius viribus debebat, iuxta textus cumulatos per Nigr. *de execut. rei iudic. cap.* 2. *n.* 1.

Actione igitur dum caret D. Gornus quoad conductorem Datij contractuum in iudicio annullationis contractus non citatum, à limine iu-
13. dicij per Ducalem Magistratum saltem cum clausula, *stantibus rebus vt stant*, repellendus venit, dixi *allegat.* 18. *n.* 2. *lib.* 2. & *allegat.* 35. *n.* 13. & *allegat.* 73. *num.* 18. *lib.* 3. Burat. *decis.* 151. *num.* 3. Leoncill. *decis. Ferrar.* 30. *num.* 10. & 33. & *n.* 15. vbi indubitatum renuntiarit parte opponente, Bonden. *collect.* 3. *n.* 44. & *collect.* 5. *n.* 24. Contr. *discept.* 34. *num.* 5. & *discept.* 69. *n.* 6.

Prædeciso hoc articulo defectus actionis tan-
14. quam magis præiudiciali iuxta ordines, & dispositionem Iuris, de qua post alios Grat. *discept.* 594. *num.* 1. 19. & *seq.* dixi *allegat.* 90. *num.* 20. *lib.* 2. & *allegat.* 114. *num.* 22. *lib.* 3. Fontanell. *decis.* 71. *num.* 10. Tanagl. *de Sacr. Rot. Rom. Auditor. fol.* 143. *num.* 18. Iura non deerunt conductori Gabellæ contractuum coram Illustrissimo Ducali Magistratu discutienda, quod nimirum sententia hactenus executioni demandata non fuerit, quod ex longa possessione cum fructuum perceptione vtilitatem Gornus ex contractu perceperit, ob quam Datij ad repetitionem agere impeditur, quod contractus, seu distractio rei minoris de re communi cum maiore quoad vtrumque sustineatur, cum pluribus aliis exceptionibus in examinatione negotij principalis proponendis.

SVMMARIVM.

1 *Census non extinguitur per dationem insolutum non effectuatam. Non potest extingui per Procuratorem, nisi cum speciali mandato, n.* 3. *Et de ratione, n.* 5.

2 *Datio insolutum pro extinctione Census insufficiens arguitur, dum creditor in petitione censuum continuauit.*

4 *Censuistæ non dicuntur debitores capitalis census.*

6 *Articulus magis præiudicialis prædiffiniendus est.*

7 *Reintegratio non datur, non constito de extremis.*

8 *Spolio in, iudiciali iniustitia decreti requiritur.*

9 *Inuentarium creditori electionem non aufert.*

10 *Obligatio Cameralis continet renuntiationem cuicunque legum auxilio. Cameralis, & eius priuilegia transeunt in cessionarium, n.* 11. *Cameralis vim obtinet rei iudicatæ, n.* 12. *Cameralis excusat à spolio, n.* 13. *Cameralis tribuit ius variandi, n.* 14.

15 *Obligationis Cameralis executio turbidis non retardatur exceptionibus.*

16 *Petens minus credito residuum perdit. Contra, num.* 17.

OBSERVATIO CVI.

PRÆTENSA per D. Berneriam reintegratio in possessionem proprietatis infrascriptæ in computum eius crediti assignatæ, vel fundatur in instrumento assertæ dationis insolutum de anno 1640. in actis exhibitæ in extinctionem census, & tunc decursorum, de qui- 1.
bus modò agitur, eique obstat exceptio ineffectuationis, ac rei non traditæ, Surd. *consil.* 13. *n.* 13. & 14. & *decis.* 51. *sub num.* 20. & 21. Hodiern. ad eundem *decis.* 266. *n.* 9. vbi quod paria sint dationem non fuisse factam, vel non habuisse effectum, Gratian. *discept. forens.* 411. *num.* 4. *seq. ac per totam*, vbi ampliat etiamsi adsit constitutum, & clausula, *Dedit, tradidit, & assignauit*, Caren. *resol.* 110. *num.* 11. Altograd. *consil.* 16. *num.* 5. & 6. vbi quod debitor nonnisi secuta traditione rei insolutum datæ liberetur, & latissimè prosequuntur Nig. *de except. cap.* 10. §. 3. *num.* 4. *ac per totum*, Cyriac. *controuers.* 327. *ex numero vigesimoquarto*, vbi quod ab allegante dationem in solutum traditio probari debeat.

At in facti contingentia infrascriptus abundando in cautela ineffectuationem probare assumpsit, tametsi ex actis de ea apertissimè liqueat, dum illico nimirum ab anno 1641. in iudicio, & extra D. Christophorus de Pomis vsque ad obitum Recordati ad census egerit, nec vnquam ex latere 2.
ipsius de Recordatis datio insolutum tanquam vacua, futilis, & ventosa nunquam apparet obiecta; quod sanè illius insubsistentiam inconuincibiliter demonstrat, Ludouis. *decis.* 439. *n.* 8.

In quorum confirmationem apprimè confert vulgaris regula, iuxta quam ad validitatem census retrouenditionis, dum agitur cum Procuratore, mandatum speciale, & indiuiduum requiri- 3.
tur, Seraphin. *decis.* 831. *num.* 1. & *seq.* & *decis.* 295. *per totam*, *part.* 4. *diuers.* Cenc. *de cens. quæst.* 109. *num.* 53. & 54. & *post tract. decis.* 186. *num.* 1. & *decis.* 373. *num.* 6. & 7. *part.* 1. *recent.* Larr. *decis.* 19. *n.* 8. & articulo maturè discusso, Rota *in Romana census*, 10. *Februarij* 1659. §. *supposita namque*, & §. *sequent. coram R. P. D. Meltio*, vbi signanter ponderat facultatem exigendi cum vrgentia aduersus debitores, quæ non extenditur ad Censuistas, ex quo nec debitores sortis dicuntur, nec ad extinctionem compelli possunt, vbi allegat 4.
inter

inter cæteros Mart. *vot.*51. *num.*6.Merlin. *decis.* 463.*num.*8.*& decis.*56.*num.*1.*& seq.par.*1.*recent.* Seraph.*decis.*890.*num.*3.quibus addo Andr. *controu.*13.*num.*4. *&* 5. Cenc.*de Censi.decis.*106. *n.*1. *& seq.* nil mirum igitur si huiusmodi dationis insolutum ineffectuatæ, ac nullæ nulla hactenus habita fuerit ratio. Ratio subest optima,
5. quia Census non nisi à creditore, aut eius nomine ab habente auctoritatem extingui potest, Ror. post Cenc. *de Censi.decis.*174. *num.*3. *& in Perusina Census num.*9. *coram R.P.D.Zarate*, impressa apud nos in addit. ad Castill. *de alim. decis.*85.

Cumque iste articulus mox à parte aduersa principaliter excitatus magis præiudicialis, euidens, atque ex præmissis sufficienter liquidatus
6. præexistat; ideo tam ex censura statuti, quam ordinum huius Patriæ præscripto, prædiffiniendus venit, Bald.*in l.*2.*in princ.in* 1.*opposi.ff.de Ord. cognit.* Gratian. *discept. forens.*394.*num.*1. *&* 19. Quo peracto prætensa quoque reintegratio corruet, ex quo extrema ad obtinendum in hoc remedio deficiunt; Altera enim ex istis Matronis non possidet; Altera subtractis animalibus, instrumentis ad culturam destinatis, & hominibus ad id necessariis prædium pro derelicto ha-
7. buit; sicque cessat remedium reintegrationis debitum dumtaxat possidentibus de tempore spolij, *l.*1.*ff.de vi, & vi arm.* Ror. apud Post. *de manuten. decis.*204.*n.*6. & apud Nigr. *de subhast. decis.*2. *n.*8. *& in Meleuitana territorij* 10. *Decembris* 1653. *num.*1. *coram Reuerendiss. Cerro.* Quodque magis est nec de iniustitia, minúsve
8. nullitate notoria Senatusconsulti ex aduerso concludenter docetur, quemadmodum in spolio iudiciali necessario prærequiritur Gratian. *discept.* 926.*num.*18. *&* 23. Antonell. *cons.*82.*num.*7. *& seq.* & latissimè prosequitur Post. *de subhast.* à *n.*97. *vsque ad* 107.

Iustissima vero demonstratur adiudicatio, seu deliberatio plus offerenti de electis à me ipso;
9. quia inuentarium creditori electionem non aufert, ex Bursat. in processu adducto *cons.*9. *n.*51. & nunc addo Gratian. *discept.*116. *num.*11. Cyriac.*controu.*119.*num.*2. Andreol.*controu.*80. *sub num.*3. *vers. & ad terminos*, sicque electa, quod Senatus ritè rectè, ac sanctè vendi mandauerit, idem tribunal defendit, coram Surd. *decis.*308. *ex num.*5. Hodiern. ad eumdem *decis.*30.*num.*1. 24.*&* 32.Duran.*decis.*1.*num.*29.*&* 30.Altograd. *cons.*62. *num.*18. Andreol. *d. controu.*80. *num.*8. *&* 9.

Nec quicquam releuat ordo anni 1641. Iuris namque indubitatissimi reputatur, illum non
10. intrare, vbi adest obligatio Cameralis, quæ in ventre renuntiationem cuicumque legi, statuto, atque ordinibus gerit, Surd. *cons.*39. *n.*21. Post. *de subhast.inspect.*14.*num.*43.& *post tract.decis.*42. *num.*11. *&* 12. cuius priuilegia in me ipsum vti
11. donatarium, & cessionarium transiisse non ambigitur, Rot. *decis.*106.*num.*3.*par.*5. *& decis.*189. *num.*4.*par.*6. *& decis.*23.*num.*4. *par.*7.*recent.*

Quo stante cum obligatio in forma Came-
12. ræ vim confessionis, ac rei iudicatæ habeat, Rot. *decis.*686.*num.*1.*par.*2.*& decis.*302. *num.*1.*par.*6.
13. *recent.* consequens fit, vt purgationi prætensæ spolij locus esse nequeat, Rot.*dec.*537.*n.*5.*par.*1. *rec.* Cyriac.*contr.*389.*n.*15.

Sicuti nec variatio in curanda satisfactione modo in assignatione stabilium, modo in eorum distractione quicquam facit; ex beneficio enim eiusdem obligationis in forma Cameræ istud 14.
de iure permittitur, & obseruat Senatus noster, ex traditis per Surd. *decis.*44.*num.*1 . *& seq.* Cyriac. *controu.*318. *à num.*42. *ad* 47. & in puncto *contr.*327.*n.*24. *& seq.*

Turbidissimæ igitur ex præmissis cum reddantur exceptiones ex aduerso propositæ; consequens fit, vt non valeant retardare executionem rei iam iudicatæ in executionem obligationis in forma Cameræ, sicque procedendum 15.
ad vlteriora in admissionem relationis calculi, mensuræ, & assignationis cum distractione Palarij ad computum residui, cuius idem infrascriptus adhuc creditor remanet, cum præcipuè minetur ruinam nisi quanto citius restauretur.

Nec quicquam releuat, quod cum in iudicio ducatonos quatuorcentum pro decursis petierim, nequeam modo maiorem consequi quantitatem, etiamsi verè mihi debeatur, perinde ac si minus credito petendo à residuo crediti ceci- 16.
derim, Ias.*in l.Quidam existimauerunt* 21. *num.*8. *ff. Si cert.pet.* Piganr. *ad Statut.Ferrar.rubr.*38. *num.*20.

In contrarium enim stat veritas, & qui in iudicio partem debiti petiit adhuc aliam partem, 17.
& petere, & consequi potest, sicque petendo partem residuum non censetur abnegare, vel renuntiare, Ias. *in d.l.Quidam existimauerunt, ff.Si cert.pet.* Surd.*cons.*80.*num.*36. Ludouis.*decis.*317. *num.*4. Leoncill.*decis.Ferrar.*63.*n.*7.Cyriac.*controu.*225.*n.*19.

SVMMARIVM.

1 *Subinfeudatio in odium Domini permissa. De feudo Curiæ Podij, seu maiori eius parte antiqua, n.*8.

2 *Subuassallus Dominum mediatum recognoscit. Fallit quando in immediatum translatæ fuerunt actiones directa, n.*6.

3 *Iura caducitatum, Laudemij, licentiæ, &c. ad directum spectant. In Vassallum inuestitum cum actionibus quibuscumque, & emolumentis feudi transeunt, n.*4.

5 *Clausula*, ponens in locum, &c. *importat translationem directarum, & facultatem alienandi feudum Domino irrequisito. Saluo iure feudi effectum translationis directarum in Vassallum non impedit, n.*7.

9 *Feuda cum facultate subinfeudandi consueuerant dari.*

10 *Osasc.* cons.13.n.6.*indicat se non vidisse inuestituram Aloysij Gonzaga de feudo Curiæ Podij.*

11 *Curiæ Podij bona non omnia subfeudata fuerunt.*

12 *Actionum quarumcumque translatio in Vassallum inducit feudi improprietatem, & Franchitiam.*

OBSERVAT. CVII.

SECLVSA prohibitione, aut pacto in contrarium feudistæ in odium Domini Vassallum subinfeudare posse conclu- 1.
dunt, per text.*in cap.*1. *qualit.ol.feud.alien. poter.* Bertazzol. *cons.*39. *n* 6. Bursat.*cons.*150.*num.*65. Menoch.

Menoch.*conf.*148.*n.*7. Rota *in Romana Laudemij* 4. *Maij* 1635. §. *nec obstare coram R. P. D. Ghisilerio*,sed videnda sunt quæ dixi *art.*2.*num.*7. *&* 8. quantum ad interesse agnatorum.

Ea mouentur ratione, quia per actum huiusmodi subinfeudationis iuribus eiusdem Domini nil omninò depetit.Quippe quoniam tunc sub-
2. uassallus non à subinfeudante, sed à Domino principali assensum contrahendi petere,& soluere laudemium obstringitur, Bal. *in c.* 1. §.*illud quoque*, *n.*2.& ibi Afflict.*num.*13.*de prohib. feud. alien.per Federic.* Zas.*in tract.de feud.*9.*p.de feud. alienat.num.*43. Hanet. *lib.*3. *de iure feud.cap.*10. *pag.*5.Clar. *in* §.*feudum*, *q.*32.*vers. in proposito*, Rosental.*de feud.cap.*9.*concl.*32. *n.* 1.*in glos.A.*& latissimè prosequitur Bertazzol. *in feudo Curiæ Podij*, *& cons.*40.*n.*32.33. *& seq.* Bursat. *cons.*91. *n.*1. *& cons.*137. *n.*57. Niger *de Laudemio*,*q.*10. *art.*2.*n.*65.*& seq.& n.*112.*&* 113.

Prædictæ autem rationis ratio assignatur, si-
3. quidem iura concedendi licentias,exigendi laudemia, declarandi commissa, ac deuolutiones tanquam fructus, & emolumenta proprietatis ad Dominum; non autem ad Vassallum pertinent, Oldrad. *cons.*240.*n.*3.*& per tot.* Bero.*cons.* 65.*num.*31.*lib.*1. Menoch.*cons.*66. *num.*13. Mart. *cons.*92.*num.*17.*vers.neque obstat*,Bursat.loquens de hoc feudo quoad Nobiles, *cons.*165. *num.*48. *& seq.* Rim.iun. *cons.*481.*num.*23.24.*& num.*99. Cyriac.*controu.*397.*n.*43. Rot.*in d.Romana Laudemij* 4.*Maij* 1635.§.*qua opinio*,*in fin.coram R.P. D Ghisilerio*,quæ est *dec.*40 *p.*7.*rec. & in Neapolitana Laudemij* 27. *Februarij* 1641. §. *alias non solueretur*, *coram R.P.D. meo Cerro*, nunc inter impressas *decis.*474.*& decis.*494 *par.*9.*tom.*2.*rec.* quæ conclusio iuxta feudi rectitudinem, ac naturam dubitationem aliquam haud recipit.

At in feudi concessione impropria,irregulari, ac franca,veluti facta cum iuribus,& actionibus quibuscumque, & cum omni plenitudine,& in-
4. tegritate redditũum, & obuentionum, & aliorũ,quemadmodũ dictus D.Episcopus, & Ecclesia Mantuæ habebat, & tenebat, & possidebat, vel quasi, &c. provt cantat inuestitura Aloysij 1332.data impressa, vtique contrarium resultat; appellatione enim redditũum, obuentionum,& aliorum ab Episcopo in Vassallum plenariè, & integraliter contra feudi substantiam translatorum ius infeudandi, deuolutionis, & commissi, iuramentum recipiendi, concedendi licentias, laudemia exigendi veniunt, ex traditis per Bursat. *cons.*4.*ferè per tot.* Mart. super feudo Curiæ Podij *cons.*192.*n.*1. *& sub n.*17.*vers.neque obstat*, Schrader.*de feud.p.*3.*c.*2.*n.*14.Menoch.*d.cons.*66. *sub n.*10. Rimin.iun. *d.cons.*513.*n.*33.*& seq.* Cyriac.*d.contr.*397. *n.*47. Capyc. Galeot. *contr.*31. *n.*46. *lib.*1.& facit Rota *in Brixien. feudi*, 1.*Iulij* 1592.*n.*4. *coram Pamphilio*, impressa inter meas *alleg. fol.*339.*lib.*1.in quibus terminis procedunt Menoch.*præsumpt.*102.*n.*10.*lib.*3.Rosent.*de feud. c.*9. *concl.*32. *per tot.*Rota *in Mantuana bonorum* 25.*Maij* 1657.*n.*1.*coram Reuer.Cerro.*

Inspectis potissimum repetitione eiusdem
5. clausulæ, & adiectione alterius, *ponens in locum suum,& successorum suorum,&c.*per quam pariter actiones directas in Vassallum translatas censeri animaduertunt, Rimin.iun. *d.cons.*513.*n.*28.vbi etiam quod faciat feudum irrequisito Domino alienabile, Monac. *de rect.feud. interpret.cap.*38. *num.*30. Demart. *decis.*28. *num.*2. Capyc. Galeot. *controuers.* 31. *num.* 49. *lib.* 1.

Vnde miror quod Bursat. *in d. cons.*150. *n.*69. ad id non animaduertens causam quærat, cur subuassalli Curiæ Podij in alienationibus subfeudorum Ecclesiæ licentiam non petant, cum 6.
de iure teneantur, vt dixi, & exornat Bursat. *d. cons.*165. *n.*53. istud namque procedit ex translatione directarum in Gonzagam, & positione eiusdem in locũ Ecclesiæ,cum facultate alienandi,vt post alios ad rem optimè ex aduerso adductus Rosental. *de feud. cap.*9.*concl.*32.*n.*21. *& in glos.O.*

Neque subsequens modificatiua saluo iure prædicti feudi translationem prædictarum actionum directi impedit, ex Rota *in decis.*quæ reui- 7.
detur §.... Demart.*decis.*28.*n.*25.*& per tot.*super quo non est cur vlterius insistamus,dum in facto ita res se habet; à parte aduersa tamen controuertitur, indicant subinuestituræ plures in actis 8.
deductæ,& superinde à biscentum annis circiter de subinfeudationibus testimonium perhibent, Bursat.*cons.*49.*& cons.*50.*& cons.*91.alibique sæpè Menoch. *cons.*148. Bertazzol.*cons.*39.*& cons.* 40.cum aliis.

Sicuti neque obesset si replicaretur, id non euenisse ex transitu directarum actionum in Gõzagam; sed ex præcisa facultate prædicta pera- 9.
gendi ab Aloysio originaliter obtenta; consueuerãt enim dari feuda cum potestate subinfeudandi,Osasc. *cons.*23.*per tot.* Monac.*de rect.feud. interpr.cap.*48.*n.*97.inspectio namque concessionis primariæ huius feudi de directo cõtrarium patefecit, ibi, *De vna pet. ter. Casumentiua,&c.* quam non viderit Osasc. *d.cons.*23.*sub n.*6. ideo 10.
falso supposuit vltra facultatem disponẽdi, subinfeudandi quoque ius fuisse concessum; idem quoque euidenter resultat ex instrumento emptionis anni 1583. in quo venditores ius subinfeudandi,&c.alienarunt,cum reseruatione terrarum à se antea non abdicatarum, vt *in sum. n....* pro quibus successiuè non amplius ab Episco- 11.
pis,sed ab emptoribus renouationes inuestiturarum reportarunt,vt ex inuestituris *in sum.n...*Ita pariter euenit quoad terras feudales penes eosdem emptores repertas,& de quibus in diuisione anni 1604.*in præsenti sum.n...*& tandem comprobatur ex Bertazzol.*d.cons.*40.*sub num.*22.ibi, *aliis infeudatorum,& etiam forte non infeudatorum alienationes,cõtractus,donationes,distractus,& subinuestituræ ex vsu iurium directarum in terris feudalibus per originariam inuestituram consecutorum de eisdem terris ad libitum inierunt*;nam vsque in præsentem diem eodem modo repetita eadem petia terræ pro quarta parte, & alterius quartæ tertia inuestiuntur Nobiles,vt in inuestitura anni 1622.*in sum.n...* Hinc non minus in hoc feudo quam in illo Brixien. improprietas, ac franchitia ex translatione actionum directarum translata concurrit, ex Alex. per partem aduersam pluries adducto *cons.*30.*n.*20.*lib.*1.

SVMMARIVM.

1 *Copia simplex instrumenti nihil probat. Fallit si in iudicio producatur, & pars non opponat,n.*2.

3 *Probationes facta contra defunctum hæredibus præiudicant.*

4 *Iuramentum super quantitate affictus in supplementum præstatur, quando constat de conductione.*

5 Res

5 *Res iudicata operatur ne scriptura ante ipsam producta possint amplius impugnari.*
6 *Instrumentum informe sumit vires ab obseruantia. Non corruit, si protocollum non reperitur, quando ab eodem Notario in publicam formam redactum est, n. 8.*
7 *Negatiua rogitus probatur si facta diligentia in protocollo non inuenitur. Contra, n. 9. Scripturarum quæ emanarunt ante ann. 1630. ex adhibitis diligẽtiis non probatur propter Mantuæ excidium, seu deprædationem, quæ contigit de dicto anno, n. 10.*
11 *Notario qui aliquid annotauit, tanquam Officiali publico debet fides adhiberi.*

Observatio CVIII.

DOMINO Nouio comparenti in iudicio proclamatum edito super quadam proprietate, seu eius pretio ad effectum consequẽdi satisfactionem pro valore saccorum quinquaginta frumenti, quorum est creditor legitimus aduersus Dominos fratres de Zauarellis venditores opponitur iniustam fouere causam, atque actionem non subsistentem proposuisse ex eo; quia fundat suam intẽtionem super copia
1. copiæ instrumenti sublocationis, quæ nullum prorsus probationis gradum facit, *Auth. Si quis in aliquo, C. de eden.* Rot. apud Post. *dec.* 80. *n.* 3. *&* *dec.* 217. *n.* 29. *&* *dec.* 338. *n.* 8. Marescot. *var. resol. c.* 81. *lib.* 1. Buratt. *dec.* 290. *n.* 9. *& in annot. Ferentil. glos. D.* latè Rot. *dec.* 183. *n.* 1. *& seq. &* *dec.* 358. *n.* 89. *&* *dec.* 396. *n.* 9. *p.* 5. *&* *dec.* 224. *n* 17. *p.* 6. *&* *dec.* 200. *n.* 14. *p.* 7. *rec.* Duran. *dec.* 74. *n.* 29. Thomat. *dec. Macerat.* 16. *n.* 11. Card. Otthob. *dec.* 253. *n.* 8. Rot. *dec.* 246. *n.* 3. *&* *dec.* 191. *n.* 3. *p.* 8. Ciarlin. *controu.* 114. *n.* 32. latissimè Gratian. *discept. forens.* 859. *n.* 1. *ac per tot. & n.* 34. vbi quod nec probet concurrentibus adminiculis.

Verumtamen in facti specie ex pluribus, & facillimè remouetur obiectum, & primo quia
2. sumptum de sumpto, ac quælibet copia, seu scriptura informis in iudicio producta ex calore iudicij parte non opponente probat, Felin. *in c. quoniam, n.* 13. *de probat.* Doctor. *in d. Auth. Si quis in aliquo, C. de eden.* Buratt. *dec.* 347. *n.* 6. & Ferentil. ad eundem *dec.* 290. *in fin.* Surd. *dec.* 199. *n.* 8. Marescot. *var. resol. cap.* 79. *& cap.* 80. *n.* 9. *lib.* 1. Rot. apud Post. *dec.* 338. *n.* 12. Leoncill. *dec. Ferrar.* 30. *n.* 3. Duran. *dec.* 18. *n.* 24. quæ est *dec.* 1. *p.* 5. *recent.* Vnde cum viuo adhuc Domino Iulio Cæsare Zauarello optimè instructo de gestis per eum cum Dominis Rubinis, & successiuè cum Domino Nouio copia nunc controuersa fuerit producta, neque à Domino Zauarello impugnata; quinimò tanquam legalis, ac in forma probanti existens tunc admissa, inde propterea sequitur, quod non minorem præbeat probationem, quam præstaret originale si produceretur. Nemini autem dubium esse censemus, quin acta,
3. & processus huiusmodi noceant Dominis fratribus de Zauarellis non secus, ac nocerent eorum Patri, & cuius hæredes extiterunt, per text. *in l. Si à te* 9. §. *Iulianus, ff. de except.* Mascard. *de probat. concl.* 33. *num.* 38. Ant. Niger *de execut. c.* 2. §. 1. *n.* 3. *& seq.*

Deinde, quia cum non controuertatur ipsa
4. sublocatio quoad illius substantiam, sed solummodo quæstio sit circa qualitatem, vel quantitatem affictus in saccis centum tritici singulo anno, in hac dubietate standum erit dicto instrumẽto sicut in cæteris, ita etiam in hoc; omnique in casu ipsi Nouio tanquam informato in supplementum, & ad liquidationem deferri debebit iuramentum, Surd. *cons.* 94. *num.* 26. *&* 27. Cyriac. *contr.* 229. *n.* 8. Andr. Censal. *dec. Lucen.* 13. *ex n.* 1. Card. Otthob. *dec.* 199. *n.* 10. Rot. *in Romana, seu Veliterna affictus* 30. *Aprilis* 1655. §. *Ciceris, & aliorum, coram R.P.D. Bichio.*

Vlterius, quia iam super dicto exemplari sublocationis causa cognita aduersus Serenis. Ducalem Cameram fauore eiusdem Nouij emanauit sententia, quæ transitum fecit in rem iudicatam, quæ quidem res iudicata efficit, ne possit postea 5.
opponi, quod instrumẽtum, vigore cuius iudicatum extitit, non sit in forma probãti, Duran. *dec.* 371. *n.* 5. quæ eo fortius procedunt, ex quo intra annum à die celebrationis instrumenti dictus de Nouiis tam aduersus Ducalem Cameram, quam aduersus D. Iulium Cæsarem Zauarellũ eo vsus est, nec contra illud tanquam legale aliquid oppositum fuit, & tamen de recenti fuerat stipulatum.

Insuper tam Ducalis Camera, quã etiam Dominus Zauarellus in subconductorem recognouerunt, & pensiones exegerunt vigore eiusdem instrumenti, dum aliud non extare ostendunt; ex obseruãtia autem iunctis adminiculis robur da- 6.
tur instrumento informi cum vigore instrumẽti subsecuta præsumatur, Bal. *in l. quadam mulier* 7. *in fin. ff. de rei vindic.* Rota *dec.* 396. *n.* 11. *p.* 5. *&* *dec.* 129. *n.* 3. *p.* 6. *&* *dec.* 235. *n.* 9. *p.* 8. *recent.* Duran. *dec.* 74. *n.* 30. Ferentil. ad Burat. *dec.* 290. *n.* 15. *&* *dec.* 347. *n.* 9. Beltram. ad Ludouis. *dec.* 469. *litt. B.* Rota apud Post. *dec.* 217. *num.* 30. Gratian. *discept. forens.* 859. *n.* 34. vbi istud habet pro indubitato ad effectũ vt fides adhibeatur scripturæ informi, Rot. *in Tiburtina Castri S. Angeli* 14. *Febr.* 1646. §. *frustra, corã R.P.D. Meltio,* quicquid sit ad effectum vt se habeat tãquam scriptura publica, ea ratione, quia adminicula non possunt mutare substantiam, seu qualitatem scripturæ, & facere quod scriptura informis, & minus solemnis sit authentica, & in forma probanti, Marescot. *var. resol.* 81. *n.* 7 *lib.* 1. Mantic. *dec.* 82. *n.* 2. Comitol. *dec.* 111. *n.* 6. *& seqq.*

Ex quibus simul iunctis concluditur dictum exemplum instrumẽti sublocationis facere omnimodam probationem, neque obstare, quod adhibita omni diligentia instrumentum huiusmodi non reperiatur in protocollo D. Policarpi de 7.
Meninis, qui asseritur de illo rogatus, & consequenter censeatur probata negatiua, ad Bart. *in l. Titia textores* 36. *n.* 2. *ff. de Leg.* 1. Dec. *cons.* 424. *n.* 19. Comitol. *dec.* 80. *n.* 20. Bonden. *collect.* 4. *n.* 38. Andr. Censal. *dec.* 19. *n.* 23. *&* *dec.* 81. *n.* 12. *&* *dec.* 86. *n.* 17. Card. Otthob. *dec.* 114. *n.* 4. *&* *dec.* 170. *n.* 23. Mantic. *dec.* 32. *num.* 6. Rot. *in Vladislanien. Villæ de Hoppembruch.* 13. *Aprilis* 1646. *num.* 8. *coram Reuerendiss. Cerro,* maximè quia versamur in simplici copia; nam si ageretur de instrumento ab originali sumpto, & in publicam formam à Notario rogitus redacto, vtique ex- 8.
timatione protocolli, si non reperiretur instrumentum non corrueret, Paris. *cons.* 104. *numer.* 62. *lib.* 1. Crauet. *cons.* 121. *num.* 11. Mantic. *d. decis.* 32. *num.* 10. Respondetur namque obiectum istud remoueri, quoniam non sequitur

tur in protocollo Notarij, non reperitur protocollatum instrumentum sublocationis; ergo illud receptum non fuit, quia potuit recipi instrumentum, & non protocollari, vel si fuit protocollatum potuit subtrahi, & sic probatio illa negatiuæ necessario non concludit, Corn. *cons.*210. *circa fin.lib.*3. Crauet. *cons.*112. *num.*7. Rota *decis.*483. *num.*3. *par.*2. & *decis.*387. *num.*32. *p.*5. Eoque magis, quia similes diligentiæ propter Mantuæ excidium, ac deprædationem, quæ contigit de anno 1630. non releuant ad probandum negatiuam existentiæ instrumenti originalis, quod ante illam emanauit, Rot. coram Penia *in Albanen. Prioratus* 17. *Nouembris* 1603. quæ est decisio inter eius impressas, & *decis.*241. *num.*4. *par.*6. & *decis.*29. *n.*68. *par.*7. *recent.* Neque in facto istud recipit dubitationem, cum ex inspectione scripturarum eiusdem Policarpi satis liqueat quamplurimas fuisse deperditas. Præterquam quod cum Ducalis Camera vnà cum Domino Zauarello illud præsentauerit, & illud registratum in filiis Domini Maffei admiserit tanquam originale, ac vigore illius reportauerit fideiussionis obligationem; hinc igitur prædictis fides adhibenda venit tanquam gestis ab Officiali, ac concernentibus eius muneri, Federic. de Sen. *cons.*19. *numer.*5. *in fin.* Rot. *decis.*129. *num.*10. *par.*6. *recent.* Dum ergo inter partes non reuocatur in dubium sublocatio, nec constat de alio instrumento, aut adducitur alia scriptura contractus, & non semel sumptum, de quo agitur in iudicio fuerit admissum, intrat propterea vehemens præsumptio, seu concludens probatio, quod in effectu ita conuentum extiterit, quemadmodum in eo exprimitur. Quæ tamen ex abundanti dicta sint, ex quo in actis D. à Turri apparet de restitutione originalis, seu instrumenti ab ipso originali extracti, vt ex fide D. Buschij vltimo loco in hac causa producta, & sic intrat *d. decis.* Mantic. 32. *num.*10.

9\. (margin, beside line 2)

10\. (margin, beside "nem, quæ contigit de anno 1630.")

SVMMARIVM.

1 *Petens plus debito cadit à credito. Pœna, vt incurratur plura requiruntur, n.*3. *Declara, vt n.*4. *Indebitè exactum restituere tenetur, n.*25. *Et in expensas damnatur, n.*26.

2 *Statutum Mantuæ de plus debito qualiter disponat.*

5 *Dolus plus debito petentis ex quibus arguatur.*

6 *Oblatio compensandi non suffragatur ei, qui scienter in petitione plus debito insistit.*

7 *Exceptio,* habes parem in gradu, *repellit agentem ad totum.*

8 *Actu in impugnato nemo se fundare potest.*

9 *Depositum periculo creditoris perit.*

10 *Solutio probatur coniecturis. Ex qualitate personarum arguitur, n.*11. *Vbi subest necessitas exigendi præsumitur, n.*12. *Confessione verisimili à tertio emissa probatur, n.*13. *Ex consuetudine soluendi aliis etiam anticipatè conuincitur, num.*14. *Ex mentione facta per Iudices probata resultat, num.*15. *Confessione adminiculata à tertio emissa inducitur, n.*16. *Ex lapsu temporis emergit, n.*17. *Coram Senatu facilius coniecturatur, n.*19.

18 *Singula quæ non probant simul iuncta iuuant ad probandam solutionem.*

20 *Fructus pro extinctione debitorum obligati eis extinctis fructus liberi remanent.*

21 *Derogationis fideicommissi causa cessante cessat derogatio.*

22 *Delegatio extinguit debitum.*

23 *Obligatio ad tempus, eo finito expirat. Conditionalis deficit ob defectum conditionis, num.*24.

OBSERVATIO CIX.

AEMILIVS de Auantiis egregiæ pecuniarum quantitatis erga Illustrissimos, & Excellentissimos Principes Vrsinos dum se creditorem prætenderet, eius creditum per Suam Celsitudinem de anno 1606. ad summam Scutorum quatuor millium octocentum dumtaxat redactum extitit, pro quorum solutione mandauit fructus Curiarum Suauis, & sancti Martini, seu earum affictus præuio proclamati obnoxios remanere, non obstantibus primogenitura, fideicommisso, ac qualibet alia in contrarium dispositione, itavt fructus prædicti, seu pensiones in posterum quolibet anno diuiderentur, Quorum tertiam partem Vrsinis, & alias duas Auantiomet, ac Ceruio proportionabiliter assignauit, subiungendo in hæc præcisa verba:

Che se durante il termine alli pagamenti sudetti auenisse per qualsiuoglia accidente, che le Corte sudette passassero ad altre mani, ancorche chiamati alla successione di esse, resti nondimeno sempre ferma la presente nostra determinatione fino alla totale essecutione.

Pro exequendis in decreto huiusmodi contentis delegauit eadem Celsitudo DD. Præsidem, & Senatorem Lugum, quibus iniunxit, vt præuiis proclamatibus dictas Possessiones locarent, obligando Conductores ad soluendas annuatim pensiones, iuxta distributionem superius relatam, & quoad fructus tunc percipiendos, seu pensiones exigendas in hunc, qui sequitur modum præcisè cauit:

Per conto delli frutti raccolti l'anno presente sopra la Corte di Suaue, e per li frutti di quella di Santo Martino incarichiamo a' medemi Delegati, che prouedino, acciò siano, per quanto si potrà, conuertiti, & distribuiti nel modo sopra detto, acciò quanto prima si cominci ad' estinguere parte delli predetti debiti: Et prout latius continetur in eodem Decreto glo. mem. Serenissimi Ducis Vincentij emanato sub die 16. Decembris 1606. registrato in processu compilato in actis Sessi ex aduerso exhibito, *fol.*26. *vsque ad fol.*41.

Dum ergo solutiones iuxta præscriptum Decreti Suæ Celsitudinis concludenter probari nequeunt, superest videndum an coniecturæ, & præsumptiones in facto deductæ sufficiant.

Consistunt in Calculo Domini Nani nunc exhibito. In enuntiatiua, de qua in relatione facta Serenissimo, quod nimirùm etiam D. Latinus de Vrsinis Decretum Suæ Celsitudinis in parte executus fuerit, postquam ab eius prædecessoribus executioni iam demandatum extitit, vt in particula extracta ex ipsa relatione, & registrata in currenti processu, *fol.*202. *fac.*2. & *fol.*240. *fac.*2. Vlterius in præceptis ad instantiam Auantij per Iudices Delegatos transmissis Seriato Conductori Curiæ Sancti

Sancti Martini in executionem Decreti Suæ Celsitudinis, de quibus in curreti processu, *fol.*203. *& sequent.* Insuper in scriptura D. Patrimonialis, in qua Calculum per nos exhibitum refert fatendo, quod creditum Auantij, & successiuè eius Filiarum ex illo ad modicam quantitatem redactum apparebat, in currenti processu, *fol.*209.*fac.*2. Atque etiam, ac multo magis in Instrumento solutionis, ac finium factorum per Dominos Vrsinos Seriato Conductori pro affictibus sub die 3. Aprilis 1613. in quo se vocant satisfactos ab anno 1604. vsque, & per totum dictum annum 1613. comprehensis tamen libris termille biscentum, ad quarum solutionem tenebatur, & se obligauit erga Hæredes prædicti de Auantiis, & provt latius ex fide registrata in currenti processu, *fol.*261. *fac.*2. & de illarum satisfactione constat ex solutionibus abindè per Seriatum factis, & de quibus in eodem Calculo per nos exhibito.

Comitissa Daria de Hyppolitis, & Eleonora de Crescimbenis Sorores, Filiæ, & Hæredes prædicti de Auantiis die 21. Aprilis 1626. coram Amplissimo Senatu comparuerunt. Et perindè, ac si per ipsas, & earum Patrem nihil prorsus exactum extitisset, in Iudicio creditum huiusmodi Scutorum 4800. contra Vrsinos, seu eorum Agentes petierunt, obtinendo inter cætera ad præiudicium Principis Alexandri de Vrsinis tunc pupilli, & absentis, minúsque informati, quamplures pecunias eidem debitas super Sacro Monte Pietatis deponi, ex quibus dictis Sororibus de Auantiis de mandato Prætoris sub die 28. Iunij 1625. seu earum Maritis relaxata apparent Scuta biscentum in vna manu in processu Sessi ex aduerso exhibito, *fol.*43. *fac.* 2. *& sequent.* & in currenti processu, *fol.*265. In altera autem sub die 5. Februarij 1629. residuum dictis Sororibus relaxari pronuntiauit Senatus Excellentissimus, vt in dicto processu Sessi ex aduerso exhibito, *fol.*6.*fac.*2.& in currenti, *fol.* 268.

Non secus, ac si mox dicta cum D.Marchione Rodulpho immediatè processissent, ipsemet quadriennio post, sub die, videlicet 19. Aprilis 1633. cum præfato Principe Alexandro de Vrsinis adhuc minore conuentionem, seu concordiam iniuit, qua mediante, ac in illius executionem Scuta mille exegit, residuum autem vsque ad Scuta quatuormille octocentum titulo donationis remisit, vt ex rogitu D. Federici Bascheriæ recepto sub die, mense, & anno prædictis ex aduerso exhibito, vt in processu currenti, *fol.*3. *& fol.*249. *fac.*2.

Exactis per ipsos Marchiones de Hyppolitis prædictis Scutis mille in conuentionem deductis, Marchio Ferdinandus Filius, seu Nepos ex Filia præfatæ Comitissæ Dariæ hæredis pro dimidia Æmilij de Auantiis eius Patris, tanquam illius prætensus hæres pro dimidia, cum altera spectaret ad Marchionem Rodulphum tanquam lucratarium sub die 15. Decembris 1654. comparuit coram Excellentissimo Senatu, & facta exhibitione conuentionis prædictæ ex abrupto extorsit litteras sequestratoriales pro aliis Scutis 1950. vt in currenti processu, *fol.*1. *& seq.* non secus, ac si Instrumentum illud extinctiuum crediti creditum constituisset.

Verum quia Curiæ ipsius Principis Vrsini erant locatæ, neglecto sequestro, Conductoribus præcepta ne soluerent, transmissa fuerunt de ordine Senatus, etiamsi alter ex ipsis, nimirum Blondus esset Sacerdos, vt in currenti processu, *à fol.*7. *vsque ad* 12.

Die autem 9. Aprilis 1655. relicta priori actione, Marchio Ferdinandus Saluianum intentauit, in currenti processu, *fol.*14.

Personarum non facta legitimatione, non docto de credito, minúsve de hypotheca, aut aliis extremis super libello in Saluiano, Senatus Amplissimus in personali pronuntiauit sub die 29. Martij 1656. in currenti processu, *fol.*46.

Et obiecta nullitate reiecta, & non obstante, Agentes ipsius Principis coacti fuerunt soluere Scuta mille tercentum, quæ realiter habuisse declarauit Marchio Ferdinandus die 1. Martij 1660. in processu, *fol.* 161.

Ad quorum repetitionem vnà cum medietate Scutorum mille ob recessum à conuentione, atque etiam exactorum ante bellum ab anno 1626. per Comitissam Dariam indebitè exactorum, dum agit Princeps Vrsinus quæritur quid Iuris est.

Primo an ob ineptitudinem libelli, actionis, & iudicij acta omnia ipso Iure nulla præexistant.

Secundo an derogatio fideicommissi, & primogenituræ operetur vltra decem annos, intra quos Auantius, ac illius hæredes commodè satisfieri poterant.

Creditum Auantij, quatenus longè antea extinctum non remansisset, pro medietate ad Eleonoram, alteram filiam eiusdem de Auantiis, & pro dimidia ad Comitissam Dariam eius Sororem dubio procul spectabat; hæc autem medietas inter Marchionem Rodulphum, & Marchionem Ferdinandum, quod subdiuidenda veniret inter ipsos non controuertitur. Hinc ergo dum Marchio Ferdinandus quartam dumtaxat totius crediti haberet, & ad dimidiam egerit, eamque in maiori parte assecutus fuerit; consequens ideò fit, vt in pœnam plus debito petentis à Iure communi, & Statuto Mantuæ inflictam inciderit. Quæ
1. quidem pœna Iure communi inspecto in amissione crediti, ac Iurium consistit, *l. vnic.C.de plus debit.petit.* Cuiac. *lib.*7. *obseruat.cap.*27. Rolan. à Vall. *consil.*71. *num.*17. *lib.*1. Thesaur.*decis.*231.*sub num.*2.*vers.quod petens plus debito.* Viu. *decis.*340. *num.*8. *& seq.* & *decis.*427. *num.* 3. Monac. *decis. Florent.* 48. *num.*1. Ioseph. Ludouic.*decis.Perusin.* 51. *num.*1. Ioan. Franc. Andr.*controuers.*44.*num.*15. Anton. Niger *de execut.rei indicat.cap.*4. §.1. *per totum*, Barz. *decis.*24. *num.*13. Farinac.*in fragm. in verbo, creditor*, *num.*743. *&* 744. Marescot. *variar. resolut.* 130. *num.* 7. *lib.*2. Pigant. *ad Statut. Ferrar.rubr.*38. *num.*2.& *sub num.*9. *vers.si autem.*
2. At Iure patrio in Iudiciis particularibus ciuiliter actitatis nihil disponitur, ad tradita per Cyriac. *controuers.*252. *num.*72, & *controuers.*325. *num.*54. & *controuers.*540. *num.* 7. sicque iuris dispositio attendi debet.

Ad quam sanè pœnam incurrendam tametsi
3. Doctores plura requirant, vt videre est apud Bero. *cons.* 188. *num.*1. *&* 6. *lib.*3. Roland. *dicto consil.*71. *num.*39. *lib.*1. Viu. *decis.*427. *sub num.*3. *versic.verum enimvero*, Menoch. *consil.* 127. *num.*3. Peregrin. *consil.*94. *num.*4. *ac per totum*, *lib.*4. Capyc. *decis.*49. *in fin.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 15. *num.*11. Barz. *decision.*76. *num.*16. *&* 20.

Nihilominus illorum assertiones ita demum sibi locum vindicant, quoties prætensus creditor se continuit intra terminos plus debito petitionis,

4. nis,secus autem quando petitionem ipsam ad finem perduxit cum effectu exigendi plusquam sibi deberetur;tunc enim nil aliud prærequiritur, nisi quod dolus cum exactione intercesserit,Barz. *dicta decis.76. num.16. & fin.* Alexand. *consil.* 73. *num.6. lib.6.* Farinac.*in fragm. in verbo, creditor, num.742.* Trentacinq.*variar.resolut.titul. de plus debit. pet. resolut.1. num.2. & 3.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.38.num.10.* Hodiern.ad Surd.*decis.65. num.2.*

In facti autem specie dolus concludenter, & quidem ex pluribus probatus detegitur, nimirùm ex notitia, quam habebat Marchio Ferdinandus expressam de contentis in processu Sessi per eum exhibito,in quo non solum de existentia Eleonoræ cohæredis; verum etiam de exactionibus factis apertissimè liquebat,& nihilominus petitioni totius dimidiæ crediti institit,maiorem illius partem exegit, quodque deterius est adhuc persistit in contumacia retentionis eius, quod plus debito exegit, nec curat restituere,sed denuò inculcat,& prætendit alias pecunias ab Agentibus Principis
5. Vrsini indebitè extorquere,quibus attentis, ac simul iunctis dolum ab initio præsumi in eo, qui plus debito petiit, nec requiri aliam probationem innuunt, Vulpianus *in l. si procuratorem, 8. §. dolo,ff.mandat.* Rim.iun. *consil.*184. *num.4.& 5.* Paris. *consil.74. num.34.& seq. lib.1.* Mascard. *de probat.conclus.*531. *num.*84.ad quod in terminis videri poterit Menoch. *consil.* 572. *propè fin. versic. quo vero ad quartum requisitum loquitur de probatione doli nulla subest dubitatio*, ex quo apparet apertissimè ipsum prosecutum fuisse hanc iniustam prætensionem, & aliquas sententias obtinuisse, Farinac.*cons.*114. *num.* 59. *versic. qui debitum iam solutum scienter petiit, & multò magis si exegit*, Maluas.*consil.58. num.30.*Rim.*cons.189. sub num. 40. vers. quia perspicuum est ipsum habuisse notitiam*, Barz. *decis. 76. num. 20.* Et animaduertunt mox citati Doctores, *num*....& in puncto ita iudicauit Senatus Mantuæ pro Palma, contra equitem Albicinum.

Nec ab huiusmodi pœna plus debito petentis Marchio Ferdinandus videtur excusandus eo sub prætextu, quod declarauerit de insistentia cum Iuramento calumniæ,facta insimul oblatione diminuendi petitionem in eo, quod vnquam apparere posset indebitè ipsum exegisse; quod enim
6. prædicta oblatio non suffragetur,in terminis animaduertit, Cyriac. *controuers.*327. *num.*93. & ex professo benè exornat Pigant. *ad Statut. Ferrar. rub.38. num.12. & 13.*

Exceptio autem de existentia Eleonoræ, ac
7. consequenter, *habes parem in gradu, & cohæredem*, nemini dubium est, quin partem aduersam Ius habentem quartæ totius crediti ad dimidiam agentem penitus excludat, *l.2. ff.si pars hæred.petat.* Peregr. *de fideicommissis,art.9. num 12.* Fusar. *consil.49. num.28.* Surd. *decis.144. num.18. & seq.* Cyriac. *controuers.4. num.58. & seq.* Ioan. Franc. Andr.*contr.44.n.15.& controu.241. n.11.*Giurb.*de success.feud.§.2.gloss.9.sub n.93.versic.prima eorum quicquid sit in iudicio immissionis*, ad tradita per nos *allegat.* 124. *num.11. & 12. lib. 3.* & in eadem causa allegat. incipien. *super testamento*, & prius *allegat.75. num.5. lib.3.* Rot. *in Meleuitana pecuniaria 25.Iunij 1655. coram R.P.D.Melzio.*

Eoque magis præmissa sibi locum in præsentiarum vindicant, quippè quoniam Eleonora ab actione ob negligentiam non destitit, sed ex eo, quia vltra debitum se satisfactam nouit. Nec quod Princeps in creditorem pro tota quantitate prætensi debiti Marchionem Rodulphum, ac consequenter cum eo aduersarium agnouerit, quicquam facit, quia in actu nunc acerrimè impugnato Marchio Ferdinandus fundamentum 8.
facere non potest, *cap.ex eo,38. de regul. Iur. in 6.* Cyriac. *controuers.258. num.18.* & *controuers. 292. num.28.*

Omnique in casu vbi etiam superius, seu mox dicta cessarent, consecutio vltra debitum continetur ex mandato relaxationis Scutorum biscentum à Prætore emanato, & pronuntia Excellentissimi Senatus residuum quoque pecuniarum in summa Scutorum bismille circiter relaxati iubentis, quæ summa creditori omninò imputanda 9.
venit, tanquam penes Sacrum Montem Pietatis eo instanti depositata, etiamsi ob anteactas calamitates periisset, & ab eo iuxta pronuntiam exacta non extitisset, *l. pupilli, 96.§.soror,ff. de solut.& liberat.* Cost. *de port.rat. quæst. 121. sub num. 7.* Caluin. *de æquit.cap.88. num.25.* Staiban. iun. *resolut. 76. num.13. 14. & 15.*Merlin.*de pignor. & hypoth.lib...quæst.83. num.54.* Cyriac. *controuers.226. num.6. in fin.* & *numero septimo*,Merlin. *decis.255. num.8.*

Præter quas exactiones iudicialiter factas à Filiabus ipsius de Auantiis;præsumpta etiam totius debiti ex pluribus antecedens solutio, seu integralis satisfactio concurrit. Coniecturis autem 10.
solutionem præsumi Iuris indubitatissimi reputatur, Cenc. *de cens. quæst.83. num. 24.* Mascard. *de probat. conclus.13. 24. num. 26.* Bertazzol. *cons. ciuil.118. in princ. lib.1.* Surd. *decis.105. num.6. & seq.* Gratian. *discept.forens.966. num.32.*Mart. Medic.*ad decis.Senen.examinat.53.num.2.*Ioan.Franc. Andr. *controuers.242. num.11.* Caren. *resolut.108. num. 2.*

Inter coniecturas inducendæ satisfactionis qualitas personarum Principem obtinet locum,veluti, vt in casu nostro, si creditor est diligens in 11.
exigendo, qualis supponitur Auantius,& debitor, nimirùm Seriatus Conductor ex fructibus, seu pensione proprietatum ad hoc sibi specialiter locatarum sine vllo prorsus incommodo soluere poterat. Et ideò intrat præsumptio,quod in effectu soluerit, ad notata per Paris. *consil.83.num.29. lib.1.* Bartazzol. *dicto cons.ciuil.118. num.13.*.Surd. *decis.105. num.1. & seq.* Caren. *resolut.108.num.7.* Mart. Medic. *decis.Senen.84. num. 3. & 4.* vbi id eo magis procedere inquit, quando præcessit lis, & superindè determinatio, quemadmodum in præsenti casu euenisse Decretum Suæ Celsitudinis indicat, ea' sanè, & quidem optima ratione; quia non est verisimile, quod creditor exigere neglexerit hanc summam labore, expensis, ac interpositione Supremi Principis conuictam, Cyriac. *controuers.516. num.17.*Ioan.Franc.Andr.*controuers.57.n.12.*

Ponderando, quod suberat vrgens causa vtendi diligentia, ex quo derogatio fideicommissi, ac 12.
primogenituræ cum applicatione fructuum Creditoribus erat limitata ad tempus, intra quod satisfieri poterant, & non absoluta, simplex,ac perpetua, Alexand. *consil. 183. sub numer. 17. vers. & hanc partem,lib.6.* Pedroch. *consil.3.num.71.*Surd. *dicta decis.105. num.2. & 3.*Cyriac. *controuers.516. num.18.*

Accedente potissimum in corroborationem prædictæ præsumptionis calculo, in quo singulæ solutiones

solutiones adeo distinctæ specificantur, vt de illius legalitate vix contendi valeat; Cúmque inspectis facti circunstantiis partitæ in eo descriptæ
13. maximam contineant verosimilitudinem, ideò ad probandam solutionem omninò attendi debent, *l. cum de ætate, ff. de probat.* Crauet. *consil.* 61. & post alios Mart. Medic. *decis. Senen.* 58. *num.* 53. *& seq.*

Sed omnem prorsus in præmissis remouet amaritudinem, quod illicò à die publicationis Decreti ad instantiam Auantij Seriato conductori Curiarum Vrsini præcepta ne solueret transmissa apparent, quæ iuncta cum instrumento finis, ac solutionis affictuum, præter Libras termille eidem Auantio, seu eius filiabus soluendas vsque ad annum 1612. veritatem ipsius calculi conuincunt, maximè cum in eo dictarum Librarum termille solutio ab inde subsecuta disertè constet. Dum
14. enim Seriatus debitor cessus punctualiter tertiam partem affictuum in decreto ipsis reseruatam soluit, tanto magis portionem delegatam Auantio soluisse conuincitur, ex traditis per Surd. *dicta decis.* 105. *num.* 1. Ioan. Franc. Andreol. *controuers.* 57. *num.* 12. *in fin.* Consuetudo autem soluendi pacta die non feriato probatione non indiget, dum ex fide instrumenti finis emanata, de mense Aprilis anticipata etiam pro tribus terminis posteà decurrendis conuincatur; comprehensis solummodò Libris termille, quas Senatus hæredibus Auantij soluere promisit.

Argumentum insuper solutionis non leue ex eo inter cætera desumitur, quia ex relatione facta Serenissimo constito de executione Decreti ob continuatas per Latinum Principem de Vrsinis solutiones illius obseruantiam sua Celsitudo præ-
15. cisè demandauerit, cui sanè assertioni in decreto emissæ standum comprobant, Ruin. *consil.* 217. *num.* 2. *lib.* 1. Rolan. *consil.* 5. *num.* 22. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens.* 590. *num.* 11. Rot. *decis.* 483. *num.* 9. & *decis.* 525. *numero quinto, part.* 2. *recent.* Caualer. *decis.* 4. *num.* 4. Leoncill. *decis. Ferrar.* 56. *num.* 29. *& sequentibus*, cum præcipuè versemur in relatione facta Principi Supremo, de cuius veritate tanto minus dubitandum videtur. Ex quo etiam negari non potest quin calculus reddatur iustificatus.

Considerato etiam, quod de illo habita fuerit mentio cum expressione, quod creditum Auantij valdè diminutum euaserat. Quæ sanè enuntiatiua,
16. siue confessio, quamvis à tertio emissa, vti aliis adminiculata creditori præindicat, Cyn. *in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles.* Gul. Cun. *in l. edita,* 3. *C. de eden.* Surd. *d. decis.* 105. *sub n.* 7. *vers. quod generaliter creditur.*

Tandem vehemens coniectura solutionis ex lapsu longi temporis annorum viginti circiter à die solutionis præfixa resultat. Neque enim est
17. verisimile, quod creditor omni studio satisfactionem inculcans eam posteà differre tandiu voluerit, Bertazzol. *dicto cons. ciuil.* 118. *num.* 6. Afflict. *decis.* 13. *n.* 19. cum adductis per Surd. *d. decis.* 105. *num.* 4. Cyriac. *controuers.* 516. *num.* 14. Altograd. *consil.* 53. *num.* 30. *&* 33. *lib.* 2. Ioan. Franc. Andr. *controuers.* 57. *num.* 1. Caren. *resolut.* 108. *num.* 4. Rot. *in Romana census*, 30. *Aprilis* 1655. *n.* 2. *coram Reuerendissimo Dunozetto.*

Prædictæ autem præsumptiones quamvis sepa-
18. ratim consideratæ solutionem non probarent, simul tamen iunctæ concludentissimam probationem conflant, vt in indiuiduo post alios animaduertunt, Bertazzol. *d. consil.* 118. *num.* 1. *& seq.* Altograd. *d. consil.* 53. *num.* 31. *lib.* 2. Eoque magis coram Amplissimo Senatu sola facti veritate inspecta iu- 19
dicanre, vt in puncto ratiocinatur, Surd. *d. dec.* 105. *num.* 10. *& seq.*

Vbi autem Auantius, & eius filiæ præmissis integraliter satisfacti non censerentur, ipsis dumtaxat imputandum veniret, nec eius, seu earum hæredibus transacto tempore intra quod satisfactionem consequi commodè potuissent, actio vlterius competeret. Tum quia derogatio fideicommissi, ac primogenituræ concernit tantummodo fructus quantitati debitorum ad ratam correspondentes. Vnde cum facta fructuum, seu pensionum distributione iuxta formam decreti Auantio annuatim Scuta quatuorcentum octoginta attingerent, quemadmodum in calculo præsupponitur; consequens ideò fit, vt decennij spatio circiter in totum satisfactus redderetur. Quodque fructus 20.
pro dicto tempore tantum, & non vltra percipiendi, seu pensiones interim exigendæ oneri satisfactionis obnoxiæ præexisterent, ad rem optimè Gratian. *discept. forens.* 916. *num.* 3. *& seq.* latè Cyriac. *controuers.* 214. *num.* 1. *& seq.* Altograd. *consil.* 83. *num.* 20. *& seq. lib.* 1. Vel ergo intra decennium Auantius, ac respectiuè eius filiæ, vt præsumitur satisfactionem integram habuerunt, & tenentur nunc hæredes ad restitutionem indebitè exactorum ab anno 1625. vsque in præsens, vel non fuerunt satisfactæ, & ipsis computari debet, & adhuc illius hæredes ad restitutionem obstringuntur. Quippe quoniam Princeps nonnisi ex causa etiam priuatæ vtilitatis fideicommisso derogare consueuit, & derogatio huiusmodi ad limites 21.
ipsius causæ restringatur; ita vt causa cessante, & ipsa derogatio euanescat, Pereg. *de fideicom. art.* 52. *num.* 117. Cyriac. *controuers.* 160. *à num.* 8. *ad* 20. & *controuers.* 264. *ex num.* 28. *ad* 39. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *num.* 555. *& sequent. num.* 737. *&* 738.

Prædictis accedit, quod Serenissimus Princeps ad supplicationes partium, vt legitur in decreto easdem composuit, de quarum etiam consensu Auantio potissimum conductorem in debitorem delegauit, quem etiam iudicialiter acceptauit; quinimò eidem de mandato Iudicum condelegatorum præcepta, ne vlterius solueret aliis, quam sibi iniunxit, per quam sanè delegationem ab Auantio acceptatam cum exactione affictuum, 22.
Vrsini potissimum in primogenitura successores liberati remanserunt, ad latè tradita per Surd. *decis.* 23. *ferè per totam*, Cyriac. *controuers.* 108. *num.* 5. *&* 6. *ac per totam*, & *controuers.* 214. *num.* 28. *& per totam*, Mart. Medic. *decis. Senen.* 66. *num.* 8. *& sequent.* Censal. *decis. Lucen.* 83. *numero vigesimo, & vigesimoprimo*, super quo non est cur vlterius immoremur, dum ex simplici lectura derogationis manifestè liqueat de mente Serenissimi abdicantis quamcunque obligationem in posterum à personis Vrsinorum, & transferentis in fructus, seu pensiones proprietatum quoad vsque, annuatim tamen exigendo creditum Auantiis, & non vltra extingueretur, seu magis dum nulla, nec realis, nec personalis suberat obligatio, nec constituta vllatenus dicebatur. Super fructibus tantùm pro tempore necessariò ad satisfactionem creare intellexit.

Cæterùm cum transactis longè antea terminis ad faciendas solutiones Curiæ illis durantibus dumtaxat erga creditores obligatæ, nimirum de

anno

anno 1623. circiter in personam moderni Principis vigore fideicommissi, seu primogenituræ peruenerint; consequens necessariò fit quod immunes omninò à quolibet onere, vinculo, & hypotheca deuolutæ præsumantur. Siquidem obliga-
23. tio ad tempus, & finem contracta ex illorum lapsu ipso Iure resoluitur, Bursat. *cons.*330. *num.*74. Gratian. *discept. forens.*530. *num.*4. Merlin. *de pignor.& hypothec. quæst.*44. *num.*31.

Quinimò vti affecta conditione eadem non
24. purificata, seu amplius non existente perindè habetur, ac si non emanasset, *l. cedere diem*, 213. *ff. de verb. signific. l. necessariò*, 8. §. *quod si pendente*, *ff. de peric. & com. rei vend.* Crauet. *consil.*170. *num.*8. Merlin. *decis.*28. *num.*7. Leoncill. *decis. Ferrar.*54. *num.*23. Surd. *decis.*252. *num.*5. Obligationem verò ad tempus limitatam, & sub conditione initam detegit decretum, *in §. Che se durante*, de quo etiam in scriptura facti.

Ex quibus Marchio Ferdinandus ex illius persona condemnari debet non tam ad restitutionem Scutorum mille tercentum in præsenti iudicio, quàm ad Scuta quinquecentum vigore conuentionis indebitè exactorum, & tanquam
25. assertus hæres DD. Sororum de Auantiis ad restitutionem Scutorum bismille per eas habitorum, vt in dicto processu Sessi per eum exhibito, Barr. *in l. si fideiussor*, 29. §. *in omnibus*, *num.*2. *ff. mandat.* Farinac. *in fragm. verbo creditor*, *num.*741. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.*38. *sub num.*2. *versic. de Iure*, & *sub num.*9. *vers. de Iure*, nec non etiam ad quascunque expensas, si non triplicatas, saltem
26. simplices, vt admonent Farinac. *in fragm. verbo creditor*, *num.*749. *&* 750. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.*38. *num.*2.

Verùm tamen, quod acta, processus, sententia, & abindè prolixè subsecuta euidenti nullitatis morbo insanabiliter affecta præexistant, dispungere superfluum duximus.

SVMMARIVM.

1 *Redditio rationum qualiter ineunda.*
2 *Error operatur reiterationem redditionis rationis. In vna partita inducit præsumptionem erroris in aliis, num.*3.
4 *Ratio semel reddita iterum non est reddenda. Et de ratione, n.*5. *Amplia vt, n.*6.
7 *Editionem scripturæ petens existentiam probare tenetur.*
8 *Administrator reportando finem Libros dimisisse censetur.*
9 *Dolo de præterito renuntiari potest.*
10 *Dolus certus, ac concludenter probatus requiritur, vt denuo ratio reddatur.*
11 *Clausula*, si sarebbe inteso seco de certa partita, *euacuatur allegando fuisse deductum in calculis.*

OBSERVATIO CX.

REPORTATA generali quietatione per administratorem ab eius principali ex supposito, quod sufficienter rationis
1. redditio non præcesserit per extensionem calculi, exhibitionem librorum, ac dispunctionem partitarum, quemadmodum requirebatur, *l. cum seruus* 81. ibiq; notant communiter Doctores, *ff. de concl. & demonstr.* Anchar. *consil.*330. *n.* 2. Rol. à Valle, *consil.*49. *num.*47. *seq. ac per totum*, *lib.*1. Rim. iun. *consil.*338. *ex num.*31. Gratian. *discept.*563. *num.*30. *& seq.* Buratt. *decis.* 329. *num.* 2. Altograd. *consil.*21. *num.*6. *& seq. lib.*1. Tondut. *resolut. ciuil.*68. *num.*1. *&* 2. Tomas. *de tutor. & curat. tit.*34. *num.*45. Merlin. *decis.*473. *num.*10. *&* 11. & *decis.*603. *numer.*3. *&* 4. Rot. *decis.*197. *num.*8. *part.*6. *recent.* & apud Contr. *post discept. decis.*30. *num.* 6. & *decis.*57. *num.*1. *&* 2. Iterum reddendam prætendebatur, maximè cum manifestus error non sine dolo detegeretur vnius partitę saccorum quatuorcentum carbonis, qui quidem error iustam præ- 2.
bebat reiterandæ rationis, etiam alias redditæ causam, iuxta regulam *l.*1. *Cod. de error. calculi*, Becc. *cons.*211. *num.*20. Rol. *dict. consil.*49. *num.*46. *& seq. lib.*1. Rim. iun. *cons.* 338. *num.* 40. & *numer.*52. Menoch. *de arbitr. cas.*209. *num.*39. *&* 40. Rot. *decis.*184. *num.*3. *part.*2. *recent.* Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*2. *cap.*77. *num.*8. Rot. coram Merlin. *decis.*586. *num.*14. & *decis.*436. *num.* 16. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.* modò repetita apud Contr. *post discept. decis.*30. *sub num.*7. *vers. & iustam*, Tondut. *resol. ciuil.*156. *num.*11. Gratian. *discept.*563. *num.* 35. *&* 36. Carill. *decis.*111. *num.*4. Spad. *consil.*312. *num.* 8. *lib.*2. De cuius quidem partitæ omissione in calculis cum opponeretur, administrator illam implicitè admittendo replicauit, *che se ne sarebbe inteso seco.*

Inde propterea error in hac partita detectus absque examine aliarum partitarum in contro-
uersiam reuocatarum totius rationis suspectam
reddebat veritatem; quia sicut in ea erratum 3.
prætendebatur, ita & in reliquis error contingere potuit, Ludouis. *decis.*79. *num.*2. & ibi adden. *num.*6. Rot. *decis.*1. *num.*11. *part.*6. & *decis.*111. *numer.*6. *&* 7. *part.*7. & *dict. decis.*436. *num.*15. *par.*9. *tom.*2. *recent.* duplicata apud Contr. *post discept. decis.* 30. *sub numero septimo*, *vers. ac proinde error*, Rot. apud Merlin. *de pignor. & hypothec. decis.*81. *n.*21.

Etsi prædicta non parum vrgere viderentur, nihilominus tanti roboris, aut subsistentiæ reputata non extiterunt, vt à triuiali, non minus, quam solida conclusione recideretur, iuxta quam ratio 4.
semel reddita cum fine amplissima superinde subsecuta non amplius reuideri permittitur, ad text. *in l. semel*, *Cod. de Apoc. publ. lib.* 10. Merlin. *decis.*469. *num.*5. & *decis.*586. *num.*13. Card. Otthobon. *decis.*5. *num.*1. Contr. *discept.*32. *num.*34. *&* 36. Gratian. *discept.*761. *num.*2. Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*2. *cap.*77. *num.*6. Andr. Censal. *decis. Lucen.*60. *num.* 1. Optimam assignant
rationem, quia rationes semel redditæ habent 5.
præsumptionem pro se, quod ritè dispunctæ fuerint. Ideoque amplius reuisioni non subiacent, Post. *decis.*188. *num.*6. *par... recent.* cum adductis per Censal. *d. decis. Lucen.*60. *num.*2.

Fortius mox dicta, ac indubitanter sibi locum
vindicant, ex quo versamur in maioribus, & 6.
adest amplissima quietatio, in qua fatentur præcessisse dispunctiones rationum, & se ipsas inuenisse æquales, & sic sumus extra omnem dubitandi aleam, vt in proximis terminis post alios ad satietatem ratiocinantur, Gratian. *discept.*739. *à num.*30. *ad* 36. Censal. *dict. decis.*60. *num.*11. *& seq. per totam*, Surd. *decis.* 217. *num.* 14. Cyriac. *controuers.*494. *num.*16. Rot. coram Card. Otthobon. *dict. decis.*5. *num.*2. *&* 3. & *decis.*101. *in Crim. Farinac.* & *decis.*188. *num.* 8. *part.* 8. & *decis.*322. *num.*14.

*num.*14. *&* 15. *par.*2. *tom.*2. *recent.* repetita apud Royas *decis.*251. *n.*9. *&* 10. Tondut. *resol. ciuil.*68. *num.*26. *&* 27.

Inanem prorsus existimauit Magistratus editionem petitam libri, & scripturarum, dum non
7. præcessit probatio existentiæ, Rot. *d. decis.*101. *numer.*5. *vers. quia non constat, in Crim. Farinac.* Ludouis. *decis.*199. *num.*3. Ferentill. ad Buratt. *dec.*266. *num.*9. Duran. *decis.*266. *num.*1. potissimum quia administrator reportando vniuersalem quietan-
8. tiam, præsumitur principali suo libros, & scripturas dimisisse, Rot. *decis.*71. *num.*2.3. *&* 4. & *dec.*143. *num.*1. *& seq. part.*4. *tom.*2. *recent.* Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*2. *cap.*77. *num.*9. Andr. Censal. *d. decis. Lucens.*60. *num.*30.

Sicuti exceptio prætensi erroris, ac doli non merebatur obiici, dum expressè eidem cum clausula vim Iuramenti habente appareat amplissimè
9. renunciatum, quibus renuntiari posse enuntiant, Thes. *decis.*260. *num.*7. cum cæteris apud Rot. *d. decis.*188. *num.*9. *&* 10. *part.*8. *recent.* Andr. Censal. *dict. decis. Lucens.*60. *n.*11. & latè prosequitur Manent. *cons.*67. *n.*26. *& seq.* vbi quod dolo de præterito, aut de præsenti renuntiari possit. Præterquam quod non sumus in dubio euidenti, certo,
10. ac concludenter probato, ad effectum reuisionis calculi, & quietantiæ generalis requisito, Rot. *dict. decis.*101. *n.*3. *&* 4. *in crim. Farinac.* Millin. *dec.*435. *num.*1. Tondut. *resol. ciuil.*68. *n.*18. Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*2. *d. cap.*77. *n.*8. Menoch. *cons.*22. *n.*20. Monac. *decis. Lucens.*31. *n.*59. Cardin. Otthob. *d. decis.*5. *n.*8. *&* 9. Rota *d. decis.*188. *num.*6. *&* 7. *part.*8. *recent.* Andr. Censal. *d. decis. Lucen.*60. *num.*16. *& seq.* Hic autem nec præsumptiuè de dolo, aut errore docetur, dum administrator non admisit simpliciter defectum partitæ saccorum quatuorcentum carbonis, sed quod pro ipsa, *si sarebbe inteso*; quemadmodum declarauit postea in processu esse comprehensam in bilancio, & quietanria vniuersali, nec istud absolutè coram testibus negauit, ne suum principalem tunc non re-
11. miniscentem de duplicata petitione eiusdem partitæ redargueret; quæ intelligentia vsui negotiantium plurimum confert, Bellon. *decis. Genua* 44. *num.*1. & *decis.*104. *sub n.*5. *vers. conti à noi*, Scac. *de commerc. & camb.* §.2. *gloss.*8. *sub n.*7. *vers. pro totidem cambiatis*, Raphaël de Tur. *de Camb. disp.*1. *quæst.*6. *n.*8. *&* 9. & *disput.*2. *quæst.*16. *n.*11. Rot. *in Melphiten. litterarum cambij* 24. *Maij* 1655. *n.*4. *coram Cardinali Celso*, & *in Pisauren. pecuniaria* 29. *Aprilis* 1661. *sub n.*5. *coram R.P.D. Priolo.*

Ex quibus sufficienter satisfactum remanet singulis obiectionibus, & signanter principali ab initio excitatæ, quæ vti fundata in auctoritate Doctorum loquentium in pupillis minoribus, aut aliter priuilegiatis ad præsentem controuersiam inter maiores agitatam applicationem non recipiunt, provt clarius ex lectura eorundem dignoscitur.

SVMMARIVM.

1 *Salis ab auctione pretij nullus immunis. Amplia vt, num.*6. *Contrarium qui teneant, n.*7. *Reprobantur, n.*9.

2 *Ecclesiastici ad leuandum salem per Laïcos non compelluntur. Sed per Superiores Ecclesiasticos, num.*3. *Tenentur taxis victualium à Principibus factis, n.*4.

5 *Coloni Ecclesiæ tenentur ad onera personalia. Tenentur ad leuandum salem, num.* 10.

8 *Ratio vbi subest diuersa, dispositio quoque diuersa militat.*

11 *Sal debitus buccis animalium potius intelligitur, quam humanis.*

12 *Salem à deputato per Cameram omnes recipere tenentur. Feudatarij tenentur leuare separatim à rusticis, num.*13.

14 *Ripa* in tractat. de Peste remed. ad conseruan. vbert. *reprobatus.*

15 *Censura nulliter, & iniustè lata magis ligat ferentem. Nisi cum magna causa comminari potest, num.*16.

OBSERVATIO CXI.

PRINCIPES coacti in exteras Regiones magnis sumptibus prouidere salem ad publicam vtilitatem, & vitæ tum hominum, tum animalium sustentationem, ac comestibilium conseruationem aucto eiusdem 1.
pretio, illum postea in suis statibus, tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis distribuunt, Castren. *consil.*423. *sub num.*2. *vers. Ipsa vero Communitas, lib.*2. & latius prosequitur Larr. *allegat. fisc.* 77. *num.*18. & facit Corn. *consil.* 359. *in princip. lib.*1. Carol. Grass. *de effect. cler.* 261. *&* 262. vbi tamen limitant quoties vltra auctionem pretij aliquid pro gabella concurrit.

Ruri tamen, & extra Ciuitates, vbi salis distributio fit super capitibus, & buccis, Ecclesiastici per Agentes Communitatum cogi nequeunt 2.
ex defectu Iurisdictionis ad leuandum salem, Boss. *in tit. de Princip. num.*100. *in fin.* Lancellot. Gall. *consil.*59. *num.*46. *& seq.* Sperell. *decis.*35. *numer.* 7. inter cæteros ad probandam huiusmodi conclusionem adducit Plot. *in l. Si quando, numer.*27. *in fin. C. Vnde vi*, & Bellon. *consil.*12. *numero nono*, qui tamen nil aliud asserunt, nisi quod leuare salem sit onus personale, quod idem comprobat Cytiac. *controu.* 156. *num.*23. Non propterea tollitur, quin Ecclesiastici salem leuare te- 3.
neantur, tametsi per Laïcos, seu Communitates ex defectu Iurisdictionis cogi nequeant.

Super quo vlterius non immoror; quippe quoniam in hoc Dominio Ecclesiastici, & eorum Superiores pretio salis, quemadmodum & aliorum comestibilium ob publicam vti- 4.
litatem limitato, agnoscentes eorum obligationem acquiescunt, & Iure quidem merito, ex traditis per Franc. *decisione nona*, *numero tertio*, *& per totam*, Carol. de Grass. *de effect. Cleric.* 2. *numero* 266. & *numero* 505. Barbos. *de Vniuers. Iur. Eccles. libro primo, cap.* 39. §. 5. *à numero* 47. *ad* 53. Ciarlin. *controuers.* 31. *numero decimo*, *& seq.* Sperell. *decis.* 12. *num.* 57. & *decis.*13. *numero decimo.* Et in puncto Larr. *alleg. Fiscal.*77. *num.*14.

Verumtamen retento Themate assertionis prædictæ, quod onus leuandi salem inter onera merè personalia connumeraretur, ac consequenter saltem vi coactiua ad illud Ecclesiastici, sed solum directiuè à suo Iudice obstringi possent; non ideo prætensa immunitas, vt prætendere videntur, ad eorum Colonos extenderetur, ex quo isti procul ab omni dubio ab oneribus merè perso- 5.
nalibus non eximuntur; Thesaur. *decis.*116. *numero* 8. quem sequitur Rota apud Ciarlin. *controuers.*

trouers.22. num.67. & controu. 63. num.26. Grass. de effect. Cler.3. sub num.64. vers. & non personalia. Nec ab ista opinione dissentire videtur Sperell. decis.41. num. 80. tametsi conetur illam impugnare, adducendo Doctores in contrarium, qui potius fauent, quam officiant.

Si vero augmentum pretij salis respiciens cumulum ærarij Principis gabella reputetur, tunc distribuendus sal Colonis, cum nihil commune
6. habeat cum Ecclesia, à qua distributio salis omnino separata præexistit; etiamsi datium præseferat, nil prohibet, quo minus à Colonis Ecclesiasticorum licitè exigatur, Bursat. consil. 42. numero 14. Menoch. de arbitr. cas.562.num.35. Grass. de effect.Cler. 3. num.56. & 57.Ciarlin.controu.22. num.15. & controuers. 31. num. 18. Rim. iun. consil.392. ex num.53. Sperell. decis.41. num.33. & decis.127. num.67. & 68. Fontanell. decis.307. numero tertio,& per totam, & optimè distinguendo declarat, Spada consil.131. num.71. vsque ad fin. lib.1. Barbos. de Vniuers. Iur. Eccles. lib.1. cap.39. §.5. num.33. vbi distinguunt inter tributa, collectas, & onera, quæ personis imponuntur pro rebus, ad quæ num Coloni teneantur, Doctores præcitati controuertunt, & gabellas, ad quas Colonos Ecclesiarum indifferenter obnoxios censeri comprobant; neque istam conclusionem in dubium refricari posse existimamus, cum præsertim canone aliquo, lege, aut decreto contrarium non reperiatur diffinitum, & quicquid in tributis, oneribus, & aliis concernentibus res, seu personas Ecclesiarum, cum pro nunc istud dispungere nostri non sit instituti; certè quoad datia, res, & personas Colonorum respicientia nulla subest difficultas, vt præ cæteris, & post ipsos fusius prosequuntur, Spad.d.consil.131.num.71. & sequent.lib.1. Fontanell. dict. decis.307. num.16. in fin. ac per totam.

Superest modò, vt respondeamus Doctoribus, qui etiam Colonos ab onere leuandi, seu gabella
7. salis ex prætensa immunitate Dominorum, exemptos contendunt, nimirum Lancellor. dict. consil.59. num.49. Sperell. decis.35. numero octauo, quæ quidem responsio facilis euadit; quia præcitati Doctores ineptè confundunt terminos, arguendo à collecta, tributo, & onere ad gabellam salis, in
8. quibus sicuti militat diuersa ratio; ita etiam non eadem Iuris dispositio statuenda venit, Crauet. consil. 133. num.6. Cyriac. controuers.478. num.95. & 96. & diximus supra; istud autem conuincitur ex rimatione Doctorum per ipsos in hoc cumulatorum.

Bursat. consil. 25. inter cæteros adductus tantum abest, quod obsit, quin potius optimè retor-
9. quetur, dum ibidem, num.3. extra dentes nostram comprobat opinionem, ea ratione, quia quod Coloni salem leuare teneantur, nil prorsus influit in Ecclesiasticos eorum Dominos, quicquid quoad collectas ipse in contrarium respondeat, cons. vero 42. num. 14. & 16. magis disertè sustinet Colonos Ecclesiæ potissimum partiarios pro eorum personis, rebus, ac fructibus ad gabellas obstringi, nec de hoc ambigendum; cum istud vsu receptum in Ducatu Mantuæ attestari possimus, vbi non tam Coloni, quam etiam Famuli Ecclesiasticorum salem leuare consueuerint; quæ responsio applicatur quoque dictis per Paris. cons.25. num.10.84. in fin.85. ac per tot.lib.1. qui consuluit in causa Mantuana.

Alb. cons.441. num. 14. nil omnino asserit ad præsentem controuersiam, vltra quod per modum transeuntis loquitur, quodque magis in Principatu Papiensi, vbi emanauit illud responsum, Coloni Ecclesiarum quoad salem nullo potiuntur immunitatis priuilegio.

Decian. cons.51.n.4.& 5.lib.3. huic nostræ opinioni fauet quoad gabellas, licet quoad collectas aliud concludat, n.42. dum in effectu comprobat Colonos Ecclesiarum immunitate frui quoad collectas; secus vero quoad datia.

Caroc. de Locat.& conduct.par.4.tit. de collect. n.40.fol.217.loquitur pariter de tributis, & oneribus, non autem de gabellis, & sic non applicatur.

Ioan. Bott. conciuis noster cons. 87. per totum, præterquam quod loquitur, & ipse in collectis ibid. n.31. admittit Colonos teneri ad gabellas nil commune habentes cum eorum Dominis; quemadmodum certe gabella salis reputatur, magisque vim facit in priuilegiis per Duces Mediolani concessis Monasterio, & Abbatiæ S. Laurentij Cremonæ Ordinis Oliuetarum, quam in priuilegio Ecclesiæ, quod in penitus separatis ad Colonos non extenditur, vt in Comitatu Cremonensi practicanter obseruari conscius, & experientia quoad meos Colonos edoctus sum.

Rim.sen.cons.739. & 740. quibus se subscripserunt, illi scilicet Zuccard. & isti Cattus versatur circa intelligentiam cuiusdam priuilegij Pontificis Regularibus concessi, quod etiam ad Colonos extendi rationibus huic casui, materiæ, ac quæsito minimè applicabilibus contendunt.

Eugen. cons.96.n.10. vbi allegat rationem, cur Coloni eximantur à Collectis, sicuti & Ecclesia; quia collecta indicitur pro æstimo, æstimúmq; in Domini persona perficitur, à qua quidem collecta pro bonis imposita cum Ecclesia immunis præexistat, immunes quoque eius Coloni præseruantur, quod non sic se habet in datiis, vectigalibus, & gabellis, vt idem Eugen. d.cons.96. num.13. & seq. prosequitur.

Inconcussa ergo remanet conclusio à nobis post relatos firmata, quod Coloni in separatis ab eorum Dominis etiam Ecclesiasticis oneribus, seu collectis secundum aliquorum opinionem exclusis, dum imponuntur regulariter personis pro rebus, respectu gabellarum, inter quas connume- 10.
ratur onus leuandi salem, Ruin. cons.105. sub n.5. vers. quid de pedagiis, & per tot.lib. 5. Rub. Alex. cons.21.n.2.Tob.Non. cons.45. num.2. vbi quod sit onus dumtaxat personale, ex quo personas tantum salem comedentes respicit, Alb.cons.322.n.10. & 11. vbi quod onus leuandi salem sit merè personale, sicut Ius pedagij, Raudens.var.resol.73.n.2. cum adductis per Larr. alleg.fiscal.31. num.2. & 3. nulla certè immunitate fruantur; nil enim deperit Ecclesiæ, seu Ecclesiasticis, quod eorum Coloni separatim ab eis viuentes gabellæ oneri æqualiter cum cæteris concurrant, vt præter superius adductos antecedenter obseruarunt, Bart. cons.31. sub num.2.lib.1.Federic.de Sen. cons.111. n.10. Menoch.cons.136.n.20.Gabr.cons.161.num.7.& 8.lib.2. Rip.in tract.de pest.remed.ad conseruan.vbert. q.15. ex num.124.Rol.cons.61. n.1. lib.4. Natt. cons.409. n.6.& 7.Petr.de Vbald.post tract.de collect.consil.2. num.10.latè Surd.cons.301. n.89.& 90.& cons.338. n.14.Bertaz.cons.crim.87.n.2.& 6. vbi quod Statutum disponens, ne animalia extrahi è territorio possint, etiam colonos Ecclesiasticorum comprehendat, Tiraq.de retract.lign.§.1. gloss.13. n.12.

Nec

Nec in mentem ſenſati hominis cadere vnquam poterit,quod coloni etiam Eccleſiarum diſtributione ſalis non afficiantur, dum iſtud combinationem aliquam, connexitatem, aut dependentiam cum perſonis Eccleſiaſticorum quoquomodo præſeferat;vſque adeo vt conſuetudo, vſus, & obſeruantia vbique locorum obtinuerit, vt coloni ſimiles ad auctionem, gabellam, ac receptionem ſalis æqualiter cum aliis obſtringantur; quemadmodum ex mox citatis auctoritatibus conuincitur.Dictum autem in hac materia de colonis Eccleſiæ in eorum Suibus, Iuuencis, Ouibus, ac cæteris in diſtributione ſalis deſcribi conſuetis eo fortius procedit,ex quo ab iſtis colono-
11. rum ab Eccleſiaſticis longe maior, quam inter perſonas diſtantia intercedit, Cyriac. *controu*.461. *a n*.4. *ad* 8.

Ex præmiſſis tandem vnuſquiſque per ſe ipſum detegere poterit prætenſionem Vaſſallorum nullis Iuribus, ſeu fundamentis ſuffultam, quatenus inſiſtunt influere in ipſorum colonos exemptio-
12. nem leuandi ſalem, qua nec ipſi fruuntur; ſi quidem à deputato per Cameram,vel eius conductores ad diſtribuendum ſalem omnes recipere coguntur, per text. *in l.Si quis* 11. *Cod. de Vectigal.* Galganet. *de Iur. publ. lib*.4. *tit*.11. *num*.21. Franc. Marc. *deciſ*.39. *num*. 5.*part*. 2. cum adductis per Latr. *deciſ*.77. *num*. 17. Prætentio tamen feudatariorum conſiſtere ſaltem in eo poſſet, ne cum ru-
13. ſticis ſalem leuare tenerentur, ex Boſſ. *in titul. de Princip.num*.100. *in fin*. Plot. *in l. Si quando, numer*.27. *in fin*.& *num*.28. *Cod.Vnde vi*,Lancellot. Gall. *conſil*. 54. *num*. 87. non per hoc tamen ab onere leuandi ſalem Vaſſalli eximuntur,& faciunt tradita per Nouar.*de grauamin.Vaſſall*.48. *per tot. tom*.2. & directè concludit Larr.*d.alleg.at*.77.*n*.18. 27.*&* 29.

Conſuetudine igitur vniuerſali, legibus, & vſu abſque vlla prorſus Canonis, aut Pontificiæ conſtitutionis reſiſtentia imaginabili inductum legitimè appareat, quod Principes pretium ſalis, ac diſtributionem conſtituant;hinc peccato mor-
14. tali illaqueatus remanſit, Rip. *in tract. de peſt. remed. ad conſeruan. vbert. num*. 177. dum ſic irretitos Principes ad leuandum ſalem ſubditos pro numero capitum compellentes affirmare auſus fuerit, adducendo text. *in l*. 3. § *cum quinquennium, ff. de Iur. fiſc.* nil tale diſponentem, adeovt Surd. *conſil*.321. *num*.26. *&* 27. Ripam referat,Iurè tamen optimo non ſequatur. Quemadmodum
15. dicimus de cenſura notoriè iniuſta, aut nulla quæ magis ligat ferentem, quam eum, in quem fertur, *cap. Illud plane* 87. 11. *quæſt*.3. Sperell. *deciſ*.105. *num*. 22. *&* 76. Genuen. *in prax. Tricen.* 25. *quæſt*.729. *num*.2. *& ſeq.* Ricciul. *de Iur. perſon. extr.grem. Eccleſ. exiſten.lib*.4. *cap*.1. *num*.20. *&* 21. Barboſ. *in collect. lib*. 1. *cap. Ad reprimendam* 8. *num*. 9. *&* 10. *de Offic. Iudic. ord. tom*. 1. Hinc propterea non ſine maxima circumſpectio-
16. ne, graui cauſa, & concurrente peccato mortali excommunicatio comminata ferenda eſt. Conc. Trident. *ſeſſ*. 25. *cap*.3. *de Reformat.* Gratian. *diſcept*. 559. *num*.7. Sperell. *deciſ*.45. *num*.9. *&* 10. & *deciſ*.48. *num*.18. & *deciſ*.122. *num*.5. & *deciſ*. 129. *num*.6. cum aliis apud Paſqualig. *in prax. magn.Iul. quæſt*. 156. *n*.5. & *deciſ. moral*.376. *n*.2. Et hæc obiter dixiſſe ſufficiat ad inſtructionem eorum, qui nimia cum facilitate in comminationes cenſurarum prolabuntur.

Ioan. Pauli Melij Obſeruat. forenſ.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio inæqualis ad æqualitatem reduci debet.*
2 *Hypotheca ſuper bonis durat etiam poſt diuiſionem. Declara vt, n*.3.
4 *Dominus in Iudicio concurſus præfertur creditoribus.*
5 *Læſio vltra dimidiam pro reformanda diuiſione requiritur. Contra,num*.6.*Et de ratione, num*.7.
8 *Diuidentium mens eſt ne alter alteri quicquam largiatur.*
9 *Vindicatio datur illius, quod de pluri alter ex diuidentibus recepit.*
10 *Hæres vnius ſi habuit mobilia, cohæres in ſtabilibus ſuam portionem conſequitur, & numero* 14.
11 *Bannitus in gratiam reuerſus ab obitu Patris per retrotractionem efficitur hæres.*
12 *Debitor,in præiudicium creditoris nequit conditionem ſuam facere deteriorem.*
13 *Venditor pro pretio creditor excluditur ab anterioribus emptoris.*
15 *Articulus magis præiudicialis prius reſoluendus eſt.*
16 *Creditor poſterior ex Iuribus ceſſis fit anterior.*
17 *Poſitiones in Iudiciis vniuerſalibus non admittuntur.*
18 *Compenſatio non admittitur in præiudicium anteriorum. Contra, numero* 19. *De liquido ad illiquidum non intrat, num*. 20. *Amplia vt, numero* 21. *De quantitate ad ſpeciem non datur, numero* 22. *Declara vt num*.23.

OBSERVATIO CXII.

MOBILIBVS in hæreditate paterna repertis ab altero ex fratribus conſumptis,Fratres ipſi ſtabilia hæreditatis inter ſe æqualiter diuiſerunt;quam propterea diuiſionem reformari, atque ad æqualitatem reduci 1.
damnificatus in portione mobilium, ſeu eius filij inſiſtunt, iuxta text. *in l.tres Fratres* 36. *ff.de pact.* & *in l. Incerti Iuris* 19. *C. Famil. erciſc.* Cyriac. *controuerſ*. 478. *num*.51. *& ſeq.* & *controu*.514. *numer*.4.*&* 5.& *controuerſ*.558. *à num*.10. *ad* 16. Valeron. *de tranſact. tit*.1. *quæſt*.6. *num*.7. *&* 9. Michalor. *de Fratr.part*.3.*cap*.38. *n*.12.Rot.*deciſ*.600. *à num*.1.*ad* 5. *part*.5.*tom*.2.*recent*.cum adductis per nos *obſeruat*....

Cui ſane diuiſioni,ſeu eius reformationi creditores non ſe opponebant, prætendentes ſolummodo alias communia adhuc ipſis hypothecata, non ſecus,ac ſi diuiſio non fuiſſet ſaltem in dimi- 2.
dia dimidiæ portionis ad vnumquemque ex fratribus obuentæ, *l.Si conſenſerit* 7. §. *vlt. ff. quibus mod.pig.vel hypoth. ſolut.* Ioan.de Amic. *conſil*.20. *num*.15. Manent. *deciſ*.25. *num*.2.*&* 7. Felician. *de Societ.cap*.28.*n*.31.Gait.*de credit.part*.4. *q*.7. *n*.377. *& ſeq.*Scac.*de ſent.& re iudic.gloſſ*.14.*q*.12.*num*.50. Cyriac.*controu*. 197.*num*.19.Rot. *deciſ*.204. *num*.3. *part*.7.*recent*. Salgad. *in Labyrint.cred.p*.3. *cap*.13. *n*.40.*&* 41.Merlin. *de pignor. & hypoth. lib*.2. *q*.36. *num*.22.*& ſeq.*

Quæ tamen prætensio ipsis non competebat, dum diuisioni acquieuerunt, & aduersus portionem dumtaxat Fratris eorum debitoris pro integrali satisfactione iudicium introduxerũt; adeovt
3. perinde reputetur, ac si in diuisione ipsa interuenissent; quo sane casu in portione alterius Fratris nullum Ius competit, Barr. *in l. Qui Romæ 122. §. duo Fratres, num.22. & 23.ff.de verb. oblig.* Rot. coram Millin. *decis.*379. *num.*1. & *decis.*504. *num.7. part.7. recent.* & *in Arimin. Saluiani* 18. *Iunij* 1631. *coram R.P.D.Motmanno*, & *in Romana domus* 20. *Februarij* 1636. *coram Cardin. Verospio*, Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.2. quæst.*36. *num.*24. Manent. *decis.* 25. *num.* 7. & faciunt tradita per Salgad. *in Labyrint.creditor.part.2.cap.*12. *num.*60.

Nec obstare dicebatur, quod Frater comparens in Iudicio concursus pendentis super portione hæreditatis Paternæ assignata alteri Fratri loco petendi adæquationem diuisionis, se pronuntiari creditorem ac præferri instîterit; quoniam cum ad ratam pro deficientia eius portionis
4. diceretur Dominus, aut omnium creditorum primus in sententia graduationis primum locum obtinere debebat, Mangil. *de Euict. quæst.*40.*n.*4. & *quæst.*41. *num.*3. Peregrin. *de Iur. fisc.lib.5. tit.*1. *ex num.*202. Surd. *decis.* 151. *ex num.*1. 13. *ac per totam*, ibique Hodiern. *in fin. annot.* Cyriac. *controuers.*718. *num.*1. *& per totam*, Salgad. *in Labyrint. credit.part.*1. *cap.*8. *num.* 38. *& seq.* & *part.*2. *cap.*24. *ex num.*14.

Sicuti nec resistere subiungebatur obiectio per vnum ex Dominis excitata; quod etiam in diuisione ad effectum eam reformandi, non quælibet inæqualitas sufficeret, sed vltra dimidiam iu-
5. stæ portionis requireretur, ex pluribus cumulatis per Ioan.Franc. Andr. *controu.*265. *num.*2. quibus in terminis addo Manent. *cons.*67. *num.*1. Buccafer. *cons.*1. *num.*73. Ludouis. *decis.*496. *num.*7. Ventrigl. *in prax. Annot.*51. §. *vnic.num.*9. Multo enim plures, ac doctrina grauiores, qualibet inæqualitate etiam intra dimidiam; quinimò etiam mo-
6. dica contentãtur pro reformatione diuisionis, ex quibus nonnullos refert idem Andr. *d.controu.*265. *num.*1. quibus accedunt Gratian. *discept.* 324. *sub num.*11. *vers.nec modicum*, & alij per eum in principio cumulati transeuntes in hanc opinionem; etiamsi in eorum casibus inæqualitas intra dimi-
7. diam contingeret, per text. apertum *in l.Maioribus* 3. *C. Commun. vtriusque Iur.* cuius dispositio redderetur elusoria, aut superflua, nisi quamcumque inæqualitatem intra dimidiam, vel minorem, aut minimam non respiceret; si quidem qualitercumque ex quocumque contractu læsis vltra dimidiam peculiariter succurritur, per text. *in l.2. C.de rescind. vend.*

8. Optima id suadetur ratione, quia mens diuidentium semper præsumitur, ne alter alteri quicquam de suo largiatur, *l.Cum de indebito* 25. *ff.de probat.* Bellon. *de Iure accresc.cap.*10. *quæst.*29. *numer.* 19. Ita vt comperto plus vno alterum in di-
9. uisione consequutum fuisse vindicatio illius pluris competat, Castren. *in l. vltim. §. quæsitum est, num.*2. *ff. de condit.indeb.* Ruin. *cons.* 134. *num.*7. & 8. *lib.* 1. & latè prosequitur Gratian. *dict. discept.*324. *à num.*1. *ad* 11. Vnde certo certius reddebatur, quod loco mobilium, seu eorum valoris
10. tot ex stabilibus eisdem ipso Iure debebantur, *Cod.* Fabr. *lib.*3. *tit.*22. *defens.*5. ibi, *Ita rem vnam æque, ac aliam*, Leotard. *de Vsur.quæst.*35. *num.*16. Peregr. *decis. Patauin.*2. *num.*4. ratio subest, quia vnus ex Fratribus in computum suæ portionis recipiendo mobilia totidem ad ratam de stabilibus cum altero Fratre legis ministerio permutasse censetur; adeovt Augustinus alter ex dictis Fratribus de tempore obitus Patris bannitus in gratiam Principis postea reuersus, æqualiter 11.
cum Fratre iuxta dispositionem vltimam Patris per retrottactionem successisse dicatur, Crauet. *consil.*925. *numero septimo*, Gabr. *consil.*134. *numero quadragesimosecundo*, *lib.* 2. Seraph. *decis.* 998. *numero nono*, Cost. *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 17. *num.*15.

Hinc admittebatur debitorem in odium creditorum conditionem suam facere non posse deteriorem, Salgad. *in Labyrint.credit. part.*2. *cap.*26. 12.
*num.*105. & *cap.*28. *num.*28. Rota *in Romana dotis* 15. *Maij* 1656. *numero octauo*, *coram Reuerendissimo Cerro*, sed doctrinam huiusmodi applicationem non recipere subiungebatur; quia ex prærordinatione testatoris, natura rei, ac superius traditis proueniebat necessitas adæquandi filios hæredes, in casum gratiæ, qui successit, æqualiter institutos. Minúsve in controuersiam reuocabatur venditorem pro pretio rei venditæ excludi à 13.
creditoribus emptoris, Flor. de Men. *prat.quæst.*6. *art.*3. *numero quadragesimo*, Franc. *decis.* 516. *per totam*, quos, & alios cumulat, & sequitur Merlin. *de pignor. & hypoth. libro quarto*, *quæst.* 41. *num.*30. *& seq.* Bonden. *collect.*49. *num.*31. Salgad. *in Labyrint. creditor. part.*2. *cap.* 24. *num.* 14. *& seq.* quando sumus scilicet in particularibus, quod præsentis non est speculationis, dum versamur in vniuersalibus, in quibus, vti dicebamus, vna res 14.
loco alterius succedit, Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.*2. *quæst.*51. *num.*39.

Iste ergo articulus adæquationis tanquam præiudicialis iuxta Iuris ordinem prædiffinitus extitit, ad tradita per nos *allegat.*114. *num.*22. *lib.*3. & 15.
nunc addo Ioan.Franc. Andr. *controuers.* 320. *numer.*19. Fontanell. *decis.* 71. *num.* 10. Tanagl. *de Sacr.Rot. Rom. Audit.fol.*143. *num.* 18. nulla pro nunc habita ratione articuli melioramentorum, in domo proclamata factorum per D. Capitaneum Ioan.Stephanum Bagnam, quorum intuitu eius creditores prælationem prætendebant; quippe quoniam illius resolutio pendebat à validitate, aut insubsistentia crediti comparentium prædecidenda. Præterquam quod Pupilli de Bagna tanquam cessionarij DD. Fratrum de Ricciis anteriorum D. Gozano in eisdem melioramentis 16.
prælationem prætendebant, Pacific. de Saluian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 903. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 4. *quæst.* 132. *numero septimo*, & *post tract.* Rot. *decis.* 33. *num.*17. & 18. Acost. *de priuil. cred.reg.*3. *ampliat.*2. *num.*5. Olea. *de cess. tit.*3. *q.*7. *num.*3. & 4. dixi *allegat.*6. *n.*33. *lib.*2. & *alleg.*43. *n.*32. *lib.*3. Bonden. *coll.*9. *n.*76. & 77.

Prætensio extinctionis istius crediti per compensationem cum fructibus aliunde per eosdem pupillos perceptis, in facto non iustificabatur, & positiones per D. Gozanum in hoc Iudicio pro- 17.
ductæ non videbantur admittendæ, ex traditis per Osasc. *decis.*172. *n.*13. *& seq.* Giurb. *decis.*88. *n.*3. latè Manent. *d.cons.*67. *num.*10. *cum seq.* Salgad. *in Labyrint.creditor.part.*1. *cap.*14. *n.*21. & *par.*3. *cap.*13. *à num.*17. *ad* 21. Nec in Iure quoad perniciem comparentium in hoc vniuersali Iudicio proclamatum maximè habentium Iura anteriora, ac su- 18.
perinde sententiam particularem, ad tradita post alios

alios per Salgad. *in Labyrinth. credit.* ab informantibus pro D.Gozano adductum,*par.2.c.28. num.28.& ſeq.* & prius *cap.3.n.31. & ſeq.* Acoſt. *de priuileg. credit. in præfat. ad reg.3. num.66. & reg.3. ampl.64. num.21.* & quamvis contrarium plures alij teneant apud Carleual. *de Iudic.lib.1. tit.3.diſput.27.num.2.iuncto num.7.* Nihilominus opinionem excluſiuam compenſationis,vbi agitur de præiudicio anteriorum, omnino amplectendam exiſtimamus;quam inſuper ſequuntur Rot.*deciſ.703.par.3.& deciſ.176.num.8 par.7.& dec.442.n.11.par.9.tom.1.rec.* Tondut.*reſol.ciuil. 168.in fine.*

Cæterum opinio huiuſmodi extra Rotam adhuc non caret perplexitate, ob res in Supre-
19. mis aliis Tribunalibus iudicatas admittentibus compenſationem; tametſi reſultet in odium anteriorum,Capyc.Latr.*deciſ.25.num.22.& ſeq.* Giurb. *obſeruat.106.num.8. & 9.* Vtra ex prædictis opinionibus præualeret, diſpungere expe-
20. diens non videbatur; dum prætenſæ compenſationi non ſolum illiquiditas debiti pupillorum ex ſuppoſita fructuum perceptione conflati reſultans reſiſtebat, Cyriac.*controu.120.num.10. & ſeq.& contr.441.num.14.& ſeq.* Rot.*deciſ.507. n.4.& ſeq.par.5.tom.2.recent.* Antonin.de Amat. *reſolut.17.num.10.* In nihilo reſiſtente, quod liquidatio incontinenti fieri poſſit, dum quæſtio
21. verſatur circa crediti ſubſtantiam, vt ad rem animaduertunt,Surd.*conſ.246.ſub num.4.verſ.tamen loquuntur, & ſeq.* Bardellon. *conſ.70.num.1.*
22. Verum etiam, quia de credito quantitatis, cum debito ſpeciei, fructuum ſcilicet perceptione conflato compenſatio non admittitur, *l. ſi Conuenerit 18. in princ.ff.de pignor. act.l. Si conſtat 4. & l.vlt.C.de compenſ.* Surd.*deciſ.184.num.7.* Cyriac.*controu.441.num.12.* Andr.Cenſal. *deciſ.Lucenſ.36.num.14.* Mart.Medic. *ad deciſ.Seneu.examinat.34.num.8.& deciſ.100.num.2.ac per totam,* Rot.*deciſ.403.num.17. par.5.recent.* Ciarlin.*controu.189.num.41.* Sperell.*deciſ.176.num.40.* Merlin.*deciſ.695.num.11.& deciſ.724.num.6.* Nig.*de Except.cap.13.§.19.n.2.* Rot.apud Zac. *de Cambio lig.deciſ.26.num.5.* Cigal.*de Act. §.22. num.22. & ſeq.* Spad.*conſ.156. n.10. lib.3.* Altograd.*conſ. 68. num.19. & ſeq. lib.1.* Larr. *deciſ.87.num.13.* Arias de Meſ.*var.reſol.lib.2.c.9.n.2.* Gail.*obſ.106. num.20.*

Iſtud tamen poſterius fundamentum proſterni facilè videbatur,ex quo pupilli fructuum debitores illos iam conſumpſerant; adeo vt debi-
23. tores eorum valoris remanerent, perinde ac ſi ipſorum obligatio in quantitate conſiſteret; quo ſanè caſu compenſationem omnino admittendam profitentur,Fachin.*controu.Iuris,lib.11. cap.7.verſ.Adde quod ſi ſpecies non extat,* Nig. *de Except.cap.13.§.19.num.4.& 7.* Cyriac. *controu. 441.num.13.* Altograd. *d.conſ.68. num.78. lib.1.* Capyc.Latr. *d.deciſ.25.num.36.* Larr.*d.deciſ.87. ſub num.10.* Giurb.*d.obſeru.106.ſub n.20.verſ.Secus ſi ſpecies non extet.* Super quo tamen capi non potuit reſolutio; quia partes non controuertebant,quid,& quantum deberetur occaſione fructuum,ſed num debiti eſſent.

SVMMARIVM.

1 *Iudex recuſatus validè procedit cauſa recuſationis non adducta.*
2 *Sententia Iudicis recuſati iuſta ſuſtinetur.*
3 *Citatio contenta in præfixione termini, valet pro toto termino. Non requiritur in extractione inſtrumenti ante litem, n.7.*
4 *Citationis defectus per comparationem ſanatur.*
5 *Actorum tranſportatio ad appellantem ſpectat. Limita vt, n.6.*
8 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in hæredes ſine noua apprehenſione. Præſentandi non amittitur niſi Patronus præſentare voluerit,& non fuerit admiſſus,num.9.Cum mala fide in iure Patronatus non acquiritur, n.18. Ex vnico actu præſentationis acquiritur, n.19.*
10 *Inueſtitura feudi de gratia ſpeciali conceſſa vbi ſimpliciter erat concedenda ſucceſſoribus non præiudicat.*
11 *Præſentatio de gratia ſpeciali admiſſa ſimpliciter admittenda Patronis non obeſt.Præiudicialis in futurum non efficit,n.13.*
12 *Argumentum à feudo ad Iuſpatronatus valet.*
14 *Illegitimi ſuccedunt ad præſentandum in iure Patronatus hæreditario. Legitimati eo magis ad præſentandum admittuntur, num.15. Fallit vt, n.16.*
17 *Ius Patronatus non tranſit in fideicommiſſarios, ſed in hæredes.*

OBSERVATIO CXIII.

DICEBAM recuſationis exceptionem ex aduerſo oppoſitam nullitatem proceſſus, ac ſententiæ nequaquam inducere ex eo, quod ea non obſtante ad vlteriora proceſſum; cum enim exceptio huiuſmodi abſque expreſſione alicuius cauſæ propoſita appareat, ideo ea neglecta citra labem nullitatis iudex cauſam expedire potuit, vt præter alios adductos latius exornant, Gratian. *diſcept. forenſ.701. num.21.* Rota coram Merlin. *deciſ.201. num.6. & deciſ. 562.num.6.&ſeq.* Sperell.*deciſ.93.num.2.* vbi ampliat id procedere ſi allegaretur cauſa minus ſufficiens ad friuola,& latius examinat Gallup. *in ſua prax.par.1.cap.4.num.20.& ſeq.* Fontanell. *deciſ.7. num.2. & ſeq.* Tantoque magis, quia in propoſitione recuſationis iuramentum non acceſſit, quemadmodum requirebatur ex eadem Rota coram Merlin. *d.deciſ.201.num.13.* neque ſuperuenit appellatio, qua non interpoſita de ſtylo Rotæ Proceſſus cenſetur validus, ſi iudex proceſſit poſt recuſationem, & pars non appellauit, vt poſt Lancellot. *de attent.* deciſum refert Duran. *deciſ.124. num.4.* Bonden. *collect. 39. num.134.* vbi quod obiecta ſuſpicio iudicis in fine litis non attendatur. Quæ tamen ex abundanti dicta ſint; ſi quidem cum in meritis tam reſpectu poſſeſſorij, quam petitorij principales noſtri optimum ius foueant, ideo fruſtra circa nullitatem actorum, & ſententiæ ex capite neglectæ exceptionis recuſationis fruſtra contenditur; Quandoquidem ſententia iudicis recuſati ob illius iuſtitiam non meretur circumſcribi, quin potius confirmari etiam in caſu non ſolum allegatæ ſuſpicionis cauſæ; verum etiam concludenter probatæ, ſicque tanto magis in præſentiarum,ex quo ſuſpicionis cauſæ, nec adductæ apparent, minuſve probatæ exiſtunt,ad tradita per Gratian.*dicta diſcept.701. n.24.* vbi alios recenſer.

Nullitas vero quæ deducebatur ex iurium productione, seu exhibitione non militabat, quemadmodum in præcedenti iuris allegatione dicebam stante stylo huius Patriæ in omnibus Curiis obseruato, ac coram quocumque iudice admisso; vt nimirum, in qualibet terminorum
3. concessione inclusa censeatur citatio ad omnem, & quemcumque actum intra eundem terminum perficiendum, siue consistat in iurium productione, siue ex testium examine dependeat, Buratt. *decis.* 304. *num.* 4. cum adductis per Post. *de manuten. obseruat.* 84. *sub num.* 33. Merlin. *decis.* 772. *n.* 19.

Nec quicquam releuat, quod citationis ad sententiam executio domi Procuratoris, in illiusque absentia dimissa copia facta opponatur, quoniam cum de absentia non constet, & per comparitionem alterius ex Procuratoribus le-
4. gitimæ citationis defectus sanatus existat, vt latissime prosequitur Post. *de manuten. obseru.* 84. *sub num.* 47. Quemadmodum huius fori stante obseruantia sic citandi, eadem citatio in nihilo prorsus redargui potest, Rota *decis.* 644. *num.* 5. *in fin. par.* 1. *recent.* Bouden. *collect. legal.* 14. *n.* 92. *& seq.*

Cæterum cum ad appellantem onus trans-
5. portandi acta integrè spectet, Gratian. *discept. forens.* 968. *num.* 7. Post. *de manuten. obseruat.* 69. *num.* 31. *& seq.* Rota coram Merlin. *decis.* 58. *n.* 3. *& decis.* 74. *num.* 1. ita enim in causis coram iudice Ecclesiastico introductis Concilium Tridentinum determinat. Vnde ex eo infertur onus transportandi acta in forma probanti aduersariis incumbere, quicquam quoad iura tantum
6. exhibita, quandoquidem transportatio illorum appellanti non imponitur, Ludouis. *decis.* 59. cum ibi notatis per Beltram. & admonet Post. *de manuten. d. obseru.* 69. *n.* 22.

Hic tamen animaduersio cadit, quod nimirum instrumenta per nos exhibita iam ante litis contestationem extracta, ac in formam au-
7. thenticam redacta appatent, & propterea absque partis citatione, aut compulsoria probant, Seraph. *decis.* 1236. *num.* 3. Post *de manuten. obser.* 99. *num.* 16. vbi post Mantic. *decis.* 244. *num.* 3. in terminis Iurispatronatus subiungit, quod instrumenta in termino probatorio exhibita absque alia citatione probent, si pars in actu ipsius exhibitionis, nec deinceps in prima instantia nihil opposuerit, quod vtique cum hic successerit; ideo absque alia solemnitate dicendum venit, quod huiusmodi iura sic exhibita omnimodam præstent probationem.

His præmissis circa obiectas nullitates prosternendas, quoad merita vtriusque iudicij, ac iustitiam sententiæ D. Iudicis à quo res omni prorsus dubietate caret; Esto enim, quod quasi
8. possessio præsentandi in Iurepatronatus absque noua apprehensione in hæredes non transeat, ex Post. *de manuten. obseruat.* 55. *num.* 33. *&* 35. Rota coram Merlin. *decis.* 563. *num.* 2. *& decis.* 818. *num.* 4. Duran. *decis.* 62. *num.* 14. *&* 15. Barbos. *de Vniuers. iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 190. Rot. apud Bonden. *collect. legal. decis.* 69. *num.* 13. In facto tamen de noua apprehensione ad id necessaria satis constare dicitur, dum nostri principales tanquam fundatoris Iurispatronatus hæredes effectualiter ad nominationem deuenerunt; neque enim ob præsentationes bina vice non secutas in aliquo quasi possessioni præiudicatum extitit, ad quem effectum necesse esset, quod Patronus præsentare voluisset, & 9.
admissus non fuisset, vt ad rem optimè ratiocinatur, Viuian. *in prax. iur. patr. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 43.

Quibus neque resistit, quod præsentatio non simpliciter per Capitulum, sed ex gratia speciali dumtaxat admissa appareat; quoniam cum simpliciter admitti debuisset per adiectionem dictæ clausulæ, ex gratia speciali non tollitur, quin verè, & in effectu ad præsentationem Patroni non successerit institutio, ac consequenter exinde possessionem, seu quasi præsentandi in futurum adeptus fuerit. Vnde dicta clausula quoad præiudicium successorum in iure præsentandi pro non adiecta habetur, ex quo Capitulum etiam inuitum cogi poterat ad concedendam institutionem iuxta erectionem Patronatus, argumento eorum quæ tradunt feudistæ in proposito feudi ex gratia speciali concessi per no- 10.
uam inuestituram, quod debebat concedi per renouationem; sic enim Agnatis non præiudicatur, Manent. post alios *cons.* 97. *num.* 3. *cum tribus sequentibus*, quod idem prius dixerat *in cons.* 6. *num.* 88. *&* 89. Quo quidem argumento, ac ratione vtitur in Iurepatronatus Rota iam 11.
in priori scriptura legali adducta *decis.* 5. *num.* 8. *par.* 5. *recent.* quæ est *decis.* 25. apud Duran. & faciunt tradita à Viuian. *in prax. Iur. patr. lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 2. & generaliter quod à feudo ad Ius- 12.
patronatus argumentari liceat, tradunt Viuian. *in prax. Iur. patr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 30. Barbos. *loc. comm.* 47. *num.* 5. Hæc autem eo fortius procedunt, ex quo in actu institutionis Capitulum prætensa iura non reseruauit, argumento eorum 13.
quæ in proposito considerauit, Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 65. & Rota coram Merlin. *dec.* 563. *num.* 4.

De existentia autem Iurispatronatus cum dubitari non possit, solum superest videndum circa pertinentiam præsentandi, num scilicet spectet ad Laurentium iuniorem, & Annam Margaritam, seu nunc eius filios de Bernardellis tanquam hæredes Laurentij senioris primi hæredis à fundatore instituti, non obstante, quod naturales, atque illegitimi, legitimati tamen existant; cum enim versemur in Iurepatronatus hæreditario, nil resistit quo minus illegitimi in iure præsentandi succedant, vt benè 14.
deducebatur in facto, ex Gratian. *discept. forens.* 218. Viuian. *in prax. iur. patr. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 27. Ciarlin. *controu.* 212. *num.* 39. Vnde tanto magis principales nostri tanquam legitimati admitti debent, ad tradita per eundem Gratian. 15.
d. discept. 218. & Ciarlin. *controu.* 159. *num.* 18. & pleno calamo *controu.* 212. *n.* 29. *& seq.*

Cui quidem conclusioni, neque substitutio piæ causæ officiebat, ex eo quod eidem altari à testatore deficiente Domino Laurentio seniore sine filiis legitimis, & naturalibus, piam causam substituerit; ex quo casu legitimatis ex- 16.
clusis pia causa subintrat, ex Fusar. *de substitut. quæst.* 408. *num.* 93. in facto enim obiectio hæc remouebatur; quia nunc de purificatione fideicommissi non contenditur, nec contentio contra fideicommissarium agitatur, sed quæstio circa Iuspatronatus versatur, quod cum fideicommisso non transit, sed remanet penes hæ- 17.
redem, Rota *decis.* 72. *num.* 7. 14. *& seq. & decis.* 105. *num.* 5. *& seq. par.* 7. *recent.* Fusar. *de subst.*

*ſubſtit. quaſt.*634. *num.*2. & latiſſimè poſt alios comprobat Ciarlin. *controuerſ.*1. *num.*37. *cum pluribus ſequentibus, ac ferè per totam*, & faciunt tradita per Rot. *in Commen. Iuriſpatronatus* 14. *Iunij* 1652. *num.*2. 3. *&* 4. *coram R.P.D. Albergato*, & apud Bonden. *poſt collect. legal.*69. *num.*1.

Tandem plurimum confert ad victoriam præſentis cauſæ in poſſeſſorio, quod ex binis collationibus à Capitulo, tanquam de beneficio liberæ collationis conferendi, quaſi poſſeſſio aliqua Capitulo acquiri non potuit; nam cum ſemel admiſerit beneficium iſtud tanquam de Iurepatronatus, atque à perſonis nominatum inſtituerit, exinde Capitulum in mala
18. fide conſtitutum dicitur, atque ex illius admiſſione, ac confeſſione, conſtat etiam de titulo, ac proprietate in gratriam Patronorum, adeo vt Capitulum poſtea conferendo poſſeſſionem vllam, ſeu quaſi manutenibilem aduerſus Patronos acquirere non potuerit, vt latius examinat Mareſcot. *var. reſolut.*55. *num.*53. *&* 63. Rota coram Merlin. *deciſ.*870. *num.*11. Quo circa per huiuſmodi actus collationis liberæ in mala fide à Capitulo ſubſecutos non dicitur præiudicatum quaſi poſſeſſioni, in qua Patroni ad præſentandum præexiſtebant; ſi-
19. quidem ex vnico actu quaſi poſſeſſio præſentandi ad Iuſpatronatus acquiritur manutenebilis, Rot. *deciſ.*758. *num.*4. *par.*2. *recent.* & coram Merlin. *deciſ.*450. *num.*3. Ciarlin. *controuerſ.*212. *n.*7. *&* 8. Bonden. *collect. legal.*13. *n.*62. *& ſeq.* Rot. apud Contr. *deciſ.*12. *n.*2. Andr. Cenſal. *deciſ.*69. *n.*57.

SVMMARIVM.

1 *Feuda gratis conceduntur. In remunerationem conceſſa ſunt impropria, num.*2. *Alterata in eo, quod impellentibus meritis concedantur, quo ad ſucceſſionem quoque fœminarum cum maſculis alterata dicuntur, num.*9.

3 *Merita in conceſſione feudi expreſſè recenſita alia probatione non indigent. Præſumuntur ex longiſſimi temporis lapſu, num.*4. *Sui authoris impugnans non auditur, num.*5. *Enuntiata in conceſſione feudi facta per Epiſcopum approbata per Papam probatione non indigent, n.*15.

6 *Maſculus contra fœminam non opponit defectum meritorum concernentem ius Eccleſiæ.*

7 *Clerici ſuccedunt ad feudum alienabile, & francum. Admittuntur ad feuda pro meritis conceſſa, n.*8.

10 *Curia Podij præter denominationem, onus renouandi inueſtituras, & periculum amiſſionis, quoad reliqua agnatos concernentia nihil proprij retinet.*

11 *Feudum improprium in aliquibus alteratum in reliquis feudum improprium remanet.*

12 *Clauſula*, ſaluo iure feudi, *ius commiſſi Domino præſeruat.*

13 *Caducitas feudi in conceſſo ob merita non militat.*

14 *Prælatus inferior feudum ad ſe reuerſum denuò reinfeudare poteſt æquali, & cum eiſdem pactis. Fallit ob merita inueſtiti, n.*16.

OBSERVATIO CXIV.

FEVDI de natura cum ſit, vt gratis concedatur, *cap.* 1. *in princ. de feud. dat. in vic. leg. com.* Iaſ. *de feud. num.*8. *&* 64. Schrader. *de feud. par.*2. *cap.* 4. *num.*55. Rimin. iun. *conſ.*527. *num.*15. *& conſ.*513. *numer.*21. *& ſeq.* Ideo in deciſione ſuper feudo Curiæ ſecuta, & quæ reuidetur inter cæteras eius improprietas principaliter deducebatur, quia feudum huiuſmodi propter merita; & quidem in ſpecie recenſita Aloyſio Gonzagæ conceſſum apparet, vt *in* §. *feudum autem, verſ. tum etiam quia, coram R. P. D. meo Veroſpio*, Burſat. *conſ.*4. *num.*18. Surd. *conſ.*140. *num.*42. Gratian. *diſcept. forenſ.* 818. *num.*35. dixi *allegat.*8. *num.*3. *& ſeq. fol.*113. *lib. primo*, Senatus Mantuæ in altera cauſa vtrinque Gonzaga ſuper hoc eodem feudo, vt *in particula....* 1. 2.

In iure præcedens concluſio non impugnabatur, ſed tantummodo inſiſtebatur in eo, quod ad facti ſpeciem applicationem non reciperet, ex quo de meritis in effectu conſtare non diceretur ex lectura eiuſdem conceſſionis in feudum factæ Aloyſio; quæ tamen replicatio nullius videbatur conſiderationis, non ſolum quia ex renouatione ſubſecuta in perſonam pronepotis ipſiuſmet Aloyſij merita in indiuiduo comprobata ſufficienter remanebant, 3. Menoch. *conſ.*307. *num.*12. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.*4. *gloſ.*10. *par.*2. *num.*24. cum adductis per Rot. *in Romana cenſus*, ſeu *Saluiani* 29. *Maij* 1656. §. *hanc vero, verſ. ex qua, coram R.P. D. meo Veroſpio*, nunc *deciſ.*115. apud nos in addit. ad Caſtill. *de alim.*

Verum etiam quia ex lapſu tam longiſſimi temporis annorum ſupra tercentum enuntiatio meritorũ vera, ac ſubſiſtẽs præſumitur, ex Ruin. *conſ.*3. *ſub n.*16. *verſ. non obſtat igitur, cum ſeq. lib.*1. 4.

Maximè in odium aduerſarij qui tanquam cauſam habẽs ab eodem Aloyſio eius merita in controuerſiam reuocare nequit, ex Seraph. *dec.* 1105. *ſub n.*10. Rim. iun. *conſ.*556. *n.*108. cum pluribus aliis apud Rot. *in dicta Romana cenſus*, ſeu *Saluiani* 29. *Maij* 1656. §. *neque merita, coram R. P.D. meo Veroſpio*, impreſſa vt *ſuprà*; Quicquid eſſet reſpectu ſucceſſoris in Epiſcopatu, de cuius intereſſe nunc non agitur; ſiue enim fœmina ſuccedat ſimultaneè, ſiue in deficientiam maſculorum, nihil ad Eccleſiam, Caualcan. *deciſ.*36. *n.*34. Menoch. *conſ.*587. *n.*19. vbi quod maſculi contra fœminas de iuribus Eccleſiæ, ſeu ſpectantibus ad eius commodum opponere nequeant. 5. 6.

Quinimo quantum ad effectum ſucceſſionis aliàs inhabilium ſimul cum capacibus admiſſio ſimultanea cum maſculis fœminarum pro examinanda feudi qualitate deſeruit, ſicuti idem dicimus de Abbate Claudio ſimul cum agnatis ad feudum iſtud pluries admiſſo; iſtud 7. enim contingere non potuit niſi, quia feudum habitum ſemper fuit pro alienabili, ac conſequenter deuolubili ad Clericos, Brun. *conſ.*16. *num.*4. Rim. iun. *conſ.*557. *num.*23. nec non etiam pro conceſſo cauſa meritorum, ad quod etiam 8. Clerici indifferenter ſuccedunt, vt proſequitur idem Rim. iun. *d. conſ.*557. *num.*26. *& ſeq.* Præter alias eiuſdem feudi peculiares circumſtan-

tias eius improprietatem arguentes, de quibus in proposito diximus *art*....

Neque resisteret, si iuxta solitum replica-
9. retur feudum in hoc alteratum, in reliquis, & potissimum quoad successionem recti, ac proprij naturam retinere; quoniam obiectum quoad Dominum, cui eadem fidelitas, reuerentia, commissum, & deuolutio debetur, sicut etiam deberetur in feudo liberaliter concesso, forsan procederet, at non sic quoad agnatos, & fœminas expresse vocatos, vt animaduertunt Menoch. *cons.*158. *num.*68. *&* 69. Bursat. *cons.*4. *num.*17. & in causa optimè perpendit Rim.iun. *cons.*513. *n.*30.31. *&* 32.

Præterquam quod in reliquis quoque feudi
10. rectitudinem concernentibus alteratum censetur, dum fœminæ expresse vocantur, seruitium militare Ecclesia non exigit, personale indeterminatum non iniungitur seruitium, sed reale, & certum refectionis aggerum, alienari irrequisito Domino in præiudicium agnatorum permittitur; iura demum directi, ac vtilis dominij Vassallus nanciscitur, adeo vt non nisi feudi denominationem retineat, & Domino caducitas, seu deuolutio præseruetur; hæc autem posteriora non minus improprio, quam regulari feudo conuenire admittunt, Alex. *cons.* 30. *num.*20. *lib.*1. Dec. *cons.*193. *num.*4. *&* 5. cum adductis per Schrad. *de feud.*2. *par.*9. *part. princip. sect.*6. *n.*1. & per Rot. *in Sarsinaten. feudi.*

In tantum, quod argumentum optimè retor-
11. queretur, si quid proprij in hoc feudo contingeret; quia feudum improprium in aliquibus alteratum, in cæteris improprij naturam redolet, Bursat. *cons.*2. *sub n.*36. *vers. & in quibus*, Curt.iun. *cons.*320. *n.*23.

Meritis vero præsuppositis, & ob illa concessionem in feudum emanasse subnectebatur
12. clausula, *saluo iure feudi prædicti*, non quidem, vt feudum istud de irregulari rectum efficeretur, sed ob alias rationes à nobis recensitas, & potissimum ad præseruandum iura commissi, reuersionemque feudi ad Ecclesiam, Paris. *cons.*21. *num.*55. *lib.*1. Schrader. *de feud. par.*5. *cap.*2. *n.*53. *in fin.* de quibus eueniente casu dubitari potuis-
13. set; ex eo quia caducitas feudi in concesso gratia remunerationis regulariter non procedit, Bal. *in cap.*1. *num.*4. *Si Vassallus feud. priuet.* cum adductis per Schrader. *de feud. p.*5. *c.*2. *n.*60.

Ex ipsa demum concessione merita præcessisse, & necessitatem reinfeudandi vrgere comprobatum videbatur, eo ipso quod inuestitura diuersimodè ab aliis cum absolutissima facultate alienandi absque Domini assensu, aliisq; feudi improprietatem denotantibus, concepta apparet, & collata in Principem, vbi antea priuatis feuda eadem concedebantur; & tamen Præ-
14. latus inferior à Papa feuda extincta personis æqualibus præmortuis, & sub eisdem pactis reinuestire tantummodo potest, §. *Neque*, §. *Emphyteusim*, *Auth. de Alienat. & Emphyt.* Curt.iun. *de feud.*6. *q.*1. *par.*2. *par. prin.* Schrader. *de feud. par.*2. *c.*3. *n.*74. dixi *alleg.*32. *n.*2. *&* 3. *lib.*2.

Hinc dum in effectu Principi, & in forma laxiori, & alterata concessit, in necessarium ante-
15. cedens merita ex parte Vassalli, necessitas cum vtilitate Episcopi enuntiata realiter præsupponuntur, Iacob. de Beluis. *in cap.*1. *in princ. de his qui feud. dar. poss.* Curt. iun. *de feud.* 1. *par.* 2. *par. princ. q.*6. *num.*5. Schrader. *de feud. par.*2. *cap.*3. *sub n.*76. *vers. tertio hoc fallit*, *& p.*4. *cap.*2. *sub n.*22. *vers. vel nisi propter benemerita.*

Remque re vera ita se habuisse ex præmissis vbi non conuinceretur, adhuc merita in controuersiam vlterius reuocari non possent, ex 16.
quo eadem concessio à Nicolao V. Bonifacio VIII. Sixto V. Summis Pontificibus confirmata extitit, ex Bursat. *cons.*91. *sub num.*2. & ex Breuibus in processu de partibus registratis in Curia exhibito, si quidem Papæ narratiua meritorum motu proprio emanata, probationem inducit, Seraph. *decis.*388. *num.*1. Duran. *decis.*154. *num.*4. & firmatum fuit per Rot. *in Eugubina Emphyteusis*, 20. *Aprilis* 1654. §. *si quidem*, *coram R.P.D. Celso*, *& in Forosempronien. & Eugubina*, seu *nullius Emphyteusis*, 16. *Iunij* 1636. §. *secundo quia*, *vers. secundo etiam*, *coram Coccino*, *& in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. §. *propterea in hoc feudo*, *coram Reuerendiss. Decano*, *& in dicta Romana Census*, seu *Saluiani* 29. *Maij* 1656. d. §. *hanc vero*, *coram R.P.D. meo Verospio*, nunc inter impressas apud nos in addit. ad Castill. *de alim. decis.*115.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ob filij præteritionem est nullum. Ob præteritionem filij nullum potest allegari à quocunque habenti interesse*, n.2.

3 *Clausula codicillaris facit valere testamentum, in quo filius est præteritus iure fideicommissi, non autem directo. Codicillaris nihil operatur, quando præcessit testamentum validum*, n.4. *&* 5.

6 *Mater, & alij ascendentes ex eius latere non habebant antiquitus necessitatem instituendi filios. Hodie autem secus*, n.7. *Ex statuto Mantuæ disponere non potest de dote in præiudicium filiorum*, num.8. *Amplia vt*, num.9.

10 *Dispositio qualibet disponens de filiis, quæ extenditur ad nepotes, & ad vlteriores extenditur.*

11 *Testatus pro parte, & pro parte intestatus quis decedere non potest.*

12 *Legitima debetur pro nepotibus Matre, & Auia subductis. Non admittit onus*, n.14.

13 *Dos data filiæ non imputatur nepoti in legitimam. Promissa dilata solutione post mortem transmittitur ad hæredes*, n.15.

16 *Periculum rei venditæ spectat ad venditorem, qui sibi reseruauit Dominium.*

17 *Feudi nondum persoluti possessor tenetur ad solutionem.*

18 L. curabit, C. de act. empt. *disponit emptorem frui non posse re, & pretio.*

19 *Fructus non debentur, si non percipiantur.*

20 *Separatio bonorum eximit hæredem à molestia creditorum.*

21 *Manutentio denegatur contra hæredem, vbi hæreditas est non soluendo. Pendente iudicio separationis bonorum conceditur*, num.22. *Declara, vt* n.23.

24 *Detractio, vt dicatur facta abdicatio dominij requiritur.*

OBSERVA

Observatio CXV.

CÆcilia, de qua in arbore quinto loco cæteris prius in eadem arbore designatis vita functis, diem clausit extremum, superstite Domino Carolo Gazino eius ex filia pronepote, & condito testamento, in quo sibi hæredes vniuersales instituit DD. Iulium, & Fratrem de Albera eiusdem Testatricis, vt supponitur, ex fratre pronepotes; Margaritæ autem eius ex filia nepti tempore illius nuptiarum promisit scuta mille biscentum dotis nomine, eorum solutione dilata in tempus mortis eiusdem D. Cæciliæ, & sub onere, quod ipsa decedente sine filiis, & antequam nuberet iure substitutionis peruenirent in D. Isabellam sororem ipsius D. Margaritæ, & neptem pariter eiusdem D. Cęciliæ. Ex qua facti narratiua in processu optimè comprobata tres in Iure emergunt enucleandæ quæstiones. Prima, an dictum testamentum irritum censeatur, seu irritandum veniat ex querela inofficiosi ob præteritionem ipsius Caroli Testatricis pronepotis, filia, neptibus, ac altero pronepote in linea descendenti, è medio sublatis, qui propterea primum in succedendo obtinebat locum, vti ingressum fictionis Iuris gradum Auiæ maternæ. Secunda, vtrum dicta dispositio testamentaria facta in extraneos à Proauia descendentem habente nulla ipso iure dicatur ex cęsura Statuti sub rub. *de dote per marit. lucranda, §. in præiudicium vero.* Vltima, quoties testamentum viribus subsisteret, an legatum, seu dos facta nepti in legitimam pronepotis veniret imputanda, haberétque actionem D. Carolus ad integrè consequendam legitimam, seu potius illi actio ad supplementum solummodo competeret.

Amplectendo primam quæstionem, ac pro illius resolutione animaduertendum proponitur inter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessariò desiderantur, principale ius est de liberis hæ-
1. redibus instituendis, vel exhæredandis, *l. inter cætera, 30. ff. de liber. & posth.* Clar. *in §. testamentum, quæst.* 47. Buratt. *decis.* 520. *sub num. 6. versic. minus obstat*, Rota *decis.* 526. *num.* 2. *part.* 1. & *decis.* 74. *num.* 10. & *decis.* 217. *num.* 2. & *decis.* 318. *n.* 46. & 47. *part.* 5. *recent.* & *in Spoletana fideicommissi*, 24. *Maij* 1655. *num.* 2. *coram R.P.D. Beuilaqua*, alias præteritione filiorum redditur ipso iure Testamentum nullum. Quæ nullitas ob præteritionem filij adeo inficit, & irritat Testamentum, vt etiamsi filius præteritus taceat, alij possint allegare nullitatem Testamenti ea ratione, quia Testamentum præterito filio non est nullum in fauorem filij præteriti tantum, sed magis in odium testantis, & inobseruantis legis præceptum, quod filius
2. institui debeat, & non præteriri, Doct. *in l. posthumo, 2. C. de bonor. possess. contra tabul.* Bardell. *consil.* 21. *num.* 83. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. Burat. *d. decis.* 520. *num.* 8. Ioan. Franc. Andreol. *controuers.* 84. *num.* 13. Rota *decis.* 205. *sub num.* 2. & 3. *part.* 7. *recent.* Neque hæredes instituti ex clausula codicillari prætendere possent rupto testamento ob filij præteritionem bona sibi resti-
3. tuenda; nam quicquid sit de veritate huius assertionis, & circa quam videri poterunt, Cyriac. *controuers.* 262. *num.* 73. 77. & *per totam*, Buratt. *d. decis.* 520. *num.* 9. Fusar. *de substitut. d. quæst.* 569. *num.* 1. Hodiern. ad Surd. *decis.* 293. *num.* 4. vbi quod clausula codicillaris operetur rupto testamento præteritione filij iam nati, quod filius præteritus censeatur grauatus restituere hæredi scripto, retenta tamen legitima; illud certè apud nostros indubitatum existit, quod nimirum clausula codicillaris nihil operetur, quando Testator aliud testamentum antea validè ordinauerat, & versamur 4.
in testamento à muliere condito, Bardell. *d. consil.* 21. *num.* 71. & 76. Fusar. *de substitut. quæst.* 569. *num.* 4. & 6. faciunt notata per Rotam *d. decis.* 74. *num.* 11. *part.* 5. *recent.* Barbos. *de clausul.* 21. *sub n.* 44. *versic.* & *quod clausula*, Cyriac. *controuers.* 262. *num.* 22. & *controuers.* 360. *num.* 87. 88. & 89. Vnde cum vtrumque accidat quoad D. Cæciliam, ideò illius testamentum posterius, in quo sibi hæredes fecit DD. Alberas extraneos, præterito pronepote, dicitur ipso iure nullum, nec querela inofficiosi 5.
rescindendum, ex traditis per Hodiern. ad Surd. *dicta decis.* 293. *sub num.* 6. *versic. sed hac vltima opinio:* nam etsi antiquitus non erat necesse Matri, neque aliis ex linea materna ascendentibus instituere, vel exhæredare filios, & alios descen- 6.
dentes ex linea materna, quia præteritio eorum etiam sine causa habebatur pro exhæredatione, *§. fin. instit. de exhæredat. liberor.* Ioan. Baptista Scurus *in rubr. institut. de inoffic. testam. sub num.* 3. *versic. ad denotandum tantum operari Matris silentium, quantum Patris expressam exhæredationem*, Cyriac. *dict. controuers.* 262. *num.* 6. Tamen hodie de Iure nouissimo debent, vel hæredes institui, vel exhæredari, vel ad minus præteriri, cum causæ expressione à Matre, cæterisque per lineam maternam ascendentibus, alias si simpliciter prætereantur sine causa provt præteriti censentur, quando 7.
non relinquitur eis titulo institutionis, tunc possunt dicere testamentum nullum, *§. aliud quoque, auth. vt cum de appellat. cognoscen.* ibi: *Sancimus igitur non licere penitus Patri, vel Matri, Auo, vel Auiæ, Proauo, vel Proauiæ, suum filium, vel filiam, vel cæteros liberos præterire, aut exhæredes in suo facere testamento*, Ioan. Baptista Scurus *in d. rubr. num.* 3. *in fin. institut. de inoffic. testam.* Clar. *in §. testamentum, quæst.* 47. cum adductis per Cyriac. *dict. controuers.* 262. *num.* 8. & 9. Ex capite igitur præteritionis pronepotis testamentum Proauiæ, de quo agitur, reputatur ipso iure nullum, sicque DD. Fratres de Albera hæredes instituti sine Iure, & actione experiuntur, atque à limine iudicij repellendi veniunt; & ad materiam videnda sunt, quæ scripsi *allegat.* 4. *num.* 10. *allegat.* 13. & *alleg.* 21. *lib.* 3. Bonden. *collect.* 41. *sub num.* 47. *versic.* & *hinc*, Quesad. *controuers.* 27. *à num.* 51. *ad num.* 55. Rot. *decis.* 32. *num.* 24. & 32. & *decis.* 96. *num.* 24. & *decis.* 132. *à num.* 7. *ad* 12. & *decis.* 166. *num.* 6. *cum tribus seq. part.* 8. & *decis.* 391. *à num.* 21. *ad* 25. & *decis.* 405. *ex num.* 29. *ad fin. part.* 9. *tom.* 2. *recent.* Card. Otthobon. *decis.* 203. *num.* 19. & *seq.* Rot. *in Auenionen. legitimæ, 30. Ianuarij 1654. n.* 3. *coram R.P.D. Peutingero.*

Descendo nunc ad secundam quæstionem, quæ minus secum affert difficultatis; quemadmodum enim Mater ob dispositionem Statuti Mantuæ sub rubr. *de dot. per maritum lucran.* impeditur per vltimam voluntatem disponere, & testari in extra- 8.
neos; sed in filios tantummodo cogatur disponere, & quælibet dispositio Matris in præiudicium filiorum habetur pro infecta, vt in similibus statutis tradiderunt, Honded. *consil.* 16. *per tot. lib.* 2. Rota *decis.* 710. *num.* 4. *part.* 2. & *decis.* 653. *num.* 7. *part.* 2.

part.2. recent. Thesaur. *quæst. forens.65. ex num.2. lib.3.* Beltram. ad Ludouis. *decis.398. gloss. A.* Peregr. *decis.68. per tot.* Merlin. *de legitim. lib.3. tit.1. q.24. & per tot.* & *lib.4. tit.2. quæst.3. num.3.* Hodiern. ad Surd. *decis.119.* Franc. *decis.486.* ita pariter dicendum est de testamento Proauiæ instituentis extraneos in odium, & præiudicium pronepotum; nam pari ratione testamentum euadit nul-
9. lum: siquidem illa dispositio prohibens Matri, ne testetur in præiudicium filiorum in fauorem extraneorum tanquam fauorabilis recipit extensionem ad quoscunque descendentes, argumento eorum, quæ tradidit Thesaur. *decis.269. per totam*, & in nepote ita iudicatum quoad Auiam maternam testatur, Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst. forens.92. per tot. lib.1.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.7. gloss.3. part.7. num.6.* Merlin. *de legitim. lib.3. tit.1. quæst.24. num.32.* Atqui dispositiones quælibet de filiis loquentes, quæ admittunt interpretationem de nepotibus, extenduntur etiam ad pronepotes, Fusar. *de substit. quæst.320. num.2.* Barbos. *de appellat. verbor.99. num.85.* Ergo dispositio testamentaria facta per D. Cæciliam Proauiam etiam vigore Statuti
10. in extraneos præterito pronepote, erit nulla, maximè cum præsumatur mulierem non habere aliud patrimonium, quàm dotem, Ludouis. *d. decis.298. num.5.* Buratt. *decis.906. num.2.* Rota *decis.231. num.2. part.6. recent.* quod si opponeretur præter dotem incontinenti constare habere etiam ius consequendi legitimam in bonis D. Antonelli eius pronepotis, pro quibus diceretur validè testatam decessisse, in promptu se se offerret responsio, tum quia non potuit pro parte decedere cum
11. testamento, pro parte ab intestato, *l. ius nostrum, 7. ff. de regul. iur.* Cyriac. *controu.43. num.35.* tum quia omni in casu præteritione pronepotis testamentum habetur pro infecto, ac ipso iure nullo.

Legitimam deberi, & sic vltimam capio quæstionem, pronepotibus in bonis Proauiæ, Auia, &
12. matre de medio subductis, tam notum est in Iure, quam quod notissimum, §.1. *versic. aut filias, Auth. de hæred. ab intestat.* Merlin. *de legitim. lib.1. tit.2. quæst.10. per tot.* & *lib.2. tit.2. quæst.13. in princ.* sed in controuersiam tantummodo in hac facti specie reuocatur, an D. Carolus scuta mille biscentum in dotem data per D. Cæciliam, D. Margaritæ eius nepti, ac Matri ipsius D. Caroli computanda
13. veniant in legitimam; quæ quidem scuta mille biscentum D. Carolo in legitimam sibi debitam in bonis D. Cæciliæ eius Proauiæ non esse imputanda, pluribus defendit Rota *decis.229. num.2. & per tot. part.5. recent.* quæ conclusio in præsenti casu probabilem non videtur habere difficultatem, ex quo D. Cæcilia dotauit neptes, illásque ad inuicem substituit, & sic manifestè colligitur non
14. imputari, quia esset onus in legitima, quod lex non admittit, neque voluisse præsumitur dotans, Merlin. *de legitima, lib.2. tit.2. quæst.9. num.39.* Hinc quocunque se vertant Fratres de Albera, vexationes, quibus infantes, & pupillos indebitè, ac inutiliter afficiebant, in ipsos retorquentur, atque reflectuntur.

Omni in casu interim Illustriss. DD. Comitibus compensanda veniunt in legitimæ prætensionem, quam habent hæredes D. Cæciliæ erga ipsos in bonis D. Antonelli, scuta bismille quatuorcentum legata irreuocabiliter, ac inter viuos promissa, & donata DD. Margaritæ, & Isabellæ eius ex filia neptibus; pro dimidia scilicet tanquam hæredibus D. Antonelli, & pro altera dimidia, vti cessionariis D. Caroli de Gazinis, non obstante quod vtraque prædecesserit D. Cæciliæ, & hoc iure transmissionis, quia relictum, seu promissum ma- 15.
ximè irreuocabiliter pro dote transmittitur ad hæredes, etiamsi solutio, atque traditio dilata fuerit in tempus mortis testantis, seu promittentis, Fontanell. *de pact. nupt. claus.6. gloss.3. part.1. num.1.* Merlin. *de legitim. lib.3. tit.1. quæst.8. num.57.* Noal. *de transmiss. cas.19. num.19.* Coccin. *decis.272. n.1. & per tot.* cum latissimè adductis per Rotam *decis.9. per tot. part.7. recent.*

Quoad personam D. Seraphinæ conueniuntur Illustriss. DD. Comites pupilli de Pauesiis ad solutionem residui pretij vnius possessionis alias venditæ DD. Ludouico, & Raymundo fratribus de Pauesiis, ob quorum mortem, & lineam finitam de anno 1630. etiam possessio deuoluta, atque incorporata extitit Curiæ Podij. Vnde dicti DD. Comites attenta reseruatione dominij facta per venditorem prætendunt deuolutionem huiusmodi cedere incommodo ipsius venditoris, penes quem rei deuolutæ residebat ex dicta reseruatione expressa dominium. Quia damnum omne, & emolumentum contingens medio tempore in re vendita, cuius venditor sibi reseruauit dominium, 16.
spectat ad ipsum venditorem, vt latissimè comprobat Cyriac. *controuers.164. per totam*, & *controuers.425. num.61. & per tot.* cum aliis per eum latissimè congestis, neque videtur hæc conclusio in præsentiarum probabilem habere dubietatem, ex quo dum D. Seraphinus in venditione feudi sibi reseruauit dominium, donec pretium solueretur, non desiit propterea esse Vasallus, & consequenter cessante omni fraude in ipsis emptoribus; si quid prætendit ipse venditor, vel eius hæ- 17.
redes gressus dirigere debent aduersus Dominum, vel quoscunque alios feudi occupatores, ad tradita per Rosental. *de feud. cap.10. conclus.7. per tot.* Cyriac. *controuers.14. num.14.* vbi quod feudi nondum persoluti possessor teneatur ad satisfactionem residui pretij, nec actio competat contra alium etiam hæredem, qui non sit feudi capax, dixi post alios *allegat.94. num.1. lib.2.* super quo amplius non insisto; siquidem plures alias indicauit Excellentiss. Senatus post anteactas calamitates, quod huiusmodi contractus haberentur pro infectis, vel partibus iniunxit, quod deuenirent ad rationabiles concordias, vt successit in causis DD. de Tarabutiis cum DD. Valentibus, & D. Præsidis Magistratus, cum Excellentiss. Duce Guastallæ, me in posteriori hac causa patrocinante, in qua cum exactissimè deduxerim omnia, & singula, quæ conferunt ad præsentem controuersiam, rogo Illustrissimos DD. meos reassumere nostras iuris allegationes in ea causa conscriptas.

In qua memini me altius repetiisse materiam, *l. curabit, 5. C. de act. empt.* ex cuius æquitate desumunt Doctores, quod non deceat vno, eodém- 18.
que tempore venditorem carere pretio, & re, & vtroque frui emptorem. Vnde statuit Imperator in dicta lege, quod venditor possit recipere vsuras recompensatiuas ad ratam partis pretij non soluti, quia emptor, rem, & pretium cum venditoris iactura retinere non debet, latissimè Rota *decis.13. per tot. part.5. recent.* Gratian. *discept. forens.588. n.22. & seq.* Ioan. Franc. Andreol. *controuers.21. num.1.* Cyriac. *controuers.14. num.32.* cum infinitis aliis, quos sciens prætereo. At D. Seraphina non nititur æquitate dictæ legis, sed maxima mouetur iniquitate, dum vsuras sub clypeo liuellorum prætendit

tendit ab eis, qui possessione rei emptæ, antequam pretium fuerit solutum priuati extiterunt: cùm tamen emptor ad nullos fructus recompensatiuos
19. teneatur, si nullos fructus ex re empta percipere potuit, iuxta veriorem, ac magis receptam opinionem, quam tenent Cagnol. *in d.l.curabit*, 5. *C.de act. empt.* Molin. *de contract. disput.*368. *num.*12. Beltram.ad Ludouis.*decis.*297.*num.*11.& *decis.*347. *per tot.* vbi *sub num.*17. quod data etiam possessione rei si emptor nullos fructus percipere potuit, non habeat locum æquitas, *dict. l. curabit*, Ioan. Franc.Andreol.*controuers.*74.*num.*3. Infertur ergo, quod quando etiam ei saluum permaneret ius consequi capitale, quod non admittitur, ipsam agere nequaquam posse ad vsuras, seu ad interesse ob fructus recompensatiuos, cùm nulli fructus appareant percepti, vel percipi potuerint.

Verumtamen prædicta, ex abundanti dicta sint, quandoquidem ex actis patet dempto fideicommisso cum aliis prætensionibus DD. Comi-
20. tum, factáque illorum separatione ad formam iudicij per eos intentati, & prout de Iure fieri debere, latiùs sustinuit post alios Rota *decis.*1. *per tot. part.*6. *recent.* Surd. *consil.*7. *num.*32. Cyriac. *controuers.*98.*num.*14. Ioan.Anton.Bellon.*cons.*60. *num.* 76. vbi concludunt iudicium separationis bonorum efficere, ne proponens illud quoquomodo molestari possit. In tantum quod, constito
21. hæreditatem non esse soluendo, petentémque bonorum separationem habere meliora, ac potiora iura, & de vtroque in facti specie apparet, nec aduersus illum vigore quasi possessionis manutentio prætendi valeat, Rota *decis.*251.*num.*7. apud Cenc. *de cens.* Posth. *de manutent. obseruat.*56. *num.*16. Vnde quod dicitur pendente iudicio separationis
22. bonorum adhuc concedi manutentionem in quasi possessione exigendi, Cenc. *de cens. part.*2. *cap.*2. *quæst.*5.*art.*2.*num.*27.& *post tract.*Rota *decis.*232.*in fin.* Posth.*de manutent.obseruat.*8.*num.*27. intelligi debet quoties ex actis illico non constat de bono Iure agentis ad huiusmodi bonorum separationem; hic autem ex sola actorum inspectione di-
23. citur apparere tam in Iure, quam in facto quoad reliqua, & respectu fideicommissi res reperitur reducta ad viam, seu articulum iuris clarum, quod sufficit ad impediendam manutentionem, ex traditis per Posth. *de manutent. obseruat.*42. *num.*70. & *seqq.* Verum quia D. Seraphina non agit pro manutentione, ideò tanto minus impedire valet petitam bonorum separationem; maximè cùm appareat per ipsos fratres emptores fuisse factas detractiones vigore legitimæ, & Trebellianicæ per alienationes factas in DD. Pidemontes, de qua in processu *folio* 245. & *seqq.* & in D. Antonium de Maronis, vt ex fide nouissimè præsentata, adeo vt concurrentibus etiam probationibus existentiæ fideicommissi, identitatis, atque descendentiæ negari nequeat petita separatio, cum exemptione à molestiis, & vexationibus per creditores indebitè illatis.

Neque obstaret, quod obligationes factæ per ipsos DD.Ludouicum, & Raymundum de Pauesiis erga ipsam Seraphinam præcesserint dictas alienationes, vt innuitur ex combinatione vnius instrumenti ad alia, quoniam alienationes illæ tantum imputantur in legitimam, & Trebellianicam, quæ fiunt cum dominij translatione, non
24. vero assecurationes, & hypothecæ, cum ad effectum, vt dicantur factæ detractiones requiratur abdicatio dominij ab alienante, Merlin. *de legitim. lib.*2.*tit.*2.*quæst.*3.*num.*37.& 38.Rota *post tract. decis.*1.*num.*10.& 11. quæ est *decis.*59.apud Mangil. *de subhast.* Ex quibus præfati Illustriss. DD. Comites molestari nequeunt, & à petitis per assertos creditores, absoluendi veniunt.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius contractus ex quibus probetur.*
2 *Læsionem ob enormissimam contractus rescinduntur.*
3 *Fideiussor accedere non potest contractui, cui lex resistit. Amplia, vt n.4.& n.5.*
6 *Læsio enormissima arguit dolum, & fraudem facit vt succurratur læso etiam iuranti per Deum, n.7.*
8 *Fideiussor non tenetur contractu, quoad principalem nullo existente, & num.17. Contractus principalis ob dolum liberato principali non tenetur, num.9. Non liberatur si principalis ex iure speciali liberatur, num.10. Et de ratione, num.11. Non obligatur eo casu, quo nec obligatur principalis, nisi contra eum haberet regressum, n.13.*
12 *Minor vt succurratur fideiussori tenetur aduersus contractum agere ex remedio ordinario.*
14 *Libri Officialis à publico deputati fidem faciunt.*
15 *Confessio praiudicat confitenti, & hæredibus.*
16 *Bona rustica transeunt in ciuem cum sua rusticitate.*

OBSERVATIO CXVI.

DVPLICEM, eámque arduam, & maximam iuris resistentiam habet præsens obligatio quoad principales contrahentes, cui accesserunt pro fideiussoribus insolidum se obligando, quantumvis tam principalis, quàm accessoria obligatio dici possent nullæ, Syluester Cauechinus, Iulius de Franciscis, & Natalis Cadiolus. Alteram, quia ex modicitate pretij in ordine ad concessam immunitatem, arguitur vsuraria prauitas; quippe quia effectus immunis pro 1.
scutis sexaginta perciperet singulo anno totidem, & amplius, quo casu contractum præsumi vsurarium tradidit post alios, Cyriacus *controuers.*255. *num.*4.& 5.Alteram propter enormissimam læsionem, valdè vltra dimidiam enormissimam, ob 2.
quam rescindi contractum habetur expressè, *in l.*2. *C.de rescindenda vendit.* Andr. *controuers.*214. *num.*6.& 7.ob quam sanè iuris resistentiam, quam secum trahit principalis contractus, accessoria obligatio habetur pro non præstita; quia fideiussor 3.
accedere non potest contractui, cui lex resistit, *l.cum lex*,47.*ff.de fideiussoribus*,*l.*1.§.*si quis ita*,*ff.de verborum obligat.*Fontanell.*de pact.nuptial.claus.*4. *gloss.*7.*part.*1. *num.*59. *fol.*61. *verso*, *tom.*1. Mangil. *de euict. quæst.*173. *num.*2. alios cumulat Maur. *de fideiussor.cap.*1.*per tot. fol.*407.Andr. Censal. *decis. Lucen.*38.*num.*1.*seq. ac per totam*, vbi optimè declarat & distinguit, Bonden. *collect.*15. *num.*28. & *seq.*

Quam conclusionem procedere dubium non est, tametsi fideiussores hoc in casu se obligauerint principaliter, & insolidum, vbi etiam principalis obligatio simul cum accessoria viribus non subsiste

4. subsisterent. Quoniam cum legis prohibitio publicam respiciat vtilitatem, non potuit eius dispositio actu priuatorum abrogari, *l. vis publicum, 39. ff. de pact. l. quos prohibet, 7. ff. de postuland.* Maur. *de fideiuss. d. cap. 1. num. 8.* præsertim cum
5. simus in materia contra bonos mores, atque nutritiua peccati, *l. à Diuo Pio, 58. ff. de rit. nupt.* cum iuribus congestis per Maur. *de fideiuss. dict. cap. 1. num. 9.* Alias vndique via fraudibus aperiretur, ac legum dispositiones pactis priuatorum eluderentur.

Aliunde quoque dictum contractum iuris re-
6. sistentiam habere dignoscitur, nempe ob dolum, qui in huiusmodi exemptione obtinenda intercessit, ratione enormissimæ læsionis, quæ arguit dolum, & fraudem ex proposito, ac data opera, Cagnol. *ad d. l. 2. num. 98. C. de rescindend. vendit.* Manent. *consil. 142. num. 25. & sequent.* Gratian. *disceptat. forens. 823. num. 38. & 39.* Burat. *decis. 96. num. 8. & decis. 75. num. 7.* cum adductis per Contr. *discept. 23. num. 191.* & propterea sic læso succur-
7. ritur, nil in oppositum facienti, neque obstante iuramento per Deum præstito, Gratian. *disceptat. forens. 824. num. 26. & 41.* Andr. *controuers. 37. n. 1. & seq.* & *controuers. 201. num. 2.* Atque huiusmodi
8. dolo affecta remanet accessoria obligatio, vt nec ipsa sustineatur, ex quo nullitas, qua affectus censetur principalis contractus, influit in ipsam fideiussionem, quæ nec minus ac principalis contractus irritatur, Cæphal. *consil. 751. num. 29.* Mangill. *de euict. quæst. 174. n. 19.*

Sed, non eundo per mendicata suffragia, vt
9. aiunt, quod fideiussor non teneatur liberato principali, ex remedio *l. 2. Cod. de rescindend. venditione*, vbi Pinell. *part. 2. cap. 3. num. 43. & 44.* Maur. *de fideiussor. §. 56. & §. 62. fol. 636.* Caballin. *de euict. §. 2. num. 20.* Hering. *de fideiuss. cap. 10. num. 247.* Odd. *de restit. quæst. 48. num. 44.* Mangill. *de euict. quæst. 87. num. 7. & quæst. 93. num. 3.* vbi quod neque ad pœnam teneatur; quinimò generale est, quod
10. fideiussori competat exceptio nullitatis contractus, quando venditio annullanda venit remedio aliquo iuris ordinario aliter, quam per viam restitutionis in integrum, Ludouis. *decis. 321. num. 6.* & ibi Beltram. *litt. B.* cuius assertionis optima, &
11. concludens assignatur ratio; quia si ex remedio *l. 2.* rescisso contractu principali daretur aliquis casus, seu forma obligationis, per quam fideiussor liberatus non remaneret, per obliquum eluderetur remedium dictæ legis, cum læsus per se liberatus teneretur postea satisfacere fideiussori, vt ratiocinatur, Pinell. *in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 44. fol. 124.* Maur. *de fideiussor. §. 56. fol. 635.* & *§. 62. folio 636.* per textum *in l. exceptiones, 7. §. 1. de exception.*

Quæ adeo vera sunt, vt quamuis communitas Curiæ Othoni habeat, & reparare possit damnum ex contractu emergens, vtroque ex remedio, nempe ordinario *l. 2. C. de rescind. vend.* & extraordinario restitutionis in integrum. Nihilominus
12. ad succurrendum etiam fideiussori, tenetur Minor, seu Vniuersitas venire aduersus contractum remedio ordinario *dictæ legis 2. C. de rescindenda vendit.* vt optimè animaduertit Odd. *de restitutio. in integr. quæst. 48. art. 7. num. 45.* Vnde succedit regula generalis, quod vbi fideiussor obligari potest
13. eo casu, quo nōn tenetur principalis, tamen si habiturus est regressum contra ipsum principalem, prout semper habet, etiam ratione indemnitatis non promissæ; tunc nec fideiussor tenetur, nec vnquam obligatur, *l. sed etsi Pater, 11. §. non solum, ff. ad Macedon.* latè Sforz. Odd. *consil. 41. num. 18.* Cyriac. *controuers. 232. num. 26.* Barz. *decis. 99. n. 11.* Mangill. *de euict. quæst. 174. num. 26.* quia sic per indirectum lex circumueniretur, illiúsque dispositio fraudaretur, & facillimè daretur cautela, qua rescindi non posset contractus, enormissima etiam læsione nequaquam obstante; quoniam fideiussor quolibet in casu, etiam nullitatis, & rescissionis contractus teneretur.

Læsio autem satis dicitur probata ex quantitate pecuniæ solutæ pro obtinenda exemptione, quæ est quid minimum in ordine ad id, quod singulo anno percipitur ab exactoribus onerum, vt apparet ex libro officialis, ad hoc per commu- 14.
nitatem deputati, cui præstatur omnimoda fides, ad Bart. *in l. quædam, 9. §. nummularios, in fine, ff. de edend.* Bec. *consil. 5. sub num. 1.* Rot. apud nos in addit. ad Castill. *de aliment. decis. 21. num. 4.* Cyriac. *controuers. 84. num. 5.* & *controuers. 369. num. 4.* vbi quod attendatur, cuinam intimo sint allibrata bona, ad cognoscendum, an conferant cum rusticis; præsertim cum ex liberatione ab oneribus arguatur implicita confessio præcedentis subiectionis, cum priuatio præsupponat habitum, adeo vt filius nunc ipsius liberantis, & hæres negare non possit, quin terræ in instrumento liberationis extensæ obnoxiæ non essent solutionibus ordinariæ, & extraordinariæ impositionis, prout cæteræ rusticales; Confessio autem non solum confitenti, 15.
verum etiam hæredi præiudicat, Rot. apud Salgad. *in Labyrint. cred. decis. 20. num. 3.* Andr. Censal. *decis. Lucen. 3. num. 6.* dixi *allegat. 1. num. 32. & 95. lib. 3.* Rot. *in Romana fideicommissi, de Incoronatis Ven. 22. Maij 1643. coram Reuerendiss. Dunozetto, num. 3.* & *in Romana deuolutionis domus, 26. Nouembris 1646. num. 11. coram R. P. D. Peutingero.*

Resistunt demum contractui ordines, & statuta huius Patriæ vetantia, ne terræ rusticales, quantumuis peruenerint in Ciuem, eandem pristi- 16.
nam amittant naturam, latissimè Cyriac. *dicta controuers. 369. num. 24. & 25.* vbi in fine recenset sententiam, per quam de anno 1540. ita determinatum extitit, quod scilicet si contigerit Ciues in futurum à die promulgationis eiusdem sententiæ terras aliquas acquirere rusticanas, & quæ nunquam fuerint ciuiles, tunc dicti Ciues subeant onera rusticana pro dictis terris; quod idem cauetur ordine edito anno 1530. Quemadmodum ergo non datur cautela, seu remedium, quo acquirens terras rusticanas possit se ab eis eximere, & impediri, quo minus ob enormissimam læsionem recedere valeat à contractu, petendo illius rescissionem, ita neque adinueniri potest modus, seu forma obligationis, tam studiosè concepta, ac clausulis am-
plissimis vallata, qua mediante fideiussor acce- 17.
dens contractui habenti resistentiam iuris communis, & statutarij conueniri valeat ad id, quod principalis de iure obseruare, vel adimplere non teneatur, vt præter à me citatos per extensum, tradidit Sforz. Odd. *d. consil. 41. à n. 39.* Ioan. Franc. Andr. *contro. 296. n. 13.* Viu. *decis. 321. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Dos detrahitur de fideicommisso non attenta Testatoris dispositione. Contrarium qui teneāt, n. 2. Ex quibus soluta præsumatur, n. 27.*

3 *Fideicommissi bona alienantur pro debitis Testatoris.*

4 Primo

4 *Primogenitura terminata in masculis procedit in fœminis.*
5 *Testamentum non valet etiam in feudo hæreditario.*
6 *Extraneus in feudo dicitur non vocatus ex inuestitura, & n.32.*
7 *Feudum post mortem feudatarij est filij beneficio concedentis. Delictum proximè successuro illud capit ex inuestitura non ex testamento, n.18. Mixtum non debetur, nisi hæredibus, num.30.*
8 *Assensus Domini post obitum Vassalli obtentus non valet.*
9 *Hæres sine inuentario aduersus fideicommissarios vniuersales detrahit sibi debita, secus quoad particulares, & legatarios, n.10. Cum inuentario non tenetur, nisi pro viribus hæreditariis, n.15. Potest venire contra alienationem rei alienari prohibitæ, n.19. Cum beneficio inuentarij non tenetur seruare alienationem feudi, nisi quatenus in hæreditate reperitur, n.20.*
11 *Inuentarij omissio non officit, constito aliunde de iuribus hæreditatis. Beneficium præseruat iura hæredi, n.21.*
12 *Bona tot, qui habuit, præsumitur, & nunc habere.*
13 *Fideicommissarius agit contra tertios possessores ad recuperationem fideicommissi. Agit contra hæredem grauatum pro non extantibus, & consumptis, n.14.*
16 *Filij testamentum Patris præsumuntur ignorare.*
17 *Fructus in legitimam quando excomputentur.*
22 *Vassallus non potest disponere de feudo præter, vel contra ordinem inuestituræ, & n.33.*
23 *Causa feudalis quando dicatur.*
24 *Creditum hæredis per aditionem extinguitur considerato valore bonorum, iuxta tempus aditionis. Declara, vt n.25.*
26 *Marito defuncto ius consequendi dotes vxori competit.*
28 *Expensæ pro recuperatione fideicommissi ante omnia deducuntur.*
29 *Hæredis hæres non tenetur præstare, nisi ea onera, quæ proueniunt ex hæreditate defuncti immediati.*
31 *Feudo in mixto succedere prætendens sufficit esse hæredem vltimi. De nouo primus acquirens potest disponere, n.34.*
35 *Fideicommissum super feudo ordinatum, iuxta seriem inuestituræ sustinetur. Contra formam inuestituræ institutum non attenditur, n.36. & n.38.*
37 *Licentia Domini defectus, nonnisi ab ipso allegatur. Agnati tantum alterationem feudi impugnant, n.39.*

OBSERVATIO CXVII.

PROHIBITIONEM alienationis etiam expressam in causam dotis dixi non impedire, quominus bona distrahi queant,
1. tam pro dote constituenda, quam restituenda, idque in præcedenti mea scriptura iuris multorum auctoritate fretus comprobaui, quibus nunc addo Peregr. *de fideicommiss. art.42.n.3.4.5.6. & sequentibus,* Marescot. *var. resolut. lib.2. cap.69. n.16. & 17.* Hodiern. ad Surd. *decis.62. num.9.* latè Peguer. *decis.116. sub num.2. versic...* cum adductis per nos *allegat.28. num.5. lib.3.* Rot. coram Royas *decis.153. n.4. & in Romana dotis de Lancellotis, 14. Iunij 1655. n.1. coram R.P.D. Zarate,* Rot. apud Contr. *dec.52. n.1. & seq.* Bonden. *collect.3. num.1. & seq.* Rub. *de valid. legal. cap.62. n.86. & seq. & cap.69. à num.80. & cap.70. ex n.1.* Contrariam tamen probat sen- 2.
tentiam, Fusar. *de substit. quæst.531. n.71.* vbi putat consulendo, & iudicando ab hac opinione non esse recedendum. Et in facti contingentia dicebam nos versari in terminis longè diuersis; siquidem D. Marchionissa Anna Maria Gonzaga de Spoluerinis agit ad restitutionem dotium, seu ad retentionem bonorum pro dotibus à testatore habitis vxoris, & Nurus, & ad quarum restitutionem tenebatur fideicommittens, & de quibus statuendum venit, quemadmodum, & de reliquo testatoris ære alieno, à se contracto, pro cuius 3.
solutione quacunque alienationis prohibitione minimè refraganti, permittuntur impunè detrahi bona per hæredem grauatum, ad textum *in l. filiusfamilias, 118. §. Diui, il 2. ff. de legat.1.* & *in l. peto, 71. §. prædium, ff. de legat.2.* Peregr. *decis.106. num.2.* Peregr. *de fideicommiss. art.35. num.8.* Ciarlin. *controuers. forens. cap.43. num.45. & controuers.47. num.24.* dixi *allegat.59. num.29. & allegat.84. num.11. lib.3.* hancque receptissimam omnium opinionem esse infinitis cumulatis voluit, Fusar. *de substitut. quæst.541. num.1. & per totam,* Duran. *decis.123. num.3. & 4.* vbi inquit id præsertim procedere ex causa restitutionis dotium, quod repetit, *decis.253. num.13.* voluntas ergo testatoris non resistit prætensioni, quam habet Domina Marchionissa detrahendi dotes ab ipso fideicommittente habitas, & quibus vinculum prohibitionis nequaquam inuigere poterat, seu intellexit.

Dicebam quoque in præcedenti Iuris allegatione primogenituram erectam in masculos regulari ad instar fideicommissi. Vnde cum te- 4.
stator voluerit perpetuare istud in fœminas, eadem quoque ratio militat quoad primogenituram, vt non obscurè colligitur ex Rota *decis.248. per totam, part.7. recent.* quam pluries secuta est Rota eadem, vt notatur in calce dictæ decisionis.

Retento rhemate præcedentis meæ scripturæ legalis, & altius materiam repetendo in ea adhuc sum opinione, quod testator nexu fideicommissi vinculare non potuerit bona feudalia, alterando præsertim ordinem succedendi ex concessione feudorum præscriptum, & quod magis est lædendo, ac destruendo naturam alienabilitatis feudorum ipsis à consuetudine innatam per prohibitionem alienationis in testamento insertam. Ea moueor ratione, quam tunc indicaui, quod 5.
scilicet testamentum non valeat in feudo etiam hæreditario, Afflict. *decis.385. num.5.* Ioan. Andr. Georg. *allegat.19. num.13. & sequent.* Galeott. *controuers.1. num.18. & 90. & 94. lib.1.* dixi *allegat.13.* & *allegat.14.* & *allegat.15. lib.2.* cuius quidem conclusionis rationem assignant primo, quia omnis etiam filius, & agnatus, qui in feudo insti- 6.
tuitur vltra suam portionem, & præter ordinem inuestituræ, de iure communi feudorum dicitur extraneus, Ant. *in repert. rubr. de Vassall. decrepit. ætat. num.172.283. & 284.* Surd. *consil.305. num.17.* Galeott. *controuers.1. num.22. lib.1.* dixi *allegat.15. num.11.* & *allegat.32. num.13.* & *allegat.54. num.20.* & *alleg.72. num.18. lib.2.* Secundò,

quia non est testatoris, nisi dum viuit, post mortem suam est filij non beneficio patris simpliciter, sed & eius nempe Domini, qui dedit, & ideo non valet ordinatio testantis collata post mortem, & sic in tempus, quo alius erit Dominus non beneficio relinquentis, Galeot. *d.controu.1. n.69.& 70. lib.1.* Quod sanè ampliant, quamvis Vassallo testante iam vita functo, & dum illius vltima voluntas in esse perfecto deducitur, assensus Domini super-
8. ueniret, cum non possit post illius mortem, in praeiudicium filij, vel agnati, cui medio tempore est ius quaesitum etiam in feudo haereditario assensum huiusmodi, seu quemcunque alium praeiudicialem Dominus concedere, latè Galeot. *contr.1.n.71.72. lib.1.* latissimè Surd. *cons.*382. *à n.*71. à Pont. *cons.*10. *n.*26. vbi limitat fauore dotis, quòd nimirum possit assensus expediri post mortem contrahentium, Rosental. *de feud.c.7.concl.4. per tot.* Ioan. Bapt. Bilocta *conclus. feudal.*39. vbi limitat fauore dotis viuente ipsa muliere tantum, ac in subsidium, & declarat post mortem alienantis non posse impetrari assensum, posse autem impetrari post mortem illius, in quem fit alienatio, siue obligatio feudi, Gizzarel. *dec.*2.*n.*7.& 14. Et exinde infertur, quod si nunc Dominus feudi assentiret creationi fideicommissariae substitutionis super feudalibus D. Marchionissae ex ordine inuestiturae succedentis ad feuda praeiudicium non afferret, dixi *allegat.*58. *n.*8. *lib.*2.& *obseruat...*

Quoniam verò pars aduersa, quemadmodum ex processu resultat, vim facit in eo, quod filij testatoris se immiscuerint in haereditate absque inuentarij cōfectione; adeo vt exinde inferre velit, quod nec ipse, neque eius haeredes, & consequenter D.
9. Marchionissa possit facere detractiones in actis petitas. Dupliciter occurritur huic obiecto, & primo quod cum versemur in grauata ratione vniuersalis fideicommissi, quanquam inuentarium eius maiores facere praetermiserint, ipsa nihilominus deducere valet quicquid sibi debetur ex quavis causa à defuncto, Castren. *in l.ita tamen,* 27. *§.si ex Trebellian. n.2. ff.ad Senat. C. Trebell.* latè Borell. *in Sum. decis.tit.*19.*n.*129.*p.*3. Bec. *cons.*160. *n.*11.12.& 13. Phanut. *de inuentar. p.7.n.41. & 42.* Rota *decis.*31. *n.*4.& 7. & *decis.*399.*n.*41.& 42.*p.*5. *recent.* Hodiern. ad Surd. *decis.*170.*n.*10.& 11. latissimè Cyriac. *controu.*5.*n.*3.5.42.66.& 109. Giouagn. *cons.*73.*n.*96.& 97. *lib.*1. & *cons.*19.*n.*13. & *cons.*20. *n.*32.*lib.*2. Rota coram Andrea *decis.*105.*n.*10. Ludouis. *decis.*266.*per tot.* cum ibi notatis per Beltram. optimè explicat Ioan. Ant. Bellon. *cons.*3. *à n.*38.& *cons.*70.*n.*1.& 2.& *cons.*99.*à n.*24.*vsque ad* 31. Hinc habemus singularem limitationem ad regulam communiter receptam, quod scilicet, haeres adeundo haereditatem sine beneficio legis, & inuentarij confundat eius actiones, amittat credita, nec possit quicquam detrahere; quinimò valeat vltra vires haereditarias grauari; siquidem conclusio procedit quoad particulares fideicommissarios, creditores
10. haereditatis, & legatarios, erga quos propter omissionem inuentarij amittit eius credita, actiones, & iura, & in plus tenetur ipsorum fauore, quibuscum per aditionem haereditatis inconsultè factam, sine inuentario quasi contrahit, quam penes ipsum de patrimonio defuncti reperiatur, seu ad illius manus peruenerit, provt signanter distinguunt, Rota *d.decis.*31.*n.*1.*p.*5.*recent.* Fusar. *de subslit.q.*665. *n.*4. Cyriac. *d.contr.*5.*n.*42.& 109. Hodiern. ad Surd. *d.decis.*170.*n.*10.& 11. Giouag. *cons.*73.*n.*2.*lib.*1. dixi *alleg.*56.*n.*1. & *alleg.*59.*n.*6.& *seq.* & *alleg.*89.*n.*1.& *seq.lib.*3. cum sexcentis aliis, quos sciens praetereo, cum sit distinctio ab omnibus communiter recepta. Secundò, quia cum testator in suo testamento titulo legitimae, seu ad illius computum reliquerit bona mobilia, ac se mouentia suis filiis haeredibus institutis, ac respectiuè granatis, ibi: *Dichiara ancora d.Sign. Testatore che le beni mobili, è se mouenti per sua Sig. come di sopra lasciati alli detti Sig. suoi figliuoli s'intendano essere lasciati, à conto della loro legitima,* & subinde, ac in necessarium consequens declarauerit, quod stabilia tantum oneri fideicommissi grauarentur, ibi: *Ne vole che detti Sig. Fabritio, Paulo Emilio & altri suoi figliuoli far possino detratione alcuna di legitima, Trebellianica, ò falcidia, volendo, che tutti le suoi beni restino suggetti, è sottoposti per quella maggior forza, che sia possibile perpetuamente alla sustitutione, & al fideicommisso per sua Sig. sopra ordinato,* cessat propterea omnis obligatio conficiendi inuentarium, ea ratione, quia vbi aliunde apparet de bonis describendis in inuentario, ita quod occultari non potuerint, non praesumitur dolosè, neque in fraudem omissa inuentarij confectio, tanquam omnino superflua; 11.
adeo vt neque tali in casu per aditionem haereditatis sine inuentario inducatur actionum confusio, sed omnia ipsorum haeredum adeuntium iura praeseruantur, non secus, ac si solemniter inuentarium confectum extitisset, ad tradita per Cyriac. *contr.*326.*n.*10.& *contr.*411.*n.*22. faciunt notata per Rotam Genuens. *decis.*35.*n.*9.& ita bis decisum per Rotam Romanam refert, Farin. *cons.*96.*n.*52.& 53. per Montan. *de tutel.regul.*5.*n.*46. *fol.*108.& *regul.*6. *n.*12. *fol.*112. per Menoch. *de arbitr. cas.*208. *n.*21. quos cum aliis allegat, & sequitur Thomas. *de tutor.& curator.tract.*1. *tit.*13.*n.*254. *fol.*111. vbi quod tutor excusetur ab omissione inuentarij, quando aliter ostenderet quid, & quantum in haereditate defuncti, seu patrimonio pupilli existeret, atque ad eius manus peruenerit, & faciunt tradita per nos *alleg.*124.*n.*42.*lib.*3. Quare cum ex dispositione testatoris mobilia, ac se mouentia cedant in computum legitimae, & stabilia omnia testator ipse supposuerit fideicommisso, ac in testamento describi mandauerit, & cum effectu descripta reperiantur, ibi: *Et açio meglio appaia per ogni tempo, quali siano li beni sottoposti al dito fideicommisso ha voluto, che siano specificati nel presente suo testamento, quali si troua hauere al presente, li quali insieme con tutti gli altri, che acquistara, desidera sommamente essere al tutto conseruati nelli sostituiti, è chiamati per lui come di sopra,* &c. frustratorium fuisset occupare membranas in conficiendo inutiliter inuentario.

Verum quia audio tuentes iura partis aduersae, vim aliquā facere in probatione, seu praesumptione desumpta ex eo, quod potuerit testator à die conditi testamenti ad diem obitus acquirere bona stabilia, huic quoque fundamento pluribus satisfacere volui, & primo ex generali praesūptione, quae in contrarium viget, atque ex serie facti euidens resultat; nam quando de aliquo tempore constat, quem habuisse tot bona, & non plura, praesumitur 12.
eadem semper habere, Gratian. *discept.*731.*n.*20. vbi quod habens bona in praeteritum praesumatur habere de praesenti, & asserenti cōtrarium, seu se fundanti in acquisitione possibili aliorum bonorum onere istud probandi grauatur, faciunt notata per Peregr. *de fideicom.art.*44.*n.*22.& 23. per Fusar. *de subst.q.*618.*n.*4. per Rot. Rom. *dec.*47.*n.*8.*p.*5.*recent.* Secundò, quia cum tempore conditi testamenti, &

antea

antea testator ipse abdicauerit à se bonorum omnium administrationem eam transferendo in filios cum onere ipsis iniuncto eidem subministrandi de alimentis, vt ex instrumento assignationis in processu exhibito,& enūtiato, ac cōfirmato in eodem testamēto,ibi:*Et inherendo all' instrumēto d'assegno per me rogato*, &c. concluditur omnis coniectura nouæ acquisitionis. Tertiò, ac demum, quia istud comprobatur vlterius non solum ex processu arbitrali,in quo enuntiātur bona duntaxat descripta in testamento;Verum etiam,& multo magis,quia Illustr. D. Marchio Pala Strotius ex aduerso principalis,ac litis cōsortes hoc idem admittunt, dum se tanquam fideicōmissarij immitti postulant in possessionem bonorum pro contingenti portione in præfato fideicōmittentis testamēto descriptorum, & provt latius ex fide libelli per ipsos producti. Ergo dum absque inuentario habemus quid, & quantum reliquerit fideicommittens in hæreditate, frustra imputatur eius filiis, quod non confecerint inuentarium, & sic in discussione præsentis controuersiæ perinde haberi, ac considerari debent, ac si adiecissent hæreditatem Patris fideicommittentis cum beneficio legali.

Duarum ex quatuor propositis dubitationibus ferè ex facto simplici clara, & euidens emergit resolutio, quod nimirum D.Marchionissa Spoluerina ex bonis stabilibus ad eam peruentis ad hæreditatem fideicommittentis spectantibus tot possit retinere, quot sufficiunt pro integrali satisfactione dotiū tum Dominæ Victoriæ Martinenghæ, tum D.Lauræ Guerreriæ prohibitione alienationis per testatorem iniuncta eius bonis nequaquam resistente. Apponendo etiam manus ad Curiam Thiresij non quidem in computum dictarum dotium, sed vigore erectionis primogenituræ in eius personam continuantis.Quibus factis detractionibus,id quod supererit penes ipsam ex bonis fideicōmisso vinculatis poterit retinere, dummodo non excedant tertiam partem eidem vigore eiusdem fideicommissi debitā,provt verè eam neque attingunt
13. dimissis aduersantibus ad agendum contra tertios possessores pro recuperatione bonorū in hæreditate fideicommittentis relictorum, & penes D.Marchionissam Spoluerinam non existentium, intentando actiones, de quibus per Peregr. *de fideicom. art.*45.46.47.*&* 48.Fusar.*q.*558.& *q.*611.*per tot.* Cyriac. *contr.*5. *n.*24. Animaduertendo tamen quod etsi in arbitrio, ac facultate ipsius fideicommissarij resideat,vel experiri actionibus contra tertios occupatores fideicommissi per mox citatos Doctores indicatis,vel actionem personalem introducere aduersus grauatum, si in eius vita purificatur fideicommissum,aut cōtra eius hæredes,qui tenentur reddere rationem de non extātibus, consum-
14. ptis, & neglectis culpa grauati cum onere reintegrandi fideicommissum, & resarciendi damna, ad text.*in l.mulier,*22. *§.sed enim, ff.ad Trebell.* & per illum textum notant Doctores, *in l. cum tale,* 71. *§.sed enim, ff.ad Trebell.* Fusar.*de substit. q.*514.516. 517.*&* 518.cum adductis per Cyriac. *contr.*5. *n.*22. *&* 23.Id nihilominus non applicari in præsentiarū aduersus D.Marchionissam Spoluerinā, quæ cum se fecerit hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, in tātum tenetur fideicommissum reintegra-
15. re, inquantum detractis per eam detrahendis remaneat, Fusar.*de substit.q.*557.*n.*13. Ludou.*decis.*418. *n.*6.& *in annot.n.*15. Ferent.ad Burat. *decis.*154.*n.*8. Cyriac.*controu.*160.*n.*105.& *controu.*275.*n.*8.*& seq.* Thomat.*dec.Macerat.*23.*n.*72. Duran. *dec.*101.*n.*5.

Vnde cum eius credita ferè totam absorbeant hæreditatem ad ipsam peruentam ob mortem fratris, frustra, ac indebitè in eis vexatur.

Nec obstaret,si diceretur filios testatoris acquieuisse ipsius dispositioni,à qua modo D. Marchionissa Spoluerina vti illorum hæres mediante non poterit resilire; istud namque obiectum facillimè euitatur; tum quia nullibi constat de huiusmodi acquiescentia in testamentum Patris;quinimò neque constare vnquam poterit,cum filij ipsius testatoris ad hęreditatē fuerint vocati,ac inuitati ęqualiter, & æquis portionibus,non secus,ac si abintestato successissent, maximè cum testamento præcesserit bonorū assignatio facta filiis,vigore cuius in dictorum bonorum possessione, eorum Patre
vita functo, perseuerarunt;non autem testamenti, 16.
de quo in filiis præsumitur ignorantia, Doctores communiter *in l.qui Romæ,*122. *§.duo fratres, ff.de verb.oblig.*Mart.Medic.*dec.Senens.*8.*n.*24.Rota *decis.*4.*n.*30.*p.*5.*recent.*sed super hoc non insisto,quoniam cum testator adhibuerit cautelam,vt scilicet filiis non approbantibus dispositionem Paternam,
in legitimam tantum censerētur instituti,in illam- 17.
que imputari deberent alij fructus ex cæteris bonis percepti,Rota *dec.*242.*n.*11.*p.*5.*recent.*Ferent.ad Burat. *dec.*922.*n.*12. exinde immineret periculum, ne nostræ principalis ius efficeretur deterius.Tum quia quoad feuda tanquam vocati in testamento proximè successuri, non dicitur alterata qualitas feudi,neque comprehensis generatū præiudicium,
qui nihilominus ad feuda admissi non censentur 18.
iure legati,sed ex prima concessione,tū maioribus ipsorum quoad feuda antiqua, tum Patri quoad feuda in eius personam nouiter acquisita,ad notata in terminis per Galeott. *contr.*1. *n.*83. *lib.*1. vbi quod in vltima voluntate, vt stet tanquam vltima voluntas disponi nequeat de feudis in proximè successurum, adeo vt si fieri contingat legatum feudi immediatè successuro sine assensu illud minimè tunc capiat occasione legati, sed ex prima concessione,dixi *allegat.*13.*num.*10.*lib.*2.Tum quia quemadmodum hæres posset venire,& impugnare factum defuncti in eo, quod nulliter distraxisset
set feudum, alias inalienabile, cum possit venire 19.
hæres contra alienationem factam de re expresè alienari prohibita, Castren.*in l.filiusfamilias,*118.*§. Diui, ff.de leg.*1. Fusar.*de substit. quæst.* 557. *num.*8. Ferentil.ad Burat. *decis.*154. *num.*12. Ioan. Anton. Bellon.*consil.*48.*num.*48.*&* 50. Cyriac.*controu.*321. *num.*97.& latissimè *controuers.*312.*num.*104.*ad* 114. Thomat. *decis. Macerat.*23. *à num.*62. *ad* 72. Ita etiam vice versa poterit legitimè conqueri, ac factum defuncti impugnare, si præsumpserit feuda ex consuetudine alienabilia, ac de iure feudorum transmissibilia de proximiore in proximiorem per eius vltimam voluntatem disponere,ac prohibere, ne alienentur, in eisque succedant per præoccupationem gradus, qui alias ex ordine inuestituræ non essent successuri; hoc namque factum, vti contra Leges feudales,ac consuetudinem, à tanto tempore, & cuius initij non extat in contrarium
memoria,introductam,impunè poterit hæres,præ- 20.
sertim beneficiatus impugnare, ac insistere feudum progredi, ac continuare iuxta ordinem, ac methodum ex inuestitura resultantem, à Pont. *consil.*62. *numero decimooctauo*, & cum qualitate alienabilitatis, à consuetudine Mantuana feudo insita, quia feudum habens non potest ipse in præiudicium vocatorum alia lege dare, nec in alium transferre, quam ipse habeat,nec feudi na-

turam, quam à consuetudine habet, mutare, in puncto Manent. *consil.106. num.1.2. &* 3. à Pont. *consil.61. à num.31. ad 36.* vbi quod hæres non teneatur ratam habere dispositionem testatoris consuetudini contrariam. Et non eundo per mendicata, vt aiunt, suffragia, quod hæres maximè si non sit filius, sed agnatus, possit impugnare factum defuncti; vbi confecit Inuentarium etiam in feudo hæreditario, seu mixto: plures enim confundunt hosce terminos promiscuè loquendo de feudo hæreditario, ac mixto, nec teneatur seruare factum defuncti quoad feudum, nisi catenus quatenus de bonis allodialibus ad eum peruenit, Rosental. *de feud.c.9.concl.72.sub n.5.versf.non minus,& in gl.C.* Cyriac. *contr.275.n.*10. latissimè Ioan.Ant.Bellon. *consf.48.à n.18.& per tot.*Borell.*in Sum.decif.tit.34. n.497.p.1.*dixi *alleg.82.n.16.lib.2.* Ioan.Bapt.Billocta *concl.feud.5.n.*8.vbi quod agnatus est melioris conditionis, quam filius. Ratio huius essari ea est, quia
21. inuentarij beneficium conseruat hæredi omnia iura sua, perinde atque si hæreditatem non adiisset, vt tradunt gloss.& DD. *in l.fin. §.in computat. C.de iur. deliber.* Surd.*consf.63.num.*18. & *consf.*108. *n.*24. Ioan.Ant.Bellon. *consf.48.n.*8.& *consf.50.n.*47. siue igitur dispositio testatoris fuerit quoad feudalia inanis, ac irrita, siue veniat obseruanda quatenus vires hæreditatis suppetunt, vtroque in casu à petitis absoluenda venit Domina Marchionissa de Spoluerinis; siquidem ex allodialibus detractis eius fauore detrahendis nil superest, in quo, & ratione cuius in feudalibus teneatur admittere secum ad successionem, qui vigore inuestituræ pro nunc habentur, ac quilibet extranei; quia, vti dice-
22. bamus, non potest Vassallus etiam inter comprehensos mutare successionis ordinem, putà transferendo in remotiorem agnatum ad præiudicium proximioris, Surd. *consf.305.n.*17.

Nec valet opponere, quod sæpius vidi decantatum, & tetigi in præcedenti mea allegatione, fideicommissum nempe sustineri ita demum si vigore consuetudinis vocari, & admissi ad illud non alienauerint feuda, quasi quod substituti censeantur vocati in casum contrarium non alienationis; cum tamen testator prohibuerit vltra legalem prohibitionem bona per ipsum supposita fideicommisso alienari, & in euentum, in quem sequeretur alienatio, proximiores non alienantes admitti voluit; sed de hoc latius infra, cum protestatione ta-
23. men quod si hæc causa de re feudali ab Ecclesia pro maiori parte recognita, videnda esset per Iudicem feudorum, vt determinant Cyriac. *controuerf.381.num.7.& per totam,* & latius Ferentill.ad Burat. *decif.780.à n.11. ad* 15. tunc me remitto determinationi ipsius Eminentissimi Senatus, alios congessi *allegat.57.c.1. lib.2.*

Sed antequam accedam ad discussionem mox excitatæ oppositionis circa validitatẽ fideicommissi super feudalibus, operæpretium esse duxi, indicare omnes, & singulas prætensiones D.Marchionissæ circa detractiones creditorum ad eam spectantium in bonis fideicommittentis ad eam peruentis stabilibus; cum mobilia, si quæ, cedant in computum legitimæ. Primò igitur consequi debet dotes Dominæ Martinenghæ, saltem pro dimidia, & sic scuta septem millia. Deinde dotes Dominæ Lauræ Guerreriæ scutorum saltem 4400. auri in auro, iuxta dispositionem ipsius fideicommittentis facta sibi assignatione tot bonorum al-
24. lodialium, illorúmque considerato valore secundum tempus aditionis hæreditatis factæ per ipsam D. Marchionissam de anno 1631.iuxta praxim, de qua Batt.*in l.peculium,4.ff.de pecul.*Gionag.*consf.73. n.18. lib.1.* ex hoc eo maximè, quia ad ipsam antea non peruenerunt bona pro dotibus hypothecata; quicquid in hæredibus immediatis fideicommit- 25.
tentis, in odium quorũ æstimatio fieri debet iuxta tempus, quo testator decessit, Hodiern.ad Surd.*decif.224.per tot.* neque in hoc præiudicat assignatio facta per testatores Viro D. Lauræ; siquidem eo prædefuncto ius consequendi dotem rediit ad D. 26.
Lauram, Fontanel. *de pact.nupt.claus.6. gloss.1.p.2. n.28.fol.348. tom.2.* præterquam quod nil obstat, quo minus D.Marchionissa integram dotem consequi valeat, cum intercedant omnes coniecturæ, ac præsumptiones necessariæ pro arguenda reali, ac integrali solutione, nempe exactio partis, onerum 27.
matrimonialiũ supportatio, alimentorũ præstatio, præcedens promissio, ac temporis diuturnitas, vt in puncto animaduertũr, Ludou.*dec.468.n.8.9.&* 10. cum ibi notatis per Beltram. vbi in terminis de præsumptionibus, ex quibus dotis solutio facta socero præsumitur, Duran. *dec.347.n.1.* Fontanel.*de pact.nupt.claus.14.gloss.vnic. p.2.n.77.fol.865.tom.2.* quidquid postea testator, & filius veluti inter se colludendo conuenerint. Insuper detrahendæ sunt expensæ satis ingentes, quas erogauit eadẽ D.Marchionissa de Spoluerinis in defensione bonorũ suscepta per eandem aduersus D. Marchionẽ Iulium Gonzagam prætendentem ex bonis fideicommisso D.Cæsaris supposita adesse l.800. Curiæ Susanni, & Palatium Mantuæ ad se spectantia vigore alterius antiquissimi fideicommissi per D.Ioan.Franc. Gonzagam ordinati; quia grauatus erga confideicommissarios detrahit in restitutione rei fideicommisso subiectæ expensas per eundem grauatũ ero- 28.
gatas in litigando pro conseruatione bonorum, & Iurium fideicommissi; nec sunt compẽsandæ cum fructibus ex hæreditate perceptis, & hoc procedit etiam quod hæres in causa succubuisset eo, quia non debuit ius hæreditatis indiscussum relinqui, cum non exitus, sed initium negotij inspiciatur, Pereg.*de fideicom.art.50.n.9.* Ludou.*dec.197.n.4.5. & in annot. n.6.* Duran.*decif.53.n.8.* vbi quod ante omnia debeant deduci, ac præferantur omnibus creditoribus, & loquitur de honorario annuatim assignato Aduocatis, latè Ferent.ad Burat.*dec.401. n.17.*Fusar.*de substit.q.670.n.6.* Demũ si factis mox enarratis deductionibus in aliis bonis feudalitate non affectis, superenit Curia Thiresij, illam sibi appropriabit, ac retinet vigore primogenituræ ad eã spectãtis. Cæterùm super hoc vim non facio; quippe quia existimo illam quoque in detractionibus prædictis venturam, attenta quantitate bonorum allodialium, ac tenuitate valoris ipsorum, inspecto tempore, quo ad eam peruenerunt.

Quibus sic præhabitis, & ex quo D.Marchionissa Spoluerina non tenetur præstare, nisi onera quæ proueniunt ex hæreditatibus immediatè à de- 29.
functis in ipsam peruentis, & potest venire contra factum, quod maiores ipsius, vel saltem eius frater poterat vltra vires hæreditatis impugnare, Ioan. Anton. Bellon. *consilio* 55. *numero* 73. *&* 74. sequitur exinde quoad feudum Schiuinoliæ, nullum super eo constitui potuisse fideicommissum, quamuis sit concessum pro se, & hæredibus vtriusque sexus, & per consequens requirit qualitatẽ hæredita- 30.
riam vltra sanguinis descendentiam, Surd.*consf.305. n.29.in fin.& n.30.* Cyriac.*contr.324.n.14.* cum adductis per nos *allegat.23.n.15.* Hodie enim explosa opinione illa, quod non potest succedere in feudo,

nisi

nisi qui mediatè, vel immediatè esset hæres primi acquirentis, magis communiter in consulendo, ac iudicando obtinuit altera, quod nimirum
31. sufficiat, vt succedere volens se declaret hæredem vassalli vltimo loco defuncti; Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 45. *num.* 78. Ioan. Baptista Surd. *in cap.* 1. §. *Titius si de feudo defuncti, &c. sub n.* 29. *versic. alij autem censent sufficere agnatum esse hæredem, vel primi, vel vltimi, fol.* 110. Surd. *cons.* 108. *versic. & subdit quod contraria opinio*, Bec. *cons.* 168. *num.* 9. Altograd. *cons.* 25. *num.* 18. *& seq. lib.* 1. dixi *allegat.* 14. *num.* 17. *lib.* 2. Cæterum quicquid sit de hac quæstione, præseruatur Domina Marchionissa Spoluetina ab omni præiudicio, quod sibi ex aditione hæreditatis resultare potuisset per confectionem inuentarij: adeo vt vltra vires hæreditarias non teneatur stare, & approbare facta defunctorum in feudalibus ad ipsam integraliter vigore primæuæ concessionis spectantibus. Ratio est, quia feudum Schiuenoliæ in persona ipsius fideicommittentis erat antiquum, & consequenter subiici non potuit fideicommisso saltem duraturo in personam
32. ipsius Dom. Marchionissæ, quæ sicuti vigore inuestitutæ exclusis aduersantibus sola succedat, ita non cogitur intuitu fideicommissi admittere ipsos ad concursum in successione huiusmodi feudorum, latè Surd. *cons.* 108. *num.* 16. *& sub num.* 20. vbi quod remotior habetur pro extraneo, *ac per totum consilium, & cons.* 305. *sub num.* 6. *versic. secundo respondetur, & decis.* 343. *per tot.* quam in præcedenti mea allegatione deduxi per modum dubitandi, quoniam sæpius
33. vidi tuentes validitatem fideicommissi in ea se fundare, cum tamen Senatus in ea strenuè defendat, quod nulla dispositio vassalli sustineatur in remotiores agnatos reluctantibus proximioribus, quicquid sit in præiudicium Domini, sic intelligendus venit Cyriac. *controu.* 324. *à num.* 6. dum auctoritate Surdi præcipuè firmat fideicommissum etiam super feudo antiquo mixto posse à vassallo ordinari, Manent. *cons.* 106. *per totum*, Bardellon. *cons.* 93. *per totum, lib.* 1. Fusar. *de substitut. quæst.* 631. *num.* 9. cum infinitis aliis, quos sciens prætereo, & penes præcitatos videri poterunt.

Tota igitur difficultas residet quoad feuda,
34. quæ initium ducunt per acquisitionem ab ipso fideicommittente; sicuti enim pro expedito reputantur feudistæ, quod primus acquirens absque Domini assensu possit de feudo in eius personam ratò disponere in præiudicium eorum, qui seclusa feudi dispositione ad feudum admitterentur, Iser. *in cap.* 1. §. *quid ergo, num.* 8. *de inuestitur de alien. re fact. & in cap.* 1. *num.* 9. *de alienat. feud. patern.* Surd. *cons.* 305. *n.* 32. *& sequent. & cons.* 351. *num.* 24. vbi infinitos cumulat, *& decis.* 343. *in princ.* Ioan. Anton. Bellon. *cons.* 55. *num.* 8. Gratian. *discept. forens.* 511. *num.* 2. Viuian *in prax. Iurispatron. lib.* 14. *num.* 33. quos adduxi coram Ducali Magistratu in causa Cattanea, & nunc addo Alexand. Galuan. *cons.* 9. *num.* 58. Ita aliqui ex eis autumant posse super illo ordinari fideicommissum, Surd. *d. cons.* 305. *num.* 37. *& seq.* Cyriac. *controuers.* 324. *num.* 12. *& seq.* nec pariter in hoc videtur probabilis difficultas maximè in terminis, quibus loquuntur præcitati Doctores; vel enim successio fideicommissaria à Testatore ordinata in feudo regulatur præcisè ad
35. methodum succedendi in concessione feudali præscriptam, & tunc nemo est, qui contradicat, seu in contrarium reuocet fideicommissi etiam in feudalibus validitatem; sic enim nec Domino, neque agnatis præiudicium aliquod erogatur, Clar. §. *feudum, quæst.* 40. Rosental. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 8. Cyriac. *dicta controuers.* 324. *n.* 13. Surd. *d. cons.* 305. *sub num.* 37. *versic. & quamuis*, vel à testatore in ordinando fideicommisso, vocat quidem comprehensos in inuestitura feudi; sed alterat, aut præposterat ordinem succe-
dendi, & tunc agnato, qui vigore concessionis 36.
feudi succederet consentiente, sustinetur fideicommissum in remotiorem relicto proximiori, nulla habita ratione assensus Domini directi, vt dicebam superius ex Surd. *decis.* 343. *per totam, & cons.* 305. *per totum*, & Cyriac. *controu.* 324. *à num.* 6. ea ratione, quia quoad Dominum non consideratur aliquod præiudicium, cum persona ad fideicommissum vocata sit de comprehensis in inuestitura, & approbatis à Domino,
nec defectus licentiæ posset allegari ab alio, 37.
præterquam à Domino, Ruin. *cons.* 2. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. Surd. *cons.* 351. *n.* 42. Gratian. *discept. forens.* 511. *num.* 6. dixi *allegat.* 34. *num.* 3. *& allegat.* 58. *num.* 15. *& allegat.* 63. *num.* 36. *& allegat.* 66. *num.* 8. *& allegat.* 99. *num.* 28. *& allegat.* 120. *num.* 30. *lib.* 2. vel demum qui est casus propositæ speculationis ad fideicommissum pro aliquo tempore, & durante sexu masculino vocantur cōprehensi in inuestitura, quemadmodum succederent ex iure feudorum, & pro alio tempore, nimirum vbi ad extinctionem masculorum subintrent fœminæ, præposteratur ordo prædictus inuitando ad successionem fœminas proximiores, & quibus ex iure feudorum debentur feuda; qualis est Domina Marchionissa de Spoluetinis cum fœminis, seu eorum descendentibus remotioribus, quales sunt Illustrissimi DD. Aduersantes, & qui cum ipsa secluso testamento non concurrerent, & tunc sustinetur fideicommissum etiam super feudis in eo, quod disposuit secundum or-
dinem inuestituræ, eodem vitiato in posteriori 38.
casu, in quo disposuit contra ordinem succedendi in feudis, vt in puncto optimè ratiocinatur Surd. *cons.* 305. *n.* 47. *versic. ex hoc ipso fonte, & num.* 48. *&* 49. Quapropter cum masculi non reclamauerint, & acquieuerint dispositioni testatoris etiam in feudalibus, & Domina Marchionissa illam dispositionem acceptare recuset, & præiudicet; inde fit quod in odium ipsius nullum considerari possit præiudicium ex prædicto fideicommisso resultans. Quin potius eadem Domina Marchionissa Anna Maria Gonzaga de Spoluetinis fundamēto huius distinctionis innixa, habet vnde occurrere possit motiuo alias contra ipsam excitato fauore Illustrissimæ Dominæ Catharinæ, dum prætenderet feudalia
non potuisse subiici fideicommisso, ne illorum 39.
fructus imputarentur in legitimam Domino Mario; siquidem ei obstant auctoritates Surd, *decis.* 343. & Cyriac. *controuers.* 324. cum aliis superius allegatis, vbi exceptionem huiusmodi posse tantummodo opponi ab agnatis, quibus per creationem fideicommissi super feudis generaretur præiudicium. In quo non possum non valde mirari, cum prædicta Domina Catharina modo vellet fideicommissum etiam in feudalibus ad ipsam extendi; cum tamen stantibus prædictis nondum venerit illius habilitas ad succedendum in feudis, modo adhibeat omnem

conatum illud euertendi pro tempore, quo suâ nihil intererat.

SVMMARIVM.

1 *Procurator excedens fines mandati nulliter agit. Substituere nequit sine expressa facultate, num.2. A Communitate constitutus ad alienandum caret facultate, n.3.*

4 *Solemnitates requisita ad alienandum adhiberi debent in constitutione Procuratoris. Non requiruntur in alienatione fructuum, n.5. Declara, vt n.6. & n.14. In scriptura priuata non possunt interuenire, n.16.*

7 *Voluntas etiam ex actu nullo colligitur. A iure non dependet, sed in facto consistit, n.8.*

9 *Tractatus posterior, priorem resoluit.*

10 *Contractus in fieri quando dicatur fauore Communitatis. Claudicat, n.26.*

11 *Actio ex contractu ante illius perfectionem non competit.*

12 *Adimplementi exceptio agenti obstat. Exceptione opposita pars nequit amplius implere, n.18. Exceptio ipso iure dicitur obiecta, n.19. Suppletur à iudice, n.20.*

13 *Assensus obtentus pro vno contractu, non suffragatur pro alio.*

15 *Instrumentum requiritur ad obligandam Communitatem.*

17 *Sententia ius nouum non constituunt, sed iam constitutum declarant.*

21 *Adimplementum etiam in minimo probandum, vt quis ex contractu agere possit.*

22 *Communitas contractu rei fructifera annullato, pretij cum interesse ad restitutionem tenetur. Contractum, vel in totum approbare, vel à toto recedere obstringitur, n.27.*

23 *Casus fortuiti spectant ad proprietarium.*

24 *Pluuia insolita cadens è Cœlo connumeratur inter casus fortuitos.*

25 *Calamitates futura contractum iam perfectum non euertunt.*

28 *Scriptura dua si adsint plenior attenditur.*

OBSERVAT. CXVIII.

Extra fines mandati cum Procuratores hinc inde electi tam ex parte D. Marchionis Montisbarutij, quam Agentium Communitatis Nitiæ in contractu venditionis redditum Molendini inito sub die 26. Octobris 1654. se extenderint, iure merito Senatus inhærendo duobus Senatusconsultis præcedentibus contractum huiusmodi vt subsi-

1. stentem declarauit. Mandatarij enim sibi per principales commissa nullitatis sub censura diligenter custodire obstringuntur, V. P. Melius *allegat.* 34. *n.*11. *& allegat.*39.*n.*21. *& allegat.*93. *n.*15.*lib.*2.& post ipsum Bonden.*collect.legal.*27. *n.*29.Camarat.*responſ.*47.*à n.*18.*ad* 23.Rota *dec.* 7.*n.*5.*p.*8.*& dec.*145.*n.*16.*&* 17.*p.*9.*tom.*1. *rec.* & corā Otth.*dec.*11.*n.*2. Andr. Censal. *dec.*88.*n.*2. Merl.*dec.*17.*n.*1.*seq. & per tot.* Cyriac.*contr.*452. *à n.*1.*vsque ad* 12.Rot.*in Romana census* 23.*Iunij* 1656.§.*non obstat,coram R.P.D. Meltio,* Confirmata 4. *Iulij* 1657. §. *Vlius releuantia,corā eodē.*

Eòque magis, quia mandata vtrinque in substantia deficere videbantur. Illud sanè D. Marchionis Nicolai tanquam substituti à D. Marchionissa eius fratria vti procuratrice Mariti cū

2. facultate substituendi, de cuius tamen mandato procuræ non liquebat, ac consequenter substitutio infecta ipso iure reddebatur, Caball.*conſ.* 95.*n.*36. *& seq.lib.*2.Afflict.*dec.*273.*n.*5. Decian. *conſ.*65.*n.*22.*& seq.lib.*5.Andr.Censal.*dec.Lucen.* 80.*n.*30. Mastrill.*dec.*77. *n.*1.2. *&* 3.Peguer.*dec.* 207.*n.*2.3.*&* 4. Buratt.*dec.*393.*n.*4.*&* 5. Marcabrun.*conſ.*32.*à n.*140. *ad* 146.Pignat. *ad Statut. Ferrar.rubr.*16.*n.*37.Olea *de ceſſ.iur.tit.*1.*q.*5.*n.*6.

Aliud vero, quia in constitutione Procuratorum inita per Agentes Nitiæ ad alienandū redditus Molendini adhibitæ non apparent solemnitates recensitæ *in l.fin. C.de Vend. rer.Ciuit.lib.* 11.Menoch.*conſ.*80.*n.*22. *& conſ.*726.*n.*1. *& seq.* vbi plures refert,& enumerat solemnitates,Rol. *conſ.*90.*n.*19. *& seq. lib.*1.Mangil. *de euict.q.*132. *n.*1.*&per totā,*latè Mantic.*de tacit.& ambig.lib.*4. *tit.*8.*n.*13.*seq.*23.*seq.ac per totū,*Surd.*conſ.*28.*n.*82. *& seq.*Rot.*dec.*292.*n.*1.*p.*5.*& dec.*143.*n.*3.*p.*6.*rec.* Ossasc.*dec.*39.*n.*2.*& seq.*Andr.Censal. *dec.Lucen.* 80.*n.*27.Fontanell.*dec.*422.*n.*2.Staiban.Iun.*resol.* 20.*n.*37.*& resol.*38.*n.*6.*& seq.* 3.

Neque enim ambigitur quin in constitutione Procuratoris facta per priuilegiatos ad alienandam eædem prorsus solemnitates requirantur, quæ in alienatione ipsa intercedere habēt, Olea 4. *de ceſſ.iur.tit.*2.*q.*1.*n.*5. Rota apud Pic.*ad Statut. Vrb.dec.*3.*n.*4. & coram Merlin. *dec.*601.*n.*11.*& in Romana nullitatis obligat.* 3. *Iulij* 1618. *coram R.P.D. Dunozetto,*&in proximis terminis Ant.de Marin. *resol.*293.*n.*7.*lib.*1. ex quibus Senatus in hac parte amplectendo motiua decisionis, ac præcedentium Senatusconsultorum venditionem redditum Molendini infectam,nullius roboris, atque inefficacem censuit.

In nihilo refragante, quod fructus, seu annui redditus absque solemnitatibus alienari valeant, 5. Surd.*dec.*287.*n.*12.Cyriac.*contr.*32.*n.*12.*& contr.* 405. *à n.*6. *ad* 10. Thomaſ.*de Tut.& Cur. tit.*19. *n.*3133. obiectum enim procedit in distractione annuatim, aut ad breue tempus inita;secus autē in destinata ad longum tempus,in qua solemnitates requiruntur, Thomaſ. *de Tut.& Cur.tit.*19. 6. *sub n.*193.*verſ. attamen,* & latissimè prosequitur Baron.*de effect.minor.atat.*10.*per tot.* Staiban.iun. *resol.*38.*n.*1. *& seq. & n.*21. Ioan.Ant.*ab Eccleſ. obseru.*134.*sub n.*6.*verſ.& ideo istis,lib.*1.

Ex prædictis tamen cōuocato nimirum Cōmunitatis Nitiæ, extēsione capitulorum,instrumenti stipulatione cum illius vsu in iudicio pro executione negari non poterat,quin exinde tam Marchionis,quam Agētium Communitatis voluntas aliter contrahēdi diceretur,quā in priori tractatu à D.Marchione Ansaldo Imperiali subscripto contineretur; quippe quoniam ex actu etiam nullo partium voluntas comprobata re- 7. sultat,*l.fin.ff de reb.eor.&c.* Capyc.Galleot.*contr.* 39.*n.*34.*lib.*2.Ant.de Marin *resol.*1141.*n.*14.*lib.*1. Olea *de ceſſ.iur.tit.*2.*q.*5.*n.*21.*& seq.*Cyriac.*contr.* 263.*n.*46.Merlin.*dec.*447.*n.*16.*&* 17.*& dec.*537. *n.*6.Ludouiſ.*dec.*247.*n.*9.*&* 10.Altograd.*conſ.*27. *n.*15.*&* 16. *lib.*2. Rot. *dec.*44.*n.*16.*p.*9.*tom.*1.*rec.* repetita apud Carill.*dec.*239.& coram Eminentiss.Otthob.*dec.*37.*n.*30. Spad.*conſ.*281.*n.*2.*lib.*3. Tondut.*resol.*110.*n.*30.*p.*2.Rot.apud Salg.*in Labyrint.dec.*22.*n.*11.*&in Interamnen.hareditatis* 17. *Martij* 1653.*n.*6.*coram R. P. D. Peutingero.*

Optima subest ratio, quia voluntas à iure nō dependet,sed in facto consistit,*l.eum qui* 41.*& l.* 8. *triticum* 94. *ff. de Verb.oblig.* Rota coram Emin. Otth.*dec.*73.*n.*26.Merl.Pignat.*contr.*1.*n.*9.*cent.*2.

Per istum vero posteriorem tractatum prior 9. resoluebatur, Ruin. *conſ.*73.*n.*12.*lib.*2. Surd.*dec.* 291.*n.*2.vel necessario inferebatur contrahentes præceden

præcedentem contractum non habuisse pro absoluto; quod sola etiam inspectio scripturæ à D. Marchione Ansaldo firmatæ indicabat, dũ ante perfectionem contractus præcedere ex præcisa conuentione debebant assensus Serenissimi, solemnitates, cautiones, instrumentum, ac traditio
10. rei in stipulationem deductæ, quibus adhuc non præmissis contractus in fieri dicebatur, ac consequenter imperfectus, Gail. *pract. obseru.* 140. *n.* 10. *&* 12. *lib.* 1. Bardell. *cons.* 25. *à n.* 55. *ad* 62. Cyriac. *contr.* 208. *n.* 114. *& contr.* 581. *n.* 41. 42. *&* 43 Marcabrun. *cons.* 31. *à n.* 51. *ad fin.* Hering. *de fideiuss. c.* 20. §. 33. *n.* 2. *& seq.* Georg. Mund. *cons.* 12. *à n.* 21. *ad* 26. *lib.* 1. Leoncill. *dec. Ferrar.* 66. *n.* 4. Salgad. *in Labyrint. credit. p.* 1. *c.* 35. *n.* 29. *&* 37.

Imperfectio cõtractus, seu resolutio in simplicem tractatũ super contentis in modula capitulorũ à D. Marchione Ansaldo subscripta ex pluribus cõuincebatur, & primo quia non nisi postquam deuentũ fuit ad instrumentum solemniter celebratũ, & diuersimodè in pluribus à cõuentis in sæpius memorata scriptura contrahentes ad exequendũ tractatum se accinxerũt; siquidẽ no-
11. uerunt antea se omni actione destitutos, vt post Hermosil. optimè ratiocinatur, Salg. *in Labyrint. credit. p.* 1. *c.* 35. *n.* 30. *&* 35. Deinde quia Agentes Communitatis Nitiæ se obtulerũt daturos redditus Molendini cum solemnitatibus requisitis, debitis cautionibus, & assensu Serenis. quibus effectuatis D. Marchio Ansaldus facta promissione remittẽdi duas annatas cũ dimidia, oblationi prædictæ annuit. Vnde cum Communitas vitro
12. oblata adimplere non curauerit, intẽpestiuè, nulliter, ac sine actione ad prætensam executionem conditionaliter conuẽtorum properauit, Zacch. add. ad Gallesi. *de Camer. oblig. q.* 17. *à n.* 85. *ad* 100. *& post tract. dec.* 311. *n.* 15. *dec.* 139. *num.* 2. *& seq. & dec.* 145. *ex n.* 2. *& per tot.* latissimè Nig. *de except. c.* 8. §. 9. *n.* 1. *& per tot. fol.* 302 *& seq.*

Nec assensus Serenis. de an. 1653. in natiuitate expeditus in hac parte pro adimplemento suffragatur, ex quo contrahentes vigore illius non contraxerunt, vt in instrumento Io. Naci. 26. Octob. 1654. vsque adeo vt deseruire vlterius nõ
13. valeat influere in scripturam diuersi contractus à D. Marchione subsignatam, Surd. *dec.* 189. *n.* 3. Cyriac. *contr.* 143. *n.* 14. Vltra quod per illum D. Marchioni non erat iuxta cõuentiones sufficiẽter cautum, maximè pro annuo redditu in ratione quinq; pro cẽtenario in obligationẽ deducto super capitali in refectionem Molendini erogã-
14. do, super quo peculiariter Suæ Celsit. assensus requirebatur, Casti. *de Vsufr. c.* 54. *n.* 46. *& seq.* cum adductis per Cenc. *de censib q.* 23. *n.* 16. Hodiern. *contr.* 43. *n.* 33. & faciũt superius tradita § *in nihilo.*

Tandẽ quia ad omnimodã cautionẽ per Agẽtes Cõmunitatis stipulatã de prædictis omnibus
15. necesse reputatur, vt solemne, ac publicũ intercedat instrumentũ, Guid. Pap. *dec.* 582. *n.* 3. *vers. Itẽ in contract. cum Eccles.* Burat. *dec.* 408. *n.* 6. Post. *ref.* 66. *n.* 22. Bonden. *collect. leg.* 27. *n.* 63. *& collect.* 39.
16. *n.* 87. *&* 88. ea mouentur ratione, quia in priuata scriptura solẽnitates interuenire nequeunt, Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. leg. c.* 24. *sub num.* 11. *vers. & alienatione rerum minoris.*

Nec quicquam absurdius excogitari poterat, quã quod sententiæ Senatus solẽnitates suppleuerint, atq; assensum Principis consolidauerint.
17. Quippe quoniã res iudicatæ subsistentiã præseferẽtes nihil ponunt in esse, sed ab initio subiectũ, circa quod versatur quæstio quoad effectus iuris, qualiter præexisteret in esse declarant, *l. Si sicuti* 8. §. *sed si quæratur,* ibi, *non debet constitui, sed quæ est declarari, ff. Si seruit. vindic.* Cyriac. *contr.* 311. *n.* 7. Socin. iun. *cons.* 45. *n.* 2. *lib.* 2. Merl. Pignat. *contr.* 43. *n.* 6. *cent.* 2. Grat. *discept.* 37. *n.* 11. San Fel. *dec.* 108. *n.* 41. Quanto igitur minus Senatuscons. quorũ subsistẽtia ex prædictis infirmatur, robur scripturæ penitus informi tribuere potuissent.

Pluries interim, multóque, & signanter illicò specificè, ac primario in adimplemẽti exceptionẽ hoc pendente iudicio contra schedulã à D. Marchione Ansaldo subscriptã, eius nomine oppositum cum appareat, subsecuta oblatio adimplẽdi 18.
promissa per Communitatẽ ad nihilum prorsus deseruit, Crauet. *cons.* 192. *sub n.* 16. *vers. nec audiretur,* Bec. *cons.* 45. *n.* 50. Gratian. *discept.* 512. *n.* 14. *& discept.* 531. *n.* 9 *& discept.* 534. *n.* 28. *& discept.* 546. *n.* 24. *& discept.* 853. *n.* 67. *&* 68. Grass. *de except* 13. *sub n.* 56. *ver.* 2. *casu,* Niger *de except. c.* 9. §. 13 *n.* 10. vbi quod absoluatur reus saluo actori iure melius agendi. Quinimo nec opus videtur speciali exceptione non implemẽti iure ipso cũ dicatur 19.
opposita, Rim. iun. *cons.* 52. *n.* 12. Grass. *de except.* 13. *n.* 52. vbi reprobat Magon. contrariũ tenentẽ, Gratian. *discept.* 853. *n.* 1. Niger *de except. c.* 9. §. 5. *n.* 7. Rub. ad Rot. *dec.* 81. *n.* 80. *in fin. p.* 8. *rec.* cum iudex illam ex officio supplere teneatur, Grass. 20.
de except. 13 *n.* 53. Gratian. *d. discept.* 853. *n.* 1. Niger *de except. c.* 9 §. 5 *n.* 15. Rub. ad Rot *d. dec.* 81. *n.* 81. *&* 82. *p.* 8. *rec.*

Vltra quod oblatio intempestiuè deducta ad solemnitates adhibendas restringitur, de assensu vero Serenis. prius ex pacto peculiari obtinendo, ne verbũ quidẽ facit, idcirco insufficiẽs redditur, 21.
stante quod ex non implemẽto etiã minimo adimplere obstrictus, si proponat in iudicio actionẽ repellitur, Surd. *cons.* 52. *n.* 35. *& cons.* 369. *n.* 36. Grass. *d. except.* 13. *n* 39. *&* 45. Gratian. *discept.* 853. *n.* 1. *& discept.* 944 *n.* 43. Moec. *in Silu. cas. forens. c.* 4. *n.* 3. *& seq* Rot. *dec.* 192. *n.* 12. *& seq. p.* 5. *& dec.* 203. *n* 28. *p.* 6. *& dec.* 81. vbi not. Rub. *n.* 77. *p* 8. Andr. Censal. *dec. Lucens.* 34. *n.* 3. Card Otthob. *dec.* 131. *n.* 28. Pen. *dec.* 637. *n.* 8. Botti. *de success. ab intest. c.* 1. *Theorem.* 29. *n.* 5. cum add ictis *supra,* §. *Imperfectio, in fin.* Assensus namque obtentus de ann. 1653. in natiuitate non suffragatur, vt dictum fuit *suprà, in* §. *Nec assensus.*

Scripturam igitur tractatus subscriptione D. Marchionis Ansaldi munitã ex præmissis nõ afficere resolutũ fuit, idcircò teneri Agentes Cõmunitatis Nitiæ annuam responsionẽ ordinarij soluere tam pro decursis, quã in futurũ decurrẽdis, & restituere pecunias vnà cum interesse cõuento in refectionẽ Molẽdini casu fortuito postea diruti conuersas, qua versione attẽta annul- 22.
lato etiam cõtractu Communitas ad restitutionẽ obligata remansit, ex quo locupletior euasit. V. P. Melius *alleg.* 64 *n.* 21. *lib.* 2. & post ipsum, & alios Bond. *collect. leg.* 38 *n.* 81. Si quidẽ casus fortuitus excrescẽtiæ fluminis, & destructionis Mo- 23.
lendini non solũ de iure cedit dãno proprietarij, Cyriac. *contr.* 61. *n.* 25. *& contr.* 431. *n.* 12. Verum etiam ex pacto per vtramq; partẽ admisso, quod iterata refectio in casu destructionis Molendini, qui euenit, ad Cõmunitatem spectaret reuocato dũtaxat in dubium, an Communitati, núm ve D. Marchioni exbursare pecunias pro secunda reædificatione incumberet, vt simplex lectura cõuentionum, & processus indicabat, ex nimio autem aquarum profluuio casus contingens inter 24.
fortuitos connumeratur, *l.* 2. *ff. de admin. rer. ad Eccles.*

Eccles.pertin.l.fistulas 78.§.frumenta, ff.de contrah.
empt.Sebast.Medic.de cas. fortuit.p.1.q.12.n.1.&
2.& p.2.q.3.n.8.Contr.discept.39.n.4.7.& 8.Nõ
impediens,quominus alienatio de tempore con-
tractus vtilis sustineatur;nam futuræ calamita-
25. tes contractum antea gestum non euertunt,Gra-
tian.discept.45.n.8.& 13. Peregr.de fideic.art.40.
sub num.32.vers.nam futura,propè fin Ioan.Carol.
Antonell.de tempor.legal.lib.1.c.35.n.2. & 3.

Nec applicari videbatur quod fauore Com-
26. munitatis cõtractus claudicet, & ea volente etiã
sine solemnitatibus sustineatur;velle autem ipsã
stare contractui ex petitione illius obseruantiæ
necessario inducebatur, Gratian. discept. forens.
27.n.41. Pigant. ad Statut. Ferrar.rubr.90.n.11.
Thomas.de Tut & Cur.tit.19.num.3360.fol.811.
alios recenset Bonden. Collect.legal.36. n.10. Si-
quidem verum indistinctè non præexistit, ma-
iorem cum priuilegiato contrahentem sine so-
lemnitatibus obligari,& contractum claudicare;
27. quoniam priuilegiatus agens repellitur, nisi, &
ipse promissa prius, aut vnico contextu adim-
pleat,Laderch.cons.126.sub n.6.propè fin.vers.ne-
que enim,Surd.cons.52.n.40.& 41.& cons.576.sub
n.31.vers.quod minor, Ludouis. decis.467. n.5.&
sub n.16.vers.benè verum,Rota decis.285.n.3.p.2.
rec.Thomas.de Tut. & Cur.tit.19.n.3363.fol.811.
Sperell.decis.155.n.27.Baton.de effect.minor.ætat.
1.num.19. in fin. Eoque magis mox dicta in facti
specie militant,ex quo Communitas se daturam
redditus Molendini debitis præcedentibus cau-
telis, atque assensu promisit.

Neutra ergo ex modulis capitulorum subsi-
stit;omni in casu inserta in instrumento vti ma-
28. gis specifica, ac latius extensa præponderaret,l.
Si ita scriptum 47.§.in testamento, ff.de Hæred.in-
stit.l.Si quis ex argẽtariis 56.§.initium, ff.de eden.
Marescot. var.resol.82.n.3.lib.1. Rota decis.671.
n.3.p.1.diuers. Bonden.Collect.36.n.65.nisi partes
vtramque viriliter impugnarent.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator in iudicio non auditur nisi prius purgato spolio cum restitutione fructuum, & n.34. Fallit si incontinenti doceat de iure suo,n.10. Declara,vt n.11.*
2 *Fructus in spolio,à quo die debeantur.*
3 *Extrema in spolio sunt antiquior possessio spoliati,& moderna spoliatoris.In iudiciali vlterius requiritur iniustitia iudicati,n.4.*
5 *Possessio de quo tempore probanda in spolio.Spoliatoris probatur ex confessione emissa in precibus,n.6.*
7 *Extremum secundum, hoc est possessio spoliatoris lenioribus contentatur probationibus.*
8 *Exceptio,dolo petis,&c. in spolio non admittitur. Boni iuris de quo constat per confessionem partis, aut rem indicatam opponitur in spolio,n.9.*
12. *Scriptura post centum annos recognitionem non requirit. Extracta ex Archiuio quando non probet, n.15.*
13 *Data sola antiquitatem scriptura non probat.*
14 *Instrumenti requisita vt probet, & n.16.*
17 *Identitas bonorum non probatur ex generalitate finium. Cum feudalitate vrgentiores requirit probationes,n.19.*
18 *Bona præsumuntur allodialia. Non expressa inter feudalia, allodialia præsumuntur, n.27. Allodialia præsumuntur si pro talibus habentur,n.28.*
20 *Feudalitas est probanda à se fundante in ea.*
21 *Dominium concludenter probandum est pro feudi deuolutione. Ex inuestitura,& inuentario contra tertium non probatur, n.22.*
23 *Feudalia præsumuntur bona vbi maior pars talis est.Declara vt,n.24.& n.25.*
26 *Præsumptiones in claris non attenduntur.*
29 *Allegare alienationem nõ sufficit,nisi probetur.*
30 *Pro Reintegratione,actio realis cum hypotheca competit. Contra vt,n.31.Cõcorda vt,n.32.*
33 *Pupillo tacitè obligata sunt bona administratoris.*

OBSERVAT. CXIX.

NVLLO prorsus iuris seruato ordine,
de facto,propria auctoritate, manibus,
vt aiunt, armatis, Capitulum Cathe-
dralis Tridentinæ de bonis modo in contro-
uersiam,quoad indebitam dumtaxat occupatio-
nem,deductis,Illustriss. Castrobarcenses quieta,
pacifica, ac paulo prius reintegrata possessione
spoliauit;Vnde nonnisi purgato prius per resti- 1.
tutionem proprietatum cum fructibus vsque ad
obolum spolio, Capitulum & in iudicio audiri
nullatenus debet,l.Si quis ad se fundum 7. C.ad l.
Iul.de vi pub.l.1.C.Si per vim,c.1. & c.in litteris,
ext.de restitut.spoliat.Peregr.cons.133.n.1.cum seq.
Rota decis.172.n.6. & 7. p.5. rec. dixi allegat.20.
n.7. lib.2. & nunc addo Cyriac.contr.389.n.9.&
13. Rot.apud Post. de manuten.decis.436.num.3.
Surd.cons.28 n.30.& seq.Sperell.decis.100.n.9.&
10.Fontanell. decis.450.n.27 & decis.516.num.8.
Giouagn. cons.5. n.6.seq.ac per tot. lib.1. Ciarlin.
contr.141.n.4.& seq. Thomat. decis. Macerat.73.
n.3.latè Buratt.decis.449.n.6.& seq.cum ibi not.
per Ferentill. & decis.731. Mart.Medic.ad decis.
Senen.examinat.56. n.3. Contr. discept.45. n.12.
Bonden.collect.38.n.160.Andr.Censal.dec.5.n.15.

Cæterum cum illicò ac successit spolium,Il-
lustriss.Barones remedium reintegrandæ aduer-
sus Capitulum intentauerint,non est cur ingre-
diamur quæstionem illam, an fructus spoliatis à
die litis cõtestatæ,num vero à die occupationis 2.
debeantur; de qua secluso concursu vtriusque
actus, litis scilicet contestatæ, & occupationis
indebitæ tractant, Bart.in l.3.ff.de interdict.Ioan.
Fab.in §.retinendæ,n.12.& 15.in fin.instit.de inter-
dic. Menoch.de retin.poss.remed.3 n.289.Seraph.
dec.835.n.2.& 3.Gratian.discept.206.n.14.& 15.
& discept.581.n.14.& seq. dixi allegat.19. n.33.
lib.2.& nunc addo Rot.apud Post.de subhast.dec.
100.n.3.4.& 5.Ioan.Bapt.Antonell cons.77.n.21.
cum seq. & bene explicat Rota coram Buratt.
decis.449.n.1. ac per tot.cum ibi notatis.

Nec ambigitur,quin extrema ad obtinendum
in spolio requisita, nimirum antiquior Castro-
barcensium,& moderna Capituli possessio con- 3.
currant,Inno.in c.sæpè,de restit.spoliat.& in c.post
electionem,in fin.de concess.præb.Surd.cons.28.n.22.
& 23.vers.quibus tamen,24.& seq.Rota dec.476.
n.1.p.2.rec. Ioan.Bapt.Antonell. cons.82.n.16.&
17. Gratian. discept. forens.948.n.45. Menoch.de
recuperan.remed.9.n.265. Thom. decis. Macerat.
73.n.4. Afflict.decis.327.n.2. Marescot.var.reso-
lut.59. num.1. lib.1. Post. de subhast. inspect.58.
n.64.& 65.Buratt.decis.736.n.4.Merl.dec.25.n.1.
&

& *decis.*774. *num.* 1. Quicquid dicendum veniret, si non in priuato, sed in iudiciali spolio res
4. ageretur; tunc enim præter duo extrema superius recensita, iniustitia quoque sententiæ prærequiritur, Caphal. *cons.*675. *num.*10. Marescot. *var. resol.*59. *num.*25. *lib.*1. Antonell. *dict. cons.*82. *num.*17. Post. *de subhast. d. inspect.*58. *num.*66. Ludouis. *decis.*485. *num.*3.

Ex parte Castrobarca quoad bona ad Castrum Roblini, & in Valle Cauedinis possessio concludenter probata resultat, non tam ex actitatis prima vice coram Prætore Riuereti tanquam delegato Serenissimi Archiducis circa reuisionem æstimationis prædiorum Sarchæ, cum executione ad fructuum perceptione subsecuta in aliis bonis ad Principem Madrutium spectantibus; Verum ex reintegratione in eorundem possessione Illustrissimis Baronibus iterum ab eodem Prætore de mandato Inuictissimi Cæsaris, ac Serenissimi Archiducis adiudicata, quemadmodum ex processibus, scripturis, & iuribus exhibendis apertissimè liquet; Siquidem ad effectum reintegrandæ non requiritur probatio possessionis de tempore præciso spolij, cum satis sit docere quod
5. Agentes ad reintegrationem aliquando ante spolium possederint, per text. apertum *in cap. olim, il* 3. *de restit. spol.* Rol. *cons.*6. *num.*36. *lib.*2. Menoch. *de recuper. remed.*15. *num.*386. Marescot. *var. resol.*59. *num.*6. *lib.*1.

Capituli spoliatoris ex latere moderna occupatio non controuertitur, sicuti euidenter conuincunt supplices libelli per Reuerendissimum Capitulum Serenissimæ Celsitudini Vestræ porrecti; alter sub die 17. Augusti; alter sub die 12. Octobris anni proximè effluxi super huiusmodi
6. prætensa possessione principaliter emanati, per quam sanè confessionem secundum extremum in spolio probari colligitur, ex text. *in l. cum precum*, 9. *C. de liber. caus.* Ludouis. *decis.*458. *num.*6. Thomat. *decis. Macerat.*15. *num.*9. Rot. in terminis apud Post. *de manuten. decis.*461. *num.*5. & *decis.*536. *num.*3. & *decis.*190. *num.* 9. *part.*7. *recent.* ad cuius extremi probationem litis contestatio, illiusque prosecutio adminiculata ex confessione Capituli contendentis se possidere inducunt, Ludou. *decis.*362. *num.*3. Verall. *decis.*369. *part.*2. Rot. apud Mangil. *de subhast. decis.*106. *sub num.*4. Marescot. *var. resol.*59. *num.*28. & 29. *lib.*1. Rot. *decis.*228. *num.*4. *part.*7. *recent.* ea ratione, quia per
7. probationes leuiores secundum extremum in spolio optimè deducitur, Rot. *dict. decis.* 228. *num.*5. *part.*7. *recent.* Marescot. *var. resol.*59. *num.*26. *lib.*1. Post. *de subhast. dict. inspect.*58. *num.*62. Ex quibus cum de spolio concludenter liqueat, inde propterea fit vt restitutio possessionis bonorum aliquo sub prætextu retardari nequeat.

Huic vero assertioni prætensio Capituli, quod de illius optimo iure in meritis constet, nullatenus obesset. Siquidem omisso non constare de prætenso Iure Capituli obiectum in actione spolij, seu reintegrationis intentata per Illustrissimos Barones de Castrobarco non applicatur, etiamsi secuta reintegratione Capitulo Ius aliquod cōpeteret; adeovt ipsis Baronibus de Castrobarco ex-
8. ceptio, *dolo petis, quod statim erit restituendum*, resisteret; quippe quoniam huiusmodi exceptio spolij in iudicio non admittitur, Peregr. *consil.*2. *num.* 62. *lib.* 1. Cyriac. *d. controuers.*389. *num.*16. Post. *de subhast. dict. inspect.* 58. *num.* 96. & *post tract. dec.*106. *n.*20. & *in addit. decis.*131. *n.*21.

Prætensio igitur Capituli circa bonum Ius non suffragatur ad impediendam Dominis Baronibus reintegrationem, ad quem effectum requireretur, quod de bono Iure Capituli per confessionem 9.
agentium, aut per rem iudicatam appareret, Bero. *in cap. litteris, sub num.*4. *vers. secundo quia, de restit. spol.* Imol. *in l.*1. *num.*8. *ff. de nou. oper. nuntiat.* Rota *decis.*557. *num.*5. *part.*1. & *decis.* 741. *num.*5. *part.*2. *recent.* Thomat. *decis. Macerat.*116. *num.*39. Cyriac. *controuers.*389. *num.*15. Rota apud Post. *de subhast. in add. d. decis.*131. *num.*20.

In nihilo refragante, quod de Iure ipsius Capituli ex Inuentario, & Inuestitura incontinenti 10.
constare dicatur; quo casu reintegratio cum purgatione spolij excluditur, Innoc. *in c. Constitutus, ad med. vers. secundum autem omnes, de fil. presbyt.* Franc. Marc. *decis.*116. *sub num.*11. *vers. Tum etiam quia, part.*1. Gratian. *discept. forens.*494. *num.*7. & 8. Thomat. *decis. Macerat.*80. *num.* 10. Istud enim procedit duobus concurrentibus; altero quod possessio ad manus spoliatoris sine vitio peruenerit; altero quod de dominio spoliatoris, & de non Iure spoliati clarè, & euidenter appareat. Adeovt ex actis constet notoriè de bono Iure possessoris 11.
conuenti ita indubitanter, vt contrarium per Illustrissimos Dominos Barones de Castrobarco probari non posset, Honded. *cons.* 24. *numer.*68. *lib.*2. & bene ex professo declarat Ciarlin. *controuers.*141. *a num.*23. *vsque ad num.* 32. qui meretur videri, cum de intelligentia Inuestituræ quoad præsentem articulum exactissimè discurrat. Cumque in facti specie quoad Capitulum neutrum intercedat, ex quo auctoritate propria, & cum vitio adeptum fuit possessionem, nec Iura ab eo deducta quicquam releuant, ea propter instita spolij purgatio omnino decernenda venit.

Siquidem Instrumenta, seu potius ex illorum facie scartatacia Inuestituræ sub anno 1389. & Inuentarij sub anno 1408. intentionem Capituli pro prætensa allodialium subrogatione in deficientiam feudorum, minúsve allecta bonorum in controuersiam deductorum feudalitate, fundare nullatenus valent. Quamvis enim, vt Capitulum in suis precibus exprimit, in antiquissimis vltra tercentum, ac respectiuè biscentum quinquaginta annos versemur; ob quam tantæ temporis antiquitatem Capitulum instrumenta in forma probanti existere prætēderet, ex quo lapsus annorū centum 12.
solummodo sufficit ad hunc effectum, vt scriptura recognitione non egeat, Crauet. *de antiq. temp. in princip. num.*1. Menoch. *de arbitr. cas.*3. *num.*6. Rot. *decis.*167. *num.*43. *par.*1. *recent.* coram Ludouis. *decis.*389. *in annot. gloss.* A. Afflict. *decis.*243. *n.*3. & *decis.*251. *n.*6. Caualer. *decis.*618. & *decis.*625. *in vtraque, num.*1. Rot. *decis.*184. *num.*6. & 7. *par.*6. *recent.* & apud Tanagl. *de Suc. Rot. Roman. Auditor. cap.*8. *numero nono, fol.*147. & *cap.*18. *num.*52. *fol.*256.

Attamen data sola, antiquitatem scripturarum non probat, nam scripturæ, seu Instrumenta mo- 13.
derna confici possunt cum data antiqua, Put. *decis.*186. *lib.*3. Pen. *decis.*51. *num.*8. Cauder. *dec.*518. *num.*2. quod procedit etiam in antiquissimis, cessantibus adminiculis, Ludouis. *decis.*393. *num.*2. ibi adden. *num.*5. Merlin. *decis.*51. *num.*6. vbi reprobatur Gratian. *discep. forens.*554. *num.*39. distinguens antiqua ab antiquissimis, Buratt. *decis.*290. *num.*8. & *in addit. gloss.* C. Rot. *dec.*187. *num.*10. *part.*5. *recent.* vbi *num.* 13. quod antiquitas non defendat scripturam à defectu in substantialibus, vbi interper

per præcisè loquitur de inuestituris, quæ ab Othone I. Imperatore prætendebantur emanatæ, Gratian. *discept. forens.* 447. *n.* 37. *& discept.* 474. *num.* 18. Rot. apud Tanagl. *de Sacr. Rot. Rom. Auditor. cap.* 8. *num.* 9. *vers. secundo antiquitatem, fol.* 147. *& cap.* 18. *num.* 44. *&* 45. *fol.* 255. Duran. *decis.* 6. *num.* 14. Rot. apud Post. *de manuten. decis.* 53. *num.* 3. Concludentes quod si controuertatur substantia instrumentorum, ita quoque, & ipsorum antiquitas controuersa præexistat.

Superius dicta quoad inuentarium nullam prorsus inuoluunt dubietatem, stante quod om-
14. nibus ad substantiam publici instrumenti requisitis caret, nimirum Notarij subscriptione, testibus, expressina loci, ac aliis substantialibus, de quibus per glos. *in l. Generali* 3. *in verbo seruituti, vers. Item ordo instrumentorum, C. de Tabular. & Scrib. lib.* 10. Dec. *cons.* 447. *num.* 4. *& seq.* Couar. *pract. quæst. cap.* 20. *num.* 3. *& seq.* vbi quod nec consuetudo valeat, vt instrumentum absque loci expressione conficiatur, Rebuff. *in tract. de Chirograph. & Schedul. in præfat. sub n.* 7. *vers. quarto inferunt,* Rot. apud Tanagl. *de Sacr. Rot. Rom. Aud. cap.* 8. *sub num.* 9. *vers. vnde cum ex facie scripturæ, & in Tiburtina Castri S. Angeli.* 26. *Iunij* 1641. §. *& fundamentum, coram R. P. D. Peutingero,* Alex. Galuan. *cons.* 22. *num.* 36. *& seq.* cum adductis per Cyriac. *controuers.* 406. *num.* 2.

Animaduertendo insuper quod assertio Capituli de extractione instrumentorum ex Archiuio Episcopali nil refert, dum non constat de attestatione, seu subscriptione officialis præfecti; stare enim simul possunt, quod aliqua scriptura sit reperta in Archiuio, & quod non sit de
15. Archiuio, cum euenire potuerit, quod nunc, seu paulo ante illorum extractionem priuata manus ibi ea immiserit, Dec. *cons.* 458. *num.* 5. Corn. *cons.* 142. *num.* 6. *lib.* 3. Osasc. *decis.* 69. *num.* 2. *& seq.* Rota coram Andr. *decis.* 88. *num.* 6. Gratian. *discept. forens.* 582. *n.* 1. *& per tot. & discept.* 736. *num.* 35. *vsque ad* 40. qui scripsit in prædicta causa Rotæ coram Andrea, *& decis.* 135. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* Vnde cum in facti specie de requisitis, vt instrumenta dicantur ex Archiuio extracta, non constat, frustra superinde Capitulum se fundat.

Ex combinatione igitur supplicata per Capitulum ad Sereniss. Celsitudinē vestrā inter inuentarium, & inuestituras cum bonis modo in controuersiam deductis, pro eorundem identitate probatum nihil resultare posset; non so-
16. lum quia huiusmodi instrumenta, quemadmodum mox dicebamus, probationis gradum aliquem, vel minimum non faciunt, Rimin. iun. *cons.* 126. *num.* 25. *& seq. & cons.* 384. *num.* 18. *&* 23. Surd. *cons.* 187. *num.* 11. *& seq.* Cyriac. *d. controuers.* 406. *num.* 2. cum adductis supra §. *superius dicta*; Verum etiam, ac multo magis quia bona in inuentario descripta, non tam à bonis antecedenter in inuestitura expressis, quam etiam à controuersis longè diuersificantur, etiamsi in demonstratione, situ, via, regione, & aliis gene-
17. ralibus conuenirent; quæ certè identitatem nullatenus probant, Corn. *cons.* 165. *propè fin. ibi, & qualitates in eo descriptæ possunt conuenire alij petiæ terræ, lib.* 3. Rot. *decis.* 281. *num.* 1. *par.* 1. *diuers.* & coram Buratt. *decis.* 602. *sub num.* 11. *vers. etiamsi sint generales*, vbi concursum specialis demonstrationis requirit, Peregr. *cons.* 48. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. & ad rem optimè Rol. *cons.* 98. *num.* 24. *lib.* 1. Merlin. *decis.* 167. *num.* 2. *&* 3. *& decis.* 396. *sub num.* 12. *vers. & ad probandum, & decis.* 295. *num.* 8. *& seq. part.* 1. *& decis.* 96. *num.* 4. *&* 5. *par.* 7. *recent.* & in puncto inuentarij Ecclesiæ, Mart. Ventur. *cons.* 11. *num.* 74. *&* 75. Rota *in Romana Vinea* 27. *Aprilis* 1646. *num.* 5. *coram Eminentissimo Corrado, &* 7. *Iunij* 1647. *num.* 1. *coram eodem,* Contr. *discept.* 18. *n.* 5. *& seq.*

Fortius mox dicta sibi locum vindicare existimo, quia Capitulum ex informibus documentis, non tam bonorum identitatem, quam eorundem feudalitatem probare satagit; in
quo sanè articulo cum iuris præsumptionem 18.
contra se habeat, ex quo bona præsumuntur de iure allodialia, Bal. *in cap.* 1. §. *è contrario, n.* 2. *de inuest. de re alien. facta,* Menoch. *cons.* 395. *n.* 4. dixi *allegat.* 85. *num.* 17. *& allegat.* 95. *num.* 12. *lib.* 2. quod in casu nostro multo magis procedit, ex quo versamur in prædiis rusticis suaptè natura liberis, & allodialibus, Crauet. *cons.* 662. *num.* 11. *in fin. & num.* 14. Cæphal. *cons.* 250. *n.* 4. *& seq.* Menoch. *cons.* 395. *num.* 5. Surd. *cons.* 311. *sub num.* 6. *vers. & multo magis,* Rosental. *de feud. conclus.* 14. *& in glos. H.* Ciarlin. *controu.* 141. *n.* 42. Rota *in Auriacen. Laudemij* 29. *Aprilis* 1650. *n.* 1. *& seq. coram Reuer. Cerro.*

Inde propterea fit, vt vrgentiores pro identi-
tate cum qualitate feudalitatis requirantur pro- 19.
bationes, Cæphal. *cons.* 438. *n.* 21. Surd. *cons.* 151. *num.* 25. Duran. *dec.* 28. *sub num.* 18. *vers. sed etiam,* Buratt. *decis.* 276. *num.* 3. Laurent. Vrsell. *in verb. Allodialis, concl.* 93. *sub num.* 4. quæ cum in præsentiarum non extent, ideo nec identitas, nec feudalitas probatæ existunt; cum tamen à Ca-
pitulo feudalitatem prætendente eadem probari 20.
concludenter debebat, *cap.* 1. §. *inter filiam, & §. defuncto milite*, & ibi Docto. *Si de feud. fuer. controuers.* Rota *decis.* 164. *num.* 34. *par.* 6. *recent.* cum adductis per nos *allegat.* 54. *num.* 1. *lib.* 2. Rot. *in Asten. feudi* 18. *Iunij* 1584. *n.* 1. *seq. & per tot. coram R. P. D. Bubalo.*

Vbi autem citra veritatis dispendium inuestitura, & inuentarium in Archiuio legali reperta fuissent, faciemque publicorum præseferent instrumentorum, in nihilo tamen contra tertios potissimum obsisterent. Quandoquidem
agens ad deuolutionem rei feudalis ob lineam 21.
finitam, dominium concludenter probare tenetur, Bursat. *cons.* 292. *num.* 1. Curt. iun. *cons.* 156. *num.* 6. Crauet. *cons.* 157. *num.* 13. Mart. *cons.* 10. *num.* 59. cum adductis per Thomat. *decis. Macerat.* 60. *n.* 1. Gratian. *discept. forens.* 533. *n.* 43. *&* 44. dixi *allegat.* 81. *num.* 13. *& alleg.* 83. *num.* 9. *lib.* 2. & nunc addo Rot. *in Romana Vinea* 27. *Aprilis* 1646. *num.* 4. 6. *&* 7. *coram Eminentissimo Corrado, & in Mediolanen. prætensæ deuolutionis* 11. *Februarij* 1650. *num.* 8. *coram R. P. D. Meltio, & in alia Mediolanen. prætensæ deuolutionis* 1. *Iulij* 1655. *num.* 1. 2. 4. *&* 11. *coram eodem Meltio, & in Vercellen.* seu *Casalen. bonorum* 10. *Maij* 1658. *num.* 1. *&* 12. *coram R. P. D. Beuilaqua,* nunc impressa apud nos in addit. ad Castill. *de alim. dec.* 127. *& in Romana Vinea* 21. *Iunij* 1654. *n.* 6. *coram Reuer. Cerro.*

At concludens dominij probatio contra nos vti tertios, neque ex inuentario, minúsve ex in-
uestitura eorundem etiam legalitate præsuppo- 22.
sita desumi præsumitur, *cap. inter dilectos, propè fin.*

fin.de fid.instrum. Gratian. *d.discept.*533.*num.*44. Thomat. *dict.decis.Macerat.*60. *num.*2.*&* 3. Rosental. *de feud. cap.*6. *quaest.*70.Cyriac.*controu.*178. *num.*63. & dixi *alleg.* 10. *num.*143. *fol.*169. *lib.* 1. & *allegat.*18. *num.*12. & *allegat.*81. *num.*14.*lib.*2. quibus accedit Rota *in Assisien. Bonorum* 17. *Maij* 1641. *num.*3. *& seq.coram Illustrissimo & Reuerendissimo Episcopo Patauino*, & *in dicta Mediolanen. praetensa deuolutionis* 11.*Februarij* 1650.*num.*9. *& seq. coram R.P.D. Meltio.*

Quibus neque resistit ratiocinatio Reuerendissimi Capituli in supplicibus libellis Cels. vestrae porrectis, ex eo deducta, quod cum in illis regio-
23. nibus maior pars bonorum feudalitati obnoxia reperiatur; haec quoque in illis sita feudalia praesumantur, Isern. *in cap.* 1. *de contron. inter mascul. & Foem. de benef.* Schrad. *de feud.part.*3.*cap.*4. *numer.*54. *&* 55. dixi *alleg.*29. *num.*27. & prius *allegat.*19. *num.*18.& *alleg.*54. *num.* 9. *lib.*2. Menoch. *cons.*181. *num.*98. & *praesumpt.*101. *n.*11.*lib.*3.Cancer. *var. resol.cap.*11. *num.*40. *lib.*1. Mart. Ventur. *cons.*11. *n.*96.

Pluribus enim huic obiecto occurritur, & primo non verificari in facto, quod in illis regionibus maior pars bonorum in feudum recognosca-
24. tur, & tamen praetendens feudalitatem ex eo quod in regione maior pars bonorum feudalis praeexistat, id probare tenetur, ad late tradita per Surd. *consil.*135. *à num.*69. *ad* 76. & *consil.* 151. *sub num.*27.vbi quod argumentum procedit, quando agitur de vnico integrali corpore, vno manso,& vno praedio, Menoch. *praesumpt.*101. *num.*54.*lib.*3. Fulgin.*de Emphyt.tit.de contract.Emphyt. quaest.*25. *num.*12. dixi *dict. alleg.* 54. *num.*37. *lib.* 2. Rosental. *de feud. cap.*12. *conclus.*15. *num.*10. *&* 19. & *num.*47.

Deinde quia argumentum huiusmodi à maiori
25. parte non procedit, nisi in contiguis, & inter Vassallum,& Dominum,vt *in cap.*1. *in fin.de cont. int. masc. & Foem.* Isern. *in cap. Imperialem*, *numer.*67. *de prohib.feud.alien.per Frideric.*Rosental. *de feud.d.cap.*12. *conclus.*15. *num.* 31. & dixi *dicta allegat.*54.*n.*37. *lib.*2.

Tandem quia cum simus in claris ad praesum-
26. ptiones recurrendum non venit, *l.Continuus* 127. *§. cum ita, in fin.ff.de verb.oblig.* Cyriac.*contr.*112. *num.* 8. *&* 9. quippe quoniam ad eas tantum in dubio recurritur;hic autem quaelibet perplexitas cessat, dum in praetensis Inuentario, atque Inue-
27. stitura quaedam praecise bona describuntur; adeo vt inibi non descripta feudalia minime reputentur, Alexand. *consil.*29. *num.*25. *lib.* 1. Schron. *de feud.lib.*2. *disput.*3.*Thes.*62. Menoch.*de praesumpt.* 91.*num.* 16. *lib.*3. Rosental. *de feud. cap.* 12. *conclus.*14. *num.*32. Buratt. *decis.*276. *num.*4. *in fin. & num.*5.

Praeterquam quod ex precibus Capituli apertissime infertur ex terris controuersis adesse allodialia, quae pro reintegratione feudalium à Madrutiis successiue alienatorum, idem Capitulum praetendit, in tantum quod ratiocinario eiusdem ducta à maiori parte ad residuum destruitur; si enim ex confessione Capituli allodialia adsunt, certe ex eo quod maior pars feudalis praesupponi-
28. tur, exinde totum feudale esse non sequitur;siquidem talia nimirum allodialia praesumuntur, si pro talibus habeantur, Curt. iun. *consil.* 41. *numer.*15. *prope fin.* Surd. *consil.* 311. *num.* 13. & *sub num.*58. *vers. respondetur etiam*, *& seq.* Crauet. *cons.*157. *num.*2. Rot. *in dict. Auriacen. laudemij* 29. *Aprilis* 1650. *num.*5. *coram Reuerendissimo Cerro.*

Caeterum praetensio Capituli tot allodialia recipiendi, quot feudalia mensae Episcopalis distracta à Madrutiis asseruntur, nec in facto, nec in Iure subsistit. In facto quidem, quia praetensae alienationes nullibi apparent, & tamen asserenti 29.
alienata feuda onus probandi incumbit, *l.* 1. *in princ. iuncta gloss. in verb. dicatur*, *ff. si quadrup. paup. fecis. dic.* Cyriac. *controu.*14.*n.*8.& *contr.*132. *num.* 19.

In Iure autē multo minus;quia cum bona nunc controuersa de facto per Capitulum occupata, & prius Illustrissimis Baronibus de Castrobarco in satisfactionem eorum crediti iudicialiter assignata pro praetensa feudorum reintegratione in nihilo prorsus obnoxia erga Capitulum reputantur; quamvis enim non desint sustinentes, quod
pro huiusmodi reintegrationibus etiam realis 30.
actio cum hypotheca competat, Thesaur. *q.*84. *lib.*2. Cyriac. *controu.* 282. *num.*26. *& seq.* & ibi Flauius Tortus, *num.*43. *& seq.*

Attamen contraria opinio sicuti magis recepta,
ita verior existimatur; iuxta quam quoquo mo- 31.
do grauatus bona restituere,si bona distrahat personali tantum actione ad reintegrandam obstringitur,Peregrin.*de fideicomm.art.*40. *num.*14.*&* 15. Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*92.*num.*6.*seq.ac per totam*,Merlin.*de pignor.& hypoth. lib.*3.*quaest.*3. *num.*10. *ac per totam*,vbi contrariis satisfacit,Hodiern. ad Surd. *decis.*76. *in fin.* Cancer. *var. resol. lib.*1. *cap.*2. *in moderna impressione*, *num.*103.Censal. ad Peregrin. *de fideicom. art.*45. *fol.*470. *vers. neque huic conclusioni*, Anton. de Amat. *var. resol.*81. *num.*22. *&* 23. & hanc opinionem quoties
de dolosa,& fraudulenta alienatione non constat, 32.
pluries amplexa est Rota, & signanter *in Placentina Bonorum* 16. *Iunij* 1653. *§. fin.* & *in Romana fideicommissi* 24. *Aprilis* 1654. *§.minus autem,vers. cum valde,coram R.P.D. Zarate*, nunc apud nos in addit.ad Castill.*de alim.decis.*92.& *in Romana*, seu *Ianuen. locorum Montium* 17.*Maij* 1658. *§.nec applicatur,coram R.P.D.Priolo*, vbi quod speciali fauore pupilli introductum sit, vt bona admi- 33.
nistratoris tacite ei obligata sint, dixi *allegat.*22. *num.*3. & *alleg.*23. *num.* 9. & *alleg.*24. *num.* 4. & *allegat.*101. *num.* 10. *& seq. lib.* 3. Aliunde igitur quam ex bonis Illustrissimis Dominis Baronibus assignatis praetensam reintegrationem Capitulum emendicare cogitur.

Haec autem dicta sint ex abundanti, ac citra animum ingrediendi merita causae, nisi ad magis corroborandum possessorium recuperandae, & cum repetita protestatione, quod Capitulum in praemissis non audiatur, antequam ex integro
spolium purgauerit, quemadmodum sic de Iure 34.
cautum superius indicauimus, & comprobant Surd. *dict.consil.*28. *num.*58. Cyriac. *controu.* 389. *num.*12. *& seq.* Ciarlin. *controuers.*141. *num.*8. *seq. ac per tot.* vbi praecise, ac in terminis praetendentium feudalitatem materiam prosequitur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus non agit ad vindicationem rei alienata per haeredem grauatum in vita alienantis.*

2 *Fideicommissum relictum post mortem dicitur conditionale.*

3 *Hypotheca etiam generalis cum Iuramento impedit translationem Dominij,& num.*8.*Specialis*

cialis inducitur per verba omnium,& singulorum,n.4. Specialis cum Iuramento nullitatem alienationis inducit,n.6.

5 Pactum de non alienando resultat ex clausula de non contrauueniendo. Factum in iudicio de non alienando impedit alienationem, numero 9.

7 Surd. consil. 331. num.36. & 37. declaratur.

10 Vsufructuarius proprietatem alienare nequit, & num.16.

11 Ius vsufructuarij est debilius Iure grauati, aut emphyteutæ.

12 Referens quando disponit, attenditur, & non relatum.

13 Vsusfructus formalis non potest dari in Domino rei, sed tantum casualis, quando casualis censeatur, n.14.

15 Hæres grauatus fideicommisso potest alienare pro soluendo ære alieno testatoris.

17 Fideicommissarius pro re alienata habet actionem contra illum possidentem, aut alienantem. Potest agere ante tempus si grauatus dissipat bona, n.18.

19 Capitula vbi releuant semper admittenda.

Observatio CXX.

ADversus Dominos Vinacenses motiua per Illustrissimum D. Iudicem acurissimè excitata non parum vrgere videntur, dum viuo adhuc hærede grauato ad vindicationem rei alienatæ ex supposito fideicommisso conditionali intempestiuè agunt; Siquidem
1. actio huiusmodi non nisi secuta morte alienantis competeret, *l. fin. §. fin autem sub conditione, Cod. Commun. de legat.* Odd. *de fideic. q.26. n.70.* Fusar. *de substit. quæst.* 554. *num.*1. Peregr. *de fideicomm. art.*10. *num.*6. & 7. Matt. Medic. *ad decis. Senen. examinat.*3. *num.*4. Cyriac. *controuers.*143. *num.*26. Bellon. iun. *cons.*47. *num.*20. & 21. Ioann. Franc. Andr. *contr.* 339. *n.*3.

2. Conditionale verò fideicommissum censeri eo ipso conuincitur, quod post mortem grauati iniunctum apparet, vt dixi *in altera, §. Assumptum,* & comprobat Odd. *de Fideicom. quæst.*6. *num.*68. & *q.*10. *n.*49. & *q.*23. *num.* 144. & faciunt tradita per Fusar. *cons.*122. *num.*16. Ioan. Franc. Andr. *controu.*368. *num.*6.

Præsupposita terminorum habilitate præcedens conclusio inconcussa præexisteret; nimirum si Domini Vinacenses ex testamento dumtaxar Fideicommittentis agerent, & considerationes inferius dispungendæ non resisterent; Verum quia partes testamento non acquiescentes, atque ad illius maiorem corroborationem iuratam cum obligatione expressa bonorum addiderunt; dubio procul facultas alienandi bona fideicommissi à lege non impedita, ex prædicta conuentione prohibita remansit. Siquidem hypotheca etiam ge-
3. neralis iuramento corroborata translationem dominij omninò impedit, iuxta magis receptam opinionem, de qua Gratian. *discept. forens.*37. *n.*22. & *seq.* Surd. *decis.* 225. *num.* 8. Hodiern. ad eundem *decis.*56. *num.*2. & *dict. decis.*225. *num.*5. & 6. vbi quod per generalem obligationem impediatur translatio dominij iuramento interueniente; vbi insuper quod iuramentum specialem inducat hypothecam, ac pactum de non alienando, Rot. *decis.*284. *num.*45. 46. & 47. *part.* 6. *recent.* latè Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.*4. *quæst.*140. *ex numero* 9. *ad* 20. Fusar. *de substit. quæst.*674. *num.*17. Non. Acost. *de priuileg. credit. regul.*1. *ampliat.*2. *num.*56. & *reg.*3. *limit.*3. *num.*28. Altograd. *cons.*14. *num.*9. *lib.*1.

Ponderando insuper, quod obligatio bonorum in emologatione laudi concepta per clausulam cæteratam obligando, &c. importet obligationem bonorum contrahentium omnium, & singulorum, per quā specialis hypotheca contrahitur, 4. Surd. *cons.*507. *n.*5. Cyriac. *controu.* 10. *num.*68. & *controu.*308. *num.*62. & *seq.* & *controu.*322. *n.*37. & *controu.*393. *num.*16. & 17. Merlin. *de pignor. & hypoth. quæst.*11. *num.*5. *lib.*1. & *lib.*4. *quæst.* 140. *num.* 17. Non. Acost. *de priuileg. credit. in præfat. ad resp.*3. *num.*43. & *seq.* Rota *decis.*284. *num.*48. *part.* 6. *recent.* cum adductis per nos *allegat.*101. *num.*10. *lib.*2.

Superest videndum an de Iure vltra generalem siue specialem hypothecam cum Iuramento etiam pactum de non alienando concurrere habeat, & num in facto pactum huiusmodi saltem per æquipollens intercesserit; Ordine autem inuerso procedentes replicamus loco pacti de non 5. alienando, sufficere, quod emologantes laudum promiserint de non contraueniendo dispositis in eo, vt in terminis animaduertunt Ruin. *cons.*180. *sub num.*19. *vers. Et est dicendum, lib.*1. Bertrand. *cons.* 185. *sub num.* 10. *vers. forte vero, lib.* 3. Surd. *cons.*331. *num.*13. *vers. non obstat,* & *num.*14. & licet *num.* 36. & 37. contrarium videatur concludere; eius tamen doctrina huic casui non applicatur, dum vltra tacitam prohibitionem alienandi à lege resultantem, concurrit etiam pactum de non contraueniendo, Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.*4. *quæst.* 140. *num.* 14. At de Iure, quod sola specialis hypotheca cum Iuramento nullitatem 6. alienationis inducat, & translationem dominij impediat, etiam sine pacto de non alienando, comprobant Gratian. *discept. forens.*37. *num.*22. & *seq.* præsertim, *sub num.* 26. *vers. illud tamen non erit necessarium cum sufficiat Iuramentum,* cum adductis supra.

Huic casui doctrinam Surd. *cons.* 331. *num.* 36. 7. & 37. non applicari subiungebam ex eo, quia in præsenti casu vltra prohibitionem legis accedit quoque prohibitio contrahentium ob specialem hypothecam, iusiurandum, & pactum de non 8. contraueniendo; quo sanè casu per alienationem non transfertur dominium, Doctor. *in l.*3. *Cod. de condict. ob causam,* Bero. *consil.* 22. *num.* 32. *lib.*2. Fusar. *de substit. d. quæst.* 674. *num.* 36. & faciunt tradita per nos, *allegat.*56. *num.*20. & 25. & *allegat.*100. *num.*37. *lib.*2. Merlin. *decis.* 583. *num.*31. Salgad. *in Labyrint. credit. part.*1. *cap.*37. *n.*23. & *num.*35.

Animaduertendo vlterius, quod Iudex intellecto tenore compromissi, laudi, & transactionis illud, provt iacebat in omnibus eius partibus approbauit; Vnde cùm Iudex pacto huiusmodi de contraueniendo, auctoritatem suam optimè instructus interposuerit, perinde reputatur, ac si 9. ipse omnimodam contrauentionem inhibuisset vsque adeo, vt per illam dominij translatio impediatur, per text. *in l. Si sciens* 26. *ff. de contrah. empt.* Rol. *cons.* 62. *num.*8. *lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.*51. *num.*80. Fusar. *de substit. dict. q.*674. *num.*19.

Plurimum quoque suffragatur consideratio Informantium

formantium pro nostris principalibus, quod nimirum R. Bernardinus tãquam merus vsufructuarius
10. iuxta præcisam dispositionem laudi, vel potius illius acceptationis ad alienationem proprietatis non nisi nulliter deueniri potuerit, Ioann. Franc. Andr. *contro.47.num.2.& per tot.* Matt. Medic. *ad decis. Senen. examinat. 55. num. 2. seq. ac per tot.* & *decis. 90. num. 6. & per totam,* Cyriac. *controu. 243. sub num. 26.*

Neque obsistit relatio facta ad testamentum, in quo R. Bernardinus simpliciter ad restituendam
11. hæreditatem testatoris grauatur, qui in bonis fideicommissi plus Iuris habet, quam vsufructuarius, Ias. *in l. 1. num. 79. C. de Iur. Emphyt.* Alb. *consil. 454. num. 5.* Castil. *de vsufruct. cap. 5. num. 17.* Merlin. *decis. 546. num. 29.* Fulgin. *de Emphyt. tit. de var. caduc. quæst. 3. n. 3.* Cum enim ex scriptura transactionis liquido constet, quod transigentes in hoc
12. voluerint aliter disponere, quam in testamento contineretur, & disponendi sic omnimodam facultatem haberent; consequens ideo fit, vt non restringatur dispositio ad terminos scripturæ relatæ, Dec. *cons. 325. num. 2.* Peregrin. *de fideicom. artic. 16. num. 111. in fin. & art. 51. num. 29. in fin.* & *cons. 18. num. 11. lib. 1.* Seraph. *decis. 1083. sub num. 2. vers. tamen ea non procedit, & seq.* Fusar. *cons. 17. num. 17.* Beltram. ad Ludou. *decis. 439. sub num. 13.*

Quapropter cum tempore laudi, seu trãsactionis bona quoad possessionem, & dominium penes D. Iuliam reperirentur, & vigore transactionis prædictæ in R. Bernardinum non nisi vsusfructus transierit, vtique de formali dumtaxat, non autem casuali huiusmodi transitus intelligi debet; cum proprietas penes alios quam Vsufructuarium re-
13. sideret, & post illius mortem consolidata cum vsufructu in Fideicommissarios etiam ex dicta transactione peruenire deberet, *l. Recte dicimus 25. ff. de Verb. signif. l. Falsus 44. §. vlt. ff. de furt.* latè Marc. Ant. Galuan. *de Vsufruct. cap. 2. sub numer. 7. vers. his ita prahabitis,* Rot. apud Merlin. *de Legit. decis. 31. num. 7. & decis. 88. num. 3.* Seraph. *decis. 1365. num. 25.* Cyriac. *controuers. 490. num. 81. & 84.* Rota *decis. 47. num. 1. part. 6. recent.* Ioan. Franc. Andr. *controu. 17. sub num. 18. vers. formalis,* Bellon. *de Iur. accresc. cap. 5. quæst. 10. numero 3. & 9.*

Ex quibus manifeste conuincitur nos non ver-
14. sari in vsufructu casuali, tunc resultante, quando habenti proprietatem vsusfructus superuenit, *l. Qui vsumfructum 58.* & *l. Si ita stipulatus 126. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 5. ff. de Vsufruct.* Galuan. *de vsufruct. cap. 2. num. 1. & per tot.* Cæphal. *cons. 399. num. 29. & 45.* Peregrin. *consil. 62. sub num. 21. vers. nec obstat, lib. 2.* Giouagn. *cons. 63. num. 49. & 54. lib. 1.* Rota apud Merlin. *de legitim. decis. 31. num. 8.* & *decis. 88. num. 4. & 5.* & apud Censal. ad Peregr. *dec. 24. num. 17.* & *decis. 25. num. 6.* Ioan. Franc. Andr. *controu. 293. num. 14.*

Vnde præsupposita ex præmissis prohibitione alienationis pluribus de causis, & potissimum ex solo Iure vsusfructus non applicatur conclusio in motiuis firmata; quod hæres grauatus fi-
15. deicommisso cum expressa alienationis prohibitione; adhuc pro dissolutione æris alieni per testatorem contracti alienare valeat, Fusar. *de substit. quæst. 531. num. 1. & seq.* & *quæst. 532. num. 1. & seq.* & *quæst. 541. num. 1. seq. & per totas,* & latius comprobaui *alleg. 5. num. 5.* & *allegat. 30. num. 26.* & *alleg. 28. num. 9.* & *allegat. 45. num. 1.* & *alleg. 59. num. 29.* & *allegat. 84. num. 11.* & *allegat. 125. num. 16. lib. 3.* Siquidem retento Themate ipsius transactionis, ac superius traditorum, quod scilicet R. Bernardinus simplex censeatur vsufructuarius,
necessario infertur, quod nisi nulliter etiam pro 16.
restitutione dotium, ac solutione æris alieni fideicommittentis ad distractionem proprietatum vsufructuandarum manus apposuerit, Thes. *quæst. forens. 32. sub num. 2. lib. 2.* Marescot. *var. resol. 29. num. 31. & 32. lib. 1.* vbi dat normam soluendi æs alienum testatoris, nec in facti specie obseruatam, Castill. *de Vsufruct. cap. 59. num. 20. & seq.* Salgad. *in Labyrint. cred. part. 1. cap. 2. num. 5. fol. 22.* Spad. *consil. 217. num. 4. & 5. lib. 3.* Cum ergo proprietas bonorum remanserit penes D. Iuliam, & vsumfructum à se tantummodo abdicauerit; proprietates ipsas, nec etiam in dissoluendo ære alieno vsufructuarius distrahere potuit, maximè quia consolidato, seu in tempus consolidationis vsusfructus cum proprietate in vocatos ab obitu R. Bernardini hæreditas iuxta transactionem transire debebat, nec interim ipsemet Reuerend. quicquam circa istud innouare, quemadmodum iurata fide de non contraueniendo se adstrinxerat.

Ex quibus tametsi omnis prorsus dubitandi ansa remoueatur, nihilominus pro maiori prædictorum corroboratione nonnulla addere decreui, quæ in motiuis animaduersa non vidi, & nesciò qualiter vnquam euitari poterunt, stantibus circumstantiis, in quibus facti species versatur. Quandoquidem hæres grauatus absque omnimoda spe, seu totali incapacitate, ac morali suscipiendæ prolis præexistit, Fratres de Vinacesiis proximè successuri sunt, iamque bona vigore fideicommissi ad eos deuoluenda in totum alienata reperiuntur; Quibus simul iunctis fideicommissario etiam ante purificationem conditionis actionem competere Iuris indubitatissimi existimo; quantumvis *in altera §. num autem, & seq.* quæstionem indecisam reliquerim; Qua nunc ad trutinam Iuris iterum reuocata satis claram
reperio, quia fideicommissarius alienanti proxi- 17.
mè successurus, tam contra alienantem, quam contra occupantem bona fideicommissi actionem in Iudicio legitimè proponit, vt præter tunc adductos comprobant, Rot. *decis. 402. num. 3. & 4. part. 9. tom. 2. recent.* & apud nos in addit. ad Castil. *de aliment. decis. 122.* Castil. *tom. 5. quotidian. controuers. cap. 95. §. 14. num. 24.* ibi, hæc tamen ex his, quæ superius dicta limitari poterunt, nisi vltimi Maioratus successor prætendat bona Ma-
ioratus esse libera, illaque tanquam libera alie- 18.
nare, vel dissipare cœperit; Pereir. *decision. Portugall. 129. per totam,* Sess. *decis. 115. à num. 31. lib. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 41. sub num. 5. vers. secundo potest,* vbi Censal. latissimè prosequitur *fol. 273.* concludens id indubitanter procedere, quando hæres grauatus alienando fideicommissum dissipat, Mastrill. *decis. 118. num. 29 & 30.* cum adductis per Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. part. 5. num. 28. & seq.* San Felic. *decis. 165. num. 3.* Staiban. iun. *resolut. 13. num. 9. & 10.* Rosental. *de feud. cap. 9. conclus. 83. num. 10.* vbi considerat id eo facilius procedere, quando proximè successurus Ius suum ex fideicommisso in contractum deduxit; & sic inconcussa omnino euadunt quæ diximus, *in altera, §. Casus enim noster,* & sublatum motiuum *in §. quo enim ad primum.*

Ea propter cum R. Bernardinus confectionem Inuentarij iuxta transactionem prosequi neglexe-

rit, & mobilium nulla reddita ratione ad stabilium distractionem processerit, negari non potest, quin vocati ad fideicommissum tam ex testamento, quam ex memorata conuentione iustam habuerint causam dubitandi, quod hæres grauatus colludendo cum emptore, & supponendo debita hæreditatis non iustificata, ac distrahendo bona hæreditatis vilissimo pretio hæreditatem ipsam dissipauerit; super quo tanquam præsumptiue saltem resultante ex actis Vinacensium intentio fundata sit; consequens ideo fit, vt ad istud pro-
19. bandum omninò admitti debeant; semper enim quod capitula ad probandum producta, & deinde probata releuarent, admittuntur per text. *in l. Ad probationem* 21. *C. de probat.* Gail. *pract. obseruat.* 81. *num.*1. *lib.*1. Afflict. *decis.* 7. *num.*2. ibique Vrsill. *num.*3. Caputaq. *decis.*68. *part.*3. Rot. *decis.*416. *num.*5. *seq. ac per tot. part.*5. *recent.* & coram Merlin. *decis.*795. *num.* 5. *&* 6. Post. *de manuten. obseruat.*84. *n.*84. Rot. *in Beneuentana*, seu *nullius Iurisdictionis* 11. *Martij* 1654. *num.*1. *coram R. P. D. Peutingero.* Releuantia vero capitulorum in facti specie conuincitur, dum in ipsis articulatur collusio inter contrahentes, dissipatio bonorum fideicommissi, & læsio enormis in pretio, quibus simul, aut singulariter concurrentibus, iam diximus fideicommissario adhuc etiam viuente hærede grauato reuocationem alienatorum competere.

SVMMARIVM.

1 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*

2 *Locupletatio ex quibus probata dicatur.*

3 *Minor non tenetur restituere pretium annullata venditione, nisi pro portione in eius vtilitatem versa. Impugnans contractum offerre debet restitutionem pretij prout Iuris, numer.* 4. *Receptus scienter non obtinet absolutionem à Iuramento, numero* 21. *Prouocatus à maioribus potest alienare, numero* 27.

5 *Absolutio à Iuramento obtineri debet, antequam quis agat contra contractum iuratum. Duplex imploranda vbi adsunt duo Iuramenta, num.*6. *Non est necessaria, constito de falsitate causæ obligationis, num.* 7. *A Iuramento operatur, vt quis agere possit, num.* 10. *A Iuramento, quando solus Pontifex concedat, num.*18. *& numer.* 28. *A Iuramento, quando partis citationem requirat, num.* 19. *& num.* 20. *A Iuramento iustam causam requirit, numero* 22.

8 *Decretum Iudicis supplet solemnitates, non causam. Iudicis inducit præsumptionem, quod omnia ritè processerint, n.*13.

9 *Statuta, vt plurimum Ius commune corrigunt. Non possunt tollere vim Iuramenti, n.*15.

11 *Alienatio stabilium minoris licita ob æs alienum. Amplia vt, n.*12.

14 *Falsa causa non potest dici, si ab initio fuit vera, & postea deficiat.*

16 *Iuramentum conualidat contractum minoris sine solemnitatibus celebratum.*

17 *Iuramenti defectus etiam Iudex laicus cognoscit. Proprij nemo debet esse Iudex, numero* 23.

24 *Periurium contrahitur ex Iuramento nullo.*

25 *Contractus à minore solemniter, & cum Iuramento celebratus non potest dici nullus. Quoad minorem potest dici nullus, & quoad maiores validus, n.*26.

OBSERVATIO CXXI.

MANTVÆ Senatus Excellentissimus dubitat, An Dominus Gelminus sit audiendus attento periurio, & quatenus audiendus, an contractus venditionis factæ per ipsum DD. Fratribus Arrigonis, debeat ex causis deductis pronuntiari ipso Iure nullus. Cuius sanè dubij, vt magis expedita euadat resolutio, illud in quatuor disceptationes diuidendum esse existimamus. Quarum prima erit, an minor petens regressum, seu rescissionem contractus à se solemniter gesti ex capite nullitatis, teneatur prius, antequam actionem in iudicium deducat, restituere, atque actualiter offerre restitutionem pretij. Secunda erit, num possit audiri ob periurium, in quod incidit, non obstante etiam absolutione à iuramento, ac periurio per eum obtenta. Tertia, an contractus venditionis nullus ipso Iure veniat declarandus. Quarta, an nullitas contractus pro portione minoris influat in alteram dimidiam rei in contractum deductæ ex latere eius fratris maioris, adeovt in totum contractus omninò irritus censeatur.

Neminem posse, nec debere cum alterius iactu- 1.
ra locupletari indicat textus *in l. locupletari*, 48. *ff. de reg. iur.* & tradunt cumulati per Barbos. *Axiom.*139. *num.*1. & per Cyriac. *contr.*73. *n.*19. & per Rot. *decis.*343. *num.*6. *p.*5. *recent.* Leoncill. *decis. Ferrar.*69. *num.*13. Quapropter cùm ex facie, & lectura instrumenti venditionis, nec non etiam ex reuolutione processuum appareat de solutione pecuniarum, ac pretij, illudque versum in vtilitatem D. Faustini minoris, atque in extinctionem æris alieni, quantum sit pro medietate ipsum tangente succedit conclusio, quòd dicatur sufficien- 2.
ter probata illius locupletatio, *l. pupillo*, 15. vbi Doctores, *ff. de solut. l. prædiorum*, 10. *C. de præd. minor.* Riminald. iun. *cons.*5. *num.*77. *&* 78. Add. ad Cenc. *de cens. p.*1. *cap.*2. *quæst.*1. *art.*2. *num.*6. *& seq.* & post additiones *decis.*140. *num.*10. *& seq.* & *decis.*141. *num.*27. quæ est *decis.*1. *part.*1. *recent.* & penes Duran. *decis.* 18. & apud Pic. *pag.*404. Rota apud eundem Pic. *ad Statut. Vrb. decis.*60. *num.*6. Fenzon. *ad Statut. Vrb. fol.*421. *num.*44. *& seq.* Tomas. *de Tutor. & Curator. tit.*19. *n.*3625. *fol.*869.

Huic conclusioni altera in consequentiam subnectitur, iuxta quam in eo conueniunt Docto-
res quòd minor quomodolibet agens ad nullita- 3.
tem contractus à se gesti, & ex quo se euenisse locupletiorem apparet, teneatur restituere pretium, *l. si fundus*, 13. §. *fin. ff. de reb. eorum.* Adden. ad Cenc. *de cens. p.*1. *cap.*2. *quæst.*1. *art.*2. *num.*3. & *post tract. dict. decis.*140. *numero decimo*, & *decis.*141. *num.*26. Buratt. *decis.* 814. *numero primo*, & ibi annotatur Gloss. A. Tomas. *de Tutor. & Curator. de execut. vltim. volunt. numer.*466. *titul.*12. Bim. *consil.* 252. *numero quinquagesimosexto*, *versic. & omni casu*, Mart. Medic. *decis.*68. *num.* 10. Quam restitutionem an facere teneatur, antequam experiri valeat de Iuribus suis circa prætensam contractus nullitatem in dubium reuocant Doctores; sed tamen omnes concludunt minori agenti ad

contractus annullationem impediri ingreſſum li-
4. tis,niſi præcedat, aut cōcomitetur dictionem nullitatis contractus oblatio de reſtitutione pretij, Roland. *conſ.7.ante n.29. lib.3.* Cæphal. *conſ.207. n.46.cum ſeqq.*Rimin.iun.*conſ.5.n.80. cum ſeq.* qui ſcripſerunt in cauſa Caſtri Veſcouati,Cyriac.*controu.303.n.102.*Gram.*deciſ.66.n.22. iuncto n.61.* Afflict.*deciſ.220.n.4.& 5.*Honded.*conſ.34. n.35. lib.2.* Menoch.*conſ.644.ſub n.14.verſic.reſpondit,quod ſi minor.*Cui aſſertioni non obſtaret ſi opponeretur, ita demum omiſſionem oblationis de reſtituendo accepta per minorem vigore contractus, quem redarguit de nullitate officere, ſi pars opponat de huiuſmodi oppoſitione in præſentiarum neglecta, quoniam aliundè prætendebant DD. Fratres de Arrigonibus D.Fauſtinum ratione periurij,ſcilicet non poſſe audiri, ac conſequenter nec minus poterat offerre,adeovt deguſtata, diſcuſſa ac reſoluta exceptione periurij, ac conſequenter eodem Fauſtino poſito in caſu audientiæ poterit adhuc opponi,ſeu magis decidendum veniet, an ex defectu oblationis reſtituendi pretium à iudicio eliminari debeat.

Aggredior nunc ſecundam inſpectionem expeditus de prima,pro cuius reſolutione ſe ſe offert ponderandum, quod veniens contra contractum à ſe ipſo celebratum cum iuramento ante inchoatum iudicium relaxationem, ſeu abſolutionem à
5. iuraméto obtinere debeat,alias efficitur periurus, priuatúrque omni actione, & à limine iudicij repelli debet,*l.ſi quis maior*,41.vbi Gloſſ.& alij omnes,*C.de tranſact.*Pariſ.*conſ.26.num.95.lib.3.*Pic.*ad Statut.Vrb.c.151.gloſſ.23.n.17.*Rot.apud Fenzon.*deciſ.137.in princ.*& coram Ludouiſ.*deciſ.64.n.1.*Mareſcot. *var. reſol.84. lib.2.* cum adductis per Tomaſ.*de Tutor.& Curator.tit.19. n.687. pag.456. & 457.* Altograd.*conſ.42.n.6.*& *n.21.*Statil.Pacific.de Saluian.*inſpect.2.cap.2. n.362. & 363.* & *poſt tract. deciſ.13.n.8.*& *deciſ.92.n.2.*Andr.Cenſal. *deciſ. Lucen.15.num.120.* Contr. *diſcept.23.n.143.*Valeron.*de tranſact.tit.6.quæſt.3.n.5.& 6.* Carill. *deciſ.132.n.10. & 11.* repetita *deciſ. 146. part.8. recent.* Quinimò
6. cùm in præſenti contractu adſint duo iuramenta, duplex quoque impetrari debebat abſolutio, nec obtenta ab vno tantum ſuffragatur ad effectum agendi,Burſat.*conſ.355.n.47.*Surd. *conſ.38. n.4.* Pic. *ad Statut.Vrb.cap.151.gloſſ.23.n.25.* Rota apud Fenzon. *d. deciſ.137.* quæ eſt *deciſ.54.* apud eund.Pic. Mantic.*deciſ.269.n.7.& 8.* cum adductis per Tomaſ.*de Tutor.& Curator.tit.19. n.689. fol. 457.* & *num.721.fol.461.* quibus addo Cyriac. *contr.7. n.5.* Statil.Pacific.de Saluian.*inſpect.2.c.2.n.364.* & *poſt tract.dicta deciſ.13.n.9.*& *deciſ.92. num.3.* Rot. *deciſ.208.n.19.part.9.tom.1.recent.* repetita apud Carill. *deciſ.272.*

Tria, quæ hic opponi poſſent minimè aduerſario ſuffragantur,ideò non obſtat primo, quod
7. falſitate cauſæ detecta, aut de ea conſtito ex inſpectione, & lectura inſtrumenti, ſeu aliunde, tunc non ſit neceſſaria abſolutio à iuramentis, & poſſit minor agere etiam non petita abſolutione à iuramento abſque timore periurij, Socin.*conſ.27.n.26.verſ.ſed poſito.lib.4.* Afflict *deciſ. 263.n.2.* Rot.*dec.202.n.9.p.1.diuerſ.*Buratt.*deciſ. 361.per tot.* cum relatis per eund.Pic *ad Statut. Vrb.d.gloſ.23.n.23.& poſt tract.dec.55.n.8.*Tomaſ. *de Tut. & Curat. tit.19.n.766. fol.470. & n.773. fol.471.* Valeron.*de tranſact.tit.6.q.3.n.4.* Neque obſtaret decretum Iudicis in ipſo contractu vē-
8. ditionis interpoſitum,cùm illud ſuppleat quidē ſolemnitates, minimè verò cauſam,*c.non liceat, 12.q.2.*Tomaſ.*de Tut.& Curat. tit.19.n.3205.fol. 796.*Gratian.*diſcept.624.n.16.*Secundo non reſiſtit Statutum Riperiæ Salodij in eo,quod diſponit *Auth.ſacramenta puberum, C.ſi aduerſ.vendit.* ſibi locum non vindicare in Communitate Riperiæ vſque ad annos viginti completos, vt habetur in currenti proceſſu *fol.44. & 45.* adeo vt exinde videatur inferri, ex quo verſamur in minore viginti annis,iuramentum non ligaſſe perſonam Fauſtini de Gelminis,ac pro non appoſito haberi, neque abſolutione,cùm non præceſſerit nexus, aut illaqueatio,non indiguiſſe,neq; probabilis dubitandi ratio ſubeſſe poteſt, quominus Statuta Ius commune, & leges abrogare valeant,quin Statuta ad hoc vnū cōdita in pluribus apparent,vt Iuris Cæſarei ſanctiones corrigant, Doctores omnes *in l. omnes populi,9.ff.de iuſt.& iur.* Altograd.*conſ.9.n.41. & 77.* Demum 9.
neque officit,quòd fuerit obtenta abſolutio non ſolum à iuramento,verum etiam à periurio,per quam videbatur datus ingreſſus ad agendum,ad 10.
tradita per Corn.*conſ.72.n.2.& 3.lib.3.*Mandell. *conſ.198.n.1.*Burſat.*conſ.291.n.24.*cum aliis,quos recenſet Pic.*ad Stat.Vrb.c.151.gloſ.23.n.29.*

Quoniam primo obiecto replicatur,illud quidem in Iure ſibi locum vindicare, ſed in facto nō verificari; neque enim ex facie inſtrumenti, nec minus ex reuolutione proceſſus apparet, vel vnquam apparere poterit hæreditatem delatam minori locatam fuiſſe ſcutis annuis ſexcentum decem à libris ſex; ſiquidem circa iſtud non poteſt dari certa regula, ex quo res locata plures habebat inquilinos, ac in multas partes diuiſa exiſtebat,adeovt aliquādo adſint portiones ipſius hæreditatis,quæ non ſunt locatæ;annuus verò liuellus ſuper dictis proprietatibus exiſtens, ſtante reductione cenſus D.Gropelli,eſt de ſcutis 295.cùm tamen finito tempore eiuſdem reductionis ad ſummam ſcutorum tercentum quinque aſcendet, nec æs alienum conſiſtebat tantùmodò in ſcutis mille quinquecentum, ſed inſuper Fratres de Prandis creditum cum eadē hæreditate habebant de ſcutis octocentum,vltra prætenſionem D.Caſalæ,erga quam ipſi de Gelminis fuerant condemnati.In tantum quòd non niſi calumnioſè negari potuit, quin adeſſent creditores ingentis ſummæ, aliquique ex eis plurimum vigerent,quibus concurrentibus poſſe deueniri ad diſtractionem rei ſtabilis minorum; tametſi ſatisfactis creditoribus aliquid modicum ſupereſſet, habita ratione ad reliquum valoris,tradiderunt Simoncell.*de decret.lib.1.tit.1. ante n.55.*Bim. *d.conſ.252.n.52. vſque ad 57.* Natt. *conſ.162.ſub num.5.verſic.ſi enim aliquid modicum*, Tomaſ.*de Tut.& Curat.tit.18. n.14. fol.164.* & *titul.19.n.221.fol.278.* & *n.3135.fol.789.* quæ tamen 11.
dicta ſint ex abundanti; nam factis calculis vix aliquid ſupererit,vnde falſitas cauſæ deſumpta ex eo,quod non adeſſent creditores,neque vigerent, ex prædictis omninò proſternitur, & expoſitio facta per Gelminum in hac potiſſimum parte veriſſima detegitur; conſiderando maximè, quòd ſcuta octingenta ſeptuaginta à libris ſex depoſita, & quæ ſupererant ex pretio portionis eiuſdem Fauſtini eroganda veniant in ſolutione æris alieni poſt celebratum contractum detecti erga Prandos, & D. Caſalam, adeovt minor nullis etiam adhibitis ſolemnitatibus, tan- 12.
quam conſtitutus in neceſſaria, atque coacta quodammodo alienatione vendere potuerit, vt ſe eximeret

eximeret ab onere liuellorum,& ære alieno,quod potius quotannis augebatur, quam quod minueretur, *l.* 3. §.1. *&* 2. *ff. de reb. eor.* Simoncell. *de decret. lib.2. tit.6. num.*91. & *lib.*3. *tit.*8. *num.*120. Rot. *decis.*675. *part.*2. *recent.* Tomas. *de Tut. & Curat. tit.* 19. *num.* 317. *fol.* 781. Bonden. *collect.* 16. *num.* 77. Præterquam quod in ipso curæ instrumento, & consequenter Iudici non fuit expositum æs alienum excedere, aut æquare valorem bonorum, sed cum dictione, *quasi*, iuxta dispositionem dictæ conclusionis,accedit etiam prætensio hæredum D. Magdalenæ de Dantinis primæ vxoris ipsius D. Laurentij de Gelminis pro restitutione dotis pro medietate, iuxta Statutum Roboreti, vbi contractum fuit Matrimonium.

Neque reparandi,& restaurandi ipsam hæreditatem necessitatem tollit conuentio inita per D. Laurentium de Gelminis cum Prandis locatoribus,& quòd creditum D.Antonij Marteletti penderet ab expensis factis in restauratione vnius domus hæreditatis, neque vrgeret necessitas reparandi bona eiusdem hæreditatis; cùm enim contrarium appareat tum ex lectura instrumenti,tum ex inspectione oculari earundem proprietatum, atque etiam ex natura negotij, eo quia ædificia etiam Vrbana quotannis indigent reparatione; indè fit, quòd interim standum sit instrumento, pro quo præsumitur,ac pro veritate causarum,attento decreto solemniter per Iudicem interposi-
13. to, adeo quod statur præcisè instrumento, donec aliud per impugnare volentem probetur, *l. & si Præses*, 5. *Cod. de præd. & aliis reb. minor.* ibi, *si falsis allegationibus circumuentam religionem eius probare possit*, Pic. *ad Statut. Vrb. gloss.*21.*n.*24.*& num.*31. vbi quòd cùm decretum faciat præsumere contractum esse vtilem,& non damnosum, & *num.* 32. vbi quòd decretum Iudicis cum causæ cognitione operetur, vt credatur verbis enuntiatiuis à Notario prolatis in instrumento, in quo Iudex decretum interposuit, & *post tract. decis.*62. *num.*1. *&* 2. eadem repetit Cyriac. *controuers.*182. *à num.*7. *ad* 13. & *controu.*308. *ex num.*2. vbi quòd decretum Iudicis facit præsumi interuenisse in actu omnes necessarias solemnitates,& ritè,rectè, ac validè celebratum fuisse, nisi minor ostendat contrarium, & Iudicem falsis suggestionibus circumuentum fuisse, Tomas. *de Tutor. & Curat. titul.*19. *sub num.*3254. *vers. simulationis, & fraudis, fol.*801. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.*113. *numer.*23. *&* 50. Rot. *decis.* 21. *num.*2. *&* 3. & *decis.*74. *n.*8. vbi quòd causæ expressæ in decreto Iudicis præsumantur veræ, donec erroneæ conuincantur, *p.*5. *recent.* Gratian. *discept. forens.*555. *num.* 15. vbi quòd præsumatur pro decreto, vt contractus minoris valeat & omnia dicantur solemniter acta, tollendo omnem suspicionem doli,metus, culpæ, & alterius cuiuscunque nullitatis, & *discept.* 564. *num.*22. vbi quòd stante decreto oriatur præsumptio, vt censeatur interpositum ex iusta, & rationabili causa,& cum illius cognitione, & cum interuentu omnium solemnitatum requisitarum, ita vt volenti contra illud venire incumbat onus probandi manifestè eius nullitatem, ex quo præsumitur pro Decreto Iudicis non solum quoad solemnitatem requisitam pro iustitia, sed etiam quoad validitatem decreti, & *discept.*657. *num.*14. & *discept.*952. *num.*23. & *discept.* 975. *num.*12. Caualer. *decis.*479. *sub num.*1. *vers. nam respondebatur, & num.*2. vbi quòd decretum Iudicis habeat præsumptionem pro se, quod Iudex se informauerit de veritate, & iustificatione causarum, aduersus quam præsumptionem requiritur plena, & concludens probatio in allegante contrarium, idem concludit, *decis.*482. *num.*4. Ludouis. *decis.*406. *numer.*7. & *in annot. num.* 20. Bonden. *collect.*16. *n.*79. *& seq. &* 84.

Tandem falsitas causæ deducta ex eo,quod expediret Faustino vendere proprietates hæreditatis, ne incideret in commissum, aut summa cum ipsius, ac Fratris iactura cogeretur relinquere suam patriam,ac deserere bona Salodij, vt se conferret habitatum Mantuam, cùm postea Senatus Excellentissimus Mantuæ declarauerit non intrare allegatam caducitatem, ex decisione in hac eadem causa emanata ad exclusionem Ducalis Cameræ, in nihilo refragatur. Tum quia ab amplissimo isto Ordine iudicatum dumtaxat extitit venditionem nunc etiam ex capite nullitatis controuersam, & tunc ex causa contrauentionis impugnatam absque incursu caducitatis, ac commissi, & impunè fieri potuisse, nec se extendit resolutio Senatus ad alteram quæstionem in eo consistentem, an prædicti fratres de Gelminis prædictas proprietates retinere potuissent absque eo,quod se, & domicilium fixum in hanc patriam contulissent; ex quibus satis dignoscitur allegatam ex aduerso decisionem non influere in veritatem expositionis factæ per dictum de Gelminis, minúsve exindè falsam reddi. Tum quia circa istud adhuc sub Iudice, ac coram Illustrissimo Ducali Magistratu lis pendet indecisa. Tum quia falsitas causæ debet prouenire ex his,quæ consistunt in facto, non autem in Iure, quemadmodum succedit in præsentiarum,qualiter nimirum intelligendum esset Ducale rescriptum, numve habitatio censeretur apposita tanquam conditio, ac sub pœna commissi. Tum demum quia cùm de tempore venditionis istud adhuc indecisum remaneret, superueniens determinatio Illustrissimi Senatus non arguit falsitatem causæ de tempore ipsius venditionis, quia 14.
in concernentibus validitatem contractus semper inspicitur tempus contractus, neque possit dici falsa,quæ ab initio habita fuit pro vera,& postea deficiat, Bald. *in l.*1. *num.*11. *C. de condit. indebit.* & latiùs prosequitur Ludouis. *d. decis.*406. *à num.*9. *ad* 16.

Ad Statutum Riperiæ replicatur,illud constituere contractum minoris in duplici differentia, vel in ipso minoris contractu intercedunt solemnitates ab eodem Statuto præscriptæ, & tunc nihil disponit circa iuramenti vires, neque illud irritat, quin potius pro integrali validitate contractus, ac completa solemnitatum forma illud re- 15.
quirit. Vel non interueniunt solemnitates,seu minor contrahit sine ipsis, & tunc minore existente intra vigesimum annum,non vult in eius contractu habere locum, *Auth. sacramenta puber. C. si aduersus vendit.* & sic per indirectum vires iuramenti Statutum tollit, quod fieri posse per Statutum laicale, autumant cumulari per Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.*149. *ex num.*31. Pic. *ad Statut. Vrb. gloss.*23. *n.*6. *&* 7. & *post tract. decis.*48. *n.*3. Thesaur. *decis.*66. cum adductis per Amar. *var. resol.*23. *n.*17. & per Hodiern. ad Surd. *decis.*278. *n.*21. & *n.*35. vbi quòd minor propter *d. Auth. sacramenta puberum*, teneatur ad obseruantiam contractus ex iuramen- 16.
to, quamvis absque solemnitatibus celebrari, vtputa decreto, vel sine Curatore, aut sine interuentu Cõsanguineorum, vel aliis solemnitatibus, Tomas. *de Tutor. & Curator. tit.*19. *num.* 266. *fol.*293.

&

& num.607. fol.341. Mart.Medic. *ad decis. Senen. examinat*.17.*num*.10.Altograd. *cons.5. num.* 46. *& seq.*Cigala *de action.§.item si quis postulante,n*.24. Ioan.Franc.Andreol.*controu.3.num*.7.& *controu.6. num.38. & 39. cum similibus*,adeovt Statutum Riperiæ vires iuramenti infringere ita demum intellexerit,si adhibeatur, seu præstetur in contractu per minorem absque solemnitatibus celebrato. Vnde talis Statuti dispositio huic casui non applicatur;quippe quia validitas contractus non deducitur ex simplici iuramento, sed ex interuentu, & obseruantia ad vnguem solemnitatum à Statuto huiusmodi requisitarum.

Neque aditus ad agendum ratione iuramenti, & ob periculum periurij occlusus,propter obtentam à iuramento relaxationem patens effectus fuit; quippe quia absolutio prædicta viribus non
17. subsistit, ac vitio suo,& obreptionis laborat,quos sanè defectus absolutionis à iuramento etiam coram Iudice laico cognosci posse admittunt, Crauet.*cons.7.sub num*.7. Roland.*cons.34.num.5.& 10. lib*.1.Cyriac.*dict.contron.7.num.9*. Farinac. *quæst.8. num.144.& 145*. Tomas.*de Tutor.& Curat.tit.19. num.712.fol.460*. & *sub num.1119.sub vers.periuro non conceditur*,ibi,*de huiusmodi autem absolutione, fol.511*. Subreptitia ergò,seu inanis redditur absolutio, vti obtenta ab Episcopo post litis contesta-
18. tionem, ac iuramento contrauentione, quo casu minor iurans non potest ab Episcopo,vel alio inferiori à Papa,absolui,& relaxari à iuramento,& si absoluatur,non suffragatur absolutio, Felin.*in c.1. num.18. extr.de iur.iuran*. Surd. *cons.327. num*.18. Pic.*ad Statut.Vrb.gloss.23. num.44.* & *num.45.* vbi quòd prius peti debeat absolutio à periurio,& postea à iuramento,& *post tract.decis.54.num.6.& 7.* vbi quòd absolutionem à periurio solus Papa cōcedit,quæ est *decis*.137.apud Fenzon.*ad idem Statut*.Gratian.*discept.forens.470. num*.40.cum adductis per Altograd. videndum *cons.41. num.26.27. & 28.* & latiùs per Statil. Pacific. de Saluian.*inspect.2.cap.2.num.368. cum tribus seqq.* & *post tract. decis.95.per tot.*per Tomas.*de Tutor. & Curat.tit. 19.n.317.fol.299.& sub n.1119.vers. ab Episcopo loci, fol.511.* Vnde cùm hic priùs à iuramento, successiuè à periurio obtenta appareat absolutio,& postea omninò deficit;inanis quoq; euadit eadem absolutio,vti impetrata, seu extorta
19. parte minimè citata, quamvis enim regulariter non requiratur partis citatio in obtinenda absolutione,Ioan.Franc.Andreol.*contr.3.n.26*.infinitos cumulat Tomas.*de Tut.& Cur.tit.19.n.696. fol.458*.Pic.*ad Statut.Vrb.d.glos.23.n.47*.Attamē
20. fallit conclusio in absolutione à periurio, quia cùm ex contrauentione quæsitum sit ius parti, non potest auferri ipsa non citata, Bocc.*ad cōstit.March.glos.2.n.40. & seq*. Pic.*ad Stat.Vrb.d. glos.23.n.48*.Tomas.*de Tut. & Cur.tit.19.n.717. fol.460*.Præterquam quod absolutionem à iuramento minor obtinere nequit,ex quo se dece-
21. ptum prætendat, si non fuit deceptus ignoranter,sed scienter,Capyc. *decis.159.n.27*.Merend. *contr.iur.lib.1.c.1.n.9.in fin.* cum aliis, quos allegat,& sequitur Altograd. *cons.5.n.50.& 51*.vbi in minore septendecim annorum, qualis erat Gelminus, in quo præsumitur habuisse notitiā omnium in contractu à se gesto contentorum. Vltra quod iuxta magis receptam opinionem absolutio à iuramento concedi non debet, nisi concedenti constet saltem semiplenè de iusta
22. causa contraueniendi iuramento, aliàs concedens absolutionem absque iusta causa, grauiter peccat, ipsaque inualida existit, ad notata post alios, per Altograd. *cons.42. num.24. & 25*. Neque Gelminus à petenda relaxatione à iuramento excusari poterat ad euitandum periurium, eo quod crediderit iuramentum esse nullum, tanquam per fraudem, ac dolum extortum super contractu gesto à minore sub falsis allegationibus necessitatis, atque vtilitatis, quia nemo debet esse iudex proprij iuramenti, Ludo- 23.
uis.*decis.64. num.6*. Rot. post Pic. *ad Statut.Vrb. decis.54.num.4*.quæ est *decis*.137. penes Fenzon. *ad idem Statut.* ea ratione, quia non debet quis 24.
esse iudex proprij iuramenti, nam ex iuramento nullo contrahitur periurium, Gratian.*discept.forens.576. num 21. & 22*. Marchesan. *de commiss. relaxat.iur.ad effect.agendi, sub num.6*. Altograd. *cons.27.sub n.38. vers. tamen tutius est.*

Succedit ex prædictis resolutio tertiæ inspectionis; cùm enim intercesserit decretum Iudicis cum causarum cognitione, quæ ab impictis falsitatibus optimè defenduntur, accesseritque duplex iuramentum iunctis aliis tum Statuti, 25.
tum Iuris communis solemnitalibus; inde fit, quod contractus à Gelmino minore gestus ipso iure nullus neutiquam dici valeat,*l.lex quæ Tutores,22.C.de administrat.Tutor*.Cyriac.*controu.29. n.40.& seq*.Fenzon.*ad Stat.Vrb.d.cap.182. n.53. & seq.*infinitos cumulat Tomas.*de Tut.& Curat. tit.18.num.10. fol.163*. cùm præsertim aduersus eundem contractum adhibitis solemnitatibus cum Iudicis decreto initum nihil releuans oppositum,aut probatum extiterit,& tamen impugnans contractum à minore solemniter gestum sub pretextu falsitatis causatum, causas ipsas falsitatis allegare non sufficiat,sed plenè,ac concludenter probari debeant, vt superiùs iam diximus.

Ex quibus superfluum omninò euadit quartam dispungere inspectionem; præsupposita namque validitate totius contractus non intrat amplius disputatio circa validitatem ad minus medietatis ad fratrem maiorem spectantis, in quo articulo, ne eum penitùs intactum relinquam, conueniunt Doctores, quod vbi plures contrahunt,& distrahunt rem aliquam communem,ac pro indiuiso possessam,inter quos adsint minores,si in eodem contractu deficiant solemnitates quoad personas minorum,ac per conse- 26.
quens irritetur contractus;firmus tamen manet quoad maiores,qui poterant legitimè,& de iure cōtrahere subductis minorum personis, eorumque portionibus, *l.si Titius,& Seia*,49.vbi Scribentes,*ff.de fideiuss.l.vnic.C.si in commun. eademque causa, l.Tutor.47.§. Curat.ff. de min*. Odd.*de restit.in int.q.46. n.3*. Hering.*de fideiuss.c.27.p.2. ex n.65*.Franc.*decis.400.n.10*. Gratian.*discept.forens.555.n.9. & 10*. Capol. *cons.52.aliàs 51.per tot.vol.2.in ciuil*. Natt.*cons.262.n.11*,Cyriac.*controu.198.n.21.& contr.387.n.56*. Manent.*dec.13. n.36*. Quæ tamen dicta sint ex abundanti, quoniam minor rem habens, ac possidens communem cum maiori, quæ commodam non recipiat 27.
diuisionem, prouocatus à maiori simpliciter alienante, portionem quoque suam absque solemnitatibus distrahere non prohibetur, *l.si pupillor.7. in princ.* vbi Glos. *in verb.necessaria,ff.de reb.eor*.Cyriac.*contr.147.n.1*.cum adductis supra pro validitate alienationis ex capite necessitatis,& causa luendi æs alienum,Bond. *collect.16. num.72*.

*num.*72. Partes ergo Illustriss. Senatus erunt in absoluendo DD. Fratres de Arrigonibus stantibus potissimum rebus,vt stant,damnato eodem
28. D.Gelmino in expensas,qui poterit sibi consulere pro relaxatione iuramenti adeundo Sanctissimi signaturam, quod consilium emanauit à Rota penes Statil. Pacific. de Saluian. *decis.*95. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Confessio condemnationem expectat. Geminata magis vrget, n.*2.

3 *Transactio super parte dubia censetur facta. Ad non cogitata non extenditur,n.*4.

5 *Compensatio de specie illiquida ad quantitatem liquidam non datur.*

6 *Calculus in vno erroneus, in cæteris erroneus præsumitur. Debet fieri partibus præsentibus, aut eis citatis,n.*8.

7 *Calculi error non attenta transactione allegari potest dummodo super eo non fuerit transactum. Error dignosci non potest, nisi subductus ab initio calculus, n.*9. *Declara vt, num.*10.

11 *Relatio Supremi Tribunalis est exequenda.*

OBSERVAT. CXXII.

NEc sententias, nec calculum, neque transactionem DD. Comites Arriuabeni impugnant; sed pro consecutione liuellorum vsque in præsens decursorum insistunt, cum præcipuè ex actis de bono ipsorum iure apertissimè liqueat.

Si quidem D. Marchionissa de Pendaleis in iudicio conuenta ad instantiam D. olim Marchionis Arrigoni, atque ad illius exclusionem, seu potius diminutionem liuelli ab eodem prætensi debitricem in Ducatonis 60. annuis se constituit in currenti processu *fol.*12. *fac.* r. ibi, *& al Sign. Conte Arriuabeni Ducatoni* 60.
1. Quæ confessio iudicialiter emissa nil aliud à Ducali Magistratu expectat, quam condemnationem, *l. Vnica, C. de Confess.* Cyriac. *controu.* 171. *num.*22. *& controu.*417. *à num.*8. *ad* 19. Mart. Medic. *decis. Senen.* 58. *num.* 6. *cum sequentibus*, vbi quod faciat rem notoriam, & habeat vim rei iudicatæ, Surd. *decis.*309. *num.*14. *&* 15. vbi quod plenè probet etiam facta sine causa, & habeat executionem paratam, Gratian. *discept.* 728. *num.* 3. *& discept.* 749. *num.*21. *&* 22. vbi quod æquiparetur instrumento, & habeat executionem paratam, Rot. apud Merlin. *de pignor. & hypothec. decis.* 33. *num.*31. Thomat. *decis. Macerat.*75. *num.*7. Leoncill. *decis.Ferrar.*84. *num.*8.*&* 9. ead. Rota *in Romana domus, seu appartamenti* 17. *Decembris* 1635. *num.*2.*&* 3. *coram Reuerendissimo Dunozetto.*

Quinimò eadem de Pendaleis geminando huiusmodi confessionem in asserto transactionis instrumento de anno 1656. celebrato fassa fuit, liuellos causam à Malcontento habentibus spectare, inter quos cum olim D. Comes Alexander, & nunc illius filij, & hæredes adsint; consequens ideo fit, vt tanto minus solu-
tionem petitam euitare valeat, quia geminata 2.
confessio magis præiudicat, Gabr. *de Confess. conclus.*1.*num.*59.Ludouis.*decis.*408. *n.*3. Buratt. *decis.*200.*num.*2.*& decis.*292.*num.*15. Rota apud Post. *de subhast.in addit.decis.*179. *n.*49.

Circa quod eadem prætensa transactio omnem prorsus remouet amaritudinem; Cum enim transigentes ex lectura transactionis, pluribusque aliis optimè nouissent liuellos, quibus Curia Buccegandæ subiiciebatur, alienum certè à veritate existit,quod Fratres de Malcontentis transigendo cum D. Marchionissa Palpetia eandem à nexu soluendi liuellum Domino Comiti Arriuabeno eximere, onusque huiusmodi in se suscipere pro Saccis triginta tritici intellexerint; quin potius firmis manentibus liuellis, etiam eisdem de Malcontentis prætensiones superessent, super quibus, non autem su-
per cessionibus ab ipsorum Patre emanatis,tan- 3.
quam liquidissimis transegerunt,*l.*1.*ff.de transact. l. Pactum Curatoris* 22. *C. de Pact.* Cyriac. *controu.*128. *n.*10.11. *&* 12. Surd. *decis.*132.*n.*18. *&* 19. *& decis.*176. *num.*2. vbi Hodiern. pluribus exornat, inde propterea sequitur, quod ex huiusmodi prætensionibus vltra liuellos sublatis per transactionem eo magis creditum ipsorum de Arriuabenis indubitatum præexistit.

Nam notum est, quam quod notissimum, Fratres de Malcontentis noluisse quicquam in transactionem deducere, nisi prætensiones,quas ipsi deductis cessionibus habebant,nec vnquam cogitauerint à responsione liuellorum erga Arriuabenum, & alios Pendaleam liberare, ac se ipsos erga liuellarios obligatione deuincire; quinimò totum contrarium omnino præsumendum venit, nimirum, quod super eo, quod vltra cessiones supererat, ac in controuersiam dumtaxat deductum inter transigentes apparebat, transigere voluerint. Neque enim transa-
ctio quantumvis amplissima ad non cogitata 4.
diffunditur,Bart.*in l.ab Aurelio* 21. §. *Caius,ff.de lib. legat. & in l. Cum aquiliam* 4. *ff. de transact.* Surd. *cons.*418. *num.*5. Matt.Medic. *ad decis.Senen. examinat.*40.*n.*19. tantum abest ergo, quod transactio per Dominos Comites de Arriuabenis impugnetur,quod imò eadem nituntur,cum per illam eorum credito præiudicatum nullatenus dicatur.

Sententiæ autem, & potissimum relatio Ducalis Magistratus eisdem Comitibus plurimum suffragatur, maximè in ea parte, in qua compensationem admittit, ita tamen quod in diminutionem capitalis non cedat, vt in ipsa relatione latius continetur, §. *E però vero, & per totam*, maximè *sub* §. *Concludiamo*, Cuius sanè relationis fundamentum irrefragabile videtur in
eo, quod concludit de specie fructuum illiquida 5.
ad quantitatem liuelli liquidam non dari compensationem, *l.fin.C.de Compensat. l.Si conuenerit* 18.*ff.de pignor act.*Natt. *cons.*111.*num.*8. cum latissimè adductis per Mart. Medic. *decis. Senen.* 200.*num.*1.*&* 2. Altograd.*cons.*68.*num.*19.*&* 20. *iunctis num.*78.79. *&* 80. Surd. *decis.*184.*num.*6. *& seq.*

Minus calculis Domini Comites in aliquo, vel minimo refragantur, quin potius eisdem inhærendo in eo solum insistunt, quod,vt ad oculum

lum demonſtratur, ſimpliciter addantur, ſeu accepto ferantur; nam ad inſtantiam D. Marchioniſſæ de Pendaleis ſub die 10. Ianuarij 1650. Senatus ordinauit calculum à D. Madio initum referri, quem eadem die cum iuramento à Madio iudicialiter relatum die 12. eiuſdem menſis, & anni inſtante ipſamet de Pendaleis ſolemniter condemnauit, in quo aduerſaria in Ducatonis 608. 29. 4. debitrix conſtituitur, quemadmodum ex eodem calculo in actis huius cauſæ exhibito apertiſſimè liquet, & tamen in poſteriori calculo idem Madius D. Pendaliæ in debitum tantummodo adſcripſit Ducatonos 392. 155. 9. vt bene in facto animaduertitur ex proceſſu *fol.56.* vbi plures alij calculationis errores manifeſtiſſimi recenſentur; quos tamen ſigillatim diſpungere non expedit, ſiquidem calculus in vno euidenter er-
6. roneus, in reliquis quoque talis præſumitur, Gratian. *diſcept. forenſ.* 563. *num.*35. Ludouiſ. *deciſ.*79. *num.* 2. Rota apud Metlin. *deciſ.* 81. *n.*21. Buratt. *deciſ.* 168. *n.*7.

Nec ambigitur, quin etiam poſt initas cal-
7. culationes error allegari poſſit, dummodo ſuper errore calculi, ſeu omiſſionis partitæ iudicatum præciſè non extiterit, aut ſuperinde inter partes tranſactio inita non fuerit, gloſ. *in l.*1. vbi etiam Doctores, *C. de error. calcul.* Bero. *quæſt.*105. *num.*6. Buratt. *deciſ.*336. *num.*9. ibique addent. *in gloſ. B.* Amar. *deciſ. Ferrar.*39. *num.*7. Leoncill. *deciſ. pariter Ferrar.* 55. *num.* 3. & 4. Rot. apud Poſt. *de ſubhaſtat. deciſ.* 77. *num.*9.

Hæc autem in præſentiarum fortius procedunt, ex quo in confirmatione calculi ex aduerſo prætenſa Domini Comites, minúſve eorum
8. Pater citati apparent. Vnde nec eis præiudicat ad quem effectum vtriuſque patris citatio, ſeu præſentia prærequiritur, Corn. *in l.*2. *num.*5. *C. de Vſur. & fruct. legat. & fideic.* Neuizan. *conſ.*94. *num.*17. *in fin. & num.*18. Buratt. *deciſ.*14. *num.*23. & 24.

Sicuti neque reſiſtit non poſſe dignoſci er-
9. rorem calculi, niſi ab initio ſubductis rationibus, ex traditis per Cyriac. *contr.*65. *n.*2. *& ſeq.* huic namque obiecto ex ſuperius dictis replicatio patet; attenta enim confeſſione iudicialiter
10. facta executio concedenda venit, iuxta iam dicta, maximè cum ex aduerſo erroris fumus non detur, quin potius de contrario appareat.

Vltra quod tranſactio inita ſuper prætenſionibus Fratrum de Malcontentis præter liuellos antea ceſſos competentibus, omnem prorſus dubitandi anſam excludit; dum implicitè obligationem antecedenter contractam cum liuellariis inconuincibiliter probet, vt benè etiam in facto animaduertitur in ſcriptura producta à DD. Comitibus Arriuabenis ſub die 28. Maij 1657. regiſtrata in proceſſu *fol.*51. *fac.*2. §.7. & vltimo in eodem proceſſu *fol.*63. *fac.*2. Hinc ergo oppoſitis per D. Marchioniſſam de Pendaleis, vti profundiſſimam indaginem requirentibus nequaquam inſpectis, mandari debet proceſſus ad vlteriora circa executionem iuxta continentiam memoratæ relationis, §. *Conclu-*
11. *diamo, & §. ſequent.* Quæ relatio Supremi Tribunalis, & lapſa in iudicatum neceſſatio exequenda venit, *l.*1. *C. Ne lic. tert. prouoc. Clem.* 1. *de Sent. & re iudic.* Rot. *deciſ.* 38. *num.* 3. *part.*7. *recent.* Nig. *de Execut. rei iudic. cap.*5. *n.*1. *ſeq. ac per totum, fol.*135.

SVMMARIVM.

1 *Mora poteſt celeri ſatisfactione purgari, & re integra.*
2 *Canonis non ſolutio, & declaratio Domini pro caducitate Emphyteuſis requiruntur.*
3 *Mora purgatio infra ſex menſes fieri debet.*
4 *Depoſitum parte non citata factum, non ſuffragatur. Pro expenſis adhuc non liquidatis fieri non debet, num.* 5. *Fieri debet de ſumma liquida, & pro illiquida oblatio cum fideiuſſione, n.*6.
7 *Oblatio verbalis ſufficit, ſi creditor recuſat recipere. Fallit vt, n.*8.
9 *Oblationi aut depoſito non eſt locus vbi creditor non recuſat recipere.*
10 *Oblationem facere non tenetur obligatus ad præſtandum aliquid niſi interpelletur.*

OBSERVAT. CXXIII.

VIDEBATVR prima facie dicendum celeri ſatisfactione, ſeu per depoſitum vt in actis factum moram
cenſeri etiam poſt declaratam caducitatem pur- 1.
gatam, ad effugiendam priuationis pœnam, maximè ex Iuris Canonici æquitate, Barz. *deciſ.*111. *num.*11. *& ſequent.* Gratian. *diſcept. forenſ.*378. *num.*11. *& ſequent.* Seraphin. *deciſ.* 819. *num.*7. & 12. Altograd. *conſ.*24. *num.*68. Hodiern. ad Surd. *deciſ.*29. *num.*8. Leoncil. *deciſ. Ferrar.*85. *n.*11.

Cæterum re maturius conſiderata contrarium in facti ſpecie amplectendum duxi, nimirum Emphyteutam in commiſſum ob non ſolutionem biennalem incidiſſe, ea ratione, & quidem ineuitabili; quia ad effectum incur-
rendæ caducitatis ſufficiunt canonis non ſolu- 2.
tio per biennium ex parte Emphyteutæ, & expreſſa quoad dominum caducitatis declaratio, Bald. *in l.*2. *C. de Iur. Emphyt. gloſ. in l.*2. *ff. Si ager Vectigal.* Abb. *in cap. Potuit, extr. Locat.* Burſat. *conſ.* 143. *num.* 61. Menoch. *conſ.* 20. *numer.*56. *& conſ.*381. *num.*26. Benint. *deciſ.*39. *numer.* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.*29. *num.*31. alios adduxi pro Domino Primicerio S. Andreæ, & obtinui, & plures cumulantur per Mar. Antonin. *var. reſolut.*61. *num.*17. *lib.* 1.

His poſitis non obſtat modo, quod ab initio dicebatur, celeri nimirum ſatisfactione moram purgari; ſiquidem procederet obiectum, ſi à lapſu biennij in fine menſis Septembris effluxi, breue tempus duntaxat interim effluxiſſet; at cum hic à feſto S. Michaëlis anni 1650. vſque ad diem 20. Maij ſubſequentis, qua ſucceſſit
depoſitum vltra ſex menſes interceſſerint; nul- 3.
lus certè iudex arbitrabitur hanc dici celerem ſatisfactionem ad caducitatem effugiendam, Dec. *conſ.*146. *num.*3. *in fin. & num.*4. Rip. *reſponſ.* 9. *num.*1. *par.*2. *de iur. Emphyt.* Gabriel *conſ.*75. *num.*7. ibi, *quia id verum eſt, quando declaratio*

sit per longum tempus, lib. 2. Cost. *de re integ. distinct.* 69. *num.* 6. *&* 7. *&* *distinct.* 105. *num.* 4. Cyriac. *contron.* 158. *n.* 9. Gratian. *discept. forens.* 378. *num.* 21. vbi quod ad summum mora purgari infra sex menses debeat, Mar. Ant. *d. ref.* 61. *n.* 22. *lib.* 1. Ioseph. Ludouic. *dec. Perusin.* 90. *n.* 32. *par.* 2. Rota *in Romana deuolutionis* 4. *Februarij* 1604. *n.* 7. *coram R.P.D. Litta.*

Veruntamen prædicta transeunt cum supposito, quod declarationi caducitatis celeris solutio, seu depositum formiter, ac integrè factum accesserit, quod cum deficiat, ideo præcedens disceptatio superflua, atque inanis redditur; tum
4. quia depositum illud prætensum nihil suffragatur, vti nulliter factum parte videlicet absente, nec citata, Ias. *cons.* 9. *num.* 15. *lib.* 1. Rol. *cons.* 63. *num.* 13. *lib.* 1. Rota apud Cenc. *de Cens. decis.* 297. *num.* 6. & coram Buratt. *decis.* 356. *num.* 1. ibique Ferentill. *in addit. glos. A.* & latius exornant Stazil. Pacific. *inspect.* 5. *cap. vnic. num.* 38. *& seq.* Post. *de subhast. inspect.* 17. *n.* 184. *& seq. & post tract. decis.* 38. *num.* 5. Thomat. *decis. Macerat.* 46. *n.* 5. *& seq.* Georg. Mund. *cons.* 27. *num.* 156. *lib.* 1. Caruf. *in Sylu. term. arb.* 24. *num.* 70. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 4. *q.* 83. *n.* 125. tum quia ob præcedentes expensas in declaranda caducitate erogatas, ac per Emphyteutam reficiendas depositum
5. non remanebat integrum; quamvis enim pro expensis ante illarum liquidationem depositum præcisè fieri non debeat, Gratian. *discept. forens.* 686. *num.* 7. Attamen vbi in parte adest liquidatio, & in parte illiquidum existit debitum, vt depositum iuuet, debet fieri integrè de summa de-
6. bita, & si quid adest illiquidi debet offerri cum præstatione fideiussionis, Bald. *in l. Si residuum* 5. *C. de distract. pignor.* Turret. *cons.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. Altograd. *cons.* 24. *num.* 99. vbi alios recenset, Rot. apud Contr. *decis.* 34. *num.* 9. Olea *de cess. tit.* 5. *q.* 5. *num.* 38. Caruf. *in Sylu. term. arb.* 24. *num.* 65. super quibus amplius non insistunt; si quid enim dubij in præmissis superesset, tametsi indubitabilia reputentur, ex traditis in hoc eodem articulo per Cyriacum in scriptura exhibita remoueretur.

Quæ quidem verbalis oblatio sufficit etiam,
7. quando Dominus canones recipere renuit, Bardellon. *cons.* 158. *num.* 24. Altograd. *cons.* 24. *n.* 94. *& seq. lib.* 1. Fontanell. *decis.* 70. *num.* 9. *&* 10. dixi *allegat.* 98. *num.* 6. *lib.* 2. Ant. de Marin. *resolut.* 154. *num.* 10. *lib.* 1. Zacch. *de Salar. q.* 23. *num.* 27. Marescot. *var. resol.* 57. *num.* 1. *lib.* 1. Fulg. *de Emphyt. tit. de Solut. can. q.* 2. *n.* 6. Capyc. Latr. *consult.* 39. *num.* 28. Rot. post Bonden. *decis.* 85. *num.* 4. *& decis.* 228. *num.* 5. *& decis.* 229. *num.* 14. *par.* 9. *tom.* 1. *recent.* & coram Merlin. *decis.* 356. *num.* 8. & apud Merlin. *de pignor. & hypoth. decis.* 70. *num.* 5. *& in Eugubina Emphyteusis* 16. *Februarij* 1660. *num.* 8. *coram R.P.D. Priolo.* Dummodo recusatio non
8. procedat ex iusta causa; quia quando Dominus iusta ex causa canones recipere recusat, tunc oblatio illorum verbalis non suffragatur, sed reale depositum requiritur, ex cumulatis per Cyriac. *controu.* 267. *num.* 9. Fulgin. *de Emphyt. tit. de solut. can. d. q.* 2. *num.* 11. Altograd. *d. cons.* 24. *num.* 88. *lib.* 1. Marescot. *d. resol.* 57. *num.* 9. *& seq.*
9. Ratio subest optima, quia deposito, aut oblationi non est locus, quando creditor satisfactionem recipere non recusat, Ciarlin. *controu.* 179. *num.* 9. Spad. *cons.* 285. *n.* 3. *lib.* 2. Cyriac. *contr.* 267. *num.* 1.

At vbi quis præstare operam obligatus præexistit, tunc neque etiam oblationem præmittere obstringitur, cum de iure possit expectare, 10.
vt ad præstandum interpelletur, Gratian. *discept.* 748. *n.* 2. *& seq.* Zacch. *de salar. d. quæst.* 23. *num.* 42.

SVMMARIVM.

1 *Feudi primus acquirens potest de eo disponere. Fallit vt, n.* 2. *Et de ratione, n.* 3. *Declara vt, num.* 4.

5 *Feudum acquisitum pro filiis nominatim expressis à primo acquirente alienari non potest; Siue acquiratur à Domino, siue à tertio nil interest, n.* 8. *Ob diuersos effectus, & personas dicitur nouum, & antiquum, num.* 10.

6 *Inuestitura in feudo est necessaria. Noua non dicitur dependens ab alia, n.* 7. *Facta acquirenti feudum non dicitur noua, numer.* 9.

11 *Assensus Domini an in feudi noui distractione requiratur. Omnino requiritur, quando adest pactum de non alienando, numer.* 12.

13 *Agnati possunt opponere defectum licentiæ Domini secuta alienatione feudi.*

OBSERVAT. CXXIV.

FEVDO per Patrem acquisito non quidem à Domino, seu Principe, sed à Vassallo antea de eodem inuestito, eoque dein alienato filij ad illud expresse vocati, prædefuncto iam Patre ad illius recuperationem iudicium intentarunt, nec in dubium reuocabant, quin feudum alienari potuerit, tam ex consuetudine Mantuana, quam etiam, ac multo magis, quia ipsorum Pater titulo æqualiter oneroso per erogationem iusti valoris illud acquisierat; quo cum feudum, quantumuis pactionatum in quoscumque alienari posse non ambigitur, dixi post infinitos *allegat.* 13. *num.* 4. & *allegat.* 14. *num.* 4. *lib.* 2. & nunc addo Rot. *decis.* 741. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* *& in Romana domus* 4. *Decembris* 1643. *&* 20. *Maij* 1647. *num.* 7. *coram R.P.D. Peutingero, & in Cesenaten. Emphyteusis* 23. *Ianuarij num.* 2. *&* 10. *Iunij* 1651. *num.* 6. *coram R.P.D. Albergato, & in Romana Census*, seu *Saluiani* 27. *Iunij* 1653. *num.* 10. *coram R. P. D. Bichio*, rationem assignant; quia Ius Patris ex pecunia proueniens extinguit omne Ius, quod posset competere filiis ex contractu, vel gratia Principis, & promiscuè id tam in Emphyteusi quam in feudo pactionatis militare animaduertunt, dum in effectu acquisitio ex causa onerosa adeo succedat, vt pretium, aut quælibet alia compensatio rei in feudum, vel Emphyteusim concessæ iusto valori æquiualeat; aliàs si gratia concedentis præponderet, acquirens primus feudi circa 2.
ipsius alienabilitatem nullo prorsus priuilegio potitur, vt distinguunt præcitati Doctores, & signanter Bald. *in prælud. feud. num.* 11. Marescot. *var. resolut. cap.* 74. *num.* 5. *in fin. lib.* 1. Merlin. *decis.* 86. *num.* 16. *& decis.* 786. *num.* 8.

Rot.

Rot. *d.deciſ.*741.*num.*31.*&* 32. *part.*4. *tom.*3.*recent.* & *in Romana domus*,20.*Maij* 1647.*num.*10.*coram R.P.D. Peutingero*, & *in Romana Cenſus*, ſeu *Saluiani*, 27.*Iunij* 1653. *num.*13. *coram R.P.D. Bichio*,
3. rationẽ diuerſitatis reddunt, quia in cauſa onerosa filij, & alij inueſtiti dicuntur habere bona illa à primo acquirente; ſed in cauſa lucratiua illa recipiunt ex liberalitate emphyteuſim concedentis, & ex propria perſona, tanquam ad illa vocati ſub nomine collectiuo filiorum, vel deſcendentium, filiíque in caſu lucratiuo bona huiuſmodi aliunde habent, quam à Patre: Vnde ſicuti Pater aduentitia filij bona in eius præiudicium alienare non poteſt, ita pariter, neque ad eius præiudicium de huiuſmodi feudo diſponere valet.

Præter quam diſtinctionem, alteram quoque ſubnectunt inter alienantem habentem vocatos in inueſtitura ſub poteſtate,& non habentem eos
4. in poteſtate; hoc enim poſteriori caſu vocatis alienando feudum, vel emphyteuſim nullo modo præiudicare poterit, Bald.*in l.*1.*ante fin. C.per quas perſon.nob.acquir.* Gratian. *diſcept. forenſ.*405. *n.*2. *& ſeq.* Rot.*in d.Romana domus*,20.*Maij* 1647.*coram Peutingero.*

Triplici tamen ex fundamento Carolus, & Ioannes Maria filij alienantis feudum reuocare contendebant. Primò, quia ad feudum non fuerunt vocati ſub nomine collectiuo filiorum, ſed eorum nominibus præciſè expreſſis, quo caſu ius
5. pro ſucceſſione ad feudum in eorum perſonis ſic radicatum dicitur, vt nullatenus ab eis diuelli poſſit,Iſern.poſt Aluarot. *in cap.*1. *ſub num.*11.*verſ. Item attende*, *de alienat. feud. patern.* Anton. de Alex.*inter conſ. Loffred.*52.*num.*1. Gabr. *de iur.emphyt. concluſ.*2. *num.*2. Clar. *in §.feudum, quæſt.*41. *in verſ.Sed in feudo nouo*, Cæphal.*conſil.*617.*n.*160. Galliaul. *in l.Gallus*, *§.quidam rectè*, *ſub num.*25. *verſ.niſi appareret*, *ff.de liber.& poſthum.* vbi dicit, quod tunc filij non admittuntur ordine ſucceſſiuo poſt mortem Patris; ſed ſimul cum ipſo Patre eodem tempore admitti debent, Matt. *conſil.*31. *num.*15. Fulgin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. quæſt.*24.*n.*27.

Deinde quia verſabamur in feudo, vti dicebamus, à Vaſſallo acquiſito,in cuius quidem acqui-
6. ſitionis executionem, & confirmationem à Domino emanauit inueſtitura omninò neceſſaria, Roſental.*de feud.cap.*6.*concluſ.*32.*num.*6. vbi gloſſ. *littera F*, Ludouic.Bellon. *conſil.*1.*num.*60. Amad. à Pont. *quæſt. Laudem.* 15. *num.*3. quos allegat & ſequitur Rot. *in Auenionen. Saluiani*, 10.*Februarij* 1651.*num.*12.*coram R. P. D. Bichio*. Ideóque ad effectum,de quo agitur, noua non reputatur, tan-
7. quam dependentiam habens à priori inueſtitura venditoris, Dec. *conſil.*53. *num.*4.*verſ.quinto quoad feudum*, Menoch. *conſil.*400.*num.*3. cum adductis per Rot. *in d.Auenion.Saluiani*, 10.*Februarij* 1651. *n.*10. *coram Bichio*.

Et quamvis alias inter feudum acquiſitum à
8. Domino ex cauſa onerosa, & emptum à tertio illius poſſeſſore nullum penitus diſcrimen conſtituerit, poſt alios Rot. *d.deciſ.*741. *num.*36.*&* 37. *part.*4. *tom.*3. *recent.* Attamen huic fundamento non poſſum acquieſcere; tum quia ratio principalis decidendi in caſu Rotæ eo non nititur; tum quia realiter ſimile feudum nullatenus nouum dici poteſt, ſiue inſpiciamus quatenus reſidebat
9. penes alienantem, atque obligationibus per eundem ſuper eo præciſè, ſeruatíſque de iure ſeruandis à Vaſſallo contractis, quæ penes acquirentem adhuc durant, Roſental. *de feud. cap.*6. *concluſ.*68. *num.*1.*&* 2.Rot.*deciſ.*176.*num.*26.*&* 37.*part.*5. *recent.* & *in Auenionen. Saluiani*, 10.*Februarij* 1651. *num.*14.*coram R.P.D.Bichio*, ſiue illud conſideremus in ordine ad naturam feudi, & qualitatem conceſſionis ex conſuetudine etiam ad extraneos extenſibilis; adeo vt hoc ſtante tranſeat in extraneum, tanquam comprehenſum in executionem facultatis alienandi feudum, tametſi nouum dicatur in ordine ad acquirentem, & ſucceſſionem, alioſque actus proportionabiles; nil autem prohibet quominus vnum, idémque feudum quoad 10.
plures perſonas, & diuerſos reſpectus nouum ſimul,& antiquum reputetur, Surd. *conſil.*351.*n.*22. Ioan. Baptiſta Coſta *conſil.*8. *num.*13. *in fine*, & *num.*14. dixi *allegat.* 21. *num.*10. & *allegat.* 85. *num.*10.*lib.*2.

Tandem quia in huiuſmodi alienatione Domini aſſenſus omninò requiſitus non interuenerat; Quamvis enim Doctores valdè inter ſe contendant, nunquid in alienatione feudi à primo 11.
acquirente inita Domini beneplacitum requiratur, vt videre eſt apud nos *allegat.*13. *num.*4. *lib.*2. & Rot.*deciſ.*741.*part.*4. *tom.*3. *recent.* & *in d.Ceſenaten. emphyteuſis*, 23.*Ianuarij* 1651. *coram R.P.D. Albergato*, *num.*2. Nihilominus in noſtra hypotheſi quælibet ceſſat difficultas propter pactum prohibitiuum alienationis ſine conſenſu Domini inueſtituræ adiectum; quod certè, & neceſſario efficit, vt licentia omninò requiratur, vbi etiam admitteremus pacto ſecluſo,primum feudi acqui- 12.
ſitorem aſſenſu Domini neglecto,feudum in quoſcunque extraneos capaces alienare poſſe, dixi *allegat.*15.*num.*44. *lib.*2. & nunc addo Rot. *in Romana Saluiani*,30.*Ianuarij* 1645. *coram Bichio*,*n.*9. Iſtudque fundamentum pro retractatione alienationis feudi ineuitabile videbatur.

Neque enim reſiſtere poterat defectum aſſenſus à ſolo Domino opponi,quoniam vbi agitur de caducitate,aut deuolutione, reſponſio militat; iſtud tamen non impedit, quominus comprehenſi in inueſtitura, atque vocati ad feudum primo feudi 13.
acquiſitore non alienante ratione defectus licentiæ,ad feudi recuperationem agere valeant,vt poſt Gratian. *diſcept. forenſ.*855.*n.*17. & alios, dixi *allegat.*101. *num.*16. *lib*,2.

SVMMARIVM.

1 *Exemptum ſe allegans exemptionem probare obſtringitur. Declara,vt num.*17. *Et de ratione, num.*18.
2 *Immunitas ad onera belli non extenditur. Contra, num.*19. *Conceſſa loco dicitur realis, num.*9. *Præſumitur durare,dum non probatur adempta, num.*10. *Conceſſa rei alias immuni latè interpretatur,n.*11. *Extenditur etiam ad futura,n.*14.
3 *Immunitate abſoluta fruitur Eccleſia.*
4 *Manutentio in quaſi poſſeſſione libertatis ab oneribus conceditur ad ſtatum, in quo quis reperiebatur.De tempore litis mota conceditur,num.*5.
6 *Officiali atteſtanti de ſpectantibus ad eius officium plena adhibetur fides.*
7 *Proclama vſu non receptum non ligat. Non afficit immunes ad inſtar Eccleſiarum, num.*8.
12 *Immunitatem ad probandam multum confert iudicata.*

13 *Immuni*

13 *Immuni per sententiam non præiudicatur per Principem, nisi de potestatis plenitudine procedat.*
15 *Immunitati solutiones factæ per vim non præiudicant. Communitatis solutiones singularium non præiudicant, n.16.*
20 *Bella hodie in Italia frequentantur.*
21 *Exempti quando conferant ad onera belli, & num.22.*
23 *Communitates de cætero conqueri non possunt de immunitate vnius, si illæ sustinebant omnia onera.*
24 *Rex Hispaniarum non potest tollere immunitates ab Imperatore concessas.*



Observatio CXXV.

De duobus non minus eleganter, quam scitè dubitare videtur Illustrissimus Magistratus. Primò, an communitates Cogutij, & Cigognariæ præcisè probare teneantur exemptiones, quibus tempore Bartolini de Caualcabobus fruebantur. Secundò, an in specie fuerint exempti tempore eiusdem, & ante illum, Regum, & Imperatorum tali exemptione, vt non potuerint, si id casus requisiuisset collectari pro reficiendis damnis publicis propter bellum passis.

1. Ratio dubitandi quoad primum in eo residet, quia allegans se exemptum, debet ante omnia probare exemptionem, Innoc. *in c.solum de sent. excomm.* Camuncul. *consil.* 16. *num.*176. Borell. *de Reg. Cathol. præst. cap.* 11. *num.* 103. *cap.* 33. *num.*41.

2. Fundamentum verò secundæ dubitationis in eo residet; quia immunitas alicui concessa non excusat ab illis, quæ indicuntur ob causam belli, ac cuiuscunque alterius vtilitatis publicæ, vt optimè animaduertunt Doctores, *in l.si ex toto*,8. *ff. de legat.*1. Plot. *in l. si quando, num.*17. *C.vnd. vi*, Mynsing. *obseruat.*70. *per totam, cent.*4. Thesaur. *quæst. forens.*8. *num.*12. & *quæst.*13. *num.*5. *lib.*1. Raudens. *consil.*54. *num.*1. *lib.*1. Cyriac. *controuers.*154. *num.*2. Giouagn. *consil.*27. *num.*17. *lib.*1. Coler. *consil.*1. *num.*267. Borell. *de Regis Cathol. præst. cap.*35. *n.*28. Genuens. *in prax. Ecclesiæ Vrcen.*22. *quæst.*64. *num.*2. Rauden. *tit. de A... lib.*1. *cap.*22. *num.* 31.

Cæterùm licet præmissa non parum difficultatis habere præseferant; nihilominus re maturius perpensa, atque discussa non dubito, quin Magistratus fauorabilem pro istis communitatibus amplexus fuerit sententiam. Etenim cum certo certius sit, ac ex rimatione priuilegiorum, & processus appareat nos versari in exemptione originaliter Ecclesiastica, vtrumque ex propositis obiectis facillimè euitatur. Quandoquidem omnibus compertum existimamus, ac pro notorio reputa-
3. mus, Ecclesiam, ac res ad ipsam spectantes omnimoda potiri immunitate, de superis impertita, atque ab ore Altissimi processa, vt habetur *Gen. cap.*47. & *lib.*1. *Esdræ, cap.*7. & quam sæpissimè in sacris Paginis *cap. quanquam, de cens. in* 6. *cap. non minus, de immunit. Eccles.* nec circa istud vnquam Canonici Iuris interpretes dubitarunt, quicquid senserint Theologi, quorum opinio refutatur per Azor. *in* 1. *part. instit. lib.*5. *cap.*12. *vers. ego profectò existimo, pag.*503. Bellarm. *controuers... tom.*2. *lib.*1. *de cler. cap. vltim.* Borell. *consil.*74. *num.*1. Quo stante datur intelligi illico, quæ, & quales fuerint tunc immunitates harum communitatum, & nunc res in tam deteriori statu hic, & nunc reperiantur, vt Serenissimus D. N. possit eas grauare; cum enim iam bellum excesserit, & Dei gratia non adsit hæc magna necessitas, neque euidens periculum propter aliquod bellum; ideo dubia excitata non applicantur, vt inferius magis explanabitur.

Quibus non obstat motiuum deductum ex eo, quod tanta adsit necessitas collectandi, vt etiam possint apponi manus ad exemptos, prout Sanctissimus Pontifex concessit facultatem exigendi nouas impositiones contra Ecclesiasticos; nam præterquam quod non officit istud communitatibus, accedit quod Ecclesiastici in tam parua quantitate collectantur, vt sufficiat, quod communitates prædictæ soluant scuta quatuorcentum pro marina, & se obligauerint pensitare in singulas libras serici solidos decem; etenim per hæc parificantur Clericis in oneribus, prout eorum priuilegia adæquantur Ecclesiasticis quoad immunitatem.

Sicuti non officeret, si diceretur dictas terras communitatum non gaudere amplius priuilegiis immunitatis, ex quo reperiuntur penes laicos. Quandoquidem in ipsa permutatione inita cum Monialibus sanctæ Iuliæ ipsis communitatibus præseruantur priuilegia quæcunque in illis verbis:

Item vtendi, & vti faciendi, & possidendi omnibus, & quibuscunque priuilegiis, gratiis, vsantibus, & exemptionibus, honoribus, & honorantiis, spectantibus, & pertinentibus quomodocunque, & qualitercunque dictis Dominis Abbatissis, Monialibus, & Monasterio prædicto in dicta terra, & toto territorio Cigognariæ, secundum quod, & prout vti potuerunt, & possunt, & vti consueuerunt dictæ Dominæ Abbatissæ, & Moniales, ac Monasterium antedictum. Quæ postea per Serenissimos pro tempore Duces fuerunt confirmata. Vnde ex hoc solum fundamento remanet corroborata intentio hominum communitatis Cigognariæ, & Cogutij.

Redeundo tamen vnde digressus fui, præsupponendum venit quoad causam serici intentatum fuisse remedium manutentionis in quasi posses- 4.
sione non soluendi, vt apparet ex scriptura registrata in processu *fol.*27. *fac.*2. & in alia scriptura in eodem processu *fol.*65. Quod autem pro libertate non soluendi onera, & collectas detur manutentio, admittunt Fontanell. *de pact. nupt. claus.*7. *gloss.*3. *part.*10. *num.*12. & *num.*42. *fol.*433. *tom.*2. Post. *de manutent. obseruat.*10. *num.*22. & *sequent.* Quemadmodum conceditur manutentio ad sta- 5.
tum, in quo quis reperitur de tempore litis motæ, Post. *de manutent. obseruat.*42. *num.*80. & 81. & *post tract. decis.*51. *num.*8. Hinc propterea cum ex testibus pro fisco examinatis constet homines prædictorum locorum esse immunes à solutione taxæ impositæ pro serico, præterquam in solidis decem pro singula libra, neque consueuerint gallulas ponderare ad publicum pauionem, nec illas denuntiare, nisi tunc quando imminet tempus solutionis Datij; ideo in eo statu, ac immunitate veniunt conseruandi.

Hic autem recensebo dicta testium in necessariis extensa, vt colligant Illustrissimi Domini Iudices non rectè sensisse, dum scripsit testes pro Camera examinatos optimè pro reis conuentis concludere. Depositio Domini Bartholomæi Auigni Notarij: *Ei ditto se questi tali habbiano hauuto licenza*

licenza da lui testimonio o dal suo compagno di pesar le galette alle proprie case. Respondit: *Signor nò, ma questo e stile vecchio,* & paulò infra interrogatus respondit: *Signor si, che questi tali, che comprano galette forastiere pretendono, che la seta sià essente, come anco fanno quelli di Cogozzo e Cigognara, li quali pretendono di poter comprare in quella parte della Villa, che e essente le galette senza venire à farle pesare al Pauaione, qui di Viadana,* &c. paulò infra interrogatus respondit: *Questi di Cogozzo e Cigognara pretendono di non venire al Pauaione ne vi vengono doppo che hanno hauuto le loro essentione.*

Depositio Pyrri de Bronzinis. Interrogatus respondit: *Io habito nella Villa di Cogozzo in quella parte, che e essente,* &c. & paulò infra *fol.* 51. interrogatus respondit: *Non hò portato le dette galette compre à Cigognara al Pauaione, perche non siamo in obligo per le nostre essentioni.*

Depositio Domini Baptistæ Pilastrinæ. Interrogatus respondit: *Seta d'alcuna persona non mi e stata ancora denunciata perche non e passato il tempo,* & paulò infra interrogatus respondit: *Io non so, che si faccia altro se non di quelli di Cogozzo e Cigognara sotto certa essentione, che dicano hauere comprano in detta Villa le galette, che sono fatte in essa, & se la pesano alle case proprie senza farle portare al Pauaione publico.*

Depositio Domini Iacobi del Tono. Interrogatus respondit: *Noi altri di Cogozzo in virtù delli nostri Decreti pretendiamo di non esser tenuti à far pesare le galette al Pauaione, ma solo di dare in nota la seta quando habbiamo finito di tirare, & all'hora le diciamo anco la quantità delle galette, che habbiamo comprato.*

Depositio Pauli del Tono in fine examinis, *& perche pretendo per essente conforme alli priuileggi di Cogozzo di non esser tenuto.*

Ex quorum depositionibus euidenter demonstratur status, & immunitas dictarum Villarum, & infertur ad notorium grauamen ex sententia resultans. Quoniam Bartholomæus Zuccarius fuit condemnatus ob non denuntiatum sericum, & nihilominus ex dicto Domini Pilastrinæ Officialis ad hoc specialiter deputati apparet de tempore sumptarum informationum, nondum euenisse tempus denuntiandi, vt in ipsius relata depositio-
6. ne, & de qua in processu *fol.* 52. cui tanquam attestanti de spectantibus ad eius Officium plena fides venit præstanda, *cap. post cessionem, de probat.* Bimius *consil.* 208. *num.* 24. præsertim cum illius dictum plurimum ex depositionibus aliorum coadiuuetur; nempe Domini Bartholomæi Zuccarij *fol.* 46. ibi: *Et quando hauerò fatto tirare la seta la porterò à Viadana e la darò in nota,* & Domini Pyrri Bronzini *fol.* 51. ibi: *Ma quando sarà il tempo di dare la notta della seta.* Et Domini Iacobi del Tono *fol.* 59. ibi: *Ma quando darò in nota la seta lo dichiararò.*

Quibus non refragaretur replicatio, quod sententia sit intelligenda de serico aliis ex bombicibus extracto, quod fatetur idem Zuccarius se non denuntiasse, vt in process. *fol.* 48. ibi: *Signor nò, che non hò denunciato questa seta in niuno luogo perche non sono tenuto, ma sono tenuti li padroni,* & quod per ipsum omnino denuntiandum erat iuxta proclama anni 1607. ibi: *Obligando le medeme maestre, & particolari patroni senza euetuare alcuno doppo finito di tirare la seta à denunciar parimente la quantità della seta, che ne sarà stata cauata come de doppij, sotto la pena di scudi vinticinque in caso di mancamento, e di scudi cinque per libra di seta o doppij, che si sarà tralasciata di denunciare.* Tum quia nondum aduenerat tempus denuntiationi præfixum, quod protrahitur vsque, & per totum diem 15. Septembris, vt in ipso proclamate, ibi: *Et quanto alla seta, che ne sarà stata cauato, o comprata per tutto il quindece Settembre così dentro della Citta come fuori.* Tum quia dictum proclama in Villis Cogutij, & Cigognariæ 7.
vtentium moribus non fuit receptum, vt satis colligitur ex testium dictis superius relatis, & propterea eos non ligat, Rot. *decis.* 415. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Tum quia satis dicitur consultum Iuribus Cameræ Ducalis per denuntiationem tunc initam, vel suo tempore ineundam à particularibus serici Dominis. Tum quia huiusmodi transgressio contigit bona fide, & citra dolum, ex quo huiusmodi proclamata nunquam in illis regionibus fuêre publicata. Tum & denique quia proclamata non afficiunt immunes maximè ad 8.
instar Ecclesiasticorum, quibus sunt isti homines, nisi de illis fiat expressa mentio, Ruin. *consil.* 219. *num.* 5. *in l. fin. lib.* 1. Bertazol. *consil. criminal.* 476. *num.* 35. Curt. iun. *consil.* 106. *num.* 12. Bimius *consil.* 402. *num.* 52. *& seq.* ponderando, quod priuilegium communitatum tanquam ab initio dimanans ab Ecclesia, & postea confirmatum fuerit ab Imperatore, & Ducibus pro tempore regnantibus.

Tanto minus subsistere potest sententia quoad Dominos Pyrrum Bronzinum, & Iacobum del Tono, sub prætextu quod non fecerint ponderare gallulas ad publicum pauionem; Cum enim eas emerint in loco immuni, & ratione cuius nunquam consueuerunt illas nonnisi domi ponderare, frustra ac minus rectè illis hæc nouitas impenditur, præsertim cum nil noui hoc anno emerserit, quod antea non existeret, neque maior ratio esse potest, cur impunè annis præteritis, & à tanto tempore, cuius initij non extat memoria, illud peregerint; nunc autem se gerentes iuxta inueteratam, ac concludenter probatam consuetudinem condemnentur.

Hinc quoque sublatum remanet aliud caput sententiæ, in quo pœna scutorum quinquaginta infligitur D. Paulo Tono, propter omissam denuntiationem furnelli, & serici, quæ dixisse sufficiat quoad præsentem causam gallularum, & serici.

Descendendo nunc ad generalitatem exemptionum referam verba priuilegiorum, quæ Monialibus per Imperatores fuêre concessa, & postea in permutatione præseruata hominibus Cigognariæ, & Cogutij, & tandem per Serenissimos confirmata; sunt autem quæ sequuntur:

Statuimus itaque, & Imperiali auctoritate sancimus, vt prædictum Monasterium, & personas diuino cultui in eo dicatas, & omnia bona ipsius Monasterij, &c. *nullus Archiepiscopus,* &c. *ad causas audiendas, vel fodra exigenda, seu mansiones, aut paratas, vel fideiussores tollendos, aut.... seu vllas retributiones, vel aliquod onus cuiuslibet functionis trahere, vel ab eis aliquatenus exigere præsumat,* ex quibus apprimè innuitur interminata istorum hominum exemptio. Quæ cum fuerit concessa loco, dicitur realis, ex cumulatis per 9.
Cyriac. *controuers.* 222. *num.* 9. & per consequens cum appareat fuisse benignè per Imperatores, ac Serenissimos Duces concessam, ac respectiuè confirmatam,

10. firmatam, præsumitur adhuc durare, dum non appareat fuisse legitimè ademptam, per textum apertum *in l.3.§.fin.ff.de censib.* Cyriac. *contr.*297. *num.*11. Ac latissimam recipere habet interpretationem, ex eo quia hæc bona vti ad Monasterium spectantia, etiam ex sui natura reputabantur im-
11. munia; quia immunitas concessa rei alias immuni, latè interpretatur, Cyriac. *controuers.*141. *num.*57.

Plurimum ad corroborationem sententiæ,
12. quam alias homines isti contra Gabellarios obtinuerunt, & de qua in processu *fol.*74. propter quam immunitatem titulus dicitur canonizatus, Natt. *consil.*524. *sub num.*6. Bertazol. *consil.criminal.*476.*num.*6.Surd.*consil.*262.*num.*20.qui omnes loquuntur in casu necessitatis ob bellum antea transactum, quibus accedit Cyriac. *d.contron.*297. *num.*54. Addo Alb.*consil.*115.*num.*3. Adeo vt cum postea transitum fecerit in iudicatum, reuocari
13. amplius per Principem non valeat, neque sic immunes comprehenduntur in generali Principis edicto, vel etiam speciali, nisi de plenitudine potestatis deroget rei iudicatæ, Alex.*consil.*30.*num.*1. *lib.*5.Natt.vidend.*consil.*524.*num.*23.*& seq.* & *consil.*525. *num.*52. *& seq.* Bertazol. *dicto consil.*476. *num.*34.

Quibus non obstaret si diceretur immunitatem intelligi rebus sic stantibus, & quoad angarias, & onera de tempore exemptionis; non autem de futuris. Nam vltra quod priuilegia expressè attingunt etiam futura, vt in illo Lotharij Imperatoris, ibi: *Vllo vnquam tempore ingredi, vel exigere præsumat.* Quod registratur in libro communitatis *fol.*4. succedit etiam pro responsione
14. conclusio communiter approbata, immunitatem videlicet extendi etiam ad onera futura, Paris. *consil.*69.*num.*4.*lib.*1. Alb.*consil.*336.*num.*15. Bursat. *consil.*16.*num.*77. latè Manent. *consil.*84.*à num.*57. Mar.Anton.Bellon. *cons.*69. *n.*3.

Addebam in prioribus meis iurium allegationibus communi omnium Doctorum opinione fretus probari vlterius, & concludenter exemptionem harum communitatum ex reuolutione librorum Officialium, in quibus apparet ab eis nunquam aliquid exactum, quinimo etiamsi appareret nihil suffragaretur, ex quo cum præcesserint Principum proclamata, quod omnes solue-
15. rentur solutiones per vim, & coactè præsumerentur factæ, & per consequens non præiudicarent, Scac. *consil.*1.*num.*82. *tom.*1. *lib.*1. Surd. *consil.*261. *n.*73. *& seq.* Manent.*d.consil.*84. *num.*34. quod solutum per ipsos immunes repeti posset, Surd. *consil.*419. *sub n.*41.*vers.vltimo respondet*, Giouagn. *consil.*27.*num.*43.*lib.*1. Vltra quod solutiones factæ
16. per singulares personas non afficiant circa exemptiones communitatibus concessas, Ioan.Bologn. *consil.*1.*num.*27.*&* 28. Lanar. *consil.*14.*num.*5.*&* 6. Manent.*dicta consil.*84.*num.*34.In hoc tamen amplius non insisto, cum tam ex priuilegiis, quam ex sententiis, & aliis manifestissimè constet, illæsas semper remansisse harum communitatum exemptiones.

Obiectis etiam quamvis ex præmissis videatur sufficienter satisfactum, illis nihilominus singillatim respondebo. Amplissima ergo harum com-
17. munitatum immunitas arguitur ex memoratis priuilegiis, permutatione, confirmationibus, & sententiis, qua cum hactenus gauisæ fuerint, sufficit illam nunc allegare, neque aliquo probandi onere sunt prægrauandæ, Bimius *consil.*394. *num.*22. Crauet.*consil.*57.*num.*9. Natt.*consil.*406.*num.*12.& *consil.*446. *num.*14. Bursat. *consil.*138.*num.*49. Berrazzol. *cons.*476.*n.*2. & *consil.*522.*num.*1.Thesaur. *quæst. forens.*76.*num.*4.*lib.*1. Cyriac.*controuers.*222. *num.*14. Et ratio esse potest, quia ex tot funda- 18.
mentis redditur notoria, & manifesta; in quibus terminis sufficere allegare exemptionem, absque eo quod doceatur de titulo, vel quicquam aliud probetur, voluerunt cumulati per Sanchez *consil. moral. lib.*6. *cap.*9. *dub.*4. *num.*1. & Borell.*de Reg. Cathol.præst.cap.*11.*num.*108.sicque remanet sublatum primum obiectum, vel non intrat, eo quia ex memoratis priuilegiis, obseruantia, permutatione, sententiis, atque aliis ex processu resultantibus, colligitur, immunitatem harum communitatum nullis terminis circumscribi; sed omnia onera comprehendere.

Ita pariter alteri obiecto pluribus respondetur,
& primo sententiam illorum, qui affirmant exem- 19.
ptos teneri ad collectas occasione belli, vel alterius publicæ vtilitatis indictas non transire sine difficultate, ex quo contrarium, ipsosque præseruari ab huiusmodi oneribus tenuerunt plures, præsertim concurrentibus tot verbis prægnantibus, & geminatis, de quibus in relato priuilegio Lotharij Imperatoris, inter quos Crauet. *cons.*294. Bertazzol. *consil. ciuil.*109. *num.*56. cum adductis per Cyriac. *controuers.*154. *num.*7. & plena manu per Manent.*consil.*84.*num.*28. Bimium *consil.*405. *num.*72. non possit quin ab ordinariis impositionibus communitates prædictæ sint immunes; cen-
sentur quoque præseruatæ ab indictis ob bellum, 20.
quandoquidem in hisce nostris regionibus bella plurimum, & quotidie frequentantur; quo genere argumenti in proposita facti specie vtuntur, Natt. *consil.*406.*num.*18.Neuizan.*consil.*66.*num.*43.*&* 57. Lancellot.Gall.*cons.*44.*num.*35. Manent.*d.cons.*84. *num.*27. Raudens. *consil.*54.*num.*6.*lib.*1. Vbi quod hæc conclusio ante tempora Caroli V. erat indubitata, provt etiam postea ab obitu inuictissimi Regis Philippi II. Vnde vulgo fertur Venerabili Bedæ Presbytero oranti pro gentis Italicæ tranquillitate, responsum fuisse ab Angelo: *Beda tace, nunquam Italia erit in pace*, vt referunt Calcan. *consil.*24.*ante num.*10. & Raudens. *d.consil.*54.*n.*7. *lib.*1.Tertiò, & hinc cessat omnis difficultas; quia
non versamur in casu belli, quod neque etiam 21.
semper infringit exemptionem; sed ita demum, & quoties aliis subditis ad supportanda onera vires non suppetunt, Lancellot.Gall.*d.consil.*44.*sub n.*35. *vers.quarto dicitur*, Mar.Anton.*resolut.*56.*num.*22. *lib.*2. Cyriac. *dicta controuers.*154. *num.*10. quibus addo Giouagn.*consil.*27. *num.*26.*lib.*1. Cost.*de subsid. remed.*95.*num.*1.*&* 2. Bimius *cons.*403.*num.*59. Quartò, quia admisso citra veri præiudicium, quod
propter bellum possent grauari immunes; intelli- 22.
geretur de magno non de paruo, Bald. *consil.*458. *sub num.*3. *vers. tamen non per omnia parua, lib.*3. Cyriac. *d. controuers.*154. *num.*14. Atque hic, & nunc, vti dicebamus; non habemus aliquod formale bellum, nec paruum, nec magnum, ergo, &c. Tandem cum antiquitus istæ Villæ non spectarent ad coronam Ducatus Mantuæ; & Imperio Marchionis Bartolini de Caualcabobus Cremonensis subiicerentur, sicuti tunc pro belli contingentibus in districtu Mantuano, non apponebantur manus ad onerandum dictas communitates, & tunc Serenissimi de Gonzaga Vicarij Imperiales splendidè, ac generosè bella sustinebant absque huiusmodi suffragio, conqueri non debet

Sua

23. sua Celsitudo, neque cæteræ Communitates, quæ ad integra onera tunc tenebantur, si nunc quoque pro toto exiguntur, quin per exemptionem harum Communitatum non augetur grauamen aliarum; sed tantummodo non additur subsidium, vt in specie Siluan. *cons.66. sub n.4.* & *sub n.7.* aliique per Cyriac. *d.contr.154. n.20.* vbi quod ad ita in simili consulendum ex hac vnica ratione principaliter mouebatur. Et in omnem euentum cum non præsumatur, nec credendum sit Sereniss. D. N. tanta obstringi necessitate, vt egeat subsidio ab hominibus exemptis vnius oppiduli huius Ducatus, istud apertissimis doceri oporteret probationibus, ad tradita in puncto per Rosel. *cons.74. n.37.* & alibi sæpè *in eod. cons.* vbi omnino videatur.

Parum verò seu nihilum resisteret, si diceretur
24. Sereniss. Principem mandasse, quod nemine excepto, omnes tenerentur ad contenta in proclamaribus disponentibus de angariis, & oneribus occasione belli præteriti impositis; quia prætermisso, quod non colligitur propterea mentem Suæ Celsitudinis fuisse coarctare etiam eos, quos declarauit per speciale decretum confirmandos in eorum immunitate, adhuc, etiamsi expressisset, Cómunitates istæ, vti in origine Iure diuino præseruatæ, & Cæsareis confirmationibus fulcitæ, quemamodum in prioribus dicebam, ad soluendum cogi neutriquam possent, & Doctoribus tunc pro hac conclusione recensitis, accedunt Natt. *cons.669. n.18.* & Bim. *cons.402. n.57.* ambo affirmantes potentissimum Regem Hispaniarum immunitatis priuilegia à Cæsare concessa tollere ex defectu potestatis non valere.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non ligantur Statuto prohibente introductionem frumenti.*
2 *Clericorum dicto cum iuramento statur, quod res reperta in fragranti sit illorum.*
3 *Iudex Ecclesiasticus adeundus super contentionibus inter gabellarium, & Clericum.*
4 *Gabellarij insistentes pro contrabanno contra Clericum coram Iudice Laïco excommunicantur.*



OBSERVATIO CXXVI.

1. STATVTO aut proclamate Principis Laïci vetante, ne in ciuitatē frumentum, seu farinæ introducantur Clerici non ligantur, Menoch. *cons.800. n.30.* Bonden. *collect.10. n.30. & seq.* Rot. apud Contr. *dec.116. n.7.* Paris. *de effect. Clerical.2. n.316.* Sperell. *decis.13. n.16.* cum adductis per Ror. *in Romana pecuniaria*, 18. *Iunij* 1655. *n.4. coram Reuerend. Cerro*, quorum dicto cum iura-
2. mento statur, circa probationem, quod farina in fragranti reperta iuris sit ipsorum, Roland. à Vall. *cons.71. n.24. lib.4.* Sperel. *dec.12. n.64.* Ciarlin. *controu.22. n.58.* & *contr.264. n.35.* vbi post alios concludunt, quod stetur etiam dicto cum iuramento operariorum, dummodo qualitas personarum aliud non suadeat.

Cum declaratione tamen, quod vbi illico farina
3. Clericis non remittatur, & contentio aliqua succedat, partium remissio pro decisione ad Iudicem Ecclesiasticum fieri debeat, Roland. à Vall. *d.consil.71. n.25. lib.4.* Grass. *de effect. Clerical.3. n.258.* Sperell. *dec.12. n.65.* Ciarlin. *d.contr.246. n.33. & 34.* vbi etiam concludunt, quod neque contra Laïcos conducentes farinam Clericorum ad pœnam aliquam procedi valeat.

Hoc autem cognito, & non antea, si gabellarij coram Iudice Laïco pro commisso, ac pœna insistant, in excommunicationes incidunt, de quibus apud Sperell. *decis.12. n.44.* & apud Grass. *de effect. Cler.3. n.5. & seq.* quibus tamen ne innodati remaneant, speramus futurum, vt ab vlteriore molestia se abstineant. Quemadmodum fecerunt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vigens in loco iudicij, allegare non est necesse.*
2 *Iudex præsumitur iudicasse super obiectis exceptionibus.*
3 *Sententia contra constitutionem lata est nulla. Quæ transiuit in iudicatum debet retractari, quando passa est disputari de eius iuribus, num.9.*
4 *Causa finalis colligitur ex procemio.*
5 *Exceptio per processum ad vlteriora censetur reiecta. Declara, vt n.6. & n.8.*
7 *Hypotheca est principale extremum Saluiani.*
10 *Princeps non potest contrahere, & solemnitates non supplere. Facilius potest tollere ius quæsitum ex contractu secum facto, quam inter alios inito, n.11.*
12 *Census creditor actione personali, aut ex Saluiano pro decursis experitur, n.13.*
14 *Fideiussor non agit, nisi prius soluerit, & numero 16. & num.20. Concluso in causa contra ipsum agit ad liberationem, num.22. Qui diu stetit in efficaci obligatione petit liberationem, n.23.*
15 *Saluianum certum creditum requirit, & n.29. Per oblationem debiti cessat, n.19.*
17 *Fideiussori ob molestias datur immissio ad effectum deponendi, & n.24.*
18 *Executio dicitur cœpta ex relaxatione mandati.*
21 *Obligatus in forma Cameræ habetur pro condemnato. Contra, n.25.*
26 *Immissio pro decursis, & decurrendis ex Saluiano contra tertium sustinetur pro decursis.*
27 *Confessio creditoris de recepto sufficit, vt fideiussor agat contra debitorem creditoris. Contra tertium non probat, n.28.*
30 *Cessio iurium ex confessione præsumitur simulata.*
31 *Iura quæ non sunt de actis non sunt attendenda. Vt probent qualiter fieri debeat productio, num.32.*
33 *Immissionis Decretum vltra debitum est nullum in totum.*
34 *Senatus summariè iudicat, nec attendit petitionem, sed deductum in processu. Sola facti veritate inspecta iudicat, num.46. Confirmat sententiam in ea parte, quæ est iusta, n.47. Secundum propriam conscientiam iudicat, n.48. Declara, vt n.49.*
35 *Plus credito petens cadit ab ipso. Declara, vt num.36.*
37 *Expensæ litis ad ratam soluuntur ab eo, qui plus debito petiit.*
38 *Testes probant nisi præuia publicatione, & numero 42. & numero 43. Qui non produ-*

xit publicationem petere non obstringitur, num.39. Semper examinari possunt, si in tempore iurarunt, num.40. Vt probent terminus ad reprobandum concedi debet, numero 41. Qualiter publicentur in causa heresis, & aliis sancti Officij, numero 44.

45 *Procura mandatum requiritur pro validitate processus.*

Observatio CXXVII.

AD fauorem Illustrissimæ D. Alfonsinæ Gonzagæ Madrutiæ, seu illius mariti de anno 1614. Serenissimus Dux Ferdinandus Gonzaga Mantuæ, ac Montisferrati Dux super Curia Buccegandæ annuum creauit censum, cui principaliter, & in solidum se obligantes pro fideiussoribus Homines, & Communitas Vitellianæ accesserunt. Anno autem 1622. eadem Celsitudo Serenissima Curiam prædictam in permutationem dedit Illustrissimo, atque Excellentissimo D. Marchioni, ac S.R.Imper. Principi Francisco Gonzagæ Domino Vescouati, eam prius de potestatis plenitudine à nexu cuiuscunque obligationis liberando. Illinc à duobus annis circiter idem Marchio Excellentissimus Curiam huiusmodi in emphyteusim concessit D. Felici Bulgarino ad soluendum singulo anno scutos sexcentum à libris sex paruorum Mantuæ. Qui tandem anno 1633. per solutionem Capitalis à liuello prædicto se exemit. Verumtamen cum D. Alfonsina pro consecutione censuum iam, vt asserebatur, decursorum, pulsauerit, & torserit fideiussores, ipsi pro eorum prætensa indemnitate actione vtilis Saluiani interdicti conuenerunt D. Felicem Bulgarinum tanquam tertium fundi censuati assertum possessorem, & ab Excellentiss. Senatu obtinuerunt sententiam, decretum, & executionem immissionis, contra quod oppositum fuit de nullitate, ac obtentum rescriptum à Serenissimo Domino Nostro, quod super ea cognoscatur.

Vnde dum quæritur an sit locus reuocationi iam concessæ immissionis propter defectum nullitatis, ex inferius dicendis affirmatiua capi debet resolutio.

Et primo quia cum hic in patria extet lex à Serenissimo quondam Duce Gulielmo condita anno 1569. atque in libro secundo Ordinum in erectione Senatus registrata *folio* 54. mandans gesta coram, vel à Principe inuiolabiliter obseruari, neque de eorum validitate dubitari vnquam posse, Senatus pro subsistentia liberatio-
1. nis ab hypotheca iudicare tenebatur etiam absque memorati Ordinis allegatione, Crauet. *consilio* 137. *numero* 5. Mar. Anton. *variarum resolut.*38. *numero* 8. *libro* 2. vbi subdunt Iudices teneri in causis decidendis patrias constitutiones sequi, quarum intuitu in his, quæ desunt aduocatis supplendi facultatem habent non secus, ac si defectus contingeret circa ea, quæ sunt de Iure communi, *tot. tit. vt quæ desunt aduocat.* &c. in terminis Menoch. *præsumpt.* 52. *num.*6. *lib.*1. Andr. Censal. *decis.*1. *numero decimotertio, & sequent.* & *decis.*61. *numero septimo.* Cum igitur per immissionem communitatis in possessionem Curiæ Buccegandæ sequatur in necessarium antecedens hypothecas super ipsa constitutas non obstante liberatione adhuc subsistere, atque actionum exercitium de potestatis plenitudine impediri nequiuisse, hocque saltem implicitè Senatum iudicasse; quoniam in processu causæ semper in hoc institum fuit per Dominum Bulgarinum, vt pronuntiaretur actionem Communitati contra ipsum non competere propter obligationum translationem de potestatis plenitudine à supremo Principe emanatam, nec alia vnquam exceptio deducatur, præsumitur in iudi- 2.
cibus visio, inspectio, cognitio, & contra ipsam iudicatum, *l.solemus*, 61. & *l.de qua re*, 74. *ff. de iudic.* Alb. *consil.* 14. *num.* 6. Bero. *consil.* 34. *num.*8. *lib.*3. Farinac. *consil.*40.*num.*54.& 56. *lib.*1. Gratian. *discept. forens.*445. *num.*15. & 16. & *discept.*551. *num.*1. *cum seq.* & *discept.*877. *num.*1. & *discept.*938. *num.*4.& 18. Lotier. *de re benefic.lib.*1. *quæst.*40.*num.*30. Medic. *decis.Senen.*40.*sub num.*4. *vers. tum quando*, & *num.*5. & 6. Rot. *decis.*83. *num.*6.& 7. *part.*4. *recent. alias* 2. *Posth.Farinac.* dixi *allegat.*29. *num.*10. *fol.*520. *lib.*1. Inde colligitur quoque euidens nullitas sententiæ vti latæ 3.
expresse contra dispositionem ordinis, Gabr. *conclus.*5. *num.*5. *de sentent.* Cyriac. *controuers.*81. *num.*35. Ossasch. *decis.*142. *sub num.*29. *versic.sexta nullitas*, Bursat. *consil.*220. *num.*11. & 12. & *consil.*388. *sub num.*7. *versic. prout si lata*, Bero. *consil.*92. *num.*32. & *consil.*173. *num.*54. *lib.*1. Quod adeo verum est, vt etiam sententia Principis contra formam statutorum lata nulla semper dicatur, Bursat. *consil.*307.*num.*105. dixi *allegat.*109.*num.*12. & 13. *lib.*3. Andr. Censal. *decis.Lucens.*71.*num.*10. Bonden. *collect.*6. *num.*69.& 70.

Hoc autem ex serie facti, & structura processus mirabiliter probatur, quandoquidem Senatus Excellentiss. non poterat iudicare, nisi super exceptione proposita defectus hypothecæ propter translationem obligationum, & liberationem Curiæ Buccegandæ factam à Serenissimo, ac recolendæ memoriæ Ferdinando Duce N. Cuius exceptionis diffinitionem expectabat, ac determinationi præferendæ acquiescebat etiam ipsa Communitas, quæ propterea distulit, ac neglexit producere solutiones, ac petere testium publicationem, si quas tamen habebat, occasione fideiussionis factas, in quibus præcipuum suæ intentionis residebat fundamentum, vt non obscurè innuit Senatus in vna Saluiani de Comitibus extensa per Illustriss. D. meum Com. Senatorem Moronum, *num.*1. sub die 20. Iunij 1636. & dicam plenius *infrà*.

Quatenus verò replicaretur ordinem memoratum respicere solum solemnitates, & inobseruantiam statutorum, & tendere solummodo ad validandos contractus illis prætermissis coram, vel ab ipsis Principibus. Attamen ex præfatione ipsius 4.
ordinis, vnde causa finalis condendi semper desumitur, *l.fin.ff.de hæred. instit.l.*1. *ff.ad Macedon.* & late ad materiam prosequitur Cyriac. *controu.*273. *n.*66. & *seq.* colligitur Serenissimum Gulielmum illud vnum præ oculis habuisse, vt nunquam gesta per Principes de eorum absoluta potestate possent de inualiditate redargui, vel infringi, Card. Otth. *decis.*229. *n.*15.& 16. Rot. *decis.*11. *n.*4. & 5.*part.*8. *recent.* Andr. Censal. *decis.Lucens.*49.*n.*16.

Neque prædictis resisteret per processum ad vlteriora censeri super dicta exceptione tacitè pro- 5.
nuntiatum, eamque reiectam, Bero. *cons.*60.*n.*10. & 17.*lib.*2.& *cons.*120.*num.*4.*lib.*3. Gabr. *conclus.*1. *num.*1.

num.1.de except. Tusc.*pract.conclus.*804.*n.1.litt.P.* dixi *allegat.29. num.*10.*fol.*520. *lib.*1. nam præterquam quod Iudex debet expresè iudicare super
6. exceptione præiudiciali principaliter apposita, alioquin sententia super meritis dicitur nulla, Bursat.*consil.*291.*num.*43. Menoch.*de præsumpt.*64. *num.9. lib.2.* Bero. *consil.36. num.5.lib.3.* vbi quod processus ad vlteriora tollit exceptiones aduersantes processui, non diuersas, qualis est, qua fouetur D. Bulgarinus, & super qua Iudex æquè principaliter debet cognoscere, & pronuntiare, & eo magis, quia compati potest cum processu
7. Saluiani, in quo vti de principali eius extremo quæritur de hypotheca, Cenc.*de cens.part.2.cap.2. quæst.5.art.9.num.16.* Ror. *decis.*362. *num.3. part.4. recent.* alias allegatur *part.*2. Posthum. Farinac. Rot.*in Beneuentana Saluiani,24.Maij* 1655.*n.3.coram R.P.D. Priolo.* At D.Bulgarinus vigore translationis, & liberationis negat adesse hypothecam, ergo, &c. qua stante compatibilitate exceptio reiecta non dicitur, Gabr. *dicta concl.1. num.23.de except.*Animaduerto vlterius cessare difficultatem propter Statutum Mantuæ sub rubr. *de except. in iudicio proponendis*, per quod non obstante progressu in causa principali exceptiones non intelli-
8. guntur reiectæ, sed præseruatæ: adeo vt super illis omnino pronuntiandum veniat, ne præsupponendo tacitam renuntiationem causaretur præposterus ordo eiusdem causæ ad seipsam, Felin. *in cap. suborta, 21. sub num.9. vers. & hoc facit, extr. de sent.& re iudic.* Menoch. *de præsumpt.64.sub n.7. vers.exemplum affert,lib.2.*

Verumtamen dato etiam, quod ex processu ad vlteriora resultaret in hac causa tacita pronun-
9. tiatio, transitúmque ob non interpositam appellationem fecisset in iudicatum, Tusch. *pract. conclus.526. num.9.litt.S.* adhuc super re iudicata fieri amplius fundamentum non posset, cum pars aduersa istud non solum vnquam prætenderit, verum etiam vsque ad exitum litis passa fuerit super eadem exceptione,& non apponendo de re iudicata disputari, Innoc. *in c.cum dilecta, 22.sub n.3.vers. si tamen contra aliquem petentem, extr. de rescript.* Cyriac. *controuers.*187. *num.*10. Adeo,vt sententiæ præsumptæ ex processu ad vlteriora videatur renuntiasse, Surd.*decis.*185.*num.*20. Manent. *cons.*38. *num.*34. Dum ergo Senatus iudicauit Communitatem immittendam esse in possessionem Buccegandæ, voluit etiam in necessarium antecedens inferre translationem obligationum, & ab hypothecis exemptionem in ordine ad dictam Curiam de potestatis plenitudine per Serenissimum Ferdinandum fieri non potuisse, & factam viribus nequaquam subsistere, ac per consequens sententiam vti latam contra Principis potestatem irritam, ac ipso Iure nullam esse.

Præmissis autem, & quemadmodum dicebamus, in scriptura registrata in processu ante sen-
10. tentiam non resistit Principem in contractibus considerari tanquam priuatum, & propterea teneri stare contractui per ipsum gesto. Quamvis istud verissimum sit, nihilominus inde non sequitur, quod contrahendo exuatur maiestate, ac potentia dignitatis, vt ad rem optimè considerat Rot. coram Seraph. *decis.*1027.*num.*4. Hinc ergo inferebamus, quod sicuti in contractu census inter alios inito potest remanente censu ad præiudi-
11. cium principalis debitoris, & constituentis super eodem fundo impedire exercitium actionum realium, vel mixtarum contra possessorem fundi censuati, Rot.*decis.*60.*n.7.& per totam*, apud Cenc. *de cens.* ita, & multo magis id facere potuit in contractu census per ipsum celebrato; quia facilius, & magis præiudicare potest Princeps iuri priuati acquisito sibi ex contractu cum ipso Principe celebrato, quam ex contractu cum alio celebrato, & sic ratiocinatur Natt. *cons.*268. *num.*8.

Aliunde, & magis concludenter probatur dictæ immissionis nullitas; esto enim quod credi-
tor actione non tantum personali agere possit pro 12.
fructibus census in posterum decurrendis, Gabr. *consil.47.num.9.& seq.lib.1.*Gail.*pract.obseruat.*74. *num.2.& sequent.lib.2.* cum adductis per Cenc.*de*
cens. part.2. cap.2.quæst.1.artic.7.num.12. sed etiam 13.
ex remedio Saluiani interdicti, Rot. *decis.*444. *num.5. part.1. diuers.* Scapucin. de Saluian. *lib.1. quæst.14. n.7.*

Fideiussori tamen actio aliqua contra tertios
possessores non competit, nisi prius cum effectu 14.
soluerit, Bald. *in l.si pro ea,10. num.9. C.mandat.* Maur. *de fideiussor. cap.39. num.52. fol.276.* Ror. *decis.144.num.22. part...diuers.* & *decis.20.num.11.* apud Zacch.*ad Cameralem obligat.* Quoniam antea non dicitur habere certam quantitatem, nec certum creditum, ratione cuius ex interdicto
Saluiani venire possit, & à quo alias omnino ex- 15.
cluditur, Gratian.*discept.forens.cap.22.n.1.* Pacific. de Saluian. *inspect.1. c.5.n.2. secundum vlt. impress.* Rot. *decis.44.num.5.part.1.diuers.* & *decis.609.n.1. part.4.recent. alias part.2. Posth.Farinac.*Monach. *decis. Bonon.40. punct.11. num.20.* Quod verum est, vt si fideiussor antequam soluerit, ex solis molestiis agat, & in hoc Saluiani iudicio obtineat,
immissio subsequens sit ipso Iure nulla, etiam 16.
quod decretum cantaret ad effectum deponendi, Rot. *post addit. ad tractat.* Cenc. *de cens. decis.139. in princip. & num.5. & 7.* & penes Marchesan. *de commiss. part.1. fol.1042.* Post. *de manutent. obseruat.12. num.128.* Hinc igitur cum ex processu actitato inter Communitatem,& D.Bulgarinum appareat tantummodo de molestiis, nec quod ab ipsa Communitate fuerit aliquid so-
lutum, ideo immissio neutiquam subsistit, cum 17.
ad summum concedi potuisset ad effectum deponendi,& soluendi, cui debetur, vt explicat Post. *de manutent. obseruat.12.n.131.* authoritate Rot.Rom. *in decis.456.n.2.& 3.p.2.recent.*quæ tamen non infert, ad quod allegatur, quin potius in casu tunc in Auditorio Rotæ proposito constat de pluribus solutionibus per fideiussorem factis.

Solutiones verò ad dictum effectum non dicuntur probatæ per relaxationem, & expeditio-
nem commissionis, *grauetur per vim*, quia executio 18.
quidem inde incipit, Rot.Rom.*decis.545.n.5.part.1. recent.*& apud Post.*de manutent.decis.236.n.10.* sed propterea non probatur solutio, neque constat de sufficienti damnorum, & interesse liquidatione, sine quibus contra tertios possessores habentes
remedium oblationis ad impediendam ex Saluia- 19.
no immissionem, *l.Paulus,12.ff.quib.mod.pign.*&c. Statil.Pacific. de Saluian.*inspect.5.cap.vnic.num.11.*
*& seq.*vbi plures decisiones cumulat, fideiussori, vti 20.
dicebamus, non datur regressus, ad tradita ferè in terminis per Rot.Rom.*decis.773.per tot.p.4.diuers.* Post.*de manutent. d.obseruat.12.n.169.& 170.* vltra quod in vniuerso processu D. Bulgarini neque apparet aliquod mandatum fuisse relaxatum, ac multo minus executioni demandatum, vel illatam fideiussori molestiam.

Tollitur ex prædictis aliud obiectum, quod

posset resultare ex eo quod fideiussores erant obstricti Camerali obligatione, & instrumento
21. guarentigiæ habente paratam executionem,& per consequens habebantur pro condemnatis, itavt agere possent, tametsi creditori nondum soluissent, Bart. *in l.fideiussor*, 46. *ff.de fideiuss.* Bald. *in dicta l.si pro ea*,10.*num*.7. *C.mandat.* Alex.*cons*.72. *num*.6.*lib*.2. Mantic.*de tacit.& ambig.lib*.16.*tit*.22. *num*.10. Marsil. *in rubr. de fideiuss. num*.293. Gail. *pract. obseruat*.29. *num*.12.*lib*.2. Magon. *decis.Lucen*.6.*num*.5.*iuncto num*.29. Quemadmodum con-
22. tingit post conclusum in causa,& ex actis apparet fideiussorem esse in casu condemnationis; quia tunc etiam habetur pro condemnato,& ideo antequam soluat potest experiri, Bald. *in dicta l. si pro ea*,10.*num*.9.*C.mandat.*cum adductis per Mantic. *de tacit.& ambig. lib*.16.*tit*.22.*num*.11. Gail. *pract. obseruat*.29.*num*.13. *lib*.2. plenissimè Maur.*de fideiuss. sect*.5. *cap*.3.*num*.10. *fol*.319. *& seq.* & *sub n*.12. *vers. declara*, vbi quod petita à creditore contra fideiussorem executione agere possit ad sui indemnitatem.

Etenim quicquid sit in ea quæstione, an fideiussor antequam soluat agere possit contra principalem debitorem ad se exonerandum, & exi-
23. mendum ab obligatione suscepta, &,vexationibus inde secutis; in qua sanè affirmatiua videtur magis communis, maximè postquam diu stetit in obligatione, Rot. apud Cenc. *de cens.decis*.68. *num*.4. cum adductis per eundem Cenc. *de cens. part*.2. *cap*.2. *quæst*.3.*art*.4.*num*.7. Afflict.*decis*.241. *num*.3. Mantic. *de tacit.& ambig.lib*.16.*tit*.22.*n*.32. vbi quod fideiussor petere non potest quantitatem sibi præstari, vt soluat creditori,sed vt liberetur,Maur.*de fideiuss.sect*.5.*cap*.3.*num*.4.*&* 7. *fol*.318. Certè contra tertium obtinere non posset immissionem vigore Saluiani pro se eximendo à fide-
24. iussione, nisi ad effectum deponendi summam æquiualentem non pro extinguendo censu; sed pro habendo idoneum releuatorem, Surd. *decis*.94. *num*.4. *&* 5. Rot. apud Cenc. *decis*.200. *num*.2. *& seq.* & post add. *decis*.139. *num*.4. *& seq.* Post. *de manutent. obseruat*.12. *num*.131.*in fin.* Sumus tamen extra terminos huius inspectionis cum Communitas, & Homines Vitellianæ agant ad recuperationem pecuniarum per ipsos solutarum.

Hinc propterea ad effectum prætensum sibi satisfaciendi ex fructibus prouenientibus ex Curia Buccegandæ immittendi non erant sub asserto prætextu,quod haberentur pro condemnatis,cum proximè forsan venirent condemnandi, & contra ipsos extaret instrumentum guarentigia vallatum.
25. Patitur namque conclusio huiusmodi difficultatem non spernendam, & contrariam opinionem vti veriorem amplectuntur scribentes *in dicta l. si pro ea*,10.*C.mandat.* Castren.& Angel.*in dicta l.fideiuss*.45.*ff.de fideiuss.* Ant.Mass.Gall. *ad Cameralem obligat. part*.3. *tit. de personis peten. execut.n*.5. *pag*.130. Cenc.*de cens.part*.2.*cap*.2.*quæst*.3.*art*.3.*sub num*.18. *vers. quam limitationem*, & ibi Rot. *decis*.195. *num*.11. vbi quod fideiussor sub prætextu instrumenti habentis paratam executionem, & quod habeatur pro condemnato agere non possit, antequam soluat, & quod statim,ac suscepit obligationem agere possit, vt autumant contrarium tenentes, verum non sit,nec amplius obtineat in praxi notarunt, addent. ad Alex. *dicto consil*.72.*in fin. lib*.2. In quo quidem articulo,quomodo scilicet, & quando fideiussor personali actione, vel alia quacunque contra principalem debitorem experiri possit,non est cur in medium afferam, quid sentio, cũ pro nunc sufficiat contra tertios Saluianum nonnisi secuta actuali solutione competere. Adeo vt immissio pro decursis, & decurrendis 26.
sustineatur contra tertium ex Saluiano pro decursis, & solutis tantum, Post. *de manutent. obseruat*.21. *num*.132. & Rot. apud eundem *decis*.233. *num*.10. de qua in processu hucvsque actitato nullibi constat.

Neque officit assertum instrumentum confessionis de recepto de libris septem mille quinquecentum sexaginta extortum per ipsam Communitatem ab Illustrissima D.Alfonsina Gonzaga de Madrutiis longè post cœptum iudicium contra D. Felicem Bulgarinum, contra quem vsque ab initio mensis Octobris anni 1633. decretum fuerat sequestrum, vt apparet ex nostro processu *fol*.1. prædictum vero instrumentum emanauit solum sub die 10.Decembris, & vltra duos menses post molestias eidem D. Bulgarino illatas, & sic tanquam factum lite pendente dicitur nullum, & attentatum, vel saltem redarguit libellum de notoria falsitate, ex quo in eo exprimitur per Communitatem ante diem decimumquintum Nouembris solutas fuisse libras 17900. vt in processu *fol*.4. *&* 5. tot enim resultant facto calculo super scutis ibidem petitis, cum singula scuta à libris septem monetæ banchi Veneti constituant iuxta fidem attestationis Mercatorum ducatonum vnum valoris tunc librarum circiter quatuordecim. De quo tempore (vbi fides instrumento præstaretur) adhuc non erat facta solutio, nisi de libris quatuor mille ducentum, vt in process. nostro *fol*.80. vbi subsequitur prætensa alia confessio de recepto de libris similibus termille tercentum sexaginta sub die 3.Decembris 1633.& post iam introductam petitionem dictarum librarum 17900. Adeo vt ineptitudo libelli, & notoria processus cum inde secutis nullitas euitari nequeat.

Accedat mox dictis quod quanquam sola creditoris confessio fideiussori sufficiat ad agendum 27.
contra principalem debitorem, vt cumulatissimè prosequuntur Maur.*de fideiuss. sect*.3. *cap*.2.*num*.4. *fol*.206.Hering.*de fideiuss.* §.1.*num*.51.*cap*.20.Attamen quoad tertium sicuti nullum gradum pro-
bationis obtinet, ita non inducit obligationem, 28.
vel parit actionem, Alex. *consil*.37. *num*.4. *lib*.3. Ruin.*consil*.147.*num*.13.*lib*.1. Maur.*de fideiuss.dicta sect*.3. *cap*.2.*num*.10. *fol*.207. Surd.*decis*.218.*num*.7. *& per tot.* Cyriac. *controuers*.10. *num*.16. Post. *de manutent.obseruat*.24.*num*.24. Quod etiam suadetur duplici ratione, & primo quia versamur in ca-
su Saluiani contra tertium, in quo requiritur pro 29.
necessario extremo,& substantia iudicij creditum liquidum,& certum, Rolan.*consil*.14.*num*.13.*lib*.1. Rot. Rom. *decis*.34. *num*.15. *part*.2.*diuers.* Cyriac. *controuers*.119. *num*.4. Pacific.de Saluian.*inspect*.1. *cap*.5.*num*.71.& *inspect*.5. *cap.vnic.num*.34.& optimè Rot. apud ipsum *decis*.203. *num*.1.*&* 3. eadem Rot. *decis*.61.*num*.1.*part*.2.*diuers.* resultans in fideiussore ex reali numeratione, & solutione;vbicunque autem requiritur vera, & actualis solutio, confessio de recepto nunquam probat, *l. Lucius*,47.§.*tutela*,*ff.de administr.& pericul.tut.*Natt. *consil*.543.*num*.3. Rot.*decis*.585. *sub num*.2. *vers.cæteri vero*, & *decis*.586. *num*.4. *part*.4. *recent.* alias allegatur *part*.2. Post. Farinac. secundò,quia non agitur in terminis simplicis confessionis de re-
cepto, sed vlterius in eadem adest quoque cessio 30.
iurium,

iurium, quæ ex ſola confeſſione, dum non apparet de effectuali numeratione præſumitur ſimulata, *l. per diuerſas 22. cum l. ſeq. C. mandat.* Farinac. *de ſimulat. q.* 162. *n.* 37.

Vltra quod memoratum inſtrumentum D. Felici Bulgarino prodeſſe quidem, non autem obeſſe poteſt, nec Senatus Excellentiſſimus ſuper eo potuit aliquod fundamentum facere, cum de tempore collationis cauſæ, captæ iam reſolutionis, votoq; etiam Notario cauſæ conſignato, vt idem coram, & in conſiſtorio Principis Sereniſſimi affirmauit, & ad omnem Senatus requiſitionem, ac iuſſionē dabit teſtimoniales, adhuc
31. in actis non fuiſſet productum, & quæ ſunt extra acta extra mundum eſſe dicuntur, ad tex. *in c. iudic.* 3. *q.* 8. Federic. de Senis *conſ.* 21. *nunquid hæres n.* 2. *verſ. præterea*, & in terminis tentum fuit in Senatu referente Illuſtriſſ. D. meo Comite, & Senatore Morono, ac deciſionis compilatore *in vna Saluiani de Comitibus, n.* 35. *ſub die* 20. *Iun.* 1636. nec de illo vlla haberi potuit, vel debuit ratio, quia non erat de actis, Caſtren. *in l. ait prætor.* 5. *§. ſi Iudex, verſ. & pro hoc, ff. de re iudic.* Rot. *deciſ.* 404. *n.* 2. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 238. *n.* 11. apud Poſt. *de manuten.* vbi extendit etiam, quod inſtrumenta ſint rogata in actis eiuſdem Notarij cauſæ, & adducuntur aliæ deciſiones in terminis Saluiani interdicti, Ludouiſ. *deciſ.* 508. *n.* 6. Hocque ſuadetur optima ratione, quoniam altero de duobus modis inſtrumenta in actis producta
32. probant, vel ſi fiat productio parte citata ad dicendum contra, vel parte præſente, & nihil opponente, vt poſt infinitos, quos cumulat voluit Poſt. *de manuten. obſeru.* 97. *num.* 1. quibus addo in terminis Rot. Rom. *deciſ.* 285. *num.* 1. *par.* 4. *recent.* alias allegatur *part.* 2. *Poſt. Farinac.* vel ſi fieret productio ſub termino dato ad producendum ſcripturas, vel ad probandum per omne genus probationis iuxta inueteratum, ac laudabilem huius patriæ ſtylum, Marant. *in ſpecul. par.* 6. *verſ. & producuntur ſcripturæ, n.* 46. *fol.* 442. quem ſequitur idem Poſt. *de manuten. dicta obſeru.* 97. *ſub n.* 4. *verſ. idem ſi productio*, quorum neutrum cum non interceſſerit in productione dicti inſtrumenti Senatus non potuit, quinimo nec debebat eidem fidem præſtare, ac procedere, & cauſam expedire, perinde ac ſi non fuiſſet productum, Caputaq. *dec.* 117. *n.* 5. *& ſeq. par.* 3. Poſt. *dicta obſeru.* 97. *n.* 3. Præſertim cum ad inſtantiam partis aduerſæ, & iuxta ordinationes huius patriæ aſſignati fuerint termini ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, quæ terminorum præfixio ex diſpoſitione Statuti ſolet operari concluſionem in cauſa, & quærere in conſequenti ius parti, ita vt terminis elapſis productio amplius non admittatur, Marant. *in ſpecul. par.* 6. *verſ. procurator articuli, &c. n.* 19. *fol.* 387. Menoch. *de arbitr. q.* 35. *n.* 2. *&* 6. Surd. *in puncto conſ.* 8. *n.* 12. Rot. apud Poſt. *deciſ.* 62. *la prima, n.* 5. quod tranſit inoffenſo pede ſtante contradictione D. Felicis Bulgarini, vt ſubiungit idem Menoch. *dicta quæſt.* 35. *num.* 14. Accedente etiam alio Statuto Mantuæ ſub *rubr. de inſtr. creden. &c.* quo loci diſponitur Iura in actis producta parti communicari debere, quo neglecto, & petita per D. Bulgarinum copia nihil penitus probant, Soc. *conſ.* 105. *num.* 8. *lib.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 1. *num.* 47. Roman. *dicto conſ.* 519. *per totum.* Ergo cum Communitas defecerit in ſalutari proprio, ac principali extremo Saluiani conſiſtente in credito certo, & liquido per conſequens ſententia, & immiſſio nullius ſunt roboris, ac momenti.

Iſtudque etiam ſi admitteremus inſtrumentum prædictum probationem facere, & executionem mereri. Quoniam cum ex ipſo appareat Communitatem ſoluiſſe libras ſeptem mille quinquecentum ſexaginta tantum, non potuit concedi immiſſio, prout cantat ſententia in realem poſſeſſionem terrarum Curiæ Buccegandæ detinendam iuxta petita, & ſic pro ſcutis mille centumquinquaginta à libris ſeptem pro quolibet Banchi Veneti in vna manu, in alia vero de ſcutis tercentum à libris ſex monetæ Mantuæ ex cauſa fideiuſſionis ſolutorum dictæ Excellentiſſ. D. Alfonſinæ, quemadmodum inſtat Communitas in eius petitione in proceſſu *fol.* 5. remaneret namque Dominus Bulgarinus grauatus in maiori quātitate, nempe ad libras circiter decem mille de pluri, quam eſſet prætenſum creditum, & aſſerta ſolutio Communitatis. Quamobrem decretum immiſſionis petitio, & 33.
proceſſus tanquam quid indiuiduum corruunt in totū, nec pro parte valere poſſunt, *l. hoc iudicio* 28. *ff. Fam. ercif.* Surd. *dec.* 74. *n.* 9. Hodiern. ad eundem *dec.* 45. *n.* 2. *& dicta dec.* 74. Mar. Anton. *var. reſol.* 8. *n.* 50. *&* 51. *lib.* 2. Rot. *dec.* 598. *n.* 2. *p.* 4. *recent. alias p.* 2. *Poſt. Farinac. & dec.* 33. *n.* 6. *& dec.* 221. *n.* 1. *&* 2. *p.* 2. *diuerſ.* Put. *dec.* 323. *per tot. lib.* 1. & in terminis Saluiani Rot. Rom. *dec.* 634. *n.* 10. *& dec.* 650. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Statil. Pacific. de Saluian. *inſpect.* 4. *c.* 1. *n.* 67. Hering. *de fideiuſſ. cap.* 24. *n.* 62. Monac. *dec. Bonon.* 25. *n.* 6. *&* 7. & quod dicitur immiſſionem ex Saluiano ſuſtineri pro ſumma verè debita, Monac. *dec. Bonon.* 27. *n.* 16. debet intelligi ſecundum ſuppoſitam materiam, & quando ſunt plures, & diuerſæ ſummæ originem trahentes ex diuerſis cauſis, prout in caſu per ipſum, ſeu Rotam Bononienſem deciſum; altera enim ſumma debebatur propter veſtes, & apparatus; altera vero pro dote, & nomine dotis, alias concluſio ibidem firmata non reſiſteret, nec ſubſiſteret propter indiuiduitatem petitionis, & ſententiæ, ſeu decreti, vt vltra præcitatos latiſſimè proſequitur Carr. *dec.* 39. *n.* 9. *vſque ad fin.*

Eoque magis, quia Senatus procedit in cauſis ſummariè, quo ſtante non erat attendenda Cōmunitatis petitio, ſed quicquid ex deductis in 34.
proceſſu ſolutū, Iaſ. *in l. ſi ita ſtipulatus* 126. *n.* 33. *ff. de verb oblig.* Alex. *conſ.* 114. *n.* 6. *lib.* 6. Rot. Rom. *dec.* 123. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Iure igitur merito decretum immiſſio, ac tenuta inde ſecuta tanquam iuribus non ſubſiſtentia retractanda veniunt, ac irrita declaranda; cum nullibi legitimè appareat de aliqua ſolutione, ſine qua nunquam fideiuſſor dicitur creditor ad effectum experiendi contra tertios poſſeſſores.

Succedit ex præmiſſis alia concluſio plurimum fauorabilis Iuribus D. Bulgarini emergens ex petitione Communitatis notoriè calumnioſa in eo, quod mandauerit abſque ignorantia, & iuſta probabili cauſa plus peti eo, quod prætendebatur per ipſam ſolutum, ſibiq; propterea aſſerebatur deberi. Vnde non ſolum proceſſus, cum ſententia dicuntur nulla; verum etiam incidit in 35.
edictum, & cecidit à quocunq; Iure ſuo, ex Stat. huius patr. rubr. *de pœna plus petent. &c.* Cyriac. *contr. forenſ.* 252. *ſub n.* 71. *&* 77. Burſat. *conſ.* 233. *n.* 12. *& conſ.* 217. *n.* 20. propter quod ſtatutum nō eſt, cur inquiramus, an ex parte petētis interceſſerint

ferint illa quatuor, de quibus Ioseph. Ludou. *dec. Perusin.* 51. *per tot.* Menoc. *cons.* 127. *n.* 1. *cum pluribus seq.* Monac. *dec. Florent.* 48. *n.* 8. *&* 9. & præsertim, num cautio exacta fuerit pluries per dolum, & simul dolo plus petitum, iuxta dispositionem *l. vnic. C. de plus petit.* Quemadmodum clausulæ salutares non prosunt, cum vsque ad sententiã, & executionem semper institum fuerit super
36. quantitate in libello petita, alias si ex processu constaret de modificatione petitionis, fateor tũc clausulas suffragari, & cessare pœnas petentis plus debito, Grat. *cons.* 63. *n.* 6. *lib.* 2. Ioseph. Ludo. *dec. Perusin.* 117. *n.* 3. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 21. *p.* 1. *n.* 45. *& seq.* nec D. Felici tãquam tertio imputari potest, quod totũ negauerit, prout
37. dicitur de principali debitore; ob cuius negatiuam actor excusaretur ad ratam à condemnatione expensarum, Thesaur. *dec.* 231. *n.* 5.

Dignum quoque animaduersione existimaui, nullibi apparere de asserta testium depositione, & quatenus constaret, cum non doceatur illorũ publicatione, non potuisse moueri Iudices ex illorum testificatis ad pronũtiandum; nam quic-
38. quid sit, an publicatio testium omissa inualidet processum, in quo negatiua præualet, Gail. *pract. obseru.* 105. *n.* 1. *l.* 1. profecto ita demum probant testes, ac fidem faciunt, si fiat publicatio, glos. & Bart. *in l. gesta* 6. *n.* 3. vbi quod ita seruat consuetudo, *C. de re iudic. & in l. solam,* 3. *n.* 11. *C. de testib. & in extrauaganti ad reprimendum, super verbo figura,* Cyn. *in l. properandum* 11. *§. fin. n.* 4. *C. de iudic.* Ias. *in l.* 2. *n.* 20. *C. de eden.* Bald. *in l. bonæ fidei* 3. *n.* 24. *C. de reb. cred. & in c. constit.* 30. *sub n.* 2. *vers. nam si non essent publicati, extr. eodem, de testib.* Butr. *in c. fraternitatis* 17. *n.* 17. & ibi Imol. *n.* 12. *vers. & aduerte; extr. de testib.* Aret. *in c. per tuas* 48. *n.* 12. *extr. eod. de test.* Boss. *in tit. de opposit. contra test. n.* 28. Cõrad. Lancell. *de offic. Prætoris, tit. dict. test. assumendo, §. de non publicatis, num.* 51. *fol. mihi* 239. Bertach. *in vers. testium publicatio, n.* 8. Monticel. *in repert. de test. in rubr. publicari debent, vers.* 2. *&* 3. *col.* 2. *fol.* 181. Tusch. *pract. concl.* 295. *n.* 23. *cum seq. lit. T.* Mathesil. *sing.* 38. *n.* 1. Roman. *cons.* 190. *sub n.* 1. *vers. vltimo;* Anchar. *cons.* 316. *sub n.* 2. *vers. quia publicatio testium,* Alex. *cons.* 82. *n.* 23. vbi de veriori, & communiori *lib.* 3. Socin. iun. *cons.* 105. *num.* 7. *lib.* 4. Crauet. *cons.* 134. *n.* 48. Paul. de Castr. *cons.* 3. *n.* 3. *lib.* 2. Bologn. *cons.* 36. *sub num.* 5. *vers. imo non obstante.*

Nec refert à neutra ex partibus dictam publicationem non fuisse petitam; quoniam id Domino Bulgarino imputari nequit, qui sicuti testes
39. non produxit, ita nec debebat nec poterat publicationem petere, Innoc. *in dicto c. constitutus, extr. de testib.* Bald. *in rubr. de contr. inuestit.* Nell. à S. Geminiano *in tract. de test. p.* 2. *n.* 121. *pag. mihi* 149. Abb. *in c. significauit* 41. *sub n.* 3. *vers. aut pars producens petit dicta publicari, & debet fieri publicatio, extr. de test.* Rolan. à Vall. *cons.* 52. *n.* 28. *lib.* 4. Socin. iun. *cons.* 34. *n.* 5. *&* 9. *vol.* 1. quicquid dixerit Mathesil. *dicta singul.* 38. *sub n.* 1. *vers. sed dictum Bart.* & confusè inuexerint addentes ad Pract. Papiens. *in form. publ. test. §. talis publicatio, & §. seq. fol. mihi* 76. nam, cum pars aduersa pro testiũ publicatione non institerit, D. Bulgarinus iustã habuit credendi causam, vel quod non examinauerit, vel quod non expleuerit examen, vel quod nollet amplius attestationibus vti, & testes adhibere. Maximè quia tempus iurandi per testes
40. restringitur ad terminos probatorios, examẽ vero tempore nõ coarctatur, & quandocunq; fieri potest ad probandum, dummodo testes in termino iurauerint, Seraph. *dec.* 857. *n.* 21. Quinimo ad effectum, vt dictis testium fides esset adhibenda, non tantum attestationes veniebant publicãdæ, sed vlterius D. Bulgarino terminus ad reproban- 41.
dum dicta testium necesse fuerat, vt concederetur, Bart. *in extrauagan. ad reprimendum, verbo de plano, n.* 3. faciunt tradita per Roman. *dicto cons.* 519. Socin. iun. *cons.* 134. *n.* 4. *lib.* 2. Ferret. *cons.* 95. *n.* 2. Mastril. *dec.* 149. *n.* 18. *& seq.* quod in hac patria nullam inuoluit difficultatem, attento statuto sub rubr. *de test. & eorum dicto, & iuram.* præsetuante reo exceptiones contra personas, & dicta testium non nisi post publicationẽ obiiciendas, inspectaque consuetudine inuiolabiliter obseruata publicandi testificata, necnon, & assignandi reo dilationem competentem impugnandi examen, ob quam publicationis omissionem, & neglectum magis conuincitur partem non habuisse animum, quod causa super meritis terminaretur, donec visum, ac declaratum fuisset, num Communitati obstaret liberario Buccegandæ ab obligatione à supremo Principe de absoluta eius potestate emanata.

Innixis igitur dispositione dicti statuti, ac stylo non erit nobis diù insudandum in confutatione eorum, qui tenuerunt testes absque publi- 42.
catione præsertim in supremis tribunalibus, & coram eodem iudice, inter quos fuerunt Alex. *cons.* 120. *n.* 7. *lib.* 7. Anchar. *cons.* 53. *per tot.* de quibus tamen vti sibi contrariis non est curandum, vltra quod non dicunt testes probare, sed sentẽtiam non dici nullã propter non publicatas attestationes: eadem responsio accommodari posset Capel. Tholos. *dec.* 397. Minsyng. *obseru.* 52. *n.* 5. *cent.* 4. ductus ratione, quod iudex possit moueri ex aliis iuribus, præterquã ex dictis testiũ, Menoc. *de retinen. possess. remed. vlt. num.* 40. Tusc. *pract. concl.* 965. *n.* 2. *lit. P.* Guido Pap. *dec.* 586. Ludou. *dec.* 535. *n.* 11. Post. *de manuten. obseru.* 95. *n.* 1. Gail. *pract. obseru.* 6. *n.* 4. *& obseru.* 103. *sub n.* 5. *vers. fidem adhiberi, lib.* 1. vbi loquitur iuxta stylum Cameræ Imperialis, in momentanea possessione, & quando vtrinque testes recipiuntur, Farinac. *de test. q.* 75. *n.* 19. Thom. Doc. *cons.* 96. *n.* 8. *& cons.* 112. *n.* 3. qui cum paucis aliis ab ipsis recensitis de directo contrarium profitentur, quibus tamen adhærendum non est, tum propter authoritates eorum, quos supra congessimus, tum propter statutariam dispositionem, quæ præcisè infert ad necessitatem publicationis.

Verum quia articulus iste est multum practicabilis, & continet materiam non minus vtilem, 43.
quam necessariam, nec hactenus, quod viderim à quopiam discussam, operæpretium esse duxi fundamẽtum veritatis etiam circumscripto statuto alterius repetere. Tota igitur difficultas præsentis inspectionis, cõsistit in eo, an ob omissam testium publicationem, & ob traditam attestationum copiam censeatur sublata litigãtibus defensio. Qui tenent dicta testium probare absq; publicatione, & copiæ traditione, asserunt quoq; non auferre defensionem, & primo, quia in causa hæresis summus Pontifex remouet hanc publicationem, vt habetur *c. fin. § iubemus, de Hæret. in* 6. quam remouere non posset, si contineret defensionem, Grat. *discept. forens. c.* 561. *n.* 24. Post. *de manuten. obseru.* 84. *n.* 12. Secundo quia, si publicatio huiusmodi defensionem contineret, eam

Rota

Rota Romana non prætermitteret,vt poſt Anchar. argumentatur Menoch. *de arbitr.q.33.n.5.* nec præſtaret fidem teſtibus ante publicationẽ, quæ in Rot. non ſolet fieri ſolemniter, niſi in tertia inſtantia, Farinac. *dicta q.75. n.6. de teſt.* Tuſc.*pract.concl.295.n.26.lit.T.* Rot. apud Poſt. *de manuten. dec.270.n.6.*

At ſecundum opinionem à nobis propoſitam credimus has oppoſitiones nihil releuare, & quantum ad primam de hæreſi, Summus Pon-
44. tifex non tollit penitus publicationem, ſed tantummodo modificat, iubens ob imminens aliquod periculum,& potentiam rei atteſtationes, & perſonas deponentium non publicari, quod hodie indiſtinctè in Sancto Inquiſitionis Officio obſeruatur; tametſi non adſit potentia inquiſiti, Farinac.*de hæreſ.q.188.n.12.* Succurritur nihilominus reis etiam in crimine hæreſis, quãtum ſuadet naturalis æquitas, per traditionem copiæ atteſtationum ſuppreſſis circumſtantiis, propter quas poſſet deueniri ad ipſorum teſtiũ notitiam,& præmiſſa interrogatione per Reuerendiſſ.Patres Inquiſitores, num habeat aliquos teſtes ſuſpectos,vt optime Farin.*de hæreſ.q.188. ſub num.7.* Non aliter euenit circa ſecundam, & quoad ſtylum Romanæ Curiæ, in qua ſane ſolemnitas publicationis reſeruatur vſque ad tertiam inſtantiam, & Ius litigantium interim in nihilo deperit,nec deterioris euadit conditionis per communicationem ſummarij teſtificatorum vtrique ex partibus fieri conſuetam, ad latiſſime tradita per Poſt. *de manuten.obſeru.95.n.4.& ſeq.*ſubdens aduocatis partium aliquando etiam oſtendi originale, vel copia per extenſum, ex quibus ſatis partes habere dicuntur,vnde ſe inuicem defendant, reſq; integra adhuc remanet; vt non obſtante receptione ſummarij teſtium examinatorum, ac viſione originalis per eorum aduocatos facta, teſtes ſuper eiſdem, ac directo contrariis examinari queant, Ludouiſ.*deciſ.497. n.4.& in annot.n.*8.Cyriac.*contr.25.n.1.*Quocirca infertur, tam ex diſpoſitione Iuris communis, quam Statuti Mantuæ ſecluſo ſtylo neceſſariam omnino eſſe teſtium publicationem, alias nullum gradum probationis facere, nec Iudicem ſuper illis quoquomodo ſententiã fundari poſſe.

Quod proceſſus fuerit fere totus per D.Reggianum compilatus abſque eo,quod in actis hu-
45. ius cauſæ vnquam docuerit de mandato, opponerem, quando vigore Ordinum in erectione huius ampliſſimi ordinis ipſo Iure etiam parte non opponente non corrueret, Menoch. *conſ.246.n.54.*Cyriac.*contr.275.n.23.*Monac.*dec.Florent.18.n.7.*Paſeth.*conſ.194.ſub n.20.*

Tandem non obſtat quod Senatus ex ordini-
46. bus in eius erectione iudicare poſſit ſola facti veritate inſpecta,Surd.*deciſ.105.n.11.& conſ.54. n.5.*Cyriac.*contr.389.n.42.*ex quo videntur ſequi duæ concluſiones ad deſtructionem fundamentorum ad fauorem D. Bulgarini ſuperius poſitorum; altera ſcilicet, quod poſſit confirmare
47. ſententiam nullam in ea parte, in qua eſt iuſta, Chartar. *dec.130.n.35.& 37.* Menoch.*conſ.361. n.35.* Altera quod non attendat, nunquid inſtrumenta ſint in actis producta, vel ad partes
48. data, Paſeth.*conſ.1[illegible].n.1.* poſſitque iudicare ſecundum propriam cõſcientiam,Bart. *in l.vnica, n.4.C.vt quæ deſunt aduocat.* Gram.*deciſ.19.n.13.* Guido Pap. *q.29.*Bertrand.*conſ.137.num.4.lib.1.* Gail.*pract. obſeruat.42. num.3.lib.1.* nec tenetur ſeruare ſolemnitates Iuris ciuilis,Becc.*conſ.165. num.78.*& examen teſtium coram ipſo ſine partis citatione factum ſuſtinetur, Cyriac.*contr. forenſ.40.n.7.*

Neutra tamen ex præmiſſis illationibus habet ſubſiſtentiam, non quidem illa, quia parte inſtante,& ob reſcriptum Suæ Celſitudinis habet Senatus manus ligatas, nec poteſt, niſi ſuper nullitate pronuntiare, Rot. Rom. *deciſ.46.* 49.
*num.1. part.1. recent.*Gabr.*conſ.28. num.1.lib.2.* Mart.Medic. *deciſ.Senen.28.num.3.* maximè cum nullitas propoſita non reſpiciat ſolum ordinem iudicij, ſed contineat damnum condemnati ob ſublatas per indirectum defenſiones, Gail.*pract. obſeruat.75. num.7.& ſeq.lib.1.* neque iſta;quandoquidem in Iure eſt nimium controuerſa, Oſaſch.*deciſ.1.num.43.& deciſ.79. num.44.* Cabed.*deciſ.212.per totam,part.1.* & Senatus Mantuæ *in dicta deciſ. de Comitibus,num.18.* præſertim quando, provt hic, in conſequentiam parti aduerſæ, contra quam extat inſtrumentum,tolleretur defenſio reſultans ex his, quæ viſo inſtrumento opponere poſſet; hæc enim, quæ defenſionem reſpiciunt, deſcendunt à Iure gentium naturali, ſaltem quoad ſubſtantiam. Ideo Iudices quantumcunque ſupremi procedentes manu regia, ac ſola facti veritate inſpecta poterunt quidem omnem Iuris ciuilis ſolemnitatem omittere in participando ſcripturas hinc inde partibus: eis tamen minime permittitur omnimodam Iurium communicationem tollere, quia ſic contra naturalem æquitatem altera ex partibus læderetur, cum neſciret quomodo, & à quibus ſe defendere valeret, vt argumentatur Becc. *conſ.144. num.45.& ſeq.* Rot.Roman. apud Poſt.*deciſ.238.num.8.in fin.* ibi,*ſi Iudex extra acta moueri poſſet, non poſſet pars facere ſuas diligentias, & ita tollerentur defenſiones,* & hunc articulum optime trutinat Roman. *conſ.519.per totum,* accedit Bologn.*conſ.36.n.5.*qui loquuntur in Iudice cognoſcente ſola facti veritate inſpecta. Vnde videmus Deum non protuliſſe ſententiam contra Adam niſi prius vocatum, & auditum, & defenſum, nec contra villicum, vbi agebatur de mera reddicione rationis, vt habetur Luc. *cap.16.* & in Gen.*cap.18.c.qualiter 24. extr. de accuſat.* quam diſtinctionem Sacræ Theologiæ Profeſſores,ad quos in ſimilibus recurſum habere tutius reputatur, communiter amplectuntur, vt videri poterit ex Leſſ. *de Iuſt. & Iur. lib.2. cap.29. ſub dub.10. num.94. & 99.* Clau.Reg.*lib.11.cap.8. num.20. & 22.* Bonacin. *de leg.& decalog.diſput.10.quæſt.2.punct.2.num.5.* Quinimo ſi cauſa remitteretur conſcientiæ, vel arbitrio alicuius,in qua regulariter non requiritur partis citatio, nec iudicialis cognitio, Alex. *in l.de vnoquoque 47. num.11. ff.de re iudic.* Marant.*in ſpecul. part.6.verſ. recte concipitur citatio, num.21.fol.310.* quoties in damnum tertij illius diffinitio verteretur, tunc talis Commiſſarius partes iudicis aſſumere, perque iudicialem cognitionem negotium ſibi, ſeu eius conſcientiæ demandatum diffinire deberet, ad tradita in puncto per Sanchez, *de matr. lib.3.diſput.8. ſub num.4. verſ.2.* probatur in illis verbis, vbi non eſt aliqua perſona, de cuius præiudicio agatur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura in Archiuio reperta quando probet, & num. 2. Pendente lite in Archiuio reposita non probat, num 3. Carens die, mense, & anno contra scribentem probat, num. 6. Declara vt, num. 7. & num. 8. Non reperta inter rogitus Notarij non probat, num. 9.*

4 *Archiuium ab vno ex Canonicis custoditum non probat.*

5 *Testes circa recognitionem qualiter deponere debeant.*

OBSERV. CXXVIII.

PRÆTER ea, quæ in altera iuris allegatione pro Ven. Societate Sanctissimi Sanguinis, aduersus Collegium S. Andreæ diximus, succedit insuper considerandum fidem postea productam, ac iudicialiter parte citata recognitam, negotium aliquod non facessere; duo enim continet, alterum circa existentiam scripturarum, & librorum in Archiuio eiusdem Collegij; alterum vero circa recognitionem manus eorum, qui super dictis libris scripserunt; Verumtamen dicta fides probationem aliquam non facit.

Quantum enim ad probationem Archiuij fidem ipsam non releuare replicatur; ad hoc enim
1. vt Archiuium probationem faciat, seu scriptu-ris in eo repertis credatur inter cætera, quod habeant Præpositum, seu Officialem publicum, Abb. *in cap. Cum causam,* & ibi Felin. *num. 7. extr. de Probation.* Ossasc. *decis. Pedem. 69. num. 2.* Gratian. *discept. forens. 736. num. 35.* Rot. coram And. *decis. 88. num. 6. ac per totam*, cum adductis per Ferentill. ad Buratt. *decis. 667. num. 14.* dixi *alleg. 56. num. 40. & seq. lib. 2.* Card. Otthob. *decis. 245. num. 13.* Marescot. *var. resol. 81. n. 20. & seq. lib. 1.* Vnde cum respectu Archiuij, de quo agitur deficiat ista qualitas; inde propterea fit, quod scripturæ existentes in eo nihil probent; Accedit insuper quod ad effectum, vt scriptura re-
2. cipiat robur ab Archiuio, requiritur, quod in eo sit tenta, tanquam authentica, & inter authenticas scripturas; quia de iure non suppletur imperfectio scripturæ per Archiuium, Corn. *cons. 142. num. 6. lib. 3.* Caputaquen. *decis. 41. num. 3. par. 1.* Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 81. & seq.* Caualer. *decis. 580. & decis. 613. vtrobique num. 4.* Royas *decis. 113. num. 12.* Rot. *decis. 3. num. 15. par. 8. recent.* Rot. apud Post. *de manuten. decis. 583. num. 4.* Demum ad effectum prædictum probationis constare etiam debet, de quo tem-
3. pore scriptura posita fuerit in Archiuio, cum potuerit reponi de tempore motæ litis, Rot. coram And. *d. decis. 88. num. 6.* Ferentill. ad Buratt. *d. decis. 667. num. 19.* vbi alios cumulat Royas *decis. 250. num. 20.* repetita *decis. 313. num. 2. par. 9. tom. 1. recent.* quæ tamen ex abundanti dicta sint; nam cum ex actis liqueat, Archiuium ipsius Collegij custodiri per vnum ex Canonicis eiusdem Collegij; ex hoc etiam capite se-
4. quitur, quod scripturæ in eo existentes fauore eiusdem Collegij nihil penitus probent, cum istud quoque necessarium sit, quod custos Archiuij non sit suspectus, Gabriel *in tit. de probat. conclus. 5. num. 18.* & latissimè prosequitur Rota coram Mellino, *decis. 34. num. 2. ac per totam*, vbi plura cumulantur, quæ conferunt ad decisionem præsentis causæ, & deinde fuerunt reassumpta ab ead. Rot. coram Andr. *decis. 90. num. 2.* vbi in effectu concluditur, quod Archiuium Ecclesiæ custoditum per vnum Canonicum pro Capitulo, seu Collegio fidem non faciat; consequens igitur fit, quod fides in hac parte nihil releuat; quod enim libri conseruentur in prætenso Archiuio non facit, vt illis in præiudicium tertij fides præstetur, Royas *decis. 250. n. 19.*

Quantum vero ad probationem manus Massariorum dicitur pariter eandem fidem probationis gradum aliquem non facere, cum dicta fides versetur circa scripturam, vt prætenditur à iam mortuis confectam, nec constat, quod ipsi fidem facientes notam habuerint manum ipsorum scribentium libros, & tamen inter cætera, vt testes probent scripturam, & ma- 5.
num alicuius, recognitio ipsius scripturæ fieri debet per testes deponentes se notam habere manum illius, à quo scriptura prætenditur conscripta, Rot. *decis. 343. par. prima diuers. & decis. 772. num. 8. par. 2. recent.* Caren. *resol. 120. num. 13.* Ludouis. *decis. 389. num. 2. & 6.* Buratt. *decis. 582. num. 5.* Rot. coram Merlin. *decis. 614. num. 1. ac per totam,* Gratian. *discept. forens. 235. num. 26. & 27. & discept. 710. num. 10.* ea mouentur ratione, quia plures reperiuntur, qui alterius manum ita benè fingunt, vt illam ipsam scripturam confectam à fingente alterius esse dicamus, Marsil. *in rubr. Cod. de Probation. num. 318.* Surd. *cons. 187. num. 24. in fin.* Gratian. *discept. 973. num. 50.* Mart. *Voto 45. per totum*, Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 79. & 80. per tot.* cum adductis per Ferentill. ad Buratt. *decis. 143. num. 39.* quapropter cum fides, de qua in actis, fuerit simpliciter recognita, nec addita appareat ratio, quia ipsi recognoscentes scribentium manus notas habebant, quemadmodum requirebatur; ideo neutro ex capite probationem facit, sicque ex superius deductis, & aliis congestis in altera iuris allegatione Societas Sanctissimi Sanguinis à petitis per Collegium absoluenda venit.

Altera vero scriptura, quamvis carens die, mense, & anno nihilominus contra scribentem 6.
probabat, *l. cum tabernam 34. §. idem quæsiuit, ff. de Pignor.* Seraph. *decis. 373. num. 3. & 4.* Gratian. *discept. 951. num. 4.* Ioan. Carol. Anton. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 29. num. 12.* Rot. *decis. 72. num. 11. par. 8. recent.* & coram Pen, *decis. 433. num. 10.* & apud Cenc. *de Cens. decis. 513. num. 2.* Contrarium tamen ad effectum probandi 7.
etiam, quo casu annum, & diem requirere animaduertunt, Alciat. *cons. 14. num. 5. lib. 5.* Gen. *de script. priuat. lib. 1. quæst. 3. n. 12. fol. 30.* Card. Otthob. *decis. 40. num. 12.* Rot. *decis. 72. num. 8. part. 8.* & apud Post. *de manuten. decis. 102. n. 1.*

Declaranda insuper veniunt mox dicta militare, quatenus vltra defectum diei, mensis, & anni appareret potius scripturam fuisse initam causa memoriæ, non autem contrahendi, aut probandi; quia tunc effectum aliquem obligationis, aut probationis non operaretur, Socin. sen. *cons. 267. sub num. 4. vers. sed quando non fit translatio, propè fin. lib. 2.*

Grat.

Grat. *consil.*123.*num.*11. *lib.*2. Gen. *decis.*1. *num.*19. Seraph. *decis.*373. *num.*1. *&* 2. Rot.*decis.*273.*par.*4. *tom.*2.*recent.* & coram Carill. *decis.*90.*num.*7. repetita *decis.*30. *part.*8.*recent.*Buratt. *decis.*174.*n.*11. Vrsell. *conclus.*123.*n.*6.*&* 22.

9. Alia demum Instrumenti scriptura vti extra filciam rubricellæ, & rogitus Notarij existens nullum probationis gradum facere animaduertebatur, Corn. *consil.* 191. *num.*1. *lib.*1. Seraph. *decis.*909. *num.*2. *& seq.* Spad. *consil.*381. *numer.*10. *lib.*2. Rot. *in Meleuitana hæreditatis Ven.* 5. *Nouembris* 1621. *num.* 2. *& seq. coram R. P. D. Verospio.*

SVMMARIVM.

1 *Census pro parte dummodò considerabili etiam inuito creditore extingui potest. Per compensationem non extinguitur, nisi precedat declaratio, num.*2. *Contra, num.* 3. *Amplia, vt, num.*4.

5 *Declaratio extinguendi censum per compensationem retrotrahitur.*

6 *Subhastatio non constito de debito est nulla. Sine legitima citatione non sustinetur, numero* 7.

OBSERVATIO CXXIX.

1. CREDITORE etiam inuito pro parte dummodò considerabili, vtpotè dimidia redemptio cènsus fieri potest, iuxta magis receptam opinionem, de qua Buratt. *decis.*526. *num.* 6. Cenc. *de cens. quæst.* 110. *num.*16. Rot. *decis.*354. *num.*9.*part.*5. & *decis.*148. *num.* 5. *part.*6.*recent.* Andr.Censal.*decis.Lucen.*11.*num.*66. *&* 67. quam acerrimè impugnat Leotard. *de vsur. quæst.*67. *ex num.* 30. Giballin. post alios *de vsur.lib.*4.*cap.*6.*art.*26.*num.*12.*tom.*2.

Verùm quæstio in facti specie non versabatur circa præmissam conclusionem, ex quo Communitas de anno 1624. debitrix reperiebatur vnius capitalis census florenorum septem millium, simulque pro collectis creditrix existebat de florenis octomille, insistens propterea compensa-
2. tionem ipso iure inductam ad extinctionem census, cui creditor census se opponebat; quia ad effectum extinctionis census per compensationem declaratio prærequirebatur compensandi pro extinctione census, Cenc. *de cens.quæst.*88.*sub numer.*6. *vers. tunc autem*, & *quæst.* 108. *num.*4. & *post tract.decis.*528. *num.*20. repetita apud Merlin. *decis.*463. Hodiern. ad Surd. *decis.* 117. *numer.* 18. Andr. Censal. *decis.Lucen.*11. *num.*51. Rot. *decis.*3. *numero* 18. *&* 19. & *decis.* 29. *num.* 13. *part.* 9. *tom.*1.*recent.*Merlin. *decis.*773. *num.* 13. Merlin. *de pignor.& hypothec. lib.*5. *quæst.* 6. *num.* 12. & *post tract.*Rot. *decis.*47. *num.*7. & *decis.* 124. *num.*16. Salgad.*in Labyrint.credit.part.*2. *cap.* 28. *num.*27. Fontanell. *de pact. nupt. clausf.* 4. *gloss.*18. *part.*5. *num.*13. & *decis.*561. *num.*13.Giballin.*de vsur.lib.*4. *cap.*6. *art.*25. *num.* 4. *tom.* 2. Bonden. *collect. legal.* 43. *num.* 45. Rot. apud. Contr. *decis.* 172. *num.*3.

3. Contraria tamen opinio hodiè magis recepta videtur, & quod etiam in extinctionem census ipso Iure non facta declaratione redimendi compensatio intret, Spad. *consil.*211. *num.*2.*lib.*2.Rot. *decis.*303. *num.*3. *&* 4. *part.*8. & *decis.*183.*num.*8.9. *&* 10. *part.*9. *tom.*1. & *decis.*409. *num.*27.*part.*9. *tom.*2. *recent.* & latè prosequitur Andr.Censal.*dicta decis. Lucen.* 11. *num.* 58. *& seq.* post Capyc. Latr. quem allegat *decis.*25. *num.*15. *seq. & per totam*, Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*5. *quæst.*6. *num.*13. vbi animaduertit id procedere ex æquitate, & ne conditio aliorum creditorum reddatur deterior,& *post tract. decis.*124.*num.*16. & in hanc sententiam eo procliuiores Domini iuerunt; quia 4.
aderat declaratio inculcata Communitatis compensandi, Censal. *dict.decis.Lucen.*11. *sub num.*65. *vers. etsi cum.*

Quæ siquidem declaratio compensandi modo subsecuta in iudicio ad effugiendam solutionem decursorum retrotrahitur ad tempus, quo fieri 5.
poterat, Cost. *de retrotract. cap.* 9. *cas.*4. *num.*13. Andr. Censal. *decis. Lucen.* 11. *num.*11. Giurb. *obseruat.* 106. *num.* 15. Rot. *decis.*200. *num.* 27. *post tract.* Post. *de subhast.* repetita *decis.*409. *num.*29. *part.*9. *tom.* 2. *recent.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*5. *quæst.*6. *num.* 14. & *post tract.* Rot. *decis.*124. *num.* 20. Quicquid in oppositum sentire videantur, Benint. *decis.* 37. *num.* 23. Surd. *consil.* 246. *num.*28. reprobati post alios per Larr.*decis.*87. *num.*4.

Ex quibus subhastatio bonorum debitoris pro censibus decursis inualida omninò reddebatur, 6.
non solum ex defectu crediti, Mangil. *de subhast. quæst.*21. *num.*11. Post. *de subhast.quæst.*10. *num.*1. Verum etiam ex defectu legitimæ citationis, 7.
Gratian. *discept.* 545. *num.* 53. *& seq.* Mangil. *de subhast. quæst.*147. *num.* 10. Post. *de subhast. inspect.*23. *num.*47. *& seq.* & *post tract. decis.* 91. *numer.*1. & *decis.*92. *num.* 3. & *in Romana census* 3. *Iulij* 1662. *numero secundo, coram R.P.D. Vicecomite.*

Vsurariæ prauitatis exceptio, quæ manutentionem regulariter non impedit, Post. *de manuten. obseruat.*62. *num.*9. & ibi Rot. *post tract. decis.*181. *num.*6. Zacch. ad Gallesf. *de Cameral. obligat. quæst.*31. *numer.* 7. in facti specie, tanquam clara, & oriens ex eisdem Instrumentis liuellorum manutentioni institæ impedimento fuit, ex Rot. post alios apud Zacch. ad Gallesf. *de Cameral. obligat. decis.*8. *num.* 1. & *decis.*36. *num.* 2. & *decis.*105. *num.*7. & *decis.*106. *num.*5. & *decis.*114. *n.*5.*& seq.*vbi optimè declarat.

At vbi in præmissis subesset aliqua ambiguitas circa liquiditatem exceptionis, sufficeret, quod arbitrati fuerimus exceptionem huiusmodi vsuræ altiorem non requirere indaginem, ideoque manutentionem impedire, Menoch. *de arbitr. lib.*2. *cent. cas.*17. *numero septimo*, *& octauo*, Gratian. *discept.* 129. *num.* 17. Argel. *de acq. possess. quæst.*2. *num.*264. Rot. *decis.* 380. *num.*12. *part.*9. *tom.*2. *recent.* Zacch. ad Gallesf. *de Camer.obligat. quæst.*17. *num.* 73. Verùm quia partes Iura deduxère in meritis, super quibus causam expediri consenserunt, & Magistratui liquebat; Ideo super eisdem ex prædictis potissimum, ac inferiùs dicendis controuersiæ in petitorio finis impositus extitit causæ de consensu partium, Post. *de Manuten. obseruatione septima, numero trigesimo tertio.*

Deductis tam in præcedenti obseruatione, quam in obseruatione 412. non obstantibus pro subsistentia liuelli per D. Manacordam acquisiti resolutum fuit. Esto enim, quod Serenissimus successor

cessor non teneretur obseruare contractum super regalibus, id non resistit, dum vltro teneri voluit, vt apertissimè liquet ex commissione Ducali directa D. Præsidi Zanacco, ibi: *Restano conuenuti con Noi, come Principe, e successore*, &c. & ibi: *Conforme al conuenuto con Noi.* Quam sanè conuentionem Princeps obseruare obstringitur, ex cumulatis per Andr. Cens. *in l. vnic. C. si quis Imper. maledix.* §. 8. *num.* 34. *&* 35. & *decis. Lucen.* 14. *n.* 70. Cyriac. *controuers.* 311. *num.* 19. & *controuers.* 531. *n.* 33. *& seq.* Georg. Mund. *consil.* 1. *num.* 194. & *consil.* 17. *num.* 128. *lib.* 1. & *consil.* 13. *num.* 126. *lib.* 2. dixi *allegat.* 12. *num.* 27. *fol.* 201. *lib.* 1. Altograd. *consil.* 70. *n.* 25. *& seq. lib.* 2. Sperell. *decis.* 148. *num.* 38. *& seq.* Giurb. *consil.* 94. *num.* 6. *& seq.* Camarat. *respons.* 23. *n.* 3. 7. *ac per totum*, Tondut. *resolut. ciuil.* 25. *num.* 3. latè Rub. ad Rot. *decis.* 217. *à num.* 470. *ad* 483. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.*

Cumque Princeps, tanquam successor conuentionem prædictam expressè inierit; consequens ideo fit, vt tacitè ad sui præiudicium dumtaxat pecunias à Ianuensibus ad censum receptas, ad status vtilitatem erogatas præsupposuerit; tunc enim ad restitutionem successor obstrictus remanet, ex traditis per nos *allegat.* 94. *num.* 2. *lib.* 2. vbi alias cumulauimus, quibus accedunt congesti per Larat. *de feud. part.* 9. *dilucidat.* 86. *n.* 3.

Super quo tamen figere pedes non auderem, quippe quoniam si tanquam hæres, aut tanquam successor, ac consequenter principalis debitor ad dationem insolutum deuenisset, vtique propriam obligationem extinguendo iurium cessionem reportare non potuisset, *l. nulla*, 5. *C. de solut.* Ludouis. *decis.* 68. *num.* 5. Peregr. *de fideicommiss. art.* 52. *n.* 34. Caualer. *decis.* 568. *num.* 2. Carill. *decis.* 120. *num.* 1. & *decis.* 166. *num.* 13. repetitæ *decis.* 116. & *decis.* 267. *part.* 8. & *decis.* 272. *num.* 12. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* repetita apud Royas *decis.* 236. Antonin. de Amat. *resolut.* 37. *num.* 4. Hodiern. ad Surd. *decis.* 308. *n.* 5. Olea *de cess. Iur. tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 11. At cum soluerit, seu in solutum dederit, vti quilibet tertius Iure merito iurium cessionem à creditore obtinuit, Gratian. *discept.* 286. *num.* 4. Antonin. de Amat. *dicta resolut.* 37. *num.* 7. Olea *de cess. tit.* 5. *quæst.* 5. *n.* 53. Mart. Medic. *decis. Senen.* 44. *n.* 1.

Hinc ergo corruunt in facto, quæ subiungebantur ex supposito, quod Princeps erga Pasquam nullatenus obligatus, dando ei in solutum nomen debitricis Communitatis Montiscalui munificentiam, liberalitatem exercere intellexerit; in hac enim parte, cum de directo instrumentum Capitulis, seu conuentioni in eodem insertæ repugnat, inde propterea conuentioni, tanquam à partibus initæ, non autem instrumento stari omninò debeat, vt post alios dicebam *allegat.* 13. *num.* 17. *fol.* 227. *lib.* 1. & *allegat.* 103. *num.* 20. *lib.* 3. Merlin. *decis.* 586. *num.* 8. & *decis.* 608. *num.* 16. *& seqq.* Card. Otthobon. *decis.* 99. *n.* 33. Bonden. *collect. legal.* 36. *num.* 56. Thesaur. *quæst. forens.* 1. *num.* 1. *& seq. lib.* 1. Post. *decis.* 59. *num.* 12. *part.* 4. & *decis.* 250. *num.* 18. *part.* 6. & *decis.* 137. *num.* 6. *&* 7. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* repetita apud Royas *decis.* 241. & *decis.* 360. *num.* 1. *&* 2. *part.* 9. *tom.* 2. *recent.* & *in Bononien. fideicommissi*, 11. *Februarij* 1664. §. *à tenore*, *coram Verospio.*

Nec ex interuallo mensium à Capitulorum confectione ad stipulationem instrumenti recessus à primo conuentis argui potest, quemadmodum regulariter succedit, ex Rot. *dicta decis.* 137. *n.* 8. *&* 9. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* repetita apud Royas *dec.* 241. Nã si rectè aduertatur, Rota non facit vim in simplici interuallo, sed in eo principaliter, quod instrumentum contrarium à conuentione antecedenter inita continebat, ex Paul. de Mont. Pic. *consil.* 52. *num.* 17. *& seq.* Torniel. *consil.* 49. *num.* 35. *& seq.* Rot. coram Merlin. *d. decis.* 608. *n.* 16. *& seq.* repetita *decis.* 250. *p.* 6. *recent.*

Tantùm verò abest in facti specie recessus à conuentis in præcedenti scriptura per subsequens instrumentum, quod immò, vt illum excluderent, geminatè ad ipsam conuentionem instrumentum se refert cum insertione in eo eiusdem conuentionis, Beltram. ad Ludouis. *decis.* 168. *num.* 8. *in fine*, V. Præses Melius *allegat.* 13. *num.* 19. *fol.* 228. *lib.* 1. Rot. *decis.* 365. *lib.* 2. *num.* 5. *& seq. post tract.* Cenc. *de cens.*

Præterquam quod, cum Magistratus præuia personarum legitimatione, & electione terrarum pro satisfactione D. Pasquæ quoad substantiam contractus iussionis sibi à Serenissimo demandatæ merus exequutor reputabatur, quam in nihilo prorsus alterare poterat, Merlin. *decis.* 288. *num.* 2. & *decis.* 542. *n.* 4. Caputaq. *decis.* 43. *n.* 5. *part.* 3. Rot. *decis.* 200. *num.* 4. *part.* 6. & *decis.* 93. *num.* 16. *in fine*, *part.* 7. *recent.* & coram Card. Otthobon. *decis.* 153. *num.* 4. & coram Pen. *decis.* 32. *n.* 8. *&* 9.

Hactenus dicta concernunt potestatem Magistratus restrictam omninò ad formam commissionis, ad quam cum Magistratus in stipulatione instrumenti repetitam habuerit relationem; consequens ideo fit, vt ab eius continentia recedere nequaquam intellexerit, Paris. *consil.* 18. *num.* 31. *& seq. lib.* 2. Rot. *decis.* 118. *num.* 2. & *decis.* 122. *n.* 17. *&* 18. *part.* 9. *tom.* .. *recent.*

Vsque adeo vt pacta instrumento adiecta iuribus non subsistentia potius vitientur, quam quod præambulam conuentionem vitient, *l. sed si*, 31. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Leotard. *de vsur. quæst.* 7. *sub num.* 10. *vers. & reiiciuntur stipulationes*, Cenc. *de cens. quæst.* 56. *num.* 13. *in fine*, & *post tract. decis.* 2. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Contractus à minore gestus sine solemnitatibus est ipso Iure nullus. Fauore minoris claudicat, n.* 3. *Minori euidenter vtilis absque solemnitatibus sustinetur, n.* 10.

2 *Gabella non debetur ex contractu nullo. Etiam pro resolutione contractus debetur, n.* 9.

4 *Tertius nullitatem contractus non allegat. Amplia, vt n.* 5.

6 *Minor approbando contractum à se nulliter gestum tenetur etiam pro illo soluere gabellam. Potest alienare cum maioribus rem communem, num.* 7.

8 *Alienatio prædij minoris communis cum maiori est nulla pro parte minoris, & pro aliena sustinetur.*

OBSERVATIO CXXX.

CONTRACTVS sine solemnitatibus à minore gestus ipso Iure nullus fauore eiusdem minoris reputatur, Bartol. *in l. si quis pro eo*, 58. *sub num.* 11. *versic. si vero prohibitio*, *ff. de fideiuss.* & *in l.* 2. *in fin. C. ne fideiuss. dot.* Menoch. *consil.* 819. *num.* 4. Bardellon. *cons.* 58. *n.* 29. *&* 30. 1.

& 30. Rot. apud Pic. *ad Statut. vrb. decis.* 60 *num.* 31. Cyriac. *controuers.* 252. *num.* 14. *& seq.* Fenzon. *ad statut. vrb. fol.* 341. *num.* 37. & prius *cap.* 151. *num.* 13. *& seq.* Rot. *decis.* 1. *num.* 1. *ac per totam, part.* 5. *recent.* Leoncill. *decis.* 110. *num.* 1. Manent. *decis.* 7. *num.* 1. Ioan. Franc. Andr. *controuers.* 3. *num.* 6. & *controuers.* 136. *num.* 6. *& per totam*, Tomas. *de tutor. & curator. tit.* 19. *num.* 3015. *fol.* 780. Dixi in addit. ad Castill. *de alim. cap.* 63. *num.* 8. Baron. *de effect. minor. atat.* 1. *num.* 16. Ioan. de Ayllor. ad Gomez. *tit. de personis, cap.* 1. *num.* 8. *fol.* 139. & *tit. de restit. minor. cap.* 14. *num.* 2. Rot. *in Firmana Census* 2. *Iunij* 1658. *num.* 2. *coram Reuerend. Priolo.* Vnde cum in contractu, pro quo agitur ad Gabellam minores, ac pupilli interuenerint, vel saltem de ipsorum interesse ageretur, ideo ab ipsis eorum consortibus, atque etiam ab Illustrissimo Domino Comite Bonsio cum eisdem acquirente nullus arguebatur.

Atque ex prædicta conclusione aliam præcedente non minus receptam desumebant ad excludendam petitionem gabellæ, seque eximen-
2. dum ab illius solutione, iuxta quam inquiunt, & tradunt Iuris interpretes ex contractu nullo nullam prorsus deberi gabellam, Bald. *in l.* 2. *in fin. C. de eunuch.* Surd. *decis.* 122. *num.* 9. & *decis.* 305. *num.* 17. Cyriac. *controuers.* 222. *num.* 53. & *controuers.* 265. *num.* 13. *& seq.* Bardellon. *consil.* 5. *num.* 22. Sanchez *consil. moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 35. *num.* 1. Guttierez *de Gabell. quæst.* 9. *num.* 1. *& seq.* Stephan. à Sanct. Gregor. *de contract. lib.* 1. *cap.* 15. *numer.* 15. Amad. à Pont. *quæst. laudem.* 39. *num.* 3. Contr. *discept.* 96. *num.* 14. Eminentissimus de Lug. *disput.* 36. *sect.* 10. *num.* 160. *de iust. & Iur. tom.* 2. *fol.* 533. Ioan. de Ayllor. ad Gomez. *var. resolut. tit. de empt. & vendit. cap.* 22. *sub num.* 22. *vers. de gabella, fol.* 153.

Negari vtique non potest, quin vtraque ex prædictis conclusionibus vndequaque indubitata existat, non tamen ad præsentem controuersiam applicationem recipit, & quantum ad personam Domini Comitis, res omnimoda caret difficultate; quoniam contrahens cum minore,
3. cuius fauore contractus claudicat, ipsoque volente, seu non reclamante sustinetur, cum ei liberum sit stare si velit contractui alias nullo, *l. cum interdicta* 6. & ibi Bald. *C. arb. tut. l. Iulianus* 14. §. *si quis colludente*, & §. *seq. ff. de act. empt.* Tiraquell. *de retract. lignagier*, §. 1. *gloss.* 2. *sub num.* 10. *versic. quid enim si venditor*, & *de leg. connub. glos.* 8. *num.* 91. Ludouis. *decis.* 467. *num.* 5. Gratian. *discept. forens.* 27. *num.* 29. Leoncill. *decis. Ferrar.* 4. *num.* 5. Surd. *decis.* 179. *num.* 18. & *decis.* 278. *n.* 22. Tomas. *de tut. & curat. tit.* 19. *num.* 3360. *fol.* 811. contrahens, inquam, cum minore, seu pupillo propriam veluti detegendo turpitudinem contractus insubsistentiam, eiusque nullitatem allegare nequit, ad textum *in l. ne ex dolo* 13. *ff. de dol.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 54. *ad med.* Cæphal. *cons.* 133. *num.* 125. Gratian. *discept.* 691. *num.* 14. Rota *decis.* 318. *num.* 37. *&* 38. *part.* 5. & *decis.* 119. *num.* 24. *&* 25. *part.* 7. *recent.* Pic. *ad statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *gloss.* 7. *num.* 189. & ibidem Fenzon. *num.* 51. *&* 52. & in terminis statuti Mantuæ, Surd. *decis.* 108. *sub num.* 11. *versic. tertio respondeo*, Bursat. *consil.* 82. *num.* 10. *in fine*, ibi, Vnde licet dicta nullitas à contrahente secum non potuerit allegari, Rota *decis.* 463. *num.* 5. apud Post. *de manuten.* ea mouentur ratione; quia contractus huiusmodi cum minore sine solemnitatibus gesti habent implicitum statum validitatis, neque irritantur, dum minores, seu pupilli allegata iudicialiter nullitate non contradicunt, & faciunt adducta per nos in addit. ad Castill. *de alim. cap.* 64. *num.* 9. Baron. *de effect. minor. ætat.* 1. *num.* 18. Ioan. de Ayllor. *tit. de restit. minor. cap.* 14. *sub num.* 2. *vers. tamen est nullus.* Quam sane contradictionem pupillos non fecisse ex eo suadetur, & præsumitur, dum de ea non constat, & per accordium ac nouam transactionem à contractu recesserint, super quo amplius non insistam, cum iam Senatus Excellentissimus in causa Palperia Gonzaga contrahentem cum minore nullitatem contractus ob defectum solemnitatum allegare non posse iudicauerit.

Quantum vero ad personas DD. Archidiaconi, ac Senatoris Blondi conclusio superius firmata, quod nimirum tanquam tertij nullitatem inductam fauore minoris allegare nequeant, contra ipsos eo fortius procedit; quia tertius nullitatem 4.
contractus ex defectu solemnitatũ non admittitur ad deducendum, Gratian. *discept. forens.* 27. *numer.* 39. *&* 40. & ita censuit Senatus Mantuæ pro Zanetto aduersus Arrigonos mercatores, & quicquid esset abstrahendo à facti serie de prædicta assertione, dubio procul in casu nostro militat; quippe quoniam pupilli ex capite nullitatis non solum non impinguarunt; verum etiam ex nouis conuentionibus, ac mediante altero contractu ab eo tanquam contractu valido recesserunt, per quem actum cum contractus à minore ap- 5.
probatus censeatur, ideo illum impugnare tertius non potest, Gratian. *discept. forens.* 691. *num.* 11. attenta ergo validitate ac subsistentia contractus inducta per expressam minoris approbationem sequitur propterea, quod datium debeatur, quo- 6.
niam minor acceptando, atque vtendo contractu à se alias nulliter gesto, tenetur eum approbare etiam in illis, quæ faciunt contra ipsum minorem, ad textum *in l. cum quæritur* 16. *alias* 17. *ff. de admin. tut.* Cyriac. *controuers.* 90. *num.* 16. *&* 19.

Iure non conqueritur minor de contractu à se gesto, quando in contrahendo ita se gessit, quemadmodum, & quilibet prudens paterfamilias, atqui in præsenti contractu eius patrui alter Senator, alter Archidiaconus, & ambo Iuris periti interuenerunt; sequitur idcirco contractum ob omissas solemnitates nullum dici non posse, cum dicatur veluti prouocatus, & ex necessitate alienare, ex quo ipsorum minorum patrui habentes duas ex tribus partibus iam alienare deliberauerant; tertia pars remanens apud minores inu- 7.
tilis reddebatur, & consequenter coactè alienasse dicuntur, per textum *in l. si pupillorum* 7. *in princ.* vbi glos. *in verbo necessaria, ff. de reb. cor.* Simoncell. *de decret. lib.* 2. *tit.* 4. *sub num.* 24. *versic. ratione autem probatur*, quia cum minor prouocatur dicitur alienare ex necessitate non facto suo, Cyriac. *controuers.* 147. *num.* 1. dixi pro DD. Arrigonibus contra Gelminos, & obtinui; ideo cum etiam ex hoc capite validus omnino reputetur contractus inter contrahentes; consequens etiam fit, quod subsistere dicatur ad effectum soluendi gabellam.

Omnique in casu, quatenus in præmissis aliqua subesset difficultas; cum tamen omni prorsus dubitatione careant, contractus huiusmodi 8.
quoad personam minoris dumtaxat irritus censeretur; firmus tamen maneret quoad maiores, qui

poterant

poterant legitimè & de Iure contrahere, subducta minoris persona, eiusque portione, *l. si Titius* 49. vbi scribentes, *ff. de fideiussor. l. vnica*, *C. si in commun. eademque causa, l. tutor.*47. *§. curator.*2. *cap.*27. *num.*65. Franc.*decis.*400. *num.*10. Gratian. *discept.*555. *num.*9. *&* 10. Cæpol.*consil.*52. *alias* 51. *per totum, vol.*2. *in ciuil.* Natt. *consil.*262. *num.*11. Cyriac. *controuers.*198. *num.*21. & *controuers.*387. *num.*56. Manent. *decis.*13. *num.*36. Vnde pro duabus ex tribus partibus Dominus Comes Bonsius pro sua dimidia teneretur, & DD. Fratres de Blondis prò dimidia spectante ad Senatorem; sed istud ex abundanti dictum sit, cum in effectu
9. quoad omnes sustineatur contractus, atque ad integram dimidiam teneatur D. Bonsius pro contractu, & ad alteram integram dimidiam pro resolutione eiusdem contractus, Surd. *decis.*305.*numer.*9. & *sub num.*41. *vers. quamvis autem gabella*, Mart. Ventur. *consil.* 39. *num.*52. Castr. Palao *de iust. & Iur. part.*7. *disput.*5. *punct.* 30. §.11. *num.*4. *fol.* 295. Domini autem de Blondis tenentur ad tantundem, dempta tamen portione ad Dominum Archidiaconum spectante.

Verumtamen quod non ex allegata nunc nullitate contractus, sed mutuo vtriusque partis consensu, atque ex nouo contractu à priori recesserint, suadetur ex relatione Suæ Celsitudini facta per Illustrissimum Dominum Senatorem Portam, iunctis testium depositionibus, ex quibus voluntarius à contractu recessus, seu noui contractus celebratio independens à prætensa nullitate concludenter probata resultat, & vbi tantum semiplena probatio existimaretur, tunc ad Iuramentum suppletorium deueniri deberet, iuxta petitionem conductorum gabellæ; quinimo ex eadem relatione aliunde pariter validitas contractus arguitur, nimirum ex euidenti minorum vti-
10. litate, qua stante etiam volens minor non audiretur contra contractum à se vtiliter gestum ad hoc, vt irritaretur, Rot. apud Pic. *ad statut. Vrb. decis.*42. *num.*72. cum adductis per nos *allegat.*13. *num.*3. *fol.*224. *lib.*1. Et in addit. ad Castill. *de alim. cap.*63. *num.*14. ibique Rot. *decis.* 66. *num.* 7. & *decis.*59. *num.*5. *& seq.* Probata igitur ex præmissis contractus validitate probatum quoque dicitur datium deberi.

SVMMARIVM.

1 *Litigans cum aliquo, tanquam Procuratore illum dicitur approbare.*
2 *Census in quasi possessione existens manutenetur, etiam sine productione Instrumenti.*
3 *Scientia Instrumenti excusat ab illius productione.*
4 *Senatus iudicat veritate inspecta.*
5 *Inuentarium non suffragatur dum non constat hæreditatem non esse soluendo. Amplia vt, num.*6. *Non facere vel imperfectè paria reputantur, num.*16. *Non citato creditore certo non subsistit, n.*17.
7 *Diminutiones hæreditatis citra culpam hæredis contingentes eius damno non cedunt.*
8 *Minor dotem iam constitutam augere nequit. Sine solemnitatibus hypothecam non contrahit, num.*10. *Ætas non dicitur probata ex venia, n.*13. *Factus maior soluendo censum approbat contractus, num.*15.
9 *Venia ætatis futura respicit, & non præterita. An excludat necessitatem Decreti, n.*11.
12 *Contrahens cum minore minoritatem non controuertit.*
14 *Contractus fauore minoris claudicat.*
18 *Inuentarij exceptio non attenditur ob illius imperfectionem. In confectione cohæres non est citandus, num.*19.
20 *Exceptio rei iudicatæ non obstat, nisi tria concurrant.*

OBSERVATIO CXXXI.

SVPERVENIENS ante nullitatem actorum oppositam mandati productio ab eo, qui in effectu procurator ante cœptū iudicium præexistebat, processum, atque actitata à quacunque nullitate præseruaret, vbi in facti specie per admissionem simpliciter, atque absolutè, à parte aduersa in procuratorem factam de persona Domini Caroli omnem prorsus in præmissis dubitandi aleam non remoueret. Qui in Iudicio aliquem tanquam procuratorem approbauit, processum postea sic compilatum de nullitate redarguere nequit, ex supposito mandati defectu. Quoniam litigans cum aliquo tanquam 1.
tali, quà talem eundem admittere censetur, vt in terminis animaduertunt, Surd. *decis.* 104. *num.*11. *&* 12. & *decis.*108. *num.* 13. Gratian. *discept. forens.*76. *num.*26. & *discept.*855. *num.*7. Coccin. *decis.*61. *num.*3. Leoncill. *decis. Ferrar.*91. *num.*9. & ita censuit Senatus Mantuæ in causa Bonsia Zauarella, dixi pro D. Gopello aduersus D. Comitissam Caffinam, ad quod etiam optimè conducit Rota apud Post. *de manuten. decis.*266. *numer.*7. & dixi *allegat.*37. *num.*23. *& seq.* & *allegat.*83. *numer.* 2. *lib.* 3. nec super hoc amplius insisto tanquam inani fundamento. Quem articulum optimè vt semper examinauit Rot. *in Romana meliorementorum* 31. *Martij* 1664. *num.*9. *& per totam, coram R.P.D. Priolo.*

Dum vero inter ipsas partes notorium existebat, adesse census constitutionem, pro quo Dominus Prouenzalis non tam fideiussor accesserat, quam etiam per coactas solutiones pluries executus fuerat, principales debitores, seu hæredes iam alias conuenti illius non existentiam allegare indignum, minusve ipsorum ingenuitati conueniens, ac necessarium existimarunt, ne notam ingratitudinis incurrerent, ac irrisionem vltra damnum quodammodo fideiussori de eis bene merito irrogarent. In tantum quod eo supposito modo nullitatem constitutionis census ob non adhibitas solemnitates, modo ipsorum anterioritatem prætensam proponerent; nouerant
enim etiam absque instrumento census, seu illius 2.
productione saltem vigore quasi possessionis ad consecutionem decursorum agi posse, ex Cancer. *var. resolut. cap.*14. *num.* 48. *& seq. part.* 3. quem sequitur Post. *de manuten. obseruat.* 42. *num.* 32. Cæterum cum ex actis Domini Lacini, ad quæ pars aduersa se referebat, & quæ hic pro exhibitis
haberi voluit, euidens scientia instrumenti in eis 3.
deduceretur, ad textum *in l. non est ferendus* 12. *ff. de transact.* Buratt. *decis.*848. *num.*5. Frustratoria omnis productio reddebatur.

His de medio sublatis, seu nulla prorsus in consideratione habitis tanquam futilibus, seu nimia subtilitate conspersis, minimèque attenden-
dis, coram isto tribunali supremo causas sola 4.
facti

facti veritate inspecta terminante, dixi *alleg.63.n.4.* & *allegat.102.n.6.lib.2.* & *alleg.89.n.7.* & *alleg.107. n.44.* & *alleg.108.n.23.lib.3.* dicebam saltem ad effectum manutentionis in possessione, seu quasi censum exigendi, ex qua fideiussor condemnatus pro sui indemnitate contra hæredes censum constituentis regressum introduxit hæredibus ipsis, quominus indemnitatem à defuncto stipulatam præ-
5. stent, inuentarium cum prætensione anterioritatis non suffragari, dum adhuc hæreditatem soluendo non esse formiter probatum non extitit, Rota *dec.99.n.9.* & *in fin.p.1.diuers.* quæ est *dec.232.* apud Cenc. *de cens.* & *decis.251.n.7.* apud eundem, vbi id
6. eo magis ampliat procedere, quando hæres solutionem aliquam fecit, latè Post. *de manutent.obseruat.56.n.12.* & *seq.* Seraph. *dec.1394.n.5.* cum adductis per Ioan.Franc.Andreol. *contr.242.sub n.12.* vbi quod hæreditas præsumatur sufficiens ad soluendum pro omnibus, quodque hæres, vt effugiat solutionem etiam legatorum præuia æstimatione bonorum in inuentario descriptorum, valorem hæreditatis probare teneatur. Vnde tam in possessorio, quam etiam in petitorio fideiussor optimum ius habere dicitur; neque ei res vt prætenditur iudicatæ resistunt. Quandoquidem supposita anterioritas rebus stantibus, vt stant, beneficiato hæredi non opitulatur quoad vsque de hæreditatis valore non liquet.

Prædicta autem eo potius in præsentiarum sibi locum vindicant, eo quia in inuentario per hæredes confecto bona reperiuntur ad satisfaciendum omnibus sufficientia, neque principali nostræ obest, quod hæredis culpa esse penes ipsum desierint, aut ab aliis occupentur; siquidem quic-
7. quid post aditam hæreditatem de bonis contingit, incommodo eiusdem hæredis quantumuis beneficiati cedere habet, ad tradita plenissimè per Gratian. *discept.forens.165.per tot.* Merlin. *de legitim. lib.2.tit.2.q.7.n.12. ac per tot.* & *post tract. decis.8. n.2.* & faciunt tradita per Censal.ad Peregr. *de fideicom.art.36.fol.372. vers.tertius casus.* Quicquid ergo circa hæreditatem culpa hæredis in illius diminutionem extrinsecum euenit, id totum hæredi tantum, non autē creditoribus imputandū venit.

Ex pluribus enim neque nullitas constitutioni census opposita obstabat; & primo quidem, quia maior vigebat nullitas in credito dotali D.Comitis, quantum scilicet sit respectu augmenti à ducatis quinque mille primo viro in dotem traditis, vsque ad ducatos nouem mille secundo marito per fratrem auctis sub die 1.Iunij 1611. dum enim
8. adhuc in minori ætate existeret, dotem à patre, seu à seipso vxori constitutam augere non potuit, Surd. *dec.278.per tot.* & *dec.287.n.9.* cum ibi notatis per Hodiern.Pic. *ad statut.Vrb.c.151.glos.7.n.231.* & *seq.* Secundò, quia neque eiusdem augmenti constitutio ex superuenienti habilitatione à supremo Principe obtenta remansit consolidata; quippe
9. quoniam venia ętatis, & habilitatio à Principe impetrata, futura dumtaxat negotia; non autem præterita respicit, Cyriac. *controuers.219.num.35.* Tertiò, quia omni in casu cum contrahentes ab initio pro nulla omnino dotis auctionem habuerint, ex superuenienti habilitatione reiterata, vt nunc, à die illius reiterationis, non vt tunc à die, scilicet Capitulorum, robur, ac firmitatem recepit, & abinde tantummodo Dominus Comes in bonis sororis pro dotis au-
10. gmento hypothecam consecutus est, quam neglectis solemnitatibus in augenda dote nequaquam contraxerat, Gratian. *discept. forens.* 242. *num.* 5. & 6. Pic. *ad statut. Vrb. glos.* 7. *num.*72. Rot. *decis.* 77. *numero vigesimosecundo, part.6.rec.* cum adductis per Merlin. *de pignor.* & *hypoth.lib.4. q.200.per totam,* & *post tract.dec.27.n.5.* Qua stante dispensatione adhuc dubitari posset an valide sine decreto hypotheca extiterit contracta, contra expressam dispositionem textus *in l.3.C.d.his qui ven. atat.impetr.* Leoncill. *dec.Ferrar.194.sub n.8.versic. præterquam*, vbi in hac patria consuetudo in contrarium non vigeret, ad Cyriac. *controu.200. numer.* 20. & *seq.* sicque cum pro dote principali ducatorum quinque mille, & longè vltra satisfactionem obtinnerit, & pro auctione hypothecam posteriorē nactus fuerit, ideo cessant omnes amaritudines; neq; enim D.Comes, qui cum sororio, vti 12.
minore contraxit, modo illius minorem ætatem in controuersiam reuocando audiretur, Dec. *cons.665.* Surd. *dec.100.n.10.* & Hodiern.ad eundem *dec.104. n.3.* dixi *alleg.52.num.16.lib.2.* Ex quibus apertissimè conuincitur prætensam crediti dotalis existentiam non subesse, & quatenus adesset in hypotheca omnino posteriorem reputari.

Neque obstaret, si replicaretur, quod nullitas atque insubsistentia hypothecæ in ordinem nostræ principalis æque sibi locum vindicet, quandoquidem ex eo, quod quis à Principe ad contrahendum veniam impetrauerit, non ideo in odium 13.
tertij minor ætas dicitur probata, ad rem optimè post alios, Seraph. *decis.1155.n.7.* & *decis.1169. n.4.* Præterquam quod nunquam contractus à minore 14.
gestus contra ipsius minoris voluntatem dicitur nullus, minúsve aliqua indiget solemnitate, Surd. *dec.264.n.30.* Rot. apud nos *alleg.13. num.6.fol.233. lib.1.* & *allegat.32. numero septimò,* & 23. & *allegat. 40.num.* 4. & 5. & *alleg.65.n.14.lib.2.* & *alleg.70. n.31.lib.3.* Quinimo cum factus, vt prætenditur, ma- 15.
ior per plures annos in solutione census perseuerauerit, frustra nunc illius hæredes huiusmodi census constitutionem de nullitate redarguunt, per textum apertum *in l.fin.C.si maior factus,* Rota *decis.305. num.* 53. *part.7. recent.* & apud Merlin. *de pignor.* & *hypoth. decis.106. numero tertio,* Manent. *consil.* 68. *numero secundo*, *ac per tot.* & *decis.64. num.17.* Cyriac. *controuers.29. num.65.* vbi quod si minor effectus maior per actus positiuos solutionum contractum tacitè ratificet, de illius nullitate amplius dicere nequeat, latè Cenc. *de cens. q.15. n.21.* vbi istud indubitatum renuntiat, præsupposita in minore scientia nullitatis, quam in facti specie concurrere non erat hæsitandum, cum postmodum in precibus Serenissimo porrectis ob imperfectam illius ætatem nulliter se contraxisse expresserit.

Ad comprobationem prædictorum, atq; ad principalis nostræ indubitatam reddendam intentionem, allegata inuentarij inualiditas plurimum cōferebat; ea autem deducebatur non solum ex eo, quia hæredes ipsi inuentarium pro informi, atque imperfecto habuerunt, dum in calce descriptionis stabilium protestationem emiserunt, cum primum libertas accedendi ad prædia hæreditatis superuenisset de solemniter perficiendo inuentario; quod cum postea præstare non curauerint, perinde sequitur, ac si nullatenus inuentariū confecissent. Inuentarium enim non facere vel minus 16.
solemniter, ac imperfectè facere paria reputantur, ad effectum vt hæres ab illius beneficio cadat, seu non consequatur, Natt. *cons.574.per totum,* Cyriac. *controuers.160.à n.91.* Rot. *decis.39.p.6.rec.* Gratian. *discept.forens.532. n.9.* Verum etiam quia quatenus Inuentarium subsistens existeret, princi-

pali nostræ ex persona Domini Mantelli creditoris, cuius Iura vigore solutionum cessa habet, seu locum subingressa fuit, in nihilo officeret; nam cum ex receptionibus D. Mantelli in hæreditate repertis, ac successiue in actis per hæredes productis de
17. manifesti crediti liqueat scientia, inde fit, quod Inuentarium non citato ipso Mantello creditore confectum viribus non subsistat, vel saltem D. Mãtello præiudiciũ non afferat, eiusque intuitu pro infecto penitus habeatur. Doctores *in l. fin. §. cum igitur, C. de Iur. delib.* Surd. *cons.* 181. *n.* 26. Add. ad Ludouis. *dec.* 137. Gratian. *discept.* 798. *n.* 7. *versic. nec subsistit*, Buratt. *dec.* 637. *n.* 17. & *dec.* 750. *n.* 5. & vtrobique Ferentil. cum adductis per Io. Franc. Andr. *contr.* 121. *n.* 1. *ac per tot.* Rot. *dec.* 176. *n.* 2. *p.* 4. *recent. tom.* 2. Ex quibus cũ Senatus Excellentissimus cognoscat inuentarium quoad nos præcipuè minus legitimè factum, pluresque subesse causas, ob quas hęredes vti eius beneficio non merentur, ideo illius
18. exceptionem attendere neutiquam debet, vt per Honded. *cons.* 34. *ex n.* 9. *lib.* 1. & Zuccar. *dec. Lucen. ciuil.* 49. *n.* 11.

Accedit vlterius, quod quamvis cohæres in cõ-
19. fectione Inuentarij, quà talis citandus veniat, ex Duran. *dec.* 387. *n.* 37. attamen D. Petrozanus, quatenus ratione fructuum in aliquo creditor extitisset, citari debebat, vel saltem illius, ac filiorum creditum post cõfectionem inuentarij excitatum in eodem describi debebat, quemadmodum de credito DD. Luzzariorum successit. Vnde ex dicta omissione descriptionis in Inuentario intrat præsumptio, quod in effectu creditor non extitisset.

Hinc non obstat exceptio rei per Exellentiss. Senatum iudicatæ in gratiam Domini Comitis pro illius prætensa anterioritate, & dum in iudicio tãquam creditor interueniat; Modo enim tanquam hæres ad satisfactionem pulsatur, & ne Inuentarij beneficio fruatur, illius euidens nullitas deducitur. Quoniam cum exinde tam in actione, quam in personis saltem quoad repræsentationem mutatio
20. contingat, sequitur propterea, quod res iudicata non officiat, *l. cum quæritur* 12. *cum duabus seq. ff. de except. rei iudic.* Surd. *cons.* 312. *n.* 1. Cyriac. *cont.* 246. *n.* 9. dixi *alleg.* 59. *n.* 5. *lib.* 2. & *alleg.* 102. *n.* 29. *lib.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur ad compromittendum.*
2 *Prælatus, seu Prior conuentus mandatum habet ad compromittendum, etiam in laicum, n.* 3.
4 *Solemnitates in compromisso ac transactione de re Ecclesiæ requiruntur, & n.* 6. *Limita vt, num.* 5.
7 *Compromissum, & transactio non æquiparantur. Fauore Ecclesiæ claudicat, n.* 12.
8 *Restitutio in integrum competit Ecclesiæ, si lædatur ex laudo, aut transactione.*
9 *Ecclesiasticus non potest compromittere in sæcularem si ipse reus sit. Secus si est actor, n.* 10. *Et de ratione, num.* 11.
13 *Laudum emologatum executioni demandatur. Ritè, ac rectè latum præsumitur, n.* 14.
15 *Legitimæ prohibitio facta per Matrẽ acceptata per filias sustinetur. Prohibitio vt dicatur acceptata requiritur illius specificatio, n.* 16. *Prohibitio cum onere exequendi Testamentum,* pontualmente, *per illius acceptationem sustinetur, n.* 17. *Fructus debentur, n.* 23. *Capitale & augmentum non debetur, nisi ab obitu Testatoris, n.* 24.
18 *Filius mandans Testamentum Patris obseruari, dicitur illud approbare, & disponere prout iussit Pater.*
19 *Testamenti approbatio facta per filium, quando non importat nisi approbationem prohibitionis legitimæ ad eam pernecesse referri debet. Tempus circa valorẽ monetæ attẽditur, n.* 21.
20 *Facultatem disponendi habens per hæredis institutionem disposuisse dicitur.*
22 *Legati in pecunia interesse non debetur.*
25 *Diuisio ad æqualitatem est reducenda. Vt rescindatur læsio vltra dimidiam requiritur, n.* 26. *Contrarium qui teneant, n.* 27.
28 *Euictio venit in contractu diuisionis. Non debetur ratione qualitatis, n.* 29.
30 *Actio quanto minoris datur recipienti rem oneribus obnoxiam loco immunis.*
31 *Cyriac.* contr. 162. ex n. 8. *declaratur & n.* 35.
32 *Prati appellatione venit totum.*
33 *Dictio, sudetti, est repetitiua præcedentium. Et æqualiter coniungit, & determinat, n.* 34.
36 *Creditor gratiam facit debitori, quam hæredibus non facit.*
37 *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.*

OBSERVATIO CXXXII.

MANDATI ex defectu, Iurisdictionis, Iustitiæ ac solemnitatum à contentis in vtroque laudo recedendum censuit Excellẽtiss. Senatus Montisferrati, vt eruditissima eiusdem supremi Tubunalis decisio pandit, cuius fundamẽta modo coram Amplissima consultatione ad Iuris trutinam reuocanda à decisis ex inferius dicendis existimamus.

Esto enim, quod ad compromittendũ requiratur mandatum, vt singula singillatim percurram, & 1.
quidẽ speciale, Dec. *cons.* 27. *sub num.* 5. *vers. sicuti dicitur speciale*, Marant. *in prax. p.* 4. *dist.* 14. *n.* 4. *fol.* 215. Nig. *de execut. rei iudicat. c.* 7. §. 4. *n.* 106. Cãcer. *var. res. c.* 14. *n.* 26. *alias* 35. *p.* 2. Anton. de Marin. *res.* 66. *n.* 7. *lib.* 1. Valer. *de transact. tit.* 4. *q.* 5. *n.* 43. Barbos. *collect. ad decret. lib.* 1. *tit.* 43. *c.* 9. *n.* 2. *fol.* 337. *to.* 1.

Istud tamen obiectũ ad facti speciẽ non applicatur, dum Prælatus ipse, seu Prior Monasterij ad 2.
compromittendũ immediate accessit; nemini vero dubium relinquitur, quin de rebus mere tẽporalibus in litẽ deducendis non valeat superior conuẽtus cõpromittere, ex cumulatis per Carol. de Grass. *de effect. cleric.* 1. *n.* 859. vbi *n.* 861. refert nõnullos cõtrarium contendentes in eo saltẽ, quod requiratur licentia Episcopi; sed conclusionẽ, præter adductos ab ipso cõprobant plures alij apud Moron. *respons.* 91. *n.* 15. Barbos. *collect. ad Decretal. lib.* 1. *tit.* 43. *c.* 8. *n.* 5. *fol.* 337. & faciũt tradita per Viuian. *in prax. Iurispatr. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 153. & Valeron. *de transact. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 74. quatenus excludunt solũmodo Priorẽ à compromittendo in arbitratorem dumtaxat, Genuen. *in prax. Tricen.* 17. *q.* 496. assignans rationem, quia arbitratori censetur data facultas etiã aliquid gnatis remittendi, Gratian. *discept.* 379. *n.* 3. latè Fontanell. *dec.* 324. *n.* 4. 5. & 6. & *dec.* 449. *n.* 4. Mel. *alleg.* 75. *n.* 19. *lib.* 2. Cæterum cum in actis de sufficienti mandato procuræ Monasterij Capitulariter inito appareat, superius dicta quoad illius defectum magis inconcussa euadunt.

Dum autem præcitati Doctores simul admittunt huiusmodi compromissum de rebus Ecclesiæ temporalibus fieri posse in laicum, vtique & defectum Iurisdictionis in decisione Senatoria contemplatum remouent. Adeovt non intret consi- 3.
deratio an defectus Iurisdictionis in laudo à partibus remitti possit, ex Bardellon. *cons.* 172. *num.* 7.

procederet

procederet namque ratiocinatio, si de re spirituali Ecclesiæ ageretur, super qua in laicum maximè compromitti nequit, Carol. Grass. *de effect. clerical.* 1. *sub n.* 859. *versic. secus de spiritualibus*, Moron. *d. respons.* 91. *sub num.* 15. *vers. de spiritualibus vero*, Gratian. *discept.* 379. *n.* 1. *& seq.* cum adductis per Barbos. *collect. ad decretal. lib.* 1. *tit.* 43. *cap.* 8. *num.* 2. *tom.* 1. *fol.* 337.

Minus dubietatis secum affert præsupposita in decisione Senatus, nullitas ob solemnitates in
4. transactione, seu compromisso non adhibitas, ac omnino adhibendas in vtroque actu per Ecclesiam ineundo siue transactionis siue compromissi, vt optime arguitur in eadem Senatoria decisione, ex Federic. de Sen. *cons.* 94. & Simoncell. *de decret. lib.* 3. *inspect.* 8. *n.* 7. quo genere argumenti pro necessitate solemnitatum vtuntur infiniti apud Valeron. *de transact. tit.* 4. *quæst.* 1. *n.* 4. quibus accedunt plures recollecti per Bonden. *collect. legal.* 16. *n.* 8. *& seq. ac per totam*, Mart. Ventur. *consil.* 3. *n.* 24. Staiban. iun. *resolut.* 57. *n.* 25. Baron. *de effect. minor. ætat.* 19. *n.* 10. Si quidem Ecclesiam super hæreditate delata, nondum incorporata, po-
5. tissimum litigiosa sine solemnitatibus posse transactionem inire, ac consequenter compromittere sustinent adducti per Mel. *allegat.* 14. *n.* 4. *lib.* 3. Tondut. *resolut. benefic.* 119. *n.* 4. vbi respondet in fortioribus, quando nimirum Ecclesia, seu Monasterium iam hæredem se declarauerat, cum beneficio legis, & Inuentarij, Olea *de cess. Iur. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 48. quos allegat, & sequitur Valeron. *de transact. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 7. *ad* 13.

Nec turbaret si opponeretur, quod imo pupil-
6. li, & Ecclesia sine solemnitatibus, neque etiam super hæreditate deferenda transigere possint, ex cumulatis per Bottillier. *de success. ab intestat. c.* 2. *Theoremat.* 82. *num.* 8. *& seq.* Delben. *de immunitat. tom.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. *n.* 24. latè Valeron. *de transact. tit.* 4. *q.* 1. *ex num.* 13. Obiectio enim suam affert responsionem; omisso, quod æquiparatio inter
7. transactionem, & compromissum non ita de plano procedat, ex traditis per Leon. *dec. Valent.* 169. *à n.* 3. ex quo præcitati Doctores non intendunt nullitatem transactionis, seu compromissi ex capite defectus solemnitatis, sed proposita læsione,
8. seu iniustitia laudi restitutionem Ecclesiæ seu pupillo competere solummodo contendunt, Bottillier. *de success. ab intest. c.* 2. *d. Theoremat.* 82. *n.* 10. & latiùs prosequitur *c.* 3. *Theoremat.* 108. *n.* 48. *& seq.* Rim. sen. *cons.* 315. *n.* 15. *&* 16. quē sequitur Gratian. *discept.* 674. *n.* 20. *&* 21. & pluribus exornat Valeron. *de transact. tit.* 4. *q.* 1. *à num* 14. *ad* 21. Vnde vel iuxta præmissa intelligi debet Arias de Mes. *var. resolut.* 41. *n.* 11. *&* 21. *lib.* 2. vel de eo nulla prorsus haberi debet ratio, cum de directo contra torrentem communissimæ opinionis nataret.

Præterquam quod fundamenta decisionis Senatoriæ ex facto non subsistere resultat, quoniam
9. quod Ecclesiasticus in laicum compromittere non valeat, ita demum intrat quæstio, quoties ipse Ecclesiasticus rei partes sustinet, vt non obscure colligitur ex Gratian. *d. discept.* 379. *n.* 1. Carol. de Grass. *de effect. clerical.* 1. *n.* 857. Secus verò quā-
10. do prout in præsentiarū Ecclesiasticus agit, quemadmodum post alios subiungit idem Gratian. *dict. discept.* 379. *n.* 1. *&* 2. Leoncill. *decis. Ferrar.* 86. *n.* 7. Sperell. *decis.* 100. *num.* 16. & *decis.* 135. *n.* 44. & *decis.* 142. *n.* 1. Ciarlin. *controu.* 17. *n.* 28. & *controu.* 56. *n.* 1. & *contr.* 188. *n.* 1. & *controu.* 190. *n* 19. Spad. *consil.* 55. *n.* 2. *lib.* 1. & *cons.* 89. *n.* 7. *lib.* 3. Viu. *dec.* 44. *n.* 4.

Nouar. *de elect. for. q.* 1. *n.* 3. Dum enim coram laico Iudice conueniendo sæcularem iudicium Ecclesiasticus intentare cogatur, nil certe interest, 11.
quod id faciat tanquam coram ordinario, seu vti compromissario, argumento *l.* 1. *ff. de recept. arbitr.* Arias de Mes. *var. resolut.* 15. *num.* 21. *&* 22. *lib.* 3. Andr. Censal. *decis.* 63. *n.* 7. Cyriac. *contr.* 471. *n.* 18. Fontanell. *decis.* 324. *n.* 13. *&* 14. Nig. *de execut. rei indicat. cap.* 3. *& cap.* 4. *n.* 24.

Cuius sane laudi subsistentia tātum abest quod RR. Patres in dubium refricauerint, quin potius quà validum coram Iudice produxerint, insisten- 12.
do non quidem nullum dici, quemadmodum expresse requirebatur ex congestis per Mel. nunc illius Senatus Montisferrati Propræsidem, *alleg.* 32. *n.* 7. *&* 23. & *allegat.* 40. *num.* 31. *lib.* 3. Baron. *de effect. minor. ætat.* 1. *n.* 18. & *effect.* 12. *n.* 23. Bonden. *collect. legal.* 36. *n.* 10. Rot. *decis.* 107. *n.* 14. *part.* 8. *rec.* Anton. de Marin. *resolut.* 6. *n.* 15. & *res.* 288. *n.* 5. *lib.* 1. Sperell. *decis.* 16. *n.* 25. *&* 26. & *decis.* 155. *ex n.* 10. & hoc etiam si in constitutione Paulina adsit decretum irritans contractum de rebus Ecclesiæ prætermissis solemnitatibus ipso Iure annullans. Quicquid in oppositum post aliquos contendat Contr. *discept.* 75. *n.* 9. sed quod iustum est decerni, ac con- 13.
sequenter rei per arbitros iudicatæ executionem, Barz. *decis.* 112. *n.* 11. *vers. poterit peti executio*, Fab. *in suo Cod. lib.* 2. *tit.* 38. *d. fin.* 1. Zuccar. *decis. Lucen.* 45. *n.* 1. *&* 2 Palm. *cons.* 17. *n.* 5. *&* 6. & *cons.* 75. *n.* 37. *& seq.* Afflict. *decis.* 117. *n.* 5. & ibi Visell. *n.* 1. 2. *&* 3. Surd. *decis.* 53. *n.* 22. Marc. Ant. de Amat. *decis. March.* 58. *n.* 14. *seq. ac n.* 18. Bursar. *cons.* 114. *n.* 12. Fontanell. *decis.* 451. *n.* 1. Non solum ex præmissis; Verum etiam quia laudum rite, ac recte prola- 14.
rum præsumitur, Cyriac. *contr.* 471. *n.* 6. Burat. *decis.* 14. *n.* 13. & *decis.* 740. *n.* 12. Card. Otthob. *dec.* 242. *n.* 33. Zuccar. *decis. Lucen.* 53. *n.* 4. *&* 5. Palm. *cons.* 17. *n.* 2. & *cons.* 47. *num.* 2. Censal. *dec.* 68. *num.* 35. *&* 62. Bonden. *collect.* 16. *n.* 21. *&* 22.

Prohibita filiabus per matrem, & sic aggredior merita iudicij remissionis qualibet detractione etiā legitimæ eisdem, ac eatum filiis inuicem substitutis vtique facultatem disponendi de scutis mille concessit; Maternæ autem dispositioni vltro filiæ acquieuerunt. Eaquē propter Excellentissimus Senatus censuit dictam prohibitionem vti accepta- 15.
tam amplissimè à Domina Comitissa in eius testamento subsistere, ex Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9. *n.* 34. *&* 35. post Fusar. *de substit. q.* 296. *n.* 93. *& seq.* latè Surd. *cons.* 412. *n.* 23. *& per totam*, Carill. *decis.* 141. *n.* 2. & *decis.* 167. *n.* 20. & *decis.* 223. *n.* 3. Repetitæ *part.* 9. *tom.* 2. *recent.* 1. *decis.* 459. & *dec.* 481.

Nec applicatur, quod ad effectum, vt dicatur per acceptationem testamenti renuntiatum legitimæ seu approbatum onus eidem adiectum, requiratur ipsius legitimæ specifica, & indiuidua 16.
mentio, Mart. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 23. *art.* 8. *num.* 10. *seq.* & *num.* 13. cum aliis apud Rot. *dec.* 228. *num.* 10. *& seq. part.* 8. *recent.* & post Contr. *decis.* 145. *num.* 6. & *in Meleuitana Viridarij* 8. *Iunij* 1654. *n.* 3. *coram Reuerend. P. D. Peutingero.* Præcitati namque Doctores hanc dubietatem agnoscentes occurrunt, dum approbationem vniuersa- 17.
lem requirunt, importatam in præsenti casu per illam dictionem, *pontualmente*, non solum quia resoluitur in clausulam, *in omnibus & per omnia.* Menoch. fere in terminis *consil.* 191. *num.* 13. Natt. *consil.* 160. *num.* 30. Roland. *cons.* 98. *num.* 15. *lib.* 2. quæ sufficientem inducit testamenti approbationem, vt diximus, §. *prohibita filiabus*, ac insuper

comprobant Altograd.*cons.*332.*num.*15.*lib.*2.Card. Otthob.*decis.*100.*n.*3. *& seq.* & *decis.*110. *num.*16. Verum etiam, ac multo magis quia filia in eius
18. testamento iussit, & aggrauauit hæredes ad punctualem obseruantiam contentorum in vltima voluntate matris, maximè erga eius ex sorore Magdalena nepotem; adeovt perinde efficiatur, ac si maternam dispositionem repetiisset, Socin. iun. *cons.*75. *num.*9. *lib.* 3. Peregr. *de fideicom. art.*16. *num.*114. Fusar. *de subst. quæst.*498.*num.*7.Rot. *decis.*386. *num.*2. *part.*4. *diuers.* Gratian. *discept.*751. *num.*3.4.*&* 8.Mel.*allegat.*45.*num.*4. & *allegat.*106. *num.*6. *lib.*3. Card. Otthob. *decis.*97. *num.*6. & in puncto *decis.*100. *num.*12.

Optimè in comprobationem superius deductorum in eadem decisione subiungebatur per prædictam iussionem obseruantiæ voluntatis maternæ per filiam censeri omnino approbatam prohibitionem detrahendi legitimam; quippe quoniam nil aliud approbatione indigebat; quo sane
19. casu quælibet acceptatio testamenti prohibitiui detractionum earundem specificam renuntiationem inducit, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 7. *tit.*8.*n.*11.Honded. *consil.*63.*n.*89. *lib.*1.latè Donad. *de renunt. c.*4.*n.*7.*& seq.* Card. Otthob. *decis.*100. *num.*10.

Hæredi grauato concessa per testatricem fa-
20. cultate disponendi ad eius libitum de scutis mille per hæredis institutionem sufficienter dispositum absque alia expressione extitisse tam lauda, quam decisio Senatoria admittunt,& magis communiter receptum indicant, Surd. *decis.* 272. *n.*22. latè prosequitur Monac.*decis. Bonon.*71. *punct.*7.*à n.*106.*ad* 111. alios cumulat Fusar.*de substit. q.*550. *n.*10.Bell.iun.*cons.*30.*n.*16.& 17.*& n.*71.quàvis ipse defendat contrarium, ex quo requirebatur in suo casu expressa dispositio, inclinat Mart. Venturin. *cons.*29. *n.*27.Mel.*allegat.*5. *n.*11. *lib.*3. tametsi ipse conclusionem simpliciter indecisam relinquat, quia in suo casu pariter expresse disponi debebat, Tondut.*resolut.ciuil.*50.*n.*20.Castill.*controuers.vlt. volunt.c.*61.*n.*9.*& seq.* Giouagn. *cons.*100. *num.*54. *&* 90.*lib.*1.Rot.*decis.*206.*n.*7. *p.*9.*tom.*1.*rec.*

Legatum huiusmodi cum augmento quoque
21. monetali regulando à die confectionis testamenti non controuertebatur deberi, Surd. *cons.*454.*n.* 1.*&* 22.Thesaur.*de augm.monet.part.*2.*sub num.*71. *vers. alij testamenti casum,* & *vers. communis tamen,* & *q.*25. *n.*9. *lib.*4. cum adductis per Castill. *de coniectur.vlt.volunt. cap.*10. *n.*62. At quod deberetur cum interesse in rationem quinque pro centum condemnatus optima ratione impugna-
22. bat; Iuris enim indubitatissimi reputatur de legato in pecunia, vsuras percipi non posse, Gratian.post alios,*discept.*848. *n.*2.& prius *disc.*688.*n.*19. *&* 20. Rot.apud Pacific. de Saluian. *decis.*159.*n.*12. Leotard.*de vsur.quæst.*18.*n.*1.*&* 5.Leoncill. *decis. Ferrar.*132.*n.*2.Franc.*decis.*583.*n.*10.*&* 11. Mart.*de success. legal.part.*4.*quæst.*18.*art.*12.*n.*150. *&* 151.Staïban.*de interes.lib.*2.*tit.*5.*quæst.vnic.n.*27. *& seq.fol.* 162.Merlin.Pignat. *contr.*10.*num.*20. *& seq.cent.*2. vbi tamen contendunt, an saltē debeatur interesse pro legato in pecunia à die interpellationis moræ, seu litis contestatæ, quod intelligi debet quatenus creditori vere interesset, vt ad rem optimè declarat, Leotard.*de vsur.q.*18. *sub n.*5.*vers. nunc tamen,* istudque eo fortius in præsenti casu sibi locum vindicat, ex quo debitor iustam superindè causam litigandi habuit, vt concludit Franc. *dicta dec.*583. *num.*10.11. *ac per totam.*

In facto autē, nec in iure subsistebat, quod facultas disponendi de scutis mille loco detractionum, & præsertim legitimæ subrogata intelligeretur, ac 23.
consequenter fructus omni Iure deberentur, Leotard.*de vsur.q.*18.*n.*20. *&* 21.*& q.*19.*n.*31.Io.Franc. Andr.*controu.*315. *n.*4. Gratian. *discept.*688. *à n.*11. *ad* 19. Fontanell.*decis.*92. *ex n.*12. *ad* 16. latè Staïban.*de interes.lib.*2. *tit.*2.*quæst.vnic.n.*7.*seq. ac per totam, fol.*114.*& seq.* Cardin.Otthob. *decis.*12.*n.*2. In facto quidem, quia mēs enixa testatricis extitit priuandi omnino filias legitima. Quapropter alienum prorsus ab illius intentione conuincitur, quod facultatem disponendi de scutis mille in locum legitimæ subrogare præ oculis habuerit. Quia eius quod non est, aliqua subrogatio dari nequit,& nō entis nullæ sunt quotæ aut qualitates, *l.eius qui in prouincia* 41. *ff.si cert. petat.* Merlin.*de legitim. lib.*3. *tit.*1.*q.*6. *n.*2. *iuncto n.*18. & faciunt tradita per Oleam,*de cess.Iur. tit.*4. *q.*1. *n.*2. Cyriac.*contron.*71.*n.*13. Mel. *allegat.*59. *n.*18. *lib.*3. vbi concludunt, quod vbi præcedit simplex exclusio ab vniuersa hæreditate, & postea subsequitur aliqua assignatio, aut relictum in locum legitimæ subrogatum non censeatur.

In Iure etiam inhærendo potissimum resolutioni Senatoriæ, quæ dat augmentum monetarum à die testamenti, dubio procul pro expedito habuit nos versari in legato à legitima penitus distincto, pro qua nec capitale, nec augmentum nisi 24.
ab obitu parentum filiis debetur, Merlin. *de legitim.lib.*2.*tit.*1.*q.*1.*n.*3.& *lib.*5.*tit.*3.*q.*1. *n.*1.*& seq.*& *post tract.dec.*90.*n.*1.*& seq.*Leoncill.*decis.Ferr.*123. *n.*1. Merlin. Pignatell. *contr.*10.*n.*23.*cent.*2.Mel.*d. allegat.*5.*n.*23.*&* 24.& *alleg.*55.*n.*15.*lib.*3. Ioan.Carol.Antonell. *de tempor.legal.lib.*2.*c.*98.*n.*4. *&* 26. Giurb.*obseru.*31.*n.*2.*& per totam,*Bonden.*collect.legal.*3.*n.*56.Rot.post Contr.*decis.*169.*sub n.*17.*vers. eoque minus,*& *decis.*96. *n.*4. *part.*9. *tom.*1.*recent.* Dum ergo Senatus Excellentiss. augmentum monetæ contingens à die testamenti vsque ad diem obitus testatricis concessit, quo tempore ex præmissis pro legitima filiabus nullum Ius competebat, indubitanter credidit nos versari in legato ad legitimam nullam prorsus combinationem habente.

Ex capite erroris diuisionem reformandam, & diuidentes ad æqualitatem reducendos hinc inde inter partes, & Iudices non controuertebatur, minúve in controuersiam reuocari poterat, Cy- 25.
riac.*contr.*514.*n.*5. latè Mel.*alleg.*15.*n.*34.*fol.*260.*lib.*1.Palm.*cons.*30.*n.*89.Bec. *cons.* 90.*ex n.*9.quem sequitur,& latè exornat Gratian.*discept.*788. *n.*10.*ac per totam,* Georg.Mund.*cons.*12.*n.*12.*lib.*2.Crauet. *cons.*851.*n.*11. *&* 12. vbi in specie de supposita immunitate, Manent.*cons.*137.*n.*88.cum adductis per Contr.*discept.*23.*n.*188.*& post tract.decis.*110.*sub n.* 1.*versic.indeque diuisio,*& apud Bonden.*collect.legal.dec.*46.*sub n.*2.*vers. & de erronea,* & latius *decis.* 600. *n.*1.*& pluribus seq. part.*5. *tom.*2. *rec.*Bertazz.*consil.*58.*n.*49.Rim. iun. *cons.*193. *sub num.*26. *vers.& in terminis.*

Nec quicquā facere videtur, quod ad rescindēdam diuisionē ex capite inæqualitatis requiratur excessus vltra dimidiam, quemadmodū post alios 26.
pertinere contendunt, Bim.*cons.*262. *n.*2. Merlin. Pignatell.*contr.*57.*n.*22.*lib.*1.Andreol. *controu.*265. *n.*2.Gratian.*discep.*788.*n.*1.Georg.Mund.*d.cons.*12. *n.*65.*& seq.lib.*2.Thesaur. *decis.*239. *n.*5. Ioseph.de Mel.ad Gizzarell.*decis.*57.*n.*15.Rot. apud Bonden. *collect.legal.d.dec.*46. *num.*2.Buccafer.*cons.*1.*n.*73.

Præter

Prætermisso enim plures alios tenere quamcunque inæqualitatem sufficere ad rescindendam diuisionem, quos idemmet Andreol. refert *d. controu.* 365. *num.* 2. & sequitur *controu.* 366. *n.* 6. Ciarlin. *controu.* 118. *num.* 45. *&* 46. Respondetur quinq; damnificatis in diuisione remedia competere. Primum scilicet rescindendæ diuisionis propter enormissimam læsionẽ, de quo mox diximus; præsentis tamen non est inspectionis, & ideo sufficiat articulum solummodo attigisse.
28. Alterum euictionis etiam diuidentibus ac oneris respectiue indebite iniuncti competens, Mãgil. *de euict. quæst.* 114. *num.* 1. *& seq.* Gionagn. *cons.* 100. *num.* 82. *lib.* 1. Monac. *decis. Lucen.* 60. *num.* 7. *&* 8. vbi limitat quoties euictio sequitur ex naturarei, Bim. *cons.* 392. *num.* 7. *&* 8. Nec pariter remedium istud intrat ex quo non agitur de re, aut parte rei, sed de illius qua-
29. litate, exemptionis nimirum, ac respectiue onerum, *l. pen. ff. de euict. & l. quid aliud 86. ff. de verb. signific.* Gomez. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 2. *sub n.* 45. *versic. si vno euincatur,* Catol. Anton. Mocc. *in Sylu. cap.* 9. *num.* 9. & exinde tertium resultat remedium, quanto minoris in suam portionem
30. in diuisione recepisset prata, vbi in totum stipulata immunitate, sed vix pro dimidia gauderẽt, & quãto pluris in portionẽ sororis remisisset bona tanquam collectabilia, si aliquorum ex eis exemptionem notam habuisset, vt ad rem ponderant, Neuizan. *cons.* 37. *num.* 5. *& seq.* Ciarlin. *controu.* 89. *num.* 5. Mangil. *de euict. quæst.* 24. *num.* 1. *& seq.* cum relatis in eruditissima Iuris allegatione D. mei Meatiæ in hac causa, §. *igitur.* Admisso igitur quod non competat actio nec ad rescindendam diuisionem, nec ad reportandam euictionem, quemadmodum nec actum extitit. Alia certe remedia cumulate intentata adæquationis, emendandi errores, & consequendi manutentionem promissorum non deficient, prout nec decisio remedia huiusmodi in Iure controuertit, sed tantummodo insistit, nil plus immunitatis, aut respectiue onerum in stipulationem deductum, quam à parte rei præexisteret.

Fundamentum desumendo ex verbis ipsius diuisionis, ibi, *nel fare le sudetti parti si e hauta consideratione all' essentioni, e ragioni d'acque, che hanno li sudetti prati di Trino,* & ibi, *nel fare le sudette parti si e hauta consideratione nell' essere obligati alli carichi, & taglie,* ex quibus deducebat Senatus diuidentes hinc inde intellexisse de immunitate, ac respectiue collectabilitate, quibus aliqua ex pratis, & nonnullæ ex terris pro-
31. portionabiliter fruebantur, ad tradita per Cyriac. *controu.* 162. *ex num.* 18. *ad* 31. *ac per totam;* cuius tamen traditiones non applicari seu magis retorqueri existimamus. Dum pares de pratis habentibus exemptionem, ac de bonis oneribus obnoxiis indiffinite loquuntur, dubio
32. procul tota prata, tanquam immunia, & totas terras vti collectabiles considerarunt, Socin. sen. *in l. si quis totum 7. num.* 2. *ff. de except. rei indic.* per textum *in l. Seia 20. §. tyranna, ff. de fund. instruct. legat.* Socin. iun. *cons.* 110. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 1199. *num.* 5. Menoch. *cons.* 140. *num.* 23. Surd. *decis.* 241. *n.* 10. *&* 11. & ibi Hodiern. *num.* 3. optimè Barz. *decis.* 5. *num.* 37. *&* 38. Alex. *cons.* 176. *num.* 7. *lib.* 6. Altograd. *cons.* 83. *num.* 26. *& cons.* 100. *num.* 11. *&* 23. *lib.* 1. *& cons.* 103. *num.* 143. *lib.* 2. Buratt. *dec.* 471. *num.* 11. *& decis.* 589. *num.* 6. vbi pluralitatem verborum considerat, Barbos. *ad l. serui, & Labeo, sub num.* 10. *vers. electione 5. §. fin. pro concordia, ff. de legat.* 1. *sub num.* 2. *vers. secundo qui legat, tom.* 1. Rot. post discept. Com. *decis.* 169. *sub num.* 16. *versic. loquutus fuit de legitima indiffinite, & sic de tota,* Cyriac. in decisione adductus *d. contr.* 162. *num.* 14.

Fortius mox dicta sibi locum vindicant, ex quo in ipsa diuisione post mentionem expressè factam de modiis triginta tribus prati, subiungitur: *Si e hauta consideratione all' essentioni e ragioni d'acque che hanno li sodetti prati di Trino;* 33.
quod enim exemptio intelligatur de omnibus pratis attenta potissimum dictione *sudetti* animaduertit Socin. iun. *cons.* 77. *n.* 6. *lib.* 1. Simon de Præt. *de interpretat. vlt. volunt. lib.* 3. *interpretat.* 3. *dub.* 4. *solut.* 1. *sub num.* 29. *vers. succedant in dictis bonis, fol.* 322. Menoch. *præsumpt.* 62. *num.* 14. *lib.* 4. & post ipsos optimè Barz. *decis.* 5. *num.* 39. Card. Otthobon. *decis.* 1. *num.* 34. *&* 35. Cyriac. *d. controu.* 162. *num.* 13. Animaduertendo insuper, quod sicuti Ius aquarum, seu irrigandi pro omnibus pratis in diuisione contentis competit, ita pariter de eorum immunitate dicendum veniat: illa enim dictio, *&*, posita inter exem- 34.
ptionem, & Iura aquarum ea æqualiter coniungit, & determinat. Monach. *cons.* 435. *n.* 12. Natt. *cons.* 581. *num.* 19. Ludouis. *decis.* 308. *num.* 5. Monac. *decis. Lucen.* 55. *num.* 11. Bonden. *collect.* 50. *num.* 131. Mart. Venturin. *cons.* 32. *num.* 108. *& seq.* Altograd. *cons.* 60. *num.* 44. 106. 107. *&* 108. *& cons.* 70 *num.* 63. *& seq. & cons.* 84. *num.* 121. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 113. *n.* 8. *lib.* 2.

Dum ergo ex lectura instrumenti diuisionis in facto apertissime liquet, & ex mox dictis in Iure conuincitur expressio immunitatis cum distributione eiusdem super omnibus pratis, & quoad omnes terras alterius portionis onus talearum, non video, quam applicationem recipiat præsens casus, ad controuers. Cyriac. 162. *à n.* 18. 35.
ad 31. in qua dum de ædificiis in datione in solutum minúsve in æstimatione mentio aliqua appareret, Iure merito ne in tenebris ambularet, lucernam obseruantiæ adhibuit, vt se in portum reciperet; cui etiam obiecto ac fundamento decisionis, cum idem Dominus Meatia doctè, ex professo, atque ad saturitatem satisfecerit ad illius scripta in hoc articulo me remitto.

Addam dumtaxat taciturnitatem sororis, & nepotis diuturnam erga alteram sororem, ac respectiue amitam non induxisse remissionem, aut præiudicum imaginabile circa prædictas 36.
prætensiones, cum successerit ex amore, reuerentia, ac rationabili spe succedendi, vt ratiocinantur, Matt. Medic. *ad decis. Senen. examinat.* 53. *sub num.* 53. *vers. sed aduerte, & decis.* 85. *sub n.* 6. *vers. vel propter respectum, vel propter reuerentiam,* Cyriac. *controu.* 261. *num.* 44. Vltra quod cum noster principalis veniat excipiendo, militat pro eo regula; temporalia ad agendum per- 37.
petua ad excipiendum censentur, Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 29. *&* 30. Surd. *decis.* 277. *num.* 17. Gratian. *decis. March.* 151. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Bona in dubio præsumuntur allodialia. Vacantia spectant ad fiscum, n.29.*
2 *Feudalitatem ad probandam, quid requiratur.*
3 *Feudale non præsumitur, quod in consignatione feudalium non fuit expressum.*
4 *Confessio Auctoris circa allodialitatem praeiudicat vocatis in inuestitura.*
5 *Allodiale præsumitur cæteris allodialibus annexum.*
6 *Testium numerus supplet defectum.*
7 *Feudum pro credito Domini contra Vassallum est obligatum. Non efficitur id quod vassallus acquisiuit post concessionem feudi, num.12.*
8 *Bonorum allodialitas faciliùs probatur per vicinos.*
9 *Feudalitas probanda est per Vassallum etiam possidentem. Contrarium qui teneant, n.10. Sed reprobantur, n.11.*
13 *Molendina faciliùs præsumuntur feudalia. Contra, num.14. & num.15. Præsumuntur feudalia, vbi subditi ad molendum irecoguntur, n.16. Pro vsu, & custodia Castri præsumuntur feudalia, n.17.*
18 *Principes Supremi de caducitatibus non curant.*
19 *Oua hodie cras pullis sunt meliora.*
20 *Immunitas concessa pro acquirendis acquisitione non facta cessat.*
21 *Vsurpatio ex tituli deficientia, & iurisdictione in loco præsumitur.*
22 *Dictio, etsi, est personalissima.*
23 *Contrahentes non censentur voluisse, quod non expresserunt.*
24 *Facultas aliquid faciendi per mortem expirat. Faciendi non consummata sub concedente sub successore non suffragatur, n.25.*
26 *Prouisionalis omninò exequenda.*
27 *Calculorum inter partes initorum verbalis productio sufficit.*
28 *Regula,* quod quisque Iuris, *in indicio obseruatur.*

OBSERV. CXXXIII.

MAGISTRATVI insubsistens omninò visa fuit prætensio Dom. Marchionis Meladij circa feudalitatem Molendini, & furni, non solum ex vniuersali
1. præsumptione allodialitatis in qualibet proprietate, Contr. *discept.95.num.1.* V. Præses noster etiam Magistratus post alios *allegat.54.n.12. & allegat.85.num.17. & allegat.95.num.12.lib.2.* Giurb. *de Success. feud. prælud.2. num.4. & §.1. gloss. 3. num.11.* Duran. *decis.28. à num.13. ad 19. & num.25.* Ioan.Bapt.Bilocl. *conclus.feud.51. num. 1. & 3.* Monach. *de rect. feud. interpretat. cap.48.num.92.* Fulgin. *de contract. emphyt. q.27. num.1. & per totam,* Larath. *de feud. part.11. dilucid.41. num.2.* latè Nouar. *de Grauam. Baron. 3. num.1. & 3. tom. 3.* Vrsell. *conclus.93. num.4.* Spad. *cons.11. à num.1. ad 7. lib.1. & cons.359. num.5. lib.2.* Barbat. *de diuis. fruct. par.1. cap.6. num.80. in fine & seq.* Rot. *in Asten. feudi, quæ dantur,* Andreol. *contr.298.num.10. & contr.305. ex num.1.*

Verum etiam ex fundamentis huic casui punctualiter applicabilibus latè post alios exornatis per V. Præsidem nostrum etiam Magistratum *allegat.54.num.15.seq.ac per totam,lib.2.* Larr. *allegat.69.num.34.* Vbi inter cætera ad probandam Molendini, aut furni feudalitatem specialiter requirunt illius existentiam penes Principem de tempore concessionis, & quod vltrà 2.
generalitatem Inuestituræ specificatio finium eiusdem Molendini præcisè intercedat, quæ hic deficere inferius dicenda præter litteram concessionis apertissimè demonstrant.

Binæ consignationes feudalium factæ, altera per Dominos Falletos de anno 1589. & altera per Dom. de Gandulphis de anno 1635. allodialitatem Molendini, ac furni necessario conuincunt. Quippe quoniam in illa anni 1589. de neutro, ne verbum quidem fit, inde propterea sequitur, quod vti non feudalia possiderentur à Vassallo de Falletis, dum cum feudalibus non 3.
consignauit, Alex. *cons.29. num.25. propè finem, lib.5.* Menoch. *præsumpt.91. num.16. lib.3.* Ioan. Anton. Bellon. *cons.44. num.11.* Nouar. *de grauam.Baron.3.num.8.& 9.tom.3.* Buratt. *decis.276. sub n.5.vers.expressio,* Menoch. *cons.395.sub n.12. vers. quarto confert.*

In illa verò anni 1635. solidum fieri nequit fundamentum pro inducenda feudalitate Molendini, aut furni, ex quo facta consignatione feudalium subiungitur in hæc quæ sequuntur verba:

Item del Piaggio.
Item del Forno.
Item del Molino, che non si stima feudale per non esser per auanti stato consignato, e per non hauer obligo de gl'huomini, tuttauia à cautela si consegna; Quæ confessio relatiua ad præambulam consig- 4.
nationem, & exclusiuam feudalitatis, quoad Molendinum, & furnum, comprehensis in Inuestitura præiudicat, Surd. *cons.151.n.37.& seq.* Burat. *dicta decis.276.n.9.*

Animaduertendo insuper, quod in acquisitione Meladij facta Mantuæ per Serenissimum olim Ducem Ferdinandum die 17. Octob 1619. à D.Falleto, ac respectiuè venditione subsequuta Casali sub die 27. Nouembris nulla facta mentione de furno inter allodialia, & immediatè post enuntiatur Molendinum, ibi:

Nella presente vendita del feudo di Melazzo si comprenderà la Giuridittione con tutti li beni feudali, & allodiali stabili d'ogni sorte, e con il Molino, e finalmente, &c. Dubio procul Molendinum habitum fuit, prout in effectu erat allodiale, ex 5.
quo allodialibus annectitur, Ludouis. *decis.384. n.2.* Surd. *decis.169.sub n.19. vers. præterea,* Altograd. *cons.54.ex n.36.ad 44. lib.1.* Bonden. *collect. legal.34.num.105.* Rot. *in Romana fideicommissi de Glorieriis 15. Decemb.1664.num.3.coram R.P.D. Albergato.*

Allodialitatem insuper vtriusque Molendini nimirum, ac furni magis claram reddebant depositiones octo testium superinde examinatorum, quorum numerus defectum, ex quo erant 6.
de Communitate supplebat, ex cumulatis per V. Præsidem nostrum etiam Magistratum *allegat. 2.num.5. lib.3.* Vltra quod nil prorsus intererat ipsius

ipsius Communitatis defendere allodialitatem Molendini, aut Furni, dum vrgebat Ducalis Camera pro aliquali satisfactione contra debitorem eiusdem Communitatis, saltem pro Duplis quinquecentum erogandis iuxta mentem Serenissimi Domini nostri nobis optime notam,
7. cui feudalitas minimè resistebat, vt in proximis terminis ratiocinantur, Ioan. Andr. Georg. *allegat.* 39.*num.*2.*&* 3.Rosental.*de feud.cap.*9.*membr.* 1.*conclus.*20.*num.*3. *&* 4. Merlin.*de pignor.& hypothec. lib.*2.*quæst.*11.*num.*22. *&* *lib.*4. *quæst.*185. *num.*4.latè Manent.*cons.*88.*num.*1.*& seq.*V.Præses noster etiam Magistratus, *allegat.*11.*n.*7. *&* *allegat.*39.*num.*8.*lib.*2. & in fortioribus in addit. ad Castill. *de Alim.cap.*57.§.1.*num.*7. Rot.apud Bonden. *collect.legal. decis.*4.*n.*11.Accedit etiam,
8. quod qualitas bonorum circa illorum allodialitatem, meliùs probari non potest, quam per homines Meladij, per text.*in l.*1.§.1. Ibi, *ex existimatione circumcollentium, ff. de flum.*& optimè ad rem Natt. *cons.* 460. *num.* 20. *&* *cons.* 506. *num.*38.

Præterquam quod onus istud per Agentes Communitatis Meladij susceptum ad abundantiorem cautelam successit, dum Feudatario, quantumvis in possessione existenti tam Mo-
9. lendini, quam Furni eorundem feudalitatem concludenter probare incumbebat, Duran. *dict. decis.*28. *num.*27. Roland. *cons.*46.*num.*65.*lib.*3. latè Surd.*cons.*135.*sub num.*75. *vers. quartum, & seq. & cons.*151.*num.*66.& in puncto Cæphal.*cons.* 250.*num.*15.& alij adducti per V.Præsidem Melium, tam *dicta allegat.*54.*n.*15. *lib.*2. quam hic per nos initio ipsius decisionis, Spad. *dict. cons.* 11.*ex n.*1. *lib.*1.
10. Quicquid in contrarium sentire videantur, Tusch.*practic.conclus.*79.*num.*18.à Pont.*cons.*11. *num.*6.*lib.*1. Tondut. *resolut. ciuil.*71. *num.*16. *& seq.* Nituntur enim auctoritate Bellon. *cons.* 10. *num.*8.& Afflict.*decis.*267.*num.*4.*& seq.*Qui potiùs retorquentur, dum concludunt pro allodia-
11. litate rerum intra fines feudi existentium, vel quando controuersia pendet inter Principem, & inuestitum, hic autem contenditur principaliter cum Communitate, vel quando res prætensa feudalis in inuestitura cum cohærentiis saltem in genere descripta reperitur, vt declarat Vrsell. ad Afflict. *dict.dec.*267.*n.*1.*in fine*,ibi,*quando apparet inuestitura specificatis confinibus, & corporibus saltem in genere, vel quando non adsunt probationes*, vt in facti specie circa allodialitatem, Molendini scilicet, ac furni, quæ per inuestientes nunquam possessa fuerunt, & detenta per inuestitos, tanquam allodialia, & sic nec applicatur Tondut. *dict.resolut.*71. *ex num.*16.Rot. *in dictis Asten.*

Prædictis resistentiam, nec facere videbatur, quod de tempore acquisitionis factæ à Serenissimo Duce Ferdinando feudum cum Molendino penes Suam Celsitudinem reperiretur; tum quia in facto non iustificabatur, ex quo Molendinum à Falletis in Gandulphos transitum fecit; tum quia tanquam quid separatum à feudo adhuc reputabatur allodiale tanquam acquisitum, seu
12. potiùs vsurpatum feudo iam in esse deducto, & facta consignatione absque vlla mentione Molendini, ac furni longe post emanatam concessionem in feudum Meladij, Surd. *cons.* 135. *num.*60. *&* *cons.*151. *num.*59. Rosental. *de feud. cap.*10. *conclus.*43. *num.* 28. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*4. *glos.* 11. *sub num.* 13. *vers. quibus tamen*, ibi, *aut vt priuatus*, quia videlicet ea vt talis emisset, quemadmodum fecit Serenissimus Ferdinandus, & quidem nomine ipsorum de Gandulphis.

Præsumptionem verò feudalitatis, ex quo versabamur in Molendinis, quæ facilius præ- 13.
sumuntur feudalia, Seraph. *decis.*894. *num.* 3. *& seq.* Vrsell. *conclus.*93. *sub num.*16. Rim. iun. *cons.*19. *num.*45. Peregr. *cons.*102. *num.*26. *lib.*4. Bertazzol. *cons. ciuil.* 89. *num.* 47. Giurb. *de success. feud.* §.... *glos.* 11. *num.*24. quos in ratione dubitandi adduxit alias V. Præses noster *allegat.*54. *num.*7. *lib.*2. Nihili faciendam existimauit Magistratus, tum quia etiam in Molen-
dinis æquè, ac in cæteris coniecturam allodia- 14.
litatis fortiùs vrgere comprobant, Cæphal. *cons.*250. *num.*15. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4.*glos.*11. *sub num.*13. *vers. quibus tamen*, Surd. *cons.*311. *num.* 48. Bursat. *cons.*41. *ex num.* 2. Tum quia seclusa ab extrinseco feudalitatis
probatione allodialitas Molendinorum præua- 15.
leret, vt non obscurè colligitur ex Seraphin. *dict. decis.*894. *sub num.*3. *vers. primo, vsque ad finem decisionis*, vbi quatuor feudalitatis concurrebant probationes, quæ dum hic cessant, hinc ergo auctoritates Seraphin. *decis.* 894. & Vrsell. *conclus.*93. *num.*16. optimè contra Feudatarium omni probatione destitutum, & contrariis profligatum retorquebantur. Tum quia in consignatione anni 1635. D. D. de Gandulphis expresè profitentur non habere facultatem cogendi subditos accedendi ad Molendinum, minúsve ad Furnum, ibi, *per non hauere obligo de gl' huomini*, quæ ratio vnica, vbi tot aliæ superiùs recensitæ non vrgerent, illorum allodialitatem necessario manifestam indicaret; Quandoquidem è conuerso frequentia coactè
accedendi ad Molendinum, & Furnum Feuda- 16.
tarij illorum feudalitatem, seu iurisdictionem præseferunt, Seraphin. *dict. decis.*894. *sub numer.*3. *vers. ex edictis publicis prohibentibus ne Vassalli accedant alibi ad molendum*, Vrsell. *dict. conclus.*93. *num.*17. Thesaur. *decis.*16. *numer.*9. *ac per totam*, Iason. *in Feudo Gonzani*, *cons.*161. *num.*10. *seq. ac per totum*, *lib.*2. Bim. *cons.*33. *sub numer.*12. *& seq.* Rimin. sen. *cons.* 181. *num.*20. Laderch. *cons.*71. *sub num.*5. *vers. primaria est*, Cæphal. *cons.*328. *num.* 20. *& seq.* Gratian. *discept.* 89. *numer.*17. Giouagn. *cons.* 29. *num.*17. *&* 18. *lib.*2. Cyriac. *controuers.*461. *num.*27. Rimin. Iun. *cons.*370. *num.*4. *& per totum.* Tum denique quia inibi de Furno non sit aliqua mentio, & Molendinum inter allodialia immiscetur, quemadmodum superius admonuimus. Cæteri autem Doctores supra in contrarium adducti loquuntur de in Castro
existentibus, seu eidem accessoriis pro illius 17.
vsu, ac custodia, Rimin. Iun. *dict. cons.*19. *numer.*45. Peregr. *dict. cons.*102. *num.*26. *lib.* 4. Giurb. *de Success. feud.* §.1. *glos.* 11. *num.* 24. V. Præses noster *dicta allegat.*54. *sub num.*35. *vers. quia Doctores, vt plurimum de Molendinis pro securitate Castri destinatis loquuntur*, *lib.* 2. cuius generis hunc non esse liquebat, nec quà talis per Vassallum prætendebatur, exclusa penitus feudalitate, quoad Molendinum exclusa, & fortiùs respectu furni dicebatur.

Cæterum quod magis expediret Serenissimo D.N. feudalitas, tum Molendini, tum Furni, ob spem deuolutionis, aut commissi mera simplicitas videbatur, præterquam quod enim res in
18. incerto versabatur, Supremi Principes de caducitatibus non nisi dolosè contingentibus curare consueuerint, Roland. *cons.64. num.40. lib.2.* V. Præses noster *allegat.79. num.27. lib.2.* Et experientia mox docuit, dum Serenissima D. N. plures clarè incursas ex ineffabili illius clementia remiserit. Vnde satisfactioni nunc incumbere pro Ducali Camera magis proficuum extitit;
19. Hodie enim oua cras pullis sunt meliora, & futurum omne despicitur suadente præsentia fructuum, Mart. Ventur. *cons.3. num.55.*

Sicuti nec obsistebat facultas acquirendi de bonis collectabilibus pro quantitate Scutorum quatuor millium, quæ efficerentur immunia; nullibi enim de prætensis acquisitionibus lique-
20. bat. Ideoque prætensa immunitas cessabat, Fontanell. *decis.306. num.10.* Cyriac. *controu.141. n.6. & controu.469. à num.1. ad 9.* Eoque magis, quia Communitas prætendebat bona huiusmodi per præfatos de Gandulpho fuisse per vsurpationem deiectis legitimis possessoribus occupata,
21. quæ prætensio ex tituli deficientia, & Iurisdictione eorundem de Gandulpho sufficienter iustificata dicebatur, Baron. *de grauam. Baron. 116. per tot. & grauam. 356. per totum, tom. 1.* Merlin. *decis.694. num.26.* Rot. *decis.435. num.3. & 6. vers. quicquid dicendum, par.9. tom.2. recent.* & faciunt tradita per Lotier. *de re benef. lib.2. cap.13. n.129. & 131.* Card. Otthobon. *decis.234. num.4. & 5.* Ludouis. *decis.222. n.1. & seq.* Buratt. *decis.142. n.1.* ibique Ferentill.

Cum animaduersione vlterius, quod huiusmodi facultas acquirendi cum immunitate in nono ex capitulis per extensum registratis in Instrumento venditionis Meladij factæ per Sereniss. Ducem Ferdinandum fratribus de Gandulpho sub die 17. Octobris 1619. Vbi, & postquam ex nunc, provt ex nunc secuta fuisset emptio per suam Celsitudinem ineunda de eodem feudo à Dominis Falletis, quæ postea die 27. Nouembris eiusdem anni successit, restricta apparet ad ipsos emptores, ibi, *nono potranno essi*
22. *compratori*, illa enim dictio, *essi*, tanquam personalissima non egreditur emptores ad oculum designatos, vt in proximis terminis latè prosequitur, Rot. apud Post. *de manuten. decis.293. num.29.30. & 31.* Merlin. *decis.460. num.9.* Burat. *decis.872. num.3.* V. Præses noster post alios *allegat.106. num.44. lib.3.* Fulg. *de emphyt. tit. de var. caducit. quæst.1. num.32.* Bonden. *collect.50. n.14. & seq.* Eoque magis, quia contrahentes, vbi voluerunt pacta extendi ad successores, id expres-
23. serunt, quod cum non fecerint in capitulo concessæ facultatis acquirendi cum exemptione censentur noluisse facultatem illam ad successores transire, Rot. apud Post. *dicta decis.293. num.32. & 33.* Caten. *resolut.59. num.58.* Rub. ad Rot. *decis.199. num.119. & decis.259. num.5. part.8. & decis.352. num.14. part.9. tom.2. recentiorum.*

Vltra quod facultas, seu potestas aliquid faciendi concessa alicui, vtpota in casu nostro
24. acquirendi bona cum immunitate propter obitum concessionarij ante factam acquisitionem expirat, Natt. *cons.163. num.8.* Card. Otthobon. *decis.1. num.38.* Rot. *decis.38. num.62. part.6. & decis.196. num.9. vsque ad 13. & numer.19.20.21. & 22. part.8. recentiorum.* Et non consummata sub concedente sub successoribus non suffragatur, ex copiosè traditis per D. V. 25.
Præsidem nostrum *allegat.16. à num.1. ad 8. lib.2.*

Neutrum igitur cum ex actis distinctè non appareat, acquisitiones nimirum fuisse factas, minúsve per emptores frustra superinde contenditur, & Ducalis Camera vltrà creditum erga Communitatem excedens Duplas bis mille habet insuper Ius consequendi in bonis etiam feudalibus, ac feudo principali indebitè compensatum.

Qua etiam immunitate supposita, & ad ratam facta reductione debiti, adhuc Dom. Marchio, seu bona hæreditatis summæ satis egregiæ erga Communitatem, ac respectiuè Cameram, satisfactionem præstare tenebantur; Iure igitur merito per modum prouisionis vt satisfieret Dom. Marchioni de Ricciis iuxta replicatas iussiones Serenissimæ Dominæ Nostræ ordinata extitit pro Duplis quinquecentum allodialium pro nunc adiudicatio, ac respectiuè distractio, cuius propterea executionem Senatus ob nullitates, causas, & narrata in 26.
precibus Suæ Celsitudini per Communitatem porrectis impedire non poterat, Scac. *de appellat. quæst.17. limit.6. membr.2. sub num.14. vers. Secundo quia, & limit.7. sub num.3. vers. Sed à Sententia prouisionali maximè*, quia Communitas præueniendo executionem causam præuia decisione super eisdem actis reuideri supplicauit, adeo vt iuxta stylum Tribunalis, nil vlterius in exequutione attentare potuerit, provt in causis Natta, Gattinaria, Regiolia, & aliis obseruatum extitit.

De petitione crediti ipsius Communitatis duplarum quinque millium, & de verbali exhibitione calculi de Ordine Senatus coram specialiter ab eodem Tribunali delegato satis in processu liquebat; quam sanè productionem Calculi iudicialiter, ac de consensu partium initi, quantumvis verbalem cum illius 27.
consignatione Magistratui realiter facta sufficientem reputari non ambigebatur, dum inter ipsas partes consolidati apparebant, ad textum *in l. non est ferendus 12. ff. de transact.* Buratt. *decis.848. num.5.* Rot. apud Fenzon. *ad Statut. Vrb. decis.167. §. Et quia*, ibi, *quæ confecta dicebantur inter easdem partes*, Post. *de manuten. obseruat.69. sub num.22. vers. quod attenditur etiam productio verbalis, quando potest eundem effectum habere, ac productio realis*, V. Præses noster *obseruat.131. num.3. lib.1.* Et quemadmodum Camera admisit, absque vlla prorsus exhibitione, nec etiam verbali, inuestituram Meladij, vti secutam inter Principem, & Vas- 28.
sallum, etiam de Molendinis, & Furnis hoc quoque Ius adhibuit. Magistratus circa calculos inter partes initos, iuxta regulam tituli, *ff. quod quisque Iur.* Bald. *cons.90. in fine lib.5.* Spad. *cons.79. num.3. & cons.148. num.5. lib.1.* Vbi quod in exactione Cameralium indubitanter à quolibet debitorum ordo sit non seruare ordines, qui tamen in facti specie adamussim obseruati apparent, vltra quod D. Marchio quoad allodialia, & sic Molendinum, & Furnum, legitimus etiam ex inferius dicendis contradictor non dicebatur.

In

In quam ſententiam Domini eo procliuiores fuerunt, quia bona in executionem iudicati capta,
29. tanquam vacantia ad Cameram ipſo Iure ſpectabant, Gloſſ. *in l. fin. C. de bon. vacan.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 4. tit. 3. ſub num. 122. verſic. interdum verò*, Mart. *de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 2. art. 6. num. 29. & ſeq.* Fontanell. *deciſ. 528. num. 4.* Cyriac. *contr. 230. num. 19.* & *controuerſ. 586. num. 16.* Larath. *de feud. part. 10. dilucid. 78. num. 2.* Tondut. *reſolut. ciuil. 71. num. 15.* Nec iſtud per Dominum Marchionem Meladij controuertebatur, quin potius dimiſſionem allodialium retentis feudalibus tantummodo inſiſtebat. Omnem tamen conatum inutiliter adhibuit, vt iura tam Ducalis Cameræ, quam Communitatis inuolueret, dum ſuper bonis tunc litigioſis cum D. Carolo de Franchis Ianuenſi prætenſo creditore duplarum 2500. tranſegerit, adeo vt ambo fauore fiſci à iuribus alter crediti, alter bonorum ceciderint, prout coram Senatu interuenientes pro patrimonio Sereniſſimi declarari inſtiterant, & ſuperinde pendet reſolutio, & ita reſolutum cum voto.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ſi pacta ſibi non obſeruentur, poteſt à contractu recedere. Amplia, vt num. 2. & num. 3. Etiamſi non proteſtetur, n. 5. Continuando ſibi præiudicat, vt non poſſit recedere, n. 11. Declara, vt n. 12.*

4 *Contractus cum Principe initi exuberantiorem exigunt bonam fidem.*

6 *Paria ſunt ſcire, & ſcire debere, & ſcire, vel de facili ſcire poſſe, n. 7.*

8 *Liquidatio habetur pro facta contra impedientem. Retrotrahitur, n. 10.*

9 *Proteſtatio de geſtis cum aliquo non indiget notificatione.*

13 *Officialium ſcientia Principis ſcientiam arguit.*

14 *Proteſtationi non opponens cenſetur acquieſcere.*

15 *Perſeuerantia poſt proteſtationem in præteritum tantum præiudicat.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu ex dicto Patris non deſumitur.*

17 *Bart.* in l. in contractib. 14. n. 14. C. de non num. pecun. *declaratur.*

OBSERVATIO CXXXIV.

CONDVCTOR Lacuum Mantuæ inter cætera conuenit, vt *in cap. 58.* per formalia verba ſic concepto:

Douranno eſſer fatti al fin d'ogn' anno i conti al Conduttore acciòche andando debitore dia la douuta ſatisfattione à S. A. ma andando creditore, ſarà tenuta l' A. S. farle vn' aſſegno ſopra vna rendita ſicura, dalla quale poſſi riceuere di ſubito la ſua intiera ſodisfattione, per mantenerſi in forza di proſeguire nella condotta.

A die 24. Octobris 1650. qua idem annus cecidit, Conductor ingentis ſummæ, vltra ſcuta termille creditor pro ineundis computis, ac conſequenda ſatisfactione omnem diligentiam, conatum, ac ſollicitudinem adhibuit, vt notorium eſt, & potiſſimum Miniſtris Suæ Celſitudinis, ac Dominis Illuſtriſſimi Ducalis Magiſtratus, quemadmodum in actis producta fides indicat.

Quoniam verò Camerales nimium ſolutionem Conductori differebant, nec ipſi vlteriùs vires ſuppetebant, quin potius implicabat eundem in conductione proſequi poſſe, dum pecuniæ cauſa finalis, ſeu pars neceſſaria, ac ſubſtantialis proſequendæ conductionis deficiebat. Ideò ſub die 28. Februarij ſubſequentis anni 1651. ſolemnem, ac iuridicam proteſtationem aduerſus Ducalem Cameram in perſonam eius Patrimonialis illicò executam emiſit; cui quidem proteſtationi tametſi D. Patrimonialis agnoſcendo veluti bonam fidem acquieuerit, vel ſaltem nihil prorſus appoſuerit. Attamen Conductor ſub die 22. Iunij ſubſequentis, iſtam eandem proteſtationem ampliatam tranſmiſit, ac claues penes officium depoſuit.

Pluribus hinc inde deductis tandem Ducalis Magiſtratus, proteſtata D. Nazarij Conductoris non afficere Ducalem Cameram, & ſic locationem non eſſe, nec fuiſſe finitam, cenſuit, ac ſuperinde ſuam edidit Deciſionem, à qua ex inferiùs dicendis recedendum exiſtimamus.

Ex prædicta facti ſerie, ac contentis in Capitulo 58. conductionis duo procul ab omni dubio reſultant; alterum quod prompta ſolutio eius, quod in fine cuiuſlibet anni D. Nazarius creditor extitiſſet, conductionis fuerit cauſa finalis, ex quo abſque ea conducturus non fuiſſet, minúſve conducere potuiſſet; circa quam deficiēte Sereniſſima Ducali Cameræ, vtique D. Nazario quãdocunque ab ipſa conductione, etiam nulla emiſſa proteſtatione, liberum fuit recedere, vt in terminis tradunt Bec. *conſil. 45. num. 29. & ſeq.* Martius Ventur. *conſil. 15. num. 16.* Alterum, quia vbi etiam cauſam finalem in eo contineri controuerteretur, adhuc tamen negari non poſſet, quin prompta ſolutio, tanquam pars ſubſtantialis contractus conductionis conuenta, non extiterit, adeo vt ſaltem exceptione rei non traditæ in totum, nec quoad res conductas, nec pro toto tempore conductionis iuſtam D. Nazarius recedendi pro tempore non præſtitæ ſolutionis, ac conſequenter patientiæ cauſam habuerit, *l. ſi quis fundum, 10. §. Imperator,* & *l. ex conducto, 16. in princ. ff. locat.* Roland. *conſil. 69. num. 22. & ſeq. lib. 4.* Burſat. *conſil. 309. num. 8.* & optimè ad rem, ac latiùs proſequitur Martius Ventur. *dicto conſil. 15. num. 4. & ſeq.* Bonden. *collect. 50. num. 201. & ſeq.* & faciunt tradita in materia pariter conductionis à Camera, per Camuncul. *deciſ. Bonon. 32. num. 22. in fin.* & *num. 23.* ratio eſt, quia exceptio rei non traditæ, & non adimplementi, nedum obſtat ad proportionem partis, ac temporis non adimpleti, ſed etiam reſpectu totius, ita vt ſufficiat defectus in minimo pro receſſu à toto contractu, Nat. *conſil. 373. num. 29. in fine,* Bec. *dict. conſ. 45. num. 10.* Gratian. *diſcept. forenſ. 854. num. 12.* & latiſſimè proſequitur Niger *de except. cap. 10. §. 1. n. 18.* & *§. 2. per totum.*

Quæ eo maximè procedunt, cum verſemur in contractu bonæ fidei celebrato cum Principe ſupremo, in quo exuberantior exigitur bona fides, Menoch. *conſil. 27. num. 24. cum ſequent.* & magis ad rem noſtram Bec. *dict. conſil. 45. num. 48.* Martius Ventur. *d. conſil. 15. n. 19.* Bonden. *collect. 34. n. 28.* Andr. Cenſal. *deciſ. Lucen. 14. n. 70.*

Hinc ad facti ſpeciem optimam deducunt concluſionem, quod nimirum Conductor Principis, vbi circa per eum promiſſa, atque in inſtrumento ſpecialiter conuenta, contingit defectus, abſque vlla prorſus denuntiationis, aut proteſtationis intimatione, vel remiſſionem penſionis obtinere,

vel

vel recessum à conductione exequi valeat, Socin. iun. *consil.*120.*num.*22.*lib.*3. Bursat. *dict.consil.*309. *num.*11. *versic. respondetur enim*, *vsque ad fin.consilij.* Verumtamen, cum ex fide nouiter producta inducatur D.Nazarium in salutari suo non defecisse, quantum reuerentia, & obsequium subditi erga Serenissimum Principem patiebatur, iure meritò omnis dubitandi ansa remouetur, adeo vt à die iudicialiter emissæ protestationis in posterum, non amplius, quà Conductor, sed quà administrator pro ad eum peruentis teneatur.

Euitantur propterea Decisionis Magistratus Ducalis fundamenta, siquidem Conductori, qui pro eius crediti liquidatione, ac effectuali consecutione omnem mouit lapidem, imputari nequit, quod fidem non fecerit saltem legitimè de eius credito, & ideò eidem Conductori protestatio non suffragetur, iuxta textum in Decisione relatum *in l.apud eos,* 13. *C.de fid.instrum.* Quandoquidem germanus prædicti textus, ac legis intellectus tantùm abest, quod officiat, quin potius mirificè retorquetur; siquidem in facti specie protestatio emanauit apud eos, qui rem gestam optimè nouerant, vel ex exhibitione Capitulorum tunc facta, vel quia agebatur de negotio cum eodem Magistratu gesto, quod idcirco sciebat, aut
6. saltem scire debebat, quæ in Iure paria sunt, *l.regula,*9.*§.si facti;* vbi Gloss.*in verbo inquirendo,ff.de iur.& fact. ignorant.l.quod te*15.*ff.si cert. pet.* Surd. *consil.*150.*num.*23.*& seq.* Gratian.*discept.forens.*194. *num.*1. Burat. ferè in terminis *decis.*479. *num.*15. *&* 16. Bonden. *collect.*20. *num.*105. vel omni in casu de facili scire poterat, quod pariter, vt inducatur sufficiens scientia in Magistratu, opitulatur; quippe quoniam seclusa etiam exhibitione, de hoc ab eodem Notario Camerali de contractu rogato, incontinenti notitiam habere potuisset, & consequenter allegata lex non applicatur, cum
7. paria sint scire, vel de facili scire posse, Rota *decis.*93.*num.*2.4. *ac per totam, part.*2.*recent.* Barbos. *Axiomat.*174.*num.*29.*in fin.* Cyriac.*controuers.*519. *num.*36. At in occurrenti casu illius legis Iudices, apud quos ratione amissionis instrumentum protestatum fuit, gesta in eisdem instrumentis omninò ignorauerant.

Nec etiam dispositio *dicta l. apud eos,* 15. *C. de fid.instrum.* intraret, respectu summæ, & quantitatis crediti eiusdem de Nazariis. Quippe quoniam,
8. cum ex latere, facto, & culpa Cameralium, ne sequatur, liquidatio, prouenerit, inde propterea fit, ac si in effectu liquidatio præcessisset, Rota *decis.*493. *num.*3.*in fin. part.*1. *recent.* Gratian. *discept. forens.*851. *num.*2. ad rem optimè Rota Genuen. *decis.*118.*num.*3.& Laurent.Vrsell.*conclus.*50. *num.*30. *verb. Adimplere.* Præterquam quod, cum
9. protestatio acta, & gesta cum Ducali Camera interueniente Magistratu concerneret, non erat necesse exhibitionem facere coram eodem Magistratu, minúsve tradere copiam D.Patrimoniali, vt bene admonet Fontanell. *de pact. nupt. claus.*4. *gloss.*17.*num.*91.*tom.*1.Bardellon.*consil.*158.*num.*2.

Cæterum, cum postea initis formaliter computis creditum ipsius D. Nazarij in quantitate
10. petita liquidatum remanserit; ipsa liquidatio superueniens trahitur retro, & operatur, ac si ab initio ante notificatam protestationem successisset, Menoch. *consil.*858.*num.*9. *& seq.* Cost.*de port. rat.q.*110.*n.*3.*in fin.& de retroract.cap.*8.*cas.*9.*n.*19. Andr.Censal.*decis.Lucen.*11.*n.*14.

Quemadmodum, neque officit, quod D. Conductor Nazarius ex post perseuerauerit in conductione, per quam perseuerantiam à protestatione 11.
censetur recessisse, ac consequenter virtutem vtriusque protestationis elisam remansisse, Roland. à Vall.*consil.*69.*num.*46.*lib.*4. Gratian.*discept.forens. cap.*534. *num.*26. simplex enim lectura ambarum protestationum istud obiectum prosternit, cum ab inde, non quà Conductor, sed quà creditor rem 12.
conductam retinere velle insimul protestatus fuerit, quo stante perseuerantia in re conducta non tollit, quin protestationes in suo robore perdurent, vt latiùs examinat Bero. *consil.*140.*num.*31.32. *&* 35.*lib.*1. & subiungit Gratian. in decisione, quæ reuidetur allegatus *d.discept.*534. *n.*27.

Dilatio per quatuor menses à die conductionis expiratæ vnius anni 1650. vsque ad diem primæ protestationis, & ab inde per quatuor ad diem secundæ protestationis fundamentum decidendi pro Ducali Camera aduersus D. Nazarium non præbebat, tum primo, quia notorium est ipsum Conductorem, immediatè, ac cessit dies conductionis anni 1650. aliquam opportunitatem, etiam cum importunitate non præteriisse, in qua pro ineundis computis cum Cameralibus, ac satisfactione eius crediti non institerit; Secundò, quia cum de hoc præcipuè versati in Curia Serenissimi Principis notitiam habuerint præcisam, ab 13.
eis quoque fidem reportauit, ex qua dubio procul ad immediatam Serenissimi Locatoris scientiam arguitur, Burat.*decis.*289.*num.*5. Hodiern.ad Surd. *decis.*4.*num.*12. Tertiò, quia cum D.Patrimonialis primæ protestationi non opposuerit quicquam, 14.
aut contradixerit eidem agnoscendo bonam fidem acquieuisse censetur, & Ducali Cameræ præiudicauit, Cels.Hugo *consil.*30.*num.*2.& in terminis Roland.*consil.*69.*num.*30.*lib.*4. Bec. *cons.*45. *num.*45. quibus generaliter accedunt Surd. *decis.*32. *num.*12. Sperell. *decis.* 29. *num.*36. Ciarlin. *controuers.*163.*num.*10. Fontanell.*decis.*356.*num.*22. *in fin.* Staiban.iun. *resolut.*5. *num.*53. nec oppositio per eum facta sub die 13.Maij subsequentis, & sic post acquiescentiam bimestralem, & vltra Ducali Cameræ in aliquo suffragatur, cum solummodo in petitione communicationis processus, vbi nullus, tunc aderat, consisteret, nec quicquam in actis exhibitum, vel productum, præter ipsam protestationem iam notificatam, communicandum reperiebatur, ex Fontanella *suprà*, *num.*9. *allegato.* Quartò, ac demum, quia omni in casu perseuerando, vsque ad diem protestationis pro 15.
tempore intermedio sibi dumtaxat, non autem in futurum præiudicasset, vt dicebam ex Surd. *decis.*317.*n.*12. Gratian. *discept. forens.*301. *n.*53. & *discept.*302. *n.*12.

Nec quod Salicet. *in l.commissoria*, 4. *in fine, C.de pact. inter empt. & venditor.* se restringat ad casum, quem ibi effingit, in contrarium vniuersaliter regula firmari potest, quod nimirum secluso pacto, ac deficiente circa causam finalem, & substantialia contractus locationis, quandocunque Conductori non liceat à contractu recedere, nec ei obstet perseuerantia, nisi in præteritum; non autem in futurum, quandoquidem ex traditis per nos *suprà*, *num.*2. ob defectum in causa finali, ac respectu eorum, sine quibus quis non fuisset conducturus, conductio Iure ipso resoluitur, ac conducenti à contractu ad libitum licet, atque ob impotentiam sine re conducta recedere cogitur; Vltra quod methodus prædicta arguendi à contrario sensu ex dicto vnius Doctoris receptiori 16.

Doctorum

Doctorum calculo reprobatur, Surd. *cons.85.n.39.* Gratian. *discept. forens.689. num.*42. cum adductis per Barbos. *loco comm.27. num.22.* quibus addo Fontanell. *decis.506.num.*4. Hinc sequitur doctrinam Gratiani non admittere restrictionem, iuxta quam Salicet. se restrinxerit, atque in sua generalitate recipiendam, itavt perseuerantia Conductoris, quantumvis ex latere Locatoris implementum in maiori parte contractus deficiat, ad summum præiudicet pro tempore taciturnitatis retro, non autem post secutas protestationes de recedendo cum actuali recessu, quoad qualitatem Conductoris, cum retentione intuitu alterius tituli, cum perseuerantia in conductione implicantis.

17. Peroptimè tandem retorquetur doctrina Bart. *in l.in contractibus*, 14. *num.*14. *C.de non numerat. pecun.* vbi traditionem vniuersalem constituit, iuxta quam si fieri debet protestatio ei, cuius copia haberi, nonnisi maxima, cum difficultate potest, tunc protestationem coram Iudice fieri debere, admonet, à quo postea parti aduersæ notificatio fiat, cui traditioni inhærendo D. Nazarius, Iuréque optimo existimans, neque protestationem coram Iudice emittendam sibi profuturam, ideò immediate ad Proceres, & Consiliarios Suæ Celsitudinis se direxit, per quos subditi, ac contrahentes, cum Principe, veluti per organum Principem ipsum alloquuntur, ac interpellant maximè de illis, quæ promissorum ab eo obseruantiam, tantummodo, atque executionem concernunt, in quibus D. Patrimonialis nullam prorsus facultatem, aut interessentiam habet; dum ergo D. Nazarius eminenter præstitit, quod Bartolus admonuit, suis quoque partibus exuberanter adimpleuisse, pro recessu à conductione reformata, priori sententia censendum venit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi quæstio est inanis, dum litteraliter de fideicommisso constat.*

2 *Dictio*, prædicta, *repetit præcedentia, cum suis qualitatibus.* Alium, *non restringit vniuersalitatem vocationis, num.*3. Alium *est repetitiua præcedentium præsupposita terminorum habilitate, num.*11. Alium, *diuersitatem personæ aliquando denotat, num.*12. *Amplia, num.*13.

4 *Proximioribus de Familia vocatis veniunt omnes.*

5 *Agnatio probatur, dum quis tanquam agnatus in contractu assumitur.*

6 *Proximiore de Domo vocato quilibet de Familia admittitur, & num.*14.

7 *Notarij agnatos nomine affinium vocant.*

8 *Proximiorum appellatione fœminæ in fideicommisso regulariter veniunt. Fallit, vt num.*9. *& num.*10.

OBSERVATIO CXXXV.

Filias Testator hæredes instituit, quibus quandocunque decedentibus sine filiis substituit proximiorem de Domo, & Familia Arrigona per lineam masculinam natum, & procreatum, cui quandocunque decedenti substituit alium proximiorem de Familia prædicta, & sic de gradu in gradum, vsque in infinitum. Filiabus sine filiis vita functis admisso ad fideicommissum D. Hercule Bardellono de Arrigonibus ipse pariter diem clausit extremum, superstite aduersaria illius filia, inter quam, & D. Marchionem Pompeium de Arrigonibus de successione ad istud fideicommissum contenditur, partes eiusdem Domini Marchionis præualere existimabam, ex traditis in hac causa, *allegat.*123. *per totam, lib.*3. quibus inhærendo nouiter deductis in processu inferius dicenda addere opportunum decreui.

Cumque in Testamento fideicommissum litteris cubitalibus conscriptum appareat, quælibet circa illius existentiam indagatio inciuilis reputaretur, *l. ille à quo,13. si de testamento, ff. ad Trebell.* dixi *allegat.*103. *n.*21. *lib.*3. 1.

Hinc propterea prætermissa huiusmodi quæstione alteram principalem amplector, quæ versatur circa vocationem ipsius Domini Marchionis, & quidem indubitatam, dum Testator in casu nunc controuerso proximiorem de Familia prædicta substituit; illud enim verbum, *prædicta*, repetit præcedentia cum omnibus qualitatibus, *l.*1. §. *cum qui, ff. de postul.* Fusar. *de substit. quæst.*241. *num.*71. & 73. & *consil.*124. *num.*27. Altograd. *consil.*47. *num.*74. *lib.*2. Redenasc. *consil.*30. *num.*99. dixi *allegat.*12. *num.*24. *lib.*3. Vnde perinde est, ac si dixisset alium proximiorem de Domo, & Familia Arrigona per lineam masculinam natum. 2.

Nec dictio, *alium*, vniuersitatem vocationis proximiorum, de Domo, & Familia Arrigonorum ad proximiorem ipsius Testatoris restringere perapta censetur, ad tradita per nos in hac eadem causa, *allegat.*123. *num.*8. & *seq. lib.*3. & ideo quilibet de mundo, nisi aliud obsisteret ad fideicommissum proximiori de Familia iudicialiter relictum admitti debet, neque ad effectum successionis alia probatio prærequiritur; vt subiungebam pro eodem Domino Marchione Pompeio, *dicta allegat.*123. *num.*10. & prius in causa propria, *allegat.*103. *num.*4. *lib.*3. Rot. apud Cens. ad Peregr. *decis.*3. *num.*1. vbi quod vocatis proximioribus de Familia nominatim expressa indistinctè comprehendantur omnes etiam degentes in aliis mundi partibus. 3. 4.

Circa quod respectu personæ eiusdem Domini Marchionis quælibet dubitandi ansa remouetur. Quandoquidem ex fide instrumenti modo in actis præsentata liquido constat, qualiter in contractu gesto per Barbaram filiam Ioannis Iacobi de Arrigonibus, aliàs de Bardellono, à quo descendit Dominus Cleander fideicommittens, tanquam agnatus interuenerit Petrus pariter de Arrigonibus, à quo similiter originem traxit Illustrissimus Dominus Marchio Pompeius principalis noster, vt latius in arbore dimissa in processu appellationis, *fol.*50. *fac.*2. & iustificata *ibidem fol. sequentibus*, quæ nominatio, & tractatus, cùm simus in dispositiuis, agnationem concludenter probant, Thesaur. *quæst. forens.*61. *num.*8. Ioan. Anton. Bellon. *consil.*45. *num.*43. 5.

In facti autem specie, in qua alter agnatus non concurrit, nec vocatio proximioris ad aliquem gradum restricta apparet, & Testator agnationem in genere contemplatus est, Domino Marchioni sufficit, quod de ipsa agnatione Arrigona publicè, ac palam denominetur; atque de eadem in effectu præexistat, Roland. à Vall. *consil.*32. *num.*20. & *seq. lib.*3. Gratian. *discept.*969. *n.*1. 6.

& 2.

& 2. & latiùs comprobaui *dicta allegat.*123.*num.*5. *lib.* 3.

Huic autem ratiocinationi nullatenus obest, quod potius ex præcitata fide agnatio excludatur, dum ex ea litteris cubitalibus conuincatur, quod Petrus de Arrigonis in dicto contractu non
7. quà agnatus, sed quà affinis adhibitus extiterit; quippe quoniam istud ex inepitia, seu stylo, aut vsu Notarij euenit, Simon.de Præt.*de interpretat.vlt. volunt.fol.*288. *num.*14. latè Tiraquell. *de retract. lignag.* §.1. *gloss.*9. *sub num.*20. *vers. tamen nonnunquam*, Peregr. *de fideicom. artic.*22. *num.*40. Fusar. *de substitut. quæst.*370.*num.*2. vix enim percipi vnquam posset, & implicantiam arguere videtur, quod Barbara contrahens esset filia Ioan. Iacobi de Arrigonibus, & Petrus ad authorizandam illius personam assumptus eiusdem quoque cognominis existeret, & inter seipsos affines, & non agnati reputentur.

Solum ergo superest remouere difficultatem, quam existentia aduersariæ proximioris præstat.
8. Quippe quoniam proximiorum appellatione non ambigitur, quin in fideicommissis, etiam fœminæ comprehendantur, *l.*1. §.*proximus, ff. und. cognat.* Fusar.*de substitut. quæst.*366.*num.*2. Dec.*consil.*527. *num.*5. Tiraquell.*de retract. lignag.* §.1. *gloss.*9. *n.*8. & 201. Menoch. *consil.*463. *num.*2.& 8. Peregr.*de fideicommiss. art.*21. *num.*33. latè Rota coram Ludouis. *decis.*464. *per totam*, quæ est *decis.*282. *p.*2. *recent.* vbi quod vocatis proximioribus de Domo, & Familia Testatoris veniant etiam fœminæ, & *decis.*326.*part.*5.*recent.*

In contrarium tamen stat veritas inspecta po-
9. tissimum expressione nominis Familiæ Arrigonæ, ad tradita per nos *dicta allegat.*123. *num.*10. *lib.*3. Surd. *consil.*96.*num.*28.*in fin.*& *seq.* Corn. *consil.*51. *num.*6. *lib.*1. Gratian. *discept.*901. *num.*2. & 3. & præter ibi adductos, in terminis longè dubitabilibus comprobant, Honded. *consil.*75.*num.*11.& 12. *lib.*1. Osasc. *decis.*127. *per totam*, vbi *sub num.*3. infert, quod verba de domo, & cognomine de Binellatis essent superflua, si nupta appellatione proximiorum veniret; quod repetit Buccafer. *consil.*30. *num.*10. & *seq.* subiungens istud eo magis procedere, quando agitur de exclusione fœminæ transuersalis Testatori, vt in casu nostro, Vin.*decis.*10.à *num.*1. *ad* 13. Fusar. *de substit. q.*311. *num.*22. & *quæst.*366. *num.*24. Censal. ad Peregr. *de fideicom. art.*26. *fol.*221. *vers. vel quidem*, vbi quod ab hac opinione in consulendo, & iudicando non sit recedendum, quando controuersia versatur cum fœmina à Testatore non descendente. Contrarium defendit Peregr. *de fideicom. art.*14. *num.*37.& *consil.*42.& *consil.*58.*lib.*5. sed succubuit, vt testatur idem Peregr.*consil.*159. *sub num.*14.*vers. tertius casus*, *in fin. eod.lib.*5. Gratian. *discept.*930. *num.*33. Ruin. *cons.*24. *num.*7. & *cons.*110. *num.*14. *lib.*2.

Verumtamen quicquid circa prædictam quæstionem dicendum veniret in simplici dispositione, seu substitutione facta de proximiore domus, & Familiæ de Arrigonibus; omni in casu in præsentiarum cessat omnis difficultas, ex quo Testa-
10. tor expressè vocauit proximiorem per lineam masculinam natum; quo sanè casu fœminam à fideicommisso penitus exclusam censeri iuxta veriorem, ac magis approbatam opinionem defendunt, Paul.de Castr.*in l.Maritus*, 21. *num.*5. *C.de procur.* Paris. *consil.*22. *num.*26. 40. & 44. *lib.*3. Socin.iun. *cons.*186. *sub num.*8. *vers.Secundo quod*, *ac per totum*, *lib.*3. Peregr. *consil.*11. *num.*15.*lib.*2.& *de fideicom. artic.*26. *sub num.*29. *vers. circa vero*, cum cæteris apud Fusar. *consil.*192. *num.*29. & *de substitut.quæst.*346.*num.*12.& *seq.* Menoch.*cons.*205. *num.*40. *ac per totum*, Rota *decis.*304. *num.*8.& 9. *part.*6. *recent.*

Nec quicquam facit, quod in nouissima vocatione proximioris Testator clausulam, *per lineam masculinam*, non repetierit; istud namque suppletur ex dictione, *alium*, repetitiua præcedentium 11.
præsupposita terminorum habilitate, Gloss.*in l.*3. *C.de seru.fugit.* Menoch. *consil.*328.*num.*12.& 13.& *consil.*355. *num.*18. Buccafer.*consil.*31.*num.*5. & *consil.*102. *num.*7. latè Censal. ad Peregr. *de fideicom. art.*26. *fol.*222. *in princip.* Osasc. *decis.*157. *num.*7. Surd.*decis.*265. *num.*24. & *decis.*274.*num.*4. Altograd. *consil.*3. *num.*36. *lib.*1. & *consil.*30. *num.*8.9. & 42. *lib.*2. Marescot. *var.resolut.*18.*num.*16.*lib.*2. Sicque huiusmodi dictio, *alium*, satis operetur repetendo in proximiore natiuitatem per lineam masculinam, dum proximitatem ipsius Testatoris amplius repetere non potuerit in vocatis ad eorum omnimodam extinctionem; licet enim dictio illa, *alium*, similitudinem importet in qua- 12.
litatibus, diuersitatem in personis denotat, ex Menoch. post alios *dicto consil.*355. *num.*18. maxime cum in proximioribus eiusdem Testatoris am- 13.
plius substitutio proximiorum verificari non posset, iuxta animaduersionem nostram, de qua *dicta allegat.*123.*num.*8. *lib.*3. dum enim Testator considerauit in genere proximiores de Domo Arrigo- 14.
na de gradu in gradum, vsque in infinitum sola denominatio illius cognominis sufficit ad effectum, vt Dominus Marchio Arrigonus ad præsens fideicommissum indubitanter vocatus censeatur, quemadmodum dicebam in hac causa *dicta allegat.*123. *num.*3. & 4. *lib.*3. Præterquam modo cessat ista ambiguitas, cum ex proximè in processu deductis ad hunc effectum de agnatione Arrigona, ac consanguinitate sufficienter edoctum appareat.

SVMMARIVM.

1 *Sollicitator in testem non admittitur.*

2 *Procurator in causa non potest esse testis. Ineptè agens tenetur ad expensas, & damna erga vtramque partem, n.*63.

3 *Testis tractans de se exonerando non probat, & repellitur ab examine. Condemnatus aliàs de falso non recipitur, num.*4. *Vnicus non probat, num.*12. *A fisco productus contra eum plenè probat, num.*26. & *num.*31. & *num.*53.

5 *Malus semel in eodem genere mali, malus semper præsumitur.*

6 *Testes vltro examini se offerentes, de falso redduntur suspecti. Animosè, & affectatè deponentes non probant, n.*7.

8 *Notorium non præsumitur, super quo testes examinati non deponunt.*

9 *Fides recognitæ non citata parte non probant.*

10 *Temporis præcisitas probanda, quando quis in ea se fundat.*

11 *Pauper si patiatur alios defectus non admittitur in testem.*

13 *Mors probatur per duos testes de visu. Probatur per famam, num.*14. *Declara si fama prouenerit à fide dignis, num.*15. *Intellige si agatur de fama in longinquis orta, n.*16.

Falli-

Fallit in causis grauioribus, n.17. Ex absentia quinquennali probatur, si interim absentis nuntium aliquod non fuit relatum, n.23.
18 *Mortis tempus concludenter probari debet, nec sufficit fama.*
19 *Fama est difficilis probationis. Non dicitur probata, quando aliqui ex testibus de ea non deponunt, n.20. Non probatur per testes deponentes per verba temporis præsentis, n.21.*
22 *Inuerisimile falsitatis imaginem præsefert.*
24 *Delictum vbi non adest, ibi non cadit accusatio, nec pœna, neque procedit inquisitio.*
25 *Falsitas vt sit punibilis tria requiruntur, dolus, mutatio veritatis, & præiudicium tertij. Cessat data possibili veritate in contrarium, num.33. Non concernens substantiam non attenditur, num.34. Neque vtilitatem non afferens, num.35. Ex actu nullo resultans non est punibilis, n.59.*
27 *Dolus excluditur in hominibus bonæ opinionis, & famæ.*
28 *Doli præsumptio cessat, cessante vtilitate. Ex multitudine personarum excluditur, n.29.*
30 *Error in dubio potius præsumitur, non autẽ dolus.*
32 *Ens non entium nullæ sunt qualitates.*
36 *Habitationem frater cum fratre absenti continuare dicitur.*
37 *Falsitatẽ sola potentia nocendi punibilem facit.*
38 *Affectus non secuto effectu non punitur pœna ordinaria, & quomodo procedat in crimine falsi, n.39.*
40 *Fiscus fundamentum suæ intentionis probare obstringitur.*
41 *Falsi in crimine probatio debet concludere ex necessitate.*
42 *Dos vt liquidetur filiæ status hæreditatis paternæ inspici debet. A fratre constituta præsumitur congrua, n.45. Non succedit loco legitimæ fœminis à Statuto simpliciter exclusis, n.46. Non semper commensuratur ad quantitatem legitimæ, n.50.*
43 *Saluianum requirit creditum non solùm, sed etiam præcisam quantitatem crediti pro necessario extremo. Et de ratione, n.44.*
47 *Supplementum legitimæ exclusa penitùs à Statuto petere non potest. Non debetur, cui nec debetur legitima, num.48. Dotis petit incongruenter dotata, num.49. Legitima aliud est petere, aliud supplementum dotis, n.51.*
52 *Dote pro taxanda in bonis paternis qualiter fiat computatio.*
54 *Saluiani extremum principale consistit in hypotheca.*
55 *Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
56 *Soluens anteriori creditori succedit in eius locũ.*
57 *Actio, & passio non possunt concurrere in eadem persona, & n.60.*
58 *Ordo recitatur circa Procuratores.*
61 *Falsitatis ad exclusionẽ in dubio pronuntiandũ.*
62 *Damni causam qui dat, damnum dedisse dicitur, & ad illius emendationem tenetur.*

OBSERVATIO CXXXVI.

MACHINAM vniuersi processus ad offensam compilati aduersus D.Calignanum, aliósque prætensos complices de crimine falsitatis inquisitos, fiscus erexit super incendio, & destructione oppidi Hostiliæ, ex supposito, quod de mense Aprilis 1630. à Militibus incendiariis in vincula coniectus extiterit Franciscinus alter ex filiis masculis Georgij de Meliolis, qui circa mensem Iunij eiusdem anni, vt prætenditur, post reditum Reuerend. D. Alexandri illius pariter filij ab oppido Marcariæ nuntiantis in manibus hostium Franciscinum eius fratrem obiisse vnico ictu duplicij vulnere amissionis, nimirum filij, ac consumptionis totius substantiæ affectus cecidit. Cùm tamen fides ab Inquisitis iuramento formiter recognitæ, ac in præsenti causa reproductæ filiorum superuiuentiam patri ad probandum tenderent, manifestámque idcirco redolere viderentur falsitatem nociuam Margaritæ prædictorum sorori, quæ in loco habendi dimidiam in materna hæreditate, & pinguiorem in paterna, tertiam dumtaxat in illa, & in ista minus pinguem ratam consequi poterat; ex quibus prætendebantur attestantes indiciati de falsitate criminosa, quantumvis exinde ipsi nullam prorsus sperarent vtilitatem.

Ad euertendam igitur funditùs hanc machinam, seu machinationem vndique indebitam, minúsve subsistentem, præmittendum venit, pluribus nominibus D. Ioan. Mariam Basaleam tanquam penitùs inhabilem fuisse repellendum à testificando, & admissum nihil probare. In primis sollicitauit, & induxit alios testes, vt ex fide Reuerend. D. Martinelli per eum producta, & registrata in processu *folio* 193. *fac.*2. & alios tres testes, vt in processu *folio* 110. *fac.*2. & ideò propter nimiam affectionem ad causam in testem admitti non debebat, & receptus probationis gradum aliquem non facit, Felin. *in cap. cum à nobis, numero decimotertio, de testibus*, cum adductis per Mantic. *decis.*142. *numero vndecimo*, Bimium *consilio* 158. *sub numero vigesimo, versic. & de sollicitatore.* Deinde à testificando repellebatur ob munus procuratoris susceptum, atque executum fauore ipsius D.Margaritæ, quæ commodum ex falsitate reportabat, & exinde honor, & laus in gratiam Procuratoris emergebat; regula namque stat, quod in vna, eadémque causa testis, ac Procuratoris munus obire non valeat, de qua post alios Farinac. *de testibus, quæst.*60. *num.*196. *& seq.* Surd. *decis.*190. *in princ.* & *decis.*219. *per totam*, Bim. *dict. consil.*158. *num.*20. Vlterius, nec in testem recipi merebatur. Postquam enim torquem auream, & pecunias, quibus vniuersa de Meliolis substantia consistebat, clypeo curandæ redemptionis filij ab hostium captiuitate à patre extorserat, eandem alteri filio consignasse effinxit, qui progressus Marcariam versus dissipatis, ac ludo consumptis in itinere pecuniis allatis, ne propriam detegeret turpitudinem, nuntio suppositi obitus fratris redierit, somnia quidem vigilantium miserrimum senem quotidiana alimentatione exeuntia, ac filij Sacerdotis existimationem fratricidio deturpantia, quæ sicuti eundem Basaleam à restitutione ablatorum non eximunt, ita gradum aliquem probationis non præstant, tanquam emendicata ad se exonerandum; testis namque tractans de se exonerando fidem non facit, Ludouis. *decis.*471. *num.*9. Buratt. *decis.*199. *num.*11. cum ibi adductis per Ferentill. *num.*15. & in terminis Gratian. *discept.*727. *num.*8. *&* 9. Leoncill. *decis. Ferrar.*77. *num.*5. Demum illius depositioni nulla prorsus adhibetur fides ex

ex quo per sententiam contra ipsum aliàs latam, ac in præsenti causa admissam, apparet ipsum aliàs
4. de crimine falsitatis condemnatum fuisse, quapropter neque etiam in præsenti causa probat, *cap. si quis conuictus, 2. quæst. 5.* Mascard. *de probat. conclus. 743. num. 9.* Bardellon. *consil. 1. num. 17.* Ric. *decis. 3. num. 5. part. 2.* Pers. *consil. 27. num. 18.* Sempron. Ascia. *determ. 157. num. 28.* Peguer. *decis. 19. sub num. 4. versic. & nunquam in testimonium recipiatur*, Hector Felic. *allegat. 169. num. 6.* latè Farinac. *de testibus, quæst. 67. num. 59. 102. & 150.* optima istud, atque vniuersali ratione
5. inductum censetur, quia semel malus, semper in eodem genere mali præsumitur malus, latè Barbos. *axiom. 142. n. 1. ac per totum*, & in materia falsitatis Bertazol. *consil. 91. sub numero decimoquinto*, Riminald. *consil. 58. num. 32.* cum adductis per Farinac. *de falsitate, quæst. 153. n. 146.* Hector. Felic. *allegat. 9. num. 12.* & *allegat. 134. num. 17.*

Repulsata sic, ac penitùs euulsa depositione D. Basaleæ, ita vt in Catalogo testium reponi minimè debeat, prosternuntur quoque ex pluribus attestationes D. Martinelli, & aliorum quatuor testium binis fidibus subscriptorum, de quarum altera constat in processu *dicto folio 193. fac. 2.* & de altera apparet in eodem processu *fol. 268.* Tum primo, quia dictæ fides per aliquos dies ante productionem emanarunt, motu proprio,
6. & absque eo, quod à quopiam testes illi annotati appareant requisiti. Quemadmodum vltrò ad illarum recognitionem cum iuramento se obtulerunt; testes autem vltro, ac sponte, seu à nemine requisiti, accedentes ad deponendum, & successiuè iurandum, tanquam de falso euidenter suspecti, nihil probant, vt pluribus aliis congestis exornant, Guazzin. *de defens. reorum, 19. cap. 6. per totum*, Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat. 64. num. 2. & seq. lib. 2.* Giurb. *decis.* seu *consil. crimin. 71. num. 45.* Tum secundo, quia in re iam viginti annis præterita coarctantes eorum dictum ad præcisitatem non tam mensis, quàm etiam
7. dici, nimium animosè, atque affectatè deposuisse dicuntur, sicque testimonium veritatis non prohibent, Giurb. *dicto consil. crimin. 71. sub num. 45. versic. tum quia animosè deposuit*, Farinac. *de testib. quæst. 60. num. 17. cum seq.* Cyriac. *controuers. 407. num. 201. & 202.* Tum tertio, quia fides quatuor testium non solùm de falsitate suspecta redditur, sed etiam de manifesta fatuitate conuincitur. Quippe quoniam supponitur in ea excidium Hostiliæ euenisse sub die 20. Aprilis 1630. istúdque cunctis notorium, & tamen testes pro fisco examinati tempus incendij Hostiliæ præcisum se nescire deponunt, & tamen si notoriè in illas Regiones viguisset, verisimiliter illud notorium
8. dicti testes intellexissent, ac de eo deposuissent, Crauet. *consil. 57. sub num. 10. versic. profectò si talis fama*, Penia *decis. 29. num. 8.* & *decis. 454. num. 17.* Neque enim saluari possent sub prætextu, quod notorietas super incendio, non autem super tempore incendij caderet; quandoquidem notorium in ipsa fide deductum afficit id, quod principaliter pars ea vtens probare intendat. Neque incendium controuertebatur, nec quicquam conducebat in gratiam fisci, sed tantùm tempus incendij; probato enim, quod de mense Aprilis successisset, illico resultabat capturam filij præcessisse mortem patris, qui de mense Iunij obiisse prætendebatur. Tum quarto, ac demum, quia deposuerunt per fides, non citata parte, recognitas, & ideò in criminalibus potissimum 9.
non attenduntur, Cyriac. *controu. 150. num. 84. & controuers. 486. num. 20.* Leoncill. *decis. Ferrar. 43. num. 5. & seq.* per text. *in l. 3. ff. de testib*, vbi Senatus censuit testibus, & non testimoniis esse credendum. Sublatis ergo ex præmissis tam testificatu D. Basaleæ, quàm etiam aliis attestationibus ordinaris ad probandam temporis præcisitatem, tanquam nihil in effectu probantibus, insurgit quo- 10.
que, quod fiscus fundamentum facere nequeat super temporis præcisitate aliqua, cùm eam non probauerit, *l. eum actum, 18. ff. de negot. gest.* Mascard. *de probat. conclus. 1190. num. 5.* Leoncill. *decis. Ferrar. 64. num. 51.* Cyriac. *controu. 89. num. 21.* dixi *allegat. 17. num. 8. lib. 3.* Bonden. *collect. 5. n. 60. & 62.* & *collect. 9. num. 67.* Quapropter cùm simul stare possint, quod post incendium Hostiliæ Franceschinus captus fuerit, & transmissus ad oppidum Marcariæ illic decesserit, collectis iam granis, & sic post patris obitum, ideò ex testium depositionibus quoad istud nil emergit, quod veritatem fidei alterius D. Calignani, & sociorum, necnon & aliarum ad defensam productarum euertat; eóque maximè, quia consideratis attentè testium depositionibus vtique inferri non potest concludens probatio mortis Franceschini in manibus hostium, atque in loco Marcariæ. Quandoquidem circa mortem de scientia solus Ioan. Marcus Bertazza testimonium minimè attendendum perhibet, tanquam inhabilis ad testificandum, non solùm propter nimiam illius vilitatem, natalium in- 11.
famiam, ac morum prauitatem concludenter probatam, iuxta distinctionem, de qua post alios Farinac. *de testib. quæst. 57. num. 19.* quem aliis collectis sequitur Leoncill. *de priuileg. pauper. 394. n. 30. part. 2.* vbi quod testis repellatur non propter solam paupertatem, sed propter paupertatem iunctam cum vilitate, mala fama, ac morum turpitudine, &c. Rot. coram Royas *decis. 58. num. 1.* & *in Bononien. hæreditatis de Pepulis, 18. Iunij 1665. §. primus, in fine, coram R. P. D. Zarate*, verùm etiam quia in suo dicto, respectu mortis Franceschini, est vnicus, ac singularis; ac consequenter etiam 12.
ex hoc capite non probat, *c. veniens, de testibus*, Buratt. *decis. 952. n. 8.* concurrentibus aliis exceptionibus, quas patitur. Quæ eò fortiùs in præsentiarum procedunt, ex quo de morte probanda agitur, ad quem effectum testes saltem duo requirun- 13.
tur, qui dicant se vidisse illum vita functum, & tumulo mandari, Bart. *in l. 2. §. sed si dubitetur, versic. aduertendum tamen, ff. quemadmodum testam. aper.* alios refert Mascard. *de probat. conclus. 1070. numero secundo*, Rot. *decis. 187. numero quinto, & sexto, parte 6. recent.* Duran. *decis. 38. num. 2.*

Nec fiscus iuuari potest ex testibus de fama deponentibus, quamvis enim regulariter per testes deponentes de fama, ac voce publica mors pro- 14.
betur, ad tradita per Mascar. *de probat. concl. 1070. n. 10.* Buratt. *decis. 260. n. 2.* Attamen ex pluribus huiusmodi assertio ad præsentē cōtrouersiam non applicatur, & primò, quia, vt testes de fama pro- 15.
bent obitum, necesse est, quod fama originem traxerit à personis fide dignis, & grauibus, quod cùm hic non acciderit, ideò mors ex fama non dicitur probata, Menoch. *consil. 60. num. 21.* Mascard. *de probat. dicta conclus. 1070. num. 6.* Hæc autem initium duxit ab eodem Bertazza iam reprobato, & à Reu. D. Alexandro, qui loco redimendi fratrem,

pecunias

pecunias malè disparuit,ac parenti afflicto afflictiones adiunxit, si tamen vera præexistunt, quæ pro fisco latiùs in proposito ducebantur. Secundò,quia ita demum fama probat mortem, si illam
16. euenisse in partes longè remotas allegetur; at cùm in dominio, ac ditione Mantuana mortuus Francischinus prætendebatur, ea propter fama quatenus subesset iustificata, ad nihilum deseruiret pro mortis probatione, ad tradita per eundem Mascard. *dicta conclus.*1070. *num.*5. Surd. *consil.*530. *num.*35. Burat. *decis.*459. *num.*4. Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*6. *sub num.*3. *versic. quæ solum probat*. Tertiò, quia ad probandam mortem suffragatur quidem fama in causis mo-
17. dici præiudicij; secùs autem in causis grauioribus, quemadmodum post alios animaduertunt, Mascard. *de probat. dicta conclus.* 1070. *num.*3. Burat. *dicta decis.*260. *numero secundo*, Coccin. *decis.*98. *numero tertio.* Hic autem agebatur de præiudicio omnium maximo, & quoad plures personas in iudicio inquisitas de crimine falsitatis execrando. Quartò, ac demum, quia disputatio, ac controuersia non cadit super obitu Francischini, cùm tam fiscus, quàm Inquisiti eum admittunt, sed solummodò vertitur quæstio circa tempus mortis, quo casu plenam, ac con-
18. cludentem probationem pro tempore mortis probando desiderari vno ore fatentur omnes, ideoque famam non censeri sufficientem, vt videre est penes Bald. *consil.*68. *num.*2. *in fine*, & *num.*3. *lib.*3. Pen. *decis.*634. *num.*2. *&* 3. ibi, *Quia tempus est fundamentum intentionis, beneficium impetrantis per obitum tali tempore*,& propterea non sufficit probatio semiplena per publicam vocem, & famam, & *decis.*643. *num.*10. *&* 11. & *decis.*650. *num.*1. & *decis.*683. *num.*2. vbi quod non sufficiat probatio per publicam vocem,& famam,vbi agitur de tempore mortis determinato,& *num.*4.ibi, *Aut agitur de probando tempore obitus, seu de obitu in tempore certo*, & tunc requiritur plena,& concludens probatio, Rota *decis.*46. *part.*2. *diuers.* Gonzal. *ad regul.*8.*Cancel.* §.7.*in proœm.num.*217. Burat. *decis.*11.*num.*1. & *decis.*600. *num.*1. Duran. *decis.*12.*num.*4.

Cæterùm hæc ex abundanti dicta sint, siquidem ex actis prætensa fama non dicitur probata; nam demptis testibus inhabilibus non supersunt
19. tot,quot requiruntur ad probationem famæ,quam difficillimæ probationis experiri comprobat post alios, Cyriac.*controuers.*488. *num.*83. *& seq.* Vltra quod cum aliqui ex testibus pro fisco examina-
20. tis de ea non deponunt; redditur propterea inuerisimilis, atque insubsistens, iuxta superiùs dicta de notorio ex Crauet. *consil.*57. *sub num.*10. & ex Pen. *decis.*29. *num.*8. & *decis.*454. *num.*13. Eóque maximè, quia inter ipsos testes ad famam comprobandam connumerari non debet Franciscus de Vignis, tanquam attestans de fama currenti de tempore eius examinis, vt in processu *folio* 172. ibi, *Per publica voce, e fama sento dire qui in Reuere, che e morto prima detto Franceschino, è che doppo morse M.Giorgio suo padre*, &c.
21. quia testes si deponunt super fama per verba, *sento dire*, vti præsentis temporis, non probant, Verall. *decis.*413. *part.*2. Pen. *decis.*634. *num.*5. & *decis.*683. *num.*6. Cyriac. *controuers.*488. *num.*88. Eandem quoque exceptionem admittit Petrus de Cronis deponens per verbum, *è*, quod pariter tempus præsens indicat, & ad illud se restringit, ibi, *Nondimeno la fama più commune è, che morisse prima Francesc hino, che Giorgio*, fol.156. fac.2. Rationem assignant; quia huiusmodi depositiones percutere debent tempus ante litem motam, vel accusationem porrectam. Hac nostra speculatione inspecta sapientissimi Iudices Condelegati, eorum imaginationes colligendo, atque in illud vsque tempus dirigendo, supérque eis per intellectuales discursus reflectendo, vtique cognoscent, dum nulla subest occasio, causa finis, aut particularitas, ob quam de re ista nullius roboris, atque momenti,ac intra domesticos parietes agnationis obscuræ extincta, ac sepulta fama in publicum volaret, ac stando vires acquireret, cunctos testes de ea inuerisimiliter deponentes falsitatis
nota, ac suspicione affectos. Inuerisimile enim 22.
falsitatis imaginem præsefert, Bald. *in l.*1. *C. de seruis fug.* Pen. *decis.*346. *num.*10. optimè ad rem nostram Gratian. relegendus *discept. forens.*562. *num.*11.12.*&* 13.

Sicuti nec mors Francischini probata resultabat ex eo, quia ab illius captiuitate, & recessu à patria vsque in præsens nunquam reuersus fuerit, nec de illius sospitate nuntium aliquod accessit; quoniam ex prædictis mors non arguitur,
nisi etiam concurrat quinquennij lapsus, Natt. 23.
*consil.*241.*per tot.*cum adductis per Andreol.*d.controu.*6. *n.*3. quibus accedunt Buratt. *decis.*253.*n.*17. Caualer.*decis.*344.*n.*3. Bim.*consil.*168.*num.*22. Viu. *decis.*243. Sacca *consil.*142. *num.*22. & *consil.*188. *num.*8.*& seq.* Schenard. *consil.*42. *num.*18. Sicque istud nihil prorsus officit, dum excluditur ipsius filij prædecedentia ante patrem, ac consequenter intentio fisci corruit.

Quoniam verò timoratæ conscientiæ, ac indolis honestæ viros, quales esse nostros principales indicant acta,tam ad offensam, quàm ad defensionem emanata, decet benefacere iis, qui oderunt ipsos; ideò non ordinaria, sed profusa liberalitate admisso, citra veritatis præiudicium, quod filius in effectu patri prædecesserit, ac consequenter eorum fides irreparabiliter de falsitate conuincatur; adhuc tamen ipsi non potuerunt inquiri, minúsve erunt condemnandi, cùm supposita falsitas inspectis facti circunstantiis crimen, vel delictum aliquod punibile annexum
non habeat. Vbi autem delictum non cadit, ibi 24.
pœna non intrat, nec accusatio recipitur, nec inquisitio formatur, Farinac. *quæst.*17. *in princip.* Caball. *resolut. crimin.*1. *num.*12. Cyriac. *controuers.*345. *num.*10. Siquidem ad effectum, vt falsitas dicatur criminosa cum delicto, ac pu-
nibilis, tria necessariò concurrere habent, do- 25.
lus nimirum, mutatio veritatis, & præiudicium actu, vel potentia tertio ex falsitate emergens, Bimius *consil.*365. *num.*3. Birett. *consil.*107. *num.*6. Botta *consil.*73. *num.*14. Farinac. *consil.*7. *num.*11. *lib.*1. & *consil.*114. *num.*12.36. *&* 37. & *consil.*160. *num.*10.*&* 11. *lib.*1. Hieronym. de Fedric. *resolut.*1. *num.*14. Hector Felic. *allegat.*6. *num.*27. *& seq.* & *allegat.*25. *num.*1. & *allegat.*19. *num.*1. 13. *&* 14. & *allegat.*29. *num.*1. *part.*1. & *allegat.*132. *num.*1. *part.*2. Anton. de Ball. *lib.*3. *cas.*12. *num.*2. *tract. crimin. folio* 155. At in facti specie ex dictis requisitis nullum penitus intercessit, non quidem dolus, vt aggrediar à primo, cùm præsumptio contraria colligatur ex qualitatibus personarum; nam DD. Callignanus, & prætensi Complices valdè timent Deum, ad iustitiam, vt Christianos decet, sunt bonæ vitæ, conditionis, & famæ;quod probatur non solùm ex testibus ad defensam

defensam examinatis, verùm etiam ex repetitione Batholomæi de Cippolinis super quarto interrogatorio *folio* 280. ibi, *Gl' hò sempre tenuti in con-*
26. *cetto d'huomini da bene*, qui tanquam inductus à fisco plenè contra fiscum probat, Hector Felic. *allegat*.25.*num*.25.& *allegat*.166.*num*.7. latè Guazzin.*de defens. reorum*, 33. *cap*.14. *num*.11. dixi *allegat*.93. *num*.6. *lib*.3. Ioan. Anton. *ab Eccles. obseruat*.96. *num*.13. *lib*.1. In hominibus autem talis
27. farinæ bona fides præsumitur; & omnis doli præsumptio excluditur, & in terminis Socin.iun. *consil*.45. *in fine*, *lib*.3. Bertazol. *consil*.71. *num*.49. cum adductis per Hector. Felic. *allegat*.3. *num*.14. & *allegat*.49. *num*.13. & prius *allegat*.19. *num*.8. Cyriac. *controuers*.131.*num*.40. Bonden. *collect*.24. *num*.34. *& seq*. Quæ quidem præsumptio remouetur ex eo,quia ex huiusmodi falsitate aliquam vtilitatem non reportauerunt, aut consequi vnquam sperabant; cessante autem vtilitatis cau-
28. sa, doli etiam præsumptio cessat, Bertazzol. *dicto consil*.71. *num*. 44. Hector Felic. *allegat*.7. *num*.19.*&* 20. Farinac. *de falsit.quæst*.153.*num*.204. Galupp. *in prax. part*.2.*cap*.27.*num*.11. Ad quam doli exclusionem plurimum conducit pluralitas,
29. ac multitudo personarum attestantium de eo, quod nostri principales deposuerunt, Menoch. *consil*.422. *num*.7. Hector Felic. *dicta allegat*.6. *num*.21. Farinac. *de falsit. dicta quæst*.153. *num*.216. *& seq*. vbi de falsitate commissa cum interuentu sex, vel septem testium, hic autem excedunt numerum octo, Cyriac. *dicta controuers*.131.*n*.41. *& seq*. Capyc. Latr. *consult*.4. *num*.31. Bonden. *collect*.24. *num*.31. Videtur enim implicantiam innuere, quod tot personæ in vnam falsitatem conueniant. Cæterùm cùm non tam dolosè,quin & multò magis per errorem ad firmandam fidem per eos iuratam induci potuerint per errorem
30. potius,quàm per dolum, attestationem huiusmodi ipsos Inquisitos fecisse præsumendum venit, Socin. iun. *dicto consil*.45. *lib*.3. Menoch. *d. consil*.422.*num*.2.Hector Felic.*dicta allegat*.6.*num*.15. & faciunt tradita per Farinac. *de falsit.d.quæst*.153. *num*.194.*& seq*. Cyriac. *controu*.131. *n*.18. Quibus simul consideratis dicta fides, eiúsque Auctores à dolo præseruantur.

Deficit quoque secundum requisitum consistens in mutatione veritatis, quæ non magis vigebat in vnam partem, quàm in alteram; aliqui enim dicebant rem se habere, quemadmodum in fide exprimebatur, ambos scilicet filios masculos patri superuixisse, aliqui verò,& forsan numero plures à veritate fidem deuiare existimabant, & consequenter quod alter ex filiis patri prædecessisset. Adeo vt de prædicta præmorientia veritas determinata non haberetur, quemadmodum deponunt ex testibus pro fisco inductis, Ludouicus de Bassonis in processu *fol*.128. *fac*.2. ibi: *Parte dicono, che detta fede, che hanno fatto detti Calignano*, &c. *e falsa, e parte dicono e buona, e però non si sà la verità*, vt fol.132. & 133. & Petrus de Zonis *folio* 152. *fac*.2. ibi: *E se bene vi sono di quelli dicono morisse prima Giorgio, nondimeno la fama più commune e che morisse prima Franceschino, che Giorgio*, &c. folio 156. fac.2. *& hò sentito dire, che detta fede e falsa, mà anco de gli altri, che l' hanno approuata per buona*, &c. folio 157. fac.2. nec dubitari potest, quin ex illorum depositione contra fiscum concludenter probata incertitudo mortis filij, & patris remaneat. Vter nimirum eorum prius decesserit, loquendo in vniuersali, & abstrahendo ab illis personis, qui magis in vnam, quàm in alteram opinionem inclinabant, eámque pro veritate habeant; cùm nomine fisci ad testificandum inducti appareant, vt diximus ex doctrina Guazzin. 31.
de defens. reorum, 33. *cap*.14. *num*.11. & aliorum; Vel ergo mutationem veritatis considerare volumus in ordine ad illam incertitudinem, atque abstractam ambiguitatem, & non recipit applicationem, quia non entium nullæ sunt qualitates,& quod non est certum, mutationi non subiicitur, cùm mutatio sit quædam species priuationis,habitum præsupponens, vt notissimi Iuris est; 32.
vel eandem mutationem veritatis inspicimus relatiuè ad singulares personas, & quoad eam partem hominum, quæ pro certo habuit filium superuixisse patri, & tunc non dicitur mutata veritas cum delicto, quantumvis in effectu pro 33.
contrario staret veritas adhuc occulta, ad tradita per Farinac. *quæst*.67. *n*.89. *& seq. iuncto num*.146. vbi quod id totum remittatur arbitrio iudicare debentis, Cyriac. *controuers*.131. *num*.12. vbi quod falsitas cessat data possibili veritate. Quapropter cùm nostri principales pro indubitato habuerint id, de quo testimonium cum iuramento perhibuerunt, quantumvis vllo vnquam futuro tempore veritas in oppositum detegeretur, adhuc quoad ipsorum certam,ac iustam credulitatem, ac stantibus rebus, prout stant,non dicuntur mutasse veritatem.

Quibus,neque resisteret, si opponeretur eosdem non posse saluari à mendacio, & falsitate in eo, quod attestantur post obitum patris filios continuasse habitationem domus, & collectionem fructuum; tum quia mendacium, & falsi- 34.
tas non concernens substantiam non attenditur, neque punitur, Hector Felic. *dicta allegat*. 7. *num*. 26. & *allegat*. 10. *num*. 34. Cyriac. *controuers*.150. *num*.72. Gallup. *in prax. part*.2. *cap*.27. *num*.25. Tum quia mendacibus vtilitatem non 35.
parit, nec proximo incommodum gignit, & ideò non est punibile, vt latiùs prosequitur Bonden. *collect*.24.*num*.21.24.*& seq*. Cyriac. *controuers*.132.*num*.15. *& seq*. Tum demum, ac multò magis, quia nullum adest, nec quoad istud mendacium, aut falsitas, ex quo vnus fratrum in communione cum altero fratre habitationem, 36.
& perceptionem fructuum cum ipso, licèt absenti, continuare dicitur, latè Ciarlin. *controuers*.16. *per totam*, Post. *de manutent. obseruat*.55. *num*.149. & *obseruat*.73. *num*.32. *& sequent*. quod etiam ex communi vsu loquendi comprobatur. Nam habitationes, & prædia communia inter fratres communiter habitari, & possideri ab ipsis fratribus dicuntur,etiamsi aliquis ex eis abesset,ac in longinqua Regione existeret. Ecce igitur qualiter dicta fides non tam quoad substantialia, verùm etiam quoad eius circunstantias,& accidentia à veritate non reputetur aliena, aut repugnans.

Superest modò ostendere, quod dicta fides nemini nocumentum attulerit, aut afferre vnquam possit; nam sola nocendi potentia efficit fal- 37.
sitatem esse punibilem pœna ordinaria, Menoch. *de arbitr. cas*.306. *num*.33. Clar. *in* §. *falsum*, *sub num*.44. *versic. secundus casus*, Camill. Borell. *consil*. 23. *à num*.28. *ad* 25. Natt. *consil*. 588. *sub num*.20. Farinac. *de falsitat. quæst*. 150. *num*. 358. & *consil*.60. *in addit. litt.N*. & *consil*.108. *num*.7. Galupp. *in prax. part*.2. *cap*.27. *n*.28. Neque ob- 38.
staret si opponeretur conatum non secuto effectu

in

in delictis etiam atrocissimis non puniri pœna ordinaria, sed extraordinaria, vt in crimine falsi singulariter addidit Baiard. ad Clar. *in §. falsum, num.*277. quoniam quoad delictum fal-
39. sitatis per confectionem scripturæ, iam dicitur in esse deductum, atque consummatum; neque conatus sine effectu considerari potest, nisi quoad nocumentum, quod diximus sufficere adesse in habitu, vel in potentia ad effectum, vt intret pœna ordinaria. Quod vtique eo ipso probatum resultat, dum de contrario non con-
40. stat, & fiscus, qui in falsitate se fundat illius requisita probare obstringitur, Cyriac. *controu.* 370. *num.*8. Mascard. *de probat.conclus.*729. vbi *num.*3. Quod in crimine falsi quando agitur cri-
41. minaliter, probatio debeat de necessitate concludere, Hector Felic. *allegat.*19. *n.*13. Bonden. *collect.*24.*n.*6.*&* 7.

Quod autem ista qualitas nocumenti actu, vel potentia intercesserit, nullibi probatum apparet, etiam cum supposito, quod prius patre Franciscinus decesserit, quodque dimidia dotis maternæ de lib.750. ad Margaritam spectaret, ac pinguiùs ex paternis dotari debuerit, & sic in maiori summa scutorum tercentum quinquaginta, in quibus dotata apparet; nec inter partes controuertitur, ad quem effectum necesse fuerat deducere, & concludenter probare hæreditatem paternam, adeò pinguem fuisse, vt ipsi Margaritæ actio competeret ad supplemen-
42. tum dotis. Quoniam, vt dos liquidetur, inter cætera status hæreditatis obseruari debet, Bald. *in Auth. res quæ, num.*18.*C.commun.de legat.*Menoch. *de arbitr. cas.*149. *num.*36. cum adductis per Rot. *decis.*28.*num.*20.*p.*5.*recent.*quibus accedunt cumulati per Fontanell.*de pact.nupt.claus.*5.*glos.*8.*p.*1. *num.*2. Consequens ergo fit, quod quatenùs subesset falsitas, tanquam non apta ad nocendum, illa minimè punibilis esset.

Hinc propterea excluditur etiam nocumentum, cùm Iudicium Saluiani per eandem Margaritam intentatum nullatenùs intrabat, adeò vt processus tunc iuxta practicam Riperensem compilatus non tam attendi, quàm dentibus lacerari debebat; siquidem non constabat in actis de aliquo credito certo, atque in certa
43. quantitate determinato, quemadmodum, vt locus fiat Saluiano, seu immissioni ex eo, ex necessitate requiritur, Rolan.*consil.*14.*num.*13.*lib.*1. Gratian. *discept. forens.*12.*num.*1. Pacific.de Saluian. *inspect.*1. *cap.*5. *num.*2. *& post tract. decis.*208.*num.*1.Duran. *decis.*268.*num.*17.& latè examinat Rot. apud Mangil. *de subhast. decis.*78. *num.*5. vbi quod de natura istius Iudicij sit, quod requirat creditum in aliqua quantitate
44. certa, vt per oblationem dictæ quantitatis possit reus conuentus euitare tale Iudicium, & in terminis Rot. *decis.*33. *num.*9. apud Merlin. *de pignor. & hypothec.* & apud Mang.*de subhast.dec.*70.*n.*5.*&* *dec.*88.*n.*10.

Quinimò, quod magis est de credito non constat nec in genere, nec in substantia, tum
45. quia dos per fratrem sorori constituta, qualitate personarum, & quantitate patrimonij inspecta congruè constituta præsumebatur, Bald.*in l.nulla,*4 *sub num.*6.*C.de iur.dot.*Surd.*consil.*94.*num.*29. Rota *decis.*78. *num.*3.*p.*5.*recent.* Tum quia quoad portionem dotis maternæ, siue pro dimidia, quæ erat de libris tercentum septuaginta quinque, siue pro tertia, quæ erat librarum bis-

centum quinquaginta integraliter satisfacta apparebat. Tum quia actio intentata ad supplementum legitimæ ei non competebat, tanquam exclusæ penitùs à Statuto, ita, vt nec 46.
dos succedat loco legitimæ, ad tradita per Cyriac. *controuers.*72. *num.* 10. vbi infinitos congregat, Bonden. *collect.*3. *ex num.*29. Quo stante, cùm frater sororem dotat, non tenetur dotem constituere vsque ad legitimam, nec so- 47.
ror ad illius supplementum agit, *l. quæro,* 61.*ff. de iur. dot.* Marescot. *var. resolut. lib.*2. *cap.*8. *num.*3. latè Merlin. *de legitim. lib.*3. *tit.*1. *quæst.* 13. *num.*9. *ac per tot.* Altograd.*cons.*87. *num.*25. optima ratione, quia cui non debetur legitima, 48.
nec supplementum debetur, Manent. *cons.*120. *num.* 18. sed si prætenderet se incongruè dotatam ad supplementum dotis congruæ agere 49.
possit, Socin. sen. *cons.*57. *num.*8. *lib.*4. Merlin. *de legitim. lib.*3. *tit.*1. *quæst.* 13. *num.* 19. vbi id de mente omnium profitetur, addo post alios Cyriac. *controuers.*507. *num.*10. vbi quod fœmina per Statutum exclusa prætendens se non fuisse dotatam vsque ad legitimam, & sic incongruenter agat, & sine actione, dum legitimam, vel eius supplementum petit, dum ad congruæ dotis supplementum non minoris legitima agere debuisset. Cuius tamen opinionem in eo, quod velit commensurari congruitatem dotis ad summam legitimæ non approbamus; cum vltra, & citra quantitatem legitimæ mulieres à Statuto exclusæ dotari consue- 50.
uerint, & potissimum vilis, & abiectæ conditionis, quæ, vt plurimum, citra legitimam dotantur, vt post alios Manent. *dicto cons.*120. *numer.*18. admittit idem Cyriac. *controuers.* 509. *num.*15. Ratio autem cur mulier agere debens ad supplementum dotis, si petit legitimam, vel illius supplementum, inutiliter, ineptè, ac nulliter experiri dicatur, in promptu se se offert, quippe quoniam aliud est petere supplementum legitimæ, aliud supplementum dotis, vt de 51.
se patet, & animaduertunt Decian. *cons.* 54. *n.*10.*lib.*2.Rota apud Merlin. *de legitim.decis.*64. *num.*18.

Vnde ex prædictis infertur, quod etiamsi hæreditas D. Georgij ascendisset ad scuta circiter bis mille, adhuc ipsa Margarita congruè dotata diceretur. Nam ex dicta summa prius dos materna in scutis centum vigintiquinque detrahi deberet, & sic remanerent scuta 1825. Ex quibus duabus summis medietas primæ partitæ pro dote materna spectaret ad Margaritam, quæ summam scutorum 87. 5. constituit. Necnon & sexta pars alterius partitæ consistentis in scutis 304. 71. adeovt in totum pro 52.
eius portione dotis maternæ, & congrua in paternis ad æqualitatem legitimæ scuta 391. 13. 8. consequi deberet, iuxta calculationem enarratam in proposito per Cyriac. *controuers.* 507. *num.*11. *& seq.* Vnde cùm ex fide trium testium, de qua in processu *fol.*68. in dotem ab eius fratre receperit scuta tercentum quinquaginta; inde propterea sequitur, quod sufficienter dotata intelligatur, nec ad supplementum dotis agere possit, ex eo, quod ad perfectionem summæ calculatæ scuta quadraginta vnum deficiant. Iste autem discursus, tanquam factus cum supposito vnius dumtaxat fratris, & impinguatione hæreditatis paternæ à quocunque ære alieno expurgatæ ad summam vsque scutorum bismil

bisimillium, omnem nocendi potentiam à fide impugnata de falsitate remouet, eoque magis, quia ex dicto D.Basaleæ in processu fol.113. & seq. ibi, *Vedendosi del figlio priuo, & della robba, morì, &c.* Intrat præsumptio, seu concludens probatio, quod hæreditas Georgij longè minorem quantitatem scutorum bis mille attingeret.
53. Testem verò à fisco inductum contra ipsum plenam facere probationem pluries diximus, ex Guazzin.*de defens.reor.*33.*cap.*14. *num.*11. & latius examinat Cyriac. *controu.*544. *n.*72. *& seq.* Bonden.*collect.*17.*sub num.*27.*vers.præterquam.*

Aliud extremum, seu principale fundamen-
54. tum Saluiani in hypotheca consistens, ex Pacific.de Saluian. post alios *inspect.*1. *cap.*5. *num.*1. Buratt.*decis.*257. *num.*14.*& in annot.sub num.*22. *& decis.*774.*num.*7.Thomat. *decis.Macerat.*101. *num.*1. in præsenti Iudicio Margaritæ deficere dicebatur. Quoniam solutione eius, quod debe-
55. batur pro dote materna, necnon ad ratam portionis in hæreditate paterna obligatio, & hypotheca extincta remansit, *l.pen.in princ.ff.de solut.*Cyriac.*controu.*374.*num.*14.Buratt.*decis.*283. *num.*1. vbi in terminis, quod resoluitur obliga-
56. tio pro dote materna ex solutione creditori facta, omnique in casu, cùm Reuer. D. Alexander per dotis constitutionem sorori factam, actiones, & Iura eiusdem acquisierit, ac in eius locum successerit, ad tradita per Caualer.*dec.*130. *per tot.* easdemque actiones, & Iura in emptorem domus transtulerit, inde sequitur, quod pro illis ab eadem Margarita molestari non valeat, vt in terminis decisum refert Franc. *decis.*80. *sub num.*21. quem sequitur Hodiern. ad Surd. *decis.*170. *num.*12. Et hæc transeunt inoffenso pede, postquam eadem Margarita patris, & matris hæredem se declarauit mediante persona eius fratris, per quam aditionem
57. actiones, si quas habuisset, confudisset, ac extinxisset, cùm in vna, eademque persona actio, & passio simul non concurrant, Iuribus cumulatis per Peregr. *decis. Patauin.*124.*n.*2. Cyriac. *contr.*162.*n.*38.

Propter ineptitudinem Iudicij, & incompetentiam actionis prætensam falsitatem, crimine exemptam, atque impunibilem iam demonstrauimus, quibus insuper actorum nullitas accedit; quippe quoniam D.Basalea exul à Collegio Iurisperitorum Mantuæ, nec habens decretum Cancellariæ Procuratoris munus in Iudicio obeundum suscipere, minúsve exercere, absque lapsu in nullitatem processus impunè non potuit, ob resistentiam dispositionis Statuti, seu
58. Ordinis sub die 20. Nouembris 1445. promulgati, tenoris, vt infra: *Mandatum Illustrissimi Principis, & Excellentissimi D. nostri D. Marchionis Mantuæ, &c. Quod nemo possit procurare in hac Ciuitate Mantuæ coram quibuscunque Iusdicentibus, nisi habuerit speciale mandatum in scriptis à Cancellaria prædicti Domini, sub pœna Ducatorum viginti quinque pro quolibet, & omnis processus, & acta formata ab eis in quibusvis Causis, & litibus, tam criminalibus, quàm ciuilibus, incipiendo à die data huius Mandati, nullius sint roboris, nec valere possint, aut debeant. Et præsens*
59. *Constitutio seruari debeat.* Falsitas autem ex processu nullitatis labe euidenter conspecto citra auctoris dolum resultans, neque etiam pœna extra ordinem, vel arbitraria punibilis non reputatur, Gabr. *lib.*7.*conclus.*5.*num.*9. Farinac. *de falsit.quæst.*150.*num.*363.*& seq.* Mascard. *de probat.concl.*739.*n.*13.*& seq.* Gallup.*in prax.p.*2.*c.*27. *num.*31. *&* 32.

Nec obstat si adhuc replicaretur falsitatem huiusmodi nociuam, saltem potentia dici posse, ex quo validè, & ordinatim reassumendo causam contra hæredem ad pinguiùs dotandam obstringeretur; nam præterquam quod in facto non subsistit replicatio, attenta dotis cōgruitate, ac competentia superius per nos ad oculum demonstrata. Euitaretur insuper replicatio, ex quo eadem Margarita fratris, ac in consequentiam parentum hæres extitit; ideoque cessat omnis actio, cùm non detur contra se ipsam, nec actio, vel passio in eodem subiecto, & persona concurrunt, vt latissimè prosequuntur Pacific. de 60.
Saluian. *inspect.*5.*cap.vnic. num.*138.*& seq.* Hodiern.ad Surd.*decis.*170. *per tot.* Ciarlin.*controu.* 50. *num.*14. Inanis ergo euadit omnis conatus pro inducenda falsitate punibili, & vbi subesset dubium, tunc ad falsitatis exclusionem omninò indicandum veniret, Farinac.*quæst.*153.*n.*192. 61.
& 193.*dicta controu.*131.*num.*46.

Ex quibus fundamentis ineuitabilibus falsitatem non extare, & quatenus subesset, criminosam non censeri conuincitur. Vnde D.Basalea, qui tam processum ciuilem, quàm criminalem ineptè, ac perperam instruxit, ac respectiuè excitauit, tanquam auctor damnorum, ad eorum quoque emendationem obstringitur; erga Ducalem Cameram, quæ frustrata remansit spe concepta, sibique per eundem indita egregiam consequendi condemnationem; erga nostros Principales, qui damna, expensas, atque incommoda, attentata cum famæ, & honoris denigratione perceperunt; erga Margaritam, quæ inutiles iniquissimæ litis sumptus, indebitè vexato Guasta Robba suscepit. Non solùm ex vulgari axiomate, damni causam qui dedit, damnum 62.
dedisse videtur, ac illud emendare cogitur, *l.cum duobus* 52.*§.damna, & §.quidam sagariam, in fine, ff.pro soc.* Bursat. *cons.*139.*num.*13. cum adductis per Cyriac. *controu.*165. *num.*19. Verùm etiam quia Procurator ex ineptitudine, ac negligentia 63.
agendi obligatur ad damna quæcunque exinde accidentia erga omnes in damno existentes, Salon.2.2.*quæst.*21.*art.*2.*contr.*1.*conclus.*1.Ala Conciuis meus *de Aduocat.& Causidic.Christian.q.*34. *&* 35.*p.*1.Fontanell.*dec.*196.*n.*5.*&* 6.*& dec.*199. *n.*7.Rim.*cons.*646.*n.*18.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad beneplacitum dicitur ad vitam, & sine iusta causa reuocari nequit. Regulariter annalis præsumitur, & de anno in annum renouata, n.*2.*Operarum in perpetuum fieri non potest, quia esset species seruitutis, n.*3.*Contra, n.*10.*Collata in arbitrium alterius ex contrahentibus non sustinetur, n.*4. *In dubio etiam quoad tempus facta intelligitur iuxta solitum, n.*5. *Perpetua ex verisimilitudine præsumitur, n.*6.
7 *Contra locatorem in dubio pronuntiatur.*
8 *Aduocatus conductus excusatur si operam non præstat, dum non requiritur, eique salarium conuentum debetur. Non potest expelli è domo conducta, num.*22. *Ad euitandam ingratitudinem præfertur in conductione domus, n.*23.

9 *Aduocato*

9 *Aduocato salarium debetur non pro modo laboris, sed ratione probitatis, & scientiæ.*

11 *Locator, & Conductor ad imparia non indicantur.*

12 *Clausula*, ad beneplacitum, *in contractibus operatur, vt sine iusta causa contractus reuocari valeat ab ea parte, in cuius beneplacitum reuocatio contractus collata extitit. Declara, vt n. 13.*

14 *Feudum concessum ad beneplacitum sine iusta causa reuocari nequit.*

15 *Precarium est, quod precibus petentis vtendum conceditur, quandiu is, qui concessit patitur, hoc est non reuocauerit.*

16 *Mediator ad testificandum admittitur, & probat.*

17 *Arbitratores extraiudicialiter circa adducta in actis coram se informationes assumunt.*

18 *Iuramento constito de substantia contractus eiusdem tempus, atque duratio probatur.*

19 *Minor si tacuit per quinquennium post maiorem ætatem non potest amplius impugnare contractum rei stabilis à se factum sine solemnitatibus ex causa onerosa.*

20 *Contractus idem est nullus respectu minoris, & validus respectu maioris.*

21 *Statutum Mantuæ prohibet contractus factos à minoribus sine solemnitatibus, vllo vnquam temporis spatio validari post maiorem ætatem, declaratur procedere in validitate resultante ex solo beneficio temporis secùs ex aliquo actu positiuo.*

Obseru. CXXXVII.

VERSAMVR in casu conductionis, non quidem operarum, sed Aduocati simpliciter, cui propterea tam tempore belli, quàm pacis ex conuentione honorarium vniforme assignatum extitit scutorum triginta annuatim, vltra vsum, & habitationem interim domus. Vnde cùm in vita nostra, eaque durante non adsit momentum aliquod, quo lites habemus, aut sine litibus vitam trahimus; inde sequitur conductionem huiusmodi toto vitæ cursu factam censeri, etiamsi admitteremus initam ad beneplacitum; quippe quoniam locationem, & conductionem fieri ad vitam, & ad beneplacitum in idem coincidunt. De altero ex prædictis duobus fundamentis, quo mouemur in facto ex fide mediatoris constat, de altero ex confessione partis aduersæ iudicialiter emissæ, vt in processu, ibi, *Non enim D. Aduersans potest pratendere fuisse ipsius operas perpetuò, scilicet ad vitam locatas pro patrocinio præstando in causis infrascriptorum, quia nulla erant causa perpetua, sic propterea non potest dici conductus, nisi ad beneplacitum, & talis censeri debet domus locatio.*

Reassumendo igitur fundamentum ex propria aduersantium oris confessione resultans, locationem scilicet ad beneplacitum emanasse, exinde indubitata Iuris conclusio emergit, iuxta
1. quam locatio facta ad beneplacitum dicitur ad
vitam, & sine iusta, ac legitima causa irreuocabilis, Capyc. *dec.* 116. Caroc. *de locat. fol.* 243. *q.* 12, *n.* 13. Surd. *decis.* 265. *n.* 55. *& seq.* Scrader. *de feud. p.* 8. *c.* 1. *n.* 15. Menoch. *cons.* 804. *n.* 73. *& seq.* Osasc. *dec.* 144. *n.* 13. cum infinitis, qui adduci possent, & cumulati habentur per Giurb. *de success. feud. prælud.* 1. *num.* 26. *&* 27. vbi quod quælibet concessio ad beneplacitum facta, sine iusta causa reuocari nequeat, & vsque ad mortem duret, ea ratione, quia beneplacitum boni viri arbitrium significat; sed nemo vir bonus sine iusta causa auferret vnquam concessionem alicui factam, ideò fatendum venit locationem, de qua agitur, omninò irrertractabilem esse, & vsque ad mortem duraturam.

Ex quibus patet non resistere, seu nō applica-
rì, quod locatio regulariter annalis præsumatur; 2.
ac de anno in annū renouata, quoad prædia rustica, & quoad vrbana, donec quis habitauerit, Gratian. *decis. March.* 19. *n.* 1. 2. *&* 3. vbi de conductione operarum Aduocati, Surd *d. decis.* 265. *sub n.* 23. *versic. similiter non obstat*, quodque nemo possit ad vitam, vel beneplacitum, & sic perpe-
tuò operas locare, quia esset species seruitutis 3.
prohibita, vt *in l. Titio,* 70. §. *Titio, ff. de condit. & demonstrat.* Surd. *cons.* 460. *num.* 1. *& seq.* Staiban. iun. *resolut.* 47. *num.* 39. *& seq.* Quinimò locatio sic concepta, tanquam collata in arbitrium
Conductoris, ab initio nulla, atque insubsistens 4.
diceretur, Surd. *d. cons.* 460. *num.* 3. Staiban. iun. *resol.* 47. *n.* 44. *&* 45. & faciunt tradita per Grat. *discept. forens.* 534. *n.* 3. *cum seq.*

Quoniam singulis ex prædictis obiectionibus facillimè respondetur, & quatenus essemus in dubio circa durationem contractus locationis domus non intelligeretur emanatus de anno in annum, seu quoadvsque Conductor habi-
tasset, sed iuxta consuetudinem, & solitum in 5.
ordine ad statum, ac professionem ipsius Conductoris, vt notanter animaduertunt Doctores *in l. excepto,* 58. *C. locat.* Caroc. *in tit. de consuetudine, & solito, in suo tract. de locat. fol.* 349. *& tit. de locat. sine tempor. fol.* 55. Surd. *d. decis.* 265. *num.* 57. vbi Senatus Mantuæ non admisit, quin potius reiecit præsumptionem locationis vnius anni cum prorogatione in singulos, ex eo, quia in hac Patria ad plures annos regulariter locationes fieri consueuerunt; istud autem eo fortius in præsentiarum procedit, cùm non præsumatur Aduocatum velle periculo singulis annis mutandi domum se exponere, in hac Patria potissimum, in qua ex maxima Ciuium vrbanitate legum Peritis in conductionibus habitationum continuatio vsque ad mortem, vel recessum permittitur; ad quod nisi notoria essent exempla quamplurima adduci possent, quibus accedit,
quod ex verisimilitudine, atque coniectura in 6.
dubio locatio semper præsumitur perpetua, ex Ruin. *cons.* 61. *num.* 3. *lib.* 1. vbi ponderat verisimilitudinem ex vniformi solutione pensionis, quæ etiam hìc occurrit, quem sequitur Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 60. Surd. *d. dec.* 265. *num.* 55. *&* 56. Præterquam quod semper inter-
pretatio fit aduersus locatores, quibus imputan- 7.
dum, si legem apertiùs non dixerint, *l. veteribus,* 40. *ff. de pact.* & ita explicat Caroc. *de locat. & conduct. q.* 3. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 54. Cyriac. *contr.* 151. *n.* 22. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 11.

Ad alterum verò de locatione operarum, tam tempore, quo DD. fratres de Beuilacqua haberent causas, & lites, quàm quando non haberent, replicatur huiusmodi pactum non inducere perpetuam seruitutem, cùm non obliget ad

semper aduocandum, quantumvis in casu alicuius controuersiæ ipsis fratribus motæ aduocare teneretur, quoniam in munere Aduocati obeundo non requiritur continuata operatio, cùm sufficiat, quod per susceptum in Aduocatum non stet, quominus paratus sit patrocinium exhibere, si contingant lites, & quæcun-
8. que cessent impedimenta; quia Aduocato salarium debetur, etiamsi nihil in causa gesserit, quandò per eum non stetit, quominus ipse suas operas præstiterit, ad vulgare responsum Natt. *in conf.* 452. *num.* 2. *ac per tot.* Bim. *conf.* 199. *num.* 24. *& seq.* & prius *conf.* 185. *num.* 41. Rot. *decis.* 330. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* Duran. *decis.* 53. *num.* 4. Laurent. Vrsell. *conclus.* 60. *num.* 22. *in verbo Aduocatus,* Cavaler. *decis.* 520. *num.* 1. Buratt. *decis.* 69. *num.* 9. *& in annot. num.* 13. *&* 14. Ea mouentur præcitati Doctores ratione, quia huiusmodi præstatio Aduocato assignata non
9. datur præcisè ob solum laborem, & operam, sed etiam propter scientiam, & probitatem, atque in honorariam recognitionem, seu remunerationem, Bart. *in l.* 1. §. *Diuus, ff. de var. & extraord. cognit.* Cæphal. *conf.* 70. *num.* 7. *& conf.* 71. *num.* 2. Surd. *conf.* 42. *num.* 3. Bim. *conf.* 103. *num.* 13. vbi quod Iurisprudentia in Aduocato pretio æstimari nequeat, quod reperit Magon. *decis. Florent.* 12. *num.* 1. Duran. *d. decis.* 53. *num.* 4. Quæ quidem ratio fortiùs militat in præsentiarum; siquidem honorarium conuentum apparet etiam cessantibus causis, & litibus, sicque non contemplato labore, & operibus, quo casu indifferenter debetur, vt conciliando contrarias opiniones animaduertit Laurent. Vrsell. *d. conclus.* 60. *num.* 23. *versic. unde concorda.* Præterquam quod nullo Iure vetita
10. apparet locatio operarum in perpetuum, quin potius omni Iure permissam suadent tradita copiosissimè per Gratian. *discept. forens.* 185. *n.* 18. *cum seq. ac per totam.*

Nec releuat, quod contractus pendere nequeat ex beneplacito alterius ex contrahentibus, quoniam in facto non subsistit suppositum remissionis in beneplacitum D. Locatoris pro resolutione contractus, seu extinctione eiusdem locationis, quoniam debet intelligi de vtriusque contrahentis arbitrio, non solùm
11. quia locator, & conductor ad imparia iudicari non debent, Cyriac. *controu.* 151. *num.* 14. *& seq.* Surd. *conf.* 400. *num.* 29. Gratian. *discept. forens.* 376. *num.* 24. *& discept.* 534. *num.* 55. *& in annot. ad num.* 57. *in fin. tom.* 3. *& discept.* 606. *num.* 16. *& seq. & discept.* 740. *num.* 13. *& seq.* & in terminis Riminald. Iun. *conf.* 650. *num.* 1. verùm etiam quia in facto, ex fide nimirum D. Signoretti mediatoris conuincitur, nonnisi vtriusque partis concurrente beneplacito contractum locationis dissolui posse, quam fidem plenarium probationis gradum facere inferius demonstrauimus.

Quibus neque resistit, quod clausula, *ad beneplacitum*, inserta in contractu operetur, vt quandocunque etiam sine causa reuocationi
12. eiusdem contractus per habentem beneplacitum locus fiat, vt signanter animaduertit, & distinguit inter contractus, & alias concessiones ad beneplacitum factas, Rota *decis.* 200. *à numer.* 46. *par.* 7. *recent.* nam, vt optimè in dicta facti specie considerarunt Domini Auditores, res non versabatur in terminis concessionis ad beneplacitum, sed istud cadebat super facultate reuocandi, & insuper aderat altera clausula 13.
importans liberum arbitrium, vt in *dicta decis.* 200. *num.* 53. *p.* 7. *recent.* ibi, *& quando in facultate reuocandi concessionem feudalem adest clausula non tantùm pro beneplacito, sed etiam pro libito voluntatis*, aliàs concessione feudi ad beneplacitum simpliciter emanata, quod reuocari nequear, ma- 14.
gis communiter tradunt feudistæ, de quibus apud Giurb. *de success. feud. prælud.* 1. *n.* 26. *&* 27. & faciunt tradita per Staiban. iun. *resol.* 47. *n.* 1. 2. *&* 3. Deinde in casu Rotæ non agebatur præcisè de contractu, sed de concessione titulo precarij, hoc est ad petitionem recipientis emanata; precarium enim est, quod precibus petenti 15.
vtendum conceditur, quandiù is, qui concessit, patitur, hoc est non reuocauerit, *l.* 1. *ff. de precar. c. vlt. extr. eod.* Molin. Theolog. *de contract. disput.* 298. *num.* 1. quam etiam absque causa reuocari posse, post Bald. *in l. qui se patris*, 3. *sub num.* 33. *vers. & scias, C. vnde liber.* tenent Casanat. *conf.* 34. *num* 5. *lib.* 1. & alij, de quibus apud Rot. *d. decis.* 200. *num.* 46. *&* 47. *p.* 7. *recent.* vbi id præsertim militare statuit, quando aliquod temporis interuallum intercessit, præterquam quod fides prædicta mediatoris omnem prorsus in præmissis, & circa perpetuitatem contractus dubitandi ansam remouet, atque precarium excludit.

Redeundo nunc ad alterum fundamentum consistens in attestatione D. Signoretti mediatoris, & cuius opera contractus iam suam perfectionem receperat, nec inter partes subsistentia contractus in contrarium reuocatur, sed dubium dumtaxat circa eiusdem contractus durationem oritur; quæ quidem qualitas, cùm nequeat meliùs probari, quàm per mediatorem, 16.
hinc propterea eidē plena in hoc fides adhiberi debet, ex rationibus deductis per Rot. Genuens. *decis.* 188. *num.* 9. *&* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 1046. *n.* 18. Farinac. *de testib. quæst.* 60. *n.* 432. Surd. *decis.* 146. *num.* 25. & in terminis Mantic. *decis.* 6. *num.* 10. Buratt. *decis.* 775. *num.* 4. *& decis.* 844. *num.* 14. vbi quod mediator plusquam semiplenam, & quasi plenam probationem faciat, Rot. apud Merlin. *de pign. & hypoth. decis.* 32. *num.* 10. Andr. Censal. *decis.* 43. *num.* 66. Nec quod fides recognita non fuerit, minúsve iurata, quicquam releuat, tum quia coincidit cum confessione partis aduersæ, tum quia Illustrissimi Iudices procedere poterant etiam de amicabili compositione, & tanquam arbitratores, sicque 17.
extraiudicialiter ab attestante circa veritatem perpetuitatis contractus se informare debebant, vt fusiùs prosequitur Manent. *conf.* 76. *num.* 25. *& seq.* Cæterum constito sufficienter ex prædictis de substantia, & existentia contractus locationis, ac respectiuè conductionis, illius duratio, ac perpetuitas iuramento ipsius Aduoca- 18.
ti potuisset etiam probari, ad tradita per Rainer. de Forlin. *in l.* 1. *ff. de in lit. iuran.* & per Angel. *in l. si certis annis*, 28. *C. de pact.* Cæphal. *conf.* 297. *num.* 10. *& seq.* Surd. *conf.* 94. *num.* 25. 26. *&* 27. Osasch. *decis.* 96. *num.* 3. Cyriac. *controuers.* 229. *num.* 7. *&* 8. Leoncill. *decis. Ferrar.* 29. *numer.* 17. *& decis.* 34. *num.* 5. *& decis.* 100. *numer.* 7. Andr. Censal. *decis. Lucen.* 13. *num.* 1. *& seq.* vbi concludunt, quod constito de substantia actus, quantitas, tempus,

&

& qualitas iuramento habentis substantiam pro se, maximè vbi est persona legalis probetur; accedentibus potissimum coniecturis, quæ hic non desunt ex duratione per annos duodecim locationis, & vltra, ex eo, quia aduersantes ad beneplacitum initam fatentur locationem.

Quorsum autem DD. fratres de Beuilacqua fidem Baptismi alterius ex ipsis mox produxerint, non percipitur, stante lapsu quinquennij post perfectam ætatem illius, qui de tempore contractus se minorem prætendebat, adeovt intret conclusio
19. indubitata, quod nimirùm contractus à minore nulliter gestus, per taciturnitatem quinquennij à die perfectæ ætatis, ampliùs de nullitate redargui minimè possit, per text. *in l. final. C. si maior. fact. alienar. rer. hab.* Cyriac. *controu.* 308. *num.* 41. *&* 56. Andr. Censal. *decis. Lucen.* 66. *num.* 12. *&* 13. præ-
20. terquam quod non ideò contractus euaderet simpliciter, & absolutè nullus, sed solùm pro portione ipsius minoris, *l. vnica, C. si in commun. ead. caus. l. tutor.* 47. §. *curator*, *ff. de minor.* Cyriac. *controu.* 198. *num.* 21. *& controu.* 387. *num.* 56. vbi in terminis, quod contractus respectu vnius possit dici nullus, & tamen quoad aliam personam sustineatur, quando gestus apparet cum duobus, quorum alter maior, alter verò minor sit, Manent. *decis.* 13. *num.* 36. Nec quicquam faceret allegare Statutum Mantuæ sub rubr. *de modo, & forma seruan. in contract. minor.* §. *nec possint*, vbi prohibet conualidari contractus ex solo temporis la-
21. psu; siquidem obiectum dupliciter euitatur, tum primò, quia Statutum non procedit in foro Episcopali contra personam Ecclesiasticam, tum secundò, ac multò magis, quia hic vltra lapsum temporis infiniti propemodum intercesserũt actus positiui, Manent. *decis.* 64. *num.* 18. & latiùs *cons.* 68. *num.* 2. *& per tot.* Cyriac. *controu.* 29. *num.* 64. *& seq.* & in terminis *controuers.* 441. *n.* 37.

Verumtamen prædicta ex abundanti dicta sint, siquidem vbi etiam cessarent pacta, & conuentiones expressæ de locatione domus ad vitam Conductoris, seu ad eius, & commune locatorum beneplacitum, adhuc ex peculiari priuilegio eius-
22. dem Aduocati, è domo conducta expelli minimè posset; etiamsi locatores expulsionem prætenderent sub clypeo indigentiæ domus locatæ, *cap.* 1. *extr. locat.* Cattar. *decis.* 97. *num.* 2. Caroc. *de locat. & conduct. tit. de libertat.* ad materiam, *l. nemo cui, C. locat. quæst.* 1. *num.* 16. *fol.* 148. Mart. Medic. *ad decis. Senen.* 28. *n.* 33. Mynsing. *obseruat.* 23. *num.* 3. *cent.* 4. Gratian. *discept. forens.* 357. *num.* 24. Franc. *decis.* 406. *sub num.* 7. *versic. & in locationibus*, ex quibus colligitur non benè sensisse Caren. *resolut.* 47. *num.* 4. *lib.* 1. dum dixit dispositionem *dicti cap.* 1. *extr. locat.* non extendi, nec procedere extra Collegium Bononiense. Quinimò vbi etiam conuentio specialis non processisset, minúsve adesset peculiare priuilegium de continuanda
23. conductione, non ideò Aduocatus de locatoribus optimè meritus expelli posset, sed cuicunque ob quandam conuenientiam, & ratione ingratitudinis euitandæ esset præferendus, ad tradita per eundem Gratian. *d. discept.* 357. *n.* 41.

SVMMARIVM.

1 *Confessione oris proprij nulla maior datur probatio.*
2 *Beneplacitum in contractibus in perpetuum intelligitur.*
3 *Mediator ad testificandum admittitur, & probat. Amplia, vt num.* 6. *Contra, n.* 4. *Distingue, vt num.* 5. *Ex Statuto Mantuæ in testem admittitur, num.* 8.
7 *Proxeneta differt ab amicabili mediatore.*
9 *Statutum Mantuæ quoad Iudicia in foro Episcopali obseruatur.*
10 *Locatio facta sine præfinitione temporis ad voluntatem Conductoris facta censetur. Cum pacto prælationis obseruanda, num.* 16. *Facta præsumitur sub pensione postea soluta, numero* 17.
11 *Aduocatus non potest expelli è domo conducta. Gaudet priuilegiis concessis Doctoribus actu legentibus, num.* 12. *Ex æquitate præfertur, in conductione domus, num.* 13. *Lucrum recuperat quod amittit defendendo causam propriam, n.* 21.
14 *Minor effectus maior recipiens operas Aduocati censetur approbare conductionem de Aduocato factam.*
15 *Conductori inuito locatore prælatio, & perseuerantia non competit.*
18 *Conductor expellitur etiam durante locatione ob necessitatem locatori superuenientem, si tamen concurrant requisita, de quibus, n.* 20. *Expellitur ob non solutas pensiones, num.* 23. *Fallit, vt num.* 24. *Declara, vt n.* 26.
19 *Iudex in actis, non aliunde potest se mouere ad iudicandum.*
22 *Aduocatorum in honorariis circa quantitatem Iudex arbitratur.*
25 *Caducitatem ad euitandam compensatio fit ipso iure.*

OBSERV. CXXXVIII.

IRREVOCABILEM duplici ex fundamento dixi locationem mihi factam per DD. fratres de Beuilacqua, & primò vti initam ad beneplacitum, quod ex confessione eorundem iudicialiter emissa probabatur, propria 1.
autem oris confessione nulla maior datur probatio, vt latiùs comprobaui *allegat.* 10. *num.* 148. *&* 149. *fol.* 170. *lib.* 1. Leoncill. *decis. Ferrarien.* 84. *num.* 8. *&* 9. Altograd. *cons.* 55. *num.* 11. Ioan. Bapt. Antonell. *cons.* 13. *num.* 12. Pen. *decis.* 183. *numer.* 9. Cuius conclusionis ratio concludens assignabatur, quia concessa in contractibus ad beneplaci-
tum perpetua, seu ad vitam duratura reputantur, 2.
vt præter adductos in altera Iuris allegat. animaduertunt Rim. iun. *consil.* 251. *num.* 9. Menoch. *de præsumpt.* 109. *num.* 14. *lib.* 3. Costa *de fact. scient. vel ignorant. distinct.* 67. *num.* 11. *cent.* 1. & *de remed. subsid.* 105. *num.* 6. Petra *de fideicom. quæst.* 8. *n.* 93. Socin. iun. *consil.* 63. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. Bursat. *consil.* 330. *num.* 145. *&* 146. quamvis isti duo posteriores in eorum casibus ad euitandam instantaneam correctionem contrarium defendant; quippè quoniam conductio ad tempus limitatum in sua origine facta apparebat, & faciunt tradita per Ruin. *consil.* 104. *num.* 8. *lib.* 5. & per Corn. *consil.* 235. *num.* 6. *lib.* 2. Tusc. *pract. concl.* 89. *num.* 10. *lit. B.* quatenùs volunt ad beneplacitum factam locationem nonnisi morte locantis extingui, quod repetunt Molin. Theolog. *de contract. q.* 489. *num.* 7. & *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 29. *in fine*, & alij apud Stephan. à Sancto Gregor. *de contract.*

lib.2. cap.45. sub num.1. vers. excipitur, Pinell. in l.1. part. 3. sub num.63. vers. dicitur præterea locatio ad longum tempus, C. de bon. matern. Gutierrez canon. quæst. lib.2. cap.8. sub num.24. vers. quod locatio, Decian. consil.83. num.6. lib.2. Petra de fideicom. dict. quæst.8. num.6. Fusar. de substit. q.525. num.21. Rot. decis.135. num. 2. part.7. recent. Pichard. instit. lib.3. tit.25. de locat. & conduct. §. mortuo conductore, num. 8. & seq. Deindè tanquam absque præfinitione temporis stabilita, & de hoc
3. ex fide D. Signoretti mediatoris concludenter constare dicebatur, vt præter adductos in priori Iuris allegat. num.16. admittunt, Mantic. decis.6. num.10. Buratt. decis.775. num.4. & decis.844. numer.14. Rota apud Merlin. de pign. & hypoth. decis.32. num.10. Raphaël de Turri in tract. de camb. disput.1. quæst.2. num.9. Moron. resp.84. num.24. & 25. Rauden. cons.49. num. 67. lib. 1. Neque in facti contingentia resistere videbatur, quod communiter à nostris traditur, seu etiam iure communi
4. diffinitur, mediatorem scilicet contractus non esse integrum, minúsve semiplenè probare, vt in Auth. de fid. instrum. Glos. in §. quoniam verò legam, in verbo prohibitione, Auth. de testib. Rimin. iun. cons.83. num.23. & cons. 836. num.46. & seq. Soc. iun. cons.12. num. 17. lib.2. vbi quod Proxenetæ, seu mediatores non sint idonei testes etiam volentes, nisi vtraque parte consentiente, Roman. cons.382. num.4. Coccin. decis. 392. num. 4. Surd. consil.327. num. 44. Ludouic. decis. Perus.95. per tot. Gratian. discept. for. 753. num.5. cum seq. Camuncul. decis.60. n.54. Cost. de remed. subsid.70. num.3. vbi inducit illud adagium, Per disaggio de Caualli gli asini trottanno alla battaglia; Caualcan. de testib. part.4. sub num.119. Matt. Anton. res.53. num.9. lib.2. Thom. Doc. consil.39. num.2. Monald. consil.118. num.34. lib.2. Scot. resp.9. num.10. lib.2. tom.1. & resp.23. num. 10. lib. 3. tom. 1. Decian. consil.55. num.21. lib.2. & consil. 62. num.63. & 65. lib.3. Iacob. Æmilian. consil.19. num.2. & 3. Castren. cons.250. num.4. lib.2. Purpurat. consil.56. num.5. Honded. consil.52. num.10. & 11. lib.1. Cels. Hug. consil.1. num. 38. Seraphin. decis.206. num.2. Zuccar. decis. Lucen. crim.31. num. 40. Bertazol. consil. ciuil.44. num.5. Bursat. consil.286. num.5. & consil.320. num.109. & seq. & consil.322. num.6. Ciarlin. controuers.116. num.32. & 33. Gaill. pract. obseruat.100. num.17. & 19. lib.1. Bapt. de Sancto Blas. inter resp. Martian. consil.76. num.8. Pancirol. consil.149. num.5. Gratian. consil.27. num.11. & 12. lib.2. cum adductis per Gabr. vbi de magis communi, de testib. concl.20. num.1. Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. num.26. Cyriac. controu.27. n.10. Pen. decis.534. num.10. Quoniam non per hoc in præsentiarum à prædicta assertione nobis fauorabili
5. recedendum venit. Fœdere namque distinctionis vtraque opinio ad inuicem conciliari poterit; vel enim agitur de perficiendo, vel retractando actu, & tunc cum exinde mediatori commodum, aut fauor resultare possit, ideò nullum probationis gradum præstat, & procedit secunda opinio, vel actu iam perfecto circa qualitatem, seu durationem actus contenditur; in quibus terminis opinio per nos amplexa sibi locum vindicat, quam distinctionem Doctores comprobant, & sequuntur, vt videre est apud Alex. consil.127. in fine, lib.7. Gabr. de testib. d. concl.20. num.8. Rot. Gen. decis.97. sub num.4. & decis.188. num.9. Mascard. de probat. concl.1036. num.18. in verb. mediator, Farinac. de testibus, quæst.60, num.432. Coccin. decis.415. num.2. Odd. consil.100. num.19. Gratian. discept.514. n.29. & 30. latè Rota decis.162. per tot. part.4. tom.2. recent. Quapropter cùm inter partes substantia contractus locationis in controuersiam non reuocetur, sed solummodò circa tempus eiusdem quæstio cadat, inde fit, quod ex fide mediatoris perpetuitas ipsius locationis concludenter probata resultet. Accedit insuper, quod mediator cùm non 6.
recusat testificari, ab vna tantùm ex partibus produci potest, & suo testimonio fides adhibetur, Soc. iun. consil.29. num.16. & consil.31. num.19. lib.2. cum adductis per Menoch. consil.92. sub num.85. versic. attamen cùm recusat, Lancellot. Gall. consil.67. num.29. & seq. Cancer. variar. resolut. cap.20. n.12. part.1. Mar. Antonin. variar. resolut.53. num.11. lib.2. Bertrand. consil.225. num.5. & 6. lib.3. part.1. Odd. d. consil.100. num.18. prætetquam quod non versamur propriè in proxeneta, seu mediatore, vulgo 7.
Sensale, sed in eo, qui amicabiliter ad contractum nos reduxit, qui propterea absque dubio in testem admittitur, Bald. consil.469. lib.2. quod duplicatur consil.370. lib.4. Bertrand. d. consil.225. lib.3. p.1. Mar. Antonin. d. resolut.53. num.9. vers. responsum fuit, lib.2.

Ista autem in foro laicali in ordine ad statutariam 8.
dispositionem, iuxta quam mediator in testem recipitur, ex Cyriac. controuers.546. num.116. Bursat. consil.286. sub num.21. vers. secundo præsupposita, fortiùs sibi locum arriperent, atque etiam in foro Episcopali, vbi in effectu verum præexisteret, quod Sacra Congregatio Antistiti Mantuano facultatem recipiendi Statutum laicale in sua Curia 9.
indulserit, iuxta decisiones Rotæ Romanæ in Mantuana Iuris pascendi, 26. Iunij 1628. coram Virili, & in eadem, 26. Martij 1629. coram Durano, impressas inter nostras allegat. fol.94. & seq. lib.1. Verumtamen quod locatio absque temporis præ- 10.
finitione emanata ad voluntatem Conductoris facta censeatur, admittit Ripol. variar. resolut. cap.12. num.359.

Ex priuilegio etiam peculiari legum peritis indulto concludebam non posse à conductione Aduocatum amoueri, quantumvis Dominus, seu 11.
locator sub prætextu propriæ necessitatis expulsionem prætenderet, vt tradunt ibidem cumulati Doctores num.22. quibus addo Genuens. in prax. Eccles. quæst.421. n.2. Leoncil. de priuil. pauper.331. num.5. Bardax. de Angel. ad Gizzarel. decis.5. n.12. Molin. Theol. disp.489. sub num.7. Et quamvis in scholaribus, & Doctoribus actu legentibus expressè loquantur, eadem tamen conclusio extenditur, seu etiam Aduocatos comprehendit; generale siquidem est, vt Aduocati, maximè in effectu 12.
causarum defensionibus incumbentes, eisdem prorsus fruantur priuilegiis, quibus Magistri alicuius Vniuersitatis gaudent, Franc. Marc. q.185. num.2. part.2. latè Gratian. discept. forens.186. n.3. & seq. Menoch. de arbitr. cent.4. cas.379. num.3. Laur. Vrsell. conclus.6. num.72. in verb. Aduocatus, San Felic. decis.56. num.5. Manent. consil.91. num.26. & 27.

Dicebam denique in fine alterius scripturæ legalis, ex æquitate omni in casu me cuicunque ea- 13.
dem pensione præferendum, vt etiam comprobat Marta vot.35. num.12. Tusch. conclus.422. num.1. & 3. litt.L. nec obstare quod de tempore locationis alter ex DD. fratribus de Beuilaqua in ætate minori existeret; nam cùm effectus maior ope- 14.
ram aduocationis simul cum fratre adhibuerit, conductionem ipsam, ac respectiuè locationem ratificasse

ratificasse censetur, vt ad rem optimè Surd. *decis.229. sub num.5.* Cyriac. *controu.*441. *num.*37. & faciunt tradita per Cenc. *de cens. quæst.*15. *num.*21. Leoncil. *decis.Ferrar.*183. *num.*1.

Verumtamen vbi in prædictis scrupulus aliquis adhuc subesset, cùm tamen irrefragabilia omninò reputentur (quãtumvis regulariter loquendo Con-
15. ductori inuito Locatore, nec prælatio minúsve perseuerantia in conductione competebat, etiamsi tantundem quantum quilibet alius pro pensione, exhibeat, *l.ne cui*, 32. vbi Gloss. *in verb. locandi*, cum eáque ibidem Doctores communiter, *C. de locat. & conduct.* Franc. *decis.*406. à Pont. *consil.*23. *lib.*1. Gratian. *discept. forens.*357. Mynsing. *obseru.*23. *cent.*4. Giurba *decis.*59. Gizzarel. *decis.*5. cum latè adductis per Merend. *controu. iur. cap.*10. *num.*2. *& seq. lib.*3. Cartar. *decis.*97. *num.*4. Caren. *resolut.*46. *lib.*1. vbi præcitati Doctores cum cæteris ab eis congestis comprobant Conductori antiquo nec prælationem, neque perseuerantiam reluctante Domino concedi;) ille cessaret ex epistola per DD. fratres mihi transmissa, seu ex illius particula, ibi: *Per conto della Casa, mentre ella vogly poi perseuerare nell' affitto, sarà sempre preferita ad ogn' vno*, &c. in executionem cuius, atque originariæ conuentionis per aliquot annos habitatio domus continuata extitit, vt acta, & processus indicant.
16. Vnde sequitur prælationem, & perseuerantiam ad beneplacitum, seu ad vitam in pactum vsque ab initio deductam maiorem recepisse firmitatem, adeo vt nullatenus in controuersiam reuocari potuerit, aut debuerit, per text. apertissimum *in l.ne cui*, 32. ibi: *Nisi fortè pacta per scripturam specialiter inita*, vbi Gloss. & DD. *C. de locat.* Caroc. *de locat. & conduct. part.*3. *sub tit. de libert. quæst.*1. *sub num.*4. *vers. nisi inter partes conuentum sit, vt non liceret Domino alij locare, quandiu ipse rem conductam vellet, & tantum dare, quantum alius, fol.*148. Rim. iun. *consil.*751. *num.*9. Mastrill. *decis.*309. *sub num.*8. *vers. nisi per pactum, & num.*19. Franc. *decis.*278. *num.*3. & *decis.*405. *num.*9. Gratian. *discept. forens.*357. *sub num.*37. *versic. quamvis hoc de pacto*, post Boër. *decis.*107. *sub num.*3. *versic. item fallit si per pactum, in scriptis tamen factum ita esset conuentum*, ad idem conducunt tradita per San Felic. *decis.*109. *num.*4. & *decis.*300. *num.*3. Genuens. *in prax. Eccles. quæst.*421. *sub num.*4. *vers. quandò fuit facta promissio*, à Pont. *consil.*23. *num.*1. *lib.*1. Mynsing. *obseruat.*23. *sub num.*3. *vers. vel si per pactum, in scriptis tamen factum, ita conuentum esset, quod non liceret Domino alij locare, quandiu is rem conductam habere vellet, & tantum præstare, quantum alius, cent.*4. Matt. *vot.*35. *n.*15. Leoncill. *de priuileg. pauper.*231. *num.*1. *in fine*, Gizzarel. ibíque adden. *decis.*68. *per tot.* Et licèt ibi in eadem particula epistolæ de pensione conuentâ non appareat, nihilominus facta præsumi-
17. tur sub ea pensione, de qua solutiones, vt in receptionibus, emanarunt, Bald. *in l.si certis annis*, 28. *num.*9. *C. de pact.* Felin. *in cap. cum Berthodus, num.*40. de re indic. Alex. *consil.*107. *num.*2. *lib.*1. Crauet. *consil.*294. *vers. vigesimoprimo*, ibi: *Similiter si apparet locatio sine pensione, præsumitur in dubio facta sub ea pensione, quæ postea soluta sit*, quia talis præsumitur causa, qualis per effectum solutionis demonstratur, Caroc. *de locat. & conduct. part.*1. *sub tit. de merced. omiss. quæst.*2. *num.*8. *fol.*7. Rim. iun. *consil.*751. *num.*9. *& seq.* Mantic. *decis.*268. *sub num.*1. *versic. primum*, & *de tacit. & ambig. lib.*3. *tit.*2. *sub num.*5. *versic. item locatio*, Rot. apud Fenzon. *ad Statut. Vrb. decis.*177. *vers. vnde intrat conclusio.*

Quibus neque resistit, quod extraiudicialiter DD. fratres de Beuilaqua vociferari intelligo, nimirum ipsos agere ad resolutionem locationis sub prætextu indigentiæ, eáque intentione non ampliùs domum ipsam locandi, sed eam inhabitandi; Conductor enim præter conuenta expelli 18.
potest, si locator ex necessitate post contractum obuenta vti re locata cogatur, *l.æde*, 3. vbi DD. communiter, *C. locati, cap. propter, ex eod.* vbi pariter omnes Canonistæ, Mart. Medic. *ad decis. Senen. examin.*28. *num.*16. Gratian. *discept. forens.*534. *n.*48. & *in fine eiusdem tomi in addit. folio* 681. *& discept.*740. *num.*1. *& seq.* Bursat. *decis.*295. *per totam.* Tum quia de hac prætensione in actis ne verbum quidem, Iudex autem ex processu, non aliunde 19.
sumere potest informationes, & mouere se ad iudicandum, Ludouis. *decis.*1. vbi Add. *n.*5. Thomat. *decis. Macerat.*78. *num.*6. Post. *de manutent. obseruat.*97. *num.*14. cum adductis per nos in causa spolij pro Excellentissimis DD. Iugalibus ab Austria. Tum quia omni in casu hic requisita neces- 20.
saria ad expellendum Conductorem priuilegiatum non concurrunt, quæ sunt plura, vt videre est apud eundem Mart. Medic. *ad decis. Senen. d. examinat.*18. *per tot.*

Iusta demum, atque legitima omni iure censenda venit prætensio expensarum, atque honorarij pro patrocinio huius causæ meæ præstito, dum interim aliis causis, mihi nunquam deficientibus, vt notorium in hac Patria existimamus, incumbere non potui. Aduocatus enim propriam cau- 21.
sam defendens, ratione victoriæ expensas tametsi non consequatur, sumptus tamen occasione litis in processu erogatos, damnáque ex eius persona obuenientia iustè obtinet, ad theoricam Bartoli *in l.stipulatus*, 45. *ff. de fideiuss.* Castr. *in l.final. C. de fruct. & lit. expens.* Valasc. *consult.*25. *num.*24. vbi vlteriùs sustinet deberi Aduocato in propria causa patrocinanti, in casu victoriæ, salarium, Boër. *decis.*210. *num.*3. Menoch. *de arbitr. cas.*154. *num.*5. Cost. *de port. rat. quæst.*122. *num.*18. Mynsing. *obseruat.*2. *cent.*1. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.*92. *lib.*3. *num.*28. & 29. Camill. Borell. *in sum. decis. tit.*65. *num.*113. *part.*1. Gratian. *discept. forens.*33. *num.*46. Ventrigl. *annot.*21. §. *vnico, sub num.*47. *vers. vtrum si Aduocatus, fol.*235. Vnde indubitatum redditur, quod vltra expensas in compilatione processus indebite consumptas, ratione lucri cessantis, ac damni emergentis, saltem dicti DD. fratres ad refectionem omninò teneantur in quantitate, quæ in ordine ad circunstantias facti per sapientissi- 22.
mum D. Iudicem erit arbitranda, ad mentem eruditissimi, ac primarij huius nostræ ætatis Iurisconsulti D. mei Læl. de Mancin. *in tract. de triplici Iuris collat. lib.*2. *cap.*192. *n.*10. *&* 11.

In facto autem non verificaretur prætensa cessatio biennalis in solutione pensionis, ita neque iuridica existimari debet actio ad expulsionem ex prædicta causa, quamvis regulariter Conductor ob 23.
non solutas in tempore pensiones expelli possit, Rol. *consil.*6. *num.*43. *lib.*1. Bursat. *consil.*233. *num.*1. Cyriac. *controuers.*158. *num.*21. Ferrant. Pargiar. *patrocin.*100. *per tot.* Robert. Marant. *consil.*29. *n.*3. & 4. Magon. *decis. Lucen.*45. *num.*1. Vin. *decis.*306. *num.*11. Zuccar. *decis. Lucen. ciuil.*77. *n.*2. Cancer. *variar. resol. lib.*1. *cap.*14. *num.*4. istud enim ad præsentem controuersiam non applicatur, Tum quia dum locatores contra expressam conuentionem de

24. de Conductore nunquam expellendo, cæterísque semper præferendo, expulsionem attentarunt, ipsis quoque affictuum solutio denegari potuit, ex latiùs deductis per Cyriac. *controuers.*158. *num.*15.& *seq.*& *controuers.*214.*num.*7. Tum quia si quid pro integra pensionum satisfactione deficiebat, id cum expensis indebitè erogatis, ac per prædictos
25. fratres reficiendis ipso iure, ad euitandam caducitatem excomputabatur, Honded. *consil.*38. *n.*18. *lib.*2. Altograd. *consil.*24. *num.*39. Tum demum quia præcitati Doctores in oppositum congesti in eam opinionem transeunt, quod illicò ob non solutos affictus, vel partem ipsorum expellatur Conductor ex supposito locationis ad breue tem-
26. pus, at in facta cum perseuerantia, ac prælatione ad semper, vti ad longum tempus emanata, ad incurrendam caducitatem, vt sit locus expulsioni, biennalis cessatio requiritur, *l.quæro*,56. §.*inter locatorem*, ibi: *Cùm secus Conductor biennij continui pensionem non solueret*, & *l.cum Domini*,58.*ff.locati*, Cyriac. *controuers.*214. *num.*14. Mart. Medic. *ad decis.Senen. examin.*28. *n.*7.& 9. Robert. Marant. *d.consil.*29.*num.*3. Mastrill.*decis.*193.*num.*4. Ioseph. Felin. & Cerez. *in sua Margarita, part.*1. *variar. concl. verb.Conductor, fol.*44. Bonacin.*de contract. disp.*3.*quæst.*7.*punct.*2. *proposit.*4. *sub num.*9. *versic. primus casus*, Carol. Ant. Moc. *in sylu. cas. forens. cap.*28. *num.*5. Quapropter cum in locatione ad longum tempus versemur, vt ex fide D.Signoretti formiter recognita, ex confessione partis aduersæ in iudicio emissa, & plurium annorum vltra decem obseruantia, ac demum in epistola in contumacia pro confessa pronuntiata liquido constat; consequens ideò fit, quod sub prætextu non solutionis affictuum expulsio prætendi nequeat, eoque maximè cùm etiam in facto, compensatione admissa, integrè solutas pensiones resultet.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca super bonis Tutoris expressè contracta posteriori dotis etiam expressæ præfertur. Fallit quoad bona post obligationem quæsita, num.*2. *Declara, vt num.*3. *Expressa non contrahitur nisi ex conuentione partium, num.*10. *Tacita tantùm datur in bonis administrantis bona minorum, num.*11. *Secus in aliis administratoribus, num.*15. *Tacita pupillorum in bonis administratoris præfertur cuicunque expressæ posteriori, num.*12. *Contra, num.*13.

4 *Tutor eatenus tenetur, quatenus eius administratio extenditur. In plus non obligatur, quàm pater pupillorum iusserit, num.*5. *Plures aliquando repræsentat personas, num.*6. *Mercatoris vices sustinet negotians pecunias pupillares iuxta præceptum patris, num.*7. *Conueniri non potest, nisi de gestis, tanquam talis, num.*8.

9 *Tutoris obligatio erga pupillos extinguitur executa mente Testatoris quoad bona.*

14 *Creditum dotale quoad hypothecam est æquè priuilegiatum cum credito pupillari.*

OBSERVATIO CXXXIX.

EX facti serie liquidò, ac distinctè enarrata in Iurium allegationibus per primarios in Ciuitate Neapolis legum Consultores in hac eadem causa editis, peregrina, & nondum alias, quod viderim agitata, suboritur examinanda quæstio, num scilicet Contutor, qui à seipso, & aliis Tutoribus, iuxta præceptum Testatoris, pecunias pupillares ad negotiandum recipere continuauit; quà talis, an verò quà Mercator de administratis rationem reddere, ac reliquatum restituere obstringatur, itavt illius ex hac causa creditores, nonnisi tacitam in bonis debitoris absque prælatione, seu nullam contraxerint hypothecam, ac consequenter obaudiendi veniant in prætensa auocatione bonorum iam pro assecuratione dotis vxori ipsius Contutoris assignatorum, habenti posteriorem per aliquot menses à die traditionis pecuniarum pupillarium ad negotiandum Contutori eius viro; expressam tamen hypothecam.

Duabus expressis concurrentibus hypothecis, 1. altera per prius fauore pupillorum in bonis Tutoris, altera per posterius fauore vxoris in bonis eiusdem Tutoris eius itidem viri, dubio procul causa pupillorum causæ vxoris præfertur, Salicet. *in l.assiduis*, 12. *num.*30. Bald. *num.*9. *C.qui pot. in pign. hab.* Socin. sen. *in l.*1.*num.*109.Ripa *num.*1.& Barbos. *num.*16. *ff. solut. matr.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.*7. *gloss.*2. *part.*3. *num.*2. Rota *decis.*150. *num.*3. *part.*7.*recent.* latè Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*3. *tit.*2. *quæst.*67. *num.*5. *ac per tot.* & in terminis Rota *post d.tract.decis.*79. *sub num.*1.*versic. præsertim cùm expressè hypothecasset pro huiusmodi administratione.* Prætterquam in bonis per maritum post contractam obligationem acquisitis, 2. in quibus vxor habens expressam posteriorem habenti anteriorem expressam præfertur, Trentacinq.*variar.resol.*9. *sub num.*4. *versic. si quis fortè*, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*11. *tit.*26. *num.*23. Pacific. de Saluian. *inspect.*3. *cap.*2. *num.*493. cum latiùs cumulatis pes Merlin. *de pignor.& hypothec. lib.*3.*tit.*2.*quæst.*68. *num.*6. quamvis ipse in contraria resideat opinione, Ioan.Franc.Andreol.*controuers.*9. *num.*10. *ac per totam*, vbi hanc partem veriorem, ac magis receptam profitetur, per text. *in l.si is*,28. *ff.de iur. fisci*, cuius verba refert *sub n.*13. *dicta controuers.*9. ibi: *Si is, qui obligauerat, quæ habet habiturúsve esset, cum fisco contraxerit, sciendum est in re postea quæsita fiscum potiorem esse debere*, &c. dotem verò fisco æquiparari, affirmare nemo vnquam dubitaret. Verumtamen quia creditum ob tutelam conflatum non minori priuilegio gaudet, quàm dos, & fiscus potiantur, itavt creditor ex causa administrationis tutelæ in bonis 3. Tutoris, etiam in postea quæsitis, fisco, ac doti præferri debeat, ad textum apertissimum *in l.fin. in princ.ff.qui pot.in pignor.hab.* cuius verba recenset Anton.Bellon.*consil.*41.*n.*27.qui & ipse contrariam nostræ opinionem, etiam cessante priuilegio, defendere contendit, Pacific. de Saluian. *inspect.*3.*cap.*2.*n.*483.Ideò superinde solidum fieri nequit fundamentum.

Ad quas difficultates euitandas succedebat considerandum, quod Tutores quà tales in reddenda ratione in plus non tenerentur, quàm ipsorum extenderetur rerum pupillarium administratio, 4. ac de rebus ad eorum manus peruentis, & per ipsos administratis, Bart.*consil.*239.*lib.*1. Rot.apud Pic. *ad statut. Vrb.decis.*56. *num.*8. & *decis.*310.*n.*5. *part.*5.*recent.*& *decis.*46. *num.*2.& 3. apud Merlin. *de pignor.& hypothec.* Vnde cum in facti contingentia ministerium aliud Contutores præstare non obligarentur, quàm consignare pecunias

D.Genesio

D.Genesio de Sanguinettis pro continuanda mercatura, idque illicò adimplenisse ostendant; consequens ideò fit, vt ad nihilum vlterius teneantur, quicquid postea de pecuniis pupillaribus in mercatura implicatis euenerit; siquidem Tutoribus
5. in hoc mandatum patris exequendo nihil penitùs imputari, aut ab eis vlterius exquiri potest, ad tradita per Socin. *consil.24. num.44. lib.1.* Gutierrez *de tutel. part.2. cap.9. num.15.* dum volunt, quod & si regulariter Tutor non possit ponere pecuniam pupilli ad aliquam societatem, vel exercitium, possit tamen quando hoc erat de stylo, & consuetudine patris ipsius pupilli, Decian. *consil.85. num. 33. & seq.* & *num. 40. cum sequent. lib.5.* quo loci concludit nil esse imputandum Tutoribus si in negotiatione secuti sunt stylum, & consuetudinem Testatoris, & eisdem personis, & ministris crediderunt, quibus & ipse defunctus credebat, etiamsi negotium euentum contrarium postea habuisset, quos in proposito refert, & sequitur Mart. Medic. *decis. Senens.90. num.8. & 9.* latè Thomas. *de Tutor. & Curator. tit.18. num.282.285.& 288.* & non eundo per mendicata, vt aiunt, suffragia, quod Tutor sequendo consilium Testatoris, & disponendo iuxta illius mentem de pecuniis pupillaribus, ad nihilum vlterius obstringatur, latiùs comprobat Rot. *dict. decis.46. num.5. & seq. ac per tot.* apud Merlin. *de pignor. & hypothec.* Magon. *decis. Florent.1. num.40.* Hinc ergo superflua, atque inanis redditur omnis altercatio circa prælationem inter vxorem, & pupillos iam à pluribus annis maiores effectos in bonis, atque effectibus ipsius Tutoris, ac simul viri, ex quo intuitu tutelæ iam expleuisse dicitur Testatoris mentem, quo peracto ab omni obligatione tutelari ad hoc dumtaxat præcisè coarctata absolutus euasit.

Sicque intrat, & applicatur disceptatio respectu anterioritatis considerata persona ipsius de Sanguinettis non amplius tanquam Tutoris, sed vti illius, qui pecunias pupillorum ad traficandum recepit. Nec in Iure nostro, & signanter in
6. hac materia nouum reputatur, quod vna, eademque persona, quoad diuersos respectus, & obligationes, plures repræsentet personas; aliquando enim consideratur tanquam Tutor, & fideiussor, Bald. *in l.omnes, 31. in princ. num.5. C.de Episc. & Cleric.* Gratian. *discept. forens.230. num.18.* Aliquando propriam personam induit, aliquando Tutoris, vt in expressione actus, quem gerit, Castillion. *consil.3. sub num.5. versic. id tamen fateor,* Mart.Medic. *decis. Senens.68. num.20.* & latissimè prosequitur Tomas. *de Tutor. & Curator. tit.19. num.4369. & duob. seqq. fol.937.* Cæterum omissis non facientibus indiuidualiter ad rem, quod in Iure non sit absonum, quod Tutor, &
7. Tutoris, & mercatoris personam, quoad interesse pupillorum, simul sustineat, ita quod per concursum plurium iurium in vna, & eadem persona idem sit, ac si in plurium personarum subiecto concurrerent, in proposito admittunt Socin. *consil.84. col.4. lib.1.* Magon. *dict. decis. Florent.1. num.43.* Tomas. *de Tutor. & Curator. tit.18. num 51.* vbi post alios insuper concludit, quod tunc Tutor negotiationem, & mercaturam pupilli nomine censeatur continuare, & latissimè exornat Mart. *consil.78. à num.6.* vbi quod Tutor præpositus mercimonio, dicatur principaliter institor, & quà talis se gerat, & obligetur.

Cùm igitur ex prædictis liqueat D. de Sanguinettis alio nomine, nimirum mercatoris, non autem tutorio pupillorum negotia, & bona administrasse, exinde prouenit, quod in rationibus distrahendis, quà Tutor conueniri non debeat, sed quà negotiator, & mercaturam nomine pupilli de mandato Testatoris continuans; nam vt aliquis tutelæ nomine teneatur, & conueniri possit, actum 8.
nomine tutorio explicasse oportet, *l.1. §.1.* & ibi Gloss. *in verbo actionem,* & *l.3. ff.de eo, qui pro tut.* Doctor. *in l.cum quadam, 26. ff. de administ. tut.* Cum. *consil.88. n.2.* Port. *consil.147. n.92.* Mart.Medic. *d.decis.68. n.19.* Tomas. *de Tutor. & Curator. tit.36. num.214.*

Firmato ex superius dictis, quod D. Ginesius duplicem sustineret personam, alteram Contutoris, alteram verò institoris, seu præpositi pupillorum mercimonio; quodque non ex proprio, aut Contutorum, sed demandata per Testatorem electione mercaturam super pecuniis pupillaribus exercuerit, seu exercere continuauerit; exinde propterea fit, quod vnum negotium ab altero longè distet, & contradistinguatur, ac per consequens intuitu expressæ per Contutores obligationis susceptæ computa requiri non possint, aut reliquatus restitutionem hæredes prætendere in bonis Tutorum valeant. Eo enim ipso, quod in executionem legati Testatoris cunctas pupillares pecunias mercatori traficandas consignarunt, eorum 9.
omnimoda extincta remansit obligatio, vt non obscurè colligitur ex traditis per Surd. *consil.16. num.15. & seq.* quem refert, & sequitur Gratian. *discept.336. n.32. & 33.* quoniam in facti contingentia dicti Tutores nullum aliud ministerium obire obstringebantur. Sicque actionem tantummodò hæredes habebant aduersus D. de Sanguinettis non amplius tanquam Tutorem, sed vti eorum mercaturæ præpositum, quo in casu cum sibi de speciali hypotheca non cauerint, minúsve eam Testator ordinauerit, nec vnquam expressa competat hypotheca, nisi contrahentes de eadem sibi 10.
prouiderint, *tot. tit. ff. & C.de pignor.* Pacific. de Saluian. *inspect.3. cap.5. num.40.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.7. gloss.2. part.2. num.21.* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.5. quæst. 37. num.1.* Ioan. Franc. Andreol. *controuers.92. num.7.* tacitam ad summum hypothecam habere, ac prætendere pos- 11.
set; & non quidem intuitu tutelæ, sed vigore administrationis de mandato patris susceptæ, Bart. *in l.actor, 9. num.7. ff. rem rat. hab.* Gutierrez *de tut. part.2. cap.16. num.15.* Munoz. *de ratiocin. c.39. n.16.* Merlin. *de pignor. lib.3. quæst.2. n.45.46. & 47.* vbi quod actoris, præpositi, & institoris immediatè ad instantiam pupilli, seu minoris constituti bona tacitè obligata remaneant.

Quæ quidem tacita pupillorum hypotheca in bonis administratoris, tametsi cuicunque po- 12.
tiori etiam expressæ secundùm aliquos præferatur, per textum *in l.1. C.rem alien. geren.* Caualc. *de Tutor. & Curator. num.225.* cum adductis per Pacific. de Saluian. *inspect. 3. cap.4. num. 492.* Galganet. *de tut. part.2. tit.32. num.18.* Merlin. *de pignor. lib.3. quæst.2. num.11.* Attamen etiam pupillus cum aliis creditoribus concurrens vti- 13.
tur solùm prærogatiua temporis, Negusan. *de pignor. part.5. membr.2. num.19.* Bellon. *consil.41. sub num.28. versic. quia verum,* Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.3. dict. quæst.2. num.68. & seq.* vbi concludit, quod prælatio, & priuilegium pupilli in hoc militet solùm in Iure, & actione personali, præterquam quod obiectum in præsentiarum cessat

14. cessat propter concursum crediti dotalis æquè priuilegiati cum credito tutelæ, vt colligitur ex traditis per Burat. *decis.639.n.17.& seq.*

15. Hæc autem ex abundanti dicta sint, nam quod administratori citra fraudem, & seclusa tutelæ causa, ac titulo, nulla prorsus in bonis, neque etiam tacita competat hypotheca, voluerunt Gloss. & Doctor. *in l. si negotium*, 8. *ff. de priuileg. creditor.* Menoch. *consil.*851. *num.*46. Munoz. *de ratiocin. cap.*39. *num.*6. & clariùs explicat Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*92. *sub num.*10. *versic. negatur etiam in quolibet administratore à lege induci tacitam hypothecam*, cùm illa solùm fauore minorum speciali introducta sit contra bona Tutorum, vel Curatorum, non autem in aliis administratoribus; Cyriac. *controuers.* 282. *num.*26. Quapropter cùm D.Genesius procul ab omni fraude, & dolo, alióque nomine, quàm tutoris administrauerit, sequitur propterea, quod creditores ratione administrationis prædictæ, vel nullam prorsus hypothecam contraxerint, vel tacitam dumtaxat legalem nacti fuerint, & vtroque in casu non tam concurrere, quàm, & multò minus præferri creditò dotali, quantumvis in tempore posteriori prætendere Iure aliquo possint. Ex quibus concluditur plus Iuris hypothecæ, vel actionis pupillo non dari in bonis Contutoris ex causa mercimonij à tutela separata, quàm cuilibet in bonis cuiuslibet extranei ex eadem causa competeret.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio litterarum quas solemnitates requirat. Fieri debet per Iudicem, vel per Cancellarium in præsentia Iudicis*, num.2. *Litterarum probationem semiplenam inducit*, num.3.

4 *Iuramentum suppletorium intrat, concurrente semiplena probatione. Declara*, vt num.5. *Mulieri non defertur*, num.6. *Maximè non informata*, num.7. *Nec quando poterat concludenter probare*, num.8. *Nec periuro*, num.13. *Est remedium subsidiarium*, num.12. *Nec ex comparatione vnius periti*, n.14.

9 *Recognitio Scripturæ qualiter fiat*, n.10.& 11.



OBSERVATIO CXL.

PARTIS non eligentis in contumaciam, per vnicum peritum factam litterarum comparationem ad nihilum prorsus deseruire, dicebam, cum duo ad minus
1. in Ciuitate Ducali pro ineunda comparatione requirerentur, per textum *in l. comparationes*, 19. Cyn. Bartol. & omnes *Cod. de fid. instrument.* Alexand.*consil.*148.*num.*6.& *consil.*179. *sub num.*8. *lib.*2. Ioseph. Ludou. *decis. Perusin.*7. *numero nono*, Pigaut. *ad Statut. Ferrar. Rubr.*21. *sub numero* 40. *versic. cæterum fieri*, Cost. *de remed. subsid.*7. *num.*7. Menoch. *de arbitr. cas.*114 *num.*26. & 27. cum adductis per nos *allegat.*65. *num.*9. *lib.*3. vbi subiungebamus necessariam ex officio iudicis electionem alterius periti, ad effectum, vt comparatio litterarum aliquid releuaret; nec ista conclusio vllum, quod viderim, contradictorem habet.

Omisso insuper quod comparatio litterarum vt iuridicè facta dicatur, necesse sit vel quod immediatè ab ipso Iudice, vel quod à Cancellario in præsentia Iudicis succedat, Bald. *in Authent. sed nouo iure*, *col. penult. versic. sed dubitauit tamen*, *C. si cert. petat.* Angel. *in d.l.comparationes*,19.*col.*1. *C.de fid.Instrum.* Natt. *consil.*632. *num.*6. Roland. *consil.*26. *num.*25. *lib.*1. Surd. *consil.*187.*num.*25. Gratian.*disceptat.forens.*973.*num.*51. 2.
Negari igitur non potest, quin comparatio huiusmodi litterarum, non seruatis de iure seruandis, in diffugium simplex cum inutilibus expensis resoluatur; istúdque eo magis considerabile videtur, ex quo pars aduersa per Iurisperitos defenditur.

Nec suffragaretur, si repetitis solemnitatibus à Iure requisitis litterarum comparatio iterum fieret; exinde enim ex comparatione litterarum ritè facta nonnisi semiplena probatio resultaret, Cyn. & Bald. *in d. l. comprobationes*, 19. *C.de fid.instrum.* Purpur. *consil.*581.*sub n.*14.*versic. vltimo*, Roland. *consil.*26. *num.*12.& 13.*lib.*1. cum adductis per Surd. *consil.*187. *n.*24. dixi *allegat.*65. *num.*10. *lib.*3. 3.

Quæ quidem semiplena probatio quatenus vnquam ex repetita solemniter comparatione insurgeret, nihili facienda veniret, vti aliunde non adminiculata, nec per iuramentum supplenda, quemadmodum concurrente semiplena probatione fieri solet, *cap.fin.* vbi gloss. *de iur. iuran.* Doctores *in l. admonendi*, 31.*ff. eo.* Grat. *cons.*120. *n.*14. *lib.*1. cum aliis apud Thom. *de tut. & curator. tit.*19. *num.*2527. *folio* 699. Thesaur. *quæst.forens.*24.*sub num.*14.*vers. & quando*, *lib.*1. Cyriac. *controuers.*540. *num.*60. dixi *d.allegat.*65. *num.*17.*lib.*3. 4.

Siquidem fundamentum istud in reo sibi locum vindicat; at in actore plusquam semiplena probatio requiritur, Bartol. *in l.admonendi*, 31. *num.*57. *ff.de iur. iuran.* Eugen. *consil.*87. *num.*26. Thomas. *de tutor. & curator. tit.*19. *sub num.*2152. *ampl.*31.*fol.*701. 5.

Insuper sexus resistit, ex quo mulieres ad iurandum in supplementum nunquam admittuntur, Menoch.*de arbitr.cas.*190.*num.*16. Thom.*de tutor. & curator. tit.*19. *num.*147. *versic. mulieri*, *fol.*716. Cyriac. *controu.*37.*n.*53. 6.

Vlterius, quod omnem prorsus difficultatem remouere videtur, aduersaria vti degens tunc in Aula Sereniss. D. N. nullúmque cum Brixiano, & Nicolino habens negotium, minúsve de illorum charactere informata, iuramentum veritatis in supplementum subire non poterat; dum periti in arte scribendi vix de iudicio iuramentum præstant. Inter cætera autem, vt quis iuramentum istud subeat, informatio distincta requiritur, Gloss. & Bartol. *in l.maritus*, 20. *ff.de quæst.* Surd. *consil.*73. *num.*41. & *consil.*109.*num.*18. Gozzadin. *cons.*11.*num.*18.& 19.Menoch.*de arbitr.d.casu* 190. *num.*5.vbi requirit, quod sciat veritatem rei, super qua iurat per veram scientiam, Cyriac.*controu.*27. *num.*13. 7.

Tandem animaduertendum succedit, quod nunquam ob probationem semiplenam locus sit iuramento in supplementum, quando prætendens poterat concludenter probare, & neglexerit, iuxta auream Decisionem communiter receptam Iasonis *in d.l.admonendi*, 31. *sub num.*296. *versic.*35. *infertur*, *in* 2.*lect. ff.de iur.iuran.* In facti autem specie manum Brixiani pars aduersa probare potuisset, examinando testes informatos 8.

de

de illius charactere, ex eo quod notam haberent illius manum, cúmque pluries scribere viderint; inter quos præcipuè reperiuntur Auantius, & Madius Calculatores Senatorij, qui quotidie millies in dispungendis rationibus, æstimandis bonis, cæterísque ad eorum munus spectantibus peragendis simul conueniebant.

9. Probari autem Scripturam de manu alicuius per testes habentes notam manum scribentis, ex eo quod viderint eum scribere, nemo certè in dubium reuocaret, Socin. *in l. si ita scripsero*, 38. *num.* 11. *ff. de condit. & demonstrat.* Bursat. *consil.* 39. *sub num.* 25. *recognitio enim*, & *consil.* 103. *num.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 985. *num.* 4. Marescot. *variar. resolut. cap.* 99. *num.* 4. *lib.* 1. Anton. de Amat. *decis. Ferrar.* 2. *num.* 19. & 21. Leoncill. *decis. Ferrar.* 9. *sub num.* 22. *versic. immò quoad plenam*, Rota *decis.* 570. *num.* 2. *p.* 1. *diuers.* Coccin. *decis.* 193. *num.* 3. & *decis.* 450. *num.* 4. Merlin. *decis.* 398. *num.* 5. & *dec.* 612. *n.* 12. & *decis.* 614. *n.* 1. Pacific. de Saluian. *in spect.* 1. *cap.* 9. *num.* 48. Caball. *consil.* 150. *n.* 9. & 10. *lib.* 1. Gen. *de script. priuat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 225. & *seq.* Pigant. *ad Statut. Ferrar. rub.* 21. *n.* 34. *in fin.* Thomas. *de tutor. & curat. tit.* 19. *sub num.* 1452. *limit.* 35. *versic. contrarium*, ibi: *De stylo à Rota*, & in Tribunalibus firmantes mox citati Doctores, quod ex consuetudine recognitio facta per testes deponentes se habere notam manum scribentis, ex quo pluries viderint eum scribere, concludens exinde deducatur probatio, Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.* 84. *num.* 12.

Nec quicquam facit, quod ad effectum vt te-
10. stes probent, necessarium sit, quod in confectione scripturæ interuenerint, §. *sed & si quis*, *Auth. de instrum. caut. & fid.* Gram. *dec.* 84. Afflict. *decis.* 181. Matt. *Vot.* 45. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.* 84. *n.* 10. Pigant. *ad Statut. Ferrar. rubr.* 20. *n.* 29. Marescot. *var. resol.* 79. *n.* 1. *lib.* 1. cum adductis per Ferentill. ad Burat. *decis.* 143. *num.* 39. Anton. de Amat. *decis. Ferrar.* 2. *n.* 16.

Dupliciter namque huic obiectioni occurritur; & primo illam non procedere ob consuetudinem contrariam vbique locorum approbatam: deinde nec sibi de iure locum vindicare in quietantiis,
11. quæ sine interuentu, præsentia, aut subscriptione testium communiter fieri consueuerunt, Rot. *decis.* 343. *n.* 4. *part.* 1. *diuers.* Burat. *decis.* 143. *num.* 28. & *decis.* 582. *n.* 5. & *decis.* 658. *n.* 1. Anton. de Amat. *d. decis. Ferrar.* 2. *num.* 19. Pigant. *ad Statut. Ferrar. d. rubr.* 22. *n.* 34.

Cum igitur pars Carbonella alium probandi modum præter litterarum comparationem magis expeditum haberet, ad ipsam comparatio-
12. nem litterarum omninò subsidiariam confugere nequiuit, ex cumulatis per Cost. *de remed. subsid.* 7. *num.* 1. vbi quod hæc ipsa litterarum comparatio vltimum sit subsidium indagandæ veritatis ratione scripturarum, quoties neque testes, neque tabellio possunt exhiberi, vt de veritate attestentur Scripturæ, cuius lis vertitur, Thesaur. *quæst. forens.* 24. *sub num.* 16. *versic. & si non sint testes, recurrant ad comparationem*, *lib.* 1. Buratt. *decis.* 611. *num.* 8. Pigant. *ad Statut. Ferrar. d. rubr.* 21. *sub num.* 40. *versic. solet autem*, Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.* 84. *num.* 16. Rot. *decis.* 199. *num.* 21. *part.* 5. *recent.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 6. *gloss.* 3. *part.* 7. *num.* 10.

Multóque minus subire iuramentum sine periurio, quod alio probationis genere iuuari nullatenus poterat; adeò vt ratione etiam istius cui-

dentis periurij impediatur, ne iuramento in supplementum subiiciatur, Surd. *decis.* 326. *num.* 95. 13.
Afflict. *decis.* 36. *n.* 2. & *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 192. *num.* 2. & *seq.* Osasc. *decis.* 66. *num.* 5. Socin. *consil.* 136. *n.* 9. *lib.* 1.

Præterquam quod cum plures periti in com- 14.
paratione litterarum adhiberi potuissent, & saltem duo ex Iuris necessitate prærequirantur, & vnus tantum intercesserit; consequens fit, vt iuramento in supplementum via nullatenus aperiatur, Cyriac. *contron.* 29. *num.* 8. & 9. Surd. *cons.* 168. *num.* 36. & *decis.* 326. *num.* 92. & 93. Nec istud in comparatione litterarum in controuersiam reuocari potest, dum pro forma plures periti requiruntur, vt diximus in principio; Perinde igitur habetur, ac si litterarum comparatio non emanasset.

Ex quibus apertissimè conuincitur, quod D. Cardus vir in praxi iudiciaria, disciplina legali, & instructione causarum consummatissimus, in hac ducitur, & non ducit; Neque enim ipse in tot simplicitates circa ordinem iudicij, & merita causæ vnquam incideret. Maximè, quia comparationem litterarum ab vnico perito contra litteram textus, nostrorum traditiones, ac quorumcunque Tribunalium decreta fieri posse nemo sibi haud persuaderet.

SVMMARIVM.

1 *Donante, & vsufructuario mortuo fructus pendentes spectant ad donatarium.*

2 *Fructus pendentes pars fundi sunt. Percepti ab hærede augent hæreditatem fauore creditorum, num.* 3.

4 *Hæres præsumitur soluisse ex pretio rei hæreditariæ. Contra, num.* 7. *Sine inuentario tenetur satisfacere creditoribus defuncti, neque ei suffragatur, quod hæreditas non sit soluendo, n.* 5. *Contra, n.* 8. & *n.* 13. *Si soluat debita hæreditaria non succedit in locum creditoris, sed iurium cessio operatur liberationem, & extinctionem, num.* 6. *Declara, vt num.* 9. & *num.* 10.

11 *Bonorum acquisitio in sexagenario non præsumitur.*

12 *Donandi promissio fauore donationis habetur pro perfecta donatione.*

14 *Actione carens in iudicio non auditur.*

15 *Mandati fines diligenter custodiendi sunt.*

16 *Dispositio limitata limitatum producit effectum.*

17 *Actio, & passio in eodem instanti non potest esse in eodem subiecto.*

18 *Præsupposito non verificato sententia corruit.*

19 *Confessio emanata in responsione ad positiones plenè probat.*

20 *Frater cum fratre concurrit ad expensas erogatas pro defensione bonorum communium. Etiam sequuta diuisione, n.* 22.

21 *Cedens in cessionarium ius, quod non habet, transferre non potest.*

OBSERVATIO CXLI.

TRES adhuc aliæ occurrunt quæstiones in causa vtrinque Andreasia enucleandæ, quarum prima versatur circa onera super Curia

Marzettæ, existentia, quantum sit respectu eorum, quorum solutio ex sententia Illustriss. D. March. Alexandro iniuncta extitit. Secunda consistit circa condemnationem de eodem D. Marchione factam, quoad prædium Moleæ feudale Ducalis Cameræ per eum venditum, erogato pretio in solutionem debitorum, omnes Fratres tangentem. Tertia residet in eo, an Illustriss. D. Ludouicus agere possit ad refectionem expensarum, quas prætendit fecisse, vnà cum cæteris Fratribus, in causa Panizzia; & quatenus actio eidem competeret, an absque mandato, & cessione per Illustriss. D. Marchionem exerceri potuerit; & vbi actio illi competeret, istique actionis exercitium, num solus D. Marchio Alexander condemnari potuerit, omníque in casu pro dimidia dumtaxat ad reficiendum teneretur.

Pro clariori dilucidatione quæstionis primo loco propositæ, in facto prius supponendum venit DD. Lucium, ac Ioseph de Scansanis, & D. Alexandrum Folenghum acquisiuisse Curiam Marzettæ, ab Excellentissimo Duce Guastallæ, quantum sit pro portione nunc possessa ad fruendum per Illustriss. D. Barbaram de Folenghis, ipsorum de Andreasiis matrem, vsque sub die 13. Februarij 1587. dictus D. Lucius de Scansanis suum condidit, quo cum decessit, Testamentum, sibi hærede vniuersali instituto præfato D. Ioseph eius fratre, qui illius hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij adiuit sub die 19. Decembris anni subsequentis 1588. omnium eius bonorum præsentium Iurium, atque actionum dictus D. Ioseph solemniter donationem fecit D. Vincentio de Folenghis, reseruata sibi facultate ex illis testandi de scutis mille, & cum declaratione, quod bona per eum ex vsufructu, seu aliter quomodolibet in futurum acquirenda, in eadem donatione non comprehenderentur, quinimò de illis reseruata sibi facultate ad beneplacitum disponendi, & vbi de eis non disponeret, peruenirent in ipsum D. Vincentium donatarium sub die 14. Martij 1600. quem postea ex eis, quo cum decessit Testamento, hæredem instituit, legando scuta decem annua Ven. Societati Sanctiss. Virginis Mariæ Ferriatæ, cum aliis relictis, de quibus in dicto Testamento condito 17. Maij 1602. & eius mors successit die 13. Martij 1605.

D. Vincentius de Folenghis, tanquam prædictorum omnium emptorum hæres, de eodem anno 1605. die 20. mensis Iunij, soluit in vna manu Agentibus præfati Excellentiss. D. Ducis in computum pretij scuta sexcentum quinquaginta, & libras quatuor; & in alia manu reportauit quietationem pro aliis scutis quingentis per eundem D. Folenghum solutis, vsque sub die prima eiusdem mensis, & anni, cum reseruatione quoad liuellos ineundorum computorum; tandem die 19. Nouembris anni 1607. idem D. Vincentius de Folenghis soluit ad computum prædictum ducatonos bismille à lib. 5. & sol. 18. paruorum Mantuæ in singulo ducatono.

Ex prædicta facti serie, colligitur D. Marchionem Alexandrum in hoc capite sententiæ, seu relationis fuisse etiam pluribus grauatum, & primo quatenus supponitur D. Vincentium de Folenghis à die obitus D. Ioseph Scansani, vsque ad diem solutionum factarum, alterius sub die prima Iunij, alterius sub die 21. eiusdem mensis, & anni 1605. percepisse fructus ex dicta hæreditate, quod sufficerent pro solutione, adeo vt de bonis eiusdem hæreditatis, non autem propriis soluisse dicatur, & conseqenter nullum ius pro dicta solutione in bonis D. Scansani acquisierit, minúsve in suos hæredes transmittere potuerit; istud namque suppositum in seipso corruit, quippè quoniam à die obitus D. Scansani secuti die 13. Martij 1605. vsque ad dies dictarum solutionum de mense Iunij subsequentis factarum, non intercessit aliqua fructuum collectio, & quatenus intercessisset in augmentum hæreditatis, seu donationis, cessisset. Mortuo namque donante, & vsufructuario, fructus pendentes spectant ad donatarium, *l. postulante*, 44. §. *sed in huiusmodi, ff. ad Trebell. l. defuncta*, 58. *alias* 64. *ff. de vsufruct.* Bim. *consil.* 214. *num.* 2. 1.
Cyriac. *controu.* 397. *num.* 50. Staiban. iun. *resol.* 26. *num.* 13. 14. & 15. Leoncill. *decis. Ferrar.* 180. *num.* 1. latè Castill. *de vsufruct. cap.* 77. *num.* 1. & *seq.* vbi quod nec debeat haberi ratio temporis, quo eo anno vsusfructus durauit, siue vsufructuarius vixit, Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 7. *gloss.* 3. *part.* 15. *n.* 13. & 14. faciunt tradita per Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 44. *num.* 27. & 28. ea ratione, quia ius percipiendi fructus in defuncto à die obitus, finitur, & fructus pendentes ipsius fundi pars dicuntur, 2.
l. fructus pendentes, 45. *ff. de rei vindic.* Ludouis. *decis.* 430. *num.* 3. Vnde tantò minus habenda erit fructuum ab inde, & aliis annis collectorum ratio, quamvis enim D. Vincentius de Folenghis hæreditatem D. Ioseph adiuerit, non confecto inuentario, ac consequenter erga creditores hæreditatis, videretur teneri de proprio, ac multò magis ex fructibus eiusdem hæreditatis, cùm præcipuè ex pluribus constaret, ipsum de Folenghis notitiam habuisse æris alieni, quo erat affecta eadem hæreditas, in tantum quod ei neque beneficium inuentarij ad faciendum fructus suos suffragari potuisset; sed tunc in gratiam creditorum 3.
hæreditatem auxissent, per text. *in l. item veniunt*, 22. §. *item non solum, ff. de petit. hæredit.* Laderch. *consil.* 8. Cyriac. *controuers.* 294. *num.* 17. plenissimè Rot. *decis.* 304. *num.* 3. *ac per tot. part.* 5. *recent.* & *decis.* 2. *num.* 8. & *seq.* & *decis.* 131. *num.* 2. & 3. *ac per tot.* vbi tamen quod non teneatur hæres beneficiatus erga creditores defuncti, nisi tanquam detexerit ipsius hæreditatis debita, *p.* 7. *recent.*

Præterquam quod vltra fructus per eum interim perceptos vsque ad annum 1607. quo soluit ducatonos bismille; aderant etiam in hæreditate, vt supponitur, mobilia, & aliæ res, ex quibus præsumitur satisfecisse, sed omni in casu, ex quo non confecit inuentarium, soluta per ipsum repeti, seu dettahi nequeunt, cùm solutiones factæ tanquam ab hærede, ex bonis hæreditariis, ac defuncti factæ 4.
intelligantur, Castren. *in l. fin.* §. *in computatione*, *num.* 4. *C. de iur. deliber.* Surd. *decis.* 15. *num.* 15. Gratian. *discept. forens.* 170. *num.* 26. & *seq.* & hæres, qui non confecit inuentarium, habet præsumptionem Iuris, & de Iure contra se, & ideò non admittitur ad probandum contrarium; & propterea tenetur satisfacere in solidum, etiam de suo, nec au- 5.
ditur volens inopiam hæreditatis probare, Castren. *in l. ratione*, 11. §. *quod vulgo, sub num.* 5. & ibi Herculan. *colum.* 29. *fol.* 78. *vers. nam fatendum est, quod etiamsi hæres, ff. ad leg. falcid.* Bald. *consil.* 389. *sub num.* 19. *circa fin. col.* 1. Staiban. iun. *resolut.* 29. *num.* 51. Thomat. *decis. Macerat.* 43. *n.* 11. Cyriac. *controuers.* 5. *num.* 84. & 85. Buratt. *decis.* 521. *num.* 6. vbi quod hæres non conficiens inuentarium, teneatur erga legatarios de proprio, & *decis.* 293. *n.* 3.

vbi

vbi quod non conficienti inuentarium onus incumbat probandi non extitiſſe alia bona, Rot. *deciſ.39.num.2.ſeq.ac per tot.p.6.recent.* vbi quod hæres poſtquam adiuit hæreditatem, non poſſit ſe eximere ab obligatione contracta, ex eo, quod hæreditas non ſit notoriè ſoluendo, vel quod probauerit ad eum nihil perueniſſe.

Accedit inſuper, quod vltra ſolutionem factam, vti ab hærede, ipſe D.Vincentius, nec in actu ſolutionis, nec poſtea à creditoribus reportauerit iurium ceſſionem, quinimò vbi etiam ceſſio interueniſſet, illa non ſuffragaretur, quip-
6. pe quoniam cùm ſoluiſſet tanquam hæres, ac conſequenter debitor, inducta ſit extinctio debiti, non autem ſucceſſio in creditum, *l.1.* vbi Gloſſ. *in verbo accepiſſe, in 3. membro ſua diſtinctionis, C.de his in prior. cred. loc. ſucced.* Peregr. *de fideicom.art.52.num.34.* Rot. *deciſ.294.n.15.p.1.& deciſ.426.num.3.p.2.& deciſ.243.num.3.& 4.p.7. recent.*

Prædictis tamen nequaquam obſtantibus indubitatum exiſtimo adhuc D.Marchionem Alexandrum habere ius, & actionem conſequendi, ſeu inſiſtendi, quod ſoluta per D.Vincentium de Folenghis, cedere habeant incommodo, atque hæreditatis, ſeu bonorum D.Ioſeph de Scanſanis, tametſi dictus D.Vincentius non confecerit inuentarium; omiſſa enim quæſtione illa, an ſoluta per hæredem, cenſeantur de propriis, ſeu magis hæreditariis bonis, in qua diſtingui communiter ſolet, quod vbi res agitur cum fideicommiſſario vniuerſali, ſolutiones ab hærede præſumantur factæ de proprio ipſius ære, vt quando negotium vertitur cum debitoribus, ac legatariis particularibus; tunc vel præſumantur ſoluta de bonis in hæreditate debitoris defuncti reperta, vel nihil referat; de quibus ſoluta
7. appareant, vel præſumantur, ſtante quod ob non confectionem inuentarij ſemper cedunt ſolutiones incommodo ipſius hæredis; Fulgoſ. *conſ.81.* Phanut. *de inuent.par.7.num.44.* Roman. *conſ.276.num.7.* Bardellon. *conſ.9.num.24.& 25.* Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.668.num.1.* Rot. *deciſ.399. num.43.p.5.recent.* Duran. *deciſ.210.n.22.& deciſ. 393.n.1.* Hodiern. ad Surd. *deciſ.170.ſub n.9.verſ. reſponde quod hoc.*

Omiſſa, inquam, huiuſmodi quæſtione, dicimus ex facti ſerie omnem prorſus remoueri amaritudinem, neque in aliquo obeſſe inuentarij omiſſionem, ea ratione, quia quando aliunde, & incontinenti conſtat de ſtatu hæreditatis, ceſſat neceſſitas conficiendi inuentarium, neque inſurgit præſumptio aliqua doli, vel occultationis rerum hæreditatis, ob quam ſoluta per hæredem, repeti nequeant, & conſequenter tali
8. in caſu, non obſtante omiſſione inuentarij, hæres non tenetur, niſi pro iuribus hæreditariis; ad cuius aſſertionis comprobationem adducere ſoleo Cyriac. *controu.326.num.10.& controu.411. num.22.* Rot.Genuenſ. *deciſ.35.num.9.* Farinac. *conſ.96.n.52.& 53.* Montan. *de tutel.regul.5.n.46. fol.108.& regul.6.num.12.fol.112.* quos cum aliis allegat, & ſequitur Thomaſ. *de Tutor.& Curator. tract.1.tit.13. n.154.fol.111.* & in terminis addo Cancer. *var.reſol.cap.2. n.114.p.3.* Fontanell. *de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.5. n.47.& dec.46.ſub n.16.*

Et hoc ſtante, non officit, quod hæres debitoris ſoluens non ſuccedat in ius Creditoris, ſed extinguat debitum; declaratur enim obiectum
9. procedere quoad effectum agendi; non autem ad effectum excipiendi, ac retentionis, *l.1.C.qui pot. in pignor.hab.* Neguſan. *de pignor.3.memb.5.p. princ.ſub n.3.verſ.3.in terminis, & per tot.* Gratian. *diſcept.734.n.18.& diſcept.772.num.3.& diſcept. 269. per tot.* vbi plenius hunc articulum examinat, & à contrariis defendit, Botta *conſ.54.n.13.* dixi *allegat.22.num.13.fol.397.lib.1.* & exinde remanet quoque reſoluta obiectio excitata, circa extinctionem iurium per ſolutionem factam ab ipſo D.Vincentio hærede, cùm procedat, quandocunque per ſolutionem ius extinguitur irreuocabiliter, ſecus verò quando reuocabiliter ex 10.
prætenſione alterius creditoris, vel obligatione ſoluendi aliis, quemadmodum accidit in præſentiarum propter onus reſtituendi dotes D. Annæ Victoriæ de Luzzariis, ob quas illud ius, & hypothecam, quam habebat Excellentiſſ. Dux Guaſtallæ in re propria, ad effectum ſaltem retinendi reuixiſſet in perſonam, ſeu perſonas, quæ fuerunt hæredes debitoris, ſeu ſucceſſerunt in locum creditoris per ſolutionem ei à D. Vincentio factam, *l.neque pignus, 46. ff.de regul.iur.l.ex ſextante, 30.§.Latinus, ff.de except. rei indicat.* Tiraquel. *de retract. conſanguin.§.1.gloſ.7. num.69.& ſeq.* Mart. Medic. *examinat.ad deciſ.Senenſ.47.n.1.* iuſta ergo eſt prætenſio D. Marchionis, quod ſolutiones factæ per D. Vincentium cedere habeant incommodo, atque in diminutionem hæreditatis Scanſanæ, cùm in effectu ex ea præter bona, & res donatas ad illius manus nihil peruenerit.

In facto autem non adfuiſſe in hæreditate D. Scanſani bona in inuētario deſcribenda ex duobus conuincitur, & primo, quia vel attendi debet donatio per eum facta D.Vincētio de omnibus eius bonis præſentibus tantùm, cum reſeruatione vſusfructus diſponendi de ſcutis mille; atque de futuris, ac per eum acquirendis; & cùm tota eius facultas reſtringatur ad ſcuta mille, fruſtratoria omninò reddebatur, ac ſuperflua quælibet inuentarij confectio; neque enim præſumi poteſt in eum acquiſitio; tum quia vſusfructus valdè extenuabatur pro ære alieno quod ſingulo quoque anno ſuper capitalibus extinguebatur, adeovt vix pro eis alimentis ſufficeret; tum quia cùm iam eſſet de tempore donationis ſexagenarius, & ſuperuixerit, tantummodò per quinquennium non poteſt in eo conſiderari, quod quidquam acquiſiuerit, ad tradita ferè in terminis per Surd. *deciſ.15.ſub n.10.* 11.

Deinde quia, vel potius ſtandum eſt donationi in capitulis matrimonialibus ſubſequutæ, & comprehendentis etiam bona futura, cum reſeruatione vſusfructus, & quantitatis honeſtæ ad diſponendum per vltimam voluntatem, & habetur in 6. ex prædictis capitulis, ibi, *Il Sig.Scāſano farà donatione al Sig. Folengho di tutti i ſuoi beni, inter viuos, preſenti, e futuri; con la riſerua del vſufrutto viuendo; con facoltà di poter teſtare di vna quantità honeſta; ſi che la donatione reſti ferma, e ſtabilita.* Quæ quidem promiſſio donandi, 12.
tanquam facta fauore, & cauſa Matrimonij, habetur pro formali, ac perfecta donatione, vt optimè ad rem latiſſimè proſequitur Menoch. *conſ. 92.per tot.* Mart.Medic. *dec. Senen.examin.5. n.16.* plures alios adducunt Burat. *dec.719.n.6.* & ibi Ferentil. *in annot.n.9.* Quo ſtante nemini dubium eſt, quin ceſſet neceſſitas conficiendi inuentariū, cùm præter ſcuta mille reſeruata, proteſtan- 13.
do nil aliud reliquerit in eius hæreditate, adeovt

donatarius ipse donantis, hæreditatem honoris ergo potius, quam lucri causa, & ad euitandam notam ingratitudinis adiuerit. Iure namque ciuili potissimum inspecto memoriæ defuncti iniuria fit, si hæreditas ipsius qualiscunque ea sit, abstinendo ab aditione negligitur.

Succedit nunc secunda quæstio, continens grauamen illatum præfato D. Marchioni ex illius condemnatione, ob alienationem ab eo factam, de prædio quodam, vti libero, atque allodiali, ac consequenter de hæreditate DD. olim Caroli, & Francisci Mariæ de Andreasiis, reperto postea feudali, & sic ordine concessionis, atque inuestituræ spectante ad D. Hortensiam, eiusque Sororem de Panitiis Andreasiam, cuius resolutio facillima euadit; vel enim D. Marchio Syluius agit ex persona eius propria, & tanquam
14. iure, & actione carens, etiam D. Marchione Alexandro non opponente, obaudiri omninò, atque à limine iudicij repelli debebat, Dec. *in l. posthumo, 11. sub num. 9. C. de collat.* Cyriac. *controu. 3. num. 60.* & latius *controu. 321. num. 3. & seq.* Rot. *decis. 321. num. 3. p. 5. recent.* Vel intendebat agere vigore transactionis, & ex persona D. Hortensiæ in inuestitura comprehensæ, & pariter excludebatur; Tum quia D. Hortensia cessit tantummodo iura, quæ habebat contra tertios occupatores pro recuperatione; Tum quia idem D. Marchio Syluius onus assumpsit, cum cæteris Fratribus dictas terras recuperandi in vim mandati procuratæ irreuocabilis, ac duraturæ etiam post mortem, nullibique constat, aut intellexit D. Hortensia cedere iura per eam prætensa, ex hoc capite, aduersus D. Marchionem Alexan-
15. drum. Quapropter cùm fines mandati diligenter sint custodiendi, *l. diligenter, 5. in princ. ff. mandat.* Cyriac. *controu. 278. num. 3.* Thomat. *decis. Macerat 97. n. 3.* & cessio limitata ad effectum recuperandi terras, atque ad possessores earum, non extendatur ad effectum, vt duo ex cessionariis, seu procuratoribus tertium molestare possint, ex axiomate, iuxta quod limitata dispo-
16. sitio, quoad res, iura, & personas, quoad easdemmet tantummodo producat effectum, & operetur, *l. in agris, 16. ff. de acquir. rer. dom.* cum iuribus cumulatis per Barbos. *axiom. 40. num. 19.* ad rem Cæphal *cons. 284. num. 13.* Decian. *cons. 19. numer. 58. lib. 3.* sequitur propterea, quod D. Marchio Alexander vigore transactionis prædictæ, nequeat molestari, eoque magis respectu eius Fratrum in eadem transactione nulla adest specialitas, ob quam prætendere valeant DD. Marchio Syluius, & Ludouicus actionem huiusmodi, quam D. Marchio Alexander contra se ipsum experiri non posset, ex regula, quod actio, &
17. passio in eodem subiecto, quoad idem instans, & eandem causam esse nequeat, *l. Vranius, 72. in prin. ff. de fideiuss. l. frater à fratre, 28. ff. de condit. indebit.* Surd. *decis. 109. num. 5.* Cyriac. *controuers. 275. num. 30.* Hæc transeunt inoffenso pede, ex quo præsuppositum sententiæ, & relationis, quod nimirum circa istud, partes sibi reseruauerint iura ineundorum computorum, in facto
18. non verificatur, & consequenter sententia ipsa cum relatione redditur inefficax, & corruit, glos. *in l. mancip. 5. in verb. ad vocandum, C. de seru. fugit.* Surd. *decis. 39. num. 1.* Cyriac. *controu. 180. num. 20.*

Fundamentum, & exceptio carentiæ actionis obstabat quoque D. Marchioni Syluio, quoad repetitionem expensarum, vt prætendebatur, factarum per D. Ludouicum in causa Panitia, coram Excellentiss. Senatu, tum quia in cessione facta de prædictis expensis, ne verbum quidem. Vnde hîc pariter cadebat conclusio mox firmata, quod nimirum cessio limitata ad aliquas res, ad alias non porrigitur; tum quia inuerisimile omninò reputatur, quod D. Ludouicus cedere voluerit, aut intellexerit iura, quæ nouerat, sibi non competere, circa dictam repetitionem sumptuum litis, quas quatenus fecerit, id euenit propter illius præcisam obligationem, siue ex eo, quia cum aliis Fratribus viueret in communione bonorum, quemadmodum in eius responsione data positiones D. Panitiæ, iuramento affirmauit, vt ibi: *Che del detto tempo 1631. sino al presente, se non crede di tanto, dica di quale, e quanto e concorso con li Sig. suoi Fratelli à tutte le spese in detta lite, così à pagare il Sig. Ricchino, come altre spese di processi, Auocati, & altro, e se non crede di tutta la terza parte, dica di quale,* Credit contribuisse in lite pro eius parte, attenta communione bonorum, & de tempore, de quo constat in actis, quæ quidem confessio con- 19.
tra ipsum, ac contra D Marchionem Syluium, quatenus esset illius cessionarius, plenè, ac concludenter probat, Rot. apud Post. *de manut. dec. 69. num. 3. & decis. 293. num. 35.* quæ est *dec. 359. p. 5. recent.* vbi quod confessio emanata in responsione ad positiones plenè probet. Qua stante bonorum communione tenebatur etiam ipse ad expensas concurrere, itavt si eius por- 20.
tionem non erogasset, nunc ab eo recuperare posset, per tex. *in l. ex duobus, 28. ff. de negot. gest.* Pet. de Vbald. *in tract. de societ. par. 6. quæst. 16.* Duard. *de societ. lib. 2. cap. 1. quæst. 5. concl. 3. num. 9.* Inanis ergo redditur actio ista, quatenus etiam appareret de illius cessione, siquidem cedens in 21.
cessionarium ius, quod non habet transferre non posset, *l. nemo plus iuris, §. de regul. iur. l. traditio, 20. ff. de acquir. rer. dom. l. Modestinus, 76. ff. de solut.* Cyriac. *controu. 157. num. 13. & 14.* Thomat. *decis. Macerat. 88. num. 61. & decis. 100. n. 23.* cum aliis infinitis, qui adduci possent. Quinimò resoluta etiam inter Fratres communione per diuisionem, non resoluitur tamen dicta obliga- 22.
tio inter Fratres, ex quo vnus erga alterum pro manutentione tenetur, ex traditis per Mangil. *de euict. quæst. 114. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Incolatus de iure gentium, & ciuili est cuique liber.*

2 *Minor restituitur aduersus delictum inductum ex statuto. Quinimo ipso iure præseruatur, num. 3. Restituitur aduersus delictum in omittendo, num. 4. Et ipso iure præseruatur, n. 5. Non potest inquiri, nisi ipsi dato Curatore, n. 6. Transmittit ad heredes ius petendi restitutionem in integrum, n. 7.*

8 *Bona vt constare possit esse vacantia ad commodum fisci debet praecedere proclama, an adsit aliquis hares, vel aliquis velit esse heres.*

9 *Tenuta nulliter capta de facto venit reuocanda.*

10 *Absentia debet probari, quia nunquam præsumitur. Longa morti æquiparantur, n. 23.*

11 *Absentes alicuius disciplinæ causa non dicuntur*

tur abesse. Neque continentur sub proclamate pœnali cogente subditos ad habitandum, n.12. Et ita disponitur ex Ordinibus Mantuæ, n.13.

14 *Delictum in dubio non præsumitur. Morte extinguitur etiam quoad confiscationem bonorum, n.15.*

16 *Confessio Procuratoris contra Principalem probat. Erronea non præiudicat, n.18. Et non docto de errore reuocari non potest, num.19. Præsumitur vera donec probetur falsa, num.20.*

17 *Scriptura per productionem fiunt communes.*

21 *Mortuus præsumitur, qui nullibi inuenitur. Et de quo per quinquennium postquam cœpit vagari non fuit aliquid nuntiatum, n.22. & n.40.*

24 *Absentis bona relaxantur cum fideiussione proximioribus custodienda. Amplia vt, num.25.*

26 Deficere, *idem importat quod* mori.

27 *Abesse dicitur homo mortuus.*

28 *Processus criminalis formari non potest, nisi constet de corpore delicti.*

29 *Actus præsumitur factus loco, & tempore, quibus excluditur delictum, & absentia præsumitur ex causa licita.*

30 *Spolium ante omnia purgari debet.*

31 *Reintegratio est danda probatis duobus extremis.*

32 *Spolij actio competens actori transit in eius heredes.*

33 *Actore non probante reus absoluitur.*

34 *Qualitas proclamatis debet probari à fisco, alias reus condemnari nequit.*

35 *Viuere vnusquisque præsumitur vsque ad centum annos. Declara vt, n.38. & n.39. Hac tamen præsumptio non suffragatur ei, qui tenetur probare, n.37.*

36 *Intentionis suæ fundamentum vnusquisque probare debet.*

41 L.Vxor, C.de repud. *quomodo corrigatur per Auth. sequentem.*

Observ. CXLII.

Ex facti contingentia plura fauore Illustrissimi Domini Comitis Zibramontis de Cortesiis, ac illius fratris desumuntur aduersus Serenissimam Ducalem Cameram ad euitandam prætensam bonorum confiscationem sub prætextu, quod D. Philippus Capriana ipsorum ex sorore nepos intra tempus in proclamate anni 1631. publicato præfixum ad habitandum non redierit, seu absque licentia ab hoc Dominio se absentauerit contra dispositionem proclamatum in hac absentiæ materia alias, & pluries publicatorum; Et in omnem euentum stante publica voce, & fama obitus ipsius D. Caprianæ. Vnde linea quoque eiusdem præsumitur finita, vt ex aduerso pro notorio vtrumque admittebatur factum esse locum successioni ad fauorem ipsorum fratrum.

Inter quæ præcipuum censeo, quod D. Philippus de tempore latæ sententiæ adhuc existeret in minori ætate, adeò vt quatenus in commissum, vel pœnam confiscationis ob prætensam absentiam, & discessum incidisset, quod non admittitur, beneficio restitutionis in integrum potiri deberet; quia nullo iure communi gentium, vel ciuili delictum huiusmodi propter absentiam punitur; Incolatus enim vnicuique liber relinquitur, & ad nutum mutari potest, *l.placet, 3.l.non vtique 4.l.nihil 31.ff.ad municipal.* Bart. *in l.assumptio 6.ff.eod.* Æmilian. *cons.159.* Soc.Iun. *cons.76.sub num.32.lib.3.* Cyriac. *controu.78.n.14.* sed tantummodo fuit inductum per particulare proclama huius patriæ, aduersus quod minor restituitur, Bal. *in c.1.§.prætereà, il primo, de prohib. feud. alienat. per Federic.* Roman. *singul.816.* Sforz. Odd. *de restit. in integr. quæst.80. sub num.64.* Farinac. *quæst.92.num.141.& seq. & num.154.& seq.* Menoch. *cons.626.num.12.& 14.* Cancer. *var. resolut. cap.1.num.231. & cap.12 num.72.par.2.* Ioseph. Ludouic. *decis.17.num.71.* Monac. *decis. Florent.7.num.29.* Cyriac. *dicta controu.78.num.15.* Subdens minoribus in istis delictis, quæ non sunt delicta, nisi per particularia locorum statuta succurri ipso Iure absque necessitate petendi restitutionem in integrum, quod idem ante eum profitentur Vasq. Odd. Farin. per ipsum relati. 1. 2. 3.

Quæ tanto magis corroborantur ex eo, quia fiscus non prætendit D. Philippum deliquisse committendo, veluti discedendo non petita licentia. Quia cum propter pestem, & bellum coactè, vt supponitur, in edicto recesserit, non tenebatur assensum Principis perquirere, sed omittendo, ex quo non est reuersus in patriam post publicationem proclamatis secutam de anno 1631. Atqui minor aduersus pœnam delicti in omittendo commissi, ne dum restituitur in integrum, Tiraq. *de pœn. temper. caus.43.& 45.* Sforz. Odd. *quæst.80.n.9. cum seq.* Farinac. *quæst.92.n.69.* Cancer. *var. resol. cap.1. sub num.231. vers. item intellige, par.2.* Magon. *decis. Lucen.68.n.21.* Cyriac. *dicta contr.78.n.19.* Verum etiam absque remedio restitutionis in integrū ab ea ipso Iure præseruatur, Aret. *§. in summ n.1. ad fin. instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Ant. Gomes. *de delict. c.1.n.69.* Cabal. *res. crimin. cas.48.n.5.* Farin. de magis communi opinione *q.92.n.70.* Cyriac. *dicta contr.78. n.20.* ergo non poterat contra eum procedi ad pœnam confiscationis, & vltimi supplicij, tum quia versamur in actione suaptè natura indifferenti, tum quia proclama facit absentiam, de non delicto delictum; tum quia D. Philippus non inquiritur, quod se absentauerit, sed quod reuerti omiserit; Accedit quod D. Philippus stante eius minori ætate non potuerat in iudicium vocari, multoque minus condemnari, nisi prius decreto eidem Curatore, qui assisteret liti, & causæ, in eaque auctoritatem præstaret, & cuius omissio reddit ipso iure irritum, & inane iudicium contra ipsum D. Philippum cum Decreto tenutæ inde secuto non legitimata prius persona eiusdem per dationem Curatoris, vt optimè post Cyn. Alber. Bald. & Salicet. *in l. clarum 4. C. de aut. præstan.* firmauit Rot. *dec. alias vot.61.n.18.& 28. crimin. Farinac.* 4. 5. 6.

Quo inquam remedio in integrum restitutionis vti etiam possunt fratres de Zibramontibus licet maiores, quandoquidē decedens in minori ætate beneficium istud transmittit ad hæredes etiam extraneos, *l. non solum 6.ff. de restit. in integr. l. minor autem 19.§. fin. de minor. l. vnica, C. si adu. dot. l.4. C. de temp. restit. in integr.* Sforz. Odd. *de* 7.

restit.in integr.q.50.n.3. latè Surd. decis.138.num.10. vnde alterum de duobus Ducalis Camera admittere debet, vel quod absit, & viuat, & tanquam minor non afficiatur pœna statuti, & ordinis, seu ab ea intuitu ætatis præseruetur; vel quod decesserit in absentia, & tunc hæredibus restitutio in integrum quatenus esset necessaria, denegari neutiquam posset.

Succedit ex prædictis aliud fauorabile pro istis fratribus contra fiscum, qui siue ob lineam finitam bonorum deuolutionem prætendere intendit, siue eadem confiscanda ob delictum ex mera absentia perpetratum procuret, vtroque casu succumbere debet. Hoc autem suadetur ex eo, quia
8. fiscus agens ad incorporationem bonorum Cameræ vti vacantium ob lineam finitam, & non hæredum existentiam præmittere habet discussionem, publicando proclama, an adsit aliquis hæres, vel num quis intendat, & esse velit hæres D. Caprianæ vltimo loco defuncti, Salicet. in l.Sancimus,7. n.5.C.ad Trebell. Peregr. de iur.fisci,lib.4.tit.3.n.30. Cyriac.contr.396.n.12.Menoch.cons.665.sub num.8. vers.& prima quidem ratio,& n.9.Quapropter cum
9. nullo iuris seruato ordine, & ex abrupto tenutam bonorum acceperit fiscus, quantum sit ex præcedenti capite defectus hæredum, ea quoque de facto esset reuocanda, Anchar.cons.292.n.2.vers.item ibi dicit,nouissimè Rot.apud Post.de manutent.decis.16.n.5.Prout quod neque esset locus decreto tenutæ ob suppositum delictum ex absentia prætensa resultans pluribus conuincitur. Et primò, quia
10. absentia non præsumitur, sed ab allegante, & se fundante in ea,deducenda,articulanda,& concludenter probanda venit,Bald.in l.vlt.§.necessitate,in fin.C.de bon.quæ liber.Corn.cons.46.n.16.lib.2. Menoch.de præsumpt. 19. per tot. lib.6. Rub. Vtinens. cons.61.num.34.vol.2. Monac. decis.Florent.7.n.24. Mar.Anton.var.res.5.n.3.lib.2.Iul.Cæsar Caluin.de æquit.c.30.n.90. Deinde actus absentiæ simpliciter consideratus non dicitur peccaminosus, & in ordinem ad statuta, & ordines huius patriæ aliqui casus præseruantur,in quibus absentia non prohibetur, cum potius in illis expresse permittatur.
11. Quemadmodum enim de iure communi absentes alicuius disciplinæ causa abesse non dicuntur, l.quæsitum,76.in princ. ff.de legat.3.& in l.Seia,20.
12. §.Pamphila, ff.de fund. instruct. Ita non habitantes in loco ob studium,militiam,beneficium,ac Principis seruitium proclamatibus de non recedendo à patria sine licentia non comprehendũtur,Socin.sen.cons.35.n.7.in fin.lib.1. Menoch.cons.182.num.8. & 9. Cyriac.d. controu.78.n.5.& seq. Quinimò in ordinibus huius patriæ in hac materia editis,exci-
13. piuntur hi, qui absunt ex causa studij,mercaturæ, beneficij Ecclesiastici, & qui inseruiunt alicui Principi, iuxta proclama die 15. Ianuarij 1567. de quo meminit Cyriac. dicta controu.78. n.11. Hinc præsupposita etiam absentia,(quam tamen omninò negamus)adhuc D.Philippus non diceretur incidisse, & ligari edicto de recedentibus à statu Serenissi. D. N. absque licentia; Quoniam cum esse possit,vt in aliqua Vniuersitate detineatur,& commoretur studendi causa, vel militiæ operam det, seu in obsequio alicuius Principis degat, aut forsan monasticam vitam amplexus fuerit, quod de generoso spectatæ virtutis adolescente excogitare, & præsumere non incongruum reputo,nisi infortunio impeditus, ad patriam clementia Principis vocatus,ac naturali quadam, & indita nobis propensione allectus redire non potuerit, quam quidem coniecturam necesse est vt sequamur;etenim cum absentia non tam suaptè natura sit indifferẽs, quam etiam inspectis ordinibus Mantuæ esse possit cum delicto,& sine,benignior interpretatio exclusiua delicti præponderare debet;quia delictum in dubio non præsumitur, & ideo actus, qui pos- 14.
sunt sonare in delictum, & non delictum semper interpretantur,vt absit delictum,l.merito,51.ff.pro socio, Alex.cons.127.n.12.& seq. & cons.129. per tot. lib.4. Tusch.pract.concl.165. per tot.litt.D. Pedroc. cons.35.n.82.Menoch.de præsumpt.2.n.1.lib.6.Farin. q.85.n.26. Rot.dec.121.n.2. & dec.234. sub n.9.vers. & ita potius, in criminal. Farinac. cum aliis congestis per Barbos.axiom.68.n.14.Thomat.dec.Macerat.68.n.110.Inde optimè infertur non esse locum petitis per D.Patrimonialem, quæ ita demum intrarẽt,si ex latere eiusdem doceretur nõn tãtum de absentia,sed etiam de ea,quæ includeret delictum.

Tandem cum plures militent præsumptiones,& adsint vrgentissima indicia mortis D.Philippi,frustrà ex aduerso contenditur ad pœnam delicti, in quod ob assertam absentiam præsupponitur declinasse nostrorum principaliũ nepos, cuius interitu 15.
defecisse quoque delictum,& vnà cum ipsis actionem fisci (si quam haberet) eruitur ex text.in l.defuncto,6.ff.de publ.iud.cum iuribus, quæ cumulant Mayner.in l.sicut,39.n.12.ff.de reg.iur.Burs.cons.77. n.20.& seq.Decian.cons.18.n.314.lib.1.Rolan.cons.1. n.18.lib.3. Cabal.resol.crimin.casu 137.n.5.Surd.consil.99.n.15.& 16. & cons.425. n.15. notatur ad Thesaur.decis.144.Clar.in pract.criminal. §.fin.q.51.n.8. Farinac. q.10. n.36. Menoch.cons.99.n.50. Gail.de pact.public.c.20.à n.1.lib.1.& c.11.n.21.lib.2.Mantic. de tacit.& ambig.lib.13.tit.39.n.23. Mastril.decis.57. n.12. Cyriac. controu.370. n.25.& 26.

Mortis autem D.Caprianæ pro coniecturis deseruire videntur; Primo confessio Domini Patri- 16.
monialis,quæ contra Cameram plenè probat,non secus,ac si ab ipsa confessio emanasset, l.certum,6. §.sed an ipsos,ff.de confess. Franc.Marc.decis.56.n.1. part.1.Mascard.de probat. concl.370. num.2. Marc. Maur.allegat.35.num.7.Post.de manutent.obseru.19. num.62. Quæ confessio vti emanata per productionem scripturæ licet non appareat acceptata, irreuocabilis euaserat, neque sub prætextu erroris retractari permittebatur; quia scripturæ per pro- 17.
ductionem fiunt communes, Suarez, inter communes vers.confessio quæ in articulis,n.255.Mancin. de confess.cap.1.n.44. & cap.3. art.1. num.38. Ricc. decis.Neapol.76.per totam,maximè num.15.part.4. Iacob. Anton. Maur. allegat.6. num.16. in fine, & num.17. Marescot.variar.resol.lib.2.cap.44.per tot. dixi allegat.21.num.23.lib.1.

Non obstaret si replicaretur huiusmodi confessionem potuisse tanquam erroneam reuocari, 18.
quia confiteri non videtur qui errat, l.2.ff.de confess.l.error.7. C.de iur. & fact. ignoran. Mascard.de probat.conclus.378.Surd.consil.345.n.17.Mar.Anton. variar.resolut.1.num.63.lib.3.Thomat.decis.Macerat.50. num.443. & decis.117.n.14. Cyriac. controuers.35. num.16. & seq. Barbos. axiomat.49. num.3. Nam vltrà quod ex infra dicendis constat potius de veritate confessionis, Dominus Patrimonialis, qui prætendit se errore ductum deduxisse mortem D.Caprianæ,debebat per cõcludentes probationes probare errorem, attenta verisimilitudine confes- 19.
sionis, Alex. consil.92. num.25. in fin. & n.26.lib.5. Tusc.pract.concl.649.num.86.litt.C. cum adductis per Gratian.discept.forens.789. num.5.& 6. quibus adde Decian. consil.14. n.35. lib.5. Rot. decis.71.n.1.

part.1.

part.1.diuers. & apud Post. de manutent. decis.136. num.5. & 6. & interim non obstante renocatione
20. præsumitur vera, dum non probatur falsa, vel per errorem emanata, Farinac. quæst.81. num.23. & 337. Cyriac. controu.264. n.4.

Veritas confessionis factæ ad instantiam Cameræ colligitur, vel ex eo, quia dum nullibi inue-
21. nitur, D. Capriana præsumitur mortuus, Bald. in l. etsi certus, 6. §. si vnus, ff. ad Syllan. Marant. in l.15. potest, num.145. ff. de acq. hæred. Mascard. conclus.1076. num.3. Surd. consil.530. num.37. vel ex eo, quia dum esset iuuenis bellicosus, & cœpisset vagari per mundum militiæ alicuius Principis asci-
22. tus, ne infrà quinquennium iam elapsum, à quo dubitatur de illius vita, intellectum, & nuntiatum fuerit, censeatur propterea desiisse, & per consequens illius mors concludenter probata remaneat, vt in puncto repondet, Natt. cons.241. num.2. & tradiderunt Marant. in l.15. potest, num.166. ff. de acquir. hæredit. Mascard. de probat. conclus.1072. num.5. Escobar. de ratiocin. cap.6. à num.47. ad 50. fol.17. Gratian. discept. forens.78. num.6. & ita decisum testatur Fontanell. de pact. nupt. claus.7. gloss.3. part.1. sub n.33. ibi: *Attento constat dictus N. & N. vagari per mundum, & vltra quinquennium inter notos, & compatriotas nihil de earum morte de certo sciri, vt inde pro mortuis reputandæ sint, cum longa absentia morti æquiparetur*, folio 642.
23. tom.2. Vnde Confessio aduersarij ab hisce coniecturis adminiculata, tanto magis probat, atque irretractabilis euadit, Ludouis. decis.506. n.2. Rot. decis.117. num.4. part.2. diuers. Matt. Medic. decis. Senens. examinat.45. n.14.

Quo in casu probatæ mortis ex diuturna absentia
24. bona propinquioribus relaxantur cum fideiussione, à quibus accipiuntur tanquam curatoribus, vt in euentum redditus illius personæ, de cuius salute dubitatur, vnà cum fructibus restitui possint, Escobar. de ratiocin. dicto cap.6. num.48. Quin potius bona absentis, cuius non adest probabilis
25. spes, quod reuertatur, custodienda traduntur proximioribus, etiam absque satisdatione, vt insinuant Crauet. consil.558. num.4. Laderch. consil.47. num.4. Faber in suo C. lib.4. tit.7. definit.2. n.2. Zapat. tit.132. cap.3. vers. vltim. Lottier. de re benef. lib.2. quæst.14. n.45. & trib. sequent. Fontanell. de pact. nupt. claus.7. gloss.3. part.1. n.43.

Neque resistit quod in precibus Sereniss. D.N. porrectis, de quibus in processu nostro fol.8. DD. fratres de Cortesiis fateantur ipsum Caprianam ab anno à die supplicationis deficere à Statu Mantuæ, & sæpius in processu procurator ipsorum admittat eiusdem D. Caprianæ absentiam; Quoniam non propterea tollitur, quin allegatus defectus contingere potuerit per obitum. Propriè
26. enim verbum, *deficere*, importat idem quod *mori*, l.1. C. de indict. viduit. tollen. l. petitionem, 13. Cod. de aduocat. diuers. iudic. l. vnica, §. vbi autem cum gloss. & in §. sin autem ad deficientes, C. de caduc. tollen. Bero. consil.66. num.16. & consil.102. sub num.18. vers. nam deficere, lib.2. Rot. decis.453. num.6. part.2. recent. Barbos. de dict.83. num.1. & 2. Rot. in Romana Census, 31. Martij 1634. num.13. & 15. infra im-
27. press. Quemadmodum abesse dicitur homo mortuus, per textum apertum in c. si delegatus, 7. de off. iud. delegat. in 6. Albert. in l. præsens, 5. ff. de procurat. Buttigell. in l.1. num.6. ff. de verb. oblig. Alciat. in l. mulieris, 13. ff. de verb. signif. Bertazzol. consil. criminal.30. num.21. & consil.185. num.9. Sforz. Odd. de restit. quæst.5. num.27. idque transit inof-fenso pede ex præsumpta mente porrigentium preces, cum intellexerint, ac retulerint illud verbum, *deficere*, tam ad casum absentiæ, quam obitus, ibi, *non hauendosi mai potuto sapere se sia morto, o viuo*.

Cum igitur propter vehementes coniecturas habeamus vnde credere possimus indubiè D. Caprianam à die, quo cœpit amplius non videri, ex luce migrasse, hinc infertur quoque eius hæreditatem istis fratribus tanquam proximioribus delatam, si non simpliciter, saltem custodiendam, vti dicebamus, donec aliud emerserit, & cum ex latere fisci hactenus non doceatur de corpore delicti, nulliter contra prætensum delinquentem processum fuit ad infligendam pœnam capitalem, ac bonorum confiscationem. Quia in crimi- 28.
nalibus, ne dum proceditur ad condemnationem, antequam constet de corpore delicti, sed neque etiam potest formari processus, l.1. §. item illud, ff. ad Syllan. Cyriac. controuers.37. num.2. & lato calamo comprobat Farinac. quæst.3. num.1.2. & 3. Nam cum esse possit D. Caprianā decessisse intra fines ditionis Mantuanæ, vel etiam extra in casu permissæ absentiæ, & sic absque eo quod vllo modo afficiatur pœnis in proclamatibus contentis, nimis durum esset ex diuinata illius absentia in contemptum proclamatis sustinere velle ex parte fisci confiscationem. Nam actus qui loco, 29.
modo, & tempore potest esse delictum, & non delictum, præsumitur factus loco, modo, & tempore, quo excluditur delictum, vt in terminis absentiæ, Farinac. quæst.58. n.39. & 44. Cyriac. controuers.150. n.38.

Ex quibus tantum abest, quod tenuta per Cameram Ducalem capta sit confirmanda, quin potius tanquam nulliter decreta, & per consequens commissum spolium illud in primis, antequam ad vlteriora procedatur, veniat purgandum; etenim contra missum in possessionem à Iudice nulliter 30.
procedente datur actio spolij, Doctores communiter in l. iustè possidet, 11. ff. de acquir. possess. Crauet. consil.18. num.8. latè Gratian. discept. Forens.734. num.5.6.44. & 46. Rot. apud Post. decis.74. num.19. Thomat. decis. Macerat.73. num.3. Cyriac. controuers.172. num.2. & plena manu controu.389. per tot. Vtrumque enim extremum ad obtinendum in spolio requisitum probatur ex lectura processus, quoad possessionem, & dominium D. Caprianæ, quo verò ad possessionem Cameræ insurgit ex litteris tenutæ decretis, & executis, quemadmodum etiam constat ex eodem, Iudicem nulliter processisse, non seruatis seruandis, quando ad confiscationem bonorum deuenitur, vt superius dixi, quibus simul concurrentibus, reintegratio con- 31.
cedenda venit spoliato, Ludouis. decis.485. num.3. & 5. Thomat. decis. Macerat.73. num.4. Nec dubitandum, quin actio huiusmodi ad petendam reintegrationem possessionis defuncti transiuerit in DD. fratres de Zibramontibus Cortesiis illius proximiores, & ab intestato succedentes, saltem sententia D. Patrimonialis, qui vsque de anno 1632. mense Augusti obtinuit immitti in possessionem bonorum D. Caprianæ eo sub prætextu, quod in alienigena regione commoraretur, & sic ipso adhuc viuente, adeò vt in vita dicatur spoliatus. Vnde cum posteà ex præsumptionibus illius mors coniecturetur. Actio spolij eidem competens du- 32.
bio procul transiuit in hæredes, Socin. in l. rem quæ nobis, 15. sub num.10. vers. item, quia transit, ff. de acquir. poss. Cagnol. in l. hæredem, 60. num.17. ff. de

reg.

reg. Iur. Gratian. *discept. for.* 173. *n.* 4. & *discept.* 477. *num.* 27. *& seq.* Caualer. *decis.* 524. *num.* 3. Ludouis. *decis.* 541. *num.* 2. & *in annotat. num.* 9. Quocunque igitur se vertat pars aduersa bonorum confiscatorum restitutionem effugere nequit; vel enim D. Capriana decessit in Statu Mantuano, vel extra ditionem eiusdem non petita licentia discessus, vel adhuc in rerum natura reperitur, & vtroque casu bona istis fratribus vti proximioribus adiudicanda veniunt, quousque Camera agens ad deuolutionem, & confiscationem aliqualiter saltem sub quæsito colore fundauerit intentionem, & interim DD. de Cortesiis, siue ex persona propria, siue repræsentantes personam D. Capriānæ in hoc iudicio rei personam sustinentes, ex non Iure Fisci absoluendi veniunt, & in bonorum possessionem re-
33. integrandi, ex regula, *actore non probante, reus absolutus dimittatur, l. extat, 25. ff. de Iur. Fisc. l. vlt. C. de rei vindicat.* Rota apud Viuian. *in prax. Iurispatr. decis.* 40. *num.* 4. Barbos. *axiomat.* 10. *num.* 2. Post. *de Manuten. obseruat. prima, numero* 13. 14. *&* 17.

Additur denique præsupposita etiam absentia D. Philippi, ac illius superuenientia, adhuc sententiam Illustriss. Magistratus eum nequaquam afficere, nisi prius probaretur ipsum non egressum Italiam, quandoquidem inspecta sententia iuncto proclamate porrigitur solum ad absentes extrà Dominium Mantuanum, existentes tamen intrà Italiam; alias condemnatio, de qua in eadem sententia, esset omninò nulla, tanquam lata pendente venia redeundi, quæ pro degentibus extrà Italiam durabat per totum mensem Martij 1632. vt in eodem proclamate; quare sententia die duodecimo Ianuarij lata non extenditur, nisi ad commorantes in Italia, adeò vt inferri possit, quod pro aliis degentibus extrà Italiam Fiscus noluerit vti proclamate. Vndè alterum de duobus infertur, vel quod D. Patrimonialis probet D. Philippum decessisse completo iam anno 1631. in regionibus Italiæ, vel quod contrà ipsum vti degentem extrà Italiam procedat alia via, quam vigore sententiæ
34. ad ipsum tunc non extensibilis, quia Camera, quæ dicto proclamate nititur, & prætendit confiscationem ex eo, quod illi contra factum sit, tenetur verificare, & concludenter probare eius qualitatem, & requisitum, videlicet, quod D. Philippus causa pestis, & belli, ab hoc dominio se absentauerit, & intrà limites Italiæ se continuerit, & decesserit, vt tradunt Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. ne quid in loco publ.* Dec. *consil.* 434. *num.* 3. cum adductis per Cyriac. *controu.* 256. *num.* 9.

Prædictis neque officeret, si pro parte Fisci opponeretur eius intentionem in vita D. Philippi fundatam satis, & concludenter probari ex regu-
35. la, quod vnusquisque præsumatur viuere vsque ad centum annos, per text. *in l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* & notat glos. *in l.* 2. *ff. quemadmod. testam. aperiantur,* Cancer. *var. resolut. cap.* 1. *numer.* 220. *part.* 3. Lottier. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 43. Gratian. *discept. forens.* 562. *num.* 27. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 34. *num.* 26. Caual. *decis.* 344. *num.* 1. *&* 2. Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.* 21. *numer.* 31. Quoniam cum Camera alleget pro eius
36. fundamento vitam, illam quoque formiter probare tenebatur, Bart. *in l. si quidem* 5. *num.* 1. *C. solut. matr.* Alexand. *consil.* 27. *num.* 4. *lib.* 8. Ludouis. *decis.* 228. *num.* 1. Rot. *decis.* 496. *num.* 1. *in fin. part.* 3. *recent. alias* 1. *Posth. Farinac.* & *decis.* 265. *num.* 50. *part.* 5. *recent.* mox editarum. Vsque adeo, vt memorata præsumptio eidem neutiquam suffragari valeat, Bart. *in l. si inter virum* 9. *ff. de reb. dub.* Corn. *consil.* 119. *num.* 2. *lib.* 1. Cancer. *var. resolut. cap.* 1. *num.* 221. *part.* 3. Seraph. *decis.* 1171. *numer.* 2. Ludouis. *decis.* 218. *num.* 4. Rot. *decis.* 102. *numer.* 6. *part.* 1. *diuers.* Gratian. *dicta discept.* 78. *num.* 5. 37.

Vltra quod, vel illa regula exprimitur per assensum, hoc est, quod homo possit attingere centesimum annum, & tunc iuxta opinionem veriorem, ac hodie magis receptam de Iure procedit, vt sexcentis cumulatis tradidit Menoch. *de præsumpt.* 49. *num.* 2. *lib.* 6. Vel concipitur per non excessum hoc est, quod nemo viuere præsumatur vltra centum annos, & tunc sustentabilior reputatur, Peregrin. *de fideicommis. art.* 43. *n.* 44. *in fin. fol.* 398. Fusar. *de subst. q.* 320. *num.* 16. *in fin.* Rot. *decis.* 21. *n.* 8. *part.* 5. *recent.* Accedit quod ad effectum, vt intrent dispositiones proclamatum præter vitam, probanda etiam venit absentia, vt dixi supra *n.* 10. non quidem simpliciter, sed quæ faciat incidere in pœnam proclamatibus ratione absentiæ inflictam, ad late tradita suprà *à num.* 11.

(margin: 38. 39.)

At vice versa quoad fratres de Zibramontibus quomodocunque res se se habeat, obtinere debent. Vel enim D. Philippus ex hac vita migrauit, vt præsumitur, ex quo per annos quinque absens stetit, seu de eius sospitate relatum non fuerit, per text. *in l. vxor.* 7. *C. de repud.* cum allegat. per nos supra, *n.* 22. qui quidem textus licet correctus sit per Auth. sequentem quoad facultatem matrimonij contrahendi, in cæteris tamen causis incorrectus manet, Bart. *in tract. de teste, sub n.* 18. Alexand. *consil.* 4. *sub num.* 7. *vers. fortius dicit, lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *sub num.* 44. *vers. hac tamen, fol.* 398. Et tunc fratribus prædictis vti succedentibus ab intestato bona D. Philippi irreuocabiliter adiudicanda veniunt. Vel adhuc in rerum natura præexistit, & illis pariter ad effectum administrandi bona reuocabiliter tamen consignari debent, donec, & vsquequo de illius superuiuentia apparuerit, seu de aliquo delicto punibili legitime conuictus fuerit, iuxta conclusiones supra per nos firmatas, *n.* 24. & per totam præsentem consultationem.

(margin: 40. 41.)

Confirmantur prædicta ex confessione D. Patrimonialis, quod D. Philippus interfectus fuerit in Dominio Pedemontano, forsan dum reuertebatur patriam, vt pareret proclamati coarctanti quoscunque subditos Sereniss. D. N. ad rehabitandum; contingere enim poterat, vt tunc tempore proclamatis reperiretur in regionibus vltra montes, & Italiam, sicque nullus dubitandi locus relinquitur, quin bona Illustrissimo D. Comiti, ac eius fratri sint adiudicanda.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio*, si sine filiis, *per mortem grauati cum filiis expirat. In casum delicti, vt bona conseruentur in agnatione non operatur in casum Mortis, num.* 18.

2 *Filij in conditione positi in transuersalibus non dicuntur vocati, nisi vbi concurrit ratio conseruandi bona in agnatione.*

3 *Coniecturæ non iunguntur pro inducenda vocatione positorum in conditione, vbi singula reprobantur. Vrgentiores in transuersalibus, quam in descendentibus requiruntur, numero* 4. *In dubio non sufficiunt pro vocatione*

catione positorum in conditione; num. 5.

6 *Fideicommisso à particulari ad vniuersale arguere non licet. Amplia ob contrarietatem inter ipsa, num.7. Amplia etiam ob diuersitatem bonorum, num.8.*

9 *Prohibitio alienationis nuda à causa, & personis non valet, & num.15. Ex prohibitione detractionis quarta vestitur, num.* 10. *Ex substitutione plurium cum reciproca consolidatur, num.14. Contra, num.17.*

11 *Trebellianica, aut falcidia non detrahitur de fideicommissis ad pias causas. Non detrahitur de fideicommisso particulari, n.12.*

13 *Prohibitio detractionis quarta illis iniuncta, quibus, & quando non competit, nil releuat.*

16 *Ratio conseruandi bona in agnatione apposita prohibitioni alienationis nuda illam conualidat, nec operatur fideicommissum in casum mortis. Conseruandi bona concepta, vt bona, &c. fideicommissum in casum delicti non extendit ad casum mortis, n.19.*

20 *Rota apud Redenasc.* consil.17. à num. 152. *declaratur.*

21 *Duran.* decis. 126. à num. 6. *non applicatur.*

OBSERVATIO CXLIII.

[IL Canonico Andrea Sterzi nel suo Testamento co' quale poscia morì, suo herede vniuersale instituì il Chierico Gio. Andrea lui Nipote di Fratello, al quale in caso di morte senza figlij di alienatione de beni, e di delitto substituì nella forma, che segue :]

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus vbicunque sint, existant, & esse reperiantur, suum hæredem vniuersalem instituit R. Clericum Ioan. Andream Stertium eius Nepotem ex prędicto q.D.Ioan.Bartholomæo Fratre, illum ore proprio nominando, cui quandocunque decedenti sine filiis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum nobilē Petrum Franciscū Stertium filium q. nob. Fabritij, Franciscum Andream, & Georgium Augustinū Fratres de Stertiis f.q.nobilis Ioānis Vincenci *in Stirpes*, & non *in capita* integre, & absque detractione alicuius portionis, quam detractionem prædictus D. Testator prædicto eius hæredi sic vt supra decedenti omninò prohibuit, & prohibet, & decedente vno, vel decedentibus pluribus ex ipsis substitutis sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreatis, alterum, seu alios, superstitem, seu superstites integrè vt supra substituit *in Stirpes* semper, & non *in capita*, & decedentibus omnibus ipsis sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis vltimo sic morienti, substituit Confraternitatem Sanctissimæ Trinitatis huius Ciuitatis vulgariter, & per fideicommissum, prohibendo expressè prædictus D. Testator prædictis omnibus substitutis, & eorum respectiue filiis masculis, & ab eis descendentibus in infinitum, omnem omnimodam alienationem bonorum hæreditariorum, tam prædicti q.D. Ioan. Bartholomæi eius fratris, ac detractionem cuiusvis quartæ; quia enixa mens, & intentio ipsius D.Testatoris est, quod omnia bona sua, & dicti q. D. Ioan. Bartholomæi eius Fratris adhuc communia, & indiuisa eueniente casu substitutionis prædictæ in suprascriptos nobiles Petrum Franciscum, Franciscum Andream, Georgium Augustinum, vt supra substitutos, & eorum respectiue filios masculos legitimos, & naturales, & descendentes ab eis masculos in infinitum, donec defecerit eorum respectiue linea masculina, conseruentur, & conseruari debeant in agnatione suprascriptorum nominatorum scilicet. Primo loco in dictis substitutis, eueniente casu substitutionis prædictæ *in Stirpes* semper, vt supra. Secundo loco in filiis prædictorum substitutorum masculis, vel eorum filiis pariter masculis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio procreatis in infinitum ordine successiuo, & demùm deficiente linea masculina substitutorum in dicta Confraternitate.

Item prædictus D. Testator voluit, iussit, & ordinauit, vultque iubet, & ordinat, quod casu, quo tam prædictus Ioannes Andreas eius hæres institutus, quam eius filij, ac etiam omnes suprascripti substituti, ac cæteri, ad quos essent peruenta bona hæreditaria prædicti D.Testatoris, ac prædicti q.D.Ioan. Bartholomæi eius Fratris, & seu aliquis ipsorum cogitaret committere aliquod delictum, per quod ipsa bona venirent confiscanda in totum, vel in partem, & ad effectum deduxerit in talem cogitationem, & aliquod delictum committeret, etiam pro aliqua extractione pecuniaria, & nunc prout ex tunc; eo casu prædictus D. Testator hora præambula cogitationis dicti delicti priuauit, & priuat ipsum delinquentem; seu delinquentes, semel, ac sæpius ab omnibus ipsis bonis, volens portionem dicti delinquentis ipso iure, & facto integre, & absque aliqua detractione cuiusvis portionis, quam detractionem prædictus D. Testator prohibuit, & prohibet, transferri in alios non delinquentes, seu eorum filios masculos *in Stirpem*, & non *in capita*, & non existente aliquo ex descendentibus dicti hæredis, siue suprascriptorum substitutorum vt supra vocatorum, ad quos peruenire deberent bona talis delinquentis, quod talia bona transeant, & transire debeant ad dictam Societatem Sanctiss. Trinitatis; Ordinans vlterius, quod si deindè eueniat quòd talis delinquens restitutus sit in gratiam Serenissimi Domini, ipsaque gratia contineret etiam bonorum restitutionem, teneantur illi, vel ille, ad quos, vel quem fuerunt deuoluta ipsa bona delinquentis, etiam ipsa Societas Sanctissimæ Trinitatis ipsi in gratiam restituto restituere ipsa bona integrè, & absque aliqua diminutione, exceptis fructibus medio tempore perceptis, quæ omnia ordinauit prædictus Testator non animo fraudandi fiscum, sed vt, tam dictus hæres; quam substituti, ac omnes vocati ordine successiuo quietè viuant sub timore Dei, & iustitiæ humanæ, ac etiam vt bona prædicta conseruentur in agnatione omnium supra vocatorum.

[Passati da questa à miglior vita il Testatore, poscia l'herede instituito, al quale erano premorti senza prole Francesco Andrea realmente, e Pietro Francesco presontiue per la di lui absenza sostituiti in Stirpe, & non per capi con Giorgio Agostino, che morì dopò di se, lasciati Prudentia, e Dominico Francesco, per la cui soprauiuenza non potendosi dire, che li trè sostituiti siano mancati senza figlij maschi, nel qual caso era chiamata alla successione la Compagnia della Santissima Trinità, fossimo tutti di parere, che il fideicom- 1.

missio

misso per la conditione non purificata rimanesse estinto.] V. Præses Noster *allegat*.8. *num*.9.& *allegat*.15. *num*.4. & *allegat*.64. *num*.2.& *allegat*.114. *num*.29. & *allegat*.116. *num*.1. *lib*.3. Altograd.*consil*.60. *num*.115. *lib*. 1. & *consil*. 33. *num*. 14. *&* 15. *lib*.2. Merlin. *decis*.83. *num*.1.Gratian. *discept*.747. *num*.2. *& per tot*. Giouagn. *consil*.97. *num*.1.16. *& seq*. *lib*.1. Rot. in proximis terminis apud Bonden. *collect. legal.decis*.76. *num*.2. *& seq*.

[Vero è, che vno di Noi insisteua esserui ancorà in caso di morte il fideicommisso, quantunque si trattasse frà trasuersali per l'vrgenza delle congetture, che lò suadeno, cioè, che i figlij replicatamente posti in conditione s'intendino espressamente chiamati, e successiuamente grauati, e perche il fideicommittente, tanto nella prohibitione dell'alienatione, quanto in contingenza de delitti hebbe l'occhio intensamente fisso alla conseruatione de beni nella di lui agnatione.

Replicandosi dal rimanente del Senato, che delle congetture con diligenza raccolte da gl'informanti per la Trinità altre non sussisteuano in fatto, massime, che il Testatore nel fideicommisso vniuersale in caso di morte hauesse contemplata l'agnatione, apparendo dalla semplice lettura del Testamento in quella parte, nè meno enunn-
2. ciarsi parola d'agnatione necessaria consideratione frà trasuersali per indurre la vocatione de figlij più volte posti in conditione.] V.Præses Noster, & *ibi* Rot. *in decis. impressis*, *allegat*.121. *num*.3.32. 48.49. *&* 59. & *allegat*.122. *num*.1.*&* 22. *lib*.3.quæ decisiones nunc reperiũtur impressæ penes Royas. *decis*. 110. *&* 123. [Altre non douersi attendere venendo communemente riprouate, non tanto
3. considerate cadauna separatamente quanto vnite.] Royas. *decis*.110. & *decis*.123. *per totam*, V. Præses Noster post Rot. & alios *allegat*.121. & *allegat*.122. *per tot*. *lib*.3. Rot. apud Contr. *decis*.129. *num*.4.*& seq*. & *num*.10. *ac per totam*, Camarat. *respons*.49. *art*.3. *num*.1. *ac per totum*, & *art*.5. *num*.1. [L'altre poi, che restano, come di niun rilieuo, ò pure più legiere in questa sostitutione de trasuersali, ò sia positione de figliuoli, in conditione non suffraga-
4. re, mentre in essi si richiedono più vrgenti di quello occorra nè descendẽti.]Rota apud V.Præsidem Nostrum *allegat*.121. *num*. 2. 55. *&* 57. *lib*.3. [In quanto poi ci restasse perplessità, auegna che si scorga esser indubitato non militare presontione, nel caso per inferire la vocatione de posti in
5. conditione, in dubbio l'habbiamo hauuti per non chiamati.] V. Præses Noster *dict. allegat*.121. *n*.28. & *allegat*. 122. *num*. 22. *lib*.3. [Restringendosi in fatto quelle risultano dal fideicommisso in caso di morte alla compendiosa frà li sostituiti alla reciproca, che i figlij replicatamente si siano posti in conditione alla masculinità, e procreatione di legitimo matrimonio in sufficienti nel fideicommisso, come di già col l'autorità sodette si è rimostrato.

L'arguire poi del fideicommisso per il Testatore ordinato in caso d'alienatione ristretto à beni frà il fideicommittente, e fratello indiuisi sino dall'hora, e communi si discorrena, che ancorche hauesse il Testatore lasciati alcuni beni frà di loro communi, non perciò dall'esser prohibito l'alienare i sostituiti, e loro descendenti in infinito, e chiamati à questo fideicommisso particolare in-
6. stituito à conseruatione de beni particolarmente vincolati nell'agnatione non potrebbe indursi la vocatione de medemi al fideicommisso vniuersale indotto in caso di morte.] Bursat. *decis*.387.*n*.8. Rot. apud Bonden.*collect.legal.decis*.16.*sub num*.5. *vers.an à vocatione*, & in præmissis terminis *decis*.83. *à num*.12. *ad* 17. *part. nona*, *tom. primo recent*.

[Tanto più aggiungendosi trè altre ragioni à corroboratione di ciò, l'vna perche dal fideicommisso in caso d'alienatione non risulta in caso di morte, quando diuersamente dal già disposto suc- 7.
cedesse, come à dire nel caso nostro nella prima sostitutione in caso di morte colla soprauiuenza del figlio, conforme si è già detto rimarebbe estinto il fideicommisso, che non ostante l'esistenza de figliuoli sarebbe prorogato contrarietà, che impedisce l'estendersi l'vno fideicommisso all'altro.] Ludouis. *decis*. 433. *num*. 12. Rot. *decis*.267. *num*.4. *part*.2.& *decis*.368. *num*. 7. *part*. 5. *recent*. Marescot. *var. resol*.103. *num*.11. *lib*. 2. Mart. Ventur. *consil*.2. *num*.490. Altograd. *consil*.46.*num*.36. *&* 37. *lib*.1. Cyriac. *controuers*.142. *num*.18.Camarat. *respons*.49. *art*.3. *num*.10. *&* 11. [Contrarietà, che non s'incõtra mentre l'vna sostitutione in caso di morte non si confonde coll'altra, ingiunta à contrauenienti alienando, l'altra perche il fideicommisso vniuersale in caso di morte non liga, che i beni del fideicommittente, doueche il particolare in caso d'alienatione s'estende di più à be- 8.
ni del Fratello communi con il Testatore, di modo che i beni del fratello non compresi nel fideicommisso vniuersale verrebbero à comprendersi repugnanza impraticabile.] Fusar.*consil*.25.*num*.29. & in prox.term. Rot. apud Contr.*decis*.25.*sub numer*.5. *vers.essent inclusæ*, *& exclusæ*. [L'vltima è perche in abstratto prohibisse à sostituiti loro figlij, e descendenti, senza che in caso di contrauentione gl'aggraui verso altri, di modo che vie- 9.
ne questa prohibitione ad esser nuda, & in consequenza di niun' valore.] Fusar. *de substit.quæst*.685. *num*.1. *& per totam*, Merlin. *decis*. 609. *num*.2. *& seq*. Card. Otthob. *decis*.217. *num*. 13. Hodiern. ad Surd. *decis*. 258. *num*. 2. Gratian. *discept*. 280. *n*.1. *& seq*.

[Nè dalla prohibitione di qual si sia detractione di quarta poteuasi dire vestita quantonque paia 10.
la conclusione in contrario.] Altograd. *consil*.92. *num*.28. *lib*.1. Redenasc. *consil*. 29. *sub numer*.46. [Posciache detta prohibitione non s'adatta, ò per dir meglio non opera nelle sostitutioni, alle quali mediata, od immediatamente vengono chiamati 11.
i luoghi pij.] Caren. *resolut*. 249. *num*.7. *& per tot*. Cyriac. *controu*.49. *num*.40. Genuen. *in prax. tricen*.20. *quæst*. 591. *num*. 4. Rot. coram Merlin. *decis*.248. *num*.11. *& seq*. & apud Censal. ad Peregrin. *de fideicom. decis*.29. *num*.19. Fontanell.*decis*.100. *num*.15.*& seq*. Bonden. *collect*.41. *num*.35. [Tanto più, che il fideicommisso in caso d'alienatione ordinato non può dirsi vniuersale, mà particolare, dal quale non può dibattersi la Trebel- 12.
lianica.] Altograd. *consil*.69. *num*.77. *lib*.2. Mart. Ventur. *consil*.2. *num*.521. Cyriac. *controu*.205.*numer*.256. Mart.Medic. *decis.Senen*.11.*n*.1. Bart. Silvatic. *cons*.48. *num*.27.

[Elusoria perciò rendendosi duplicatamente la prohibitione della Trebellianica non altrimenti, che non ci fosse aggiunta quindi nè segue non hauere potuto operare effetto di sorte, perche il 13.
prohibito alienare s'intenda grauato restituire verso il non alienante.] Ad tradita par Odd.*consil*.91. *num*.36. Redenasc. *cons*.34. *num*.24. Fusar.*cons*.106. *num*.11.

[Nè

[Nè meno può dedursi il vestimento della nuda prohibitione sotto pretesto, che frà li sostituiti in caso d'alienatione vi sia la sostitutione recipro-
14. ca ineuitabile per la multiplicità de chiamati in euento di essa.] Surd. *cons.96.n.47.vers.nam ea quoque*, Fusar. *de subst. q.685. n.52.* Redenasc. *cons.29. n. 46.*] Mancando in questo caso la suppositione, che i prohibiti alienare fossero vicendeuolmente sostituiti succeduta l'alienatione, il che non si giustifica, anzi i contrarios, mentre non si lege alcuna
15. sostitutione, che perciò la prohibitione non hà fondamento di causa, ed in conseguenza non è d'alcun vigore.] Spad. *cons.32.n.17.lib.1.* Mar. *de success.legal.part.4.q.21.art.8. num.12.* & diximus *n.9.* Massin. *de confiscat.q.29.n.24.* [Ondè la clausula, ò
16. sia ragione della quale nel Testamento iui; *Quia enixa mens*, &c. non può importare fideicommisso replicatamente in caso di morte per esser necessaria, e postaui à bello Studio in corroboratione, euestimento della prohibitione, acciò operi solamente in caso di contrauentione,] Mart. *de success.legal.part.4.q.21.art.8.n.12.* Peregrin. *de fideicom.art.14.n.15.* Zuccar. *dec.76.n.12.* Altograd. *consil.92.n.24.& seq. lib.1.* Fusar. *cons.169.ex n.81.*

[Doue al proposito nostro ampliano quantun-
17. que la prohibitione sia conferta in più persone, e distesa all' infinito, ò sia perpetuità.] Fusar. *dict. cons.169. n.82.* Peregr. *de fideicom. art. 14. sub n.2. vers.communis tamen*, Gratian. *discept.280. n.14.& seq.* & *discept.765.n.21.& 22.* Surd. *decis.258.n.18.* & ibi Hodiern. *n.1.* idem Fusar. *de substit. quæst. 685. num.41.*

[Finalmente dalla conseruatione de beni nell' agnatione disposta dal fideicommittente contrò
18. delinquenti ad esclusione del Fisco, ci parue nè per quella potersi inferire vn'fideicommisso assoluto, perpetuo, e reciproco in caso di morte.] V. Præses Noster *allegat.115.à num.30.lib3.* Cauagnol. *decis.12.n.2.& seq.* Andr. *contr.284.n.11.* Card. Otth. *decis.258.n.1.& seq.* & *decis.255.n.19.* Rot. *decis.209. num.14.part.8.recent.* [Fù anche da Noi auuertito, che nel caso de delitti non vien posta la ragione di conseruare i beni nell'agnatione con clausula
19. independente assoluta, & finale, mà consecutiuamēte iui, *& etiam bona vt bona, &c.* che per l'illatione fatta dagl'Agenti della Trinità non serue.] Fusar. *cons.29.ex n.13.* Redenasc. *cons.54.n.43.* Tond. *var.reso.138.num.4.5.* [Non ostante, che paia, nè
20. nostri termini, che detta ragione anco concepita dipendentemente estenda il fideicommisso.] Rot. apud Redenasc. *consil. 17. à n.152.ad 159.* [Rimouendosi l'obietto dall'istesso Tribunale.] Rot. coram Card. Otth. *decis.258.n.3.& 4.*

[Per intelligenza della Rot. auanti il Durano *decis.126. dal n. 6.* fino all'vndecimo, per l'esclusiua dell'estensione dall' vno fideicommisso in caso de delitti all' altro, in euento di morte senza figliuoli sostenuta da gl'Agenti della Trinità, in quanto egli difende il contrario ritrouassimo non
21. applicarsi.] Rot. *decis.368. n.9. & seq. part.5.* & *decis.209.n.14. in fine, & 15. part.8. recent.* & coram Card. Otth. *dicta decis.258. n.20. in fine.* [Mentre egli discorre in caso, nel quale la ragione di conseruare, l'agnatione non era consecutiua, mà principale, e separata, Che è quanto potiamo riferire in essecutione de benignissimi comandi di V.Alt. Serenissima, al dicui purgatissimo giudicio rimettendosi li facciamo profondissima riuerenza.]

Ioan. Pauli Melij Obseruat. forens.

SVMMARIVM.

1 *Positi in conditione ex coniecturis etiam in transuersalibus censentur vocati. In conditione non censentur vocati in transuersalibus, vbi non fuit contemplata agnatio, n.17. & n.20. In conditione non censentur vocati ex substitutione loci pij, num.21. Regulariter non censentur vocati, num.77. non censentur vocati si ita aliàs iudicatum fuit, n.81.*

2 *Coniecturarum grauitas pro inducenda vocatione positorum in conditione, Iudicis arbitrio remittitur, & num.4. Numerus non inducit vocationem positorum in conditione, n.7.*

3 *Coniectura semel arbitratæ insufficientes ad inducendam vocationem positorum in conditione amplius non controuertuntur. Sufficientes pro vocatione positorum in conditione in vna regione, in alia pro insufficientibus habentur, num. 5. Seclusa agnationis contemplatione non iunguntur, num.84.*

6 *Cyriac.* controu.96. *reprobatur.*

8 *Masculorum ex vocatione fœminæ excluduntur.*

9 *Filiorum appellatione veniunt fœminæ.*

10 *Masculinitatis qualitas sæpius expressa non censetur repetita. Amplia in testamento Iurisperiti, num.11. Et de ratione, n.12.*

13 *Prædilectus præsumitur proximior. Hæres institutus, n.14. Minus grauatus, n.15.*

16 *Agnatio non dicitur contemplata, vbi fœminæ possunt succedere.*

18 *Soror Fratri ab intestato succedit.*

19 *Obseruantia præualet interpretationi testamenti.*

22 *Legitimitatis qualitas non inducit vocationem positorum in conditione.*

23 *Sacerdotem vocare illegitimos ad eius successionem non decet.*

24 *Impium est recedere à dispositis per Testatorem.*

25 *Reciproca non efficit, vt positi in conditione dicantur vocati.*

26 *Fratribus germanis, & fratre consobrino institutis, in capita succedunt.*

27 *Clausula, in Stirpes, non petit coniecturam vocationis positorum in conditione.*

28 *Trebellianica detrahitur de fideicommisso vniuersali. Detrahitur etiam de particulari consistente in egregia quantitate, n. 31. Et in quota, num.32.*

29 *Falcidia detrahitur de fideicommisso particulari. Nec Trebellianica detrahuntur ex substitutione loci pij, n.30.*

33 *Prohibitio detractionis quartæ in transuersalibus non inducit vocationem positorum in conditione.*

34 *Duran.* decis.126.n.6.& seq. *declaratur.*

35 *Fideicommissum in casum delicti cum ratione conseruandi bona in agnatione, concepta vt bona, &c. non extenditur ad casum mortis, & n.88. Amplia vt n.37. Dicitur in odium Fisci, & non valet, n.38. Declara, n.39.*

36 *Surd.* decis.84. *reprobatur.*

40 *Alienationis prohibitio nuda, & simplex non valet &, n. 87. Facta per participium,* prohibendo, *stat accessorie, n.43.*

41 *Ratio conseruandi bona in agnatione adiecta prohibitioni nudæ eam solummodò conualidas,*

dat, & fideicommissum ad casum mortis non extendit.

42 *Fideicommisso à particulari non infertur ad vniuersale.*

44 *Verba in Testamentis non stant sine virtute operandi. Amplia, n.45.*

46 *Hæreditas in pluribus patrimoniis cõsistere potest.*

47 *Qualitas adiecta generi illud coarctat.*

48 *Principium petere est dare pro ratione id, de quo disceptatur.*

49 *Coniecturis non est opus in claris.*

50 *Relatio fit ad proxima, ac magis conformia.*

51 *Dictio,* ipsis, *excludit filios in conditione positos,* Sic, *idem facit, n.52.*

53 *Facti alteratio Ius quoque alterat.*

54 *Progressus ad plures gradus substitutionũ quãdo subsit. Non parit coniecturam vocationis positorum in conditione in transuersalibus, n.55.*

56 *Ablatiuus absolutus importat conditionem resolutiuam.*

57 *Substitutio facta nominatim tribus caducatur ob prædecessum vnius, & n. 58. Ad contrariam substitutionem non extenditur, n.59.*

60 *Pars vna Testamenti non declarat aliam repugnantem, & n.61. & n.86.*

62 *Verbum,* omnes, *requirit plures vltra duos.*

63 *Senatus Sententia opinioni Rotæ præfertur omninò seruanda, & n.67.*

64 *Filios in conditione positos, non censeri vocatos in dubio pronuntiandum, & num.65.*

66 *Possessoris fauore in dubio pronuntiandum.*

68 *Testator de re aliena disponere nõ potest. De bonis hæredis potest legare, aut fideicõmittere, n.70. De re aliena, quando nulliter disponit, n.71. Aliquando sciens inutilẽ facit dispositionem non habens animum substituendi, n.83.*

69 *Hæreditas efficitur patrimonium adeuntis.*

72 *Hæres grauatus restituere hæreditatem propriam non tenetur, nisi ad ratã fructuũ ex hæreditate defuncti perceptorũ. Grauatus non tenetur restituere bona ad eũ fortuitò peruenta, n.73.*

74 *Testamenti, & contentorum in eo ignorantia præsumitur in nepote, qui patruo successurus erat ab intestato. Scientia in hærede requiritur, vt adeundo sibi præiudicet, n.75. Scientia in minore non præsumitur, n.76.*

78 *Filiis in conditione positis, reseruata est successio ab intestato ad exclusionem substituti.*

79 *Filius grauatus à patruo in hæreditate patris non impeditur detrahere legitimam, & Trebellianicam.*

80 *Transactio facta super fideicommisso bona fide, & ob dubietatem præiudicat vocatis.*

82 *Senatus potest habere rationem Scripturarum, quæ in alia causa fuerunt inter easdem partes productæ sine reproductione.*

89 *Argumentum à descendentibus ad transuersales in materia coniecturarum procedit negatiuè, non autem affirmatiuè.*

90 *Confessio existentia fideicommissi non attẽditur. Contra quam fuit iudicatũ non releuat, n.91.*

Obseruatio CXLIV.

1 [Hoggi di non si disputa più, se li figliuoli posti in conditione, tanto frà descendenti, quanto frà trasuersali, siano dispositiuè chiamati, ò respettiuamente grauati, concorrẽdoui le congetture, che lò persuadino, per essere conclusione indubitata studiosamente dal Senato trascurata, per hauersi tutto dì alle mani le autorità addote da Signori Senatori Berti, e Ponti nè loro motiui.] Fusar. *de substitut. q.* 480. *n.*19. *verf. & coniecturis tamen,* Rota *part.*4. *recent. tom.*2. *dec.*355. *n.*30. & apud Ludouisi. *dec.*315. *n.*1. & *ibid. in annot. n.*16. & *decis.*329. & 527. *n.*2. D.V. Præses Melius *alleg.*83. *n.*11. & *alleg.*96. *n.*4. vbi notat hanc opinionem nullum habere contradictorem, & *alleg.* 115. *n.*3. vbi loquitur in transuersalibus, *lib.* 3. & latè exornat Florian. Dulph. *controu.*31. *n.*1. & 2.

2 [Controuertẽdosi solamẽte, quali di esse cõgetture siano sufficiẽti, quali irreleuatorie, quali legieri, quali riprouate, quali per costume del Notaro, quali sode, & vrgenti, nè potẽdo accertarsi regola stabile, viene perciò la elettione delle valeuoli risposta communemente nell'arbitrio del Giudice.] D.V. Præses Melius, *alleg.*103. *n.*19. & *alleg.*121. *n.*5. *lib.*3. Rot. *dec.*77. *n.*50. *p.*10. *rec.* Galuan. *cons.*33. *n.*19. Rot. *decis.*86. *n.*11. *part.*11. *rec.* Criuell. *dec.*122. *n.*18. Scayn. *dec.*2. *n.* 107. Michaël Angel. Gizz. ad Capyc. Latr. *decis.*1. *n.*5. Rodeor. in addit. ad Antonin. de Marin. *resol.*141. *lib.*1. Gratian. *discept.*352. *n.*27.

3 [Là onde, hauendo il Senato di Casale in questa causa, arbitrate per insufficienti le risultãti dal Testamẽto del Canonico Sterzi, del quale hora si tratta, poco, ò niente importa, che i detti Signori Senatori nè loro motiui siano di contraria opinione, cõforme nè precisi termini viene cõcluso da Dottori generalmente, & in particolare dalli riferti.] Idem D.V. Præses Melius *d. alleg.*121. *n.*9. *lib.*3.

4 [Anzi che, hauendo in causa simile la Rota di Roma in vn fideicõmisso precedentemẽte risoluto, ò fosse arbitrato, che le congetture all'hora cõcorrenti fossero à sufficienza, à che i figlij in quel caso posti in conditione fossero chiamati, attentando le più rinomate piume di quella Corte di sostenere il contrario, parue, che quel Sacro Tribunale con modestia se nè risẽtisse] *in Bonon. fideic. de Guidotis 5. Iulij 1648. corã R.P.D. Arguelles, §. Obiecta verò excitata contra cõiecturas in præterita, nõ fuerũt in cõsideratione habita, quia cõiecturarũ grauitas à Iudicis arbitrio dependet, illique remissa est iudicãdi facultas, quæ & qualis cõiectura sufficiat, &c.* Vbi alleg. Sur. *dec.*162. *n.*11. & plures alias eiusdẽ Rot. dec.

5 [Dalche si conuince, che in questa materia conietturale, & arbitraria, può vna persona, anzi più seguitar vna opinione, ele altre sostenere la contraria che perciò non è cosa noua, che il Supremo Tribunale per gratia di essempio della Prouincia del Monferrato, nell'istesso caso non habbia le congetture per conuincenti, à che i figlij posti in conditione non siano chiamati, doue che, ò la Rota di Roma, od il Senato di Mantoua, od altri Giudici, le haueranno per bastanti alla pretesa vocatione de medesimi.] Fontanell. *de pact. nupt. claus.*5. *gloss.*10. *part.*2. *n.*2. & 3. Redenasc. *cons.*14. *num.*7. *in fine,* & 8. Capyc. Latr. *decis.*1. *ex num.* 33. ibique Gizz. *à num.*3.

6 [Il supponere poi, che dal Testamento del Sterzi, sopra il quale si contende, si potessero cacciare dodeci congetture, il che in fatto non si giustifica, non per questo la quantità darebbe maggior forza per indurla vocatione de figlij posti in conditione, per essersi più volte praticato diuersamente, & impparticolare nel caso, sopra di cui scrisse il Ciriaco nella controuersia 96. Inculcatamẽte addota da Signori Senatori Berti, e Ponti, contro la quale à fauore della Signora Catterina Torri Moglie, che fù del Caliari Agente in Mantoua de Serenissimi di Toscana fù giudicato.] Vt refert D. V. Præses Melius *allegat.* 64. *per totam,* & *allegat.*115. *num.*19. *in fine lib.*3.

E si

[E si può vedere nè gl'atti del Bertoldo Can-
celliere di quel Senato, conforme hora il medesi-
mo attesta, tralasciando per adesso tant'altri casi,
nè quali vi concorreuano congetture di numero,
7. e sostanza, pari alle pretese in questa causa, e pu-
re enientidimeno furono hauute per insussistenti.]
Redenasch. *cons.*13. & 14. vbi aderant quatuordе-
cim, Hodiern. ad Surd. *dict. decis.*162. vbi repro-
bantur decem, tot quoque reiicit, Palm. *cons.*5. *à
num.* 15. *ad* 42. & totidem refelluntur à Rota *in
Auenionen. fideicom.* 1646. 1647. & 1648. *coram
Verospio*, impressæ apud Tondut. *post resol. ciuil.
c.*55. & *in Tudertina asserti fideicom.*1640.& 1641.
impressæ apud V. Præsidem, *post allegat.* 121. *lib.*3.
nunc inter impressas apud Royas *decis.* 110. &
*decis.*123.

[Che poi in fatti nel caso nostro le congetture
non siano dodeci, mà meno assai senza trascorrer-
le ad vna, ad vna basta il dire, che la parte nè fóda
vna, sopra che i Maschi siano sempre chiamati, &
da quella nè finge vn'altra dall'esclusione delle
8. femine con tuttoche non si possi contare, che per
vna, mentre che il Testatore chiama solamente i
Maschi, che porta seco implicitamente l'esclusiua
delle Femine.] D. V. Præses Melius *allegat.*62.*n.*2.
*lib.*3. Peregrin. *cons.*16. *num.*2.*lib.*2. Altograd. *con-
sil.*15. *num.*1.& 2.*lib.*2. Bonden.*collect. legal.*41.*nu-
mero* 86. Merlin.*decis.*389. *n.*8.& *decis.*799.*num.*17.
Andreol.*contr.*344.*n.*6. Rota *dec.*139.*n.*9.*part.*9.*to.*1.
& *decis.*385.*n.*42.*part.*9.*tom.*2.*recent.* Mart.*cons.*118.
*num.*4. Castill. *contr.lib.*2.*cap.*4. *num.*79.

[Douendosi auuertire, che la supposta esclu-
sione delle Femine, come si è detto in fatti non si
giustifica, posciache hauendo il Testatore institui-
to herede Giouanni Andrea Sterzi lui Nipote di
Fratello, ed à lui mancando senza figlij, hauendo
sostituiti Pietro Francesco, Andrea, e Giorgio
Agostino parimente de Sterzi, non v' hà dubbio,
9. che se egli morendo hauesse lasciato vna figlia,
quella sarebbe succeduta in riguardo, che quelle
parole, *sine filiis*, abbracciano non solo i maschi,
mà anche le Femine.] Fusar. *de substitut. q.* 402.
*num.*1.& *seq.* Mart. Ventur.*cons.*2.*sub n.*209.*vers.*&
in conditione, Bonden. *collect.legal.*34. *n.*12. cum
aliis apud Rotam post Censal. ad Peregr. *de fidei-
com.decis.*34.*num.*2. Contr.*discept.*65.*num.*20. Cen-
sal.*cons.*7. *num.*1.& *seq.* latè Hodiern. *contr.*11. *n.*3.
vsque ad 15. Rot. apud D.V. Præsidem Melium *de-
cis.*120.*num.*13.& 14. post addit. ad Castill.*de alim.*
Marescot. *variar. resol.*11. *num.* 4. *seq.* & *per tot.
lib.*3. Giurb. *decis.*31. *num.* 11. & *seq.* Capyc. Latr.
*decis.*128. *num.*15. & *seq.*

[Nè osta il replicare, che hauendo il Testato-
re nell'altre parti del Testamento inculcata la vo-
catione de Maschi, quella s'intendi anco per es-
pressa nella sostitutione fatta al primo herede gra-
10. uato, in caso di mancanza senza figlij, venendo
impugnata communemente la repetitione della
masculinità, quando non vi concorrono conget-
ture, che per necessità la conuinchino.] Rot. post
alios apud Censal. *dict.decis.*34.*num.*4. Contr.*dict.
discept.*65. *num.*21. Censal. *dict. cons.*7.*ex numer.*5.
Card. Otthob.*decis.*265. *n.*15.16.& 17. Castill.*contr.
lib.*2.*cap.*4.*n.*96.& *seq.* Trentacin. *de substit.part.*4.
*cap.*7.*num.*11.& latè in terminis Mart. *de Success.
legal.part.*4.*quæst.*6.*art.*3.*à num.*5. *ad* 10. Giouagn.
*cons.*82. *ex num.*128.*lib.*1. D.V. Præses Melius *alle-
gat.*64.*num.*6. *lib.*3. Rot. *in Romana fideicommissi
de Glorieriis*, 28. *Martij* 1664. *num.*5. *coram Reue-
rendiss. P.D.Emerix.*

[Massime trattandosi dell' intelligenza di Te-
stamento di vn' Dottore, à quale in consequenza 11.
era nota la sudetta conclusione, conforme nè pon-
tuali termini auisano.] Fusar. *de substitut.q.*403.*nu-
mer.*29. Censal. ad Peregr. *de fideicomm.art.*25.*vers.*
7. *casus*, *fol.*101. Giouagn.*cons.*12.*n.*17. *lib.*2. Rot.*in
Rom. de Glorieriis* 26.*Iunij* 1664.*n.*8.& prius *in ea-
dē* 28.*Martij eiusdē anni n.*10.*corā R.P.D.Emerix.*

[Di che la ragione è impronto, per la diuersità
dell' affetto de Testatori, che hanno più verso vna
persona, che l'altra, conforme dopò gl'altri egre- 12.
giamente discorrono.] Rota *dicta decis.*34. *n.*5. post
Censal. Contr. *dict.discept.*65. *sub n.*24. *vers. stante
huiusmodi diuersitate*, & *vers. cum in diuersis.*

[Che poi il Testatore nel caso nostro, fosse più
inclinato verso l'herede instituito suo Nipote di 13.
Fratello, si conuince, non solo da esserli più pros-
simo.] Cyriac. *contr.*536. *n.*8. & 9. alios cumulat
Contr.*discept.*29. *num.*9.

[Mà anco, è molto più per hauerlo instituito 14.
suo herede.] Cyriac.*contr.*12.*n.*43. Contr.*d.discept.*
23.*n.*112. & *n.*114.& *n.*117.& *post tract.* Rota *ibidem
decis.*53.*num.*4. Galuan.*cons.*34. *num.*58.

[Aggiungendosi in oltre, di hauerlo il Testatore
men' grauato, per non hauerle prohibito l'aliena-
tione, nè ingiontole obligo di restituire, che i be-
ni del Testatore, doueche à gl' altri nel testamento
chiamati espressamente li hà prohibito l'aliena-
tione, e grauati etiamdio nè beni trà il Testatore,
& il fratello communi, nè vi è dubio, che dall'esser 15.
vno men'grauato de gl' altri s'arguisca verso di
maggior affetto del Testatore.] Fusar. *de substitut.
q.*468.*n.*8. Galuan. *cons.*34.*n.*58. Redenasc. *cons.*20.
*num.*23.

[Quindi è, che non hauendo il Testatore nel
caso sudetto escluse le femine, anzi preseruatale la
facoltà di succeder ab intestato, nè segue perciò,
che non possa dirsi, che il Testatore nel fideicom- 16.
misso in caso di morte ordinato, habbia contem-
plata l'agnatione.] Ludouis. *decis.*433. *n.*15. & 16.
Contr.*discept.*47.*n.*19.*propè finem*, Cammarat. *dict.
decis.*49.*art.*4.*n.*26. Castill.*controu.lib.*2.*c.*4. *n.*178.
Hodiern.*res.*11.*n.*36. & 37. Rot. *decis.*267. *num.*13.
*part.*1.& *in Romana fideicommissi de Glorieriis* 28.
Martij 1664.*n.*11.& 16.*Iunij* 1664.*n.*5.*coram R.P.D.
Emerix*, Capyc. Latr.*d.dec.*128. *n.*19. & *seq.*

[Che perciò à fondamenti della relatione ag-
giunto quanto si è detto di sopra rimane più che
mai consolidata, etiamdio nel parere de Signori
Senatori Berti, e Ponti, che nè loro motiui ri-
chiedono l'agnatione tacita, od espressamente
contemplata, ad effetto, che frà trasuersali la posi- 17.
tione de figlij in conditione, induca de medemi
la vocation e, conclusione da tutti communemen-
te seguita.] Ex traditis per Rot. ibi impressam per
D.V. Præsid. Melium, *allegat.*121.& 122. *ferè per to-
tas*, *lib.*3. & famulantur deducta per Hodiern. *con-
trou.*11. *n.* 9. & *seq.* Palm. relegend. *cons.*5. *n.*15.
seq. ac per totum.

[L'altra poi figurata da Signori Senatori Ber-
ti, e Ponti, à suppositione de gl'informanti per la
Trinità, che si arguisce dall' esclusiua della Nipote
del Testatore sorella dell'herede instituito con
lieue accrescimento di dote, in fatti è notoriamen-
te erronea, essendo ella ab intestato succeduta al
fratello herede instituito nè proprij beni, non
grauato à restituire, nè prohibito alienarli, se- 18.
cundo dispone il Ius commune verso più prossi-
mi.] Iuribus cumulatis per D. V. Præsid. Melium
*allegat.*77. *num.*5. *lib.*3. Hodiern. *controu.*36.*num.*1.

Rot. *decis.349.n.9.part.11. recent.* Florian. Dulph. *dict. contr.31. num.19. & seq.*

19. [Il che di più cagiona impraticabile, l'estensione, nõ solo da persona à persone, da caso à caso, mà anco da beni à beni, preualendo l'osseruanza ad ogni altra interpretatione del Testamento.] Rota impressa apud Tond. *resol.ciuil.post cap.55. §.accedit his omnibus, fol.127.* repetita *decis.* 401. *num.13. part.9.tom.2.recentior.& in Romana fideicomm. de Tronsarellis 12. Maij 1653. §. idque clarè, coram Reuer. Cerro*, Cardin. Otthob. *decis.254. num.12.* 13.& 14. Rot. *decis.337.num.44.* & *decis.374. n.21. part.11. recent.*

20. [Ambedue perciò non sussistenti, ò dibattute, resta indi esclusa qual si sia, à benche tacita contemplatione dell'agnatione, senza la quale anco li Signori Senatori Berti, e Ponti, ammettono vniuersalmente l'insussistenza dell'altre, iui, e doue lei manca nullius, &c.] Rot. apud. D. V.Præsid. Melium *allegat.21.num.48. lib.3.*repetita apud Royas.*decis.123. num.2.*& dictum fuit in relatione, *num.2.* [Essagerando tuttauia, che in fine venghi chiamata la Trinità à suffragio dell'anima del fideicommittente à beneficio publico, in proua allegando il Ciriaco *contr.96.n.74.*da tutto quel Senato riprouato, il Contr.*discept.83.n.4.*Che non nè parla il Cardinale Ottobono *decis.* 113. *num.* 21. Che discorre frà descendenti, pondera il concorso dell' espressa agnatione, e lo Statuto di Roma,

21. disponente, che i figlij posti in conditione s'intendino chiamati; Doue che per la non vocatione, cento è mille nel caso nostro precisamente conchiudono.] D. V. Præses Melius post alios *allegat.121.num.52.& 53.*& *allegat.* 122. *num.*10. & 11. *lib.3.*Redenasc. *cons.74. num.53.& 54.*

[Alla congettura, per indurre la vocatione de posti in conditione, presa dalla legitimità, e nascita di legitimo matrimonio più volte nel Testamento repetita, non si risponde, che non venghi

22. più da pratici allegata, come solita porsi di Stile de Notari, ed in conseguenza communemente trascurata.] Caren.*resolut.91.à num.25. ad* 33.Rot. apud D. V.Præsid. Mel. *allegat.115. num.16.*& *allegat.121. num.38.*& *allegat.122. num.* 14. *lib.3.*Rot. apud Tondut. *resolut.55. decis.* 4. *§. hinc vis, vers. vel in qualitate*, & apud Contr.*decis.129.n.5.*

23. [Mà ben si replica, hauere egli per essere Ecclesiastico ristretto la conditione à nati legitimamente, non conuenendosi all'honestà Sacerdotale, fare conto de figlij di dannata procreatione.] Argumento *l. filius 25.ff. de condit.instit.*glos. *in cap. faciat, 23.quæst.2.*Fulgin. *de emphyt. q.54.n.3.*

[Di modo che scoprendosi da quanto si è detto, ed in appresso si proseguirà chiaramente, non esserui il fideicommisso la pretensione di figurarlo per il concorso di causa pia à danni di Zitella, in tem-

24. po della purificatione rimasta infante, ed Orfana, non potrebbe, che sotto apparenza di pietà riputarsi iniqua.] Rub. *de testam.cap.5. ex num.* 51. & in annot. ad Rotam *decis.* 320. *numer.* 128. *part.9. tom.2. recent.*Rot. *decis.77. num.43. & 44. part.10. recent.*Bonden. *collect.19.n.102.*

25. [Così sarebbe di souerchio il rispondere alla congettura, che i figlij dall'essere posti in conditione s'intendono chiamati, cacciata nè motiui della reciproca, essendo nè trasuersali communemente, di proposito, e con ottime ragioni rigettata.] V. Præses Melius post alios, præcipuè Rotam *allegat.115. num.9.*& *allegat.* 121. *numer.*11. & *seq.*40 & 56.& *allegat.122. num.* 18, *lib.3.* Hodiern. *controuers.11. num.12.& seq.*Rot. apud Contr. *decis.71. num.5.* Mart. Ventur. *consil.* 2. *à num.275. ad* 279.

[Per intelligenza poi della clausula, *in Stirpes*, e non, *in capita*, deuesi auuertire, che hauendo il Testatore sostituiti all' herede grauato due fratelli, & vn'fratello Cugino, potendo essi ragioneuolmente insistere, per la Successione, *in capita.*] Merlin. *decis.570. à num.6.ad 13.& per totam*, & *decis.631. ex num.3. ac pariter per totam.* 26.

[Volendo rimouere la perplessità il Testatore, vi aggiunse la clausula, *in Stirpes*, che perciò non s'applicano le dottrine nè motiui addotte al *n.24.* Non già mai per indurre, che i posti in conditione, fossero chiamati, non operando ella simile effetto.] Ias.*consil.143.num.19.& seq.lib.2.*Cæphal. *consil.419.num.74.vers.nec resistit*, Menoch.*de præsumpt.76. num.74. lib.4.* Fusar. *de substitut. q.437. num.208.* Mart. Ventur. *consil.2. num.376.* Ibi vanissimam hanc nuncupat coniecturam, Rota *decis.221.num.14. part.5.recent.* 27.

[Ogni detrattione nel Testamento del Sterzi viene prohibita, cioè di Trabellianica dal fideicommisso vniuersale, nell' heredita del Testatore in caso di morte, ò di delitto.] Caren. *resol.249. num.11.* Andr. Censal. *decis.Lucen.42. n.14.* 28.

[E di falcidia dal fideicommisso particolare, nè beni del Testatore con il fratello communi in caso di alienatione.] Caren.*res.249.n.1.*& benè declarat Peregr. *de fideicom.art.3. num.14.*Mantic.*de coniect.vlt. volunt. lib.7. tit.11.sub num.2. vers.& fideicom. singularib.* Mart. *de success. legal.part.4. quæst.28. art.2.n.1.* 29.

[A maggior chiarezza di quanto viene disposto dalle leggi, che niuna detratione competisca à grauati di sostitutione, che termini in luogo pio.] Caren. *res.249.n.1.& 7.*D.V.Præses Melius ad Castill.*de alim.cap.9.n.8.& 9.*& *cap.35.n.2.*Rot.apud Censal.ad Peregr.*de fideicom. decis.29.sub n.19.* & *dec.162.num.9.part.9.tom.1.*& *dec.320. n.9.part.9. tom.2. recent.* 30.

[Essendosi valso il Testatore à bello Studio della parola, detrattione, ancora nel fideicommisso particolare, dal quale nel caso presente sì dibatte la Trebellianica, ò per essere di rilieuo.] Cabal. *resol.286. num.78.* 31.

[O per essere ordinato nel Patrimonio commune de fratelli importanti quota,] Peregr.*de fideicom.art.3.n.21.* Bonden.*collect.41.num.57.* Mart. Medic.*decis.Senen.11. num.5.6. & 7.* 32.

[Non gia mai per dar materia à congetturarsi la vocatione, de figlij in conditione posti, che non s'inferisse frà trasuersali se non quãdo per vrgenza irrefragabile l'indica la dispositione, che non può altrimente verificarsi] Menoch. *de præsumpt.76. sub n.80.vers.cæterum, lib.4.*Cæphal.*consil.419.n.36.*& *sub n.74. vers. ad quintam*, & huic opinioni, tanquam veriori adhæret Fusar.*de substit. q.437.n.216.*Simon. de Præt. relegendus *de interpretat.vlt.volunt. fol.300. sub num.5.* Anell. Amat. *cons.91.n.33.* Hodiern.*controu.11. num.24.* quidquid esset in descendentibus, Merlin.*decis.447.n.7.*repetita apud Antonin. de Marin. *dict. resol.141. lib.1.* Fusar. *cons.145. num.21.* 33.

[Non applicandosi al caso nostro, nè la decisione del Durano 126.nè meno l'altra dell' Argueles, impressa presso il Redenasco, dopò il Consiglio 17. Et specialmente al *n.* 152. & *seq.* primieramente, per esser ambedue nè nostri termini rigettate della medesima Rota, non solo nelle decisione addotte 34.

nella

nella Relatione ſotto il numero 20. & 21. mà anco da altre, che s'adducano, oltre le autorità diffuſamente portate.] Rota *deciſ.8.num.2.par. 7.recentior.* V. Præſes Melius *dict.allegat.* 115.*n.*30. & 31. *lib.*3. Cauagnol. *deciſ.*12. *num.*25. & *ſeq.* Rot.*deciſ.*115.*num.*1. *par.*3. & *deciſ.*238. *num.*1. *par.*11. *recent.* & *deciſ.*358. *part.*10. *recent.* & *in Spoletana fideicom.*19. *Aprilis* 1641. *coram R.P.D. Peutingero.*

[Di poi, perche le ſodette Deciſioni del Durano, & Argueles non s'applicano mentre iui dopò la priuatione à delinquenti in Oratione ſeparata, & diſpoſitiua, vi aggiunſero la ragione di conſeruar i beni nell' agnatione, con la clauſula, *quia eius voluntas erat, &c.* Il che non ſuccede nel caſo noſtro, mentre è concepita la ragione di conſeruar l'agnatione, con la clauſula, *vt bona remaneant, &c.* Che importa, non diſpoſitione, ma cauſa, illatione, & enuntiatiua,
35. che non opera quanto l'altra clauſula, *quia volo, &c.* Conforme con vn Seminario di autorità, che non hanno cōtraditore conchiude.] Redenaſc.*conſ.*29.*num.*38. & *conſ.*30. *à num.*17. *vſque ad* 133. Monet.*de commut.vltim.volunt.cap.*9. *ſub num.*78.*verſ. vt procedat,* Ciarlin. *contr.*219. *num.*133. Seraph. *de confiſc.quaſt.*29.*num*11. Bardellon. in præciſis terminis *conſ.* 99. *num.* 19. & 20.

[Tralaſciandoſi per hora di ſoſtenere, che quando anche ci foſſe la clauſula, *quia volo, &c.* Non per queſto la ſoſtitutione fideicommiſſa-
36. ria à delinquenti ingiunta, ſi eſtenderebbe à medemi in caſo di morte, non oſtante le deciſioni ſudette della Rota, e del Sordo 84. communemente reprouata.] Caren.*reſolut.*29.*n.*11. & *reſolut.*61.*n.*4. & *reſolut.*212.*n.*11. Ioan.Franc. Andr.*contr.*284.*n.*10. & 11.

[Aggiungendoſi per irrefragabile, che il Teſtatore nel caſo noſtro, per toglier di mezzo la ſudetta dificoltà più d'vna volta reſtrinſe la diſpoſitione ſudetta ſolamente al caſo del delitto,
37. colla repetitione della reſtrittiua, iui, *caſu quo,* & iui *eo caſu operanti,* che la ragione di conſeruar i beni nell' agnatione, fuori del caſo del delitto non s'habbia in cōſideratione.] Otthob. *dict.deciſ.*258.*n.*2. Rub. ad Rot. *deciſ.*320. *n.*97. & *ſeq.part.*9.*tom.*2 *recent.* Caren.*reſolut.*91.*n.*38. Cauagnol. *deciſ.*12.*num.*2. & *per totam,* Rot.*deciſ.*238.*num.*2.*par.*11. & *in Tiburtina fideicomm.* 16. *Martij,* & 27. *Iunij* 1640. *coram Eminentiſſ. Panzirolo,* & *in Spoletana fideicom.* 11. *Aprilis* 1641. *coram R.P.D. Peutingero,* Ioan.Franc.Andr. *contr.*284.*n.*15. & 16.

[Oltre che il Teſtatore priuato dell' heredità il delinquente, con chiamar ad eſſa il non delinquente, & così conſolidata la ſoſtitutione
38. in caſo di confiſca, ſouuenutale perpleſſità, ſe la di lui diſpoſitione poteſſe dirſi diretta, in odio, e frode del fiſco, ed in conſeguenza di niun valore.] Bardellon. qui optimè in proximis terminis poſt alios exornat, *conſ.*99.*num.*17. Barzet.*inter conſ.Redenaſch.*34. *num.*46. Guazzin.*de confiſc.bonorum, concluſ.*3.*limit.*17. *num.*3. Caren. *reſol.*29.*ſub n.*11.*verſ.* & *ſanè.* Ioan.Franc.Andr. *contr.*284.*n.*13.

[Per reciderla dunque apporta due ragioni, l'vna, accioche i chiamati viueſſero nel timor di Dio, & della Giuſtitia, e l'altra, perche i beni ſi conſeruaſſero nell' agnatione de mede-
39. mi, quindi, e che non può dirſi ſuperflua, an-

corche non ſi eſtendi al caſo di morte, come ſuccedeua ne caſi del Durano, & Argueles, ne quali non ſcropolizarono i Teſtatori.] Ita ratiocinatur, & ſubdit, Bardellon. *dict. conſ.*99. *ſub num.*17. *verſ. adeo quod,* Barzet. *inter conſilia Redenaſch.*34. *num.*47. Guazzin. *de confiſcat. bonorum concluſ.*2.*limit.*17.*n.*8.

[Ammettendoſi nel motiuo da Sig. Berti, e Ponti, che la prohibitione d'alienare da ſe ſteſſa foſſe nuda ſì oſſerua iui, perche niun' altra n'era preceduta, ed in conſeguenza, che 40.
da ſe non operaſſe, conforme ſi è detto nella relatione *num.*9. & 15. e di più ſoſtengono.] Cyriac. *controu.*141. *num.*24. Rota apud Bonden. *deciſ.*34. *num.*8. Altograd. *conſ.*79.*num.*38. *lib.*2. Monet. *de commutat. vltimarum volunt. cap.*9. *num.*75. *in fine,* & 76. V. Præſes Melius in addit. ad Caſtill. *de Alim.cap.*32.*n.*16. ibique Rot.relegen.*dec.*118.*n.*8. & 9.

[Rimane perciò indubitato, che la ragione di conſeruar l'Agnatione, aggiunraui la clauſula, *quia enixa mens, &c.* Serui ſolo per veſtimento alla prohibitione, & non operi aſſoluto, e ſimplice fideicommiſſo, tanto in caſo di contrauentione, come in caſo di morte, ſecondo l'opinione più vera, è commune de Dot- 41.
tori nella relatione *num.* 16. & di queſti, che s'aggiungano.] Rota *deciſ.*284. *num.*8. & 9. *part.*6. & *deciſ.*15. *num.*2. & *ſeq.part.*7. *recent.* & apud Bonden. *dict. deciſ.*34. *num.* 8.*verſ. tunc talis ratio,* latè Matt.Ventur. *conſ.*2.*num.*474. & 475. V. Præſes Melius in addit. ad Caſtill. *cap.*32. *num.*16. ibique Rota *deciſ.*118. *num.*6. 8. & 9.

[Tanto più, che nel caſo noſtro, viene impedita l'eſtenſione da vn' fideicommiſſo all' altro, per la diſſimilitudine, diuario, e contrarietà, militante trà il fideicommiſſo in caſo di contrauentione, che eſclude apertamente Gio. Andrea herede inſtituito, ſì reſtringe à beni frà il Teſtatore, e l'herede inſtituito communi, capiſſe ſolo i Maſchi, doueche l'ordinato in caſo di morte aggraua anco l'herede inſtituito à cui laſcia in libertà i beni proprij, ſenza eſcludere le femine dal medemo deſcendenti, il che ſtante già ſi diſſe nella relatione, che non poteua il fideicommiſſo, diſpoſto in caſo d'alienatione eſtenderſi à quello della morte, non oſtante la clauſula, *quia, &c. num.*6. 7. & 8. e che non s'applicaua la deciſione, 83. *part.*9. *tom.*1. *recentior.* riferta non ſolo nella relatione del Senato, mà anco nè motiui, ſaluo che non foſſe licito da vn' fideicommiſſo particolare arguirſi all' vniuerſale frà di loro diuerſi, iui in 42.
detta deciſione, *quin ſit particulare,* & *diuerſum fideicommiſſum,* non applicandoſi nel reſto detta deciſione per le ragioni ſudette.] Rub.ad Rotam *deciſ.*320.*num.*85.120. & 126. *part.*9. *tom.*2. *recent.* latè poſt alios, Ioan.Franc.Andreol. *controu.*284.*num.*12. & 17. Matt.Ventur. *conſ.*2.*ſub num.*372. *verſ. non tamen ex prohibitione alienationis particulariter facta de aliqua re poteſt rectè inferri ad vocationem in vniuerſali ſucceſſione,* Tondut. *reſolut.ciuil.*47.*n.*19. & 20.

[Là onde non fà di meſtieri inoltrarſe, à che la ragione di conſeruare i beni nell' agnatione, ingiunta alla prohibitione d'alienare ſtij principalmente, atteſo che, venendo concepita con il participio, *prohibendo,* ne ſegue perciò 43.
la dilei dipendenza e continuatione.] V.Præſes

Melius *allegat.* 110. *num.* 23. *& allegat.* 115. *n.* 22. *& allegat.* 116. *n.* 7. *lib.* 3. & in addit. ad Castill. *de Alim. cap.* 32. *num.* 17. [Implicando contradittione, che il fideicommisso particolare in caso d'alienatione possa estendersi all' vniuersale, in caso di morte, per le diuersità accennate, che corrono euidentemente frà essi.

Ben è vero, che il Testatore vsa le parole nel motiuo de Sig. Berti, e Ponti addotte non solo preualendosi della ditione, *omnia*, che tutto comprende, mà ancora della ditione, *hereditaria*, importante vniuersalità, non può però dirsi, che nel caso d'alienatione habbia voluto comprenderui altro, che i beni communi, se non vogliamo dire, che l'altre parole, *adhuc communia, & indiuisa*, siano superflue, e stiano senza virtù di operare contro l'vniuersal
44. regola communemente approuata.] *l.* 3. *in princ. ff. de iur. iuran. l.* 1. *in princ.* cum ibi notatis, *ff. qui met. cauſ. l. si quando* 112. & ibi Gottofr. *litt. R. ff. de legat.* 1. Bonden. *collect.* 11. *à num.* 29. *ad* 35. *& collect.* 34. *num.* 84. *&* 85. Redenasch. *conſ.* 74. *num.* 60. *in fine, &* 61. D. V. Præses Melius *allegat.* 12. *num.* 58. *& allegat.* 50. *num.* 10. *lib.* 3. & in annotat. ad Castill. *de aliment. cap.* 57. *num.* 18. Rot. *decis.* 415. *num.* 27. *&* 28. *part.* 9. *tom.* 2. *& decis.* 77. *n.* 22. *par.* 10. *& decis.* 24. *n.* 12. *part.* 11. *recent.* Rota *in Camerinen. hereditatis* 24. *Aprilis* 1651. *num.* 5. *coram R. P. D. Albergato.*

[Tanto più trattandosi, come di già si è
45. detto di Testamento, & dispositione fatta per vn Dottore.] Merlin. *decis.* 237. *num.* 11. *&* 12. cum adductis *suprà num.* 11. Socin. Iun. *conſ.* 170. *num.* 30. *lib.* 2. Altograd. *conſ.* 61. *sub num.* 66. *verſ. sed efficacissimè*, *lib.* 1. Rot. coram Royas *decis.* 22. *numer.* 12. & apud Contr. *decis.* 129. *num.* 17. V. Præs. Mel. *alleg.* 51. *num.* 41. *&* 42. *lib.* 3.

[Anzi da ciò maggiormente risulta, che la prohibitione dell' alienatione, non ristretta più à beni communi, che à gl' altri, non si deue hauere in consideratione, se non in quanto viene corroborata colla ragione, iui, *quia*, &c.

Oltre, che è ben vero, che il defonto non lascia, che vna sola heredità, non è però cosa nuoua, che dopò lui rimanghino più patrimonij, l'vno cioè diuiso, & l'altro commune, il che si pratica anco, quando in diuerse ragioni si lascia l'heredità, che quantunque vnica non
46. può dirsi, che non consista in più patrimonij, secondo la diuersità de Territorij, oue l'heredità per gratia di essempio si ritroua sitoata,] Rota post alios *decis.* 177. *num.* 35. *part.* 5. *& decis.* 228. *num.* 23. *& seq. part.* 8. *& decis.* 66. *num.* 18. *& seq. part.* 9. *tom.* 1. *& decis.* 368. *num.* 22. *& seq part.* 9. *tom.* 2. *recent.* repetita apud Royas *decis.* 157. *& decis.* 268. Cyriac. *controuerſ.* 218. *num.* 10.

[Aggiungendosi, che il Testatore nella narratiua della prohibitione, enuncia i beni, colla qualità hereditaria, mà di poi nella dispositiua capisse ben sì l'vniuersità de beni, restringendola però immediatamente nell' istessa periodo à communi, nè per anco diuisi frà di lui, & il fratello, che perciò hauendo egli ristretta la
47. generalità de beni, colla qualità, e specie de communi, ed indiuisi, necessariamente risolta solo in questi la sostitutione in caso di contrauentione.] Tiraquell. *in l. si vnquam*, *§. bona*, *num.* 13. *C. de reuocan. donat.* Tusc. *practic. concluſ.* 101. *num.* 25. *litt. B.* Thesaur. *quæſt. forenſ.* 2. *sub num.* 1. *verſ. cæterum si*, *lib.* 1. Criuel. *decis.* 123. *num.* 7. Redenasch. *conſ.* 74. *num.* 11. Altograd. *conſ.* 77. *num.* 20. *lib.* 2. Rot. *decis.* 154. *num.* 7. *&* 8. *part.* 9. *tom.* 1. *recent.* Gratian. *discept.* 834. *numer.* 9. D. V. Præses Melius *allegat.* 85. *num.* 21. *lib.* 2.

[L'osseruatione fatta da Signori Senatori Berti, e Ponti nella contra relatione dal §. mà preualendo à tutte l'euidenza, fino al fine di essa, nè termini del discorso per detti Signori hauuto, non si controuette, rispetto à che i figlij posti in conditione, in caso d'alienatione siano chiamati al fideicōmisso particolare, e 48.
respettiuamente grauati mà che poi ciò s'estendi anco al caso della morte, lò che si disputta non può supponersi.] Menoc. *conſ.* 152. *sub num.* 49. *verſ. est enim hoc*, Harprec. ad Clar. *§. feudum*, *quæſt.* 73. *n.* 2. *ad med.* Cassan. *conſ.* 50. *num.* 22. Palm. *conſ.* 5. *n.* 25. Fontanell. *decis.* 305. *num.* 5. V. Præses Melius *allegat.* 18. *n.* 76. *fol.* 331. *lib.* 1.

[Auertendosi, che la decisione 385. *part.* 9. *tom.* 2. *recentior.* e tant' altre decisioni, & autorità in essa allegate, parlano nè descendenti, e perciò non s'applicano al presente caso, nel quale si rratta de trasuersali.

Alla parola, *ipsis*, vi aggiunse il Testatore l'altra, *substitutis*, solamente per darci à diuedere, che ponendoui in appresso la conditione, *si sine filiis masculis*, intendeua di non comprenderui l'herede grauato semplicemente sotto la conditione, *si sine filiis*, che perciò non fù di vuopo di repeterla inutilmente, intelligenza così chiara, e letterale, che non lascia luogo, 49.
nè à misterij, nè à congetture del tutto aliene da sensi del Testatore.] *l. ille, aut ille* 25. *ff. de legat.* 3. Rot. *decis.* 281. *num.* 9. *& decis.* 304. *num.* 17. *part.* 10. *recent.*

[Il quale non può dirsi, che in altra parte del Testamento non nominasse in primo luogo i sostituiti, poscia i di loro figlij, e finalmente i descendenti in infinito, mentre lò che haueua narrato nella prohibitione dell' alienatione, doue hauendoli solo enunciati, nel vestirla fà passaggio alla dispositiua, senso, che 50.
per esser più vniforme e prossimo, che la dispositione in caso di morte deuesi abbracciare.] Mart. Ventur. *conſ.* 1. *à n.* 243. *ad* 251. Rot. *dec.* 74. *n.* 20. *par.* 10. *& dec.* 118. *n.* 2. *par.* 11. *recent.* & post alios optimè Bonden. *collect.* 34. *n.* 105. Surd. vidend us, *dec.* 269. *sub n.* 19. *verſ. præterea*, Altograd. *conſ.* 54. *à n.* 36. *ad* 43. *lib.* 1. Merl. *dec.* 237. *n.* 10. & Rot. *in Mantuana feudi Lunæ* 27. *Ianuarij* 1659. *n.* 9. *coram R. P. D. Verospio.*

[Veramente se nel Testamento del Sterzi si leggesse la clausula, *& decedentibus omnibus sine filiis*, simplicemente senza l'adiettiuo, *masculis*, ò per in auuertenza de Sig. Senatori, ò per sinistra informatione de gl' informanti della Trinità, suppostoui il discorso de medesimi, cagionerebbe perplessità dalla semplice lettura del Testamento rimossa, mentre i figlij all' instituito, senza la qualità de Maschi, pone in conditione, doueche à sostituiti conditiona i figlij re- 51.
plicatamente maschi; Perloche escluso litteralmente l'instituito colla dittione, *ipsis*, manifesta chiaramente la di lui volontà, non comprenderui i figlij posti in conditione.] Ruin. *conſ.* 181. *num.* 3.

*num.*3.*lib.*2.Card. Otthob.*deciſ.*1.*num.*38.*&* 39. latè Merend. inter conſilia Redenaſch.*conſ.*37. *à num.*20. *ad* 30. cum aliis apud V. Præſidem Melium *allegat.*106. *num.*44. *&* 56.*lib.*3.

[Accreſce di forza al fondamento la dictione, *ſic*, parimente eſcluſiua dell' herede inſtituito, e de figlij in conditione poſti, inferendo il Teſtatore con energia, che ſi come all' vno, ò più delli trè ſoſtituiti ambedue mancando ſenza maſchi haueua chiamato il ſuperſtite, così à queſti l'vltimo delli trè morendo ſenza Maſ-
52. chi, ſoſtituitiua in appreſſo', ſenza più oltre difenderſi in caſo di morte la Trinità, conforme dopò gl' altri à propoſito ſoſtiene.] Merend. inter conſ. Redenaſch.37.*num.*30.Menoch.*conſ.* 231.*num.*21.Rota coram Carill.*deciſ.*299.*n.*23. repetita *deciſ.*255.*num.*44.*&* 45.*par.*9. *tom.*2.*recent.* Redenaſch. relegendus *conſ.*79. *à num.*1. *ad* 13.

[Preſupponendoſi, che per ſcorſo di penna, habbino li Signori Senatori Berti, e Ponti, contro la lettura del Teſtamento nella particola dell' alienatione, aggiontoui ſecundo, *in vno, vel pluribus ex ipſis ſuperextantibus*, diuerſi-
53. tà ſoſtantiale in fatto alteratiua della ragione da eſſo proueniente.] Georg. Mund. *conſ.* 7. *num.*4. *&* *conſ.*20. *num.*4. *&* *conſ.*30. *num.*2. *&* 3. *lib.*1. D.V.Præſes Melius *allegat.*43. *num.*17. *lib.* 3.

[Già che il Teſtatore in caſo di morte, non paſsò à più gradi di ſoſtitutione, contenendoſi nell' ingiunta all' herede, e nella reciproca frà
54. i ſoſtituiti, non eſtendendoſi à diuerſità di perſone non multiplica le ſoſtitutioni.] Redenaſch. *conſ.*58. *num.*155. *&ſeq.* Hodiern. *controuerſ.*11. *à num.*9. *ad* 14. D. V. Præſes Melius *allegat.*121. *à num.*17. *&* *allegat.*122. *à num.* 4. *ad* 7. *lib.*3. vbi poſt alias coniecturas reciprocæ progreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & multiplicatæ poſitionis filiorum in conditione declarant, ac reſpectiuè confutant, Rot. apud Contr.*deciſ.*129.*ſub num.*10.*verſ.& ideo*, Mart. Ventur. *conſ.*2.*n.*293.*&* 294.

[Rimanendo quinci diminuita la ſerie delle
55. preſontioni ſuppoſte da gl' informanti per la Trinità, quantunque ammeſſa non ſarebbe caſo, trattandoſi frà traſuerſali.] Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*437.*num.*98.Hodiern.*controuerſ.cap.*11. *num.*15. cum aliis plena manu congeſtis per D. V.Præſid.Mel. *alleg.*121.*n.*23.*lib.*3. Capyc.Latr. *deciſ.*1. *n.*21.

[Auuertendoſi per curioſità, che il Teſtatore in caſo d'alienatione, in tanto inteſe di grauare i prohibiti alienare, in quanto foſſero vnitamente tutti trè ſucceduti, ſi che à trè perſone vna ſoſtitutione indiuidua, s'intendeſſe fatta, conforme riſulta dal Teſtamento in quella parte, iui, *eueniente caſu ſubſtitutionis prædicta in ſupraſcriptos Petrum Franciſcum, Franciſcum Andream, & Georgium Auguſtinum*, non eſſendoui
56. dubbio, che quell' ablatiuo aſſoluto importi conditione riſolutiua, non eſſendoſi purificata colle formalità ſudette, ſendoche due di loro ſiano premorti al Teſtatore.] Rot.*deciſ.*72.*n.*4. *& ſeq.part.*10.*recent.*Galuan.*conſ.*33.*n.*9.*&* *n.*46. Merlin.*deciſ.*864.*n.*1. *&* 2.

[Corroborandoſi tuttociò dall' hauer il Teſtatore nominata, & vnitamente grauati Pietro Franceſco, Franceſco Andrea, & Giorgio Agoſtino, nel quale ſolo ſuperſtite all' herede graato, non puote, nè può hauere luogo il grauame impoſto à trè co' proprij nomi ſtudioſamente grauati.] Redenaſch. *conſ.*74. *à num.* 54. 57.
vſque ad 65. Surd.*deciſ.*125.*n.*2. cum aliis apud D.V.Præſidem Mel. *in annot. ad Caſtill. de alim. cap.*32.*num.*7. Fontanell. *deciſ.*151.*num.*5. Latr. *deciſ.*67.*n.*10. *&* 29. Mart.Medic. *deciſ.Senen.*8. *n.*48.*&* 49.Rota *deciſ.*201.*n.*4. *&* 16. *p.*8. *recent.* Royas *deciſ.*354.*n.*7.

[Rinforzandoſi la conſideratione dell' hauer ordinato il Teſtatore, che caducandoſi le ſoſtitutioni di mezzo non impediſſero il corſo alle ſuſſequenti in caſo d'alienatione, mà caducandoſi l'origine fondamento, ed orditura di eſſe, 58.
come è ſucceduto per la premorienza di due, non hauendo fatta prouiſione rimangano tutti inefficaci.] Rot.*dec.*20.*n.*9.*p.*8.*recent.*

[Implica contradittione l'argomento da Sig. Senatori Berti, e Ponti, ripigliato dalla diſpoſitione in caſo di delitto all' altre nè caſi di morte od alienatione, quando mai procedeſſe, che di ſopra ſi è impugnato; Mentre eſſi profeſſano di ſoſtenere in tutti trè i caſi vn fidei-commiſſo agnatitio riſtretto à maſchi, ed vniuerſale de beni così del Teſtatore come dell' herede, e pure qui nel caſo di delitto non hà conſideratione, ſe non ad honeſtare la ſoſtitutione, diſpone colla parola, *filiis*, comprenſiua 59.
delle femine, per le quali contrarietà non può hauer luogo la combinatione di vn' fideicommiſſo all' altro.] Altograd.*conſ.*79.*num.*18.*&*33. *lib.* 2.

[Se le ſoſtitutioni ſono frà di loro chiareſi, mà contrarie, e ripugnanti, non s'applica dunque la regola triuiale, che vna parte del Teſta- 60.
mento dichiari l'altra.] Rot. *deciſ.*1. *num.*89.*&* *ſeq.par.*10.*recent.* Galuan.*conſ.*33.*num.*28. [Hauendo eſſa ſolamente luogo, oue ſiano dubioſe, 61.
e frà di loro combinabili.] Latè Galuan. *conſ.* 33.*num.*30. V.Præſes Melius poſt alios *alleg.*12. *n.*39.*&* 40. *lib.*3.

[Soggiungendo, che dalla Rota *deciſ.* 385. *num.*12.*p.*9. *tom.*2. portata ſerioſamente da Sig. Senatori Berti, e Ponti, nè inſorge vna belliſſima eruditione per ritorcerla, hebbe dunque la Rota per aſſoluto, che nel ſuo caſo li figlij poſti in cōditione s'haueſſero per chiamati, e grauati, in riguardo della dictione, *omnes*, poſta nel Teſtamento, ſopra di cui ſi contendeua, che altrimente non poteua verificarſi, mentre gl' he- 62.
redi grauati ſotto la conditione, *ſi ſine filiis*, non erano, che due, doue che la dictione, *omnes*, ricerca il concorſo di trè almeno,] *l. non diſtinguimus* 37.*§.cum in plures, ff.de recept.arbitr.* Ludouiſ.*deciſ.*315.*n.*12.*&* 15. Rot. *deciſ.*142.*n.*36. *par.*10.*recent.* repetita apud Redenaſch. *conſ.*58. *n.*94.V.Præſ.Mel.*allegat.*12.*num.*41.*lib.*3. Redenaſch. *conſ.*79.*ſub n.*9.*verſ.cum duo tantum eſſent inſtituti.*

[Onde eſſendo trè li ſoſtituiti ſotto la detta conditione, ceſſa per tanto la neceſſità d'includerui li poſti in conditione ſuppoſto poi, che ſenza offendere la verità l'opinione della Rota foſſe per diametro contraria la relatione del 63.
Senato in concorſo, queſta preferire ſi doueua non hà dubio à quella.] Redenaſch. *conſ.* 29. *n.*27.& faciunt tradita per V.Præſidem Melium *alleg.*115.*ſub n.*12. *verſ.tamen,& ſi, lib.*3.

[Dalche riſultando la riſolutione de motiui, e rinforzo della relatione Senatoria, indubitati,

si tralosçia di replicare al rimanente contenuto ne medesimi parendoci le conclusioni adesso, ed all' hora firmate, non hauer alcun dubbio, e presupposto per impossibile esseruene in dubbio, si hauerebbe da giudicare l'esclusione del
64. fideicommisso,e non vocatione de posti in conditione.] D.V.Præses Melius post alios *allegat.* 121. *num.*44. *& allegat.*122. *num.*28. *lib.*3. Rot. *decis.*425 *num.*18.*part.*9 *tom.*2.*recent.* Palin.*cons.* 5.*sub num.*42.*vers.præsertim,*Mart.Ventur.*cons.*2. *num.*382.

[Per non recedersi dalla regola i figlij posti
65. in conditione non s'intendano chiamati, non essendo solito farsi, e non militandoui chiarezza ineuitabile.] Idem V. Præses Melius *dict.allegat.*121.*n.*30.*& allegat.*122.*n.*30.*lib.*3.
66. [Concorrendoui ancora il possesso della Sterzi.] Idem V.Præses Melius *dicta allegat.*121. *num.*29.*& allegat.*122.*num.pariter* 29.*lib.*3.

[E quel ch' importa più,per hauer il Senato in questa materia coniettutale, & arbitraria in tutti i capi inclinato à fauor della medesima, conforme si è già detto di sopra.

Il che ritrouato in caso simile il Legislatore,
67. parueli ragioneuole di acquietarsi.] V. Præses Melius post alios *allegat.*52.*num.*1.*lib.*2 per textum *in l.filius emancipatus* 14.*in fine principij,*ibi, *sic enim inueni Senatum censuisse, ff. ad leg.Cornel. de fals.*

[Tacendosi, che trattaua dell' impossibile, che trè sostituiti fossero prohibiti alienare, ed in caso d'alienatione grauati à restituire i beni del fratello, non compresi nella sostitutione in
68. vno di essi purificata mentre erano passati dall' herede non granato ne proprij in vn terzo.] Peregr.*de fideicom. art.*11. *num.*94. *& art.*44. *ex num.*32. vbi Censal. *vers. quinto obseruo, fol.*303. Peck.*de testam.coniug.cap.*26.*num.*2. Cyriac.*controuers.*660.*num.*8.Ayllon.Lain. in addit.ad Gomez. *cap.*12.*sub num.*15. *vers. ibi aduertendum,* cum adductis per Fusar. *de substitut. quæst.*648. *num.*12. [E quello que importa più il grauame era diretto all' heredità del fratello già premor-
69. to fattasi in consequenza patrimonio per l'aditione del figlio, e successiuamente della Sorella di questi.] Mart.Medic. *decis.Senen.*52. *num.*12. Cyriac. *controuers.*275. *num.*36. Mart. Ventur. *cons.*16.*num.*98.*&* 99. Bonden. *collect.*1.*num.*81. *& collect.*21.*num.*27.*& collect.*36.*num.*29. [Non entrando percio la consideratione', che possi il
70. Testatore grauare etiamdio ne beni dell' herede.] *l.vnum ex familia* 67. §.1. *duos, l.cum pater* 77.§.*cum pater, &* §.*Titio, ff.de legat.*2.*l.si filiusfamilias* 114 §.*cum pater,* vbi glos.*in verb. exheredatos,ff.de legat.*1.Grat. *discept.*878.*n.*13.Cyriac. *contr.*283. *num.*1. *& contr.*284.*num.*3. *&* 4. alios cumulat Fusar. *de substitut. quæst.*648. *num.*4. Hodiern.ad Surd.*decis.*315.*num.*1. *& seq.& controuers.*38.*n* 61.Valeron.*de transact.tit.*4.*quæst.*2. *num* 43. Duran.*decis.*10.*num.*1.*& seq.& decis.*93. *num.*2.*& seq.& decis.*119. *num.*8.*& seq.* repetitæ apud Antonin de Marin. *resolut.*240. *lib.*1. ibi Rodeor.*in addit. num.*6.*&* 7. Mart.Ventur.*cons.* 31.*num.*1.*& seq.* Staiban.Iun.*resolut.*100.*num.*1. *& seq.* Bardellon.*cons.*77.*num.*8. Spad. *cons.*354. *num.*4 *lib.*2. Ioan.Anton.Bellon.*cons.*55.*num.*53. Rot.*decis.*4.*n.*1.*&* 2.*& decis.*19. *n.*1.*&* 8.*part.*5. *recentior.*

[Mentre il Testatore non hà voluto, anzi hà lasciato in lui dispositione assoluta il proprio di esso herede, nè gl' hà per esso ingiunta sostitutione, ne prohibita l'alienatione, dimodoche da questa viene esclusa la di lui persona, e da quella i beni; Onde del tutto rendesi impraticabile il Testamento in quella parte, e 71.
consecutiuamente di niun valore,] ad textum *in l. Seia* 6. *ff. de aur. & arg. legat.* Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.*9. *tit.*8.*sub num.*7. *vers. hæres autem*, & post alios, & Rotam exornat Marescot. *var. resolut.*105.*num.*15. *&* 16. *& seq. lib.*2.

[Aggiungendosi in oltre hauere luogo la conclusione sudetta,quando il Testatore aggraua l'herede in cosa particolare, non già mai quando nell' heredità vniuersale non essendo in 72.
tale caso l'herede obligato restituire del proprio, se non quando hauesse cauato de frutti dell' heredità del Testatore.] Glos. communiter recepta *in l.cohæredi* 41. §.*cum filio,in verb.tenebuntur,ff.de vulg.*Gabr.*cons.*102.*num.*17.*& seq. lib.*2.cum adductis per Bellon.Iun.*cons.*99.*n.*21. *seq.ac per totum,*Rot.*decis.*19.*num.*4.*& decis.*31. *num.*14.*part.*5.*recent.* Caren. *resolut.*243. *num.*9. [Il che ne meno s'applica,non essendo l'herede grauato,che nè beni del Testatore,nè essẽdo venuto il caso della sostitutione delli trè nominatamente chiamati, per la premorienza di doi.

Di modo,che i beni dell' herede, o del di lui Padre fratello del Testatore non poteuano peruenire nelli trè sostituiti,che à caso e per fortuna cioè se fossero succeduti ab intestato, od in-
stituiti dall' herede,non mai per il di lui giudi- 73.
cio à segno tale,che se fossero nè beni dell' herede casualmente succeduti, non erano tenuti allosseruanza del disposto da fideicommittẽte,] *l.sed & si sic* 6. *in fine, ff.de legat.*3. Odd. *cons.*63. *n.*22. Bim.*cons.*67.*n.*5. Ioan.Ant.Bellon. *cons.*55. *n.*65. 68. *& seq.*

[Per sussistenza di che vi si richiederebbe di più, che l'herede instituito hauesse hauuta cognitione distinta del testamento,e grauami in esso contenuti ad effetto di pregiudicarsi nel caso presente, non presumendosi, atteso che si tratta di nipote instituito, à cui ab intestato si 74.
deuolueua la succesione del Zio,] Osasc. *decis.* 112.*num.*12. *& seq.* Fusar.*de substitut. quæst.*595. *n.*38.Mart.Ventur.*cons.*49.*n.*72.

[E pure la scientia del Testamento, e sosti-
tutione nel medemo ordinate ad effetto di pre- 75.
giudicarsi nell' herede si ricerca con tutte le qualità, circonstanze,e pesi.] *l.vlt.*§.*vlt.ff.de legat.*2.Fusar.*de substit.d.quæst.*495.*num.*43. *& seq.* Rota *decis.*157.*num.*21.*part.*8.*rec.* Mart.Ventur. *dict.cons.*49.*num.*65. *& seq.* Contr.*discept.*68.*n.*9. Thomat. *decis.Macerat.*116.*n.*26.

[Tanto più, che essendo egli minore dopò la morte del Zio, non può in lui arguirse scientia del contenuto nel Testamento quantunque apparisca nel processo d'hauer egli con il mezo 76.
del Tutore, ò sia Curatore fatto pagamenti à sgrauio dell' heredità, ed in essecutione del Testamento del Zio.] Becc.*cons.*111.*num.*13.*& seq.* Rot.*decis.*593.*num.*5.*part.*2.*recent.* Honded.*cons.* 33. *numer.*38. vbi limitat in actu iurato *lib.* 1. Mascard. *de probat.conclus.*780.*num.*10. Odd. *de fideicom. quæst.*3. *num.*220. *& sub num.*228. *vers. tamen ego puto,*Tomas. *de Tut. & Cur. tit.*24.*sub n.*21.*vers.& idem in minore.*

[Presupposto poi,che l'herede instituito hauesse approuata la dispositione del Zio nõ per questo

sarebbe

sarebbe impedito di separare i beni dell' Auo dall' heredità del Padre nel testamento, del quale re-
77. gistrato negl' atti appare posto in conditione, ed ancorche non chiamato,] Gloss. *in l.Lucius*, 85. *in verb. liberos, ff. de hered. instit.* & post alios V.Præses Melius *allegat.63. num.4.* & *allegat.83. num.10.* & *allegat.121. num.1.31. & 47.* & *allegat.122. n.30. lib.3.* Rot. apud eundem in addit. ad Castill. *de alim. decis.118. num.2.* & *decis.120. num.15.* & apud
78. Contr. *dec.29. n.5.* [Gl' è però riseruata la successione ab intestato ad esclusione del sostituito, come dichiara la medema,] Gloss. *l.Lucius*, 85. *ff. de hered. instit.* Ioan. Franc. Andr. *controuers.46. num.1.* Royas *decis.110. num.2. in fine*, Mart. Ventur. *consil.2. num.308.* & *num.309.* Altograd. *consil.79. num.19. & 32. lib.2.* Rot. *decis.389. num.3. part.4. tom.2. recent.* Cyriac. *controuers.365. num.10.* & latiùs *controuers.536. num.9.31. & 32.* V.Præses Melius *allegat.64. num.15. lib.3.* & Rot. apud ipsum post addit. ad Castill. *de alim. decis.120. sub num.15. vers. sed solum appositi dicuntur ad exclusionem substitutor.* Fusar. *de substitut. quæst.421. num.23.* & *consil.26. num.16.* Rodcon. ad Marin. *dict. resolut.141. num.1. lib.1.*

[Concorrendoui la volontà del Testatore ristretta à beni del fratello, à quali non s' applica la prohibitione della detrattioni, quantunque il Testamento si potesse dire approuato non esten-
79. dendosi l' accettatione tacita, à che il figlio si sia pregiudicato nella legitima nè meno nella Trabellianica douutele nè beni, ò sia heredità del Padre,] Fusar. *consil.52. num.12.* Ludouis. *decis.317. num.5. & 6.* & *decis.489. num.18.* & *decis.535. num.11. & 20.* Merlin. *de legitim. lib.3. tit.2. ex num.1.* Card. Otthobon. *decis.100. num.5.* Cyriac. *controuers.284. à num.84. ad 94.* Rota *decis.74. num.9. part.8. recent.* [Applicandosi detta prohibitione d' ogni detratione all' heredità del Testatore, che non grauò l'herede nè beni proprij nè prohibi l' alienare se non à sostituiti, da quali solamente doueua hauere principio la prohibitione, & erano grauati in caso di contrauentione, e di morte.

Là multiplicità delle sudette inspettioni, e perplessità loro diede màteria alle parti di venire frà di loro à transatione, che riuocata in dubbio
80. auanti il Senato, fù dichiarata sussistente dimodo che seguita sopra cose per più rispetti dubiose con bona fede, e canonizata in contraditorio delle parti egualmente pregiudica à gl' Agenti della Trinità, che si pretendono chiamati,] *l.Præses*, 12. *C. de transact.* Gratian. *disceptat.476. num.1. & 5.* Fusar. *de substitut. quæst.554. num.14.* & *quæst.562. num.2.* & *consil.139. num.3. & 4.* Lar. *decis.68. n.19.* Redenasc. *consil.48. num.7.* Mart. Ventur. *consil.3. num.22. & seq.* Contr. *discept.18. sub num.25. versic. verum transactionem*, & licet contrarium post alios sustinere contendant Altograd. *consil.104. num.68. & seq. lib.2.* Valeron. *de transact. tit.4. quæst.2. num.56. & per totam*, prior tamen opinio magis recepta præexistit, Spad. *consil.311. num.2.9. in fine*, & 10. *lib.2.* Censal. ad Peregr. *de fideicom. art.40. versic. secundo obseruo*, *fol.272.* Monet. *de commut. ult. volunt. c.9. n.512.* Rot. coram Merlin. *decis.799. n.19. & 20. decis.306. n.10. p.5.* & *decis.2. num.16. part.9. tom.1. recent.* & coram Royas *decis.437. n.6.* & *decis.477. num.10.* & repetita apud Contr. *decis.102.* & apud Censal. ad Peregr. *de fideicom. decis.11. n.3.* & *in repetita decis.67. part.11. rec.* & *in Romana successionis de Comitibus*, 26. *Iunij* 1647. *§. de potestate*, & 26. *Iuny* 1648. *§. firmato quod, coram R.P.D. Ghislerio*, & *decis.123. num.6.* & *decis.228. num.15. & 16. part.10.* & *decis.379. num.8. part.11. recent.* Castil. *de aliment. cap.36. §.2. num.69.* [Doue concilia le sudette opinioni contrarie distinguendo frà il maiorasco, & fideicommisso ammettendo, che in questi vaglia la transatione, e non in quello.

Risoltando donque dalla Sentenza del Senato canonizatoria della transatione c'hebbe per assoluta l' estintione del fideicommisso con non esserui luogo à che in posti in conditione fossero chiamati ne che vi entrasse l' argomento della 81.
sostitutione in caso di alienatione, ò di criminalità al caso di morte. Quinci insorgeua altra ragione per non receder dal già maturamente risoluto,] ad tradita per Fusar. *de substit. q.437. n.230.* & *consil.67. num.9.* & Camuncul. *decis.38. num.27.* [Potendo il Tribunale Sourano, che giudica con il riguardo alla sola verita del fatto fondarsi sopra 82.
le sudette sentenza, e transactione in altro processo frà le medeme parti registrate quantunque non riprodotte nel corrente] Ioan. Anton. *ab Eccles. obseru.103. n.19. lib.1.*

[Che per necessità potesse inferirsi da quanto si discorre, che il senso del Testatore fosse importunato da gl' Agenti della Compagnia à discorre à loro fauore nella maniera, che praticano contro l' herede, tentando di spogliarla del tutto, si fosse ridotto ad vna sostitutione elusoria in caso d' 83.
alienatione non sarebbe fuori di riga il sospettarlo] *l. si domus*, 74. *in fine princip. ff. de legat.1.* *an inutilis*, 8. *in princ. ff. de acceptilat.* Mantic. *de coniect. ult. volunt. lib.7. tit.3. n.8.*

[Questa digressione indrizzata à sincerare il fatto diuersa, & imperfettamente rappresentato da gl' informanti per la Confraternita, non era bisogneuole per la sussistenza della relatione, che la riceue, da che i posti in conditione frà trasuersali per le congetture non s'intendano chiamati, se non contemplata l' agnatione fuori 84.
della quale rimangano imperfette, ne ponno vnirsi ad indurla.] Hodiern. *controu.11. n.33. & 34.* Scayn. *decis.2. n.108.* V.Præses Melius *allegat.115. n.17.* & *allegat.122. n.25. lib.3.*

[E si ritorce, non che offendi, se si applicasse à trasuersali, ò non fosse ristretta al caso solamente di confisca, la presa da che i chiamati in vna parte del Testamento s'habbino pure per espressamente chiamati nell' altra oue sono posti in 85.
conditione per l' argomento irrefragabile, che apportano il,] Fusar. *de substitut. quæst.437. n.191. & seq.* Censal. ad Peregr. *de fideicomm. artic.28. §. etsi tamen, vers. quòd tales filij essent ex descendentibus Testatoris*, *fol.153.* Ludouis. *decis.433. num.4.* Anel. Amat. *consil.91. num.18.* Capic. Latr. *decis. prim. num.12.* & in proximis terminis Marius Curell. *decis.12. num.21.22. & 23.* Caren. *resolut.91. num.38.39. & 40.*

[Che il fideicommisso in caso d' alienatione, per la diuersità de casi, delle persone, de beni, qualità di lui ed altro implichi contradittione coll' Ordinato in euento di morte, ne perciò si estende] 86.
V. Præses Melius *allegat.115. num.13. lib.3.* Florian. Dulph. *controu.22. num.9. lib.1.* [E che la ragione di conseruar i beni nell' agnatione, aggiuntaui per vestimento della prohibitione non operi d' a- 87.
uantaggio,] Bim. *consil.42. num.9.* & *consil.246. num.90.*

[Che la sostitutione ristretta replicatamente à delinquenti non si difondi all' altre, Ancorche

vi

vi concorre la ragione di conseruar i beni nell' agnatione essendo consecutiua, e concepita colla
88. ditione, *vt*, che non opera per l' intento cosa immaginabile,] Bim. *consil.*229.*n.*28.

[Che in proposito di congetture non vaglia l' argomento affirmatiuamente conceputo dalli
89. descendenti à trasuersali, cioè queste congetture bastano frà descendenti, adunque suffragano anche frà trasuersali. Mà camina bene nella negatiua, non sono sufficienti oue si tratta di descendenti, meno procede nè trasuersali; E per questa conclusione negatiua si ponno, alla rinfusa addurre l' vna, e l' altra classe de Dottori senza sciegliere quelli, che parlano de descendenti da gl' altri, che si ristringano à trasuersali.] V. Præses Melius *allegat.*115. *num.*8. & *allegat.*122. *num.*25. *lib.*3. Bim. *consil.*313.*à num.*1.*ad* 13.

[Che finalmente Giorgio Agostino per hauere introdotta lite assieme con il figlio à causa de fideicommissi dell' auo, e patruele non s' induchi perciò, che egli hauesse il figlio solamente posto in conditione per chiamato, e successiuamente grauato presupponendosi, che il Padre con il figlio vnitamente intentassero la attione in riguardo, che la riserua al figlio per essere posto in conditione di succedere ab intestato suffragasse ad effetto di escludere tanto la Giouanna Sterzi, quanto la Confraternità delle pretese substitutioni conforme di già si è detto di sopra *num.*78. Oltre, che
90. consistendo l' assertione di Giorgio Agostino *in materia Iuris* circa il fideicommisso non altrimente opera, che se non fosse seguita,] V. Præses Melius *allegat.*1. *num.*32. *lib.*2. & *allegat.*43. *num.*50. & *allegat.*77.*num.*13.*lib.*3. Fusar. *de substit. quæst.*501. *num.*3. & *consil.*1. *num.*28. & *consil.*39. *num.*64. Altograd. *consil.*60. *num.*97. & 98. *lib.*1. Caren. *resolut.*43.*num.*27. Andreol. *controuers.*254.*num.*16. Rota *decis.*283. *n.*16. *part.*6. & *decis.*245. *num.*58. *part.*8. *recent.*

[Atteso massime, che à supplicationi di Giouanna Sterzi Giordana d'Ordine del Supremo Consiglio vnite ambedue le cause di essa Giordani, cioè, e della Trinità fù giudicato à fauore di Eleonora Prudentia Sterzi sussistere la transattione esclusiua de fideicommissi. Dimodoche giu-
91. dicatosi dal Podestà con il voto del Senato contro li fideicommissi la confessione dell' esistenza loro non pregiudica.] Gloss. fin. *in authent. possessor. C. qui pot. in pign. hab.* Roland. *consil.*31. *num.*23. *lib.*3. Surd. *consil.* 135. *numero* 119. & *decis.* 196. *num.*7.

SVMMARIVM.

1 C. si cui militi in extraord. *est apocryphum. Contrarium verius, ac magis receptum, num.*2. *Doctores dicentes apocryphum reprobantur, n.*3. *Conditum à Federico II. Imperatore, num.*5.

4 *Fœmina quibus ex Iuribus excluduntur à feudorum successione.*

OBSERVATIO CXLV.

INEVITABILEM pro concursu fœminarum cum masculis ad successionem feudi feudale seruitium non requirentis
1. dispositionem textus *in c. si cui militi in extraordinar.* vt euitarent informantes pro D. Marchione allegabant ipsum, tanquam apocryphum ad causarum feudalium decisionem non conferre, iuxta opinionem Aret. *consil.*164.*num.*3.*in fine*, Ias. *consil.*114.*num.*4.& *seq.* Alex. *consil.*30.*num.*18.*vers. ad tertium*, *lib.*1. & *consil.*9. *num.*8. *lib.*5. Bald. *in cap.*1.*de gradib. suc. in feud.* Ruin. *consil.*15.*num.*14. *circa finem*, *lib.*1. Curt. iun. *de feud. part.*3.*n.*5.

Verùm oppositionem istam modici, seu nullius momenti, existere deprehenditur, ex quo iuxta veriorem magis receptam, & tot aliorum rationabilem sententiam de legalitate præcitati textus inciuiliter disceptatur, dum à Federico II. Imperatore 2.
eadem constitutio feudalis promulgata non controuertitur, & quà talem inter cæteras eiusdem Imperatoris leges Iacob. Ardizon. eximiæ apud omnes in materia feudali authoritatis registrauit de verbo ad verbum *in sua summa*, *cap.*150. Franc. Hotoman. *de feud. cap.*15. *pag.*86. vbi rationem, seu necessitatem illius legis condendæ assignat, *ibi*; hanc tamen feudorum naturam aliquantulo post magnopere degenerasse, vel ille locus ostendit *in cap.*1. *cui milit.* & in feudis Mantuæ obseruari testantur, Bertazzol. *consil.*40.*n.*48. Rip. Mantuæ *in suo responso*, *num.*52. & Cyriac. *in alio num.*24. impressis post meas *allegat. lib.*1. cum sexcentis per me cumulatis *allegat.*8. *n.*54. *fol.*123. & *allegat.*18. *num.*62. *fol.*329. *lib.*1. quibus addo Surd. *consil.*502. *sub num.*18. §. *per hæc*, *vers. sed quia multi tenent*, aliter dispositionem textus prædicti deflectere satagit.

Inter quos connumerantur Bald. *in cap.*1.*n.*19. *de his qui feuda dar. poss.* Iason *consil.*152. *sub n.*3. 3.
vers. ac secundo respondetur, *lib.*2. Ruin. *consil.*18. *num.*17. & *consil.*24.*num.*8. *lib.*1. quibus tanquam sibi contradicentibus demptis ab allegatis in oppositum vltra quod Ruin. *consil.*15. *sub num.*14. nil firmat, sed Alexandri tantum opinionem refert, ibi, & *secundum eum*, *lib.*1. Alexand. vero *cons.*30. *sub num.*18. relata opinione Bald. euitat dispositionem textus ex illius inapplicabilitate; tum quia erat feudum proueniens à Principe laico; tum quia secum afferebat seruitium militare; tum quia concessio prima ad masculos erat restricta, vt *ibidem vers. præterea ten.* & *vers. præterea respondeo*, *iunctis principio*, & *num.*19. *lib.*1. Idem verò Alex. *consil.*9. *lib.*5. à Dec. confutari, & contra dictum consilium iudicatum, refert Paris. *consil.*13. *num.*17. *lib.*1. & ex professo eidem respondet Ruin. *consil.*16. *sub num.*6. *vers. in quo Alex.* & *per tot. lib.*1. & malè eum sentire concludit Schrader. *de feud. part.*7. *cap.*4. *num.*79. *in fine*, maximè cum euidenti non careat ratione; feudi enim natura regulari penitus declinata, introductóque vsu concedendi feuda, absque vllo militari seruitio, vel proportionatè ad sexum muliebrem ad correctionem præcedentium legum Lotharij I. & Corradi 4.
à feudi successione arcentium fœminas, de quibus *in c. si quis acquisierit, de benefic. fratr.* & *qualis fiat in benefic. fratr. succed.* & *in cap.*1. §. *cum vero Corradus*, *de his qui feud. dar. poss.* conueniens extitit per peculiarem constitutionem decernere, qualiter in feudo huiusmodi fœminæ admitti deberent, quod præstitit Federicus illorum successor *in dicto c. si cui militi in extraord.*

SVMMARIVM.

1 *Concessio habetur pro feudali, quando inuestitura fit in feudum.*

2 *Clausula,*

2 *Clausula*, ad habendum, &c. *iuncta clausula*, saluo Iure feudi, *operatur, ne feudum in allodium alienetur*, Saluo Iure, *si nihil adsit modificandum, dispositionem destruit, num.5.* Saluo Iure feudi, *intelligitur quoad non expressè concessa, num.8.* Saluo Iure feudi, *arguit illius proprietatem, num.13.* Saluo Iure feudi, *restringit facultatem alienandi quousque inuestitura continuat, num.18. Sed contra, num.19.*

3 *Feudi mentio in dubio intelligitur de proprio. Alienatio in praeiudicium agnatorum est prohibita, n.6. In concessione iura tertij censentur reseruata, n.7.*

4 *Dictio*, prædicti, *addita clausulæ*, saluo Iure feudi, *repetit improprietatem feudi ex concessione resultantem.*

9 *Feudum concessum cum clausula*, & cui dederis in feudum, *remanet proprium. Nouum cum assensu Domini alienatur, n.10.*

11 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*

12 *Consuetudo Mantuæ alienandi feuda fœminis etiam notoria.*

14 *Feuda regulariter à Principibus supremis proueniunt.*

15 *Clausulæ inuestiturarum alterantes feudum in Germania non attenduntur.*

16 *Curiæ Podij de feudo inuestiti ab Episcopatu Mantuæ de eo per quemcunque contractum liberè disponunt.*

17 C.1.de feud. non habent.propr.feud.natur. *declaratur.*

Observatio CXLVI.

INTENTIONI D.Marchionissæ clausulam, *saluo iure prædicti feudi*, in concessione Aloysio facta non obesse, quin potius plurimum prodesse præter cumulata *in decisione, §.quæ sanè*, impressa apud nos in addit.ad Castill. *de aliment. decis.*108. inferius dicenda demonstrant.

1. Neque enim deseruire poterat interpretationi eiusdem concessionis, quod nimirum intelligeretur facta in feudum; aliunde siquidem, & ex toto contextu inuestituræ idem apertissimè colligebatur, maximè cum concessio expressè cantaret in feudum, & sæpiùs feudalis proprietas ipsa exprimeretur, Corn. *consil.16.circa prin.lib.1.* Natt.*consil.460.num.7.* Rota *decis.344.num.1.part.6.recent.* & *in Meleuitana feudi, 26.Maij* 1651. *in princ. coram R. P. D. Royas*, inter eius impressas *decis.452. & 21.Iunij 1652.in princ. vers.ex hac feudi qualitate, coram R.P.D.meo Verospio*, Giurb.*de success.feudi, §.1. gloss.5.n.1.& seq.*

2. Sed fuit appositum ad remouendam perplexitatem, quæ oriri poterat ex præambula clausula, *ad habendum*, &c. latissimè extensa cum reduplicatiua, *sine contradictione*, num scilicet is, in quem vigore facultatis amplissimæ disponendi feudum huiusmodi alienari contingeret, illud in simplex allodium reciperet, ad textum *in cap.1.de feud.non habent. propr. feud. natur.* Ofasc. *consil.16.num.10.* Rosental.*de feud.cap.9.conclus.38.per tot.* cum adductis per Dexart. *decis.27. num.42.* & *decis.28. num.46.* Monach. *de rect. feud. interpret. cap.39. num.42. & seq.* Giurb. *de success. feud. prælud.4. num.33.*

Quoniam verò, si clausula prædicta simpliciter fuisset concepta saluo Iure feudi, in dubio rectum importaret, Doctores, & gloss. *in cap.1.§.præterea quid sit incert.* Menoch. *præsumpt.95. num.1. lib.1.* Becc.*consil.101.num.22.& seq.* Surd.*consil.460. num.17.* Larat. *de feud.part.7.dilucidat.21.num.30.* Monach.*de rect.feud. interpretat. cap.1. num.23.& seq.* Giurb. *de success. feud. §.2. gloss.7. sub num.1. vers. in dubio feudum, & num.5.* Schrad. *de feud. part.2.cap.4.num.66.* Ideò eidem clausulæ adiecta quoque extitit dictio, *prædicti*, quæ ita modificat, & restringit virtutem clausulæ, *saluo Iure feudi*, ne obstet præcedenti improprietati, franchitiæ, & alienabilitati eiusdem feudi, ad gloss. *in l.item labeo, §.sed si purè, ff.famil.ercis.* Becc.*consil.74.n.14.* Surd. *consil.487. num.4.* & *consil.572. num.6.* & optimè deducitur *in decisione dict.§.quæ sanè, vers. ea quippe clausula*, impressa apud nos in addit. ad Castill.*de aliment.decis.*108. 3. 4.

Vnde cum subesset, in quo clausula huiusmodi modificare, & restringere posset, inde propterea extẽdi non debet, vt in totũ feudi improprietatem, Franchitiam, & disponendi arbitrium extingueret, in quibus terminis procedunt, Ofasc. *decis.164. num.9. & seqq.* cæterique ex aduerso adducti, vt ad rem subtiliter ratiocinantur, Surd.*dicto cons.572. n.37.* Manent. *de contract.liuellar.q.11.n.31.& 32.* & *consil.44. n.58. & 59.* 5.

Cæterùm quia hæsitari non sine fundamento potuisset, an iurium præseruatio agnatis quoque faueret, ne feudum in extraneos, aut remotiores alienari posset, contra textum *in cap.1.de feud. sine culp.amit.* & *in cap.1. §.hoc quoque de success. feud.* latè Surd. *decis.343. num.19.29.& per totam.* Ideò immediatè subiungitur clausulæ, *saluo iure prædicti feudi* (Ecclesiæ & Episcopo) non autem aliis descendentibus ab Aloysio, seu causam ab eis habituris. Quemadmodum regulariter in concessionibus feudalium præseruari consueuerunt non solum iura Domini, verum etiam cuiusque alterius, & sic agnatorum præcipuè, Matt.*de clausul.35.n.1. part.2.* Ciarlin. *controu.49.n.62.* Milanens. *decis.8. n.67.lib.1.* 6. 7.

Adeo vt etiam quoad Ecclesiam eadem clausula, *saluo iure feudi*, in non expressis in concessione dumtaxat locum sibi vindicat, veluti quod inuestiti renouationes facere teneantur, & nonnisi feudo durante apud ipsos, aut eorum successores, etiam ex titulo singulari acquisitionis disponendi prælatione dominis salua facultate vtantur, Bursat. *consil.80. num.26. & 32.* & *consil.137. num.13. & seq.* & *consil.171.num.34. & 37.* Matt. *consil.137. num.16.* Schrader. *de feud. part.6. cap.3. num.38.* Rosental. *de feud. cap.9. conclus.18. num.4.* Rota *decis.287.num.2.part.1.* & *decis.167.num.43.part.5. recent.* & apud Cenc.*de cens.decis.402.num.1.& 2.* & *in Romana deuolutionis bonorum, 3.Iunij 1652. in princ. vers. quamvis consensus, coram R. P. D. meo Verospio*, nunc impressa apud nos in addit. ad Castill.*de aliment. decis.74.* confirmata 11.*Decembris 1652.coram R.P.D.Bichio.* 8.

Hinc apertissimè deducitur admodum inter se diuersa præexistere, quod feudum concedatur pro se, & hæredibus, *& cui in feudum dederis*, quo casu adhuc propriam feudi naturam retineret, ex claro textu *in cap.1. de feud. propr. feud. natur.* Monach. *de rect.feud. interpret. cap.39. num.45.* nec mirum quia per huiusmodi concessionem in nihilo prorsus feudi nouiter acquisiti natura alteratur, quin potius feudo naturaliter inest, vt de consensu 9. 10.

Domini

Domini à primo acquirente alienari valeat, gloss. communiter recepta *in cap.1.§.hoc quoque de succeß. feud.* & est text. *in cap.1. si fuerint quibus mod. feud. amitt.* Surd. *consil.*440. *num.*31. Corset. *consil.*17.*num.*5. *& seq.* Milanens. *decis.*8. *num.*40. *& sequent. lib.*1. Rosental. *de feud.cap.*9.*conclus.*66. Hartman.Pistor.*quæst.forens.*4.*sub num.*6.*& per tot. lib.*2.Kirch.*discept.feud.cap.*5.*num.*6. latè Monach. *de rect. feud. interpretat. cap.*52. *n.*18.28.*&* 31. cum adductis per Giurb. *de succeß. feud. præludi.*5.*n.*40. *& seq.*

Aliud verò quod concedatur cum absolutissima facultate alienandi non restricta ad acquirentem,sed extensa ad quoscunque feudi successores,cum clausula,*saluo Iure prædicti feudi*, ad Dominum coarctata; dubio enim procul intelligitur de aliis iuribus concernentibus feudum præter expresè concessa, quæ cum implicantiam cum feudi proprietate habeant, ideò præseruata dici nequeunt, eòque minus quoad agnatos, quorum intuitu nihil omninò præseruatum dicitur; siquidem

11. reseruatio includens iura dumtaxat Episcopi, & Ecclesiæ aliorum iura excludere necesse est, *l.cum prætor*, *ff.de iudic.* Schrad. *de feud. part.*10. *sect.*19. *num.*63. Giurb.*de succeß. feud.* §.2. *gloss.*10. *num.*22.

Præterquam quod conclusio forsan procederet, si aliunde de feudi istius franchitia, & quidem ex pluribus aliàs ponderatis non liqueret, & præter alienabilitatem ex clausulis concessioni in

12. feudum adiectis inducta quoque ex consuetudine notoria non concurreret,ob quam feuda Mantuæ cuiuscunque generis etiam Ecclesiastica in commercio præexistere, lyppis, atque tonsoribus, quin & fœminis patet,Cyriac.*controu.*113.*num.*20. dixi *allegat.*1.*num.*64.*lib.*2.

Eaque propter casui nostro applicationem non recipit conclusio illa, quod clausula, *saluo Iure*

13. *feudi*, apposita inuestituræ habenti clausulam, *& cui dederis*,feudum in rectitudine,atque alienabilitate reintegret, Morot .*respons.*30. *num.*2. Osasc. *consil.*16.*num.*11. Rosental.*de feud. cap.*9. *concl.*39. *per tot.*& *conclus.*41.*num.*20.Monach.*de rect. feud. interpretat. cap.*39. *num.*43. Giurb. *de succeß. feud. præludi.*4. *sub num.*25. *versic. nisi saluo Iure feudi*; tum quia in casu nostro strictè admodum concipitur;tum quia pluribus ex aliis feudi improprietas resultat;tum quia præcitati Doctores loquun-

14. tur cum supposito habilitatis terminorum,vt puta quod feuda proueniant à Principibus supremis, iuxta eorum naturam & rectitudinem, ad text. *in cap.*1. *de natur. succeß. feud. cap.*1. *quis dicitur Dux*, *cap.*2. ibi, *à Principibus Italicis*,*de prohibit. feud. alienat. per Federic.* Frecc. *de subfeud. lib.*2. *quæst.*35.*num.*18. Giurb. *de succeß. feud.*§.2. *gloss.*13. *num.*10. tum demum quia Rosental.aliique plures ex feudistis transeunt iuxta morem Germaniæ,

15. vbi clausulæ inuestiturarum quantumvis amplissimæ feudum à rectitudine declinantes non attenduntur, Garzon.*de fœm.ad feud.recipien.n.*81.*in fine*,& *num.*82. Monach.*de rect. feud. interpretat. cap.*38.*n.*53.

Vsus etiam seu obseruantia plurimum confert ad elidendam vim clausulæ, *saluo iure dicti feudi*, seu ad interpretandam virtutem eiusdem clausulæ;quippe quoniam Gonzagiaci ab Ecclesia inuestiti;erga eam iure feudi qualecũque illud sit, & iuxta illius improprietatem tenentur, at nihil im-

16. pedit ipsos,quin portiones, seu terras feudi Curiæ Podij ad proprium, ad decimam,censum, vel ad liuellum concedant, quemadmodum in effectu, & prout ipsis placet ad formam facultatis sibi attributæ,disponunt Bursat.*consil.*49.*&* 50. Osasc. *consil.*23. *num.*6.& alibi sæpè, nec controuertunt informantes; ergo aliud est concedere rem in feudum pro se, & hæredibus, ac cui in feudum

dederis; aliud verò inuestire de feudo cum facul- 17.
tate ad libitum disponendi sine contradictione Episcopi, & successorum Domino irrequisito, saluo iure prædicti feudi; hoc namque posteriori casu improprietatem feudi retinet; in illo autem à feudi rectitudine nunquam declinasse censetur, *dicto c.*1.*de feud.non habent. prop. feud.natur.*

In tantum quod huiusmodi clausulæ,*saluo Iure feudi*, præter modificationem in eo, ne possit in allodium concedi, facultatem alienandi relinquit illæsam, & vltra durationem concessionis perpetuat quicquid esset in aliis concessionibus non

tam amplè conceptis; quo casu eadem clausula, 18.
Iura Domini præseruat etiam in eo, quod vltimus ex vocatis alienare nequeat, Rota *in Mantuana feudi*, 28.*Ianuarij* 1656.*in fine*, *coram R. P. D. meo Cerro*,& prius *num.*6. *decis.*453. *num.*12. *part.*1. *recent.*At non sic in casu nostro,in quo præter clau-

sulam, *ad habendum*, latissimè extensam,concur- 19.
rit etiam clausula, *sine contradictione*, ad Rotam in casu magis dubitabili *decis.*287. *in fine*, *p.*1.*rec.*

SVMMARIVM.

1 *Successor non hæres non tenetur ad debita prædecessorum.*

2 *Causa obligationis cessante, cessat & ipsa obligatio.*

3 *Interesse super simplici credito consequi nequit. Non consequitur ab eo,qui liberalitatem exercet,num.*4.*Quando exigi valeat,num.*5. *A sponte dante recipi potest, num.*6. *Vt à Mercatore consequi possit requisita, num.*8. *& num.*9. *Nouatione facta cessat, num.*11. *Promissum non debetur, nisi probetur, n.*23. *Ex dilatione vltro data non percipitur, num.*26.

7 *Ianuensis, ergo Mercator.*

10 *Census in casu nullitatis, qui se obligauit tenetur sortem restituere cum fructibus.*

12 *Vsura omni Iure prohibita.*

13 *Promissio manutenendi creditum ad vsuras non extenditur.*

14 *Euictio in datione in solutum debetur. Contrarium qui teneant,n.*15.*Impugnati, n.*16. *Non debetur nominis debitoris in solutum dati, num.*17.

18 *Regressus ad Iura primæua competit facta illorum reseruatione.*

19 *Euictionis actio non competit quoad illicitè promissa.*

20 *Fructus indebitè exacti in sortem computantur*

21 *Cessionarius quoad interesse Iure suo vtitur non cedentis.*

22 *Gratian.*discept.920. *reprobatur, & n.*23.

24 *Soluere quis velle non præsumitur id, ad quod se non teneri insistit.*

25 *Correspectiui dicuntur actus, quando vnus fit contemplatione alterius.*

27 L. per diuersas, *&* l. ab Anastasio, C. mand. *dispositio non habet locum in cessione æquali pretio inita.*

28 *Nomen debitoris licitè minoris emitur. Fallit vbi subesse potest compensatio, n.*29.

OBSER

Observatio CXLVII.

Plures annuos Census super Tracta, ac Datio Salis Serenissimus Dux Vincentius erga diuersos Ianuenses imposuit, ad quorum solutionem Serenissimus Dux Ferdinandus eo, quia à paterna hæreditate se
1. abstinuerat, creditoribus ipsis acquiescentibus non teneri declarauit, rationibus deductis per Mart. *consil.161.ex num.7.& per totum*, & faciunt latissimè tradita per Cenc. *de cens.quæst.19. à numero primo*, & *quæst.21. numero primo*, & 12. Leotard. *de vsur. quæst.46. numero trigesimo*, vbi quod census super datiis validus censeatur ad præiudicium constituentis, Hodiern. *controu.43.n.43. & seq.* Surd.*consil.210.num.62.* Tapia, *decis.Senat. Ital.23. num.89. & seq.* Rot.apud Contr. *decis.121. num.2.ac per totam.*

Vnde ex huiusmodi declaratione resoluta, remansit obligatio suscepta per Communitates Montisferrati pro earum debitis de soluendo sex pro centenario ad exonus Suæ Celsitudinis totidem, vt præmittebatur soluentis Ianuensibus;
2. isto enim præsupposito cessante, super quo fundata præexistebat prædicta Communitatum obligatio soluendi interesse in refectionem passi per Suam Celsitudinem, ipsa quoque obligatio cessabat, *l. Titia Seio, 89. §. vsuras, ff. de legat.2.* Crauet. *consil.320. numero secundo, in fine*, Gam. *decis.110. numero vigesimoquarto*, Coler.*de process. execut. part.1. cap.10.num.156.* Roderic.*de ann.reddit. lib.3. quæst.4. num.42.* Cancer. *variar. resolut. part.3. cap.7. num.45.* Leotard. *de vsur. quæst.29. num.14. & 15.* Olea *de cess. Iur. tit.6. quæst.2. sub num.32. vers. Quem laudat*, & optimè in simili causa de Natta exornauit Senatus *in decisione, §. His stantibus*, Minúsve sub titulo transactionis
3. interesse conuentum, super simplici pecuniarum credito licitum euadere potuit, Leotard. *de vsur. quæst.43. num.15.* Valeron. *de transact. tit.5. quæst.5. num.43.& 44.*

Eáque propter Serenissimus ab omni nexu obligationis omninò solutus exercendo liberalitatem, ac munificentiam in Ianuenses, ipsis sanè in solutum dare potuit credita illius cum Communitatibus, quoad capitale, secus verò eisdem iniungere onus annuatim soluendi sex pro quolibet centenario sortis, ad quod certè
4. conueniri nullatenus poterat. Quia interesse non debetur ab eo, qui cum prætendente illud liberaliter se gessit, Roderic. *de ann. reddit. lib.3. quæstione septima, numero vigesimosexto*, Leotard. *de vsur. quæst.71.numero vigesimoquarto.* Et tanto minus, quia vt pinguior euaderet liberalitas, & munificentia erga exteros non concurrentibus
5. lucro cessante, aut emergenti damno subditas Communitates de sex in singula centum, & annos occasione crediti simplicis, ac pecuniarij grauari non decuit, latissimè Leotard. *de vsur. quæst.74. num.1. & seq.* & *quæst.75. num.1. & seq.* Cyriac. *controuers.526. num.8. & seq.* & *controuers.540. ex num.17.* & *controuers.682. num.17.* Straiban. iun. *de interess. quæst.16. per totam*, & *quæst.18. pariter per totam*, & faciunt tradita per Oleam, *de cess. Iur.tit.6. quæst.2. num.35.* Bonden. *collect. legal.14. num.71. & sequent. vsque ad 115.* Quicquid fuisset si Communitates, ob retardatam debiti earum satisfactionem liberaliter aliquid cessionariis earundem creditoribus impendissent, ad tradita post alios per Leotard. *de vsur. quæst.1. numero trigesimoquinto*, Ciarlin. *controuers.29.num.70.* 6.

Nec obstat quod Communitates non obligatæ ad interesse ex persona Serenissimi cedentis ad illud obstringantur ex qualitate Ianuensium, qui cessionem reportarunt tanquam Mercatorum, iuxta illud, *Ianuensis, ergo Mercator*, Rot.Gen. 7.
decis.139.n.9.& 14. Mart.Medic.*decis.Senen.14. sub n.29.vers.& quod Genua.* Quippe quoniam ad effectum, vt etiam Mercator consequatur interesse, siue lucri cessantis, seu damni emergentis plura requiruntur, & inter cætera, quod si pecunias à Communitatibus ipsis vigore cessionis debitas habuissent, lucrum aliquod assecuti fuissent, aut à damno se exemissent, quodque aliter id præstare nequaquam potuerint, Antonin.de Amat. *resolut.27.numero duodecimo*, Zacch.*de Salar.quæst.47. num.12.& 13.* Ioan. Carol.Antonell. *de temp.legal. lib.1. cap.58.numero secundo & tertio*, latè Gratian. *discept.819. num.1. & seq.* & *discept.987. num.8. & 9.* quos, & plures alios sequitur Bonden. *dicta collect. legal.14. num.74.& seq.* Rot.apud Merlin. *de pignor. decis.29. num.5.* & *decis.304. num.33. part.9. tom.1. recent.* & coram Carill. *decis.57. num.2.*& coram Otthobon. *decis.92. num.3.* Mangil. *de euict.quæst.180. sub n.23. vers.secundo quod*, Contr. *discept.91.num.14.* 8.

Et quamvis non desint, qui prædictam probationem in indiuiduo lucri cessantis, aut damni emergentis præcisè ex non facta solutione debiti euenisse non requirant, sed coniecturas, verisimilitudinem, & præsumptiones sufficere defendant, Ruin. *consil.104. num.6. lib.1.* Leotard. *de vsur. quæst.75. num.11.* Rot.apud Zacch. *de Cameral. oblig.decis.140. num.6.* cum aliis apud Bonden. *collect. legal.14. num.75.* Nihilominùs istud non releuat non solum, quia prior sententia præponderat; Verum etiam, ac multò magis, quia non liquet, nec de aliqua damni emergentis, aut lucri cessantis præsumptione. 9.

Sicuti neque resistit, seu non applicatur consideratio desumpta ex eo, quod cum Ianuenses census emerint cum promissione Venditori in casum nullitatis, aut insubsistentiæ censuum refundendi damna, & interesse, quæ stipulatio restitutionem sortis cum fructibus in constitutione censuum importat, vt post Rot. in quamplurimis decisionibus animaduertit Cenc.*de cens. quæst. 19. numero quadragesimoquinto*, Ludouis. 10.
decis.564.num.4. & ibi Beltram. *num.5.* Mart.Medic. *decis. Senen.30. num.11.* & *decis.31. num.16.* Andr.Censal. *decis.Lucen.82.num.45. & seq.* Rot. *decis.48.num.25. & seq.part.8. recent.* Ea ratione, quia aduersus Communitates censuistis nulla prorsùs competit actio, vt de se patet, minúsve contra Serenissimum Ferdinandum, qui nec patris hæredem esse voluit, nec quicquam de illius bonis possidebat.

Præterquam quod per dationem insolutum de nominibus debitorum census extincti remanserunt, Cenc. *de cens. quæst.107. num. 17. & seq.* 11.
& *post tract.* Rot. *decis.289.& 290.* Leotard. *de vsur.quæst.27.num.64.* Mart.Medic.*ad decis.Senen. examinat. 41. num.4.* & *decis.67. num.2. & seq.* Cyriac. *controuers.62.num.5.& 6.* Giurb. *obseru.83. à num.8. ad 18.* Sperell. *decis.40. à num.54. ad 58.* Altograd.*consil.4. num.38. lib.1.* Caren. *resolut.90. num.12.*

*num.*12. Mart. Ventur. *consil.*10. *num.*153. *&* 206. Contr. *discept.*34. *num.*1.2. *& per totam*, Ioan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.*1. *cap.*27. *num.*5. *& sequent.* vbi in effectu concludunt, quod per transfusionem vnius contractus in alterum inducatur nouatio, maximè quando subest diuersa causa in secundo, veluti munificentia, & liberalitas contradistinctæ penitus à vinculo præcedentis obligationis, ac intercessit quietatio quoad primæuas stipulationes; Itavt propter extinctionem census interesse alterius non deberetur vt diximus, & comprobat Rot. apud Cenc. *de cens. decis.*336. *numero quarto*, & coram Buratt. *decis.*767. vbi addent. *littera A.* & coram Carill. *decis.*150. *numero septimo*, *& octauo.* Cúmque nouatio ex transfusione vnius contractus in alterum, atque omnimoda eorundem contractuum incompatibilitate insurgat; consequens ideo fit, vt ad facti speciem non applicentur, Mart. Medic. *decis. Senens.*66. *numero octauo*, Hodiern. ad Surd. *decis.* 187. & Senatus *in præcitata decisione Natt. §. nec facit doctrina Bald.* Seu magis optimè retorqueantur, quemadmodum, & ipsi subdunt, Mart. Medic. *dicta decis.*66. *numero quadragesimoseptimo*, Hodiern. *ad dictam decis.*187. *numero quinto.* Ibi non resultet incompatibilitas contractuum, Mangil. *de euict. quæst.*27. *numero* 8. latè Ioan. Franc. Andreol. *controuers.*373. *num.*6. *& seq.* Pasqual. *quæst.*365. *sub num.*4. *vers. & quia.*

Quemadmodum nec obsistit promissio Suæ Celsitudinis manutenendi debitrices cessas reales, veras, & exigibiles, quippe quoniam ad vsu-
12. ras omni Iure vetitas, Rot. *decis.*301. *num.*32. *& sequent. parte quinta recent.* repetita apud Merlin. *decis.*409. Leotard. *de vsurar. quæst.*2. *num.*25. *& sequent.* Georg. Mund. *consil.*9. *num.*46. *& seq. lib.*2. Gibalin. *de vsurar. lib.*1. *cap.*7. *artic.*1.2.3.
13. *&* 4. *tom.*1. Promissio huiusmodi non extenditur, Socin. *consil.*253. *num.*12. *in fine*, *lib.*2. Surd. *decis.*260. *num.*2. Farinac. *consil.*15. *num.*30. *&* 31. Leotard. *de vsurar. quæst.*79. *num.*2. & dicitur *infrà*, *§. non officit.*

Tandem non officit promissio euictionis amplissimæ concepta cum regressu in casum illius
14. ad primæuas obligationes, tum quia istud ex natura dationis in solutum prouenit, Thesaur. *quæst.*88. *numero sexto*, *lib.*2. Hodiern. ad Surd. *decis.*266. *numero secundo*, Rot. *decis.*278. *num.*21. *part.*5. *recent.* Mangil. *de euict. quæst.*144. *num.*34. Tum quia supposito etiam, quod contraria opi-
15. nio sustineretur, nec competeret regressus, Surd. *dicta decis.*266. *numero quarto*, *& per totam*, cum adductis per Mart. Medic. *ad decis. Senen. examinat.*47. *num.*17. *& seq.* Andr. Censal. *decis. Lucen.*62.
16. *num.*17. Quod tamen impugnant cumulati per Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*4. *quæst.*150. *à numero decimo, ad vigesimum*, Cenc. *de cens. quæstione* 107. *num.*21. *& seq.* & *quæst.*114. *num.*12. *& seq.* Salgad. *in Labyrinth. credit. part.*1. *cap.*18. *sub num.*17. *vers. imò, vt nec*, Altograd. *consil.*16. *num.*8. *&* 9. *lib.*1. Cyriac. *controuers.*500. *numero vigesimoprimo.* Tum quia speciale videtur in præ-
17. senti casu, vt non competat regressus secuta euictione rei insolutum datæ, ex quo in solutum datio emanauerit de nomine debitoris, Statil. Pacific. de Saluian. *inspect.*3. *cap.*2. *num.*55 4. Merlin. *de pignor. & hypothec. lib.*4. *quæst.* 150. *numero quinto.* Partes occurrendo huic controuersiæ pa-
18. ctum peculiare inierunt, vt in casum euictionis iura primæua censerentur præseruata, iuxta cautelam, de qua Doctores apud Altograd. *consil.*16. *sub num.*6. *vers. nisi fuerit*, *lib.*1. Mart. Medic. *dicta examinat.*47. *num.*23. Merlin. *de pign. & hypothec. lib.*4. *quæst.*150. *num.*20. *&* 21. Cyriac. *controu.*500. *num.*30. Anton. de Marin. *resol.*42. *n.*7. *lib.*1. ibique Rodoer. Olea *de cess. Iur. tit.*5. *quæst.*13. *n.*23. & *tit.*7. *quæst.*3. *num.*46.

Non officit inquam promissio euictionis, cum non applicetur quæstio Iuris mox examinata, dum in facto euictionis consideratio aliqua non cadat; siquidem Communitates prætendunt se non teneri ad liuellos in stipulationem deductos, non ex eo quod aliqua ipsorum intercesserit euictio, sed ex eo dumtaxat, quod omni Iure prohibiti præexistant, ac consequenter in hac par- 19.
te euictio non subsistat, Tiraquell. *de retract. lignagier*, §.1. *gloss.*9. *numero trigesimoquarto*, Mangil. *de euict. quæst.*104. *numero vigesimosecundo*, *& vigesimotertio*, & *quæst.*173. *num.*6. Anton. de Marin. *resolut.*108. *n.*16. *&* 17. *lib.*1. Georg. Mund. *consil.*12. *num.*35. *lib.*2. & diximus suprà, *§. quemadmodum non obsistit.*

Superius dicta eo fortiùs sibi locum vindicant aduersum D. Capitaneum Manacordam omni prorsùs prætextu destitutum consequendi ab Agentibus Communitatis Montiscalui liuellos super capitali duplarum quatuorcentum duodecim per Ianuenses de Pasqua sibi cesso, itavt indebitè exacti in sortem omninò excomputari 20.
debeant, Bellon. *consil.*20. *num.*25. Leotard. *de vsur. quæst.*7. *numero octauo*, & *quæst.*63. *sub num.*26. Cyriac. *controuers.*542. *num.*3. *&* 4. V. Præses Melius *allegat.*53. *numero sexto*, & *allegat.*86. *num.*28. *lib.*3. Georg. Mund. *dict. consil.*9. *num.*55. *lib.*2. Merlin. *decis.*409. *num.*29. repetita *decis.*301. *part.*5. *recent.* Surd. *consil.*194. *num.*10. *& seq.* Buratt. *decis.*160. *n.*11. Rot. *decis.*408. *n.*31. *&* 32. *part.*9. *tom.*2. *recent.* Sperell. *decis.*91. *num.*85. *&* 86. Contr. *discept.*97. *num.*10.

Ex supposito etiam, quod penes ipsos de Pasqua tanquam Ianuenses, eáque propter Mercatores capitale cessum fructus legitimè gigneret. Quandoquidem ratio mercaturæ cessat in ipso Manacorda, simúlque facultas continuandi in 21.
exactione liuellorum, ad latissimè tradita per Leotard. *de vsur. quæst.*29. *numero duodecimo*, *& seq.* Olea *de cess. Iur. tit.*6. *quæstione secunda*, *ex numero vigesimoseptimo*, *ad* 45. Surd. *de aliment. quæst.*42. *numero vigesimosecundo*, *vers. contraria*, Staiban. *de interess. lib.*2. *quæst.*1. *num.*51.52.53. *&* 54. *folio* 125. Quæ tamen ex abundanti dicta sint, quia nec Serenissimus interesse stipulari, multóque minus illud cedere Ianuensibus potuit, ob dilationem Communitatibus vltrò concessam, siue ac multò magis ob illarum impotentiam, vt reprobato Gratian. *discept.*920. in præcitata decis. 22.
adducto *dicto §. nec facit, propè finem*, fusiùs defendit Rot. apud Fenz. *ad Statut. Vrb. decis.*91. *§. neque verum est*, repetita *decis.*607. *part.*4. *tomo tertio recent.* & apud V. Præsidem Melium *allegat.*12. *folio* 213. *libro primo*, & faciunt tradita per Leotard. *de vsur. quæst.*84. *numero trigesimo primo*, *& sequent.* Vbi requirit probationem interesse.

Eóque magis, quia in facto non iustificabatur 23.
præsupposita destinatio istius crediti per Suam Celsitudinem ad se redimendum à maiori interesse, non quidem erga Ianuenses; implicabat enim Principem de extinctione debiti cogi- 24.
taste,

taſſe, ad cuius ſolutionem ſe nullatenus teneri ſedulo profitebatur, Rot. apud Bonden. *collect. legal. deciſ.*4. *num.*16. Merlin. *deciſ.*773. *num.*4. Rot. *deciſ.*176.*num.*7.*part.*8. & *deciſ.*284. *num.*43. *& ſequent. part.*9. *tom.*1. *recent.* Nec vllibi de onere alterius intereſſe liquebat, quo etiam præſuppoſito intentio ſe eximendi ab eo excludebatur; dum pecunias ab ipſa Communitate exigendas vti præ oculis habuerit, vt liberalitatem, & munificentiam exerceret; iſti namque actus obligandi Communitatem ad ſex pro centenario, & dationis in ſolutum à mera liberalitate
25. prouenientis correſpectiuitatem præſeferentes ad inuicem ineſſe dicebantur, Gratian.*diſcept.*14.*n.*4. & *diſcept.*692.*n.*41.*& ſeq.*

Ex remiſſione verò ſoluendi capitale collata in beneplacitum Communitatis pactio limitata pro intereſſe licita fieri non potuit; ea ratione quia dilatio ſolutionis implicitum habet mu-
26. tuum, adeo vt creditor differendo ſolutionem perinde faciat, ac ſi acceptam pecuniam à debitore eandem ei mutuet; quo caſu non conſtito aliunde de intereſſe illud percipere nequit, Rot. coram Millin. *deciſ.*21. *num.*1. *& ſequent.* & *deciſ.*772. *per totam, part.*4. *diuerſ.* Molin.*de contract. diſput.*308. *num.*10. Bonacin. *de contract. diſput.*3. *quæſt.*3. *punct.*6. *num.*1. Leotard. *de vſur. quæſtione* 16. *num.*50. Gratian. *diſceptat. forenſ.*911. *num.*12. 14. *&* 17. Quicquid in oppoſitum ſentire videatur, Scac. *de commerc. & camb.* §.1. *quæſt.*1. *num.*463. *&* 464. quem ſequitur Senatus *in dicta deciſione Natta*, quibus addo Ledeſm. *in ſumm. part.*2.*tractat.*8. *cap.*35. *concluſ.*4. quem refert, & ſequi videtur, Dian. *reſolut.*4. *part.*1. *tractat.*8. *folio* 117. & *part.*5. *tractat.*13. *reſolut.*50. *folio* 307. Conrad. *de contract. tractat.*2. *quæſt.*34. *folio* 155. Stephan.à Sanct.Gregor. *de contract.lib.*2.*quæſt.*30. *num.*17. Vtra autem ex prædictis opinionibus præualeat diſpungere pro nunc non expedit. Quippe quoniam Sereniſſimus conuenit de exigendo ſex in ſingula centum, non ex eo, quod ſe priuauerit facultate repetendi ſortem,ſed ex eo præciſè,quod maius ſubiret intereſſe.

Cumque D.Manacorda pro ceſſione reportanda tot exburſauerit, quot reſultabat nomen de-
27. bitoris ſibi ceſſum, vtique non intrabat diſpoſitio *l. per diuerſas*, & *l. ab Anaſtaſio*, *C. mandati.* Nec ex quo ceſſionem actionis eodem pretio reportauerit, ſimulata exinde arguitur; quia
28. propter expenſas, litis minoris ſemper ematur, Gallerat. *de renunt. tom.*1. *lib.*1. *cap.*4. *num.*106. *verſ. Imò ſuſpecta*, Olea *de ceſſ.tit.*6. *quæſt.*10. *ſub num.*54. *verſic. ex quo dici ſolet.* Ex quo enim ſingulo quoque anno maiorem ſummam pro taleis erga Communitatem penſitabat, iuſto valo-
29. re acquiſitionem facere expediens fuit,vt vti poſſet compenſatione ad ratam, quemadmodum hactenus ſucceſſit,Ludouiſ.*deciſ.*342.*num.*1. & ibi adden. *num.*6. Rot. *deciſ.*247.*num.*33.*part.*9.*tom.*1. *recent.* Olea *de ceſſ. tit.*7. *quæſt.*4. *num.*30. Cyriac. *controuerſ.*34. *num.*22.

SVMMARIVM.

1 *Manutentionem vſura exceptio non impedit. Fallit,vt n.*2.

3 *Exceptio num requirat indaginem Iudicis arbitrio remittitur.*

4 *Cauſa in meritis non attenta ſuſpenſione de partium conſenſu expeditur.*

OBSERVATIO CXLVIII.

VSVRARIÆ prauitatis exceptio, quæ manutentionem regulariter non impedit, Poſt. *de manutent. obſeruat.*62. 1.
*num.*9. & ibi Rot. *poſt tractat. deciſ.*181. *num.*6. Zacch. ad Galleſ. *de Cameral. obligat. quæſt.*31. *num.*7. In facti ſpecie tanquam clara, & oriens ex eiſdem inſtrumentis liuellorum manutentioni in- 2.
ſtita, impedimento fuit, ex Rot. poſt alios apud Zacch. ad Galleſ. *de Cameral. obligat. deciſ.*8. *n.*1. & *deciſ.*36.*num.*2. & *deciſ.*105.*num.*7. & *deciſ.*106. *num.*5. & *deciſ.*114. *num.*5. *& ſeq.* vbi optimè declarat.

At vbi in præmiſſis ſubeſſet aliqua ambiguitas circa liquiditatem exceptionis,ſufficeret quod arbitrati fuerimus exceptionem huiuſmodi vſuræ altiorem non requirere indaginem, ideoque 3.
manutentionem impedire, Menoch. *de arbitr. lib.*2.*cent.*1.*caſ.*17.*num.*7.*&* 8. Gratian.*diſcept.*169. *num.*17. Angel. *de acq. poſſeſſ. quæſt.*2. *num.*264. Rot. *deciſ.*380. *num.*12. *part.*9. *recent.* Zacch. ad Galleſ. *de Cameral. obligat. quæſt.*17. *num.* 73. Verum quia partes Iura deduxêre in meritis, ſuper quibus cauſam expediri conſenſerunt, & 4.
Magiſtratui liquebat. Ideo ſuper eiſdem ex prædictis potiſſimum, ac inferius dicendis controuerſæ in petitorio finis impoſitus exiſtit cauſæ de conſenſu partium, Poſt. *de manutent. obſeru.*7. *num.*33.

SVMMARIVM.

1 *Princeps in contractibus obligatur vti priuatus. Iuſtè mandat ne exigatur à Communitatibus ante exactionem Cameralium, n.*14. L.per diuerſas, *&* l.ab Anaſtaſio, C.mandat. *poteſt extendi ad ceſſiones, ad quas alias non extenderetur,n.*17.*& n.*19.

2 *Succeſſor in Statu tenetur ad debita in eius vtilitatem contracta.*

3 *Ceſſio inutilis ſoluenti debitum proprium. Ad vexandum emanata non ſubſiſtit,n.*20.

4 *Soluens pro alio ceſſionem reportat.*

5 *Capitula non inſtrumentum attenduntur,quando inter ſe diſcordant, & num.*6. *Amplia, vt num.*7.

8 *Executor auctoritatem ſibi demandatam excedere nequit. Se referens ad commiſſionem cenſetur ad illam ſe reſtrinxiſſe, n.*9.

10 *Pacta inſubſiſtentia vitiantur, & non vitiant inſtrumentum.*

11 *Senatus auctoritas Rotæ auctoritati praeponderat.*

12 *Lex futura reſpicit,non autem præterita. Niſi procedat per modum declarationis, n.*18.

13 *Ceſſionario obſtat exceptio, quæ obſtaret cedenti. Plus Iuris non competit, quam cedenti, num.*15.

16 *Credita quando non dicantur indubitata, vt ceſſio minoris fieri poſſit.*

21 *Compenſatio plus vtilitatis confert, quam exactio, & dein ſolutio.*

Observatio CXLIX.

Ex deductis in præcedentibus articulis, ac inferius dicendis pro subsistentia liuelli per D. Manacordam acquisiti resolutum fuit. Esto enim quod Serenissimus successor non teneretur obseruare contractum super regalibus, id non resistit, dum vltrò teneri voluit, vt apertissimè liquet ex commissione Ducali directa D. Præsidi Zanacco, ibi, *Restano conuenuti con noi come Prencipe, e Successore*, &c. Et ibi, *Conforme al conuenuto con noi.* Quam sanè con-
1. uentionem Princeps obseruare obstringitur, ex cumulatis per Andr. Cens. *in l. vnic. C. si quis Imper. maledix.* §.8. *num.*34. *&* 35. & *decis. Lucens.*14. *num.*70. Cyriac. *controuers.*311. *num.*19. & *controuers.*531. *num.*33. *& seq.* Georg. Mund. *consil.*1. *n.*194. & *consil.*17. *num.* 128. *lib.*1. & *consil.* 13. *num.*126. *lib.*2. dixi *allegat.*12. *num.*27. *fol.*201. *lib.*1. Altograd. *consil.*70. *n.*25. *& seq. lib.*2. Sperell. *decis.*148. *n.*38. *& seq.* Giurb. *consil.*94. *num.*6. *& seq.* Camarat. *respons.*23. *n.*37. *ac per totum*, Tondut. *resol. ciuil.*25. *num.*3. latè Rub. ad Rot. *decis.*217. *à n.*470. *ad* 483. *part.*9. *tom.*1. *recent.*

Cumque Princeps tanquam successor conuentionem prædictam expresse inierit; consequens ideo fit, vt tacitè ad sui præiudicium dumtaxat pecunias à Ianuensibus ad censum receptas ad Status vtilitatem erogatas præsupposuerit; tunc
2. enim ad restitutionem successor obstrictus remanet, ex traditis per nos *allegat.*94. *num.*2. *lib.*2. vbi alios cumulauimus, quibus accedunt congesti per Latat. *de feud. part.* 9. *dilucidat.* 86. *num.*3.

Super quo tamen figere pedes non auderem, quippe quoniam, si tanquam hæres, aut tanquam successor, ac consequenter principalis debitor
3. ad dationem in solutum deuenisset, vtique propriam obligationem extinguendo Iurium cessionem reportare non potuisset, & *l. nulla*, 5. *C. de solut.* Ludouis. *decis.*68. *num.*5. Peregr. *de fideicom. artic.*52. *num.*34. Caualer. *decis.*568. *num.*2. Cacill. *decis.*120. *num.*1. & *decis.*166. *num.*13. repetitæ *decis.*116. & *decis.*267. *part.*8. *& decis.*272. *num.*12. *part.*9. *tom.*1. *recent.* repetita apud Royas *decis.*236. Antonin. de Amat. *resolut.*37. *num.*4. Hodiern. ad Surd. *decis.*308. *num.*5. Olea *de cess. Iur tit.*5. *quæst.*1. *num.*11. At cum soluerit, seu in solutum dederit,
4. vti quilibet tertius, Iure merito Iurium cessionem à creditore obtinuit, Gratian. *discept.*286. *num.*4. Antonin. de Amat. *d. resolut.*37. *num.*7. Olea *de cess. tit.*5. *quæst.*5. *num.*53. Mart. Medic. *decis. Senens.*44. *num.* 1.

Hinc ergo corruunt in facto, quæ subiungebantur ex supposito quod Princeps erga Pasquam nullatenus obligatus dando ei insolutum nomen debitricis Communitatis Montiscalui munificentiam, & liberalitatem exercere intellexerit; in hac enim parte, cum de directo instrumentum Capi-
5. tulis, seu conuentioni in eodem insertæ repugnet, inde propterea conuentioni, tanquam à partibus initæ, non autem instrumento stari omninò debeat, vt post alios dicebam *allegat.*13. *num.*17. *fol.*227. *lib.*1. & *allegat.*103. *num.*20. *lib.*3. Merlin. *decis.*586. *num.*8. & *decis.*608. *num.*16. *& seq.* Card. Otthobon. *dec.*99. *num.*33. Bonden. *collect. legal.*36. *num.*56. Thesaur. *quæst. forens.*.. *num.*3. *& seq. lib.*1. Rot. *decis.*59. *num.*12. *part.*4. & *decis.*250. *num.*18. *part.*6. & *decis.*137. *num.*6. *&* 7. *part.*9. *tom.*1. *recent.* repetita apud Royas *decis.*241. & *decis.*360. *num.*1. *&* 2. *part.*9. *tom.*2. *recent.* & *in Bononien. fideicommissi*, 11. *Februarij* 1664. §. *à tenore*, *coram Verospio.*

Nec ex interuallo mensium à Capitulorum confectione ad stipulationem instrumenti recessus 6.
à primo conuentis argui potest, quemadmodum regulariter succedit, ex Rota *dicta decis.*137. *num.*8. *&* 9. *part.*9. *tom.*1. *recent.* repetita apud Royas *decis.*241. Nam si rectè aduertatur, Rota non facit vim in simplici interuallo, sed in eo principaliter, quod instrumentum contrarium à conuentione antecedenter inita continebat, ex Paul. de Mont. Pic. *consil.*52. *num.*17. *& seq.* Torniell. *consil.*49. *num.*35. *& sequent.* Rota coram Merlin. *dicta decis.*608. *num.*16. *& seq.* repetita *decis.*250. *part.*6. *recent.*

Tantum verò abest in facti specie recessus à conuentis in præcedenti scriptura per subsequens instrumentum, quod immò, vt illum excluderent 7.
geminatè ad ipsam conuentionem instrumentum se refert cum insertione in eo eiusdem conuentionis, Beltram. ad Ludouis. *decis.*168. *num.*8. *in fine*, V. Præses Melius *allegat.*13. *num.*19. *fol.*228. *lib.*1. Rot. *decis.*365. *la* 2. *num.*5. *& seq. post tract.* Cenc. *de cens.*

Præterquam quod cum Magistratus præuia personarum legitimatione, & electione terrarum pro satisfactione D. Pasquæ, quoad substantiam contractus sibi à Serenissimo demandatæ 8.
merus exequutor reputabatur, quam in nihilo prorsus alterare poterat, Merlin. *decis.*288. *num.*2. & *decis.*542. *num.*4. Caputaq. *decis.*43. *num.*5. *part.*3. Rot. *decis.*200. *num.*4. *part.*6. & *decis.*93. *num.*16. *in fine*, *part.*7. *recent.* & coram Card. Otthobon. *decis.*153. *num.*4. & coram Pen. *decis.*32. *n.*8. *&* 9.

Hactenus dicta concernunt potestatem Magistratus restrictam omninò ad formam commissionis, ad quam cum Magistratus in stipulatione instrumenti repetitam habuerit relationem; con- 9.
sequens ideo fit, vt ab eius continentia recedere nequaquam intellexerit, Paris. *consil.*18. *num.*31. *& seq. lib.*2. Rot. *decis.*118. *num.*2. & *decis.*122. *n.*17. *&* 18. *part.*9. *tom.*1. *recent.*

Vsque adeo, vt pacta instrumento adiecta viribus non subsistentia potius vitientur, quàm 10.
quod præambulam conuentionem vitient, *l. sed si*, 31. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Leotard. *de vsur. quæst.*7. *sub num.*10. *vers. & reiiciuntur stipulationes*, Cenc. *de cens. quæst.*56. *num.*13. *in fine*, & *post tractat. decis.*2. *num.*7. Ex quibus obiectiones ab initio excitatæ fundamentum habentes in munificentia, & liberalitate, de quibus in commissione Ducali ne verbum quidem, procul ab omni dubio corruunt.

Doctrinam verò Gratian. *discept.*920. canonizatam à nostro Senatu, tametsi reprobatam à Sacro Tribunali Rotæ amplectendam duximus; quippe quoniam auctoritatem Senatus opinioni eius- 11.
dem Rotæ præferendam alias, & nunc non ambigebamus, in hoc potissimum dominio, Redenasc. *consil.*29. *num.*27. quem secuti fuimus *allegat.*115. *sub n.*12. *vers. tamen etsi*, *lib.*3. *& obseru.*144. *num.*63. *lib.*1.

Binæ demum commissiones super hac materia à supremo Principe emanatæ non applicabantur. Altera enim D. Marchionis Octauij Gonzagæ edita de anno 1659. die 7. Octobris vetans dispositiuè,

sitiuè, ne pro liu ellis Ius redderetur, non afficiebat D. Manacordam, qui per viginti duos antea annos à Pasqua Ianuensi cessionem reportauerat. Siquidem dicta commissio vim le-
12. gis obtinens tempus dumtaxat futurum respiciebat, Cyriac. *controu.59.num.8.& controu.529. num.3. & seq.* Menoch. *de arbitr. cas.*187. Ioan. Carol. Antonell. *de temp. legal. lib.3.cap.3. n.3. & seq.* Rot. *decis.297.num.27.part.9.tom.1.recent.* repetita apud Royas *decis.*243. Cast. *de retro-tract.cas.9. cap.9.n.1.& 2.* Spad. *cons.12.n.4.lib.2. & cons.299.n.17. lib.3.*

Ratione cuius commissionis Actores pro li-
13. uellis Ius prætendere, nec in iudicio audiri poterant, Felin. *in c. nonnulli, num.22. de rescript.* Anchar. *cons.21. sub num. 1. vers. clauditque os parti,* Ruin. *cons.21.num.16.lib.1.* Paris. *cons.1.sub num.38. ibi, quod ille tertius non audiatur, & seq. lib.4.* Gonzal. *ad regul.8.cancellar.glos.66.num.18.* Pen. *decis.193.num.2.& seq.* Gratian. *discept. forens.791.num.13.* Mar. Anton. *var. resolut.47.n.4. & 5. lib.2.* Cyriac. *controuers.464. num.2. & 3.* Altograd. *cons. 23. num.28. lib. 1.* Rota coram Royas *decis.179.num.4.* repetita *decis.107. par.9. tom.1.recent.* Spad. *cons.19.num.5.& cons.54.n.29. lib.1.& cons.90.num.4.& cons.184. num.13. lib.2. & cons.9. num.3. lib.3.* Merlin. *decis.814. num.6.* Sperell. *decis.59.num.23. & 24.* Duran. *decis.74. num.55.* Andr. Censal. *ad l. vnic.C. Si quis Imp. maledix. §.21. num.3.* Buratt. *decis.337. num.8.* Bonden. *collect. legal.34. sub num.145. vers. tum esse, & post tract.* Rot. *dec.44.n.3.*

In nihilo prorsus resistente, quod prædicta commissio Ducalis non impediat absolutè exactionem liuellorum, sed etiam illam solummodo suspendat, donec cameralia integrè exigantur; exinde enim oritur inexigibilitas ex facto,
14. & quidem iusto Supremi Principis, vt in proximis terminis optimè ratiocinatur, Caren. *resolut.143. in princ. & num.1.* vltrà quod in rei veritate inhibitio euadit perpetua, dum per Communitates Cameralia nunquam integrè persoluuntur.

Cum igitur plus Iuris in cessionarium trans-
15. ferri non valeat, quam penes cedentem reperiretur, itavt cessionarius censeatur eadem persona cum cedente, vt me, & pluribus aliis adductis, Bonden. *collect. legal.9. num.74.* Capyc. Latr. *decis.94.num.23.* Olea *de cess.tit.6. quæst.11. num.2.* vbi asserunt omnia, quæ obstant cedenti obstare etiam cessionario, Contr. *discept. 70. num.23.* Salgad. *in Labyrinth.credit.part.3.cap.6. §.vnic.num.23.* vbi id maximè inquit procedere, quando exceptio respicit rem cessam, & *cap.13. §. vnic. num.75.* & ibi Rota *post tract. decis. 4. num.12.* Andr. Censal. *decis. Lucen.34. num.14. & 15.* vbi quod exceptio contra cedentem competens, competat etiam contra cessionarium, maximè quando respicit rem cessam, Card. Otthob. *decis.67. num.9.* Rot. *decis.205. num.4. part.1. & decis.502. num.1.& decis.524. numer.1. & decis.551. sub numer.1. vers. quod quemadmodum, part.2. & decis.391. num.7. & decis.411. num.25. part. 5. & decis.88. num.10. & seq. & decis.349. numer.33. part.6. & decis. 74. num.3. & decis.126. num.27. & decis.155. num.3. & decis.285. num.6. & decis.299. numer.5. part.7. & decis. 27. num. 2. part.8. & decis.40. num.58. & decis.244. num.2. part.9. tom.1. & decis.357. num.36. part.9. tom.2. recent.* Seraph. *decis.512.num. 1. & 2.* Ludouis. *decis.47. num.4.* & ibi Beltram. *lit. B. & decis. 121. numer.2. 3. & 6.* Buratt. *decis.57. numer.6. & 7.* Royas *decis.244. num.5.* Card. Otthob. *decis.94. num.21.* vbi quod excludatur cessionarius, quando excluderetur cedens, Ciarlin. *controuers. 121. num.63.* Sperell. *decis.82. numer.20. & sequent.* Ioann. Franc. Andr. *controuers.158. num.4. & 5.* Vbi istud eo magis militare subiungit, quando eadem ratio subest in cessionario, quæ in cedente, Merlin. *de pignor. & hypothec. quæst.132. num. 2. 10. ac per totam, lib.4. & post tractat.* Rot. *decis. 27. numer.2. & decis.50. num.10. & 64. & decis. 139. num.11.* Staiban. Iun. *resolut. 81. num.4. & 5. & resolut.84. num.1. & sequent.* Cyriac. *controuers.591. numer.79. & controuers.599. num.39.* Ioann. Baptista Antonell. *cons.11. num.16. & cons.34. num.21. & cons.67. num.2. & sequent.* Zacch. ad Gallesi. *de Cameral. obligat. quæst.5. num.2. & sequent.* Ioann. Baptist. Syluatic. *cons. 48. num.3.* dixi *allegat.43. num.31. lib.3.* Altograd. *cons.16. num.2. & 3. lib.1.* Pen. *decis.560. num.9.* Florian. Dulph. *controuers.49. num.15.* Larr. *allegat. Fiscal. 22. num.83. & decis.73. sub numer. 5. vers. & eandem personam,* Zucchar. *decis. Lucen.30. num.4.* Marc. Anton. de Amat. *resolut.16. num.1. & 2.* Rot. apud Mangil. *de subhastat. decis.42. numer. 8. & 9.* Vbi quod cessionarius non possit agere contra eum, contra quem cedens agere non poterat, Contr. *discept. 70. numer. 23.* Non minus ergo cessionariis, quam cedentibus liuellorum exactio ex præmissis impedita conuincitur; ita vt credita huiusmodi vti paratam non habentia executionem indubitata dici nequeant, nec expresè excepta intelligantur, 16.
aut minoris emi valeant, ex dispositione *l. per diuers. 22. & l. sequent. C. mandati,* dixi post alios *allegat. 17. num. 61. & 62. fol. 299. lib.1. & allegat. 6. num.38. lib.2.* quibus modo optimè exornantes accedunt, Fabr. *lib 10. coniect. cap.12.* Merend. *controuers. lib.13. cap.43. per totum,* Giurb. *obseruat.58. num.23.* Zacch. ad Galles. *de Camer. obligat. quæst.5. sub num.7. vers. quando tamen,* Ioann. Franc. Andreol. *controuers.262. num.14.* Verum istud obiectum cessioni longè ante commissionem obtentæ non resistebat.

Altera commissio Ducalis hinc successit, per quam declaratur cessiones in hac materia minoris iusto valore reportatas affici disposi- 17.
tione dictarum *ll. per diuersas 22. & sequent. C. mandat.* Quæ quidem Commissio, tanquam declaratoria extenditur quoque ad cessiones de 18.
præterito initas, Cost. *de retrotract. cas.9. cap.9. num. 12.* Gabr. *in suis conclus. lib.6. conclus. 3. numer.10.* Spad. *cons.113. numer.9. lib. 1.* Mart. Ventur. *cons. 1. num. 414.* Igitur sub illius dispositione comprehenduntur etiam anteactæ cessiones viliori pretio, aut non numerata pecunia expiscatæ; eaque propter non officit huic cessioni, quam præ manibus habemus continentem effectiuam totius capitalis numerationem, nec ambigitur, quin Princeps 19.
Supremus leges prædictas præcisè ad istas cessiones extendere potuerit, Decian. *in causa Gabrielis Melij cons.86. num.38. lib.3.* Altograd. *cons.58.*

cons.98. n.35. lib.1. & cons.49. n.40 lib.2. Caren. *resolut.205. n.2.*

Cæterum credita huiusmodi indubitata certè dici nequeunt, præsupposito etiam Instrumento obligationis guarentigia munito, de quo hactenus non constat. Si quidem ob illorum implicitam ob temporum vicissitudines, seu bellorum continuatas calamitates, ac similes causas in commissione Ducali enunciatas inexigibilitatem, ibi, *la rinoncia, & libera remissione di tutti li censi, ò frutti decorsi, sì per gl' impedimenti delle passate guerre, come per altre degne, & giuste cause, che à ciò monono l'animo di detti fratelli*, annua responsio de septem ad sex in futurum redacta extitit, & pro præteritis censibus omnimoda intercessit remissio; quæ quidem causæ, quinimò & maiores inexigibilitatis ab inde in præsens semper viguerint vsque adeo, vt auctis insuper, seu multiplicatis oneribus, distractis quoque earum redditibus Communitates cessæ non soluendo, ac penitus decoctæ euaserint. Quapropter cessiones dicantur reportatæ non nisi ad ve-
20. xandum pauperrimas Communitates, adeovt cessionarij ex actionum cessione nil plus consequi possint, quam ipsi realiter cedenti numerauerint, iuxta expressam dispositionem *dict. l. per diuersas 22. & l. sequent. C. mandat.* Gratian. *discept. 826. à num.1. ad 6. 25. & sequent. & numer. 33.* Cyriac. *controuers.453. numer.87. & 88.* Giurb. *obseruat. 58. numer.13.* Andr. Censal. *decis. Lucen.87. num.11. & sequent.* Ioann. Franc. Andreol. *controuers. 261. numer.1. & sequent.* dixi *allegat. 22. num. 2. fol. 394. lib.1. & allegat.70. numer.16. lib. 3.* Hæc autem conclusio optimè retorquebatur contra Communitatem Montiscalui, dum D. Manacorda cessionem obtinuit per integram solutionem, & numerationem effectiuam crediti cedentis, valdeque expediens ei successit, æquali numeratione cessionē prædictam reportare de credito ex Cameralibus conflato, vt cum Cameralibus ab eo annuatim debendis compensatione frueretur; quia per compen-
21. sationem non solum solutio onerum, sed quodam modo omnimoda extinctio inducebatur, ex cumulatis per Bonden. *collect. 43. num.25. & 26.* Andr. Censal. *decis. Lucen. 89. num.13.* Card. Otthob. *decis.55. numer.13.* Spad. *cons. 348. num.4. lib.3.* Giurb. *obseruat. 106. num. 2. & numer.10.* Rot. *decis. 303. num.3. part.8. & decis.247. num.33. part.9. tom.1. & decis. 337. num.20. & 21. part.9. tom. 2. recent.* & coram Royas *decis.125. num.15.* repetita *decis.3. part.9. tom.1. recent.*

Ea propter cessio, de qua agitur ab initio vsque in præsens executioni demandata vti habens requisita commissionum prædictarum minimè afficitur censura *l. per diuersas 22. & l. seq. C. mandat.*

SVMMARIVM.

1 *Transactio post sententiam inita non valet. Fallit, vt numer.2. & num.19. In dubio præsumitur valida, num. 3. Ob læsionem non rescinditur nisi facta restitutione de receptis, n.5. & n.12. Declara, vt n.6. Vt rescindatur enormissima læsio requiritur, n.7.*

4 *Decretum Iudicis ritè interpositum præsumitur.*

8 *Læsio minor requiritur pro rescindenda transactione minoris. Declara, vt n.9. & n.10.*

11 *Clausula*, sincerè, *vim Iuramenti habet,* Constito, *conditionem, & formam importat, n.16. Iurisdictionem abdicat ea non iustificata, n.17.*

13 *Læsionem qui allegat, probare tenetur.*

14 *Cessionarij negligentia in exigendo debitore cesso non nocet cedenti.*

15 *Monetarum valor quoad contractus initos propè annum 1630. regulatur iuxta illud tempus.*

18 *Sententia contra formam Statuti est nulla.*

20 *Contrahens cum aliquo vti Mercatore in Mercatorem eum admittere censetur. Declara vt, n.22.*

21 *Mercator contrahens creditum cum Vniuersitate Mercatorum ad ratam in illius solutione concurrit.*

23 *Interesse pupillo ob moram debitoris debetur. Limita vt, n.25.*

24 *Vniuersitas priuilegio minorum fruitur.*

26 *Solutio facta ei, qui se gerebat pro Tutore debitorem liberat. Amplia, vt n.27.*

28 *Confessioni morientis fides adhibetur.*

29 *Legatum acceptans, onus quoque acceptare dicitur.*

30 *Scripturam procuratoris, & vitrici, principalis, & priuignus recognoscere tenetur.*

31 *Diligens qui fuit in obtinendo sententias, talis quoque præsumitur in exactione.*

32 *Expensas reficere tenetur obligatus ad eas.*

OBSERVAT. CL.

Tam ex capite nullitatis, quàm ob prætensam læsionem, pars Vaccaria à transactione inter ipsam, & Vniuersitatem Mercatorum inita, recedere contendit; nullitatem ex eo principaliter deducit, quia 1.
post rem iudicatam emanauerit, *l. eleganter, 23. in princ. versic. si post rem iudicatam, ff. de condict. indebit. l. si causa cognita, 32. C. de transact.* Roman. *consil.155. n.2. in fin. & cons.504. num.7.* Fontanell. *decis.379. n.16. & decis.380. n.13.* Cæphal. *cons.518. num.56.* Barbat. *cons.21. num.5. lib.3.*

At isthæc obiectio subsistens in facto non videtur: dum pars aduersa viriliter sententiæ Senatus se opposuit, & nunquam Scuta quatuorcentum soluta D. Bardino in computum eius crediti contra Senatusconsultum accepto ferre annuit, neque ad formam rei iudicatæ, minúsve acquiescere voluit ordinationi istius amplissimi Ordinis; iuxta quam, vt in processu, *fol.38.* D. Vaccarius suas prætensiones aduersus Bollinum dirigere obstringebatur, quo stante nec in Iure procedit; quippe quoniam ita demum transactio super re iudicata corruit, quando transigitur post sententiam omninò indubitatam, secus verò quando res iudicata 2.
potest per aliquam disputationem etiam adhuc sollicitari, velari, & in dubium reuocari; itavt tollatur

tollatur notorium Iuris quod alias ex re iudicata resultaret, propter quod à Iure super re iudicata improbatur transactio, *l. post rem indicatam*, 11. vbi Doctores, *ff. de transact.* Angel. *consf.* 94. *num.* 6. Corn. *consf.* 268. *sub num.* 1. *versf praeterea quando est dubitatio, lib.* 1. Bero. *consf.* 147. *num.* 5. *lib.* 2. Ruin *consf.* 109. *num.* 10. *& sequent. lib.* 1. *& consf.* 67. *num.* 3. *lib.* 5. Coccin. *decisf.* 396. *num.* 4. *versfic. & quod sufficiat, & decisf.* 491. *num.* 2. *&* 3. Fontanell. *dicta decisf.* 379. *num.* 16. Rota *decisf.* 217. *num.* 25. *part.* 7. *recent.* Redenasch. *consf.* 48. *num.* 43. Gratian. *discept.* 861. *num.* 8. 9. *&* 10. Hinc ergo cùm in facti contingentia nec sententiæ Senatus, nec à partibus emologatæ appareant, nec per illas ambiguitates sublatæ extiterint, consequens ideò fit, vt ex hoc capite transactio de nullitate redargui valeat.

Eoque magis, quia in dubio pro transactionis
3. validitate omnis capi debeat interpretatio, Roland. *consf.* 28. *num.* 33. *lib.* 4. Surd. *consf.* 451. *numer.* 19. Cyriac. *controuersf.* 3. *num.* 43. *& controu.* 129. *num.* 34. Rota *decisf.* 113. *num.* 4. *&* 5. *part.* 5. *& decisf.* 86. *num.* 4. *& decisf.* 271. *num.* 20. *part.* 6. *recent.* Caren. *resolut.* 204. *num.* 16. Redenasch. *dicto consf.* 48. *num.* 21. *& seq.* Merlin. *decisf.* 163. *n.* 1. *& decisf.* 621. *n.* 20. *& decisf.* 767. *num.* 2. *& decisf.* 854. *num.* 18.

Maximè cum ad transigendum adhibitis solemnitatibus, ac decreto Iudicis cum cognitio-
4. ne causæ interposito partes deuenerint, pro quo etiam principaliter præsumitur, Bald. *in l. Iuris gentium* 7. *§. quod ferè in tertio notabili, ff. de pact. & in l. cum hi,* 8. *§. si Prætor, versic. item si plus, ff. de transact.* Gratian. *discept. forensf.* 952. *numer.* 23. *& discept.* 975. *num.* 12. Cyriac. *controuersf.* 182. *num.* 7. Rota apud Zacch. *de Camer. obligat. decisf.* 70. *numer.* 5. *& decisf.* 134. *num.* 10. Surd. *decisf.* 231. *numer.* 20. Thomat. *decisf. Macerat.* 67. *numer.* 25. *& decisf.* 68. *numer.* 62. Rot. apud Pic. *ad Statut. Vrb. decisf.* 25. *num.* 7. *& seq. & decisf.* 89. *n.* 7. *&* 8. *par.* 7. *recent.*

Capite ex altero recessus, nimirùm à transactione ob prætensam læsionem, nonnisi secu-
5. ta priùs restitutione Ducatonorum centum ex causa eiusdem transactionis habitorum, D. Vaccarius audiri nequit, maximè cum Vniuersitas Mercatorum super huiusmodi restitutione in actis speciales præmiserit instantias, iuxta textum *in l. si diuersa,* 14. *C. de transact.* Bursat. ex gratia videndus, *consf.* 291. *num.* 64. qui loquitur in minore, Honded. *consf.* 34. *num.* 34. *lib.* 2. qui ampliat, etiamsi adesset enormissima læsio, Cæphal. *consf.* 265. *num.* 1. Giurb. loquens in minore, *decisf.* 103. *num.* 10. Bim. *consf.* 225. *num.* 24. *in fin. & num.* 25. Rot. *decisf.* 539. *numer.* 6. *part.* 1. *recent.* & pluribus exornat Beltram. ad Ludouisf. *decisf.* 354. *num.* 17. vbi extendit ad transactiones minorum etiam enormissimè læsiuas, subiungens nonnullas limitationes casui minimè applicabiles, Rub. *ad decisf.* 81. *num.* 48. *& seq. part.* 8. *recent.* Inspecto potissimum, quod pars
6. Vaccaria nullum alium retinendi data in causam transactionis titulum habere prætendit, Merlin. *decisf.* 522. *numer.* 3. idem Ludouisf. *decisf.* 418. *numer.* 9. Ioann. Francisc. Andr. *controuersf.* 246. *numer.* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 26. *titul.* 9. *numer.* 39. Cyriac. *controuersf.* 3. *num.* 65. Merlin. *decisf.* 767. *numer.* 4. *& seq.* vbi etiam si prætendatur rescissio transactionis propter enormissimam læsionem, Rot. *decisf.* 315. *numer.* 15. & prius *decisf.* 147. *numer.* 20. *part.* 5. *recent.*

Præmissa deinceps restitutione consecutorum in vim transactionis adhuc pro rescindenda transactione non quælibet læsio sufficit, sed enormissima præquiritur, Corn. *con-* 7.
sil. 27. *num.* 1. *iuncto num.* 10. *lib.* 4. Gratian. *consil.* 88. *num.* 3. *lib.* 1. vbi requirit læsionem vltra triplum, vel quadruplum iusti pretij, Alb. *consil.* 11. *numer.* 22. Bim. *consil.* 507. *numer.* 16. Cæphal. *consil.* 642. *numer.* 95. cum infinitis apud Ioann. Francisc. Andr. *dicta controuersf.* 246. *numer.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 26. *titul.* 9. *num.* 23. Socin. sen. *consil.* 85. *num.* 3. *lib.* 1. Caren. *resolut.* 204. *numer.* 15. vbi quod debeat attendi dubius litis euentus, qui videtur improbabilis, pluribus exornat Fontanell. *de pact. nupt. clausf.* 4. *glosf.* 9. *part.* 5. *à num.* 200. *vsque ad* 209. vbi cauendum admonet à læsiuis transactionibus ob difficultatem recedendi ab eis ex eo, quia dubius litis euentus vix æstimari valeat, Merlin. *decisf.* 92. *numer.* 9. vbi quod requiratur læsio in magno excessu vltra dimidiam, *& decisf.* 284. *num.* 2. *&* 3. vbi quod læsio clarè, & concludenter probari debeat, habito respectu non tam ad rei valorem, quàm etiam ad dubium litis euentum, Cyriac. *controuersf.* 128. *numer.* 14. *& controuersf.* 182. *num.* 83. Ciarlin. *controuersf.* 219. *num.* 111. *&* 112. Rota *decisf.* 74. *num.* 22. *& decisf.* 125. *num.* 19. *& seq. part.* 5. *recent. & decisf.* 86. *num.* 4. *part.* 6. *recent.* latissimè Redenasch. *consil.* 98. *ex numer.* 45. *& sequent.* Ioann. Anton. Bellon. *consf.* 52. *num.* 6. *& per totum, & consf.* 77. *num.* 16. *&* 17. Thomasf. *de Tutor. & Curat. titul.* 19. *num.* 748. *versf. sublimita, fol.* 465. *& versf. limita primò, fol.* 466. Latr. *decisf.* 68. *n.* 11. *& per tot.*

Neque obstaret, si opponeretur quod minoris contractus cum læsione initus rescindatur, etiamsi læsio intra medietatem iusti pretij 8.
contingat, Bald. *in l.* 1. *numer.* 2. *C. si aduersf. fuit,* Pinell. *de rescind. vendit. part.* 2. *cap.* 2. *numer.* 27. *Cod. de restitut. in integr. & p.* 1. *quaest.* 16. *art.* 14. *sub numer.* 111. *versf. in contrarium,* Post. *de subhast. inspect.* 57. *n.* 37. *& seq.* Martin. Andr. *decisf.* 58. *num.* 7. siquidem præcitati Doctores loquuntur in remedio restitutionis in inte- 9.
grum, quod minoribus pinguius prouidet; istud autem cum non fuerit intentatum, nec amplius ei locus sit, inanis propterea quælibet superinde altercatio redderetur.

Quod si replicaretur etiam in remedio rescissionis contractus quoad minores tantam non requiri læsionem, quanta in cæteris ætate maioribus, & non priuilegiatis intercedere ha- 10.
bet, Cagnol. *in l.* 2. *sub num.* 159. *versic. minus refragatur, C. de rescind. vendit.* Peguer. *decisf.* 153. *sub num.* 2. *versf. sed prædictis*, vbi quod in minore sufficiat enormis læsio, hoc est in aliquo dimidiam iusti pretij excedens, & optimè exornat, Caren. *resolut.* 65. *num.* 18. & inclinant Martin. Andr. *dicta decisf.* 58. *ex numer.* 6. *ad* 12. Post. *de subhast. dicta inspect.* 57. *num.* 39. vbi benè distinguunt inter læsionem requisitam pro obtinenda restitutione in integrum aduersus transactionē cum minore initam, quæ intra dimidiā sufficit; & probandam læsionem pro rescissionē transactionis, ex remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.*

quæ vltra dimidiam excessum in minoribus, licet non adeò notabilem, vt in maioribus expostulat.

Sicuti neque obsisteret si adhuc opponeretur, quod præcitati Doctores læsionem vltra dimidiam requirentes pro rescindenda transactione minoris in eam transeant opinionem ob vim Iuramenti in transactione accedentis, quod in nostra deficit; quoniam in facti specie iuxta ordines Patriæ idem operatur
11. clausula, *sincerè*, qua transactio munita apparet perinde, ac si formale Iuramentum interuenisset, vt, post alios, dixi *alleg.*43. *n.*20. *& alleg.*107. *num.*54. *lib.*3. quæ tamen ex abundanti dicta sint, ex quo reiecta exceptione nullitatis aduersus transactionem per D. Vaccarium obiecta
12. circa prætensam rescissionem transactionis audiri non merebatur; tum quia de receptis restitutionem non præmisit, quemadmodum de Iure tenebatur, Gonzal. *ad regul.*8. *cancell. glos.*56. *numer.*150. Tomas. *de Tutator. & Curator. tit.*19. *numer.*254. *vers. & idem si transactio, fol.*250. cum adductis supra *num.* 5. Tum quia nullam prorsus
13. læsionem probauit, quam tamen, qui allegat, plenè, & concludenter probare obstringitur, ex cumulatis per Rot. coram Duran. *decis.*121. *n.*17. & coram Andr. *dicta decis.*58. *n.*8.

Tantum abest autem, quod D. Vaccarius ex transactione in aliquo, vel minimo læsus remanserit, quod immò propriam illius conditionem valdè meliorem fecit, dum recepta priùs integrali satisfactione, vlterius Ducatonos centum receperit. Stante enim prima sententia Senatus, de qua in processu, *fol.* 26. lata sub die 17. Martij 1638. & solutione in illius executionem secuta sub die 6. Nouembris 1638. de Scutis quatuorcentum, hoc est libris bismille quatuorcentum, de qua in receptione producta sub die 3. Iunij 1660. registrata in eodem processu, *fol.* 100. *fac.* 1. cuius partitæ detractionem Senatus Excellentissimus ordinauit sub die 21. Martij 1639. de qua ordinatione acceptata per partem constat ex eodem processu, *fol.* 30. Iuncta altera ordinatione eiusdem amplissimi Ordinis sub die 6. Aprilis 1639. in dicto processu, *fol.* 37. in qua assignauit Bollino Massario Vniuersitatis terminum octo dierum ad exigendum denarios eius Massariatus, & ad soluendum D. Vaccario summam illius crediti, quam cum intra terminum non soluerit, sub die 17. eiusdem mensis Aprilis 1639. idem supremum Tribunal commisit contra dictum de Bollinis commissionem per vim pro summa, de qua supra, quam deinceps sub die 12. Augusti 1639. renouauit, vt in processu, *fol.* 39. *fac.* 1. Ex quibus cùm Vniuersitas Mercatorum Scuta quatuorcentum Domino Alberto Bardino legitimo interuenienti pro Domino Vaccario realiter soluerit, & in satisfactionem residui cum auctoritate Senatus nomen debitoris ipsius Bollini delegauerit; consequens ideò fit, vt ipsa Vniuersitas à totali debito erga ipsum de Vaccariis liberata euaserit, quicquid ex negligentia
14. eiusdem postea euenerit, Bec. *cons.* 105. *num.* 25. & 26. Gratian. *discept. forens.* 527. *num.* 8. & 9. Rot. *decis.* 253. *num.* 2. *part.* 1. & *decis.* 186. *numer.* 2. & 3. *part.* 5. *recent.* Cyriac. *controuers.* 110. *num.* 7. Merlin. *decis.* 639. *num.* 7. & benè exornat Thomat. *decis. Macerat.* 29. *num.* 27. & *per totam.* Sicque Ducatoni centum nonnisi ad redimendas vexationes facti persoluti apparent; ideoque ob impugnatam transactionem omninò restituendi.

Quinimò solutiones prædictæ debitum ipsius Vniuersitatis valdè excedebant siue vti singulæ, siue binæ simul considerentur; si quidem libræ quatuormille currentes de anno 1630. de mense Iunij, quo cadebat solutio, vt ex cedula obligationis registrata in processu, *fol.* 5. *fac.* 2. certe libras bismille quatuorcentum de tempore factæ solutionis, nimirum de anno 1638. non constituebant. Quod autem valor rerum in contractum, seu aliam dispositionem tunc deductarum iuxta cursum monetæ currentis de anno 1630. regulari debeat, millies Senatus noster censuit. 15.

Animaduertendo in comprobationem prædictorum, quod ab initio Vniuersitas Mercatorum interpellata ad soluendum extitit, atque ad damna liquidanda in rationem mercaturæ, in processu, *fol.* 2. *fac.* 2. *& seq.* iuxta quam interpellationem Senatus die 15. Martij 1638. censuit hæredes Vaccarij creditores esse Vniuersitatis Mercatorum Mantuæ de Lib. 4422. necnon, & de interesse à die moræ ad formam ordinum, qui quidem ordines nonnisi in Mercatoribus actu mercaturam exercentibus procedunt, ibi, *Quod in omnibus causis, in quibus mercaturam exercentes petierint sibi damna refici ob tardatam à debitoribus solutionem æris alieni ex causa mercaturam respiciente contracti, Senatus constito quod sit Mercator, absque aliqua damnorum passorum probatione per actorem facienda satisfieri iubeat creditori pro damnis assertis in rationem septem pro singulo anno.* Hinc ergo cum in effectu Dom. Ioann. Maria nec per se, nec per alios mercaturam exercuerit, ac consequenter ipsum fuisse Mercatorem Senatui constare non potuerit; nulliter propterea, absque Iurisdictione, & contra dispositionem Statuti ad interesse, iuxta ordines condemnata extitit. Illa enim clausula, *constito*, &c. conditionem, & formam inducit, *l. Lucius*, 82. 16. vbi notatur, *ff. de condit. & demonstrat.* Gratian. *discept. forens.* 869. *num.* 26. Rota *decis.* 40. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* apud Ludouis. *decis.* 11. *n.* 2. & *decis.* 182. *numer.* 7. *part.* 5. & *decis.* 343. *numer.* 14. *part.* 6. *recent.* Duran. *decis.* 389. *numer.* 3. Omnemque ea non iustificata à Iudice Iurisdictionem quoad damna, & interesse mercantile abdicat, *l. à Testatore*, 108. *ff. de condit. & demonstrat.* Socin. *cons.* 99. *num.* 10. *lib.* 3. 17. Paris. *cons.* 41. *num.* 14. & *cons.* 94. *num.* 4. & 5. *lib.* 4. Ludouis. *decis.* 1. *numer.* 3. Rot. *decis.* 701. *num.* 4. *part.* 1. & *decis.* 48. *num.* 6. *part.* 7. *recent.* Vnde cùm nullibi constet de exercitio mercaturæ, minúsve quod Dom. Ioann. Maria inter Mercatores connumeraretur; Quin potius contrarium viriliter sustinuerit in processu, *fol.* 50. ibi, *Cum ipse nunquam mercaturam exercuerit, & eidem debetur interesse non ratione mercaturæ, sed ob moram Vniuersitatis non soluentis*, & fol. 65. ibi, *Cum D. Vaccarius non exercuerit mercimonium post obitum Patris*, & fol. 76. fac. 2. ibi, *Non tanquam Mercator, sed ob moram Vniuersitatis*, supple, *petit interesse*, & alibi sæpè in eodem processu; consequens ideò fit, vt sententia Excellentissimi Senatus condemnans ad

18. ad interesse, iuxta Ordines, non constito de mercatura, ipso iure nulla reddatur, Rim. iun. *consilio* 179. *numero vigesimosecundo*, Gratian. *disceptat*. 18. *num*. 1. Veral. *decis*. 136. *part*. 3. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap*. 79. *num*. 9. & 10. Itavt etiam ex
19. hoc capite super ea validè transactum extiterit, Coccin. *dicta decis*. 396. *num*. 4. & *decis*. 491. *num*. 2. & 3. Redenasc. *dicto cons*. 48. *num*. 43. cum adductis supra *num*...

In nihilo resistente, quod vniuersitas Merca-
20. torum transigendo etiam super taxis Mercatoribus iniunctis cum D. Ioan. Maria Vaccario eundem in Mercatorem admisisse videatur, Surd. *decis*. 100. *numero decimo*, & *decis*. 108. *num*. 12. & 15. & *decis*. 133. *numero decimooctauo*, Gratian. *disceptat*. 76. *numero vigesimotertio*, & *sequent*. & *disceptat*. 201. *num*. 72. & *sequent*. Altograd. *consil*. 45. *numero quadragesimosexto*, *lib*. 2. Buratt. *decis*. 113. *num*. 1. & 13. Berett. *consil*. 81. *numero secundo*, Cyriac. *controuers*. 335. *numero vigesimonono*, & *trigesimo*. Omisso enim, quod transactio intelligi possit de taxis per ipsum de Vaccariis vti hæredem patris, & patrui debitis, maximè occasio-
21. ne solutionis debiti nunc controuersi, in qua, & ipse dubio procul concurrere debebat, Bart. & Bald. *in l. ab omnibus*, 107. §. *si Attio*, *ff. de legat*. 1. Ludouis. *decis*. 263. *numero quarto*, *in fine*, & *numero quinto*, Duard. *de Societat. lib*. 2. *cap*. 4. *quæst*. 26. *numero quarto*, & *sequent*. quælibet in præmissis difficultas cessat, dum ex ipsius Vaccarij inculcata confessione ipsum ab obitu Patris mercaturam deseruisse liquidò constat; quo
22. casu nil resistit, quod per errorem cum ipso tanquam cum Mercatore Vniuersitas contractum iniisset, Leoncill. *decis. Ferrar*. 27. *numero decimo*, & admittunt Doctores mox citati, *numero vigesimo*.

Ob simplicem moram, iuncta potissimum in-
23. terpellatione in gratiam pupilli de Vaccariis, interuenientes pro ipso interesse simplicis crediti, cessante omninò mercatura, prætendunt, *l*. 3. *C. quibus in caus. in integr. restit. non est necess*. Bott. *consil*. 20. *numero vigesimoquinto*, Menoch. *de arbitr. cas*. 220. *numero decimoseptimo*, & *decimonono*, Gratian. *disceptat*. 67. *numero quinto*. & *disceptat*. 240. *numero duodecimo*, Leotard. *de vsur. quæst*. 82. *numero secundo*, Surd. *decis*. 179. *num*. 24. & *seq*. cum adductis per Tomasi. *de Tutor. & Curator. tit*. 19. *sub num*. 4529. *vers. minoris autem*, *fol*. 956.

Huiusmodi namque conclusio sibi locum vin-
24. dicaret, nisi Vniuersitas quoque priuilegio minorum frueretur, Corn. *consil*. 156. *sub num*. 4. *versic. ista etiam*, & *consil*. 189. *numero quarto*, *lib*. 3. Alb. *consil*. 121. *numero vigesimosecundo*, Crot. *consil*. 145. *numero secundo*, *lib*. 1. Bim. *consil*. 37. *num*. 21. Peregrin. *consil*. 3. *num*. 3. & 4. & *consil*. 8. *numero quadragesimoquarto*, *lib*. 3. Bardellon. *consil*. 111. *num*. 72. Trentacinq. *cons*. 4. *num*. 39. Durand. *decis*. 402. *num*. 9. & 15. Rot. *decis*. 153. *num*. 6. *part*. 1. *recent*.

At inter æquè priuilegiatos, priuilegia vsque adeò conquassantur, vt fauore minoris contra
25. alium minorem, Vniuersitatem, & similes mota causans interesse non contrahatur, *l. si ex stipulatu*, 24. *ff. de verborum obligat*. Gloss. *in l. si dictum*, 56. §. *fin. ff. de euict*. Bertazzol. *consil*. 70. *sub numero decimo*, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib*. 7. *tit*. 10. *numero vigesimooctauo*, Franc. *decis*. 16. *numero tertio*, Peregrin. *de fideicommiss. artic*. 46. *sub num*. 87. Cost. *de port. rat. quæst*. 28. *sub numero octauo*, Gratian. *disceptat. forens*. 241. *num*. 51. & 52. & *discept*. 400. *numero vigesimonono*, quem in oppositum malè adducit Hodiern. ad Surd. *decis*. 262. *numero decimoquarto*, Mangil. *de euict. quæst*. 4. *num*. 18. Nouar. *de variar. for. sect*. 4. *q*. 62. *num*. 2. Leotard. *de vsur. quæst*. 82. *num*. 15. Leoncil. *decis. Ferrar*. 125. *num*. 7. Tomasi. *de Tutor. & Curator. tit*. 19. *sub num*. 4529. *vers. minoris autem*, *fol*. 956.

Veruntamen superiùs dicta prætermitti poterant, dum ex receptionibus registratis in processu *folio* 100. *fac*. 2. & *seq*. de integrali satisfactione facta D. Bardino concludenter constat, & per quas Vniuersitas liberata remansit; siquidem dictus D. Bardinus, vt deponunt testes, publicè, ac palam pro Curatore se gerebat, quod 26.
sufficit ad effectum, vt minor receptiones prædictas accepto ferre in extinctionem eius crediti teneatur, *l*. 1. *in princip*. cum Gloss. *ff. de eo*, *qui pro tut*. Bero. *consil*. 126. *numero primo*, & *secundo*, *lib*. 3. Cyriac. *controuers*. 330. *numero septimo*, Rot. apud Cenc. *de cens. decis*. 278. *numero decimoquinto*, & *decis*. 659. *num*. 3. *parte prima recent*. Ludouis. *decis*. 31. *num*. 5. & *seq*. Thomat. *decis. Macerat*. 80. *num*. 15.

Testium verò depositiones pluribus adminiculis suffultæ, administrationem ipsius Bardini conuincunt. In primis enim D. Bardinus sub die 17. Martij 1659. in processu, *folio* 29. *fac*. 2. declarauit in computum crediti ipsius de Vaccariis recepisse scuta quatuorcentum, quæ detrahi ex credito eiusdem de Vaccariis illicò Senatus ordinauit in processu, *folio* 30. qua stante pronuntia Iudicis potissimum supremi non 27.
amplius disputari contingit, quin D. Bardino Vniuersitas legitimè soluerit, Roman. *consil*. 454. *num*. 18. Alb. *consil*. 21. *numero* 3. 4. & 5. Nenizan. *consil*. 17. *num*. 35. Schrader. *de feud. part*. 10. *sect*. 20. *num*. 213. vbi quod talis pronuntia faciat ius quoad omnes.

Deinde in toto processu non constat, quod alius præter Bardinum pro pupillo legitimè interueniret, aut facultatem exigendi haberet, sicque solutio bona fide facta Bardino Vniuersitatem omninò liberauit.

Vlteriùs, quia idem Dominus Bardinus in articulo mortis constitutus, atque in suo testamento bonam fidem agnoscendo non solùm se administratorem Vaccarij confessus fuit, verùm etiam pro reliquatus satisfactione legatum satis pingue reliquit, in processu, *folio* 83. cui 28.
quidem confessioni in ipsius confitentis odium emanatæ, fidem indubiam omninò adhibendam profitentur, Crauet. *consil*. 158. *numero septimo*, Afflict. *decis*. 40. *num. vigesimo*, Rot. *in crimin*. Farinac. *decis*. 237. *numero octauo*, & coram Buratt. *decis*. 542. *numero decimoquinto*, Gratian. *disceptat. forens*. 429. *num*. 15.

Insuper administratio ipsa solemniter à D. Vaccario fuit approbata, dum in satisfactionem crediti legatum acceptauit; in processu, *folio* 116. *fac*. 2. adeo vt non possit modò illud pro parte 29.
non acceptare, seu oneri non acquiescere, Surd. *decis*. 7. *num*. 39. & *decis*. 38. *num*. 2. dixi allegat. 71. *num*. 6. & 7. *lib*. 3. Merlin. *de legit. lib*. 2. *tit*. 2. *quæst*. 8. *num*. 3.

Tandem ex recognitione receptionum ema-

natarum

natarum à D. Bardino ineunda per D. Vaccarium omnis dubitandi ansa cessisset; si quidem illas vti conscriptas à D. Bardino, & continentes veritatem recognouisser, nisi amplissimus iste Ordo à prædicta recognitione absoluisset, sub die 25. Augusti 1660. in processu, *fol.*107.
Et tamen vti priuignus, ac principalis, sui pro-
30. curatoris, ac victrici, quocum vitam continuus trahebat, scripturam recognoscere tenebatur, ad tradita per Bursat. *cons.*39.*num.*23. Post. *de manutent. obseru.* 98. *num.*9.

Satisfactionis probationes vehementissimæ præter adductas, tum ex qualitate ipsius D.
31. Bardini, qui si in obtinendo sententias, ac commissiones per vim diligens extitit, diligentissimus pariter in exigendo præsumitur, ex Rot. *decision.* 225. *numer.* 21. & cumulatis per nos pro Principe Vrsino, *sub num.*11. Ex quibus Vniuersitas non solùm à petitis absoluenda venit; Verùm etiam erga ipsam D. Vaccarius ad restitutionem Ducatonorum centum, & libras bismille supra eius creditum ante transactionem exactas condemnandus venit. Vltrà
expensas, ad quarum refectionem in Instrumen- 32.
to transactionis præcisè se obligauit, Ferentill. ad Buratt. *decision.* 291. *numer.* 15. Cyriac. *controu.* 452. *num.* 58. cum adductis per nos pro Monasterio Sancti Christophori, *num.*37.

INDEX



INDEX

Rerum Notabilium, quæ in hoc Volumine Obſeruationum continentur.

Primus numerus eſt obſeruationum, ſecundus marginalis, Poſtremus paginam indicat.

Actus.

Index Rerum Notabilium.

Alienatio

Index Rerum Notabilium.

Index Rerum Notabilium.

Index Rerum Notabilium.

Clericus.

Cognati.

Collatio.

Collecta.

Coloni.

Commodum.

Communitas.

In Contra

Amplia

Index Rerum Notabilium.

Mortuo

Instru

Læsionem

Index Rerum Notabilium.

Mobilia,

Index Rerum Notabilium.

Possessoris

Pro

Reuisio

Surd.

Locum

Index Rerum Notabilium.

S. ROTÆ

S. ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES,
EASDEM MATERIAS
IN
OBSERVATIONIBVS
DISCVSSAS CONCERNENTES.



S. ROTÆ ROMANÆ DECISIONES EASDEM MATERIAS IN OBSERVATIONIBVS discussas concernentes.

DECISIO I.

R. P. D. ALDOBRANDINO.

Mantuana Licentiæ.

Mercurij 4. Maij 1583.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus feudum sine licentia Domini alienare nequit: sine licentia alienat in comprehensum, num.* 2.

3 *Feudi alienatio in proxime successiuum valet. Alienatio in remotiorem, sustinetur in odium Domini, non autem agnati proximioris, num.* 4.

5 *Guido Papa cons.* 46. *non applicatur.*

6 *Ius accrescendi datur inter inuestitos de eodem feudo, seu feudi portione successionis, ex inuestituris datur inter inuestitos de eodem feudo seu portione feudi, num.* 7.

8 *Feudum concessum iure antiqui habet omnes effectus feudi antiqui.*

9 *Alienationis prohibitio apposita in inuestituris an comprehendat alienationem de iure permissum inter coinuestitos.*

1 DOMINI dixerunt, quod etsi regulariter vassallus † feudum absque Domini licentia alienare nequeat, *cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar. c.* 1. *de vassal. qui contra constit. Lothar.* hæc tamen regula non proce-
2 dit, quando alienatio fit in agnatu, † qui in feudo vti comprehensus in inuestituris succedere potest, Bald. *in cap.* 1. *de alien. feud. num.* 11. Tiraq. *de retract. in præfat. num.* 52. *Doct. qui Roma*, §. *duo fratres*, *vbi* Ripa, *num.* 87. *de verb. oblig.* Gozad. *cons.* 20. *num.* 9. Clar. *in* §. *emphiteusis*, *q.* 14. *in* 1. cum aliis alleg.

Quæ limitatio non restringitur ad Agnatum
3 † immediatè successurum, vt videtur sensisse Paul. de Castr. *in l. voluntas*, *num.* 4. & ibi Iaf. *num.* 6. *c. de fideic.* Bald. *vbi supra*, Afflict. *de alienat. feud. pater. c.* 1. *num.* 33. quia imò alienatio facta in quemcumque Agnatum etiam remotum in inuestitura tamen comprehensum tenet respectu Domini, etiam quod sit facta sine eius li-
4 centia, † licèt non valeat in præiudicium proximioris Agnati, si ipse reclamet: Ruin. *cons.* 8. *in* 1. *lib.* 1. *fol. in cap. qua in Ecclesiar. num.* 88. *de constit.* Afflict. *in cap.* 1. *num.* 38. *de Vassal. qui contra constit. Lothar.* & tradunt latè alij Moderni ab informantibus citati.

Et cum hoc feudum sit antiquum etiam circumscripta inuestitura Aloysij cessant, † quæ de- 5
ducuntur ex Guid. Pap. *cons.* 46. cum aliis alleg. maximè quia omnes Nobiles, & omnes illorum columnelli, imò singulæ personæ illorum, quando separatim ceperunt inuestituras, fuerunt inuestiti de eadem tertia parte, adeò quod omnes sunt inuestiti de eadem portione, quo casu † in- 6
ter eos est locus iuri accrescendi, Iaf. *in l. reconiuncti*, *num.* 230. & ibi Crot. *num.* 175. Ripa *num.* 164. Bolognin. *num.* 35. *ff. de legat.* 3. præsertim cum omnes sint inuestiti vti de feudo nobili, & antiquo, in quo sine dubio vel est locus iuri accrescendi, vel vt alias volunt, successione † vigore antiquarum inuestiturarum, Clar. *de* 7
feud. q. 67. feudum enim ita concessum habet omnes effectus antiqui feudi, † Bald. *in c.* 1. *n.* 8. 8
de alien. feud. patern. Alex. *cons.* 30. *num.* 7. *lib* 1. & feudum esse antiquum etiam circumscripta inuestitura Aloysij constat ex inuestituris productis in causa pendente inter prædictos DD. Nobiles, & Illustrissimum D. Carolum.

Verum cum inuestituris adsit prohibitio expressa alienandi, vel contractum aliquem faciendi de huiusmodi terris, sine expressa licentia Reuerendissimi D. Episcopi sub pœna amissionis, ad hoc reducitur difficultas † an hæc prohibitio comprehendat etiam casum in quo de iure 9
communi feudum sine licentia Domini alienari potest, in qua difficultate affirmatiuam opinionem tenuit Bald. *in cap.* 1. §. *præterea*, *num.* 3. *de cap. Corrad.* circa quod caput minimè firmatum fuit, sed dictum quod ad hoc me restringam, & dubitem particulariter. An stante hoc pacto sit in casu in quo agitur, necessaria licentia Reuerendissimi D. Episcopi: materia enim non caret difficultate, quia scilicet Guil. de Cuneo *in l. cum is*, §. *sed in pluribus*, *ff. de transact.* & Salicet, *in l. ea lege*, *col. pen. num.* 17. *Cod. de cond. ob causam*, latè Bologn. *in l. qui Roma*, §. *duo fratres*, *n.* 187. *de verb. oblig.* voluerint restringere hoc pactum ad naturam feudi, vt intelligatur prohibitio de alien. quæ secundum naturam.

Tamen multi contrarium tenent, sequuntur enim Bald. ibi Aluarot. *num.* 4. *vers. quæro iuxta*

primam præposit.col.2. prope fin. verf. quæro primum, Afflict. *n.* 12. 13. 14. Alex.*conf.* 43. *n.*8. *lib.*7. Cipol.*c. ciuil. conf.vltim. num.*28. Iacob. de S.Georg.*de feud. in verb.& cum pacto,de non alienando ; num.* 2. *prope fin.* Iaf.*in* §. *diui in* 2. *lectura, num.*35.*&* 36. Ruin.*conf.*161. *num.*23. *circa med.lib.*4.Dec.*conf.*667.*num.*7. Curt. iun. *de feud. part.*4.*quæst.*22.*n.*113. Neuiz. *conf.*10. *num.*7.*in fin.* Bald.*conf.*81. *num.*18. 19. *in* 2. & licet respondeatur,quod Bald.& supra dicti DD. loquuntur de subinfeudatione, hæc tamen distinctio dicitur verbalis : quemadmodum enim huiusmodi pactum continet prohibitionẽ subinfeudationis vt aliquid operetur, pariter debet ex eadem ratione comprehendere alienationem hanc,quæ fit in comprehensos in inuestituris;vis enim stat in hoc, quia secundum prædictos DD. prohibitio vt aliquid operetur cõprehendit casus à iure permissos, & cum verba pacti prohibeant fieri aliquem contractum, sunt adeò vniuersalia, vt non videatur posse intrare saluatio,Ripa *in* §. *duo fratres*, *num.*87. quando illa applicaretur; quamuis cesset hoc pactum in antiqua inuestitura; Aloysius nihil ? cum Illustrissimi DD.Nobiles, qui nunc contendunt non requiri hanc licentiam sint inuestiti cum hac prohibitione, & consequenter acceptauerint hanc inuestituram; non videtur quòd possint vti, quoad hac antiqua, ex allegatis, vnde materia secundum DD. reducitur ad hoc vltimum caput, in quo licet aliqui ex Dominis supradicta considerassent,non tamen fuit aliquid firmatum, sed solùm conclusum, quod materia restringatur ad hoc, & deinde ad obseruantiam, vt videatur an de ea constet, & sit talis, vt ex ea declarentur in omnem euentum verba pacti, quando illa aliquam paterentur difficultatem.

DECISIO II.

R. P. D. BVBALO.

Anconitana Bonorum.

2. *Martij* 1584.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dicuntur detractis expensis*, *& num.6.*
Non debentur per emptorem vbi non percipiuntur, num.2.
Contrarium qui teneant ? n.3.
Declara, vt num.5.
Ex pignore percipi non possunt, num. 9. & num.10.
7 *Gabriel.*conf.74.num.6.32.*&* 39.lib.1. *declaratur.*
8 *Vsura est quidquid accedit sorti.*
11 *Prælatus plus offerenti Bona Ecclesiæ tenetur concedere.*
12 *Remissio in concessione perpetua fit quando pensio correspondet fructibus.*
13 *Melioramenta facta in concessione perpetua parum vtilitatis afferunt Ecclesiæ.*
14 *Restitutio in integrum non datur sine læsione.*

DVbitaui in hac causa cum aliquibus præsuppositis, an constaret de notoria iniustitia sententiæ vltimo loco latæ extra Rotam : & quoniam resolutio istius dubij pendebat ab eo, an concessio facta in emphyteusim Dominis de Iardinis, per Capitulum & Canonicos Ecclesiæ Anconitanæ de an. 1549. fuisset valida,cum dicta sententia : inter alia declaret dicta sententia, dictam concessionem non esse rescindendam: imò pro parte capitali plura deducuntur ad demonstrandam nullitatem dictæ concessionis,& illius confirmationis per Commissarios Apostolicos, vigore litterarum, si in euident. &c. & primò dicebatur, quod cum in literis, si in euidentem † adesset clausula, vocatis Capitulo & 1
Canonicis,nec apparet de aliqua citatione Capituli,confirmatio redditur nulla non seruata forma rescripti, *cap. cum dilecti*, *de rescript.* Parif. *conf.* 45. *num.* 7. *lib.* 4. & quamuis in casu isto fuerit præsens Syndicus Capituli, † & præsentia 2
partis allegaretur, vt alia citatio non requiratur, ex allegatis per Gabr.*de citat. conclus.*1.2. *limit. num.* 41. tamen quando citatio requiritur pro forma vt hîc, tunc non sufficit † præsentia, Iaf. 3
*in l.*1.*n.*13.*de in ius vocan.*Gabr. *vbi supra,n.*4. *&* 14. sed hoc fundamentum non placebat Dominis, quia cum forma citationis requiratur ad certum effectum defensionis, cui effectui † satis- 4
fit per præsentiam partis, hoc adimpleri potest per æquipollens. Cassard. *decis.*2.*de Iud.* Dec.*in l. si mater*, *Cod. de instit. & substit.* & in his terminis Iaf.post Bald.*in l.*1.*num.*15.*de liber. & posthum.*

Secundò dicebatur, bona concessa in emphyteusim non fuisse specificata coram Commissariis, prout requirebatur ex forma dictarum litterarum, sed hoc fundamentum sublatum fuit ex facto, quia in ipsamet concessione specificabantur bona cum suis confinibus.

Concluserunt tamen Domini, concessionem prædictam, & illius confirmationem, non posse subsistere : quia cum fuerit facta ex causa euidentis vtilitatis, & de ea non constet, quinimò potius constet de contrario, vt infra dicetur, sententia cõfirmatoria ex defectu causæ fuit nulla : Non enim sufficiebat probare Ecclesiam non fuisse damnificatam, † sed quod in hac alie- 5
natione aliquid lucraretur ad hoc, vt dici posset fuisse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, *cap. sine exceptione*, vbi Ægid. *num.* 7. Archid. *num.* 5. Rebuff.*num.*72.12.*quæst.*2.Henric.*in cap.tua,in fin. de his quæ fiunt à Prælat. vn. con. cap.* & quamuis ex huiusmodi confirmatione præsumatur causam fuisse veram, & Iardinos habuisse intentionem fundatam in sententia, pro qua præsumitur ex allegat. per informantes : tamen cum habeamus duas locationes bonorum, de quibus agitur, factas ipsismet Iardinis de anno 1543.quæ durabant vsque ad an. 1550. pro salmis 28.grani singulo anno, & quod constat, quod ha buerunt effectum ex solutione affictus per totum dictum tẽpus,dici non potest,concessionem perpetuam pro salmis 17.quolibet anno fuisse vtilem Ecclesiæ : præsertim cum ipsi Iardini in facto proprio † non possent prætendere 6
ignorantiam, vt benè deducit Dec. *conf.* 342. *num.6.* & ex dd. infra scriptis apparet, falsam fuisse assertionem æstimatorum dicentium dicta bona non fuisse locata nisi pro salmis 16. super quo fundata fuit dicta confirmatio, nec dici potest, locationes non probare, † verum valo- 7
rem iuxta textum *in l.pretia rerum, ff.ad Falcid.* quia ad istum effectum probandi non euidentem vtilitatem Ecclesiæ sufficit probare, quod ex locationibus factis de tempore alienationis † Ecclesia plus percipiebat : vt per Iaf.*conf.* 54. 8
*num.*4.

num. 4. *lib.* 1. Dec. *d. cons.* 142. *num.* 5. *& seq.*

Non obstat quod Capitulum de tempore alienationis ex causa permutationis alienauerit octo salmas ex dictis bonis locatis, & consequenter non esse habendam rationem dictarum locationum, quia hoc non obstante adhuc alienatio non est vtilis Ecclesiæ; nam fructus dictarum octo salmarum ascendebant ad 3. vel 4. salmas grani singulo anno. Vnde locatio remanebat pro salmis 24. & sic Ecclesia concedendo pro salmis 17. videtur esse in manifesto damno.

Nec dicatur quod sit habenda ratio diminu-
9 tionis † sextæ partis, iuxta textum *in authent. perpetuam*, & *authent. qui rem, Cod. de sacros. Eccles.* quia hoc non procedit quando inueni-
10 tur alius qui velit plus dare, † vt in casu isto: Nam Canonicus Triumphus obtulit salmas 24. vt bene per Bart. *d. authent. qui rem, n.* 6. & quan-
11 do alius offert plus dare, debet Prælatus † illi concedere: aliàs alienatio est nulla, Abb. *in ead. authent. num.* 4. *de reb. Eccles. non alien.* & in omnem euentum detracta etiam sexta parte adhuc alienatio non est vtilis.

Minus obstat quod debebat fieri diminutio propter remissiones, quæ solent fieri in Concessionibus ad longum tempus, quia cum hæc res-
12 ponsio correspondeat fructibus † semper fit remissio, etiam in locationibus ad longum tempus de communi per Boss. *in pract. crimin. de remiss. merced. num.* 14. Clar. §. *emphyt. quæst.* 8. *num.* 6. *&* 7.

Neque in casu est habenda ratio melioramentorum faciendorum per Iardinos, quia cum alienatio fit perpetua durante linea masculina
13 parum vtilitatis † consequitur Ecclesia ex dictis melioramentis, vt considerat Dec. *d. cons.* 142. *num.* 5. & fuit dictum in illa Bononien. Sancti Appolinaris, coram R. P. D. meo Cantucio de mense Aprilis 1582.

Nec testes postea examinati aliquod releuans concludunt, quia deponunt quod bona, de quibus agitur, essent in malo statu, non tamen in totum erant sterilia: sed locabantur, & Ecclesia percipiebat fructus maiores, quàm percipiet ex concessione in perpetuum.

Quod autem in casu isto requiratur proba-
14 tio, quod Ecclesia fuerit enormissime † læsa, ad hoc vt ei competat restitutio in integrum, ad tradita per Ias. *dict. cons.* 54. *num.* 4. *lib.* 1. Cornejo *cons.* 18. *num.* 52. *lib.* 2. non applicatur, quia hic Ecclesia non agit per viam restitutionis in integrum, sed dictam alienationem fuisse nullam, quia non fuit iustificata causa euidentis vtilitatis.

Ex quibus omnibus conclusum fuit concessionem in emphyt. & illius confirmationem fuisse nullam & inualidam, & consequentem sententiam extra Rotam latam, quæ confirmat locationem esse notoriè iniustam.

DECISIO III.

R. P. D. BVBALO.

Astens. Feudi de Solario,

Veneris 27. *Aprilis* 1584.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia præsumuntur bona possessa per Vassallum intra fines Castri. Allegans probare tenetur contra agentem in remedio,* l. fin. de edict. Diu. Adr. tollen. *n.* 3.

2 *Inuestitus possidens ex titulo Inuestituræ possidere præsumitur.*

4 *Bona in dubio allodialia præsumuntur. Expressio generalis bonorum in Inuestitura non inducit præsumptionem feudalitatis, num.* 5.

Amplia, vt num. 6.

7 *Feudale præsumitur, quidquid est intra fines feudi.*

Contra, num. 8.

9 *Feudalis res præsumitur, quando possidetur Iure feudi.*

Contra, num. 10.

Concorda, vt num. 11.

Illustris quondam Anton. de Solario, Dominus castri Gouoni, in certis possessionibus, quas in Feudum obtinebat ab Ecclesia Astensi, in suo vltimo Testamento, instituerat hæredem vniuersalem D. Thomam suum filium in omnibus suis bonis; alterum verò filium D. Iacobum in re certa, particularem hæredem instituerat, qui prætendens in bonis feudalibus pro dimidia succedere vigore antiquarum Inuestiturarum, statim defuncto Patre, accepit possessionem dicti castri, cum suis pertinentiis, necnon quinque prædiorum, seu Massariarum nuncupatarum, existentium in territorio dicti castri pro dimidia. Vnde introducto iudicio possessorio vigore, *l. fin. Cod. de Edict. D. Andr. tollen.* ad instantiam dicti Thomæ, cum iam resolutum fuerit, coram Illustrissimo D. Cardinali Lancelloto tunc Auditore, D. Ioannem Iacobum esse legitimum contradictorem quoad bona feudalia compræhensa in Inuestitura, quoniam, quoad castrum, & illius Iurisdictionem, non controuertebatur, cum essent feudalia: Super qua differentia, dato particulari dubio Informan. pro dicto Iacobo, plura deducebant, ad ostendendum, quod onus probandi huiusmodi bona esse allodialia, & non compræhensa in Inuestituris incumberet D. Thomæ: Nam cum Inuestituræ sint prægnantissimæ, nempe cum terris, pratis, herbis, possessionibus, nemoribus, vineis, &c. & cum omnibus iuribus, & aliis pertinentiis, ad ipsius
partem spectantibus, &c. & bona † sint in 1
territorio dicti castri, & possessa olim per dictum Antonium inuestitum, & nunc per dictum Iacobum, videbatur omnibus istis concurrentibus satis præsumi dicta bona esse feudalia, donec contrarium probetur, vt per Dec. *cons.* 517. *num.* 9. Paris. *cons.* 27. *num.* 14. *lib.* 1. Curt. iun. *cons.* 140. *num.* 10. *& seq. & cons.* 184. *num.* 8. *in fine, & seq.* Ruin. *cons.* 108. *sub n.* 22. *lib.* 2. Gozadin. *cons.* 50. *num.* 27. *vers. ad textum:* Aym. *cons.* 84. *num.* 9. Alb. *cons.* 64. *num.* 28. quia
quando inuestitus † est in possessione, tunc præ- 2
sumitur possidere ex tit. præambulo Inuestituræ. nisi contrarium probetur, vt bene deducit Ruin. *dict. cons.* 108. *n.* 24. *lib.* 2. Curt. iun. *d. cons.* 184. *sub num.* 8. *vers. & ista distinctio*, Natta *cons.* 460. *num.* 22. *& cons.* 506. *num.* 31. *& seq. & cons.* 520. *num.* 5. *& seq.*

Accedunt coniecturæ allegatæ, nempe, quod ex istis bonis non soluuntur collectæ, sicut de aliis bonis particularium, quo casu præsumuntur feudalia, vt per Natt. *dict. cons.* 520. *num.* 10. & allegatur etiam quædam constitutio antiqua Episcopi Astensis; qua cauetur omnia bona, existentia

existentia intra confinia castrorum feudalium, censeantur esse feudalia.

His tamen non obstantibus, conclusum fuit per Dominos onus probandi bona, de quibus agitur, esse feudalia incumbere D Ioanni Iacobo, quia cùm D. Thomas probauerit omnia requisita ad obtinen. in remedio *l. fin.* nempè testamentum, & possessionem patris possessio D. Iacobi, iuncta cum Inuestitura sibi non suffragatur, nisi etiam clarè probet bona possessa esse compræhensa Inuestituris, etenim contra Agentem hoc remedio *l. fin.* non sufficit alle-
3 gare bona esse feudalia, † nisi hoc concludenter probetur, iuxta textum *in cap. 1. §. inter filiam, & §. defuncto milite*, & ibi DD. *si de feud. contron.* cum aliis allegatis per Dyn. *in reg. 309. num.* 8. & latè per Cephal. *cons.* 387. *num.* 8. *cum seq.* præsertim cum hæres scriptus habeat
4 regulam pro se, quod bona † in dubio præsumuntur allodialia, & non feudalia, *cap. 1.* vbi *gloss. 1. de contr. int. mascul. & fœmin.* vbi Doctores, Alex. *cons.* 129. *num. 1. lib. 1.* cum similibus, nec placebat Dominis illa opinio, quod ex verbis prægnantibus Inuestituræ, & ex possessione præsumantur esse feudalia, quia procedere posset, vbi in Inuestitura exprimerentur bona in particulari cum suis finibus, secùs si ge-
5 nericè exprimantur, quia illa expressio † generalis non fundat intentionem, nisi melius probetur, quod bona in particulari sint compræhensa, vt bene in his terminis deducit Brun. *cons. 1. num. 2. & 3.* quem sequitur Natta *cons.* 514. *num. 29. cum seq. & cons.* 520. *n. 1.* Aym. *cons.* 54. *sub num. 9. vers. in hoc tamen, & cons.* 293. *num. 7:* Boss. *in pract. crim. tit. de Princip. n.* 253. *in fine*, Roland. *cons.* 82. *num.* 10. vbi de communi, & *num. 14. & seq. lib. 2. & cons.* 98. *num.* 16. *& 25. lib. 3.* vbi asserit contra Albam extare communem Doctorum scholam, & de communi etiam testatur Decian. *cons.* 33. *num.* 18. *lib. 1.* vbi inquit, quod ab ea nemo discrepat, quando
6 insunt intra fines alia bona † ad particulares spectantia, & hoc maximè dicendum est stantibus illis verbis, ad ipsius partes spectantia, vt in his terminis ponderat Aym. *dict. cons.* 54. *num. 9. in fine, & cons.* 293. *num. 4. in fine, & num. 5.* Roland. *d. cons.* 82. *n.* 18. *lib. 2.*

Nec obstat, quod in Inuestitura sint expressi
7 fines Castri, & quod quicquid est † intra fines Feudi præsumatur feudale, Ruin. *cons.* 26. *num. 7. lib. 1.* Curt. iun. *dict. cons.* 140. *num. 9. & 10.* Natta *cons.* 460. *num. 9. & seq. & cons.* 506. *n.* 31.
8 *& seq.* quia contraria opinio est verior, & communis est † cum Hostien. *in c. nimis, de iur. iurand.* vt testatur Afflict. *in cap. 1. num. 121. & seq. de contr. int. masc. & fœm.* Bellon. *cons.* 10. *post num.* 11. Afflict. *decis.* 267. Clar. *in §. feudum*, 26. & liquet ex traditis à Roland. *dict. cons.* 98.

Nec refert, quod D. Iacobus possessor asse-
9 rat se possidere iure Feudi, † quo casu videtur, quod res præsumatur feudalis, vt per Nattam *cons.* 520. *num. 6.* quia Natta plura alia requirit, & si staretur assertioni illius, qui dicit se possidere iure Feudi, nunquam hæres scriptus immitte-
10 retur in possessionem, & quod est † contra communem opinionem supra relatam in his terminis immissionis hæredis scripti, contra possessorem consuluit Roland. *dict. cons.* 98. *n.* 16.
11 *lib. 3.* obiectio autem † procederet, si constaret de voluntate Testatoris, quod voluerit possidere huiusmodi bona iure Feudi, vt bene declarat Brun. *cons. 1. num. 3. in fine.* Coniecturæ supra relatæ non obstant, nam quod hæc bona sint exempta à solutione collectarum, non verificatur in facto, & Constitutio non probat in præiudicium Tertij, præsertim cum in Territorio huius Castri adsint alia bona possessa à particularibus, ex quibus Domini concluserunt hæredem scriptum habere intentionem fundatam, & quod D. Ioannes Iacobus concludenter probare teneatur bona, de quibus agitur, esse feudalia, & comprænhensa in Inuestituris: Et ita, &c.

DECISIO IV.

R. P. D.

Astens. Feudi de Solario,

18. *Iunij* 1584.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia quando præsumantur bona; descripta libro feudalium præsumuntur. num.* 13.
2 *Actor non tenetur probare replicationem, nisi prius exceptionem plenè probauerit reus.*
3 *Reus ob incertitudinem non potest obtinere in sua exceptione.*
4 *Natta cons.* 506. *n.* 31. *declaratur cons.* 460. *num.* 12. *& cons.* 520. *num.* 6. *qualiter procedat.*
5 *Ruin. cons.* 108. *num.* 24. *lib. 3. in quibus terminis procedat, num.* 11.
6 *Curt. iun. cons.* 184. *num.* 8. *declaratur, & cons.* 140. *n.* 10. *reprobatur, n.* 7.
8 *Dec. cons.* 517. *n.* 9. *non recipitur.*
9 *Alba cons.* 64. *num.* 70. *communiter reprobatur.*
10 *Roland. cons.* 46. *num.* 38. *lib. 3. declaratur.*
12 *Feudalitas coniecturis probatur.*
14 *Confessio Domini probat contra inuestitum.*

PRoposui dubium super eisdem, & DD. concluserunt non esse recedendum à resolutis, nempè onus probandi bona esse feudalia pertinere ad D. Ioannem Iacobum de Solario, quamuis sit reus, & possessor, & ostendat inuestituram cum clausulis prægnantibus ex deductis in decisione, & placuit DD. distinctio Bell. *cons.* 10. *num.* 14. quod aut bona fuerunt possessa tanquam feudalia, † & tunc præsumuntur feudalia, 1
& qui dicit esse allodialia tenetur probare, si autem de hoc non constat, tunc præsumuntur allodialia, quem sequitur Bero. *cons.* 65. *sub num.* 157. *lib. 1.* Clar. *in §. feudum, quæst.* 18. & facit illa ratio, quod vbi actor plenè probauit intentionem suam, reus etiam tenetur concludenter probare suam exceptionem quousque actor probauerit suam intentionem; ita nec actor, cuius intentio † est fundata, tenetur aliquid pro- 2
bare ad elidendam exceptionem rei, quousque exceptio sit plenè probata, vt bene declarat Ægid. *decis.* 76. *num. 4.* & quemadmodum actori non sufficeret hæc probatio; ita nec sufficit reo, quia eadem incertitudo, quæ facit, quod actor † non possit obtinere in sua actione, facit, quod 3
reus non possit obtinere in sua exceptione, Bart. *in l. si quis, §. si duobus de adim. leg.*

Neque

Neque obstant consilia allegata pro contraria parte: primò, *cons.* Natt. 506. *num.* 31. quia lo-
4 quitur † in casu quando gradatim primogeniti possederunt, & inuestitura erat facta pro primogenitis; nam eo casu cum illa possessio primogeniti sit conformis cum inuestitura, illa bona taliter possessa presumuntur feudalia, & ex titulo praecedenti possessa nisi contrarium probetur, & in illo casu ex qualitate possessionis primogeniti satis constabat illa bona fuisse possessa vti feudalia; nam aliàs non successisset, & sic intrat distinctio Bell. supra relat.

Secundò, non obstat Ruin. *cons.* 108. *num.* 24.
5 *lib.* 2. quia ibi aderat confessio authoris, † quod bona erant feudalia, vt liquet ex dictis per eum, *d. num.* 24. *&* 20.

Tertiò, non obstat *cons.* Curt. iun. 184. *num.* 4.
6 quia ipse se fundat in D. Socc. *in l.* 1. *col.* 4. *de acquir. possess.* quod † procedit solùm eo casu quando quis est inuestitus de dominio territorij cum certis, & determinatis terminis, & confinibus, vt benè vltra alios allegatos declarat Comen. *ad consuet. Paris. tit.* 46. *num.* 6. prout
7 etiam † nihil facit idem Curt. *cons.* 140. *num.* 10. quia non se fundat in possessione, sed in praegnantia verborum, & in hoc opinio sua non est vera, aliàs allegatur.

Quartò, allegatur Dec. *cons.* 517. *num.* 9. sed ipse fundat se in illa praesumptione, quod
8 quicquid est † intra fines territorij praesumitur feudale, & in hoc non recipitur, vt patet ex allegatis in decisione.

Quintò, non obstat *cons.* Albae 64. *num.* 70. quia, dum dicit quod ex possessione declarantur
9 verba generalia † inuestiturae, ad hoc allegat Curt. iun. *dict. cons.* 140. *num.* 10. & Paris. *cons.* 17. *num.* 14. *lib.* 1. dd. Doct. hoc non dicunt, sed benè firmant illam conclusionem, quod quando in inuestitura sunt apposita illa verba, cum pertinentiis, &c. omnia praesumuntur feudalia, quae conclusio, vt aliàs dictum fuit, communiter reprobatur.

Nec etiam obstat Roland. *cons.* 46. *num.* 38. *lib.* 3. quia contrarium postea concludit, & ad
10 illud fundamentum, † quod bona possessa per inuestitum praesumuntur feudalia, quando inuestitura est cum verbis praegnantibus; respondet ibi in fine, quod non est tutum, & contrarium ipse tenet.

Vltimò, non obstat Natta *cons.* 460. *num.* 12. *&* *cons.* 520. *num.* 6. quia licèt *in cons.* 460. re-
11 stringat opinionem Doctorum † *in cap. nimis, de iure iuran.* vt loquantur, quando tertij possident bona particularia, non autem quando ipsimet inuestiti possident; tamen, quicquid ipse dicat, etiam bona possessa ab inuestitis non praesumuntur feudalia, nisi probetur inuestientem possedisse, vel talia bona fuisse possessa vti feudalia, vt benè per Roland. *dict. cons.* 46. *in fin. lib.* 3. *& in cons.* Natt. 520. *num.* 6. plura concurrebant, ex quibus dici poterat constare in illo casu bona esse feudalia.

Reseruarunt tamen DD. videndi super
12 coniecturis, ex quibus licet probari possit † rem esse feudalem, vt per Afflict. *in cap.* 1. *num.* 287. *cum sequentibus, ex quibus caus. feud. amit.* Roland. *cons.* 82. *num.* 37. *lib.* 2. tamen DD. die Mercurij 4. Iulij 1584. dixerunt in casu, de quo agitur, non adesse tales coniecturas, ex quibus dici possit fuisse probatum bona, de quibus agitur, esse feudalia, ex deductis in alia Decisione circumscripta; tamen illa coniectura, quae desumitur ex libro Episcopatus, in quo adest constitutio, qua cauetur, quòd omnia bona existentia intra confinia castrorum feudalium Ecclesiae Astensis censeantur esse feudalia, qui liber † si producatur in forma probanti, DD. pu- 13
tabant coniecturam hanc esse magni momenti, quia ibi locus reperitur descriptus in libro vbi registrantur feuda, praesumitur feudalis. Andr. de Iser. *in c.* 1. *in fin. vers.* & ibi Afflict. *num.* 292. *&* 295. *ex quibus caus. feud. amit.* Non obstat, quòd Episcopus Astensis non potuerit ex illa constitutione praeiudicare priuatis personis; quia cùm isti DD. de Solatio habeant causam cum Episcopo, confessio cedentis nocet † cessionario, & nocet illi, à quo quis causam 14
habet, Ruin. *cons.* 128. *num.* 6. *lib.* 2. *& cons.* 50. *num.* 13. *lib.* 1. *cum similibus*; producto igitur hoc libro in forma probanti poterit particulariter dubitari an resultet talis coniectura, & concludenter probetur bona, de quibus agitur, esse feudalia, &c.

Et ita, &c.

DECISIO V.

R. P. D. Pamphilio.

Regiens. Feudi.

11. *Martij* 1585.

SVMMARIVM.

1 *Transuersales descendentes à primo acquirente succedunt in feudo, & n.* 3.
Fallit, vt n. 8.

2 *Ius accrescendi habet locum in feudis antiquis.*

4 *Renunciatio feudi facta à maioribus non praeiudicat vocatis.*
Declara, vt n. 5. *& n.* 9.

6 *Feudum si in diuisione totum vni ex fratribus obueniat, eo sine filiis defuncto, non ad Dominum, sed ad comprehensum superstitem, deuoluit.*
Declara, vt n. 7.

Dvbitaui, an ex Inuestitur. tenore D. Paulus Aemilius succederet in feudo, de quo agitur, & esset inuestiendus, & cùm praesupposito, quod sit de descendentibus Francisci primi acquirentis, Domini resoluerunt ipsum succedere, & esse inuestiendum, quia sumus in feudo antiquo acquisito, † ab eius Tritauo pro se, 1
& suis descendentibus; quo casu succedunt etiam transuersales, descendentes tamen à primo inuestito, *c.* 1. *§. his verò deficient.* vbi DD. omnes, *de grad. success. in feud.* Alex. *cons.* 164. *num.* 2. Ias. *cons.* 114. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *cons.* 263. *col. pen. lib.* 2. Paris. *cons.* 17. *num.* 6. *cum seqq. lib.* 1. Clar. *in §. feudum, quaest.* 79. cum aliis adductis per informantes.

Et hoc nullam habet difficultatem, siue dicamus hoc procedere per ius † accrescendi, quod 2
habet locum in feudis antiquis, Bart. *in l. si mihi, & dictio de verb. oblig.* Rip. *in l. reconiuncti, num.* 161. *de leg.* 3. siuè potiùs secundùm ordinem † successionis virtute primae inuestiturae, vt 3
dicit Bart. *cons.* 58. *num.* 3. quem sequitur Bald. *in c.* 1. *de feud. Mard.* Alex. *in d. l. si mihi, & Titio, sub num.* 15. *& in cons.* 71. *n.* 5. vbi de communi, *lib.* 5. Curt. iun. *de feud. in* 2. *part. n.* 674.

Dec.*conf.*263.*sub n.*2. Clar *in §. feud. quaest.*77. & Ferret. *cons.* 103. *sub num.* 4. *& consil.*356. *num.*1.*&* 2.vbi alios latè adducit.

Neque illi obstare cessiones ad fauorem Iulij per eius prædecessores factas; tùm quia non
4 præiudicant, cum simus in feudo antiquo, † & Paulus Æmilius non veniat ex persona illorum, qui renunciarunt, sed iure proprio, tanquam vocatus in inuestitura, Bart.*in l.vt iusiurand.* §.*si liber.ff.de oper.liber.*Bald.*in l.qui se patris,C.vn. liber.*Moheb. *cons. Dec.*279. cum adductis latè per Rolan.*cons.*57.*n.*60.*lib.*3.

Tum etiam quia quatenùs ex illis aliquod præiudicium oriri potuisset, cum sint factæ ad fauorem Iulij, quia, & ipse erat de comprehensis in inuestitura eatenùs nocent, quatenùs su-
5 perest † aliquis de linea ipsius Iulij; quâ deficiente succedit Paulus Æmilius, non obstantibus renunciationibus: Præpos. *in cap.*1.*num.* 2. post alios, *de grad. success. in feud.* Bald. *in l.* 1. *in q.* 10. *ff. de rer. diuis.* vbi quod si feu-
6 dum † aliquod totum vni ex fratribus obueniat in diuisione, qui postea decedat sine filiis, succedunt alij, neque hoc casu ad Dominum deuoluitur; cuius opinionem communem dicit Aret.*in l.qui Romae*, §. *duo fratres*, *sub num.*29. *de verb. oblig. cons. Ruini* 8. *sub num.* 11. *& cons.* 11. *num.* 14. *lib.* 1. Afflict. post alios, *in C. si quis miles*, *num.*2.*cum sequentibus,constit. fin.Loth.*Clar. *in §. feudum*, *quaest.* 77. *vers. sed*
7 *pone maximè*, † quia Iulius non fuit inuestitus tanquam de feudo nouo, vt loquitur Alex. in contrarium allegatus *cons.* 13. *lib.* 1. quo casu possit adesse difficultas, ex quo feudum videtur assumpsisse naturam feudi noui, in quo transuer-
8 sales † non succedunt, Gloss. *in cap. si quis miles constit. feud. Lothar.* sed tanquam de feudo, antiquo auito, & paterno, quo casu retinet naturam feudi antiqui, ita quod deficiente linea
9 illius ad cuius fauorem fuit facta cessio † agnatus etiam transuersalis, nonobstantibus renunciationibus succedit, vt declarat Præpos. & Alciat. vterque *sub num.*4. Afflict. *num.*24. *in c.*1. *constit. de feud. Lothar.* & ex his fuit conclusum pro Paulo Æmilio, non obstantibus in contrarium allegatis, quæ ex supradictis tolluntur.

Et ita, &c.

DECISIO VI.

R. P. D. ORANO.

Bononiensis Emphyteusis.

16. *Iunij* 1589.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro haeredibus & successoribus ad descendentes restringitur: Etiam foeminas, n.*2.

*Ecclesiastica clausula, quibus dederit, venit in restitutione fideicommissi,n.*10.

3 *Haeredis appellatione in emphyteusi venit etiam foemina.*

4 *Clausula*, in perpetuum, *facit emphyteusim ad extraneos transitoriam*: ad habendum, &c. *idem importat, quod clausula,* (quibus dederit,) *n.*5.

*Quibus dederit, in emphyteusi Ecclesiastica extraneos comprehendit, n.*6.

*Maximè si ponatur in dispositiua, num.*7.

8 *Dictio*, placuerit, *iuncta cum dictione vniuersali, quidquid*, *in clausulam*, ad habendum, &c. *facit emphyteusim Ecclesiae ad extraneos transitoriam.*

9 *Obseruantia multum operatur circa transmissibilitatem emphyteusis in extraneos.*

11 *Osasc.* decis. 164. num.4.*in quibus terminis procedat.*

12 *Inuestitura de facto obtenta non suffragatur.*

Facta in perpetuum, & ad renouandum de 29.*annis, in* 29. *annos, renouationem pro substantia non requirit, sed tantùm ad probationem, n.*13.

CAnonici Sancti Columbani ciuitatis Bononiæ bona, de quibus agitur, in emphyteusim perpetuam, cum pacto de 29. in 29. annos renouandi q. Domino Thomæ de Scappis, pro se ac suis hæredibus & successoribus ad habendum, & quidquid sibi & successoribus perpetuò placuerit, faciendum concesserunt.

Defuncto Thoma, relictis Gaspare & Domitilla filiis, Gaspar vltimus eius hæres, orbatus filiis sibi hæredes suscipit DD. Euangelistam & Scappum de Scappis: ipsisque quandocumque sine filiis & descendentibus masculis decedentibus, substituit DD. Aloysium & Martinum de Scappis, ac eorum filios & descendentes in infinitum: ab Euangelista verò & Scappo nondum exactis 29. annis obtenta noua inuestitura cum iisdem pactis, de quibus *suprà*, cum ipsi in facta concessissent, Canonici prætendere cœperunt bona fuisse deuoluta: ac propterea requisiti à Domina Domitilla, pro se, suisque filiis concesserunt; quæ causam dedit dubio, an bona huiusmodi dici possent spectare ad Dominam Domitillam,& Dominis visum fuit respondere negatiuè,

Quia licet emphyteusis Ecclesiastica † con- 1
cessa pro se hæredibus & successoribus, intelligitur de successoribus sanguinis: Imol.*in l. quibus*, *ff. de verb. oblig.* quem sequitur Curt. sen. *cons.*82.*num.*6. Dec.*cons.*171. *num.*1. Ripa *in l. ex facto*, §.*requisita, num.*15.*ff.ad Trebell.* comprehendátque etiam † fœminas, §. *emphyteusis*, 2
authent. de non alienan. Ancharan. *cons.*433.*in princ.*Socin.iun. *cons.* 234. *lib.*2.*de causa.* Bero. *in cap.in praesentia*, *num.*40. *de probat.* ex quo terminus hæres † est communis æquè fœminæ 3
atque masculo: vt per Clar. qui testatur hanc opinionem esse magis receptam, §.*emphyteusis*, *quaest.*42. Rim.iun. *cons.*44. *num.*20. & fuit resolutum *in causa Bononiens. de Campegiis, & in vna Corriuens. bonor.* 7. *Februar.* & 23. *Martij* 1583. *coram R. P. D. Pamphilio*: nihilominus, quia in inuestitura concurrunt clausulæ *in perpetuum*, & , *ad habendum*, &c. & quidquid placuerit faciendum, fit transitoria ad hæredes extraneos; per illam enim † denotatur 4
actum fuisse, vt ad Ecclesiam, si pacta seruarentur, nullo tempore rediret, quia hæc est propria significatio dictionis, *in perpetuum,auth. de alienat.& emphyt.*§.*secundo quadam sunt*,§.*adeò iunctus locationib.* Gloss. *in authent. quas ruinas, & in auth.perpetua, Cod.de sacros.Eccles.*Socin. *cons.* 266. *num.* 37. *lib.* 2. Per hanc verò idem effectus sequitur, † qui ex clausula, & quibus 5
dederit, Curt.iun. *cons.*4. *in princ. & cons.* 115. *num.*34. vbi de communi, Paris. *cons.*27. *n.*41. *lib.*1. Aym. *cons.* 256. *num*, 4. Rolan. *cons.* 79. *num.*2.

num.2.lib.1.clausula authent.quibus dederit, ha-
6 bet vim † vt comprehendat etiam in materia emphyteusis Ecclesiasticæ hæredes extraneos; *c.1.* cum *ibi* notatis per Aluar. *in feud.* per illum textum, *vers.ex quo.gloss. si de feud. fuer. controuer.* Clar. §. *emphyt.quæst.*28. *circa finem.* Et fuit decisum coram Illustrissimo Cardinali Lancelloto, *in vna Romana Domus Sancti Eustachij, & in alia Mediolanens. bonor. coram bon. mem. Buba-*
7 *lo:* maximè, quia † fuit posita in parte dispositiua Pedemont. *decis.*164.& dictio *placuerit*, est
8 adiecta dictioni vniuersali † *quidquid:* Ruin. *cons.*133.*num.*3. *& seq. vol.* 2. Rolan. *cons.* 34. *num.*85.*lib.*4. iuncta etiam obseruantia quæ so-
9 let multum † operari, cum per 30. ferè annos Domitilla passa sit, hæc bona per extraneos possideri: Ruin. *cons.*161. *num.*33. *vol.*1. ideóque possent dicta bona liberè alienari: Rolan. *cons.*42.*num.*13. *lib.*1. Zas. *in epitom. feud. vlt. part. num.*25.*in fine.* Natta *cons.*159. *n.*12. *lib.*1. Cranet. *cons. pro genero, num.* 292. Vnde cum Dominus Gaspar successerit in dictis bonis, exclusa Domitilla sorore, & instituit hæredes suos Dominos Euangelistam, & Scappum, ac demum ipsis quandocumque decedentibus substituerit Dominos Aloysium & Marinum, qui hodie ea possident; meritò dicendum est ab illis excludi Domitillam.

Nam emphyteusis Ecclesiastica habens clau-
10 sulam, *& quibus dederit*, † venit in restitutione fideicommissi. Alex. *in l. si patroni, num.* 14. *vers. sed si tenemus ad Trebell.* Ruin. *cons.*161. *num.*3.*lib.*1. Clar. §. *emphyteusis, quæst.*6.*in princ.* Mantic. *de coniect.vlt.volunt.lib.*7. *tit.*9. *num* 5. & fuit dictum coram R.P.D. meo Pamphilio, *in vna Papien. bonorum* 13. *Maij* 1593. licet secus esset, si non esset transitoria ad hæredes extraneos. Bart. *in d.l.si patroni, num.*3. Alex. *cons.*91. *num.* 10. *lib.* 1. Mantic. *vbi suprà*, & latissimè fuit discussum *in vna Bononiens. de Bolognin. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Non potest autem obstare, quod Pedemont.
11 † *decis.*164. *n.* 4. substituerit clausulam *ad habendum, &c.* intelligi debere citra præiudicium liberorum.

Quia in suo themate inuestitura fuerat concessa pro filiis masculis, ex quo fit vt clausula, *ad habendum, &c.* non immutauerit claram inuestituram, per quam constabat contrahentes voluisse saluum esse ius liberorum.

Nec releuat quod Domina Domitilla fuit in-
12 uestita, hoc enim verum non est de iure, † sed de facto ex quo bona per obitum Euangelistæ non poterant dici deuolutam ad Ecclesiam: Bald. *cons.*225.*n.*4.*vers.ex quibus, lib.*2. Dec. *cons.*192. *n.*4.& licet inuestitura ab Euangelista & Scappo ante lapsum tempus 29. annor. fuerit renouata, nihil tamen operari potest ad fauorem Domitillæ: Nam cùm concessio facta esset Thomæ in
13 perpetuum, † vnita fuit locatio in tantum, quòd renouatio impetrata per Euangelistam non fuit de substantia, sed seruiuit pro faciliori illius probatione, ne temporis cursu eius memoria aliquando periret. Abb. & alij *in cap.* 1. *de præ.* Bero. *cons.*116. *num.*16. *&* 187. *vol.*1. *& cons. seq. num.* 8. & fuit dictum *in vna Rauenaten. bonorum* 14. *Iunij* 1593. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*; vt benè etiam declarant hîc informantes pro DD. de Scappis.

DECISIO VII.

R.P.D. ORANO.

Romana Domus.

19. *Iunij* 1589.

SVMMARIVM.

1 *Dominium Ecclesiæ in rei vindicatione plenè probandum: nec admittitur iuramentum suppletiuum, n.*2.
*Non probatur concessione, locatione, aut solutione, n.*3.
*Neque aliis imperfectis probationibus, n.*4.
*Ex enunciatiua moderna non probatur, num.*7.
5 *Locatio tendit ad dimittendum, non probandum dominium.*
*Non effectuata non confert ad probationem dominij, n.*6.
8 *Instrumenta, vt probent dominium requiritur antiquitas; antiqua dicuntur si excedant centum annos, n.*9.
10 *Rectoris narratiua non probat fauore Ecclesiæ, etiam in antiquis.*
11 *Instrumentum loquens de domo sita in loco, vbi adsunt plures non probat.*
12 *Liber priuatus etiam à priuilegiato conscriptus pro scribente fidem non facit.*
*Maximè si sit mutilus & mancus, n.*13.
14 *Probationes in suo genere imperfectè iungi nequeunt.*

DOmini concluserunt; Rectorem Ecclesiæ Sanctæ Agnetis rei vendicatione agente, dominium domus controuersæ, non probasse: cùm enim plena † in hoc iudicio requiratur 1
eius probatio, *l.in rem, ff.de rei vendicat. l.*1. *C. de alien.mut.caus.fact.* Bald. *in l.cum in fin. C. de probat.* in tantum, quod non admittitur iuramentum † in supplementum. Ias. *l. admonendi,* 2
*num.*112.*ff.de iur.iuran.* Aym. *cons.*57. *num.*13. neque locationes, concessiones, aut solutiones pro illius † probatione sufficiunt, *cap. inter dilectos, propè fin. de fid. instrum. l. ad probationem, C.locati.* Alex. *in l.rem alienam, in princ. ff.solut.matrim. & cons.*12. *num.*4. *vol.*4. Ruin. *cons.* 47. *num.*6. *vol.*1. Calcan. *cons.*32. *num.*8. Boër. *cons.* 105. *num.*13. Caputaq. *decis.* 180. *part.*1. 3

Clarum est, quod pro constituenda probatione imperfectæ, † nec per Rectorem adductæ probationes suffragari non possunt. Alex. *cons.*10. *cum duobus seqq. lib.* 4. Proinde instrumentum locationis anni 1515. quod, vt aliàs fuit dictum, non probat dominium, cum locatio † tendat ad dimittendum, non autem ad acquirendum dominium. Bart. *in l. legata inutiliter, ff.de adim.legat.* Barbat. *cons.*8.*num.*20.*lib.*2. Curt.iun. *cons.*41. *num.*8. & de illius effectuatione non † constet, *c.inter dilectos*, vbi post Abb. Felin. *de fid. instrum.* adminiculum non potest recipere ab instrumento locationis Anglorum de anno 1514. facto: Nam cum enuncietur domus sita in regione Pontis in Parochia Sancti Blasij, & illi inter cætera detur pro confine ex parte posteriori siue à retro, domus Sanctæ Agnetis, & domus Hospitalis Sancti Iacobi Hispaniarum: vtique enunciatiua † huiusmodi, nisi sit antiqua, non est alicuius effectus. Put. 4 5 6 7

b decis.

decis. 212. lib. 1. Caputaq. decis. 240. 1. part.
8 prout in instrumentis, † vt probent, requiritur: iuxta gloss. Bald. & Salicet. in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. Alex. cons. 75. sub num. 3. lib. 4. quod
9 dici non potest, † cum non excedat ætatem centum annorum. Socin. cons. 89. num. 7. vol. 1. Pedem. decis. 171. num. 8. nec coadiuuari potest ex instrumento 1541. in quo rector tunc temporis narrat, quod Petrus Matthæi ad liberandam domum suam prope Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Pace, sub proprietate Sanctæ Agnetis, ad respondendum eidem Ecclesiæ, de ducatis 22. emerat censum; de quo *in dict. instrumento*, quia pro exclusione illius concurrunt iura, quia in-
10 strumentum continet narratiuam † ipsius Rectoris, quæ etiamsi versaremur in antiquis, non probat ad fauorem Ecclesiæ. Aret. *in c. cum causa, num. 13. de probat.* Coffer. *cons. 44. num. 6.* Corn. *cons. 19. num. 3. lib. 2. & cons. 22. num. 9. lib. 3.* Socin. *cons. 266. n. 11. lib. 2.* Achil. *decis. 5.*
11 *de inrepatr.* tum quia instrumentum † loquitur de domo ista propè Ecclesiam Pacis, vbi multæ adsunt domus longè hac ei propinquiores: *arg. l. duo sunt Titij, de testam. tut.* Aym. *cons. 114. num. 11.* tum etiam, quia facta fuit locatio domus sitæ propè Ecclesiam Sancti Blasij Ant. Italia, ad quartam generationem, cum in illa enuncietur locatio facta domus propè Ecclesiam Pacis eidem Petro Matthæi in perpetuum; minus deseruiunt pro adminiculo partitæ libri Eccle-
12 siæ: nam præterquam quod liber † est priuatus, qui non facit fidem pro scribente; etiamsi is, qui scripsit, fuisset persona priuilegiata, *l. exemplo, de probat.* Abb. *in c. ad audientiam, de prascr.*
13 laborat magna suspicione † cum ex visione sit mutilus & mancus. Roman. *cons. 346. num. 14.* Aym. *cons. 6. num. 8.* Depositio autem testis nullius est momenti, cum sit de auditu: & vt dicebant Domini, cum nulla harum probationum,
14 † habeat in se perfectionem in sua specie, impossibile est, quod simul coniungi possint. Bald. *in l. si quos, §. 2. num. 3. ff. de eden.* Alex. *cons. 11. num. 19. lib. 1. & cons. 10. cum duob. seqq. lib. 4.* & propterea standum est in resolutis.

DECISIO VIII.

R. P. D. Pamphilio.

Rauenatens. Bonorum.

12. *Maij* 1590.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas non incurritur nisi Domino volente, multoque minus eo remittente, n. 4.*
2 *Caducitatem incursam tempore prædecessoris successor non declarat.*
Dominus remittere potest, n. 5.
3 *Notitia impositionis census super emphyteusi tanquam super re libera in Domino arguitur ex instrumento.*
6 *Caducitatis ex remissione non fit praiudicium Ecclesiæ.*
7 *Æquitas in materia caducitatis attenditur.*

Circumscriptis pro nunc exceptionibus per informantem per Reuerendissimum Dominum Episcopum, consideratis contra testes DD. de Theodolis, de quibus aliàs agetur: Domini resoluerunt non esse locum deuolutioni bonorum, de quibus agitur, quia cum caducitas
† non incurratur, nisi Domino volente, *l. 2.* ibi: 1
si Dominus voluerit, C. de iur. emphyt. non potuit Modernus Episcopus declarare caducitatem tempore sui prædecessoris incursam † quam præ- 2
decessor suus, non solùm, non declarauerat. Cassad. *decis. 3. de locat.* Ruin. *cons. 35. num. 28. lib. 1.* quod eam expressè remiserat, ex quo habens notitiam impositionis census, & quod per talem impositionem factam absque licentia Domini directi bona erant ad ipsum deuoluta, non obstante huiusmodi deuolutione concessit Domino Ioanni emptori nouam inuestituram dictorum bonorum, receptis scutis mille, vt probant testes DD. de Theodolis qui deponunt, quod Episcopus Campegius vidit instrumentum impositionis census, & sic habuit notitiam † quod 3
fuerat impositus super istis bonis tanquam liberis ad *l. non est ferendus, ff. de transact.* & subiungunt quod Episcopus dixerat, quod quamuis esset incursa caducitas † nihilominus in gratiam 4
Serenissimi Magni Ducis, tunc Cardinalis volebat illam dimittere, Alex. *cons. 113. num. 3. lib. 4.* Clar. *§. emphyteusis, quæst. 10.* cum aliis allegatis, quod quidem facere potuisse † Domini 5
non dubitabant, ex notatis per Abb. *in c. potuit, num. 15. de locat.* Crescent. *decis. 145. aliàs 2. eod. tit.* non obstacte, quod impositio census fuit facta super istis bonis, vt propriis DD. de Theodolis: quia ex huiusmodi remissione nullum censetur illatum præiudicium Ecclesiæ † res- 6
pectu dominij directi: ita quod bona penès ipsos liberata remaneant: sed tantùm censetur condonata, pœna caducitatis, & deuolutionis *ad l. non omnes, ff. si cert. pet.* Bart. *in l. 1. §. si quis hoc interdicto, in fin. de itin. actúque priuat.* quod & ostendit renouatio inuestituræ postea subsequutæ, in qua Domini de Theodolis reinuestiuntur de istis bonis tanquam ipsius Ecclesiæ, à qua ipsi illa recognoscunt tanquam emphyteutica cum solutione laudemij; præsertim, quia iste census in maiori parte fuerat redemptus, & pars, quæ remanserat de facili redimi poterat propter pactum de retrouendendo; & sic intrabat æqui-
tas † aliàs considerata per Rotam in causa Ro- 7
mana Casalis Moniliani coram Domino meo Seraph. ex Bart. *in cons. 34. lib. 2.*

Et ita Domini resoluerunt, reseruata tantùm Episcopo facultate discutiendi exceptiones testium, & videndi, an ex quo hodie census non est extinctus in totum, & sic parte non extincta, duret conuentio, posset Modernus Episcopus istam caducitatem denuo declarare.

DECISIO IX.

R. P. D. Platto.

Cesenatens. Bonorum.

8. *Februarij* 1591.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores Ciuitatis tenentur exequi decretum Concilij, cum conditione eidem annexa.*
2 *Clausula,* & non alias, *facit deficere consensum.*
3 *Alienatio bonorum Vniuersitatis de iure spectat ad Consilium.*
4 *Ratificatio in Vniuersitate, vt inducatur, plura requiruntur.*

5 *Pœna*

5 *Pœna apposita in inuestitura in casum contrauentionis, non tollit pœnam caducitatis legalem.*

6 *Alienans emphyteusim cadit tantùm à parte alienata.*

DVbium erat, an propter alienationes tenimentum sit ad Abbatiam Classen. deuolutum: plures autem alienationes deducebantur, quarum principales prætendebat ciuitas Cæsenæ fuisse de terris sitis extra tenimentum in emphyteusim concessum, quales illæ dicebantur, quæ factæ fuerant in Portu Cæsenatico, & has placuit Dominis pro nunc circumscribi, ac reseruari particulariter videndo; quapropter duæ solummodò remanebant alienationes, de quibus in præsenti disputatione esset videndum. Altera facta Marchioni Malatestæ, altera illis de Alticontis, & quod attinet ad alienationem factam Marchioni, Domini sentiebant absque difficultate nullam ex ea causatam fuisse deuolutionem: Decretum Concilij factum super huiusmodi alienatione, est factum cum reseruatione iurium Abbatiæ, & non aliàs, vnde non potuerunt
1 Conseruatores † contra formam Decreti simpliciter,& absque aliqua reseruatione iuris Abbatiæ deuenire ad exequutionem dicti decreti, *l. si hominem, ff.mand.* maximè cum clausula, *& non*
2 *aliàs*, faciat † deficere consensum Concilij. Ruin. *cons.20. num.8. & 9.lib.2.* cum aliis allegatis.

Quo verò ad terras alienatas illis de Alticontis plura proponebantur consideranda:& primò, an alienatio huiusmodi facta à Conseruatoribus potuerit præiudicare Ciuitati, ita, vt caducitati locus fuerit; & visum fuit non potuisse Conser-
3 uatores præiudicare, ex quo alienatio † bonorum vniuersitatis de iure communi spectet ad Consilium, seu maiorem eius partem, Bart. *in l. omnes populi, n.16.ff.de iust.& iur.*

Secunda occurrebat difficultas, an constaret de scientia & ratificatione Consilij generalis stante exemptione Canonis ab anno 1574.citrà, & maximè post litem motam; sed quia ad inducendam scientiam & ratificationem in vniuersi-
4 tate † plura debent concurrere, quæ diligenter discutienda forent, vt patet ex resolutis coram me,in causa Cortonens. bonorum die 18. Martij 1588. & ideò particularem requirunt disputationem;placuit,pro nunc præsupponi verificationem Ciuitatis, quæ sit præsupposita.

Tertia difficultas, intrabat quæstio, an posset Abbatia agere ad caducitatem stante pacto in instrumento anni 1573. per quod in euentum contrauentionis apposita fuerat pœna librarum 1000. sed placuit appositionem istius pœnæ articulum esse referendum ad casum alie-
5 nationis, † vel saltem non tollere pœnam legis caducitatis, ne alioquin sequatur absurdum, quod liceat Communitati soluta pœna lib.1000. alienare totum tenimentum, quod est magni valoris.

Quarta succedat inspectio, an ex alienatione istius partis cecidisset Ciuitas à toto tenimento, qua in re licèt multi distinguant inter alienationes factas sub commemoratione directi Dominij, & eas, quæ factæ fuerant sine alicuius iuris directi mentione, vt patet ex Doctoribus allegatis per Informantes pro Monasterio; tamen placuit Dominis mitior opinio, vt de iure cano-
6 nico alienans † cadat tantùm à parte alienata, quod placuit, & Gram. *decis. 99.* & Ias.*in l. fin.* *num.125. C.de iur.emphyt.*Gozad.*cons.86.n.20.* cum aliis relatis per Rodoad. *de reb. Eccles. non alien.tit.de caducit.ab alienat.§.emphyteota quoque,num.9.fol.516.*

Omnibus sic stantibus fuit conclusum, non quidem totum tenimentum fuisse deuolutum,sed eam tantùm partem, quæ fuit alienata illis de Alticontis, cum præsupposito tamen, quòd Ciuitas tantùm alienationem ratam habuerit; reseruatúmque, vt de alienationibus factis in Portu Cesenatico particulariter videatur.

DECISIO X.

R. P. D. ORANO.

Senogaliensis Bonorum.

2. *Iunij* 1597.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, & non aliàs, &c. *cum reseruatione assensus Domini preseruat à caducitate.*

Contrarium tenentes qualiter intelligendi, num.2.

3 *Caducitatis in materia pacta inuestitura attenduntur.*

4 *Pactum resolutiuum ipso iure rescindit contractum, etiam non secuta retrodatione.*

5 *Ecclesia æquitatem amplecti debet.*

6 *Caducitatem ante declaratam, & ante effectum ius Ecclesiæ deterius, si redemptio alienatæ emphyteusis fiat caducitas euitatur.*

Incursam sub prædecessore successor non declarat, n.7.

8 *Caducitas ex concessione fructuum emphyteusis non incurritur.*

PRætendebatur à Commendatario Monasterio Sancti Laurentij Campi Senogaliensis, Dominos Comites Montisueteris, aliàs à suo prædecessore de Castro Montisueteris cum eius territorio inuestitos, propter assignationem factam certæ partis terrarum dicti territorij D. Francisco Ruuali, pro scutis 4504. loco residui dotis, ratione contractus matrimonij cum Domina Elizabetha filia Comitis Herculis sibi debitæ, & vsusfructus cuiusdam tenutæ nuncupatæ, *de Celesia*, ad tempus eidem Dominæ Elisabethæ concessi, in commissum cecidisse; prout etiam per sententiam Vicarij Senogaliensis obtinuit declarari.

Verùm cum in gradu appellationis causa ad Auditorium Rotæ deuenisset, dubitatum fuit coram me, an sententia sit infirmanda, vel potiùs exequenda, & Domini fuerunt in voto quòd esset infirmanda, quia quamuis concessio Castri veteris contineret prohibitionem alienationis etiam ex causa dotis,& cum clausula, *saluo iure directi domini:* nihilominùs, quia assignatio dictæ quantitatis legitur facta cum clausulis præseruatiuis iuris directi domini, nempè *saluis semper, & reseruatis iuribus directi domini*; & obtenta illius licentia, nec aliàs, † aliter, nec alio 1
modo succedit communis conclusio, quod stante huiusmodi clausula geminata, nulla per alienationem dicatur per Dominos Comites incursa caducitas; nam cum sit conditionalis, cessantibus conditionibus, habetur pro non facta, & in

consequentiam nullum per eam censetur illatum præiudicium, Bald. *in c. 1. §. fin. vers. sed pone, qua fuer. prim. caus. benef. amit.* sequitur Dec. *cons. 160. num. 3. & 4.* Felin. *in c. qua in Ecclesiar. num. 118. de constit.* vbi de communi Clar. §. *emphyteusis, q. 8.* Roland. *cons. 51. n. 30. vol. 2.* cum aliis per Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob alienat. limit. 37.*

Neque ad rem pertinet, quod multi teneant,
2 † non obstante dicta clausula, incurri caducitatem, quia deuentum est ad traditionem possessionis. Bald. *in c. Romana, num. 3. vers. & prædicta faciunt, de elect.* Dec. *cons. 169. num. 3.* cum allegatis; quia loquuntur in casu quando præseruatum erat ius Domini tantum, hoc est, dictum: *saluo iure directi Domini*, vel quando possessio translata fuit in potentiorem, à quo difficilior sit futura eius recuperatio; aut etiam, quando Castrum munitum fuit, alienatum sit pro concordia, distinguunt Clar. & Corbul. *suprà* citati. Ruin. *in c. cum enim, n. 8. de constit.*

Minus obstat, quod in materia caducitatis
3 † bonorum in emphyteusim, attendi debeant pacta in instrumento inuestituræ apposita, *l. 1. & 2.* vbi Salicet. notat: Ias. *num. 20. C. de iur. emphyt.* Natta *cons. 49. num. 118.* & *cons. 114. num. 6.* Ideóque caducitati factum locum, cum in casu præsenti non fuerint obseruata pacta de non alienando, nisi præsente denunciatione: Nam fuit responsum non posse hîc considerari aliquam contrauentionem, licet enim sequuta fuerit traditio, clausula *saluo iure Domini*, non facta denunciatione nihil operatur; secus tamen quando adiiciatur, clausula non aliàs aliter, nec alio modo, quia suspendit alienationem, si non sequatur licentia maximè stante pacto resolutiuo
4 † in euentum non obtentæ licentiæ, quia ipso iure resoluitur contractus, etiam absque retardatione. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 10. *gloss. 7. num. 19. & 31.*

Quibus accedit, quod ex hac alienatione nullum fuit illatum præiudicium Ecclesiæ cum ante acceptationem deuolutionis bona fuerint redempta: nam negari non potest, quin excusa-
5 tio intret à pœna caducitatis, † saltem ex æquitate canonica, quam Ecclesia, quæ est pietatis cultrix, atque non habet locupletari cum aliena iactura, obseruare tenetur: vlterius † ius non est effectum deterius. Ant. de Butr. *cons. 37. num. 2.* & *in c. potuit, num. 16. de locat.* cum allegatis per Moder. *de caus. priuat. ob alienat. limit. 39. num. 2.* qui licet requirat celerem redemptionem. Rota nihilominus declarat, hoc intelligendum,
6 si redemptio † fuit ante declaratam caducitatem, & antequam effecta sit deterior Ecclesiæ conditio. Ias. *d. l. 2. num. 78.* & fuit resolutum coram R. P. D. meo Decano in causa Zanorens. Castri de mense Decembris 1576. & in Romana Casalij Muriliani de mense Iulij 1587. & nuper coram R. P. D. meo Pamphilio, in causa Bononiens. bonorum emphyteuticorum de Rouerellij; & hæc multò magis procedunt, quia prætensa caducitas successit tempore prædeces-
7 soris, † quæ iuxta Vulg. *decis. 2. & 3. de locat.* non potest declarari à successore, Surd. *cons. 86. num. 10. & seq. lib. 1.* Tiraquel. *in l. si vnquam, §. reuertatur, num. 302. Cod. de reuocand. donat.* præsertim, quia idem prædecessor non solùm recuperauit Canones, sed post longam litem mediante concordia fecit nouam inuestituram cum generali remissione omnium caducitatum.

Non obstat pactum, per quod cum Domina Elisabeth fuit conuentum, quòd non obtenta licentia, posset vti commodo prædij Calarani, & fructibus eius, donec sibi solueretur sors principalis dotis sibi promissæ, quia in conuentione non fuit constitutum ius conuentionis in præprædio, sed tantùm concessi fructus, † & per 8
hoc non potest considerari incursus alicuius caducitatis: Clar. §. *feudum, quæst. 3.* cum aliis allegatis, vt aliàs latissimè fuit dictum in vna de Theodolis, vbi aderat prohibitio per verba magis enixa & ampla; cum etiam ibi esset prohibita hypotheca, & alienatio, quæcumque (etiam latissimè sumpto vocabulo) vltra quod præcessit bonæ memoriæ Cardinalis Vrbini, quæ saltem seruit, pro excusatione.

Et ita, &c.

DECISIO XI.

R. P. D. Litta.

Romana Deuolutionis.

Lunæ 4. Februarij 1604.

SVMMARIVM.

1 *Possessio posterior præsumitur clandestina.*
Capta Iudicis authoritate dicitur iusta, num. 2.
Et priuat possessorem possessione anteriori, num. 3.
Declara, si Iudex ritè, ac rectè processerit, num. 4.
5 *Caducitas ob non solutum canonem non incurritur vbi in loco non adest persona, cui soluatur.*
Amplia etiam si adesset procurator emphyteuta non notificatus, num. 6.
7 *Mora per depositum ante executionem sententiæ factum purgatur pro euitanda caducitatis pœna.*

FVit resolutum mandatum de manutenendo dandum esse Panzanis, eo quia de eorum possessione ante sententiam A. C. non dubitatur, & sic de possessione anteriori illa Comitis Alexandri Serbelloni, quæ tanquam recentior † præsumitur clandestina, & vitiosa, *cap. licet* 1
causam, vbi communiter DD. hoc notant, *de probat.* Bald. *in l. Arboribus, §. nam & si agrum, C. de vsufr.* latè Curt. iun. *cons. 165. n. 3.*

Nec obstat, quod ista Comitis Alexandri fuerit capta authore Iudice, quo casu † iusta 2
possessio dicitur, & non clandestina, & vitiosa, *l. iustè possidet, & ibi* Bart. *ff. de acq. poss.* gloss. *in cap. præsentium, 7. quæst.* Ægid. *decis. 106.* & eo ipso is, qui prius possidebat absque alia eiectione intelligitur priuatus † possessione, quam ha- 3
bebat, & ciuili, & naturali: Angel. *in l. qui vniuersas, §. Item cum prætor, ff. de acq. possess.* Idem clam possidet, §. *qui ad nundinas, num. 2. in fin.* vbi Roman. *num. 3. vers.* Alex. *num. 2. in fin.* Ias. *num. 20.* Claud. Seisel. *num. 3. ff. eod. tit.*

Quia fuit responsum ita demum iustam reputari possessionem, quam Iudex † tradit, vbi 4
eam tradendo ritè, ac rectè processerit institiam partibus administrando. Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 6. & seq. ff. de acq. possess.* Bald. *cons. 131. num. 2. lib. 2.* & tenuit Rota *in vna Pennens. & Adicens. beneficij 4. Iulij 1584.*

coram

coram Reu. P. Domino Seraphino, quod minimè factum fuisse constat hoc in casu, tum quia pro parte DD. de Panzanis non fuerit incursa ali-
5 qua caducitas † ob non solutionem Canonis, quæ non incurritur, vbi in loco, in quo debet fieri solutio, non adest persona legitima, & ipsi emphyteutæ nota, quæ canonem recipiat, Hostiens. *in summa de locat. num. 12. post med. vers. quod si hæreditate Domini Iacenti*, Bald. *in l. 2. num. 44. vers. si Dominus, C. de iur. emphyt.* cum aliis, de quibus per Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. conon. limit. quæst. num. 1. & seq.* qui de veriori testatur.

Nec facit, quod in Curia esset D. Innocentius Olina Proximior D. Comitis, quia cum non fuerit saltem ante acceptationem huius prætensæ
6 caducitatis intimatum, † seu aliter notificatum mandatum ipsius Olinæ prædictis Panzanis, vt potuerint esse certi soluturos personæ legitimæ, perinde est, ac si non fuisset in Curia persona legitima cui solueretur *ad text. in l. quidem tabul. ff. de furt.* Cassad. *decis. 5. num. 4. in fin. super regula*; maximè verò ad effectum effugiendi pœnam caducitatis, pro qua euitanda fieri debet omnis interpretatio, tum etiam, quia dato, & non concesso, quod illa reuera incursa fuisset,
7 potuit verò nihilominus celeri, † & expedita satisfactione purgari, prout factum omninò fuit, mediante deposito, & quidem ante exequutionem sententiæ: *ad text. in cap. potuit, de locato*, cum aliis pluribus de quibus *in alia decis.* aliàs facta *in vna causa Romana Vineæ 22. mensis Iunij 592.* coram bonæ memoriæ tunc D. Orano.

Et ita conclusum fuit, &c.

DECIS. XII.

R. MELICASIA.

Interamnens. successionis Pedisluci.

Veneris 9. Iunij 1606.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* pro aliis hæredibus, & successoribus quibuscunque in perpetuum, *efficit feudum ad extraneos transitorium.*

2 *Testari Vassallus potest de feudo merè hæreditario.*

3 *Illegitimi in feudis Ecclesiæ non succedunt.*
Legitimati hæredes institmi succedunt, vt quilibet, num. 11.

4 *Legitimatio non prodest ad succedendum in feudis Ecclesiæ: quæ fit viuente Patre non requirit citationem agnatorum, n. 9.*
Est quædam species alienationis, n. 12.
Declara, vt num. 13.

5 *Bulla Pij V.* de non infeudando *declaratur.*
Est sublata quoad ius hæreditarium ex Bulla Gregorij XIII. num. 14.

6 *Causa immediata in qualibet dispositione attenditur.*
Finalis ex præmio colligitur, n. 8.

7 *Præiudicium euentuale non habetur in consideratione,*

10 *Decisio Crescentij 15. Februarij 1601. declaratur.*

15 *Feuda transitoria in extraneos allodialibus æquiparantur.*
Cadunt in commissum, & deuoluunt, n. 16.

17 *Testati in causa sola voluntas testatoris inspicitur.*

Nicolaus PP. V. concessit in Vicariatum perpetuum Matthæo Poiano, Castrum Pedisluci, his verbis: *Pro se filiis, nepotibus, pronepotibus, & aliis descendentibus Masculis legitimis, & naturalibus, seu legitimis & aliis hæredibus, & successoribus quibuscumque in perpetuum, &c.*

Cumque descendentia masculina legitima, & naturalis dicti Matthæi, defecisset in Iulio Poiano, qui in vltimo suo testamento instituit hæredem vniuersalem Iosephum eius filium naturalem, sed legitimatum per rescriptum Gregorij XIII. orta fuit controuersia inter Dominos Gabrielem, & fratres de Castellis nepotes dicti Iulij ex filia legitima & naturali, & Dominum Iosephum super Castro prædicto, & eius pertinentiis, & cum per alias decisiones in Camera Apostolica factas coram Reuerendissimo Domino meo Crescentio fuisset firmatum, quod dictus Dominus Iosephus non poterat in dicto Castro succedere tanquam descendens, & vocatus ex pacto, & prouidentia, vigore primæ partis suprascriptæ inuestituræ, fuit postea dubitatum, an saltem posset succedere tanquam hæres scriptus in testamento, vigore secundæ partis eiusdem inuestituræ, in qua Castrum conceditur præmissis aliquibus præsuppositis necessariis: an institutio Domini Iosephi sit valida, ita vt obstent, vel non obstent Bullæ de non infeudando in casu, & ad effectum, de quo agitur, & vtraque parte informante Camera vnanimiter resoluit pro affirmatiua ad fauorem Iosephi, scilicet, institutionem illius esse validam, neque illi obstare prædictas Bullas de non infeudando.

Ratio decisionis fuit, quia in hac secunda parte inuestituræ feudum in defectum descendentium masculorum, legitimorum & naturalium fit hæreditarium † & transitorium ad quos- 1
cumque hæredes, etiam extraneos, vt in indiuiduo de hac eadem inuestitura fuit alias decisum in Camera coram Cardinali Pinello tunc eiusdem Cameræ Clerico, & traditur per Curt. iun. *cons. 1. col. 1.* & per Clar. *in §. feudum, quæst. 9. in princ. vers. hæc præmitto*; & ideò potuit de eo † testari in quemcumque etiam extraneum: Clar. *d. §. feudum, quæst. 40. vers. sed quod in materia:* & hoc etiam pro parte DD. de Castellis non reuocatur in dubium, sed dicebatur, quod Ioseph non poterat institui, quia illegitimi † non sunt 2
capaces successionis in bonis Ecclesiæ propter Bullam Pij V. contra illegitimos, & quod legitimatio † Gregorij ei non suffragatur propter 3
Bullam de non infeudando.

Sed Domini censuerunt hanc oppositionem non obstare; nam Bulla Pij V. de non infeudandis, & illius declarationes factæ ab Innocentio IX. & Clemente VIII. non respiciunt personas, nec aliquod genus Personarum excludunt, sed tantum respiciunt inuestituras, ne scilicet porrigantur vel extendantur vltrà, quàm in eis continetur; & ideò si in aliqua inuestitura essent comprehensæ fœminæ, vel aliæ similes personæ, non censerentur exclusæ per dictas Bullas *de non infeudand.* vt ex earum lectura apparet: persona igitur Iosephi illegitimi non excludebatur à dictis Bullis, *de non infeudand.* sed ab alia Bulla contra illegitimos, cui in ipsa legitimatione fuit expressè derogatum, & consequenter quoad

dictas Bullas *de non infeudandis*, hoc solum quærendum est, an ipsa legitimatio possit importare extensionem vel prorogationem dictæ inuestituræ Nicolai V. in hac causa testati, de qua nunc strictè disputatur, & DD. visum fuit, quod illam minimè importare possit: Nam Iulius vltimus masculus ex dicta descendentia Matthæi iam habebat de inuestitura facultatem testandi de hoc feudo in fauorem cuiuslibet sibi beneuisi, quantumlibet extranei, & ideò legitimatio Iosephi non tribuit aliquam nouam facultatem testandi Iulio, quàm prius non haberet; sed solùm illum reddidit habilem, vt Iulius illum instituere posset, si vellet, & sic totum hoc pendebat à mero arbitrio, & à voluntate dicti Iulij, & Cameræ Apostolicæ, nihil interesat, an potiùs eligeret, & institueret vnum, quàm alium.

Et hoc comprobatur ex duabus conclusionibus iuris, saltem simul iunctis: Altera est, quod in qualibet dispositione attenditur causa imme-
6 diata † & proxima, non mediata & remota, *l. si mulier.* & *ibi* gloss. & DD. *ff. rer. amotar.* Bald. *cons.* 25. *col.* 1. *vers. præterea quantas.* Farnen. *super regul. de iure quæsit. non tollen. quæst.* 3. *col. penult. vers. quia de iure est:* Altera verò est,
7 quod præiudicium † euentuale, & occasionale non habetur in consideratione, *l. fluminum*, §. *fin. cum l. seq. ff. de damn. infect. l.* 1. §. *denique, ff. de aquis pluu. arcend.* Abb. *cons.* 84. *num.* 5. *lib.* 1. Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum, num.* 45. *vers.* 2. *declaratur, de constit.* & Farnen. *super d. regul. iur. quæsit. non tollen. eadem quæst.* 9. *in princ. & vers. quid dicendum si legitimatio.* Igitur Ioseph in casu, de quo agitur, non est causa proxima & immediata, cur succedat in isto feudo, nec succeßio illi prouenit ex dicta legitimatione principaliter, sed illa prouenit ex testamento patris, & dictum testamentum est causa proxima & immediata, cur succedat in isto feudo, quia si Iulius alium instituisset hæredem, vtique Ioseph in isto feudo non succeßisset, quamuis esset legitimus, vt iam dictum est; ergo legitimatio Iosephi non potest dici præiudicialis Cameræ Apostolicæ, nec extensiua inuestituræ, ita vt obstent dictæ Bullæ de non infeudandis per *suprà* dicta.

Alias infrascripta separentur absurda, vt est illud, quod deducitur per scribentes pro Iosepho, quod non posset feudatariis concedi dispensatio contrahendi matrimonium cum consanguinea, quia scilicet ex eo matrimonio posset nasci filius, qui ex testamento vel ab intestato succederet in feudo.

Item non posset contrahi matrimonium cum concubina, ex qua quis anteà suscepisset filium, nec per tale matrimonium filius etiam natus legitimaretur, & redderetur capax succeßionis in feudo; sic non posset Papa facere gratiam deportatis & similibus incapacibus propter delictum, quia post huiusmodi gratiam possent institui hæredes ab aliquo feudatario, & sic de similibus, quæ nemo non videt, quam sint absurda.

Tandem hoc idem comprobatur ex ratione finali dictarum Bullarum de non infeudandis, quæ fuit vt bona conseruarentur in Dominio
8 Sedis Apostolicæ, vt legitur in proœmio † ex quo semper causa finalis colligi solet, *l. fin.* & *ibi* Bart. *de hæredib. instit.* Aym. *cons.* 245. *num.* 2. sed in hac legitimatione hæc ratio & alia similis applicari non potest, quia cum Iulius haberet in facultate testandi de hoc feudo, nil Sedis Apostolicæ interesat, quod potius testaretur in personam vnius, quàm alterius; & ideò etiamsi Ioseph non fuisset legitimatus, non propterea Sedes Apostolica hoc Castrum recuperasset, quia vel succeßissent ab intestato DD. de Castellis, vel ex testamento quilibet alius hæres institutus.

Quod corroboratur ex eo, quod dicunt DD. communiter, quando legitimatur filius † viuen- 9
te patre, non sunt citandi agnati, quia non agitur de eorum præiudicio considerabili, quia etiamsi ille filius non legitimaretur, non propterea dicti agnati necessariò succeßissent, quia potuisset pater aliis sua bona testamento relinquere; ita dicit Mart. Laud. *in tract. de legitim. num.* 79. Præposit. *in cap. per venerabilem, ante num.* 16. *qui fil. sint legit.* Couar *in epitom. de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 7. sic agitur in casu nostro, licet Ioseph non fuisset legitimatus; non propterea Camera succeßisset in isto feudo, quia Iulius potuisset relinquere cui voluisset ex testamento, vel ab intestato, & consequenter non potest dici, quod ipsa legitimatio vllum præiudicium intulerit Sedi Apostolicæ per prædicta.

Quibus sic stantibus non obstant contraria, primò non obstat decisio facta † coram Reue- 10
rendissimo Domino meo Crescentio 15. Februarij 1601. quia tunc agebatur de prima parte inuestituræ in qua descendentes masculi vocantur ex pacto, & prouidentia: & ideò verè tunc legitimatio Iosephi fuisset, vel potuisset esse præiudicialis Sedi Apostolicæ, quia tunc Ioseph legitimatus potuisset immediatè, & sine alio facto hominis succedere in hoc feudo tanquam descendens vocatus in inuestitura, & sic legitimatio fuisset causa immediata, & proxima succeßionis. At in secunda hac parte cessant omnes istæ rationes, & aliæ tunc consideratæ, quia Ioseph non succedit vti vocatus in inuestitura, nec tanquam descendens à Matthæo, sed succedit vti inuestitus, † in testamento Iulij, & tan- 11
quam quilibet, vt vtar verbis Bald. *in dict. cons.* 246. *incip. Principis Achaia, sub num.* 5. *lib.* 1. cuius dicta bene applicantur ad propositum nostrum, cum loquatur de simili materia succeßionis illegitimorum.

Sic etiam non obstat, quod legitimatio † sit 12
quæstam species alienationis ex Dec. *cons.* 284. *sub num.* 10. *vers.* 3. *communis opinio*, & aliis citatis, quia hoc procedit, quando agitur de legitimando filio post mortem patris in præiudicium
† consanguineorum qui iam succeßerunt, prout 13
in his terminis loquuntur Doctores: in casu autem nostro non tollitur aliquod ius quæsitum Cameræ, nec quærendum, vt *suprà* firmatum est: & ideò hæc appositio benè procederet, si ageretur de succeßione ex pacto, & prouidentia.

Nec obstat, quod Bulla Pij V. contra illegitimos sustulerit etiam ius succeßionis hæreditarium, quia dicta Bulla est sublata per expressam derogationem illius factam à Gregorio XIII. & ista derogatio in casu, & ad effectum, de quo agitur, non prorogat inuestituram, nec vllum præiudicium affert Cameræ Apostolicæ, vt *suprà* firmatum est.

Nec valet argumentum ex aduerso factum, quod si Ioseph est exclusus † à prima parte 14
inuestituræ, censetur etiam exclusus à secunda parte, quia in prima parte vocantur descendentes

tes ex pacto, & prouidentia, & sic interest Sedis Apostolicæ, ne inuestituræ extendantur ad descendentes exclusos: In secunda autem parte non habetur vlla ratio descendentium, sed quilibet potest succedere, non tanquam vocatus in inuestitura, sed tanquam institutus in testamento, vel alias ex dispositione feudatarij, sicuti in
15 aliis bonis allodialibus, † quibus huiusmodi feuda æquiparantur, & ideò in hac secunda parte non potest considerari aliqua extensio inuestituræ, nec aliquod præiudicium Sedis Apostolicæ, vt sæpè dictum est.

Sic etiam non obstat, quod & feuda merè hæreditaria, & transitoria ad quoscumque hæ-
16 redes extraneos, † possint aperiri Sedi Apostolicæ ob canonem non solutum, vel ob defectum descendentium vsque ad 7. gradum, vel alia simili causa, quia ita possunt aperiri ex vna persona siue ex alia; & ideò nihil interesse potest Cameræ Apostolicæ, quod feudum sit potius penès vnum, quàm penès alium, quia non propterea ei tollitur ius quodlibet ei competens ad caducitatem ratione directi dominij, & quoad descendentes vltra gradum omissis responsionibus, quæ dabantur ab aliquibus ex Dominis sufficit respondere, quod hæc non applicantur causæ testati, de quo nunc strictè disputatur, quia in causa
17 testati † non consideratur an adsint descendentes vel agnati intra hunc, vel illum gradum; sed solùm consideratur voluntas testatoris etiam erga extraneos, §. *si disponat, auth. de nupt. cum concordant.*

Sic etiam ex supradictis remanent sublata cætera omissa in contrarium adducta.

Et ita decisum.

DECISIO XIII.

R. P. D. LANCELLOTTO.

Romana prætensæ Deuolutionis,

4. *Maij* 1607.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas est pœna.*
Vt euitetur fieri debet interpretatio, n.16.
Ex sequestro censetur remissa, n.20.
Ex qualibet causa euitatur, n.23.
2 *Creditor exigens partem crediti pœnam exigit.*
3 *Emphyteuta soluens partem canonis excusatur in locum à caducitate.*
Eòque magis si est pauper, n.4.
Recusante Ecclesia recipere canonem deponendo praseruatur à caducitate, n.5.
Soluens exactori excusatur à caducitate, num.7.
Soluit quid minimum in recognitionem dominij, num.10.
Ob sequestrum excusatur, si non soluit canones, num.21.
6 *Protestatio cum receptione canonis dicitur contraria facto, & non suffragatur.*
8 *Syndicus Ecclesiæ recipiens partem canonis, præiudicat Ecclesiæ in pœna caducitatis.*
9 *Locatio, non emphyteusis dicitur quando canon correspondet fructibus, & n.11.*
Quoad pœnam caducitatis non æquiparatur emphyteusi, n.12. & n.14. & n.18.
13 *Pensio quando fructibus correspondeat.*
15 *Caducitatem non adesse in dubio pronunciandum.*
17 *Verba*, pro canone, *sunt ambigua, etiam ad locationem.*
Contrahentium non mutant naturam contractus, num.19.
22 *Sequestrum impedit executionem Cameralis obligationis.*

PRo Ascanio de Palleaciis DD. resoluerunt contra Ecclesiam Sancti Theodori non esse deuolutas domus, de quibus agitur ob non solutum canonem, ex pluribus.

Primò, quia caducitas † pœna est: Barbat. 1
cons.46.num.16.lib.1. Alex. *in l. qui insulam, ff. de verb.obl.* & Ecclesia recipiendo partem canonis prohibetur petere caducitatem; nam credi-
tor † recipiens partem debiti prohibetur pœ- 2
nam exigere; text. *in cap. suam, de pœnis*, & em-
phyteuta soluens partem canonis † excusatur in 3
totum à caducitate. Guido Pap. *decis.* 174. *in princ. num.*1. maximè quando propter paupertatem non potest soluere canonem, quia tunc em-
phyteuta † excusatur in totum, & non cadit à 4
iure suo si partem soluit, dummodo sit paratus integrè soluere: Specul. *tit. de emphyt.* §. *nunc aliqui, vers.29.n.40. in fine.*

Quod si voluerit soluere pensionem anni præteriti, quam soluere tenetur, Ecclesia verò
† non vult illum recipere, tunc emphyteuta de- 5
bet pensionem ei coram testibus offerre, & si recipere noluerit, tunc demùm debet consignare, & in Æde Sacra deponere, per text. *in l.2.C. de iur.emphyt.* & *in l.creditor, C.de pignor.* & *in l.si à te, C.de pact.int.empt.& vendit.* & hoc videtur sufficere ne deinceps expelli possit emphyteuta quamuis biennium, & amplius sit elapsum, text. *in l.si ideò, §.final.* & *in l.si dictum, §.penult.ff.de euict. l.Celsus, §.1.ff.de arbitr. l.si per te, C. de vsur.* latè Speculat. *tit.de emphyt.* §. *nunc aliqua, vers.34.n.45.*

Non obstat quod Ecclesia fuerit protestata recipere canones sine præiudicio deuolutionis, atque saluâ actione proced. ad deuolutionem,
quia huiusmodi protestatio † est contraria fa- 6
cto, & ideò ea non suffragatur Ecclesiæ: *cap. in ferratim de cor. cap. sollicitud. de appell. l. cum plures, §.locator orci, de locat.* Cyri. *in l.* 2. *n.5.* & Salicet. *num.14.de iur. emphyt.* Cardin, *in cap. potuit, num.15.vers.vigesimo quinto quær.* Ant.de Butr. *ibi, num.19.* & Imol. *n.37.de locat.*

Et emphyteuta † quando soluit exactori, vel 7
ei qui se gerebat pro exactore: Dec. *cons.* 650. *num.* 1. & *sequent. lib.* 2. nam tunc illa solutio est tantæ efficaciæ, quòd propter bonam fidem excusat emphyteutam à caducitate: Guid. Pap. *decis.* 173. *num.* 3. & Prælatus Syndicus, vel
OEconomus, si recipit partem Canonis, † præ- 8
iudicat Ecclesiæ in pœna commissa: Speculat. *de locat. & emphyt.* & *ibi* Bald. *vers. item Prælatus Syndicus, vel OEconomus.*

Secundò, quia non sumus in Emphyteusi,
sed in locatione, ex quo magna † est pensio, & 9
correspondet fructibus: Rota *decis.* 89. *part.*3. *diuers.* & contractus non sonat in emphyteusi,
pro qua soluitur quid minimum † in recogni- 10
tione Dominij, vt fuit decisum *in Romana Casalis Mauiliani* 19. *Iunij* 1584. *coram Seraph.* sed sonat in locatione, ex qua magna est pensio,

&

11 † & correſpondet fructibus: Rota *deciſ.* 164. *part.* 1. *diuerſ.* His ſtantibus, Aſcanius non incurrit in caducitate ſi ceſſauit ſoluere canonem,
12 quia locatio quoad pœnam caducitatis † non æquiparatur emphyteuſi: Ruin. *conſ.*60. *num.*5. *& ſeqq. lib.* 1. & fuit dictum *in Romana Caſalium* 20.*Febr.*1576.*coram Seraph.*

Vlterius patet, quod fructus domorum aſcendunt ad ſcuta 200. & de canone ſoluuntur ſcuta 140. & pro Aſcanio ſcuta 60. quæ remanent partim expenduntur in reaptando domos, quæ indigent continuis reaptationibus, cùm ſint domus antiquiſſimæ, & partim ex dictis ſcutis 60. non habentur ab Aſcanio, quando domus reſtant vacuæ, & non locantur; & quod peius eſt Inquilini nolunt illas inhabitare, niſi diminuiſſent penſiones, ex quo domus ſunt priuatæ luminibus, & feneſtris ob fabricam de ruſticis, & ſunt domus valdè obſcuræ, & ſic defalcatis defalcandis, & conſideratis omnibus prædictis rationibus, certum, & indubitatum eſt, quod penſio eſt magna, & correſpondet fructibus,
13 † quia tantùm ſoluitur de canone, quantùm percipitur de fructu domorum, & ſoluitur canon ad æquiualentiam fructuum: Put.*conſ.* 161. *num.*22. *&* 23.*lib.*1. & propterea Aſcanius ex-
14 cuſatur à deuolutione, † ſi ceſſauit ſoluere canonem: Iul. Clar.*in* §. *emphyteuſi, quæſt.*8. *n.*7. *in fin. verſ.niſi tamen,* vbi *& num.*6. *in fin.* dicit
15 quod ſemper Iudex † debet inclinare pro non caducitate, quia pœna eſt: Pariſ. *conſ.*89. *n.*38. *lib.*2.Crauet.*de antiq.tempore in* 4.*part.in princ. num.* 152. & interpretatio ſemper eſt facienda
16 † pro non caducitate, vt euitetur à pœna: Surd. *conſ.*86.*n.*21.*& ſeq.lib.*1.

Nam licèt in inueſtitura dicatur, quod ſcuta 140. ſoluantur pro canone, ſeu reſponſione domorum, tamen ex hoc non ſequitur contractum eſſe emphyteuticum; hæc autem verba,
17 † *pro canone,* ſeu reſponſione domorum, ſunt ambigua, & poſſunt intelligi ex cauſa locationis: vnde ſi non apparet quod Aſcanius ſit emphyteuta, id eſt, quòd ipſe ſoluat pro emphyteuſi, quid minimum in recognitione Domini: DD. *in l.*2.*C.de reſcin.vendit.*Ioan.Andreas *in addit. ad Specul. de empt. & vendit. ff. tuendum,& de locat.& conduct. in* §.6. *verſ.* 4. Alex. *conſ.*112. *verſ.*2. *principaliter, lib.*1. dictus Aſcanius non
18 ſoluendo canonem iure ſuo † priuari non debet, quia locatio magis intelligitur, quàm emphyteuſis: Alberic. *in l.* 2. *num.* 13. *verſ. quid de quæſt. à me quæſit. C. de iure emphyt.* & Iaſ. *ibi, num.*24.*&* 164.*cum ſequent.eod.tit.* Socin. ſen. *conſ.*167. *num.*6. *verſ. quinimò, lib.* 2. Roman. *conſ.*42.*num.*7.*& conſ.*160. *num.*5. *&* 6. *in fine, lib.*1. & Creſcent. *deciſ.* 242. *alias* 3. *de præſumpt.*

Non obſtat quod emphyteuticus contractus dicitur, quando ita à contrahentibus appellatur, quia, vt inquit Bald.*in l.*2.*C.commodat,* ver-
19 ba † potius deſeruiunt naturæ contractus, quàm natura verbis; & per conſequens fuit dictum, quod quamuis contrahentes appellent emphyteuſim, non per hoc mutant naturam contractus: Dec.*conſ.*164. *num.*3. *lib.* . . . . quia indicamus contractus ſecundùm naturam, & effectum, & non ſecundùm verba, quæ impropriè ſæpius à contrahentibus ponuntur, per text. *in l. inſulam, ff. de præſcript. verb. & in l. ob. C. locat. & cap. conſtitutus, de Religioſis domibus.*

Tertiò, quia caducitas, quamuis eſſet commiſſa, prout prætendebatur; tamen DD. tenuerunt non eſſe locum deuolutioni, quia Eccleſia citando Inquilinos Aſcanij ad ſoluendum penſionem, & ad conſignandum, & conſignari videndo, & vigore ſequeſtri † recipiendo cano- 20
nes, tam pro tempore præterito, quàm futuro decurſos, & decurrendos, Eccleſia caducitatem commiſſam ſemper intelligitur remittere, durante ſequeſtro, quia ſi Eccleſia nolit ei, qui in ſolutione caſſauit, rem auferre, ſed vult ſolummodo exigere penſiones, eſt electio ipſius Eccleſiæ in hoc caſu, vt velit emphyteutam expellere, an verò penſionem recipere, vt *in* §. *ſi verò, etiam in auth.de non alienand. aut permutandis rebus Eccleſiæ.* Speculat.*in tit.de emphyt.* §.*nunc aliqua,verſ.*13.*n.*22.

Sed emphyteuta tanquam impeditus percipere fructus ſtante ſequeſtro † nunquam cadit à 21
iure ſuo ob non ſolutum canonem, quia ſequeſtrum affert ei magnum impedimentum. DD. *in l.ſi fideiuſſor,* §. *ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſdare cogantur,* quod l. Eccleſia poſſidet rem, ex qua ſequeſtrauit fructus, vt ſibi ſatisfaceret de canone, tunc emphyteuta excuſatur à caducitate, ſi non ſoluit canonem, quia Eccleſia non debet rem poſſidere, id eſt, percipere fructus, Bald. *conſ.*180.*in fin.lib.*5.

Accedit etiam quod Iudex ad inſtantiam Eccleſiæ, quæ ſit creditoriæ emphyteutæ ſequeſtrans apud debitorem emphyteutæ pecunias debitas, & contingat dubitari, an ipſe emphyteuta tali ſequeſtro impeditus, ſi non ſoluit in tempore conuento ſit excuſandus, & conſequenter debeat excuſatio obligationis Cameralis † retardari donec creditrix Eccleſia faciat 22
impedimentum remouere. Et DD. dixerunt, quod retardatur excuſatio obligationis Cameralis pro vtendo iure, per text. *in l. fra.* & *ibi* notant DD. *ff. de legat. conceſſ.* & per ea quæ ad idem propoſitum Ioan. Franc. Curt. *in tract. ſequeſtr. quæſt.* 16. & Halles *de oblig. Camer. quæſt.* 19. *num.*3. *&* 4. éſtque ſententia impedimentorum vniuerſalis. Secundò, quod iuſta cauſa impeditus non incurrat pœnam, nec periurium, *l.vltima, ff.qui ſatiſdare cogantur.* Bart. *in l.amplius non peti, ff.rem rat. hab.* & Hall. *de obligat.Cameral.in dict. quæſt.* 19. *num.*4. & inter alias exceptiones, quæ opponuntur contra obligationem in forma Cameræ, eſt illa ſequeſtr. quæ vt *ſuprà* per Halles *in dict.quæſt.*19. retardat illius executionem, & poſt eum Caroc. *de ſequeſtr.part.*3.*gloſſ.*10.*n.*1. & fuit dictum *in Romana Damnorum, & intereſſe* 4.*Maij* 1590. *coram Seraph.*

Et ſequeſtrum nomine Eccleſiæ factum à Procuratore præiudicat Eccleſiæ quoad caducitatẽ, quia quælibet cauſa † etiam colorata excuſat 23
emphyteutam à pœna, vt Iul.Clar.*in* §. *emphyt. quæſt.*8.*verſ.ſed quid ſi emphyteuta,* & idem dicit *infrà.lib.*5.*in* §.*final.quæſt.*60. *verſ. & generaliter*; & ad effectum euitandi deuolutionem, quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à pœna. Dec. *conſ.*650. *num.*13. *lib.*5. per text. *in l. igitur, ff. de liber. cauſ.* & gloſſ. *in l.plaga, in gloſſ. fin.* vbi Angel. *C. ad l. Flauiam de Plagis,* & notat Bart. *in l.* 1. *in fin. de Albegeis,* & Bald. *in l.*1. *C. vbi caut. ſtat.* Bero. *conſ.*98. *num.* 20. *lib.*1.Buratt.*conſ.*253.*n.*57.*lib.*1.

Quinimò neque reuocato ſequeſtro contra quod cadat à iure ſuo emphyteuta ob non ſolutum Canonem ſi propter paupertatem † Em- 24
phyteuta non poteſt ſoluere Canonem quia hoc
eſt

est legitimum impedimentum: Bald. *in cap. querelam, in fin. de iure iurand.* Rom. & Socin. *in quod te, col. penult. num. 37. in 5. limitat. ff. si cert. pet.* & plenè Ias. *in l. 2. Cod. de iur. Emphyt. quæst. 16. in 2. limit. num. 55.* licèt dicat non esse sine dubio tamen ad euitandam pœnam, admittit Roman. *in l. fraudat. ff. de publican. & vectigalibus,* & in terminis Marsil. *in rubr. ff. de fideiussoribus, num. 158.* vbi dicit quod impossibilitas excusat emphyteutam qui non potest soluere Canonem, propter paupertatem vt non cadat à iure suo, & idem dicit Ant. Butr. *in cap. significanti, col. 1. de pignor.*

Ne dum impossibilitas, sed etiam difficultas
25 quæ excusat † ab obligatione, & in consequentiam difficultas excusat à pœna Bart. *in l. quod te, ff. si cert. pet.* & ibi alij posterum Bald. *in l. si pater, Cod. de locat.* & Dyn. *in l. vehementer, ff. ad leg. Rodia.* Iact. *& in l. 2. ff. si quis caut.* & *in l. continuus, §. cum quis, ff. de verb. obligat.* excu-
26 sat † etiam difficultas à periurio *cap. breue de iure iuran.* Bart. *in l. Labeo, in fine, ff. eod. tit.* & Gloss. *in 22. quæst. 2. cap. Beatus, & in cap. Odoard. de solut.* Bald. *in l. acceptant, C. de vsur. in quæst. 24. in l. final. Cod. de non numerata pecunia.*

Et ita fuit resolutum ad fauorem Ascanij reseruato iure agendi Ecclesiæ S. Theodori imposterum pro pensionibus decursis si quæ fuissent, pœnitùs exclusa omni caducitate, seu deuolutione, &c.

DECIS. XIV.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Domorum

Veneris 21. Aprilis 1617.

SVMMARIVM.

1. *Inuestitura tenor est attendendus.*
2. *Conditio,* si sine filiis, *purificata non dicitur, dum superest filius.*
3. *Rota* decis. 575. part. 1. diuers. 579. coram Seraph. & Cald. de emphyt. lib. 3. c. 6. n. 1. *declarantur.*
4. *Inuestitura subsequens à prima recipit declarationem.*
   Declara, vt num. 5. & 6.
7. *Relatio intelligitur præter quam quoad expressè mutata.*
8. *Concessio vna emphyteusis seruit pro declaratione alterius.*
9. *Beneplacitum, & vtilitas ex lapsu trigints annorum cum obseruantia præsumuntur.*

DOmini dixerunt sententiam extra Rotam latam esse confirmandam quoad domum à Canonicis, & Capitulo Sancti Laurentij in Damaso concessam Bernardino de anno 1528. quo verò ad aliam concessam Alexandro Deto, de anno 1534. esse reuocandam.

Ratio Dominorum quoad primam Domum fuit, quia ipsi solo Bernardino fuit data facultas nominandi in euentum, in quem ipse filiis careret, non autem nominato à Bernardino, seu Descendentibus ab ipso: Ideò cum Domus peruenerit ad Bonifacium eius filium, & Andreas non descendat à Bonifacio nominante ex linea masculina, vt inuestitura desiderat, non venit admittendus; quia repugnat inuestituræ † tenor, 1
qui in hac materia attendi debet: *cap. 1. de duobus fratrib.* Rolan. *cons. 60. num. 14. lib. 1.* & alij cumulati per Card. Mant. *de tacit. lib. 23. tit. 19. num. 1. & seq.* & maximè, quia conditio nominationi apposita, *si sine filiis* † *Bernardinus de-* 2
cesserit, non fuit purificata, cum ipse reliquerit Bonifacium filium *ad l. si legatum purè, ff. de adim. legat. l. aliquando, ff. de condit. & demonstr. l. quod purè, ff. quando dies legat.* Surd. *decis. 66. num. 15.*

Nec visum fuit iuuari posse Andream ex traditis *in decis. diuers.* † *575. part. 1.* Seraph. *de-* 3
cis. 579. tom. 1. Bald. *de emphyt. lib. 3. c. 6. num. 1.* Nam illorum dicta procedere possent in casibus, in quibus præsumptio locum habere potest, non autem in casu, de quo agitur, in quo facultas nominandi fuit ipsi soli Bernardino data, quando filios non habuisset, & tamen illos reliquisse non dubitatur.

Quo verò ad aliam Domum Domini moti fuerunt ea ratione; quia illa reperitur concessa Alexandro ad tertiam generationem, & postea de anno 1545. ab hærede Alexandri fuit cessa Bonifacio de Capituli consensu, cum expressa conuentione à Capitulo adiecta, quo ille esset secunda generatio, seu nominatio, vnde ipse potuit nominare Andream vigore concessionis factæ Alexandro ex eadem ratione *superiùs* adducta pro Capitulo, quod inuestituræ tenor attendendus sit.

Et licèt pro parte Capituli diceretur inuestituram prædictam declarandam esse à prima facta dicto Bernardino, de anno 1532. in qua facultas nominandi legitur data Bernardino iisdem modis quibus prima † domus: ex cumulatis per 4
Menoch. *cons. 1. n. 124.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 35. & seq.* Surd. *consil. 573. n. 24. & 25. lib. 4.* Tamen Domini animaduerterunt Bernardinum remisisse domum in manibus Capituli, per quam renunciationem resoluta fuit illa concessio, & dum fuit Domus data Alexandro cum pactorum mutatione tanquam noua concessio,
† non recipit à prima aliquam interpretationem, 5
sed illius tenor ad vnguem attendendus est, vt ex Ias. *cons. 24. num. 19.* respondit Bero. *cons. 71. num. 44. vers. sed quando, lib. 1.* Cephal. *cons. 27. num. 3.* Mantic. *de tacit. lib. 23. tit. 21. num. 16.* Crauet. *respons. pro gener. num. 327. n. 13. vers. nec vltimo loco,* Surd. *cons. 440. n. 44. vers. tollitur ergo, & num. 35. & seqq.*

Et ratio euidens videtur, quia acquirens semper posset dicere aliàs non conduxissem, nisi cum eo pacto expresso: DD. verò in contrarium allegati loquuntur in reuocatione † concessionis 6
factæ personis in prima inuestitura vocatis, in præiudicium aliorum postea vocatorum, & vbi non fuit facta de expresso consensu Vassalli volentis mutare, vt post alios Surd. *in allegato, consil. 573. sub num. 25.*

Nec visum fuit in dicta concessione facta Alexandro fuisse habitam relationem ad concessionem Bernardino factam, in illis verbis, *cum pactis, modis, formis, canone, promissione,* obligationibus, latius in prædicto instrumento expressis, & prout, & sicut dicto Bernardino domus concessa fuit. Nam fuit responsum relationem † intelligendam præterquam quoad expres- 7
sè mutata: Alexand. *consil. 226. num. 5. lib. 6.* Paris. *consil. 39. num. 19. & 20. lib. 1. & cons. 36.*

*n.*26.*& conf.*42.*in fin.lib.*2. & in terminis inuestituræ. Bec. *conf.*101.*n.*79. Ruin. *consil.*20.*n.*7. *lib.*1. Surd. *conf.*440.*n.*49.

Et dum pro parte Capituli replicatur concessionem fuisse factam per errorem ad tertiam nominationem, quia in narratiua instrumenti fuerit dictum, Bernardino concessam fuisse domum ad tertiam generationem, & nominationem, placuit Dominis responsio data per Informantes, quod in instrumento concessionis factæ Bernardino narratur Capitulum aliàs dedisse hanc domum Iacobo de Mazzochiis ad tertiam generationem computato ipso acquirente, & ita ad tertiam nominationem, eodem computato, vt scilicet Iacobus posset vnam personam nominare, & persona nominata posset aliam nominare, quæ domus seu melioramenta fuerunt adiudicata cuidam creditori dicti Iacobi, & deinde per eundem creditorem vendita ipsi Bernardino, durante tertia generatione, & tertia nominatione
8 Iacobi, quæ concessio † facta Iacobo, non solùm deseruit pro declaratione narratiuæ concessionis factæ Alexandro, vt non dicatur per errorem facta, sed pro interpretanda dicta concessione facta Bernardino ex dd. alleg. pro Capitulo, & optimè Bero. *conf.* 71. *num.* 44. *vers.prætereà,lib.*1.Mantic. *dict. lib.*23. *tit.* 21. *num.*14.

Et ex his remanet sublata obiectio, quòd concessio facta Alexandro, esset læsiua, tanquam comprehendens aliam nominationem non concessam Bernardino, quia hodie constat in facto non substineri.

Quod verò adesset læsio, quia Alexander tenebatur expendere pro melioramentis solùm scuta 50. & Bernardinus obligatus esset expendere scuta 150. non visum fuit Dominis concludenter probari, quia fieri potuit, quòd antea per Bernardinum facta fuerint melioramenta ad summam scentorum 100. & ita præsumendum
9 est, stante obseruantia † subsequuta vltra 30. annos, ex qua præsumitur beneplacitum Apostolicum quatenus requireretur, ac etiam vtilitas, vt fuit sæpissimè decisum, & signanter *in Leodiens. bonorum Mercurij* 14. *Martij* 1607. *coram Illustrissimo Lancellotto, & in Leodiens.bonorum Mercurij* 3. *Decembris coram Illustrissimo Ludouisio.*

Ex his etiam visum fuit cessare obiectum, quod obseruantia esset æquiuoca, ex quo Bonifacius erat comprehensus in prima locatione facta Bernardino, licèt nec ex hoc potuisset dici obseruantia æquiuoca, quia, vt dictum est, illa concessio facta Bernardino fuit resoluta per renunciationem, & Bonifacius possedit vigore cessionis sibi factæ ab Alexando cum expressa conuentione Capituli, quod ipse esset, vel secunda generatio, vel secunda nominatio.

Deducta circa simulationem concessionis factæ Alexandro Dominij, non visa fuerunt consideratione digna, nulla subsistente causa simulandi, sine qua non datur simulatio ex vulgaribus.

Et ex his fuit resolutum sententiam esse confirmandam, quoad domum, de qua in prima inuestitura, quoad aliam reuocandam, ex capite iniustitiæ pluries causa proposita, & maturè discussa.

DECISIO XV.

R. P. D. VEROSPIO.

Meleuitana Hæreditatis.

Veneris 5. *Nouembris* 1621.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum in forma probante ex quibus dicatur.*
*Habens apostillas, & cancellationes non probat nisi Notarius attestetur se rogatum, num.*9.
2 *Prothocollum quando fidem faciat.*
3 *Scriptura reperta extra alias non probat.*
*Non rogata, nec publicata per Notarium, fidem non meretur, num.*5.
*Extra filciam dicitur præparatio ad contrahendum, num.*6.
4 *Notarij attestationi non statur sine testibus circa acceptationem scripturæ.*
*Rogitus à rogitu testium est diuersus, & ideò ab vno ad alterum non licet arguere, num.*7.
8 *Testes appositi in vna scriptura non censentur repetiti in altera ex diuersitate temporis.*

CVm in ista causa duæ contrariæ decisiones emanassent, fuit hodie præuia dubij propositione coram me firmatum, in vltimo loco decisis coram Domino Saleutiens. esse persistendum, & sic instrumentum † de quo agitur 1
esse informe tanquam in folio volanti, absque testibus, clausula actum, iuramento partium, Notarij stipulatione, signo, & subscriptione, sine clausula, ad hæc, aliisque per Gloss. requisitis, *in l.generali, C.de Tabell.lib.*12.

Nec releuat huiusmodi scripturam, vti repertam inter alias authenticas Notarij Abel, probare iuxta primam decisionem; hæc enim exhibita fuit à quodam Notario Saluatore qui fatetur, se non esse actorum dicti Notarij Abel, conseruatorem, sed prædictam scripturam consignatam sibi fuisse à quodam Paulo Testaferrata; vnde clarè patet † illam repertam non fuisse inter 2
Notarij rogationes tanquam in Protocollo non existentem: Curt. iun. *conf.* 162. *num.*1. Ruin. *conf.* 159. *num.* 12. *lib.* 4. Seraph. *decis.* 909. *num.*20.

Nec minus in filcia Rubricella habentur, quæ faceret, vt folia volantia pro compactis haberentur: Seraph.*decis.*909.*n.*10.*&* 12.

Et tanto minus illa probat, cum reperta fuerit à tertio habente † in causa interesse: Menoch. 3
consil. 42. *num.* 23. Surd. *consil.* 187. *num.* 36. *lib.*2.

Nec istam scripturam hodie probatur manu Notarij Nacid Abel fuisse confectam, ex qua illam extrahendo Notarij asserant † eam vti 4
talem, partes acceptasse, quia vt fidem faceret referentibus testibus de dicta acceptatione rogari Notarius debuisset: Innoc. *in cap.* 40. *quoniam, num.*6. vbi Felin.*num.*34.*de prob.* vlterius etiam quod hæc scriptura manu dicti Notarij exarata † probaretur; cum tamen nec de rogitu, 5
nec de publicatione constet; fidem non meretur, Curt. *conf.*195. *lib.*2. Alex. *conf.*133. *n.*10. *lib.*2.Seraph.*decis.*949.

Quia

6 Quin potius præparatio † dicitur ad contrahendum: Oldrad. *cons.* 119. Dec. *cons.* 59. cum aliis *in dec.* allegatis.

Nec obstat in eadem scriptura testes adesse, ex quorum rogitu ad Notarij rogitum inferatur: nam vltra quod testes dicuntur à Notario rogati sicut Notarij à partibus, vnde cum rogitus
7 † sint inter se diuersi, vnus ex alio inferri non valet: Ias. *in l. hac consultissima, in princip. post n. 2. vers. & debetur, C. de testam.* Clar. *in* §. *Test. q.* 58. *vers. scias tamen.*

Dicitur in omnem euentum in margine testes
8 adnotatos reperiri in actu ratificationis, † qui propterea deseruire non possint pro actu particulari, cum dict. instrumenta, vt fuit dictum in vltima decisione non appareant vnico contextu, nec eodem tempore celebrata: Ias. *in l. si quis ex argentariis, n.* 8. *circa med. ff. de eden.* Alex. *cons.* 59. *n.* 6. *lib.* 2.

Præterea dato etiam testes pro vtroque instrumento deseruire, non tamen probatur instrumentum dotale fuisse rogatum, ex quo contingere poterat etiam testibus appositis illud partibus publicatum non fuisse; & ita scripturam remansisse priuatam patet: verè talis ea fuit DD. visa, cum præsertim cancellationes, interlineationes,
9 apostillas, † necnon alia notabilia intermedia contineat; vnde pro instrumenti validitate requirebatur, vt Notarius de illis se fuisse rogatum attestaretur, *in cap.* 1. *num.* 7. *de fid. instrum.* Specul. *de instrum. edit.* §. 2. *vers. & not. sub n.* 13. Ægid. *cons.* 1. *num.* 19. *vers. sed quid dicitur.* Alex. *in l. sciendum, num.* 43. *in fine, ff. de verb. oblig. & cons.* 153. *col.* 3. *lib.* 2. Corn. *cons.* 70. *lib.* 4. Angel. *cons.* 74. Draldin. Rub. *de fid. instrum. col.* 3. *vers. sed dubitat.* Boër. *decis.* 34. *in princ.* Felin. *in cap. sicut, col. penult. vers. intrinseca solemnitas, de re iudic.*

Verum, quia pro parte Lucretiæ de obseruantia excipiebatur, Domini noluerunt super ea partes audire

---

DECISIO XVI.

R. P. D. Coccino Decano.

Romana Pecuniaria,

Mercur. 1. *Februar.* 1623.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dicuntur deductis expensis.*
Recompensatiuè non debentur ab emptore, qui illos non percepit, n. 2. *& n.* 3.
Contrarium qui teneant, n. 4.
Reprobantur, n. 5. *& n.* 6.
Ex pignore de iure canonico non debentur, num. 9.
7 *Gabr.* cons. 74. n. 6 3 2. & 39. lib. 1. *quo casu procedat.*
8 *Vsura est quicquid accedit sorti.*

CVm fuerit resolutum coram Illustrissimo Sacrato, vt *in decis.* 394. *part.* 2. *in recent.* ex vinea, de qua agitur nullos haberi fructus,
1 † ex quo prius debent deduci expensæ, vt fructus dicantur, *l. fructus, ff. sol. matrim.* quod etiam factis nouis probationibus iterum Rota dixit 19. *Aprilis superioris anni coram R. P. D. meo Buratto*: ideò placuit Dominis decisio facta coram me prima Iulij præteriti, quod nulli debeantur fructus † recompensatiui, pro parte pretij non 2 soluti, iuxta terminos, *l. curabit, C. de act. empt.* cum dispositio illius legis procedat, quando fructus fuerunt percepti, aliàs secus: Salyc. *in l.* 2. *num.* 3. *C. de vsur.* Castr. *in l. Iulianus*, §. *ex vendito, num.* 3. *ff. de act. empt.* Cyn. *in l. in minorum, num.* 16. Salyc. *num.* 3. *vers. dic ergo.* Castr. *num.* 3. *in fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess.* Soc. sen. *cons.* 109. *col.* 2. *num.* 3. *lib.* 1. Alex. *in l. de diuisione, col.* 3. *num.* 13. vbi Seytoll. *sub num.* 12. *ff. solut. matrim.* Corn. *cons.* 145. *num.* 7. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 59. *n.* 3. Aret. *cons.* 159. *col.* 6. *num.* 14. *& in l. ita stipulatus, col.* 5. *num.* 3. *in fin. vers. secundo casu, ff. de verb. oblig.* & de communi testatur Cagnol. *in d. l. curabit, n.* 28. *C. de act. empt.* à qua communi opinione non est recedendum, quicquid dicant † aliqui in contrarium, quos allegat Lup. *de vsur. com.* 1. §. 7. *num.* 141. qui mouetur ea ratione, quia fructus recompensatiui non debentur ratione fructuum, sed profidia emptoris, cum venditor impleuerit pro parte sua, quia ratio ista non subsistit. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. Natta *cons.* 417. *num.* 1. *& seq.* Roland. *cons.* 14. *num.* 3. *lib.* 2. Beneintend. *decis.* 29. *num.* 3. *& seqq.* Federi. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 32. *vers. contrariam sententiam.* Lup. *loco proximè allegato.* 3

Nec obstat, quòd quando venditur res sterilis, non venditur ratione fructuum percipiendorum, sed ratione alterius commoditatis, † quam 4 emptor sperat consequi ex ipsa re vendita; ideò tunc censetur frui re vendita, licèt fructus non percipiat. Quare verificatur text. *in l. Iulianus*, §. *ex vendito, ff. de act. empt.* Nam cum re emptor fruatur, æquissimum est, quod vsuras soluat, & per consequens etiam verificatur dispositio, *l. curabit, C. de act. empt.* & bene facit *l. penult. ff. de condit. ob caus.* vbi satis lucratur, qui voluntatem implet; & in hoc casu procedere dictum DD. qui tenent, quod fructus recompensatiui debeâtur, etiam quòd non fuerint percepti: tenet Corn. *in cons.* 59. *num.* 6. *vers. nec iam dictis refragatur, lib.* 2. & sequitur Ioannett. *rer. quotid. cap.* 9. *num.* 9. *& seqq.* & de oblectamento quod debebatur interesse ad rationem quanti vinea fuisset locata, videtur dicere Gabr. *in cons.* 74. *num.* 6. *&* 32. *&* 39. *lib.* 1. Nam fuit responsum, quod quicquid sit de hac opinione, non procedit † quando venditur res non sterilis, quia tunc verisimiliter emitur propter fructus, ideò fructus tunc considerantur: Ita declarat, & benè Corn. *in d. cons.* 59. *num.* 6. *in fin. vers. sed vbi venditur res non sterilis:* In proposito autem vinea non est sterilis, sed fructifera, & propterea censetur empta propter fructus, ex Corn. *suprà alleg.* Quare cum expensæ æquent fructus; idcirco fructus † recompensatiui non debentur per supradicta, & hoc est quod etiam in substantia sentit Rota *coram Illustrissim Saccato in d. decis.* 394. *p.* 2. *in Rec.* 5 6

Et quamuis ex prædicta responsione censeatur sublatum Consilium Gabr. † tamen est etiam 7 animaduertendum, quod loquitur in casu diuerso, ibi enim venditio fuerat facta cum pacto redimendi cum concurrerent aliæ circumstantiæ, vt latè ibi per eum contractus præsumebatur fœneratitius, & ad considerandum fœnus habet etiam rationem oblectamenti, quia quicquid accedit sorti, † vsura est, vt patet ex de- 8 ductis

ductis per eum *in d.conf.sub num.6. & num.32. & 33.* concludit, quòd tempore, quo pignus durauit, quod fuerat spatio annorum duodecim debet restitui id quod fuisset perceptum ex vinea illam locando, & allegat Bald. & Salycet. *in l.si ex pactione, C.de vsur.* vbi dicunt quod licet ex dispositione illius textus habitatio quam facit creditor ex pacto in domo pignorata non dicatur excedere legitimum modum vsurarum,
9 † hoc tamen procedit de iure ciuili, secùs autem de iure Canonico, quia ex pignore fructus non debentur. Ex quibus rationibus concludit Gabr. quod cum in casu suo esset pignus, & non venditio, deberet in sortem computari etiam quanti oblectamẽtum vineæ fuisset locatum, qui non est casus noster, cùm versemur in vera venditione vineæ fructiferæ, & ideò emptor censetur emisse propter fructus, qui non sunt habendi in consideratione ex quo nulli extant deductis expensis. Et proptèrea nihil debetur ex dispositione, *l.curabit,* ex *suprà* deductis.

Et ita conclusum, &c.

DECIS. XVII.

R. P. D. Pirovano.

Bononiens. de Màluctiis.

Mercurij 11. Decembris 1624.

SVMMARIVM.

1 *Immissio* in l.5.C.de edict.Diui Adr.tollend. *habenti per se testamentum legale conceditur.*

Impeditur ex defectu proprietatis incontinenti probata, num.2.

3 *Incapacitatis exceptio perplexa immissionem non impedit.*

Contra, num.4.

5 *Clausula* pro hæredibus quibuscumque, *extendit feudum ad extraneos.*

Declara, vt num.6.

7 *Pars vna scripturæ aliam declarat.*

8 *Feudum hæreditarium venit in fideicommisso.*

9 *Legitimatio personarum in quolibet iudicio præmittenda.*

CEnsuerunt Domini recedendum esse à decisis in hac causa, sub die 27.Martij præteriti.

Quamuis enim Dominus Franciscus Pirrus ex persona Herculis sui Patris in hoc iudicio adipiscendo prætendat posse intentionem suam
1 fundare in testamento † Pirri senioris; in quo Hercules tanquam filius; & vti amicus hæres instituitur, & ex eo non abolito, neque cancellato remedium, *l.fin.Cod.de edict. Diu. Adrian. tollend.* illi non esse denegandum, vt post Castr. Rip.& alios comprobat Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 50.* & alij *in decis.* allegati sequuntur: attamen quia exceptionem incapacitatis ex capite spurietatis in Patre euitare non potest, nisi per legitimationem Campegij, & Principis Massæ, aut Papæ Clementis VIII. se tueatur, & eximat, & ex illis, neque etiam suffragentur ad capienda bona feudalia Ecclesiasticæ legitimationes Campegij, aut Principis Massæ, defectu potestatis propter Pij V. Constitutionem contra illegitimos editam, ad quam eorum priuilegia se non extendunt, sed ad legitimationem Clementis VIII. se restringi debeat, quæ pura non est, sed in certis casibus conditionalis, & exceptiua ibi sine præiudicio venientium ab intestato, aut ex fideicommisso, inuestitura, aut alia quacumque dispositione vocatorum etiam citra bona emphyteotica, & feudalia Ecclesiastica quæ ad hæredes extraneos quoscumque transire non valeant.

Ideò cum Dominus Piritheus iustificet incapacitatem Herculis ex testamento Pirri eius Patris, similiter feudum controuersum esse Ecclesiasticum, ac demum ad idem feudum se vocatum ex inuestituris antiquis, ex prouidentia, & pacto maiorum, visum fuit eiusdem Domini Pirri intentionem in exceptione proprietatis fundatam incontinenti remanere probatam, & sufficere ad impediendam immissionem † per Dominum Franciscum Pirrum petitam: Menoch. *de adipiscend. remed.4.num.759.* Laderch. *consil.122.num.1.* Parisi *consil.11.num.15.lib.1.* Bursat. *cons.129.n.31.lib.2.* 2

Non obstat quòd exceptio incapacitatis, vel sit sublata ex legitimatione Clement. VIII. vel quatenus de ea dubitetur, obscuritas †, & perplexitas proueniat ex iuribus Domini Pirithei, quæ impedire non debet immissionem ab hærede petitam, etiam quod illa perplexitas in iure tantummodo consistat. Osasch. *decis.26.n.2.& 16.* Capic. *decis.10.num.18.& 19.* Menoch. *de adipiscend.remed.4.num.759.* Peregrin. *de fideicom. act.48.num.29.* & dicebatur *in decis.* quæ reuidetur per extensionem Pauli III. ad hæredes extraneos iustificari legitimationem Clem.VIII. secundùm veriorem opinionem: Replicationem verò Domini Pirithei tendere contra apertam Pontificis authoritatem, per coniecturas, & rationes, quæ expectabant discussionem, & iudicium, vt ideò non sufficerent contra hæredem venientem ex testamento, in quo apertè fundat intentionem suam. 3

Quia primò fuit responsum, quòd cum hæc incapacitatis exceptio Herculis trahat originem ex contractu legitimationum eiusdem, siue consistat in responsine, † siue in replicatione semper venit examinanda, etiam quod requirat altiorem indaginem: Socin.iun. *conf.67. num.18. lib.1.* Ruin. *consil.22. num. 9. lib.1.* Surd. *consil.186.num.25.* & idem probant decisiones allegatæ *in decis.* quæ reuidentur, neque videtur attendenda responsio data in eadem decisione, quod etsi oriatur ex legitimationibus, tollatur tamen ex Bulla Pauli III. contrà quam Dominus Piritheus replicat de intelligentia verborum successoribus quibuscumque, vt de habilibus intelligi debeat, ex qua replicatione adhuc controuersa dicebatur oriri altior indago non autem ex ipsa legitimatione Clementis VIII. 4

Quia pro secunda responsione fuit ponderatum, quod etsi verba eiusdem Bullæ ibi, ac tibi, tuisque hæredibus, † & successoribus quibuscunque videantur, secundùm veriorem opinionem comprehendere extraneos quoscumque, de quo per Clar. *in §. emphyt. quæst. 28. vers. secundus est casus,* & alios in eadem decisione allegatos; attamen, quia rationes eorum, qui tuentur contrariam sententiam restringendo generalitatem ad habiles desumuntur ab eadem Bulla Pauli III. visum fuit discussionem, & iudicium non posse 5

6 posse scindi † quicquid esset, si aliunde coniecturæ, & interpretationes desumerentur, in quibus terminis loquuntur Osasch. *decis.* 26. *num* 4. Abb. *cons.* 382. *num.* 8. Surd. *consil.* 395. *num.* 30. *in decisione allegati*: est enim regulare, quod
7 vna pars † scripturæ alteram declaret, *l. qui filiabus, ff. de legat.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 186. *& cons.* 111. *in princ.* & de interpretatione sessionis ex pacto, & prouidentia, cum licentia alienandi in quoscumque in eadem scriptura positis, quæ videntur ad inuicem aduersari, vt vnum ab altero soleat interpretari, tradunt Ruin. *consil.* 213. *num.* 7. Menoch. *cons.* 145. *num.* 16. *& seq.* & latissimè Surd. *cons.* 111. *num.* 20. Vnde non mirum, si dum cadit quæstio, in ipsa ampliatio Pauli III. sit firmanda quoad omnes extraneos scindi non possit alia indagatio, an in præiudicium vocatorum in antiquis inuestituris, quorum concessiones in eadem Pauli III. fuerunt confirmata, atque ita durante discussione, & iudicio semper dici possit exceptionem incapacitatis peruenire ab eodem contextu legitimationis Clementis VIII. in qua posita reperitur restrictio citra bona emphyteotica, & feudalia Ecclesiastica, quæ ad hæredes extraneos quoscumque transire non valeant, cuius negatiuæ iustificatio pertinet ad Dominum Franciscum Pinum immissionem prætendentem.

Tertiò fuit etiam dictum obstare clausulam sine præiudicio venientium ex fideicommisso; nam si feudum de quo agitur non cadit sub pacto, & prouidentia maiorum vigore antiquarum inuestiturarum, sed ad extraneos quoscumque transire possit ex ampliatione Pauli III. sub
8 vinculo † tamen fideicommissorum positum remanebit vti corpus hæreditarium. Clar. *in §. feudum, quæst.* 85. Surd. *cons.* 427. *num.* 2. Sciader *de feud. par.* 7. *c.* 4. *num.* 44. Peregr. *de fideicom. art.* 6. *n.* 18. & tunc non probata filiatione Herculis, quæ remansit sub præsupposito, *in decisione in hac causa facta coram bo. me. Card. Sacrato, inter rec.* 388. *part.* 1. & hodie pendet dubium an obstent clausulæ legitimationis Clementis VIII. quoad ipsius filiationis probationem semper ob-
9 stabit exceptio † legitimandarum personarum, quæ in omnibus iudiciis quantumcumque summariis, est permittenda: Put. *dec.* 270. *n.* 2. *lib.* 2. Rota *dec.* 142. *n.* 1. *par.* 1. *recent.*

Et ita, &c.

DECISIO XVIII.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Domus.

Lunæ 3. Martij 1625.

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ incorporata alienari non possunt.*

2 *Ecclesia in quam deuenit emphyteusis alterius Ecclesiæ etiam transitoria ad extraneos, tenetur eam ponere extra eius manus.*

Est capax emphyteusis alterius Ecclesiæ ad extraneos transitoria quoad acquisitionem, secus verò quoad retentionem, n. 3. & 4.

5 *Consuetudinis, quæ sunt, semper insunt in contractu emphyteusis.*

6 *Verba apposita in concessione emphyteusis Ecclesiæ, quod domus esset libera, & liberè pertineret ad inuestitum, eiúsque hæredes quoscumque, intelligenda sunt de libertate, quam natura contractus emphyteutici, & consuetudo admittit.*

Amplia, vt n. 7.

DOmini cum præsupposito, quòd contractus factus anno 1562. inter Canonicos Sancti Eustachij, & Iulium de Bassantibus sit emphyteuticus, recesserunt à decisis coram R. P. D. Verospio, & venerunt in eam sententiam, quod Procuratores Sancti Blasij & Caroli domum, de qua agitur, alicui priuato vendere teneantur.

Nam quicquid esset dicendum secundùm iuris dispositionem, quâ attentâ non transit sine dubio, verùm bona emphyteutica ea lege concessa, vt ad extraneos etiam perueniant in Ecclesiasticas, seu manus mortuas, vt vocant, possint irreuocabiliter transferri.

Tamen difficultatem cessare existimarunt, ari generali consuetudine, quæ Ecclesias compellit ad huiusmodi bona ponendum extra manus suas, propter præiudicium Domini directi, qui spe consolidationis dominij vtilis, cum proprietate, & landemij emolumento in perpetuum priuaretur, cum bona † Ecclesiæ incorporata alienari non 1
possint ex sententia Speculat. *de emphyteusi*, §. *nunc aliqua, num.* 143. Alex. *cons.* 120. *n.* 4. *lib.* 1. Ias. *in l.* 1. *num.* 9. *vers. dicit, &c.* Specul. *C. de iur. emphyt.* Franc. Mar. *decis.* 535. *n.* 6. *part.* 1. Vincent. de Franch. *decis.* 659. *num.* 2. *& seqq.* Caldas *de iur. emphyt. lib.* 1. *quæst.* 19. *num.* 7. Modern. *discept. forens. c.* 481. *num.* 67. Et ita in hoc tribunali fuit pluries definitum, vt *in decis.* 368. *num.* 1. *&* 603. *num.* 1. *part.* 1. *in recentior. &* 543. *num.* 3. *& in fin. part.* 2. & fuit dictum *in Ramana Cessionis bonorum, die 17. Maij 1619. coram R. P. D. meo Buratto.*

Cui consuetudini & libentius inhærendum putarunt in præsenti casu, quia agitur de emphyteusi inter duas Ecclesias, quarum alteri modicum infertur præiudicium, cum pretium domus sit habitura, nec debeat recusare amplecti eam æquitatem contra se, quam ipsa, si esset Domina directa sibi seruari ab aliis Ecclesiis contenderet: Altera verò, quæ beneficio consuetudinis vtuntur ad auertendam dominij vtilis irreparabilem amissionem tractat de considerabili damno euitando, cui in specie Iustinianus Imperator prouidere volens, † constitutionem 2
huiusmodi consuetudinis conformem edidit in fauorem Ecclesiæ, etiam aduersus aliam Ecclesiam, *in §. 1. vers. si vero contigerit, auth. de alienat. & emphyteut.* Franc. Marc. *d. decis.* 535. *n.* 1.

Quibus iactis fundamentis facilis insurgit responsio ad auctoritates in contrarium allegatas, quæ tendunt ad probandum Ecclesiæ capacitatem, quoad successionem, in bonis emphyteuticis ad extraneos transitoriis, id enim præsenti resolutioni minimè repugnat, quia non controuertitur Ecclesiæ habilitas respectu acquisitionis, sed respectu retentionis; ita vt translatio emphyteusis facta in Ecclesiam per viam testamenti, vel donationis, habeat quidem principium subsistens, sed inefficaciam permanentiam, propter necessitatem vendendi, & impossibilitatem retinendi; non tamen † erit inutilis Eccle- 3
siæ, quæ habebit pretium rei, seu æstimationem.

Alex.*conſ.*120.*num.*4.*lib.*1.Alciat.*in l.ſi ita quis, §.ea lege,num.*21.*verſ.ſic igitur,& in caſu noſtro, ff.de verbor. oblig.* Caldas *de iur. emphyt, lib.*3. *num.*16. Moder. *diſcept.forenſ.d.c.*481. *n.*68. & hanc ſententiam Rotæ placuiſſe, etiam in caſu de quo agitur, de emphyteuſi admittente quoſ-
4 cumque † ſucceſſores non obſcurè colligitur, *ex deciſ.* 261. *num.*7. *verſ. & ceſſat.* & *deciſ.* 280. *num.*5. *part.*1. *in recentior.* in quibus decisionibus Informantes pro partibus conſtituebant præcipuum fundamentum.

Nec refragatur quod Eccleſiæ Sancti Euſtachij videatur imputandum, quæ cùm domum conceſſiſſet Iulio tranſmiſſibilem ad quoſcumque ſucceſſores, p æuidere debuit ex vi huiuſmodi verborum poſſe etiam ad Eccleſias transferri; cui fuit reſponſum illam etiam præuidere potuiſſe implorandi beneficium conſuetudinis in eum caſum ſibi viam non eſſe præcluſam, cum
5 ea, † quæ ſunt conſuetudinis, ſemper inſint in contractu emphyteuſis, quemadmodum in cæteris contractibus, niſi verba contrahentium moribus ex diametro aduerſentur: Socin.*in l. Gaſſ. §.idem credendum,num.*6. *ff.de lib.& poſth.* cum aliis, quos abundè cumulat Cald. *de iur.emphyt. lib.*2.*quæſt.*7.*n.*1 *& ſeq.*

6 Non obſtant verba illa quod † domus eſſet libera, & liberè pertineret ad Iulium, eiúſque hæredes & ſucceſſores quoſcumque, quia reſponſum fuit ea intelligenda de libertate, quam natura contractus emphyteutici, & conſuetudo admittit, iuxta tradita ab Alex. *conſ.*80.*num.*16. *lib.*1. Gozadin.*conſ.*58.*n.*22. Seraph. *deciſ.*576. *num.* 4. Nec † geminatio illorum verborum
7 idem ſignificantium videtur inducere maiorem effectum: Pariſ.*conſ.*110.*n.*45.*lib.*1.

Et ita deciſum vtraque parte informate.

DECISIO XIX.

R. P. D. Pirovano.

Leodienſ. exemptionis Coloniæ.

Lunæ 11. Ianuarij 1627.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici nequeunt cogi ad hoſpitandum milites.*
2 *Coloni partiarij Eccleſiæ ſunt immunes ab hoſpitatione militum.*
*Contrarium tenentes reprobantur, n.*3.
*Partiarij Eccleſiæ ſunt immunes à collectis. num.*6.
*Contrarium tenentes referuntur, n.*7.
*Et confutantur, n.*8.
4 *Laïci iuriſdictionem non habent in Clericos.*
5 *Collecta eſt onus reale, ſeu mixtum, quæ imponitur perſonæ pro rebus.*

CVm in hac cauſa dubitaretur, an Coloni conductores certorum bonorum Abbatiſſæ, & Monialium Monaſterij Leodienſ. Diœceſ. eſſent immunes à munere officij Mamburni, quod officium pertinet ad vniuerſalem Pagi adminiſtrationem, & item; An eſſent immunes ab hoſpitatione militum, ſiue agatur de actuali, & poſitiua militum hoſpitatione in Domibus Eccleſiarum tentis per Colonos, ſiue etiam de Collecta, quæ ſolet imponi, & diſtribui occaſione alimentorum eiſdem militibus præſtandorum, pro immunitate Colonorum reſponderunt.

Et quantum ad primam de actuali hoſpitatione in domibus Eccleſiæ, ſicuti indubitatum eſt Eccleſiaſticos † cogi non poſſe ad hoſpitandum 1
milites, prout ſunt text. aperti *in l.*1. *de Immunit.Eccleſ.* vbi Gloſſ. *in verb.hoſpitium, cap.non minus, eod. tit.* quos textus de priuilegio indiuiduo non hoſpitandi in Domibus omnes Canoniſtæ intellexerunt *in d. cap.*1. videlicet Innocent. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Abb. Butrius, Anchar. Card. Antonius Boich, & Ioan. de Anan. & præter eos idem firmarunt Iaſ. *in l.placet in vtraque lect.in* 2.*notab. C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Marcus *deciſ.*458.*num.*10.*part.*1. Natt. *conſil.*203.*n.*2. *lib.*1. Gall. *conſil.*59. *num.* 70. qui alios allegat, eodem modo, & de eorum Colonis habitantibus dicendum eſt, ad quos priuilegium reale huius exemptionis cum ipſa Domo locata tranſit ex natura ipſius rei inſeparabilis à priuilegio, & propter defectum poteſtatis laicorum in ea, & ſocietatis contractæ inter Eccleſiaſticum fundi Dominum, & † Colonum partia- 2
rium, quæ ſunt rationes eorum, qui hanc partem pro Colono Eccleſiæ ſequuti ſunt in terminis, nempè Innocent. *in cap.non minus,num.*3. *in fin.* & *ibid.* Ioan. Andr. Hoſtienſ. Abb. Butr. Anchar. *de Immunit.Eccleſ.* Natt. *conſ.*409. *per tot.* Galleſ. *conſ.*59.*num.*7. Mareſcot. *var. reſol. lib.*1.*reſol.*111.*num.*17. *Theſaur.for.Eccleſ.q.*3. *cap.*38.*n.*119. Carolus de Graſſ.*de effect.Cleric. effect.*3.*n.*51.

Neque obſtant rationes, & authoritates, quæ pro contraria opinione † adducuntur per The- 3
ſaur. *deciſ.* 116. *per tot.* & Menoch. *de arbitr. caſ.*561.*centur.* 6. fundatæ *in conſ.Feder.de ſent. anteſignan.* huius opinionis contra Colonos, ſiquidem, & rationes, & authoritates vbi agitur de actuali hoſpitatione in Domibus Eccleſiarum non concludunt poſtquam in detentione Domus, quam facit Colonus, nulla poteſt conſiderari ſeparatio fructuum à ſolo, nec per conſequens eorumdem tranſlatio in Colonum, vt inde tanquam de ſeparatis à bonis Eccleſiæ, & tranſlatis in dominium Ruſtici, poſſet ſuperindici collecta, quæ ratio fuit præcipua illius opinionis, & ratio inſeparationis patet, quoniam iſti fructus ciuiles conſiſtunt in vſu, qui quotidie conſumitur, & continuè incipit deberi: Bald. *in l. filiusfamilias*, §. *apud Marcellum*, *ff. de legat.*1. Aretin.*in l.diuortio,num.*5.*ff.ſolut.matrim.* Propterea ſi Domus ſubtrahatur, & vſus ceſſabit tanquam inſeparabiliter dependens ab ipſa re & ſic per realem eſſentiam fructus nunquam ſubſtinet.

Quo verò ad ſecundam partem reſpicientem collectam, eadem concluſio firmanda eſt, quod bona Eccleſiæ à Laïcis collectari non poſſunt, neque directè, poſtquam deficit poteſtas, ſiue in Principe, ſiue in populo, ſiue in Magiſtratibus, à quibus proueniunt reſpectiuè conſtitutiones, ſtatuta, & edicta Prætorum, in quorum editione contra Eccleſiaſticos requiritur iuriſdictio, † quam non habent Laïci, *cap. Eccleſiæ* 4
Sanctæ Mariæ, de conſtit. ſi placet, C.de ſacroſ. Eccleſ. & confirmant Bald.*conſ.*35.*num.*1.*lib.*1. & latiùs Alex.*in famoſo,conſ.*8. *num.*1. *vol.*1. & Alban.*de immunit. Eccleſ.n.* 9.*& ſeq.* cum aliis *ſuprà* allegat. neque per indirectum collectando Colonos

Colonos Ecclesiæ pro impensis militibus præstandis, quia agitur de onere reali,& seu de onere
5 mixto † quando grauatur persona pro re, prout est natura, & effectus collectæ, *l.rescripto, §.fin.ff.de muner.& honor.*& *l.2. C. de annon.& trib.lib.*10. Natt.*cons.*409.*n.*3. Lancellot. Gall. *cons.*59. *num.*73. Rolan.*cons.66. num.*15. *lib.*1. dicens propterea fieri taxationem prædiorum, & bonorum per æs, & libram, non autem per ca-
6 pita habitantium,† tunc non potest grauari Colonus detinens bona, sed Dominus, & possessor ipsorum bonorum; ita per hanc rationem pro Colonis Antesignanus respondit, Abb. *cons.* 9. *vers.ad quartum,par.*1.& Bart.*in l.placet,in fin. C. de sacros. Eccles.* Idem confirmat, quia dum Clericis super eorum bonis collecta imponi non potest, non etiam eorum Molendinariis, aut famulis, aut Colonis imponi poterit, ne fiat fraus legi, quos exinde sequuti sunt octo alij relati per Thes.*decis.*116. *in* 1.*opinione*, nempe Parpaleo, Grat.Natt.Alciat.Bero.Bald.Ægid.Thomat. & Bursat. quibus accedunt alij sex additi per Menoch. *de arbitrar. cas.* 562. *num.* 45. vltra Zabarel.Testas. Portius, Petrus Duenas, Osasch. & Chopinus,& prædictis adhuc accedunt Ioan. Andr.Hostiens.Abb.Butr.& Auchar.*in cap. non minus, de immunit.Eccles.*Lancell.Gall. *cons.*59. *num.*6.& 73.Maresc. *var.resol.lib.*1. *resol.* 111. *num.*17.Thes.*for.Eccles.part.*3.*cap.*38.*num.*119. Carol.de Gass.*de Cleric.effect.*3.*num.*51.& 122. Thes.iun.*in addit.ad decis.*116. *patris sui,* & alij possent reperiri, & addi, magis ad coronidem, quàm ad vtilitatem; & quo decisio præsens magis ex ratione, & Summorum Pontificum authoritate, quàm scribentium voto firmanda venit.

Non obstant rationes, & scribentium nume-
7 rus, qui opinionem contra Colonos † Ecclesiæ tueri conati sunt, & recensentur vsque ad viginti sex per Menoch.*d.cas.*562.*num.*36. & alij etiam referuntur per Thes. iun.vltra allegatos *in decis.*116.*in opinione Thes.patris sui.*

Quo quoad authoritates Doctorum Rota non mouetur ex eorum dictis, sed ex rationibus, quibus vtuntur pro fundamento intentionis eorum,
8 † & nihilominùs si benè attendantur alij loquuntur in tributo, alij in Decima, alij in Gabella, & aliqui in collecta, quæ quantùm differant inter se benè distinguit,& declarat Lancel. Gall.*d.cons.*59. *à num.*22.*vsque ad n.* 40. & loquentes de collecta sequuntur Feder. de Sen. *in cons.* 111. qui loquitur de Gabella, quam tenentur soluere Coloni Ecclesiarum pro eorum fructibus, quando illos transferunt ad Ciuitatem, qui non est casus collectæ, quæ inducitur Dominis Prædiorum, non autem Colonis eorumdem, & exigitur iuxta super indictionem absque alia mora; Gabella verò nonnisi à transeuntibus, itavt fieri possit, vt non etiam exigatur.

Præterea iste casus soluendi Gabellam potest separari à contractu locationis, quod idem non potest dici de collecta, quæ à Locatore separari non potest, & semper cohæret contractui, & Domino, ne Colonus teneatur, vt *suprà* dictum fuit, & benè distinguit Bald. *cons.* 31. *lib.* 1. & idem concludunt Natt. *d.cons.*409. Ægid. Thomat.*in tract.de collect.in* §. *si quis piam, num.*9. & Testas. *eod.tract.part.*4. *cap.*2. *num.*56. propterea Thes.eandem *decis.* 116. *num.*4.sentiens difficultatem propter rationem Abbatis *dict.* *cons.*9. *in fin.* respondit, quod versamur in casu, vbi imponitur collecta pro onere personali,quod est contra primos terminos, quia collecta imponitur quidem personæ, sed pro bonis, quæ bona si non sunt ipsius Coloni, non possunt collectari; & si indicatur collecta grauatur, & potest repetere impensam à suo Domino Locatore, & quando non potest, quia Ecclesiasticus est, tunc intrat ratio posita per Bart.*in d.l.placet, in fin.*quod ideò liberatur Colonus, ne fiat fraus legis.

Et ita, &c.

DECISIO XX.

R. P. D. PIROVANO.

Rauennatens. Emphyteusis.

Lunæ 14.Iunij 1627.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi competens Agnatis ex prima inuestitura per diuisionem non tollitur.*
*Contrarium tenentes confutantur, n.*1.
3 *Ordo succedendi in Emphyteusi pactionata, vel mixta per diuisionem mutari non potest.*
4 *Alienatio portionis, ita sequitur ex diuisione, sicut ex quolibet alio contractu, itavt descendentes secuta diuisione, in parte diuisa amplius prætendere nequeant, num.*5.
*Contra, num.*7.
6 *Licentia alienandi in emphyteusi pactionata, vel mixta procedit ad præiudicium concedentis, non agnatorum.*
8 *Alienandi libertas,& stipulatio fauore comprehensorum simul stare possunt, si non sequatur alienatio.*
9 *Inuestitura facta de Emphyteusi non extincta, non valet.*

Resoluto dubio ad fauorem D.Petri filij Angeli, quod scilicet vocatus sit in inuestitura anni 1551. exclusis DD.Laura, & Maria filiabus Maurocenæ, quæ erat Angelæ supradictæ soror, incidit alia quæstio, an per diuisionem inter easdem Angelam,& Maurocenam factam, & nouas respectiuè inuestituras pro se, & earum filiis separatim receptas à Dominis directis in diuisione censeatur renunciatum vocationi ex eadem inuestitura deductæ,& sic prout in dubio ponitur an diuisio cum nouis inuestituris obstet D. Petro Agenti, quæ difficultas cum hodie examinanda proponeretur DD. responderunt non obstare, & sic standum esse in decisis.

Quia conclusio, quod per diuisionem non tollatur ius accrescendi † competens vocatis in 1
antiquis inuestituris est magis recepta cum Bart. *in l.Qui Romæ, §.duo fratres,num.*10.& 24.*ff.de verbor. oblig.* quem secuti sunt decem & nouem relati per Menoch. *consil.*974. *num.*6. Honded. *consil.*36.*num.*19.*lib.*4. Rosental. *de feud.cap.*2. *conclus.*20.*num.*6.& 7. Peregr.*cons.*101.*per tot. lib.*1. vbi *num.*13. dicit conclusionem procedere siue agatur de feudo, siue de Emphyteusi,siue de fideicommisso, Cardin. Mantic. *de contract. lib.*22.*tit.*34. *num.*32. Aldobran. *cons.*68.*n.*12. & hanc eandem opinionem Rota recipit in causa

sa Bononiens. bonorum Emphyteuticorum, quæ est apud Card.Mantic.*in eius impressis 373.n.5.* & *in Foroliuiens.bonor.* 14.*Decembr.*1618.*coram bon. mem. Remboldo*, & *in Paduana feudi* 16. *Decembris* 1622.*coram Illustriss.Card.Caualletio.* Huius autem opinionis duo fuerunt præcipua argumenta, quia renunciatio in diuisione facta respectu partis separatæ, non trahitur ad ius de futuro competens ex antiquis inuestituris, secundo quia eadem renunciatio intelligitur facta respectu consortis quatenus eius interfit, non autem respectu proprietarij, & quatenus illi intersit.

2 Non obstant tenentes contrariam † sententiam, nempè Ang.*cons.*33.*num.*5. Card.Mantic. *de contract.lib.*22.*tit.*34.*num.*23.*& seq.*Bologn.*cons.*....*n.*4.& aliis allegatis per Surd. *cons.* 308. *num.* 17.*&* 24. Rim. sen. Ruin. Bero. Roman. Hartman. Pistor, quia prædictis omnibus respondit Menoch. *dict. cons.*974. *num.* 78. *ad fin.* declarando eorum dicta non pertinere ad hanc propositionem, vel loqui contra communiorem interpretationem, quam recipere debent leges, tam ciuiles, quàm feudales, à quibus desumitur supradicta conclusio; nec viget ratio pluribus authoritatibus comprobata, quod diuidentes voluerint acquirere pro suis descendentibus, & à portione diuisa excludere condiuidentem, eiúsque descendentes, quia non est quæstio volunta-
3 tis, an scilicet potuerint in emphyteusi † antiqua ex pacto, & prouidentia, aut mixta per voluntariam diuisionem mutare ordinem succedendi, quod non licere probarunt, *in c.* 1. *num.* 6. *vers. quod intellige de nat. succeff. feud.* Ruin. *cons.*142.*num.*17.*lib.*3. Cranet. *cons.*664. *n.* 13. Gabr. *cons.*70.*n.*13. *lib.*2. Menoch. *cons.*1034. *num.*3.

Quod si replicetur de potestate satis constare, facultate alienandi concessa in eadem inuestitura anni 1551. & eapropter dum per diuisionem
4 † ita secuta fuerit alienatio, prout ex alio quocumque contractu illa portio fuisset alienata: *l.cum Pater*, §. *hæreditatem*, vbi Castr. & Imol. *ff.de legat.*2.Peregr.*cons.*101.*num.*11.*lib.*1. non poterit Angela, nec eius descendentes, aut com-
5 præhensi † in pacto, & prouidentia concedentis sequuta alienatione aliquid prætendere: Gozad. *cons.*25. *num.* 19. Bero. *cons.*73. *num.*29. *lib.*1. Ruin. *cons.*165.*num.*11. & *cons.*213. *n.*6. *lib.*1. Laderch.*cons.*1.*num.*13.Surd.*cons.*573. *num.*22. Peregr.*cons.*31.*num.*1.& *cons.*53. *num.*4. *lib.*1. Hartman.Pistor.*quæst.*4.*n.*50.*lib.*1.

Obiectum sufficienter remouetur ex duobus: Primò, declarando facultatem alienam, de qua in dicta inuestitura anni 1551. non pertinere ad præiudicium comprehensorum, quibus ius quæsitum fuit ex stipulatione, quia quoad eos licentia
6 † alienam non immutat naturam emphyteusis; quicquid sit quoad præiudicium Domini concedentis secundùm veriorem, de qua per Menoch. *cons.*61.*num.*20.& *cons.*145.*num.*5.Cald.*de iur. emphyt.lib.*4.*cap.*20.*num.*33. Corbul.*de priuat. ob mort.ciuil.num.*51.Bertazzo. *cons.*73.*num.*15. quæ placuit Dominis *in causa Bononiens. fideicom.de Caëtanis* 4.*Martij* 1616. coram me, & discussis authoritatibus eamdem confirmaui 1. Iunij eiusdem anni 1616. & 30. Maij 1622. in eadem causa. Secundò respondetur, quod per
7 actum diuisionis † in præsenti dici non potest sequuta alienatio, sed potiùs permutatio quotæ partis, ex quo plus non fuit translatum in Maurocenam, quam de necessitate pro sua parte illi contingebat: Ideo non mirum si aliud vt in vendente, & aliud in diuidente: Peregr. *dict. cons.* 101. *num.* 14. & cessante alienatione voluntaria sequitur compatibilitas † inter liberta- 8
tem alienandi, & stipulationem ad fauorem compræhensorum, quæ recipit tantùm conditionem si non sequatur alienatio, vt firmatum fuit *in eadem Bononien. de Caëtanis* 14. *Martij* 1616. *coram me.*

Ex prædictis patet responsio ad Inuestituras subsequutas respectiuè pro portionibus diuisionis inter Angelam, & Maurocenam, & ab eisdem receptas, & ad vltimam per Maurocenam obtentam à Canonicis Montelparo, & Illustrissimo Cardinali Burghesio pro Maria, & Laura filiabus suis, quia defectu potestatis concedentis
† ante apertam emphyteusim ob mortem com- 9
præhensorum, nihil potuerunt in eorum præiudicium concedere, *cap.* 1. *de natur.success. feud.* Surd.*cons.*308.*num.*24 Mantic.*de contract. dict. lib.*22.*tit.*34.*n.*3.Menoch.*cons.*975.*n.*9. & semper recipiunt interpretationem ab antiquis inuestituris, vt tunc demum suum sortiantur effectum, quando lineæ compræhensorum deficiunt, & non prius ad euitandum tertij præiudicium per scripta.

Et ita, &c.

DECIS. XXI.

R. P. D. Coccino.

Nucerina Emphyteusis.

Luna 22. Maij 1634.

SVMMARIVM.

1 *Mors ex lapsu 150. annorum præsumitur.*
*Ex quibus probetur, n.*2.
*Alicuius sine filiis, à quibus probanda, num.*3.
4 *Processus coram Iudice recusato compilatus sustinetur, si non fuit appellatum.*
5 *Recusationi censetur renunciasse, qui postea comparuit coram recusato.*

DVbitaui, an constaret lineam illorum de Oliueriis, quibus fuit concessa emphyteusis, de qua agitur esse finitam. Huiusmodi emphyteusis fuit de anno 1479. per tunc Episcopum Nucerinum concessa Oliuerio, pro se, & septem filiis, videlicet Euangelista, Ioan. Baptista, Petro-Paulo, Petro-Iacobo, Bartholomæo,
Bernardino, & Ludouico, † eorúmque filiis, & 1
nepotibus, qui omnes nominati in dicta inuestitura præsumuntur mortui, cum iam effluxerint plusquam 150. anni: Menoch. *præsump.* 49. *num.*21.

Ex dictis filiis Oliueriis quinque obierunt sine filiis, videlicet Euangelista, Ioan. Baptista, Petrus-Paulus, Bartholomæus, & Bernardinus, vt deponunt testes, *in sum. num.* 1. & constat duos tantùm habuisse filios, nempè Petrus-Iacobus, & Ludouicus, Petrus-Iacobus Marinum vnicum filium, qui vocabatur Canarellus, qui etiam mortuus est, vt deponunt testes, *in sum. num.* 2. & ipse Marinus habuit sex filios, nempe Fuluium, Tullium, Horatium, Petrum-Iacobum,

Ioannem,

Ioannem, Eusebium, qui mortui sunt, vt deponunt testes, *in sum. num.* 4. reddentes causam
2 scientiæ, † vel de indumentis lugubribus ex nuncio mortis susceptis, vel de assumpto per vxores habitu viduitatis, vel de transitu mulierum ad secundas nuptias, vel de visu, quæ probationes sufficiunt: Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 42. & fuit resolutum *in Romana legati* 11. *Octobris* 1602. *coram bon. mem. Card. Sacrato:* Rota *decis.* 140. *n.* 2. *part.* 1. *recent.*

Neque obstat, quod non probetur istos obiisse
3 se sine filiis, quia † cum nunquam extiterint filij onus probandi incumbit alleganti extitisse, si enim constaret extitisse, onus probandi incumberet alleganti deficientiam: Seraph. *decis.* 807. *&* 1458. *num.* 2. & fuit resolutum *in causa Ferrarien. Terrarum* 22. *Decembris* 1605. *coram bon. mem. Episcopo Attebatensi, & in causa Ariminen. Deuolutionis Domus* 16. *Februarij* 1609. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in vna Romana Domus* 26. *Februarij* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino*; & sic linea Petri-Iacobi satis probatur extincta.

Quantùm attinet ad lineam Ludouici, ipse habuit quatuor filios, nempe Oliuerium iuniorem, vulgò *detto il Delphino,* Antonium, Christianum, & Antonium Ranaldum, vt deponunt testes, *in sum. num.* 1. ex quibus Christianus, & Antonius decesserunt sine filiis, & Christianus erat Sacerdos, vt probant testes, *in sum. num.* 6. Prædictus verò Oliuerius iunior, aliàs *il Delfino*, mortuus est relictis quatuor filiis, nempe Cæsare, Durante, Ludouico, & Constantino, vt deponunt testes, *in sum. num.* 7. qui omnes mortui sunt sine filiis, vt bene deponunt testes, *in sum. num.* 2. Dictus verò Antonius Ranaldus reliquit duos filios, Alexandrum, & Bartholomæum, vt de morte dicti Antonij Ranaldi, relictis dictis duobus filiis, qui etiam mortui sunt sine filiis, deponunt testes, *in sum. num.* 9. vnde apparet etiam lineam Ludouici fuisse extinctam.

Non obstat, quod instrumentum concessionis non sit in forma probanti, quia constat non esse verum; fuit enim compulsatum vigore litterarum Rotalium, & quatenus Iudex fuerit recu-
4 satus, † suspectus tamen non solùm pars non appellauit ab vlteriori processu quod videtur necessarium: Veral. *decis.* 172. *num.* 1. *part.* 1. Rota *decis.* 2. *num.* 5. *part.* 2. *diuers.* sed etiam post re-
5 cusationem † coram eodem Iudice comparuit, ex quo censendus est à recusatione recessisse: Verall. *decis.* 409. *num.* 2. *part.* 2. Mohed. *decis.* 2. *de Iudic.* propter naturam ipsius iudicij, quæ in quolibet actu præiudiciali requirit nouam protestationem: Bartol. *in l. de pupillo, §. si quis, ff. de nou. oper. nunc.* Felin. *in cap. cum M. Ferrariens. num.* 7. *de constit.*

Et ita conclusum vtraque parte, &c.

DECISIO XXII.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Deuolutionis Vineæ.

Veneris 23. *Iunij* 1634.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscumque dicitur hæreditaria, & transit etiam ad manum mortuam, num.* 2.
3 *Pacto per emphyteutam non obseruato, emphyteusis committitur.*
4 *Communitas est capax emphyteusis ad effectum alienandi, fallit vbi duplex adest alienandi prohibitio, n.* 5.
6 *Inuestitura concurrentibus adminiculis dominium probat.*
7 *Libri Ecclesiæ legaliter tenti, probant solutiones canonum.*
8 *Identitas probatur per duas demonstrationes.*
9 *Vocabulum, regionis, verificatum identitatem probat.*

Capitulum, & Canonici Sanctæ Mariæ in Via lata de Vrbe, de anno 1618. concesserunt Vineam, de qua agitur in emphyteusim Desiderio Pagnoncello, pro se, suisque hæredibus quibuscumque; cum expressa prohibitione alienationis tam dictæ Vineæ, quàm melioramentorum, & aliorum iurium emphyteuticorum, siue ad fauorem locorum piorum, siue alterius potentioris, & præcipuè vniuersitatis, tam per viam donationis, quàm vltimæ voluntatis, sub pœna caducitatis; prout latiùs habetur in instrumento dictæ concessionis.

Decessit Desiderius primus acquirens, relicta hærede vniuersali Communitate SS. Geruasij, & Prothasij in Ducato Mediolanensi, quæ adepta fuit possessionem omnium bonorum dicti Desiderij, & signanter Vineæ, de qua agitur, vnde d. Capitulum, & Canonici habita notitia de ista possessione, & prætendentes factum fuisse locum deuolutioni dictæ Vineæ, obtinuerunt causam mihi committi: Ideò hodie contingit dubitari, an esset locus deuolutioni, & Domini affirmatiuè responderunt ea moti ratione.

Quia licèt emphyteusis concessa pro hæredibus, & successoribus quibuscumque † videa- 1
tur hæreditaria, & transitoria ad quoscumque etiam extraneos, vt per Socin. *cons.* 266. *num.* 36. *lib.* 6. Canaler. *decis.* 290. *num.* 1. ac etiam ad vniuersitatem, † & quamlibet manum mor- 2
tuam, vt firmauit Rota *decis.* 261. *num.* 7. & *decis.* 280. *num.* 3. *part.* 1. *rec.* tamen cum in instrumento inuestituræ expresè legatur prohibitum, quòd Vinea, & iura emphyteutica non possint cedi alteri potentiori, & præcipuè Communitati absque expressa licentia Capituli, pactum huiusmodi erat ad vnguem seruandum, &
† eo non seruato factus fuit locus deuolutioni: 3
Ias. *in l. fin. num.* 72. *vers. secundo modo, C. de iur. emphyt.* Bursat. *cons.* 199. *n.* 38. *vers.* 3. DD. loquuntur in secundo. Rota *in Ferrariens. bonorum de Schianchis* 28. *Aprilis* 1617. *coram Eminentiss. D. Card. Pamphilio, impressa apud Ciriac. post contr.* 205. *n.* 10. & doctè, & eleganter fuit dictum *in Mediolanens. bonor.* 30. *Maij* 1633. *coram R. P. Merlino.*

Non obstat, quod dicta communitas † saltem 4
sit capax Emphyteusis ad effectum illam alienandi, Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, q.* 117. *num.* 143. Gregor. *decis.* 520. *num.* 5. vbi addenda, *sub num.* 14. *vers. fin.* quia obiectum procedit quando alienatio est de iure tantùm prohibita: secus verò quando, prout hîc vltrà iuris prohibitionem † adest etiam prohibitio hominis 5
quia tunc impeditur acquisitio etiam ad effectum alienandi, & habendi tantùm æstimatio-

nem rei: Aldobrand.*conf.*40.*num.*9.*verf.non obstat:* Burfatt. *d.confil.*199. *num.*48. *verf. tertiò DD.loquuntur.*Gregor. *d.decif.*520.*num.*10. & aliàs fuit decifum *in Ferrarienf.bonorum* 19.*Decembris* 1611. *coram R. D. meo Decano, & in Ferrarienf.bonor.* 3.*Iunij* 1619. *coram bon. mem. Remboldo,& in eadem Mediolanenf.coram R.P. D.meo Merlino.*

Præterea Dominium dictæ Vineæ fpectare ad dictum Capitulum, & Canonicos vifum fuit Dominis fufficienter probari ex inftrumento
6 † eiufdem conceffionis, quod concurrentibus adminiculis, probat Bald. *in l. ad probationem, num.*9.*C.locat.*Rota *decif.*290.*n.*1.*& decif.*193. *n.*1. *&* 2. *part.*2.*recent.* & fuit refolutum *in Romana deuolutionis* 28. *Maij* 1625. *coram R.P. D. meo Pirouano:* adminicula verò deducuntur, tum ex inftrumento præcedentis inueftituræ factæ de dicta Vinea quondam Euphemiæ Turbulæ de anno 1606. Tum etiam ex aliis inftrumentis conceffionum de eadem Vinea in Emphyteufim Ioan. Dominico de Bellis, & Petro Puteo de annis 1592. & 1600. Tum tertiò, quia hæc vinea eft pars Cafalis Trulli quod erat de Dominio directo dicti Capituli. Tum denique ex propria confeffione ipfius Communitatis, quæ in inuentario confecto de bonis dicti Defiderij primi acquirentis defcripfit hanc Vineam fub proprietate dicti Capituli, quibus accedunt continuatæ folutiones Canonum vfque ad tempus deuolutionis defumptæ ex libris
7 † Capitularibus, qui libri cùm contineant intereffe totius capituli, & fint legaliter tenti, benè probant Aym.*confil.*434. *num.*14. Rota *decif.*290.*num.*4.*&* 5.*part.*1.*rec.* & firmauit Rota *in Placentina deuolutionis* 21.*Aprilis* 1600. *coram Corduba.*

Identitas etiam eiufdem Vineæ probatur ex propria confeffione Communitatis in d.Inuentario bonorum Defiderij,vbi dicitur quod d.Vinea pro medietate eft fub proprietate Capituli,& pro alia medietate fub proprietate Victoriæ Caftellanæ, cuius bona fuerunt femper affignata pro confinibus dictæ Vineæ, & vlterius ex verificatione duorum confinium enunciatorum in inftrumento celebrato de anno 1619. ibi, ab vno latere funt bona hæredum quondam B.Fognini, ab alio bona Perini de Comis, ab alio Cafalle, Trulli dictæ Ecclefiæ antè eft Viculus Vicinalis, quæ demonftrationes benè probant identitatem
8 † cum ad hunc effectum fufficiant tantùm duæ fecundum vulgarem doctrinam:Bart.*in l.demonftratio falfa,num.*14.*ff.de cond.& demonft.* Roland. *confil.* 67. *num.* 15. *lib.*2. Rota *decif.*706. *n.*4.*& decif.*119.*num.*2. *part.*2.*recen.*

Non obftat difcordantia quoad fituationem, & numerum petiarum dictæ Vineæ, quia quoad numerum petiarum dicta diuerfitas tollitur ex eo, quod Euphemia in præcedenti inueftitura per Inftrumenta feparata conceffionis in duabus vicibus, dictam Vineam obtinuit, de eodem anno 1606. Quo verò ad fituationem pariter tollitur; quia locus *del Trullo*, in quo contineatur d. Vinea eft nomen generale comprehendens alia loca diuerfi nominis, vt *delle Grotte, delle fatte, fogalatino, &c.* Vnde † fufficit verificaffe vocabulum Regionis, vt per Corn. *conf.*280.*n.*5. *poft med.lib.*3.

Et ita vtraque, &c.

DECIS. XXIII.

R. P. D. DVNOZET.

Romana Domus, feu Appartamenti de Capranica.

Lunæ 17.*Decembris* 1635.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio emphyteufis initiat, vbi vltimus fine prole deceffit.*
2 *Confeffio contra confitentem plene probat. Et eius fucceffores,n.*3.
4 *Hæres non poteft impugnare fuorum authorum, difpofitionem, emphyteufis conceffæ, etiam pro fœminis ad folos mafculos.*
5 *Immiffio non retardatur ob exceptionem meliorantentorum non liquidorum, ftante potiffimum cautione de illis reficiendis. Conceditur etiam agenti via ordinaria iuftificatis iuftificandis, n.*8.
6 *Melioramenta probari non poffunt per Peritos non inftitutos de ftatu rei ante meliorationem.*
7 *Mora propria in probandis melioramentis prodeffe non debet in præiudicium tertij.*

Domus, de cuius appartamento agitur, fuit de anno 1529. à Iulia Capranica conceffa in Emphyteufim perpetuam Bruto Capizuccho pro fe, eiúfque filiis, & fucceforibus: De anno vero 1550. fuit inita Tranfactio inter Camillum eiufdem Iuliani hæredem ex vna, & inter Papirium, & Sicinum de Capizucchis ex altera, in qua de nouo eadem domus fuit conceffa in emphyteufim dd.Capizucchis, necnon eorum filiis, & defcendentibus Mafculis in infinitum, fœminis omnino exclufis, pacto infuper adiecto quod non effet locus eius reftitutioni, nifi refectis prius omnibus, & quibufcumque melioramentis, prout in inftrumento.

De anno 1630. D. Afdrubal Canonicus Inclitæ Bafilicæ Lateranenfis, & alij de Capranica vti domini directi iftius domus, & defcendentes à D.Camillo, prætendentes per mortem Simeonis Iunioris de Capizucchis lineam mafculinam effe extinctam, & fic dictam domum effe deuolutam, mouerunt iudicium contra Excellentiffimam D.Duciffam de Comitibus filiam d. q. Simeonis, & à D. Auditore Eminentiffimi Cardinalis Archiprefbyteri Lateranen. obtinuerunt mandatum de affociando, qui quidem Eminentiffimus Cardinalis in fecunda inftantia in hac caufa me deputauit in Iudicem, qua pendente dd.de Capranica, qui aliud iudicium mouerant coram diuerfis iudicibus contra Balzonettos, in quos à d.q. Simeone fuerat diftractum d. appartamentum,obtinuerunt etiam me deputari in hac vltima controuerfia: Quapropter dato à me dubio an fuper ifta parte dandum effet mandatum de manutenendo, vel potius affociatio feu immiffio. DD.Capranicis, tandem poft multas dubij propofitiones DD. hodie informante etiam D. Duciffa admiffa ad caufam, & excipiente de melioramentis,refoluerunt eis dandum effe mandatum de immittendo, ftante cautione iam præftita de reficiendis dictis melioramentis, facta eorum legitima liquidatione, quia ad effectum illam obtinendi bene probantur omnia requifita, videlicet

videlicet identitas rei, descendentia, ac dominium dd. de Capranica, & deuolutio domus.

Nam quoad identitatem, & descendentiam, ac dominium dd. de Capranica illa non controuertuntur.

Quo verò ad deuolutionem illa etiam bene probatur, quandoquidem ex deductis in facto, bene iustificatur lineam primi inuestiti esse finitam.

Non obstat quod non probetur obitus omnium comprehensorum in inuestitura: Nam vltra quod satis est Simeonem vltimum possessorem
1 istius domus obiisse sine filiis masculis, † vt D. Ducissa, & Balzanetti grauentur onere probandi superuiuentiam aliorum, quæ non præsumitur: Ias. *in l. is potest, num.* 84. *de acquir. hæred.* Card. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 4. *in fin.* & fuit dictum *in Regien. bonorum* 15. *Martij* 1630. *coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Concurrunt etiam testes deponentes de illorum obitu, necnon confessio eiusdem Simeonis, qui dum hoc Appartamentum vendidit vti ad se solum spectans per necessarium antecedens confessus est aliorum masculorum in inuestitura
2 comprehensorum obitum, quæ confessio † sicuti contra eundem plenè probaret, *l. cum precum, C. de liber. caus.* Ita probat contra D. Ducissam, &
3 Balzanettos eius successores, † *l. cum à matre, C. de rei vendic.* Greg. XV. *decis.* 172. *num.* 1. Iuncto præsertim actu positiuo solutionis totius Canonis per spatium longi temporis, quem quidem verisimiliter Simeon non soluisset integrè, si in domo fuissent portiones aliorum.

Non obstat quod domus ista fuerit ab initio concessa Bruto Capizuccho pro se, & hæredibus quibuscumque, quo casu cum sit comprehensiua fœminarum, non videtur potuisse à filiis Bruti in præiudicium D. Ducissæ recipi pro descendentibus masculis: Quia cum ipsa sit hæres
4 † Simeonis hæredis Sicinij, qui cum aliis filiis Bruti interuenerat in instrumento transactionis, quo hæc emphyteusis alias comprehensiua fœminarum fuit restricta ad masculos, tenetur acquiescere dispositioni suorum Authorum, nec potest illam impugnare quamuis tendat in eius præiudicium, *d. l. cum à matre, C. de rei vendic. l. hæres seruum, ff. qui, & à quibus.* Alex. *cons.* 29. *num.* 12. *lib.* 5. Couar. *variar. resol. lib.* 12. *cap.* 18. *num.* 2. *vers.* 4. *conclusio.* Mantic. *de tacit. lib.* 7. *tit.* 25. *n.* 4. Greg. XV. *decis.* 418. *n.* 5.

Non obstat exceptio allegata per D. Ducissam ratione prætensorum melioramentorum, quia quamuis de illis constet in genere, ac tamen cum post plures terminorum præfixiones ad illa liquidanda, D. Ducissa illa non liquida-
5 uerit, non potest retardari immissio † DD. Capranicis, data per eos cautione de illis reficiendis, postquam fuerint liquidata, Socin. iun. *cons.* 62. *num.* 5. *lib.* 1. Put. *decis.* 461. *lib.* 2. *post med. vers. nam. fuit responsum.* Rot. *decis.* 137. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Perusina melioramentorum* 15. *Ianuarij* 1616. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana, seu Cæsenaten. hæreditatis* 4. *Iunij præteriti, coram R. P. D. meo Pirouano.*

Non obstat quod dicatur dd. melioramenta fuisse liquidata per peritos inductos in testes per D. Ducissam intra terminum præfixum ad liquidandum, quia omissis iis, quæ contra ipsorum personas, & dicta obiiciuntur per DD. de Capranica, cum in multis eorum relatio, & depositio detegantur erroneæ: Non visum fuit DD. constare de sufficienti liquidatione, quia dum dd. periti † non viderint statum antiquum istius 6
domus de tempore concessionis, non possunt præcisè referre quid, & quantum fuerit expensum, & quid melioratum pro illius restauratione: Seraph. *decis.* 952. *num.* 7. *& decis.* 1453. *num.* 5. Curt. iun. *cons.* 165. *num.* 14. *lib.* 2. Vbi quod pro iustificandis melioramentis necessario habenda est notitia status deteriorationis, quæ quidem non potest haberi ex solo iudicio, & artis peritia, sed requiritur ocularis inspectio status præcedentis: Soc. iun. *dict. cons.* 62. *n.* 4. *& seqq.* vbi optimam reddit rationem, quia nimirum possibile est multa ex operibus, quæ computantur inter melioramenta fuisse facta immediatè ante concessionem, quo casu non computantur inter melioramenta, *ad not. in l. in fundo, ff. de rei vendic.* Paris. *cons.* 33. *num.* 53. *lib.* 1. Et regulariter in æstimandis melioramentis combinandus est status antiquus cum statu præsenti: Seraph. *d. decis.* 952. *num.* 2. *& d. decis.* 1453. *num.* 5. & fuit dictum *in d. Perusina melioramentorum coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in d. Romana, seu Cæsenaten. hæreditatis coram R. P. D. meo Pirouano.*

Non obstat quod status antiquus innotescat ex dictis instrumentis concessionum, quia dicta instrumenta adeò genericè loquuntur, vt nulla ratione possit discerni qualis in indiuiduo fuerit status huius appartamenti de tempore concessionis.

Non obstat quod instrumento concessionis dicatur domum esse restituendam solutis prius melioramentis; quia hoc debet intelligi, vel quatenus DD. Capranici non præstarent cautionem de illis reficiendis, vel quatenus D. Ducissa dd. melioramenta liquidauerit, sed dum DD. Capranici præstiterunt cautionem, & D. Ducissa est morosa in liquidando, intrant conclusiones supra firmatæ, quia mora † propria 7
nemini debet prodesse in alterius præiudicium, ne alias sit in eius facultate nunquam liquidando defraudare intentionem Domini directi, contra *l. relegatorum, in fin. ff. de interd. & releg.* Rota *decis.* 31. *n.* 2. *in fin. vers. ne alias ex mora, par.* 2. *recent.*

Cæterùm, quia Balzanetti alias obtinuerunt in hac eadem causa à R. P. D. Meltio manutentionem, & sententiam absolutoriam à R. P. D. Palauicino, & propterea via exequutiua intentata per DD. de Capranica fuit vulnerata, DD. resoluerunt dandum † esse illis quidem di- 8
ctam immissionem, sed tamen via ordinaria, cum etiam iustificatis iustificandis via ordinaria agenti illa competat: Bald. *in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. n.* 53. *in fin.* Alber. *ibidem, n.* 11. *ad med. & num.* 13. *in princ. & num.* 14. Fulgos. *num.* 20. *vers. hac differentia.* Corn. *num.* 8. *&* 9. Pesson. *de adipisc. num.* 87. 138. 170. *vers. & licet, & n.* 268. 270. *& seqq.* Put. *dec.* 308. *lib.* 1. *in correct.* Rota *in Bergomen. Cappellaniæ* 28. *Februarij* 1615. *coram bon. mem. Patriarcha Hierosolymitano,* & fuit dictum *in Paduana beneficij* 27. *Iunij* 1633. *coram me.*

Et ita fuit conclusum vtraque parte informante.

DECIS. XXIV.

R. P. D. Coccino.

Forosemproniens. & Eugubina, seu nullius Emphyteusis.

Lunæ 16. Iunij 1636.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest durante adhuc inuestitura, alium inuestire de consensu vltimi possessoris.*

Excusatur si iusto facto Papa impeditus, renouationem facere nequit, n.60.

2 *Pronepotes non veniant ad emphyteusim quoties inuestitus vltra nepotes non progreditur.*

3 *Inuestitura emphyteusis strictè interpretantur, & n.25.*

4 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter pro tribus personis conceditur.*

5 Authent.de non alienand.& permut. §. emphyteut. *non est correcta per* §. licentia authentic. de alienat. & emphyteut. *& n.24.*

Declara, vt num.6.

7 *Papa potest disponere de Emphyteusi deuoluta ad Prælatos inferiores praueniendo, vel concurrendo, & n.11.*

Concurrit in iurisdictione cum omni Prælato, num.8.

Concurrit cum omni Prælato, & potest infeudare, num.9.

Amplia, vt n.10.

In casu deuolutionis durante inuestitura potest præueniendo inuestire, n.12.

In bonis emphyteoticis est absolutus dominus, num.13.

Amplia, vt num.14.

Æquitati potest derogare, n.34. & 39.

Amplia, vt n.40.

Potest disponere de emphyteusi in præiudicium tertij ob merita concessionarij, n.41.

11 *Papæ auctoritas vbi concurrit, authoritas inferioris cessat.*

Scientia meritorum alicuius, ex quibus arguatur, n.44.

Factum pœnale, facto Episcoporum, n.58.

16 *Concessio emphyteusis facta in tertiam ipsius inuestiti generationem comprehendit pronepotes.*

Declara, vt num.17.

Limita vbi in contrarium negent coniectura pro restrictione concessionis ad nepotes, n.19. & n.29. 22. 23.26.27. & n.31.

Emphyteotica habet conditionem, nisi Dominus, & emphyteuta aliter disponant.

18 *Pater vti generatus ab aliquo dicitur in prima generatione passiuè suscepta in concessione emphyteusis vsque ad tertiam generationem.*

21 *Pars vna scripturæ aliam declarat.*

28 *Obseruantia probatur duobus testibus deponentibus de actibus illam inducentibus, & de publica voce & fama.*

29 *Gabrieli de consuetudine attestanti credendum.*

30 *Consuetudines procedunt de loco ad locum vicinum.*

32 *Nepotum appellatione, quando veniant nepotes, & quando non?*

33 *Ius petendi renouationem in inuestituris competit, vel ex æquitate, vel ex conuentione.*

35 *Concessione emphyteusis finita res ad dominum reuertitur.*

36 *Renouationes ex æquitate dicuntur contra iuris regulas.*

37 *Iuris rigor per epiikeiam, seu æquitatem moderatur.*

38 *Æquitas aduersus legem vniuersaliter scriptam casum particularem respicit, & supplet, aut corrigit defectum ipsius legis iuxta mentem legislatoris.*

42 *Merita probatione non indigent, quando sunt notoria.*

Assertione Pontificis probantur, n.43.

45 *Æquitati quod Papa voluerit derogare ex actu præiudiciali concessionis, in emphyteusim factæ extraneo, tacitè resultat.*

Et ex clausulis derogatoriis excessioni adiectis, n.46.

Locus non est si inuestitus emphyteusis resignationem Domino faciat, n.47.

Renouationis pacto renunciari potest, n.48.

49 *Consuetudinem renouandi ad probandam vnicus actus non sufficit.*

50 *Pactum de renouando emphyteusim proximioribus ius reale non tribuit.*

De renouando ante deuolutionem ius considerabile non tribuit, n.51.

Neque post si Papa in concedendo praueneerit, n.52.

De renouando solum actionem personalem parit, n.53.

De renouando per Papam remouetur, 5n.4.

De renouando an valeat, n.55.

De renouando in præiudicium Papæ nihil operatur, num.56.

57 *Superioris auctoritas in qualibet promissione præseruata censetur, & n.61.*

PAulus de Midaburgo, Episcopus Forosemproniens. sub die 26. Decembris anni 1528. bona de quibus agitur per se, suósque successores, & vice, & nomine dicti Episcopatus, &c. dedit, cessit, & concessit in emphyteusim, & iure Emphyteotico dicti Episcopatus renouauit glor. mem. Eleonoræ de Gonzaga Vrbini Ducissæ, &c. stipulanti, & recipienti pro se ipsa, & eius filiis, & nepotibus masculis tantùm, & deficientibus masculis prædictis, pro filiabus, & nepotibus masculis, & fœminis ex se ipsa, de legitimo matrimonio descendentibus, per lineam directam vsque in eius tertiam generationem, & personam completam, &c. cum clausula *ad habend.* &c. & pacto expresso quod finita linea, dictæ res renouatæ, cum omni eorum melioramento, liberè in, & ad dictum Episcopatum reuertantur, & recadant, &c. & tunc liceat, & licitum sit prædicto D. Episcopo, vel eius successoribus, &c. realem tenutam, & corporalem possessionem apprehendere, & retinere sua propria auctoritate, absque alicuius Iudicis, vel Curiæ, aut Prætoris licentia, non obstantibus aliquibus legibus, statutis, constitutionibus, &c. in contrarium disponentibus, vel loquentibus, quia sic inter ipsos factum extitit, & conuentum.

Anno

Anno autem 1634. die 6. mensis Iulij Federinus Fregosius, Archiepiscopus Salermitanus, tunc perpetuus Commendatarius Monasterij Sanctæ Crucis Fontis Auellanæ, Ordinis Sancti Benedicti, Eugubinæ, seu nullius Diœcesis, alia bona, de quibus etiam agitur, ad idem Monasterium, iure directi dominij, pertinentia, dedit, cessit, confirmauit, & renouauit eidemmet Eleonoræ Vrbini Ducissæ, &c. stipulanti, & recipienti pro se, & ipsius filiis, & nepotibus masculis, & fœminis, per directam lineam descendentibus, vsque in eius tertiam generationem & quartam, ad renouand. &c. cum clausula, *ad habendum, &c.* necnon expressa conuentione, quod si quo tempore dictæ res renouatæ deuolutæ fuerint ad dictum Monasterium, per lineam finitam, &c. possint præfati Commendatarius, Syndicus, ac Procurator eiusdem Monasterij tenutam, & corporalem possessionem dictarum rerum renouatarum accipere, & eas retinere, & fructuare, cum omni suo melioramento, eorum propria auctoritate, & prout sibi placuerit, & in emphyteusim concedere sine licentia alicuius Officialis, vel Iudicis, aliquibus statutis, ordinibus, reformationibus, & constitutionibus in contrarium non obstantibus, &c. quibus expressè renunciauit, &c.

Eleonora ex Francisco Maria Duce suscepit Guidobaldum, ac Iulium Cardinalem, Guidobaldus procreauit Franciscum Mariam, postremum Vrbini Ducem, qui Serenissima Victoria ex Federico filio prædefuncto nepte superstite, paucis abhinc annis decessit, necnon Virginiam, Isabellam, & Lauiniam, Virginia & Isabella sine filiis defecerunt: Lauinia autem, Vasti Marchionissa, susceptis filiabus Catharina Nouellariæ Comitissa iam defuncta, necnon Isabella Piscariæ Marchionissa, ac Maria in Monasterio Pisaurensi Sanctæ Catherinæ Moniali professa, sorore Maria Lauinia nuncupata, viuentibus, cum post obitum præfati Francisci Mariæ Ducis, tanquam vnica neptis, ex Ducissa Eleonora superstes, & sic in præfatis duabus inuestituris comprehensa, possessionem dictorum bonorum emphyteoticorum assequuta fuerit eadem bona, & alia quæcumque in supradictis inuestituris, & qualibet earum quomodolibet comprehensa, seu alias quomodolibet dependentia anno 1632. sub die sexta Maij cessit, transtulit, & renuntiauit S. D. N. pro quacumque persona à sanctitate sua ad eius beneplacitum, & liberam voluntatem quandocumque nominanda, prout eodemmet anno 1631. septimo Kal. Iunij Illustrissimum atque Excellentissimum D. Thadæum Barberinum vrbis Præfectum, & Præuesti Principem nominauit, eundémque præuia narratiua tenoris dictarum inuestiturarum, & superexistentiæ dictæ Serenissimæ Victoriæ Isabellæ, ac sororis Mariæ Lauiniæ, motu proprio, & ex causa benemeritorum cum amplissimis clausulis derogatoriis, inferiores dictorum bonorum emphyteoticorum directos Dominos præueniendo, inuestiuit, vt in litteris, de quibus *in sum. num.* 8. Quas etiam litteras postmodum subsequuto præfatæ Marchionissæ Lauiniæ obitu, necnon omnia in illis contenta, respectu dictæ nominationis, & inuestiturarum, idem sanctissimus ipsomet anno 1632. ibidem Iunij confirmauit, vt de nouo, cum eisdem clausulis derogatoriis concessit, vt *in sum. n.* 10.

Verum cum Serenissimæ Victoriæ, cuius agentes ius, & possessionem D. Præfecti controuertebant per sententiam Reuerendissimi D. Vrbini Vicelegati, instante Illustrissimo D. Alphonso Gonzaga necessariò defensore, vti hærede Marchionissæ Lauiniæ latum fuerit pronunciatum nullum ius competere, & nihilominus, etiam præfata Isabella, Piscariæ Marchionissa, & soror Maria Lauinia, seu illius nomine Monasterium prætenderet inuestituras Ducissæ Eleonoræ factas adhuc post Lauiniæ Marchionissæ obitum ad sui fauorem durare, vel ex illis, saltem ius renouandi ipsis competere; proindéque Sanctissimi D. N. concessiones non posse ipsis præiudicare: Causa mihi commissa dubitaui, an inuestituræ Apostolicæ D. Præfecto suffragentur; cuius dubij resolutio iuxta prætensiones superius propositas, pendet à duabus principalibus inspectionibus, quarum prima est, an inuestituræ Ducissæ Eleonoræ olim factæ, expirauerint, vel potius adhuc durent ad fauorem dictarum Isabellæ Marchionissæ, & sororis Mariæ Lauiniæ: Altera, an ex eisdem inuestituris competat ius aliquid renouandi.

Quantum attinet ad primam inspectionem, visum fuit Dominis expirasse inuestituras, cum contineant solam concessionem pro Ducissa, filiis, & nepotibus: Quo casu, tam per cessionem seu renunciationem, quàm per obitum dictæ Marchionissæ Lauiniæ, tanquam posterioris Eleonoræ Ducissæ neptis, & sic vltimæ comprehensæ, nullis aliis superstitibus dictæ inuestituræ expirarunt.

Per cessionem quidem, seu renunciationem præfatam, cum Prælatus † possit, durante adhuc 1
inuestitura alium inuestire de consensu vltimi comprehensi: Bald. *cons.* 431. *in fin. vers.* 6. *& vlt. lib.* 2. cum aliis per Caldas *de iur. emphyt. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 3. *vers. de consensu tamen*; & bene conferunt notata per Valasc. *de iur. emphyt. quæst.* 28. *num.* 24. *vers. in emphyteusim.* Per obitum etiam, cum ius omne competens ex dictis inuestituris euanuerit, tanquam limitatum ad solos nepotes, † saltem tacitè, cum de prone- 2
potibus nullam dictæ inuestituræ faciant mentionem: Clar. §. *emphyt. quæst.* 42. *vers. aliquando est concessa in tertiam.* Castr. *cons.* 68. *circa med. vers. similiter etiam*; & *cons.* 338. *num.* 1. *lib.* 2. Corn. *cons.* 219. *n.* 11. *lib.* 2. Socin. *cons.* 25. *num.* 5. *& 6. lib.* 1. Cephal. *cons.* 582. *num.* 1. Qui postremi Doctores mouentur, ex eo quod, cum huiusmodi inuestituræ † contineant dispo- 3
sitionem stricti iuris strictè sunt interpretandæ, *l. quidquid astringendæ, ff. de verb. oblig.* Quæ interpretatio tantò magis admittenda est, cùm sit consona naturæ ipsius emphyteusis, † quæ re- 4
gulariter pro tribus personis conceditur, vt *in* §. *emphyteusim, in auth. de non alien. & permut.* cuius dispositio † non videtur correcta, *in* §. 5
licentia, in auth. de alienat. & emphyt. nisi quando emphyteusis expresse conceditur in perpetuum, † vel vsque ad pronepotes, inclusiuè, vt 6
bene & eleganter Rota *in causa Assisiens. emphyteusis 27. Iulj 1629. coram R. P. D. meo Merlino.*

Hinc referendo ad resolutionem dubij, de quo agitur, an scilicet inuestituræ Apostolicæ Excellentissimo D. Principi Præfecto suffragentur appositè sequitur, quòd quemadmodum in prædictis casibus potuissent Domini † directi, 7
inferiores, de dicta emphyteusi, sic deuoluta disponere, multò magis idem facere potuerit, &

quidem iure proprio S. D. N. tam præueniendo, quàm concurrendo cum eis, *ad text. in c. dudum, c. quamuis, & c. si à sede, de Præben. in 6. Clem. 1. vt lit. pend.* Bald. qui loquitur de infeudatione in præiudicium Domini inferioris, *in cons.233. num.1. & 2. vol.3.* & in contractu locationis in quo Papa præuenit inferiorem latè, ac eleganter *in cons.24. per tot. vol.2.* vbi *num.1.* dicit quod Papa ratione supremæ Pontificalis potentiæ & potestatis, qua omni Ecclesiæ præsidet, potest res, & bona omnium Ecclesiarum orbis administrare, & disponere, pro libito suæ voluntatis: Præsertim subsistentibus causis, itaut quod fit ab eo videatur procedere ab ore Dei; ideóque tolerandum si quicquam facit, detrahendo de iure aliorum, & benè etiam *in consil.175. num.2. vers. præterea hic Dominus Papa, eod. vol. 2.* vbi in fortioribus, quod Papa alienando bona particularium Ecclesiarum sunt ipsius quoad liberam, & plenam dispositionem, & nullus Prælatus mundi, potest aliquid facere
8 sine auctoritate, saltem tacita, Papæ, † qui tanquam Pater Patrum cum omni Prælato in potestate iurisdictionis concurrit, vt notat Io. Monach. *in c. si eo tempore, de elect. in 6.* Corn. *cons. 343. vers. 2.* & fortius *vol.1.* Staphil. *de lit. grat. vers. post hæc, num. 6.* Fortun. Garz. *de vlt. fin. Iuris Can. & Ciuil. num.15.* Iordan. *de Roman. sed orig. c. 12. num.20.* Franc. Varg. *de auctorit. Pontific. confirm. 7. num.3.* & quod Papa
9 † possit infeudare non solùm res Ecclesiæ Romanæ, sed aliarum etiam Ecclesiarum, itaut concurrat cum omni Prælato, firmant Bald. *in c. 1. num.2. vers. qui potest*, vbi etiam Ias. *num. 5.* Afflict. *num.6. vers. quod Papa, cum num. seqq.* Præposit. *num.9. de his, qui feud. dare poss.* Gemin. *cons.14. num.2. & 3.* Bald. *cons.95. num. 2. lib.3.* Castr. *cons.414. vers. item vt alibi dicit, lib.1.* Card. *cons.92. num.1. vers. quoad secundum.* Curt. iun. *de feud. part.1. secunda partis, quæst.11. n.3.* Felin. *in c. ad audientiam, num. 2. de præscript.* quem cum aliis refert Redoan. *de reb. Eccles. non alienand. quæst.7. num.1.* Intrigliol. *de feud. centur.1. quæst. 53. num. 108. & seqq.* Scharader. *de feud. quæst.4. c. 2. num.4.* Peregr. *de iur. fisc. lib.1. tit.3. num. 88. & 90.* vbi quod potest inuestire quascumque personas etiam sibi coniun-
10 ctas: Præsertim si iusta, † ac rationabilis causa concurrat, qualis est illa, quæ vt inferiùs dicetur in Excellentissimo Principe Præfecto, exuberat, simúlque expressa est excellentia meritorum. Bald. *in l. cum multa, num.2. vers. Papa, C. de bonis quæ liberis*; & bene Paris. *consil. 23. num.251. lib.1.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.2. num.63.* Afflict. *in dict. c.1. num.19. de his qui feud. dare poss.* & innuit Alex. *cons.3. num.8. vers. vnde dicit, vol.5.* & in specie, quod de bo-
11 nis emphyteoticis Papa † possit disponere, tam præueniendo, quàm concurrendo cum ordinariis: Caldas *de iur. emphyt. lib.2. c.21. num.58. & lib.4. c.15. num.55.* Gabr. *cons.30. num.8. & seqq. vol.1.* Paris. *cons.24. num.12. vol.4.* & quod etiam
12 durante inuestitura, possit Papa † in casu deuolutionis, præueniendo, inuestire. Rot. *decis.664. num.11. part. 2. rec.* cum in ipsis bonis emphy-
13 teoticis † Ecclesiæ sit absolutus Dominus, & administrator: Seraph. *decis. 45. num.4.* quemadmodum est in omnibus aliis rebus, & bonis
14 Ecclesiæ, in quibus † habet liberam potestatem: Rot. *decis.11. n.7. p.2. recent.* Hinc in his terminis dicimus, quod vbi Papæ concurrit authoritas, cessat † potestas inferioris: Idem Seraphin. 15
decis.581. n.1. & decis.1027. n.8.

Nec præfatæ bonorum deuolutioni superius firmatæ obstare visa sunt verba dictarum inuestiturarum, ibi, *vsque ad tertiam ipsius generationem*; quæ cum non possint referri ad primum acquirentem, in quo dicta generatio non potest verificari, cum nemo generet se ipsum. Proptereà operantur, vt prima generatio incipiat à filiis: secunda continuetur in nepotibus, & tertia in pronepotibus † finiatur; iunctis præsertim 16
dictione, *vsque*, pronomine, *ipsius*, ac verbo *completam*, de quo in prima inuestitura: ideóque ad hodiernam dictarum inuestiturarum durationem, & successiuam dictarum Marchionissæ, Isabellæ, & sororis Mariæ Lauiniæ proneptum in præfatis inuestituris compræhensionem, intret doctrina Bart. quam expendit Bald. *in auth. si quas ruinas, num.4. vers. aut instrumentum dicit, C. de sacros. Eccles.* Socin. sen. *cons.25. num.3. & 4. vol. 1.* & passim admittit Rota *decis.220. per tot. part.4. diuers. & in recent. coram me in decis.305. n.1. & seqq. part.1. & decis.221. num.1. part.3. & decis.407. num.2. part.3.* Prout etiam apud sanctæ memoriæ Greg. *decis. 522. num. 11.* Quia pro resolutione huius obiecti
† considerarunt Domini, quod sententia Bald. 17
cum cæteris, quæ in obiecto ponderantur, possunt procedere, quãdo facta esset simpliciter concessio Titio, vel Titio & suis descendẽtibus, vsque ad tertiam illius generationem completam: Non autem quando procedit expressa determinatio, sed designatio personarum, quibus specificatim conceditur; prout in casu nostro, in quo prius Ducissa acquisiuit specificè, ac determinatè pro se, filiis & nepotibus, additis immediatè verbis, ad tertiam generationem, quæ proptereà hoc casu, in quo deficit vlterius copula, & stant demonstratiuè, non autem argumentatiuè ad personas expressas, tanquam constituentes tertiam generationem paternam, vt pulcherrimè aduertit Castr. *d. cons.338. num.2. lib.2.* Idem Socin. *d. cons.25. num.4. vers. licet secus sit, cum pluribus seqq.* qui licèt *sub num. 8.* dicat articulum esse dubium: Attamen inferius *sub num.28. vers. ex persona hæredis*; residet in hac opinione, vt aduertit Simon de Præt. *cons. 2. num.3. lib.1.* quam etiam admittunt Cephal. *cons.582. n. 13. & 14. & cons.585. n.8. lib.5.* Honded. *cons.54. num.13. lib.1. & cons.32. num.38. & 41. lib.2.* Turret. *cons.33. num.22.* Simon de Præt. *cons.2. num.3. in fin. & num.4. & cons.20. num.13. & cons.88. num. 24. vers. Præterea, lib.1.* Modern. Bononiens. *var. resol. c.53. n.2. lib.2.* Ambrosin. *decis. Perus. 19. num. 5.* prout hanc opinionem passim sequitur etiam Rota, vt subobscurè *in decis. 112. per tot.* apud Veral. & clarius *in Perusina emphyteusis 27. Iulij 1628. coram R. P. D. meo Merlino*, in qua benè fuit ponderatum, quòd Castrensis in hoc dicto à nemine reprobatur, & quod verba illa, *vsque in tertiam ipsius generationem*; nec contrarientur antecedentibus, debent exponi pro recipiente, eiúsque filiis, & nepotibus; & si Prælatus voluisset comprehendere etiam pronepotes, illos nominasset quemadmodum filios, nepotésque expressit. Quæ fundamenta reassumuntur etiam *in eadem Assisiens. coram præfato R. P. D. meo Merlino 18. Martij 1630. & coram R. P. D. meo Macchiauello, 2. Iunij 1635.* & iuxta hunc intellectum pater
† vti generatus ab aliquo dicitur in prima gene- 18
ratione

ratione passiuè suscepta, filius in 2. & nepos in 3. sic gradatim progrediendo *c. parentelæ*, 35. *quæst*. 5. & præ cæteris est optimus textus, & quidem Euangelicus apud. Matth. *c*. 1. vbi enumerando quatuordecim generationes, ab Abraham vsque ad Dauid; Abraham quidem licèt primus generans, ponitur in prima generatione, Isaac in secunda, & sic gradatim vsque ad Dauid, existentem in 14. generatione: Idémque habetur etiam de aliis 14. generationibus in quibus primus generans ponitur semper in prima generatione, vt in terminis doctè aduertit Simon de Præt. *d.cons*.20. *num*. 16. *& cons*.88. *num*.8. & ante *n*.17. *& n*.24.*lib*.1.

Verum quatenus conclusio ista, quæ apud Dominos pro indubitata habebatur, aliquam pati posset dubietatem, consideratum fuit illam de plano, & absque difficultate aliqua, procedere in casu isto, in quo concurrunt ad illius con-
19 firmationem, adminicula † & coniecturæ, ex ipsa contrahentium voluntate desumptæ, quas etiam in similibus terminis exquisiuit aliàs Rota, vt apud Seraph. *decis*. 1362.*num*.2.*vers*. *& hanc conclusionem*, & *in decis*.6.*num*.4.*in recent*. aliàs *part*. 5.*recent*.

Prima desumitur ex interpretatione, quam insinuat subsequens clausula, *ad habendum. &c*. in qua dum datur facultas expressè, ac nomina-
20 tim conceditur Ducissæ, filiis, † & nepotibus, signum euidens, quod de illis solis, ita sæpius expressis fuit cogitatum, vt in puncto aduertit Simon de Prætis *d.cons*.20.*num*.11.*post med. vers. id clarius*, *lib*. 1. Regula est enim, quod vna
21 pars † scripturæ aliam declarat, vt in proposito arguit Socin.iun.*cons*.14.*num*.8.*vers*.4.*quod filij*, *vol*.4. & aduertit Rota *decis*. 499. *num*. 3. *&* 4. *part*. 3. *recent*. & innuit *in eadem Perusina emphyteusis* 20.*Martij* 1628.*coram R. P. D. meo Dunozetto*.

Secunda elici potest ex verbis illis, *per lineam directam*, arguendo, quod quemadmodum linea
22 † sumit initium à primo acquirente; idem etiam contrahentes verisimiliter senserint de proximo verbo, *generationem*, ita vt idemmet primus acquirens in ea debeat computari, tanquam principium generationis, vt animaduertit Simon de Præt. *dict.cons*.2.*num*.4.*& seqq.& cons*.88. *n*.9. *lib*.1. quem sequitur Honded.*d.cons*.32.*num*.42. *lib*. 2.

Tertiò deducitur ex natura, ac qualitate emphyteusis Ecclesiasticæ, quæ sicuti iuxta for-
23 mam antiquam, † pro tribus dumtaxat personis, extensiuè ad solos nepotes, regulariter conceditur, vt *in d.§.emphyteusim*, iuncto etiam §. *quia verò Leonis*, *&* §. *neque illud*, ac §. *alienationis*, *in auth.de non alien*. Anchar.*cons*.134. *in princ*. Anan. *cons*.184.*num*.4.Natt.*cons*.3.*n*.12. Ruin.
24 *cons*.15.*num*.7.*lib*.3. quæ forma non † fuit correcta *in §. licentia, in auth. de alien. & emphyt*. vt superius ponderatum fuit *ex decis. Assisiens. coram R.P.D.meo Merlino*

Ita etiam præsumendum est, vt concedens huic formæ se conformare voluerit, vt in puncto considerant Castr.sæpius alleg. *cons*.138. *num*.1. *lib*.2. Socin.*cons*.25.*num*.5.*vers*.*Item quia*,*lib*.1. Simon.de Præt.*d.cons*.582.*num*.12.*&* 17.*lib*.4. Gabr.*cons*.68. *num*.2. *lib*.2. Quam coniecturam passim quoque amplectitur Rota *in præfatis Perusina emphyteusis* 27. *Iunij* 1629. *coram R. P. D.meo Dunozetto*, *& in Assisiens. emphyteusis* 27.*Iunij* 1629. *coram R. P. D.meo Merlino*, *& in eadem* 1. *Iunij* 1635. *coram R. P. D. meo Macchiauello*.

Quæ præsumptio tantò magis incalescit, ex eo quòd cum agatur de materia † stricti iuris, vt 25
firmat Valasc.*de iur.emphyt.quæst*.5.*num*.7.*&* 8. *& quæst*.28.*ante num*.22. facienda est stricta interpretatio, *l. quicquid adstringend*. *ff. de verb. oblig*. & in puncto considerat Castrens. & Soc. *locis prædictis*.

Quarta coniectura respectu inuestituræ Forosemproniens. colligi etiam † potest ex taxatiua 26
dictione illa tantùm immediatè adiecta verbis illis, ibi pro se, & nepotibus masculis tantùm; quæ dictio, cùm vim comprehensionis restringat ad personas specificatas, & sic ad solos nepotes ad text. *in l.Iulianus*, *& l. non tantùm*, *ff. de petit.hæred*. Rimin.iun. *d.cons*.257. *num*.33. *&* 34.Caldas *de iur.emphyt.lib*.1.*quæst*.11.*n*.15. Surd.*decis*.291.*num*.19. Rota *decis*.600. *num*.7. *& decis*.740.*num*.4.*part*.2.*recent*. vtique interpretatur, & restringit etiam subsequentem latitudinem verbi *generationis*, ad solos nepotes, vt bene Add.ad Alex. *cons*.403. *num*.63. Rota *decis*. 499. *num*. 4. *part*. 3. *recent*. & ponderatum fuit *in d.Assisiens.emphyteusis* 18. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino*, in qua fuit vlterius ingeniosè animaduersum, quòd eadem dictio, tantùm, non stat relatiuè, ad proximam qualitatem masculinitatis, illic accessoriæ, sed restrictiuè ad latitudinem tertiæ generationis, tanquam magis principalis; prout fuit etiam eleganter deductum *in ead.Assisiens*.2. *Iunij* 1635. *coram R P.D.meo Macchiauello*.

Quinta coniectura, respectu eiusdemmet inuestituræ Forosemproniens. desumi potest ex verbo illo *personam*, † quod sicuti operatur, vt em- 27
phyteusis concessa ad tertiam personam, incipiat à primo acquirente, & terminetur in nepotibus. Ita etiam præstare potest congruam declarationem verbo *generationis*, vt in puncto considerat Gabr. *cons*.68. *num*.4. *lib*.2. & benè Simon de Præt. *d.cons*.2. *num*. 10, *vers*. 2. *etiam corruit*, *cum seqq.lib*.1.

Sexta tandem, & vltima, quæ ponderata fuit ex abundanti, elicitur ex consuetudine, & obseruantia sic interpretandi inuestituras istarum Ecclesiarum, pro cuius probatione, respectu Ecclesiæ Auellanæ concurrunt, non solùm duo testes † formiter examinati *in sum. num*. 11. qui 28
bene probant cum deponant de consuetudine valida, ac declarata per actus repetitos, & vniformes, ac etiam de publica voce, & fama iuxta tradita per Rotam *in causa Farfens. Villæ Caporla* 12. *Febr*.1593. *coram bon. mem. Penia*, quæ est *decisio* 518.*num*.2. *part*.4. *diuers*. Sed etiam accedit attestatio olim facta Iurisconsulto Attilio Rugerio, cuius meminit Rimin. iun. *cons*. 257, *num*.26.*vol*.3.

Quinimò concurrunt alterius consuetudines finitimarum Ecclesiarum Senegalliens. & Vrbinatens. de quibus attestatur † Gabr.*cons*.88.*n*.4. 29
vbi dicit adiudicatum, & obseruatum, & *cons*.90. *num*. 1. *lib*.1. *& cons*.68. *num*. 6. *lib*.2. cui tanquam viro præstantissimo, & in huiusmodi negotiis maximè perito, credendum esse in hoc firmat Ceph. *d.cons*.582. *num*. 22. *lib*. 4. prout eum sequitur idem Rimin. iun. *dict. cons*. 257. *num*.27.*&* 28. quæ quidem consuetudines † pa- 30
trocinantur, & extenduntur de loco ad locum, vt per DD. relatos per Rimin. *dict. num*. 28. *&* 29.

Quæ

Quæ quidem consuetudines maximè cùm non sint contra ius, sed conformes dispositioni iuris, vt in voto bon.mem.Cardinalis Caualerij, & Patriarchæ Mazzandi emanato in causa Senogalliens. Castrorum inter postremum Vrbini Ducem, & Marchionem de Ruuere, *in fine num.* 12, cuius etiam meminerunt Addentes *ad san.mem.Greg.decis.*522.*n.*20.*in fin.*in quo voto ponderatum fuit, quòd quidquid sit, an consuetudo Ecclesiæ vicinæ patrocinetur, ad minus deseruit pro adminiculo: respectu verò Ecclesiæ Forosemproniens. benè intrant proximè ponde-
31 rata ex consuetudine † vicinarum Ecclesiarum, ideóque firmata prædicta consuetudine, optimè procedit vulgaris conclusio, quod mens Prælati concedentis circa extensionem interpretatur ex stylo, obseruantia, ac consuetudine Ecclesiæ: Bald.*in d. auth.si quas ruinas, num.*4. *vers. credo in hoc, C.de iur.S.Ecclesiis*: Socin.*dict.cons.*25. *num.*8.*lib.*1. Ias.*in l.*2.*num.*66.*C.de iur.emphyt.* Alex. *cons.*125. *num.* 4. & 5.*lib.*5. Gabr. *dict. cons.*88.*num.*4. & *cons.*90.*n.*1.*lib.*1. & *cons.*68. *num.*6.& 7.*lib.*2.Rimin.iun.*d.cons.*257.& *seqq.* Honded. *alleg. cons.*54. *num.* 10. *lib.* 1. Turret. *d.cons.*33. *num.*2. Cephal. *præcit. cons.*582.*n.*2. Simon de Præt.*cons.*20.*num.*2. Mantic. *de tacit. lib.*22. *tit.*25. & 28. & alios concord. cumulat Caldas *de iur.emphyt.lib.*1.*quæst.*9.*num.*15.Ambrosin.*decis.Perus.*19.*num.*7.& obseruauit etiam Rota *in causa Farfen. Villæ Caprolæ* 20. *Maij* 1592. *coram bon.mem.Penia, & in ead.* 12. *Februarij* 1593.*coram eodem*, quæ est *decis.*518. *num.*4.*part.*4. *diuers.* prout etiam *in præallegata Assisien. emphyteusis* 8. *Martij* 1630. *coram R. P.D.meo Merlino.*

Ex quibus etiam apertissimè liquet non esse
32 discutiendum fundamentum † illud contrariæ opinionis, an scilicet iuxta Ruin. *cons.*186. *n.*8. *lib.*1.& alios,quos refert Mantic.*de tacit.lib.*22. *tit.*25. *num.*26. *vers. præterea appellatione nepotum*, veniant pronepotes, quia quidquid sit an in contractu stricti iuris veniant, plenè constat in casu isto venire non posse cum repugnet concedentis voluntas quæ abundè ex ponderatis elicitur: Prout in simili videmus, appellatione filiorum, nepotes non venire, quando testatoris, vel legis voluntas resistit: Menoch. *cons.* 215. *num.*47.& *præsumpt.*94.*num.*2.*lib.*4. Mantic.*de coniectur.lib.*8. *tit.*8. *num.* 8. & in terminis istis, quod appellatione nepotum, non veniunt pronepotes ex tacita contrahentium voluntate, tenuit Castr.*d.cons.*538. *dict. num.*1. *lib.*2. Corn. *cons.*112.*num.*19.*lib.*2. qui firmat tunc non venire, quando constat de voluntate contrahentium: Simon de Præt. *d.cons.*20. *num.*11. *iunct. num.* 9. *lib.*1. Ambrosin. *in d.decis.*19. *num.*3. & 4.

Quantum attinet ad principalem secundam inspectionem, an scil. prædictis Marchion. Isabellæ, ac sorori Mariæ Lauiniæ ex præfatis inuestituris
33 competat hodie ius aliquod renouandi † DD. responderunt ius nullum competere; aut enim deducunt præfatum iūs, ex æquitate, aut ex conuentione ad tradita per Bald. *in auth.si quas ruinas, n.*5.& *seq.de sacrosf.Eccl.*

Et quantum attinet ad æquitatem, de qua Bart. *in l.*1.§.*præmittitur,ff.de aq.quotid.*cum ex superiùs deductis, certissimum sit Papam in bonis Ecclesiæ emphyteoticis, habere absolutam & omnimodam potestatem, facilè respondetur, quod sanctissimus D. noster, tanquam Princeps supremus, potuit, & voluit huic æquitati derogari: Potuit † quidem, quia cum huiusmodi æqui- 34
tas sit iuris positiui, potest per supremum Principem tolli. Gemin. *in cons.*53.*in princ. vers. quædam est potestas suprema*: Abb.*cons.*64. *num.*3. & *seqq.lib.*1.Verall.*decis.*62.*num.*6.& *decis.*316. *num.*3.*part.*2.Mohed.*decis.*5.*de sent.& re iudic.* Rota *decis.*666.*num.*3.*part.*4.& *decis.*687. *n.*8. *part.*2.*recent.* & facit etiam Alex. *cons.*2. *n.* 20. *lib.*1. Card. *in cons.*85. *num.* 2.*vers. Respondeo:* Ias. *cons.*227. *num.*45.& *seqq. vol.*2. & in puncto tenuit Paris. *cons.*23. *num.*250. *vol.*1. quem refert, & sequitur Gabr. *de iur.emphyt. concl.*1. *num.*22. Rosental. *de feud.cap.*7.*concl.*24.*n.*24. vbi gloss. *in Littera I,*Ronit. *cons.*79. *num.* 48. Velasc. *de iur. emphyt. quæst.*3. *num.* 9. & bene Rota *in causa Clusina Rotæ* 20. *Martij* 1615. *coram R. P. D. meo Pirouano,* quæ est *dict. decis.*664. *num.*9.*part.* 2. *recent.* vbi, quod Papa non ligatur huiusmodi æquitate: Quæ conclusio tanto facilius in casu nostro procedit: Primò, quia in deneganda deuolutæ emphyteusis renouatione agnatis, non agitur de tollendo iure ipsis agnatis quæsito, ex dispositione iuris, seu legis ciuilis; sed imò de præseruanda iuris, legisque ciuilis dispositione, secundum
quam finita emphyteusis concessione † res ipsa 35
ad Dominum reuertitur ex regul.text.*in l.ne cui,* & *l.legem, C. locat.* & *l.ludum, C. de contrah. empt.* Ita vt propterea dicantur huiusmodi re-
nouationes † ex æquitate contra iuris regulas 36
procedere: Caldas *de iur.emphyt.lib.*1. *quæst.*7. *num.*28.& *quæst.*9.*num.*21. vbi æquitatis istius decisionem exorbitantem appellat: Ideóque licèt per dictam æquitatem quam traducto à Græcis
vocabulo, aliter epicheiam † DD. nuncu- 37
pare consueuerunt, dicatur restringi vel moderari rigor iuris. Layman. *in Theolog. moral. lib.*1. *tract.*4. *c.* 19. *in princ.& num. seqq.* & quidem per viam interpretationis, quæ in casu dubio pertinet ad Principis potestatem, *l.*1. *C.de legib.* in quo propriè dicitur dispensatio: Salas *de legib.disput.*20.*sect.*1. *num.*3. *vers. si vero probabiliter.* Attamen quemadmodum dicta æquitas
† aduersus legem vniuersaliter scriptam, vide- 38
tur casum particularem respicere tanquam supplens vel corrigens defectum ipsius legis, iuxta mentem Legislatoris, vt ex Arist. 5. *Ethicor. c.*10. & D.Thom. 2. 2.*quæst.*120. *art.*1. deducunt Salas *d.tract.*14.*quæst.*94.*disput.*5.*sect.*10. *num.*68. *vers.nota tamen*; & Laym. *dict. c.* 19.
num. 1. Ita Princeps † potest restringere, rela- 39
xare, ac moderare in vno casu, & non in alio ad libitum suæ voluntatis. Salas *vbi supra, dict. num.*68. *vers.nec semper peccabit Princeps.* Vnde id maximè videtur admittendum in casu isto, in quo cum agatur de bonis Ecclesiasticis latius patet, & exuberat ex superius deductis potestas, & officium Summi Pontificis in concedenda derogatione, † per quam res ad suam natu- 40
ram, & prima iuris, vt dictum est principia reducitur, argumento text.*in l.penult. ff.de iustit. & iur. l. si vnus*, §. *Pactus ne peteret, vers.quod & in species, ff. de pact.* & in similibus terminis huiusmodi argumento vtitur: Ruin.*cons.*45. *num.*20.*lib.*1.

Secundò, quia in Domino Præfecto exuberat iusta, & rationabilis causa excellentiæ meri-
torum † per Summum Pontificem potissimè 41
contemplata, quæ sufficit vt in terminis præiudicij quod sequitur inferioribus directis Dominis,

minis, ex præuentione, vel concursu Papæ deductum fuit superius ex Bald. *in l. cum multa, num.2.vers.Papa,C.de bonis,quæ liber.* quem sequitur Ias. *d.cons.*227.*num.*35.*vol.*2. Alex. *consil.*3.*n.*8. *vers.vnde dicit. vol.*5. Afflict.*in cap.*1. *n.*19.*de his qui feud.dar.poss.* Redoan.*de reb.Eccles. non alienand.quæst.*2.*num.*36.Peregr.*de iur. fisc.lib.*1. *tit.*3. *n.*88.*&* 90. & in puncto præiudicij quod infertur Agnato, & tenet Paris. *præcit.cons.*23.*num.*251.*lib.*1. quem sequitur Gabr. *de iur. emphyt. d. conclus.*1. *num.*22. referens ex Paris.iustam causam derogandi esse quando supremus Princeps alteri, quàm Agnato concedit propter bene merita, causa enim meritorum dicitur iustissima, & rationabilis, in concedente etiam in materia prohibitoria, vt latè ad propositum considerat Ias. *d.consil.* 227. *num.*35. 36. *&* 37. *lib.* 2. vbi etiam Adden. *in litt. S, & I, & cons.*101.*num.*12. *vol.*4. vbi quod prohibita alienari, seu donari per tutores rectè donantur ac alienantur, vt fiat remuneratio benemeriti, & in Principe qui alias non potest donare, neque alienare terras suis vassallis; quod causa remunerationis meritorum id præstare possit latè deducit *in cert. auct. post regul.* Socin. *reg.*6.*incip.* donare non potest in prima, & secunda fallentia, quorum quidem meritorum probatio non est necessaria in præfato D. Præfecto; Primò,
42 quia sunt notoria,† pleniúsque comprobata fœlicissimo Ecclesiasticorum armorum Principatu, in quo difficillimis planè temporibus, tam ipse vigilias suas, quam rec.mem. Carolus, illius parens, vitam ipsam publicæ tranquillitati consecrauit generosè, vt in simili Ias. *dict.consil.*227. *num.*37. *vers.& si diceretur, volum.*2. Secundò etiam, quia sunt authorizata, assertione ipsius
43 Sanctissimi D. N. † in illis motu proprio, & ex certa scientia, se fundantis, cui quidem assertioni etiam in tertij præiudicium standum esse firmarunt Ias.*d.consil.*227.*num.*38. *iuncto,n.*40. *vol.*2.*& cons.*101. *num.*16. *&* 17. *volum.*4. vbi quod circa benemerita, assertioni ipsius Principis in hoc se fundantis est standum, vt *in Clementin.*1.*de probat.* Subiungens quòd imò etiam vbi Princeps se fundat in facto alieno tunc præsumitur pro illius assertione, quamuis contrarium probari possit; præsertim si motu proprio concedat iuxta Abb. *in cap.dudum de priuileg.& in d.Clement.*1.*de probat.*quæ conclusio tanto facilius admittenda est, in casu nostro, in quo factum istud meritorum præfati D.Præfecti non est omnino alienum respectu ipsius Sanctissimi D.N. ex eo quòd assistit lateri sanctitatis suæ obtinétque Supremam, non tam Vrbis quàm militiæ Apostolicæ præfecturam; itaut Sanctitas sua possit cognoscere, ac scire,
44 † pleraque beneficia quæ præter alia, orbi toto notissima, tam præfatus eius Parens, quàm ipsimet, mediantibus Officiis suis, sibi, & Apostolicæ Sedi impenderunt,vt in puncto considerat Ias.*d.cons.*101.*num.*16.*vers.Et tanto magis,vol.*4.

Quod autem Sanctissimus D.N. voluerit, eidemmet æquitati derogare, clarè ostendit. Pri-
45 mò, qualitas ipsa concessionum, † de sui natura præiudicialium, ad quas, præuia narratiua inuestiturarum olim factarum Ducissæ Eleonoræ, necnon superexistentiæ dictarum Serenissimæ Victoriæ, Marchionissæ Isabellæ,& sororis Mariæ, & sic cum indubitata scientia iuris ex dicta æquitate competentis, processit, quo casu nulla exquiritur expressa derogatio; cum sufficiat tacita, quæ venit ex natura actus præiudicialis, ad latè tradita per Rotam *in decis.*607. *num.*4. *part.*3. *recent.* & alibi passim. Secundò, idem demonsttant amplissimæ clausulæ derogatoriæ
† quæ reperiuntur, non solùm in prædictis con- 46
cessionibus; verum etiam specificè continentur in Breui eiusdem Sanctissimi D.N. expedito sub die 1.Iunij eiusdemmet anni 1632. Prout eas in his terminis ponderat etiam Ias. *dict.consil.*227. *num.*43.50.*&* 53. *vol.*2. Gabr. *d. cons.*30. *n.*6. *vol.*1. cum aliis latè per Paris. *cons.*24. *num.*11. *& seqq. lib.*4.

Hæc autem potestas, simúlque voluntas derogandi huic æquitati, tantò magis remanet iustificata in casu isto, attenta renunciatione, seu cessione, quam Marchionissa Lauinia fecit in manibus Sanctissimi: licèt enim Bart.*in d.§.permittitur*, ex præfata æquitate interpretatiua concedat ius petendi renouationem agnatis in emphyteusim per obitum vacantem.Non id tamen admittit,quando emphyteusis vacat per resigna-
tionem, † aut cessionem vltimi comprehen- 47
si factam in manibus,vel ad fauorem directi Domini, aut alterius; hoc enim casu cessio, seu refutatio nocet iis, quibus per mortem cedentis, resignantis, aut refutantis, illa erat acquirenda, ita vt etiam citra aliquam derogationem, nullus esset locus dictæ æquitati ad tradita in simili per Lucam de Penna *in l.sancimus prima,in fine, C. de Consulibus, lib.*12. quem refert Tiraquell. *de retract. lignag,* §.34. *gloss.*1. *n.*4. & facit etiam Bald. *cons.*301.*num.*5. *vol.*1. quos in puncto refert Caldas *de iur. emphyt. lib.*1. *quæst.*9.*num.*1. *& seqq.* vbi dicit se ita obtinuisse in Curia Bracharensi, & bene conferunt deducta per Rot. *in decis.*186.*num.*1. *part.*3. *recent.* & in terminis tenuit Ruin.*d.cons.*45.*num.*20.*vers.& eodem modo,lib.*1. vbi quod ius istius æquitatis non est considerabile, cùm non competat immediatè ex contractu, & multò minùs ante casum deuolutionis, maximè si,vt in casu nostro factum Principis præueniat. Et sanè vera est opinio, quam in fortioribus terminis, disputato latè articulo, firmat Valasc. *de iur. emphyt. quæst.*49. *num.*6. *ante finem,in vers.& ideò posset*: nempè quod in emphyteusi, siue hæreditaria, siue non hæreditaria, siue noua, siue antiqua possit Pater filiis vocatis præiudicare, alienando, renunciando, aut prælegando vni ex filiis, quos casus parificant DD. vt testatur idem Valasc. *eadem quæst.* 49. *num.*2. *vers.Tertium caput est,* & *dict.num.*6. *in princip.* vtique sine aliqua difficultate, admittenda erit conclusio superior per quam non agitur de præiudicando vocatis, in iure quæsito, sed agnatis, nullibi vocatis, in iure quærendo ex dicta æquitate, vt in simili etiam faciunt cumulata per Socin.iun. *cons.*9. *num.*13. *lib.*3. qui loquitur de præiudicio Agnatis in petenda renouatione, oriente ex non solutione Canonis.

Quæ omnia tanto magis sine aliqua difficultate procedunt, in inuestitura Ecclesiæ Auella-
næ in qua cum fuerit expressè conuentum, † vt 48
in casu deuolutionis, posset Ecclesia ingredi liberè possessionem bonorum, illáque alteri concedere in emphyteusim, per necesse sequitur, vt æquitati renouationis fuerit renunciatum, pacto expresso,prout renunciari potest: Riminald.iun. *d.cons.*257.*num.*110.*& seqq.* Socin.iun. *cons.*9. *n.*14.*vers.sed non eundo, lib.*3. Rota *decis.*185.

num.2. part.2. diuerſ. quæ eſt apud Seraph. *deciſ.610.n.2.*

Aut verò iuxta ſecundum membrum ſuperioris diſtinctionis præfatæ Marchioniſſa Iſabella,& ſoror Maria Lauinia deducunt ius prætenſæ renouationis ex conſuetudine iſtarum Eccleſiarum,quam obſeruandam eſſe ſuperiùs firmatū eſt, & quidquid ſit,an ex præfatis inueſtituris vtpotè factæ Duciſſæ Eleonoræ per viam renouationis
49 dicta renouandi conſuetudo † dicatur ſufficienter probata, cum vnicus actus, ad huiuſmodi probationem non ſufficiat, vt per DD. *in d. l.de quibus, ff. de legit.* Abb. *conſ.53.num.1.lib.2.* & in ſimili ponderat Rota *in præfata Aſſiſien. 18. Martij 1630. coram R.P.D. meo Merlino*; facilè reſponſum fuit, quod eidemmet conſuetudini, ſi quæ adeſſet potuit, voluitque ſanctiſſimus D. N. derogare, & de poteſtate, ac voluntate huiuſmodi non eſt dubitandum ex proximè deductis, & vlterius quoad hanc conſuetudinem, tam in vtraque ſanctiſſimi D.N.conceſſione, quàm in dicto Breui adeſt expreſſa, ac ſpecifica derogatio ad vſus, & conſuetudines, tam Eccleſiæ Foroſempronienſ. quàm Monaſterij Auellan.

Aut denique iuxta tertium & vltimum membrum præfatæ diſtinctionis, ſupradictæ Marchioniſſa Iſabella, & ſoror Maria Lauinia prætendunt idem ius renouandi ex particulari con-
50 uentione,† de qua inueſtitura Monaſterij Auellan. in qua facta fuit conceſſio pro Duciſſa Eleonora, illiúſque filiis, & nepotibus, vſque ad tertiam ipſius generationem, & quartam ad renouandum.

Et reſponſum fuit per Dominos: Primò,quòd pactum iſtud non poteſt aduersùs conceſſiones Apoſtolicas de quibus agitur in nihilo ſuffragari, cum ſupradictæ Marchioniſſa Iſabella, & ſoror Lauinia, nullo vnquam tempore ius aliquod reale, aut aliquam poſſeſſionem ex huiuſmodi pacto, aut conuentione habuerint:ad tradita per Caſtr. *in l. cum hæres, circa fin ff.de acquir.hæredit.* & *in l.3. num.3.ff. de teſtam.* & *in conſ.34. num.5.vol.2.* Gozadin.*conſ.8.num.3.* quos refert, & ſequitur Rouit.*d.conſ.79.num.53. in fin.verſ. eſt bene verum:* non quidem de tempore ceſſionis, aut renunciationis per Marchioniſſam Lauiniam factæ, in manibus ſanctiſſimi, & ſic ante
51 caſum deuolutionis, quia pactum † iſtud durante inueſtitura ante deuolutionis euentum,ac diem nullum tribuit ius conſiderabile aut reale: Gabr. *d.conſ.30.ante fin. num.11. & conſ.88. n.1 & 3. vol.1.* Ruin. *conſ.45. num.20. vol. 1.* vbi in iſtis terminis vocat ius iſtud quærendum non curabile, nec etiam de tempore ſecutæ deuolutionis,
52 † non ſolùm quia Sanctiſſimus præuenerat, prout poterat ex deductis vtendo iure ſuo, vt aduertit Ruin. *d.conſ.45.num.20. verſ.& eodem modo:* dicens, quod agnati in hoc caſu conqueri non poſſunt,& quod eſt hoc veriſſimum: Sed etiam quia in omnem euentum, ex eodem pa-
53 cto, † aut conuentione de renouando nullum ius in re, ſeu in bonis, ſed ſola actio perſonalis contra inferiores Dominos directos ad factum, vt ſcilicet fiat renouatio. Angel.*conſ.184.num.3. verſ. & illa verba*, & *conſ. 311. num. 3.* Alex. *conſ.165.num 7.lib.2.* Socin.iun.*conſ.9.num.17. verſ.Reſpondetur, quod nullum,vol.3.* Gabr.*dict. conſ.88.num.1.& 3.lib.1.* Caldas *de iur.emphyt. quæſt.9.n.5.lib.1.* Mantic.*de tacit.lib.22. tit.23. num.1.* Rota *deciſ.215.n.2.part.1.& deciſ.369. num.1.part.2.rec.* Sanctiſſimus Greg.*deciſ.348. n.3.& deciſ.567.n.2.*

Secundò, reſponſum fuit per Dominos, quod admiſſo nunquam tamen conceſſo, quod huiuſmodi pactum poſſet in aliquo ſuffragari, adhuc ceſſaret omnis difficultas ex eo quod idem Sanctiſſimus † potuit, voluítque in præfatis con- 54
ceſſionibus, Breuíque,huic pacto,ac conuentioni derogare: ex latè ſuperius ponderatis; prout in terminis bene reſoluit Rota *in d. deciſ. 664. ante num. 22. part.2. rec.* vbi conſiderat ius petendi renouationem ex pacto; nec præfatæ Marchioniſſa Iſabella, & ſoror Maria Lauinia poſſunt in hoc cóqueri:nam vt latè fuit ſuperiùs deductum, cum Papa ratione ſupremæ Pontificalis potentiæ, & poteſtatis, qua omni Eccleſiæ tanquam ordinariorum omnium ordinarius præſidet, res & bona quarumcumque Eccleſiarum tanquam abſolutus Dominus poſſit adminiſtrare, de illiſque diſponere pro libito ſuæ voluntatis, etiam in tertij præiudicium, præſertim iuſtis ſubſiſtentibus cauſis, vtique vtendo iure ſuo, & ſic inueſtiendo perſonam benemeritam, nullam fecit iniuriam, aut aliquod grauamen intulit prædictis Marchioniſſæ Iſabellæ, ac ſorori Mariæ Lauiniæ, quæ licèt habeant pro ſe pactum, & conuentionem cum inferiori directo Domino: Attamen quidquid ſit, an pactum, † & 55
conuentionem huiuſmodi ſubſtineatur ad tradita per Bald.*in d.auth.ſi quas ruinas, num.1. verſ. item non poſſet;& n.2.C.de ſacroſanct.Eccleſ.* & Caldas *de iure emphyteotico,lib.1.quæſt.8.num.6. verſ.adducunt, & verſ.fortius:* In omnem euentum, pactum iſtud, aut conuentio † prædicta 56
nihil poſſent operari in præiudicium ſuperioris Domini, quia inferior non ſolùm non debet, nec poteſt ligare manus ſuperioris,nec illi legem imponere, *c.inferior 21.diſtinct.* Roman. *conſ.2. num.2.* & bene ad propoſitum Angel. *conſ.397. num. 7.* vbi loquitur de adminiſtratoribus Papæ, quales dicuntur Epiſcopi, & alij inferiores Domini in bonis Eccleſiaſticis, iuxta notat. per Gemin.*in d.conſ.14.num.1.& 2.* ſed neque etiam id præſtare velle cenſetur: Ideò enim videmus, quòd in quibuſcumque contractibus, & promiſſione, † ac fide etiam iurata ſemper intel- 57
ligitur præſeruata authoritas, & factum ſuperioris, vt *in l.fin.ff.de municip.& in cap. quia contigit, de Relig. domib. c. venientes, c.ea te, de iur. iuran.c. ſignificanti, de elect. gloſſ. pen. in c.quæ contra mores;* vbi Gemin.98. *diſtinct.* Iaſ.*in l.vlt. num.6.cum ſeqq. ff.qui ſatiſdar. cogant.* & *in l.ſi quis maior,num.19. c.de tranſact.* & *in §. item ſi quis poſtulante, num. 80. de act.* Garz. *de laudo meri iuris, part.3. quæſt.9. num.7.* latiùs Anton. Corſett.*de iuram. euident. 1. num.47.* latè etiam Melchior Palaēz *de maior.part.4.quæſt.36. n.8.* Greg.Magal.*de ſecuritate,part. 2.n.5.* Bellamer. *de permutat.Benef.part.7. quæſt.2.n.21.* Fortun. Garz. *de vltimo fine iuris, num. 383.* factum † enim Papæ præualet facto omnium Epiſcopo- 58
rum. Iac.de Concil.*lib.6.art.2.num.46.* Quibus etiam accedit regula, quod omnis conceſſio emphyteotica † tacitam videtur habere conditio- 59
nem, ſcilicet, niſi emphyteota ex Domini conſenſu aliter diſponat: Quam regulam ex Tiraq. expendit Caldas *de iur.emphyt.lib.1. d.q.9. n.2. in fine.*

Quo verò ad inferiores directos Dominos prædictæ Iſabella, & ſoror Maria Lauinia minus poſſunt de illis conqueri, qui licet ipſi habeant

beant contra illos actionem personalem ; nihilominus cum prædicti inferiores directi Domi-
60 ni † legitima authoritate, ac iusto facto superioris iure suo vtentis, aliis superiùs deductis ab implenda dicta conuentione remaneant impediti, ac vlterius per dictum Breue exemptis concessionibus Apostolicis declarati liberi, immunes, & absoluti à prædicta renouatione, cuicumque alteri facienda, vtique condignam merentur excusationem: Bald. *cons.57.num.3. vers.in contrarium, cum num.seqq.lib.5.* Castr. qui loquitur in impedimento proposito per Papam, *cons.228. num.2.vers. dicitur autem, lib.2.* quod est apud Roman. *cons.352.num.8. & seqq.* cum ad huiusmodi casum, nec illorum mens, nec obligatio trahi possit ex regula superiùs ponderata, quod
61 factum, † & authoritas superioris semper intelliguntur præseruata, & faciunt in simili tradita per Molin. *de primog.Hisp.lib.2.c.13.*

Et ita negotio maturè discusso vnanimiter conclusum, inuestituras Apostolicas, Excellentissimo D. Principi Præf. suffragari.

DECISIO XXV.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Deuolutionis.

Veneris 5. Decembris 1636.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non prosecutionem appellationis transit in iudicatum.*
Est exequenda stante illius validitate, & iustitia, n.2.
3 *Sententiæ validitas ex reuolutione actorum resultat.*
4 *Inuestitura concurrentibus adminiculis dominium probat.*
Geminata adminiculum dominij præbet, num.5.
6 *Inuestituræ confirmatio Apostolica confert ad probationes dominij.*
7 *Confessio inuestiti probat contra ipsum, & habentes causam ab eo.*
8 *Canonum solutio non parum confert ad dominij probationem.*
9 *Coniecturæ ad probationem dominij simul ponderandæ.*
10 *Dominij pro verificatione, vbi de eo agitur incidenter coniecturæ sufficiunt.*
11 *Identitas duobus confinibus probatur.*
12 *Concessio præsumitur finita dum nemo comparet.*
Facta pro filiis & nepotibus, non extenditur ad pronepotes, n.13.

PRoposito dubio, an constet de re iudicata, quæ sit exequenda, Domini affirmatiuè responderunt, & moti sunt, quia sententia † ob
1 non prosecutionem appellationis interpositæ vsque de anno 1619. à quo tempore nunquam fuerunt prorogata fatalia transitum fecit in iudicatum, *c.cum sit Romana, de appellat.* Cassad. *decis.6.eod.tit.* Rota *decis.385. num.1. part. 1. recent.* Caualer. *decis.281. & decis.588.num.1.* & consequenter stante illius validitate † & iustitia
2 debet executioni demandari, ex traditis per Doctores, *in l.4.§.condemnatum,ff.de re iudic.* Rot. *decis.665.num.1.part.3. & decis.81. num. 30. part.5.recent.*

De validitate non est dubitandum cum illa † appareat ex reuolutione actorum, iuxta *decis. Caputaq. 260. part. 2.* Iustitia verò resultat ex eo, quia de dominio Capellæ satis constat ex instrumento publico concessionis in emphyteusim mediatæ domus, de qua agitur, factæ per tunc temporis Capellanum: quod regulariter † concurrentibus adminiculis solet dominium sufficienter probare. Bart. *in l.ad probationem, C. locat.* Rip. *in l.si aliquam rem, num.39. ff. de acq. poss.* Soc. sen. *cons.187.n.3.lib.2.* Dec. *cons.146. num.14.* Rota *decis.193. num.1. part.2. & decis.325.num.2. part.3. recent.* & fuit dictum *in Esina bonorum 37. Aprilis 1635. coram me.* 3 4

In casu autem proposito, plura & quidem satis vrgentia concurrunt adminicula, quorum primum deducitur ex alio † instrumento inuestituræ de eadem domo, anno 1493. iuxta tradita per Socin. *dict.cons.187. num.11. lib.2.* Gozad. *cons.94.num.37.* Rota *decis.193.num.2.part.2. & decis.325.num.2.part.3.& d.decis.81.n.15. part.5.recent.* 5

Secundò, ex confirmatione Apostolica eiusdem † inuestituræ obtenta ab Alexand. VI. Caualer. *decis.269. n. 3. vers. adminicul. autem.* 6

Tertiò, adest confessio Alexandri Leonetti, quæ probationem facit ad effectum de quo agitur, etiam contra habentem † causam ab ipso confitente: Bart. *in l.cum falsa, num. 4. & 7.C. de fact.& iur.ignor.* Alex. *cons.15. num.4. lib.5.* Ruin. *cons.128.n.16.& 18.lib.2.* Surd. *cons.217. num.7.* Rota *d.decis.193. num.2. in fin. part.2. & decis.325.n.1.in fin.part.3.recent.* 7

Quartò, & vltimò, concurrit etiam locatio facti de anno 1612. per eosdem qui dictam domus medietatem prætendunt, cum pacto, quòd conductor tenetur solitum canonem soluere, & effectualis solutio † in vim talis concessionis factæ, vt idem conductor attestatur, quod non parum coadiuuat dominij probationem, ad textum *in l.litibus, Cod. de agric. & censit. lib. 11.* Roman. *cons.127.num.1.* Rot. *decis.299. num.4. & decis.258.num.2.part.1.& decis.117.num.4. & 10.& decis.359.num.12. part.5. recent.* maximè simul iuncta considerata, † prout iungi, & considerari debent, vt fuit dictum *in Regien. bonorum 15. Mart.1630.coram Reuerend. D. meo Decano*, visa fuerunt Dominis sufficientissima; præsertim, quia cum non fuerit actum reiuindicatione, sed conductione, *ex l.si quis conductionis, C.locat.dom.* non principaliter, sed incidenter deducitur, † & sic pro illius verificatione sufficiunt coniecturæ, & præsumptiones, *l. indicia, C. de rei vend.* Socin. iun. *cons.135. num.14. lib.2.* Surd. *cons. 1. num. 66.* Rota *decis. 325. num.5. part.3.recent.* Caualler. *decis.95.n.2.* 8 9 10

Nec potest identitas in dubium reuocari, quoniam illa satis probata remanet, ex eo, quia tria confinita in instrumento concessionis etiam expressa hodie existunt, & per iudicialem inspectionem iustificata fuerunt, & cùm duo † tantùm sufficiant, iuxta vulg. doctrinam Bart. *in l. demonstratio falsa, num. 14. ff. de condit. & demonstrat.* Alex. *cons.133. num.5. lib.5.* Gregor. *decis.177.n.2.* 11

Quod autem concessio ipsa fuerit iam finita, patet, quia illa de anno 1498. facta fuit per tunc tempris Capellanum quondam Paulinum de Bressis, pro se, suisque filiis, & nepotibus vtriusque

que sexus, ex eius directa linea, & legitimo
11 matrimonio descendentibus † cum pacto, quod finita locatione ad Capellam, & Capellanum pro tempore reuerteretur. Vnde cum dictus Paulinus primus inuestitus, eius filij & nepotes defecerint, vt patet ex testium depositionibus datis *in sum.num.6. 7. & 8.* iuncto præsertim quòd nemo comparet ex comprehensis, vt per Rot. *decis.79.num.12.part.5.recent.*dubitari non potest quin concessio ipsa sit finita. Corbul. *de caus.priuat.ob lin.finit.num.1.* Cald. *de emphyt. lib.1.quæst.10.num.10.* Seraph. *decis.1486.n.1.* Caual. *decis.654. num.1.* & fuit dictum *in Sabinens. Collis Neapol. 26.Februar.1598. coram Litta.*

Neque obstat pronepotum existentia; quia cum concessio facta fuerit dicto Paulo. eiúsque
13 filiis, & nepotibus † ad pronepotes non extenditur. Cassian.*cons.338.sub num.2.vers.praterea.* Socin. *cons.25. num.5. lib.1.* Cephal. *consil.58. num.34.* Marescot.*var.resolut.lib.2.cap.53.n.2.* Rota *in Perusina emphyt. 20.Martij 1618.coram R.P.D.meo Dunozetto, & in Assisiens.emphyt. 27.Iunij 1629. & 18.Martij 1630.coram R.P.D.Merlino,& 22.Iunij 1635. coram R.P. D.Macchiauello.*

Et ita decisum vna tantum,&c.

DECIS. XXVI.

R. P.D. Ghisilerio.

Ariminens. Fideicommissi.

Luna 15.Decembris 1636.

SVMMARIVM.

1 *Detractiones fiunt, antequam restituatur fideicommissum.*

2 *Emphyteusis pactionata non comprehenditur in dispositione testatoris facta de bonis suis, & num.9.*

Fallit in hereditaria,n.10.

3 *Emphyteusim pactionatam filius non capit à patre, sed à concedente.*

4 *Bonorum suorum appellatione veniunt emphyteutica hereditaria, non autem pactionata.*

5 *Acquirens primus emphyteusim non potest de ea, disponere in praiudicium nominatim vocati.*

6 *Concessio emphyteusis facta ad tempus ex transacto finitur.*

7 *Pactum de renouando positum in dispositiua dicitur de substantia non ad probationem dominij.*

8 *Renouatio facta de tempore in tempus appositum pro substantia dicitur noua concessio.*

11 *Æstimatio rei in dotem tradita non tollit, quin res ipsa remaneat fundus dotalis, quando de stabilibus in dotem assignandis conuentum fuit.*

Et mortuo marito consolidatur in vxore, num.12.

13 *Legitima & Trebellianica debetur filiis fideicommisso grauatis.*

Ob non confectionem Inuentarij non amittitur, sed filius tenetur probare alienata non aquare detractiones,n.15.

14 *Alienationes facta ab herede grauato imputantur in detractiones.*

16 *Hæres grauatus faciendo descriptionem satisfacit.*

17 *Legata, & æs alienum de proprio ab harede præsumuntur soluta.*

FVit dubitatum an,& quæ detractiones essent faciendæ per M.Angelum Faëtanum ex persona Roberti Patris vocati ad fideicommissum q. Michaëlis ad impediendam immissionem possession. duarum ex tribus partibus hæreditatis testatoris concessam per sententiam de partibus Cæsari, & Alexandro de Faëtanis pariter filiis dicti Roberti ex primo matrimonio.

Quoad primam partem dubij cum super fideicommisso non sit inter partes controuersia,intrat communis DD. sententia quod prius fieri debeant detractiones† quàm hæredes priuati re- 1
stituant bona fideicommisso subiecta: ita Gloss. & communiter Doctores *in l.fin. C.de edict. D: Adr.tollend.*

Quo verò ad secundam partem censuerunt Domini resolutionē pendere ab eo, vt videatur, an bona emphyteutica, & domus de quibus *infrà* veniant in restitutionē fideicommissi quondam Michaëlis acquirentis, quia si non veniunt, sequitur; quod Robertus iure proprio alienauit vti sua, quo casu sunt detrahenda ad fauorem M. Angeli; si vero sint comprehensa, pretium redactum ex illorum venditione est imputandum in legitimam & Trebellianicam.

Bona autem prædicta sunt primò pretium terræ cum domo in contrata & Capella S. Laurentij, quas Michaël titulo emptionis acquisiuit à tertiis, & pro medietate obtinuit inuestituram ab Ecclesia pro se & Roberto filio,& pro eorū filiis & nepotibus, ita tamen quod pars præmorientium ad superstites deueniat, & accrescat ordine successiuo, & cum pacto quod idem Michaël de ea possit disponere in sua vltima voluntate.

Item alia domus posita in Ciuitate Arimini in contrata S. Bartoli eidem Michaëli tradita ab Ecclesia pro se, suisque filiis & nepotibus, cùm pacto renouandi de 29. in 29. annos, & soluendi pro qualibet renouatione libras sex denariorum.

Quod igitur attinet ad pet. terræ cum domo sita in dicta Capella sancti Laurentij, dixerunt Domini esse locum detractioni ad fauorem M. Angeli & consequenter non esse dandam immissionem venientibus ex fideicommisso, quia Michaël acquirens pro se, & Roberto filio, non potuit fideicommittendo disponere in præiudicium ipsius filij reposcentis illam non à prouidentia patris, sed à liberalitate concedentis. Et quamuis vigore facultatis disponendi sibi datæ in concessione videatur potuisse bona huiusmodi supponere fideicommisso: Hoc tamen obiectum ex eo tollitur, tum quia de illis expressè non disposuit cum se restrixerit ad sua bona, & sic ad emphyteotica hæreditaria, non autem ad emphyteotica ex pacto, & prouidentia, † quæ 2
sua dici non poterant, cum post mortem ad hæredem aliunde, quam ex sua dispositione essent peruentura, Crauet *cons.143.num.8. versic. & pro hoc considero.* Surd. *decis.93. num. 420.* Rot. *decis.154.part.1.diuers. & 375.per totam, part.1.recent.* cum aliis cumulatis per Adden.ad sanctæ

sanctæ mem. Gregor. X V. *decis.* 271. *num.* 17. Tum etiam quia non sunt eius generis bono-
3 rum emphyteuticorum quæ acquiruntur † sed trasnfer. vti hæreditaria, & cadunt sub generali dispositione, sed ex pacto, & prouidentia, quæ non capit filius à patre, sed à concedente, Castrens. *consil.* 217. *num.* 1. *lib.* 2. Honded. *cons.* 52. *num.* 1. *versic. & quia, vol.* 1. Laderch. *consil.* 1. *num.* 6. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 5. *num.* 19. Est etiam apud partes in confesso quòd Michaël testando supposuit fideicommisso bona
4 sua † quorum appellatione veniunt quidem emphyteutica hæreditaria non autem, quæ sunt ex pacto, & prouidentia ex latè deductis per Add. ad sacr. mem. Gregor. X V. *vbi suprà.*

Quod autem bona sint ex pacto, & prouidentia, & ideo non potuerint, dici sua propria, probatur ex eo ipso quòd constat ea fuisse peruentura ad dictum Robertum filium ex dicta concessione, & sic aliunde quàm ex dispositione Michaëlis eius patris.

Et quamuis constet Michaëlem titulo emptionis, & sic oneroso acquisiuisse, non tamen cessat, quòd respectu Roberti acquisitio prouenerit ex beneficio concedentis dum Michaël accepit pro se & nominatim pro filio; quo casu eidem in
5 inuestitura, † sic comprehenso non poterit disponendo per fideicommissum præiudicare: Bart. *in l.* 1. §. *in suis, ff per quas pers. nob. acq.* Natt. *cons.* 531. *num.* 43. Surd. *decis.* 290. *num.* 2. ita tenuit Rot. *coram R. P. D. Merlino in Rauennat. concurs.* 18. *Nouembr.* 1603.

Idem dixerunt DD. quoad aliam domum positam in ciuitate Arimin. in contrata S. Bartoli concessam ad renouandum de 29. in 29. annos, & pro dd. 29. annis, in 29. annos: vnde sequi-
6 tur, quod dicta prima concessio † non fuit perpetua, sed ad tempus tantùm, & quòd iuxta *decis.* 450. *num.* 4. *part.* 3. *recent. &* 348. *coram S. mem. Gregor. X V.* vbi *ad d. decis.* 567. *coram eodem transactis* 29. *annis,* dicta concessio dicitur finita, & vtile dominium applicatum Ecclesiæ: Ioan. Andr. *in Addit. ad Speculat. in tit. de locat.* §. *nunc aliqua, num.* 192. Rim. sen. *cons.* 485. *n.* 2. cum aliis per Corbul. *in tract. de caus. ex quib. emphyt. iur. suo priuil. in tit. de priuil. ob tempus finit. num.* 9. *& seq.* Tum etiam, quia concessio legitur facta ad renouandum de 29. in 29. annos; & sic patet huiusmodi pactum esse pro substan-
7 tia † contractus vti positum in dispositiua, cessat conclusio, quod fuerit appositum pro faciliori probatione dominij: ita *dict. decis.* 348. *coram sanctæ mem. Gregor. X V.* declarauerit Rota *decis.* 438. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* ex *ibi* allegatis,
8 & renouatio † dicitur noua concessio iuxta opinionem quam sequuta fuit Rota *in Rauennaten. bonorum* 20. *Nouembris* 1587. *coram Mantic. inter eius impressas decis.* 10. *& in Cesenaten. bonorum emphyt.* 9. *Decembris* 1588. *coram Bubalo.*

Nec prædictis obstat decisio R. P. D. mei Merlini, *in Cesenaten. emphyt.* 14. *Decembris superioris anni*, in qua fuit dictum, quòd primus acquirens etiam ex pacto, & prouidentia possit pro libito disponere de bonis emphyteoticis, quotiescumque constet ea ab ipso acquisita titulo oneroso, quia in casu illius decisionis aderat expressa dispositio de huiusmodi bonis facta per testatorem habentem facultatem disponendi sibi reseruatam in acquisitione, & non poterat dubitari de voluntate cum signanter, & nominatè disposuerit de bonis emphyteoticis: hic verò quamuis constet de facultate disponendi reseruata Michaëli; non tamen constat quòd ea voluerit vti, dum bona sua † in 9
genere supposuit fideicommisso, & ita intrat conclusio *suprà* firmata, quod bona emphyteutica non veniant sub dispositione generali, vt ex Surd. Mantic. & aliis probant Adden. *ad sanctæ mem. Gregor. X V. d. decis.* 271. *num.* 27. vbi declaratur conclusionem procedere in emphyteusi ex pacto & prouidentia; secus autem in hæreditaria † transitoria ad quoscumque, quam in ge- 10
nerali institutione venire dicitur in hoc tribunali carere difficultate: ita Rota *in Nonantulana bonorum* 14. *Iunij* 1610. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Cum autem ex his constet bona emphyteutica esse de substantia Michaëlis testatoris, consequens est vt inde nulla facienda sit detractio legitimæ, quodque pretium ex illis redactum non sit in legitimatione Roberti imputandum.

Vlterius fuit resolutum esse detrahendam ad fauorem dicti Michaëlis Angeli, Domum Sancti Martini, vti fundus dotalis matris Roberti, qui propterea non venit sub fideicommisso Michaëlis patris, cum in illa successerit Robertus, vti filius, & hæres: Res enim fuit constituta in summa libr. 400. in tot bonis immobilibus, hoc addito, quòd Ludouica, & Michaël eius futurus maritus habere deberet dictam Domum pro concurrenti quantitate dd. libr. 400. cum pacto soluendi id quod pluris domus valuerit; & cum esset necessaria eius æstimatio inde sequitur non obstare, quod pro dicta dote fuerint promissæ libræ 400. quia cum non fuerit promissa dos in quantitate, sed in bonis immobilibus † liberis, & expeditis Ludouicæ, & 11
eius futuro marito consignan. dicta traditio domus æstimatæ non potuit officere. quin domus non fuerit facta dotalis, vt in puncto, Oldrad. *cons.* 245. *num.* 4. & sic patet esse propriam M. Angeli, stante præsertim stipulatione dictæ Ludouicæ matris Roberti, pro se, & suis hæredibus, nulla habita ratione, quod domus fuerit data etiam maribus, † quia non propterea con- 12
trahitur emptio, & venditio, & mortuo marito domus non remanet in hæreditate, sed consolidatur in vxore, ex firmatis per Rot. *decis* 607 *num.* 5. *vers. dicebatur ius iuri fuisse resolutum, part.* 1. *recent.*

De identitate dictæ domus non dubitatur ex generali demonstratione loci, cum nouæ demonstrationes descriptæ in instrumento dotali conueniant cum ista de qua agitur, sita in contrata S. Martini prope viam Regiam, quæ sufficiunt cùm simus in antiquis, nec probetur testatorem alia bona in dicto loco habuisse: His positis, pretium redactum ex alienationibus bonorum emphyteuticorum factis per Robertum non est imputandum in legitimam, & Trebellianicam illius ratione detrahendum ex bonis quondam Michaëlis, sed in aliis restituendis ex eius fideicommisso.

Quod sit detrahenda legitima, & Trebellianica ex persona Roberti communis partis supradictorum Cæsaris, Alexandri, & M. Angeli, quæ regulariter † filiis grauatis debetur, probatur *ex* 13
c. Rainutius, & c. Rainaldus, cum *ibi* notatis per Doctores *de testam.* cum legitima debita filio deducatur ex fideicommisso vniuersali paterno: Peregr. *de fideicommissis, art.* 3. *n.* 132. *& art.* 8. *num.* 40.

*num.*40. *& art.*47. *num.*66. vbi alios addit cum aliis per Fusar. *quæst.*672.*num.*3. & Trebellianica, nec expressè, nec tacitè fuerit prohibita, quæ propterea cum legitima potest deduci in fideicommisso conditionali tantùm: Bart. *in l.*1.§.*interdum*, *ff. si plusquam per l. Falcid.* Peregr. qui alios allegat, *d. tract. de fideicommiss. art.*3.*n.*55. *vers. contrarium*, & alij per Merlin. *de legit. lib.*1. *tit.*3.*quæst.*1.*num.*8. *& seq.* nec facit, quòd cùm Robertus alienauerit multa bona Michaëlis fideicommittentis, certum sit alienationes huiusmodi † imputandas esse in legitimam, & Trebellianicam, vt tenuit Rota, *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio*, *in Romana executionis laudi* 20. *Octobris* 1584. & ita passim; quia vera est conclusio, quod alienata imputantur in legitimam, & Trebellianicam; sed cum non probetur aliquid fuisse alienatum, quòd esset hæreditarium, & onus probandi spectet ad allegantem, illa non applicatur, cum alienata, nisi aliud probetur, præsumantur propria & libera.

14

Nec facit, quòd ex quo Robertus nullum confecit inuentarium, militet præsumptio contra ipsum alienationes secutas, æquare detractiones competentes, quin ob non confectum inuentarium filius non perdit legitimam, neque Trebellianicam, sed solùm tenetur probare, † quod alienata non sufficiant pro legitima, & Trebellianica: Peregr. *de fideicommissis*, *art.*34. *n.*14. Rota *in Romana Domus ad Peregrinum* 10. *Martij* 1619. *coram Illustriss. Decano*, *& in Perusina fideicommissi de Gratianis* 28. *Iunij* 1630. *coram eodem*; vbi latè comprobatur talis conclusio, quam secuta fuit Rota in aliis decisionibus, vt *in Rauennaten. Saluiani* 26. *Maij* 1634. *coram me*, & ex descriptione omnium bonorum, tam mobilium, quàm immobilium hæreditatis paternæ, cessat præsumptio contra deductionem legitimæ & Trebellianicæ, quia tollit omnem suspicionem fraudis, & occultationis cum filius hæres grauatus teneatur inuentarium conficere, & tradere rationem bonorum fideicommisso vniuersali, ne ipsum fraudet; quæ fraus facta dicta descriptione † penitùs cessat, cùm per eam reddi possit ratio fideicommissario; nam tenentes inuentarium requiri, non intelligunt de formali & solemni inuentario; de quo *in l. fin. C. de iur. deliber. & in authent. de hæred. & falcid.* sed sufficere dicunt descriptionem bonorum, in inuentario redactam, ad text. *in l. cum tale*, §. *Titius*, *ff. de condit. & demonstrat.* vbi Paul. de Castr. Alex. *in l. in ratione*, §. *quod vulgo*, *num.*14. *ff. ad l. Falcid.* Peregr. *de fid. art.*3.*num.*7. Vnde quamuis in descriptione de qua agitur, non fuerit seruata forma, nec solemnitas, de quibus *in d. l. fin.* non propterea tolli debet priuilegium deducendi, legitimam, & Trebellianicam ad commodum hæredis inductum: ita Socin. iun. *cons.*132. *num.*4. *& seq. lib.*1. Paris. *cons.*25.*num.*52.*lib.*2. Gabr. *de Trebell. concl.*11. *n.*5. Rota *in Romana hæreditatis de Caualeriis* 20. *Maij* 1630. *coram Reuerendiss. Domino meo Decano.*

15

16

Præterea dixerunt Domini detrahenda legata, & æs alienum testatoris per Robertum soluta, stantibus solutionibus datis *in sum.* nec facit quòd præsumantur soluta de bonis hæreditatis cum receptior sit sententia, quòd præsumantur soluta de proprio ære hæredis, per ea quæ tradit Fusar. *de subsist. q.*668.*n.*1.*cum seq.*

Et ita, &c.

DECISIO XXVII.

R. P. D. PIROVANO.

Regiens. Prædij.

Veneris 9. Ianuarij 1637.

SVMMARIVM.

1 *Spolij extrema, quæ?*

2 *Possessio Ecclesiæ probatur ex instrumento possessionis in emphyteusim.*

*Rei conuenti probatur ex litis contestatione, num.*3.

4 *Alienationis rei Ecclesiæ pro validitate, quæ requirantur, & n.*10.

5 *Contractus non dicitur vtilis Ecclesiæ, sine quo maiorem vtilitatem percepisset.*

6 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur ex possessione trigenaria.*

Declara, vt n. 14.

Et sententia facit præsumptionem pro acquirente ab Ecclesia, n. 16.

7 *Obseruantia per litis contestationem interrumpitur.*

Amplia, vt n. 15.

8 *Reintegratio non competit, qui facto proprio cecidit à possessione.*

Fallit, vt n. 9.

11 *Infantis citatio qualiter fieri debeat.*

12 *Clausulæ*, quam & quas, *effectus.*

13 *Concessio facta vltra tempus permissum in totum vitiatur.*

17 *Enunciatiuæ vtilitatis & necessitatis suffragantur ad obtinendum, non ad iustificandum beneplacitum.*

18 *Assertioni alienantis rem Ecclesiæ non statur.*

DVæ emanarunt sententiæ ad fauorem Patrum sancti Augustini super reintegratione ad possessionem prædij, de quo agitur, & nunc in tertia instantia idem quæritur: An scilicet Monasterium sit reintegrandum, quod affirmatiuè per Dominos fuit resolutum.

Probantur enim requisita in actione spolij intentata, nempe antiqua, † & anterior Patrum 1
possessio, & nouissima pauli Æmilij rei conuenti, quæ sunt necessaria huius Iudicij possessorij: *cap. ad sedem de restit. ad spoliat.* Dec. *in cap. Bonceunm* 23. *in fin. de appell.* Menoch. *in prælud. recuper. num.*21. Afflict. *decis.*327. *num.*2. Seraphin. *decis.* 31. *in princip. & decis.* 1055. *num.*2.

Possessio Monasterij anterior concludenter probatur ex ipso instrumento concessionis † in 2
emphyteusi factæ cum fratribus possessoribus prædij controuersi: *l. quædam mulier:* vbi Bald. per illum text. *ff. de rei vend.* Felin. *in cap. inter dilectos*, *num.*20. *de fid. instrum.* Gabr. *de loc. concl.*4.*num.*14. Rota *decis.*1. *de fid. instrum. in antiq.*116.*num.*3. *coram Papa Gregorio X V. &* 314. *num.*1. *part.*1. *diuersor.* quæ etiam magis comprobatur per testes, qui fuerunt coloni Monasterij, concludentes de tempore 14. annorum, antequam Viani intrarent in possessionem dicti prædij.

Nouissima autem, & seu recens possessio Viani ex sola litis † sustentatione probatur: Verall. 3
*decis.*369.*part.*2.362.*num.*3. *&* 485.*n.*1. *coram Papa Gregorio X V.*

Non

Non obstat titulus concessionis in emphyteusim longæua possessio suprà trignta annos, ab anno 1593. quo stipulata fuit concessio, & voluntaria Patrum huius prædij possessionis in Vianos translatio contraria iudicio reintegrationis.

Quoniam tituli supradicti nullitas est patens
4 deficiente beneplacito Apostolico †, & causa necessitatis, aut vtilitatis, quæ insimul concurrere debent pro validitate alienationis: *cap.1. de reb. Eccles. non alien. in 6. Clem.1. eod. tit.* Couar. *var. lib.2. cap.17. num.2.* Garz. *de benefic. par.12. cap.3. num.4.* Rota *decis.160. num.1. & 170. n.1. part.2. diuers.119. num.12. par.1. recent. & 354. num.18. coram Papa Gregorio X V.* quæ beneplaciti negatiua ex reuolutione actorum bene probatur, & ipsa causa necessitatis in supplicatione narrata non etiam probatur, scilicet quòd prædium indigebat meliori cultura, quàm Monasterium facere non poterat, & quod fiebat pro soluendis debitis, & familiæ sustentatione, quinimò ex testibus datis *in sum. num. 3.* totum contrarium probatur, scilicet non indigere maiori cultura, ex quo non solùm pro scutis quinquaginta posset locari, sed pro scutis 200. quorum attestationes manifestant damnum Ecclesiæ, & causæ narratæ errorem, quoniam contractus
5 † vtilis Ecclesiæ dici non potest, vbi maiorem vtilitatem Monasterium percipere potuisset, Abbas *in cap. ad aures, num.4. de rebus Eccles. non alien.* Cæsar. de Grass. *decis.4. num.7. eod. tit. & 360. num.5. part.1. diuers.* Seraphin. *decis.413. num.2.*

Nec Viani contractum sustinere possunt ex eo quòd concurrat licentia alienandi concessa à Vicario Generali Religionis, cui licebat ex indulto Gregor. XIII. tribuente facultatem eidem Vicario consentiendi similib[illegible]

Quia vltra quòd constitutio prædicta non concedit facultatem dandi bona in emphyteusim perpetuam, prout contingit in præsenti, sed tantummodo ad secundam generationem, quæ ab anno 1593. prætenditur extincta quoad nominatos in inuestitura, non etiam sufficeret authoritas Vicarij, & licentia, & deficiente causa, vt supra dictum est, quæ per solemnitatem suppleri non potest.

6 Possessio † autem suprà triginta annos cum obseruantia, ex qua solet præsumi beneplacitum Apostolicum: Gabr. *cons.82. n.30. lib.2.* Seraph. *decis.1042. num.2.* cum allegatis per Addentes *ad decis.343. num.5. coram Papa Greg. X V.* clarè, & apertè deficit à die inuestituræ, quæ contingit de anno 1593. vsque ad annum 1614.
7 quo lis † mota fuit nomine Monasterij, contra Vianos, nec vltra, & post litem motam deficiente obseruantia computari non potest: Seraph. *decis.381. num.14. 594. num.3. part.1. recent.52. num.2. coram Papa Greg. X V.*

Demùm, & si vera sit conclusio, quod ei non
8 competat remedium reintegrandæ, † qui ex voluntario contractu cecidit à possessione: Socin. *in l. remque nobis, num. 8. ff. de acquir. possess.* Afflict. *decis.392. n.27.* cum allegatis per Surd. *cons.49. num.3.* & idem tenuit Rota *in Albiganens. Capellæ 15. Maij 1592. coram Card. Arigonio, & in Beneuent. Spolij 10. Martij, & 16. Iunij 1614. coram D. Card. Verospio:* Attamen quando, vt in præsenti fuit actum nomine Mo-
9 nasterij, † & Ecclesiæ semper agi potest remedio reintegrandæ, non obstante contractu Prælati alienantis: Rota *decis. 116. num.1. & 5. coram Papa Greg. X V.* maximè à Prælato successore, vt *in Niciens. nullitatis contractus 1. Iulij 1613. coram D. meo Decano*; & latiùs comprobatum etiam ab eodem Prælato alienante, *in Colimbriens. Præstimonior. 16. Decembris 1631. coram D. meo Dunozetto.*

Et ita Monasterio solum informante fuit resolutum.

IN EADEM.

CORAM EODEM.

Veneris 6. Martij 1637.

Censuerunt Domini standum esse in decisis 9. Ianuarij currentis anni 1637. quia requisita in actione spolij intentati concludente probantur, & nullitas tituli emptionis prædij per Vianos exhibiti, est patens deficiente solemnitate & causa, † quæ regulariter desiderantur in 10
alienatione bonorum Ecclesiæ, *ex constit. Pauli 3. de reb. Eccl. non alien. Clem.1. eod. tit.* Seraph. *decis.508.* cum aliis allegatis *in decis.* quæ reuidetur.

Neque dubitari potest de validitate sententiarum, ex eo quod processus super quo emanarunt sententiæ de partibus nulliter peractus fuerit contra Infantem citatum ad comparendum deputato Curatore, † non autem Tut[illegible], 11
citatis tantùm vicinis, & omissis coniunctis, & affinibus illius, prout de iure requirebatur: Maranta *in praxi, part.4. d.16. num.56.* [illegible] *decis.262. num.2.* Neuiz. *cons.17.* [illegible]

Quia iudicium per [illegible] [in]choatum de anno 1614. & [illegible] de anno 1628. vnicum [illegible] iudicium, & non duo iudicia, quod patet, quia in prosequutione iudicij de dicto anno 1628. non fuit datus nouus libellus, sed repetitus cum aliis actis contra Paulum Æmilium Vianum filium Chrisantis, filij alterius Pauli Æmilij vnius ex primis acquirentibus, vt *in sum.* Pauli Æmilij *num. 7.* [V]nde cum in primo iudicio fuerit citatus Alexander Vianus, vnus ex primis acquirentibus in solidum pro se, & pro Paulo Æmilio Viano eius fratre, qui fuit [Pater] Chrisantis; & iste Pater Pauli Æmilij nunc possessoris Couenti frustra contenditur de validitate iudicij, quod sustinet contra Alexandrum primum acquirentem insolidum, cum eius fratre Paulo Æmilio, & contra possessores continuatum, & nihilominùs cum hodie non agatur de confirmatione sententiarum, sed de reintegratione, quæ dari potest etiam tanquam in prima, † propter clausulam, *quam, & quas,* in rescripto 12
appellationis contentam: Seraph. *decis.1241. num.3. & 546. num.1. & 781. num.5. part.2.* nec visum fuit non esse immorandum super discussione nullitatis oppositæ, sed agendum de validitate tituli concessionis in emphyteusim, qui dicebatur *in 1. decis.* inualidus deficiente probatione beneplaciti Apostolici, & sic solemnitatis, & etiam causa vtilitatis, aut necessitatis copulatiuè requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ.

Non obstant igitur quæ replicantur ad probandum solemnitatem in huiusmodi contractu interuenisse tam vigore consensus, & approbationis Vicarij Generalis Ordinis vigore Bullæ Gregor. XIII. 9. *in Bullario antiquo* authoritatem

tatem indulgentis, quam ex beneplacito Apostolico ex decursu 30. annorum, & vltra præsumpto.

Quia quoad indultum impertiendi licentiam Monasteriis suæ Religionis cum *in* §. 2. legatur limitatam ad duas generationes, vel nominationes: concessio verò facta fuerit Alexandro, & Paulo Æmilio fratribus Vianis pro ipsis, & eorum filiis masculis, & legitimis, & descendentibus, ac successoribus in perpetuum, satis patet non intrare approbationem perpetuam defectu potestatis, & eò minus sustineri licentiam intrà duas generationes præmissas in indulto; quia in
13 hac materia vtile † per inutile vitiatur secundum opinionem, quam seruat Rota, quicquid alij tenuerint, vt *in Brixiens. locationis 5. Decembris* 1590. quæ est *30. part. 1. recent. & in Comen. locationis* 20. *Martij* 1600. *coram Card. Hieronymo Pamphil. in Terracinen. affictus* 27. *Iun.* 1627. *coram me*, & comprobant Garz. *de benef. p. 2. cap. 1. n. 55.* Grat. *discept.* 905. *n.* 10.

De præsumpto autem beneplacito Apostolico ex solo temporis decursu 30. annorum constare
14 non videtur nisi concurrat † insimul obseruantia: Seraph. *decis.* 381. *num.* 14. 694. *num.* 5. *p.* 1. *rec.* 52. *n.* 2. *coram Papa Gregor. X V.* quæ obseruantia deficit ex quo intra tempus 30. annorum nempe à die alienationis quæ contingit de anno 1593. de anno 1614. Patres litem contestati sunt contrà Vianos, & de inualida, & læsiua prædij alienatione reclamarunt.

Neque obstant quæ deducuntur contrà validam litis contestationem, & quod eadem fuerit vsque ad annum 1628. quia hodie non est necessaria scrupulosa indagatio super validitate contestationis, cum sufficiat quælibet con-
15 tradictio, † aut reci[illegible] etiam extraiudicialis ad tollendam obseruantiam, [illegible] ex qua oritur præsumptio beneplaciti, vt plenè fuit firmatum *in decisionibus Messanen. tenimenti, seu feudi*: primò *coram Domino meo Verospio* 22. *Iun.* 1635. & deinde *coram Domino meo Merlino* 15. *Febr.* 1636.

Et prædictis [illegible], quamuis necessarium non sit ingredi secundam disputationem super iustitia causæ alienationis, deficiente probatione, solemnitatis propter necessitatem simultanei concursus, vt *suprà* dictum fuit: attamen visum etiam fuit cessare probationem causæ vtilitatis, aut necessitatis alienationis prædij controuersi.

Nam etsi emptores iuuari possint præsumptio-
16 ne iustæ causæ † post obtentum beneplacitum & exequutoriam sententiam super euidenti vtilitate: Seraph. *decis.* 671. *n.* 1. Mantic. *decis.* 101. *num.* 2. 694. *num.* 5. *part.* 1. 684. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* ita vt excipienti contra beneplacitum, & rem iudicatam executorum incumbat onus probandi contrarium, circumscripto tamen beneplacito, & re iudicata sufficit Ecclesiæ se fundare in constitutione Pauli II. annullante similes venditiones, nisi requisita solemnitatis, & causæ per emptores probentur, quæ probatio ex parte Viani concludi non potest ex sola patrum assertione, & Vicarij Generalis consensu, & authoritate desumptis ex ipso instrumento emphyt. nisi in actis iustificentur, ex quo nunciatiuæ
17 † vtilitatis, & necessitatis solent apponi ad obtinendum beneplacitum, non autem ad illud iustificandum, super qua iustificatione probationes sunt faciendæ, vt benè respondit Rota *decis.* 65. *num.* 19. & 160. *num.* 7. *part.* 2. *diuers.* & 215. *num.* 4. *coram bon. mem. Card. Caual.* nec statur assertioni † alienantis, qui non potest fungi 18
officio executoris in approbando, contractum: Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 23. *n.* 13. & testes pro patribus examinati qui dati fuerunt totaliter contradicunt assertioni prædictæ, & læsionem, ac damnum Ecclesiæ concludunt, quamuis sufficiat Monasterio, Vianos deficere in probatione beneplaciti, & in probatione causæ absque eo quod se fundet in propria probatione læsionis, & modicitate pretij locationis.

Et ita, &c.

DECIS. XXVIII.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana deuolutionis.

Veneris 6. Martij 1637.

SVMMARIVM.

1 *Identitas probatur ex denominatione regionis rei sitæ, iunctis duobus confinibus, & num.* 2.

Ex confessione emphyteutæ coadiuuatur, num. 3.

In antiquis præsumptionibus probatur, n. 4.

5 *Identitatis probatio ex aliqua finium alteratione non infringitur.*

6 *Mors probatur ex teste deponente de publica voce, & fama, & ex depositione attestantis, de auditu à consanguineis, quos vidit lugubri veste indutos, n.* 7.

8 *Testis alternatiue deponens non dicitur contrarius deponentibus de altero ex alternatis.*

DVo contra decis. in hac causa factam obiiciebantur: Primum, non constare de identitate. Secundum, non fuisse sufficienter probatum omnes in concessione comprehensos decessisse; quæ tamen Domini nequaquam obstare existimantes in decisis permanserunt.

Nam quoad primum identitas visa fuit sufficienter probata, eo quòd vltra generalem denominationem Regionis Parionis, † verificantur 1
etiam duo confinia, nempe via Peregrini, & bona DD. de Matthæis, quod sufficit ad effectum de quo agitur, secundùm vulgatam doctrinam Bart. *in l. demonstratio falsa, num.* 14. *ff. de condit. & demonstr. & in l.* 1. *in fin. ff. de dot. præleg.* Socin. sen. *cons.* 89. *n.* 2. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 115. *num.* 10. *lib.* 5.

Præsertim, quia sumus in antiquis, quo casu sat est verificatio † loci in quo res est posita, 2
vna cum vno particulari confine, iuxta opinionem quam secuta est Rota, *in decis.* 750. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. & in decis.* 120. *n.* 5. *& decis.* 218. *num.* 3. *inter impress. Reuerendissimi D. mei Decani, & in Romana deuolutionis* 28. *Maij, &* 14. *Nouembris* 1625. *coram R. P. D. Pirouano, & in decis.* 81. *num.* 17. *& in decis.* 87. *n.* 10. *& in decis.* 117. *n.* 14. *part.* 5. *recent.*

Quæ probatio coadiuuatur etiam ex eo quòd verificari quodammodo videtur alius quoque confinis in concessione expressus, nempe à parte inferiori bona hæredum quondam Petri Craghæ, & Basilicæ Principis Apostolorum, adest enim Domus, & Apotheca dictæ Basilicæ, quæ licet

licèt immediatè non contingat Domum controuersam, sed tantùm mediante domo illorum de Stephanellis; nihilominùs omisso, quòd dicebatur istos esse hæredes, siue successores dicti Ciaghæ; certum est bona dictæ Basilicæ esse confinem, saltem mediatum, prout etiam tanquam talem videtur fuisse appositum *in dicto concessionis instrumento.*

Et vlteriùs etiam concurrit confessio authoris dd. de Leonettis, qui in eius testamento, dum hanc domum legauit expressam mentionem fecit canonis debiti Capellæ S. Ioan. Baptistæ, qui postea fuit etiam per plures annos effectualiter
3 solutus, quæ confessio † magni est momenti ad identitatem probandam, vt per Afflict. *decis.* 23. *sub num.* 5. Rot. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, decis.* 120. *n.* 2. *& decis.* 118. *num.* 14. *& decis.* 160. *n.* 3. *part.* 5. *recent.*

Vnde ex his omnibus maximè simul iunctis, identitas visa fuit sufficienter probata, præsertim
4 cum simus in antiquis, † vltra centum annos, quo casu leuiores probationes, ac solæ coniecturæ, & præsumptiones sufficiunt: *c. sicut causam, in fin.* vbi Bald. *in princ.* Felin. *num.* 12. *de probat.* Dec. *cons.* 145. *num.* 14. Socin. sen. *cons.* 86. *num.* 2. *lib.* 1. Seraph. *decis.* 462. *num.* 9. Gregor. *decis.* 122. *n.* 5. Rota *d. decis.* 81. *n.* 2. *& decis.* 160. *n.* 5. *part.* 5. *recent.*

Neque obstat quod dicta Domus hodie non habeat tot mansiones, quot in dicta concessione enunciatæ videntur, illique immediatè non adhæreat domus dd. de Matthæis, sed tantùm mediante via: Quoniam stante temporis antiquitate, eòque magis cum via prædicta, quæ
5 noua appellatur, fuerit aperta alteratio, † & mutatio huiusmodi non infringit identitatis probationem, vt per Cephal. *cons.* 98. *num.* 22. *lib.* 1. Surd. *cons.* 168. *num.* 35. Rota *dict. decis.* 120. *n.* 5. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & decis.* 117. *num.* 14. *& decis.* 118. *n.* 12. *par.* 5. *recent.*

Quo verò ad secundum, visum quoque fuit de obitu, tam Paulini primi inuestiti, quàm etiam Marij, & Iulij illius filiorum, & demùm omnium nepotum ex eis tam masculorum, quàm fœminarum sufficienter constare, ex testibus pro Rectore examinatis, qui de omnibus sigillatim ac distinctè mentionem faciunt, & aliqui respectu nonnullorum ex ipsis deponunt de visu, ac certa scientia; alij verò de publica voce, & fama, & de auditu à consanguineis, eos lugentibus, & lugubres vestes gestantibus; qui proptereà obitum sufficienter probant, vt de teste
6 † deponente de publica voce, & fama, tradit gloss. *in l. si quidam, ff. solut. matr.* Bart. *in l.* 2. *§. si dubium, ff. quem ad. testam. aper.* Rot. *decis.* 84. *num.* 8. *part.* 5. *recent.* Seraph. *decis.* 1456. *num.* 2. Caual. *decis.* 55. *num.* 3. & de deponente de au-
7 ditu à consanguineis † quos vidit lugubri veste indutos: Bart. *in l. genero, in fin. ff. de his qui notant. infam.* Corn. *cons.* 204. *n.* 6. *lib.* 2. Aym. *cons.* 127. *in fin.* Menoch. *cons.* 1119. *num.* 11. *& de adipiscen. poss. rem.* 4. *n.* 674. Boer. *decis.* 288. *num.* 2.

Nec obstat, quod respectu Mutij, primus testis illum obiisse Viennæ dicat, remissorialis verò Flandriæ, quia cum dicto primi concordat etiam secundus, qui iuxta 7. & 22. affirmat Mutium decessisse Viennæ: testis verò remissorialis non deponit firmiter, & certitudinariè de loco, sed alternatiuè loquendo, dicit in Flandria, *o in Vngeria fuori di Roma*, vt *in sum. Rectoris, num.* 3. Ideò dictis aliis testibus contrarius dici non potest, † iuxta tradita per Alex. *cons.* 156. *num.* 10. 8
lib. 5. *& cons.* 188. *num.* 7. *lib.* 7. Ruin. *consil.* 36. *num.* 5. *lib.* 4. Surd. *cons.* 12. *num.* 42. Rota *decis.* 688. *num.* 6. *part.* 2. *& decis.* 73. *num.* 4. *part.* 4. *recent.*

Ex quibus & aliis latius, ac distinctè deductis per informantes pro Rectore, quæ Dominis placuerunt visum fuit omnium comprehensorum obitum sufficienter probari.

Et ita, &c.

DECISIO XXVIII.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Domus.

Lunæ 24. Aprilis 1637.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi datur in emphyteusi, seu immissio ex inuestitura, num.* 2.

3 *Remittentibus iura sua regressus, non competit.*

Fallit, vt num. 4.

5 *Remedium,* l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen. *ex testamento, & inuentaria vocatis competit.*

DOmus, de qua agitur, fuit per Collegium Anglorum Vrbis vsque de anno 1535. data in emphyteusim Thomæ Seuero ad tertiam generationem, & seu nominationem, tam in prima respectu filiorum, quàm in secunda quoad nepotes. Plures personæ fuerunt respectiuè in dictis generationibus comprehensæ: In præsenti autem ferè omnibus mortuis, superstant tantummodò Vincentius, & Plantilla filij Hortensiæ filiæ supradicti Thomæ primi acquirentis, quæ Plantilla professa est in Monasterio Sanctorum quatuor Coronatorum, nuncupata *Sor Pulcheria.* Hodie quæritur, an Confraternitati Orphanorum ex persona dictæ Monialis sit danda immissio; & pro qua parte, & orphanis tantummodò informantibus responsum fuit pro immissione ad medietatem Domus controuersæ.

Quia cum Thomas solus receperit inuestituram pro se, filiis, & nepotibus ad tertiam generationem, vtique inter ipsos descendentes, siue in prima, siue in secunda generatione habet locum ius accrescendi, † nec portio descendentium, 1
aut renunciantium reuertitur ad Ecclesiam: Bart. *in l. si mihi, & Titio, num.* 4. *ff. de verb. oblig.* Clar. §. *emphyteusis, quæst.* 39. Corb. *de caus. priu. ob finit. lineam, num.* 86. Caldas *de nominat. lib.* 2. *tit.* 62. *quæst.* 3. *num.* 5. & seu veriùs debetur immissio † ex tenore inuestituræ, vt dicit 2
idem Clar. *suprad.* & tenuit Rota *decis.* 176. *num.* 8. *&* 9. *part.* 5. *diuers.* & comprobant Decius *consil.* 73. *num.* 15. *vol.* 2. Honded. *cons.* 54. *num.* 25. *lib.* 1. maximè, vt in præsenti propter stipulationem tertiæ generationis, quæ operatur renouationem de vno in alium ex comprehensis.

Non obstat quod soror Pulcheria renunciauerit Lucidæ sorori omne ius suum recepta annua præstatione scutorum quinque, eius vita durante ex instrumento, quod datur, cuius perso-

nam hodie Pulcheria non repræsentat, & ita alij comprænhensi similes renunciationes fecerint ad fauorem eiusdem Lucidæ, itaut tota domus emphyteutica consolidata fuerit in personam dictæ
3 Lucidæ, & remittentibus iura † sua in perpetuum non detur regressus, *l. fin. C. de remiss. pignor.* Surd. *decis.* 163. *n.* 2.

Quia eadem Lucida ex testamento, quod datur reliquit Felici Cassiano eius viro domum controuersam sua vita durante, & post eius obitum, voluit succedere illos, ad quos Domus de iure esset peruentura, & cum hodie Cassianus probetur defunctus, Pulcheria tàm ex voluntate Lucidæ recuperat iura succedendi cum sit de cõpræhensis in inuestitura, quam iure proprio non obstante renunciatione quandoquidem ius re-
4 nunciantis † non transit ad Ecclesiam, sed ex nouo iure per mortem Lucidæ, & Cassiani eius viri totum reuertitur ad renunciantem: Dec. *cons.* 411. *num.* 3. Ruin. *cons.* 11. *num.* 3. & 47. *num.* 2. *vol.* 1. Bald. *cons.* 431. *n.* 5. *lib.* 2. Crescent. *decis.* 6. *de test.* & latissimè comprobat Amic. *de iure emphyt. quæst.* 51. *n.* 4.

Ex quibus omnibus patet Archiconfraternitatem bene intrasse remedium adipiscendæ contra filios Cassiani detentores Domus con-
5 trouersæ, ex quo † tam vigore testamenti Lucidæ, quàm inuestituræ optimo iure intentari potuit: rem. *l. final. Cod. de edict. Diu. Adr. toll.* Rolan. *cons.* 1. *num.* 51. *vol.* 1. Surd. *consil.* 571. *num.* 5. & idem fuit admissum, *in causa Hispalens. dimidiæ portionis* 12. *Decembris* 1635. *coram Domino meo Decano*, & nouissimè *in Bononiens. Bonorum* 10. *Martij* 1637. *coram Domino meo Verospio.*

Et ita, &c.

DECISIO XXX.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Saluian.

Veneris 10. *Februarij* 1640.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit creditori aduersùs res sibi hypothecatas.*
Decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes præscribitur, n. 5.
Hypotheca cessante cessat, n. 8.
2 *Dotis solutio ex lapsu longi temporis præsumitur.*
Fallit, vt num. 3.
4 *Tempus non est causa tollendæ, aut inducendæ obligationis.*
6 *Præscriptio ex lite interrumpitur.*
7 *Restitutio mulieri datur ex capite ignorantiæ.*
9 *Obligatus inuestire, si non adimpleat, non liberatur.*
10 *Mulieri in sua hypotheca sine eius consensu non potest præiudicari.*
11 *Hypotheca non potest constitui super re emphyteutica, maximè quando in inuestitura prohibita est alienatio, etiam latissimè sumpto nomine alienationis, n.* 12.
Competit pro dote, n. 15.
13 *Dominus directi præsens obligationi contractæ super emphyteusi non contradicens censetur consensum præstare.*
14 *Consensus Domini principaliter præstitus in vnam causam referri non debet ad aliam.*
Limita, vt n. 16.
17 *Retentio possessori datur pro melioramentis.*
Limita, vt num. 18.
Et declara si sint liquida, n. 19.

Confirmarunt Domini in dubio, quòd hodie proposui decisionem factam in hac causa sub die 6. Iunij præteriti, in qua dictum fuit, quod concedenda erat Dominicæ immissio ex Saluiano interdicto super Palatio, quod possessum fuerat ab Ambrosio illius debitore: Etenim probatum erat creditum Dominicæ ex instrumentis in quibus Ambrosius promisit illi scuta 2500. pro dote, & ostensum fuit tempore eius promissionis Ambrosium possedisse idem Palatium, & quod illud hodie possidebatur ab hæredibus Domini Pauli Monaldensis, quæ solùm erant necessaria in hoc interdicto vtilis Saluiani, † quod ad exemplum directi 1
competit cuicumque creditori pro rebus, quæ illi nomine pignoris, aut hypothecæ obligatæ fuerunt, vt notant DD. *in l.* 1. *C. de salu. interdict. & in l.* 1. *ff. eod. tit. & ibi* Bart. *num.* 2. Angel. *in* §. *item Seuiana, num.* 31. *instit. de action. post glossam, ibi, in verbo quasi, & in* §. *interdictum instit. de interdict. & in verbo pepigisset:* Menoch. *de adipisc. possess. remed.* 3. *num.* 161. *& seqq.*

Neque visa fuit tolli hæc obligatio Ambrosij, siue ex solutione præsumpta, quæ dicebatur
† inducta ex cursu longi temporis, quod lapsum 2
erat à die, quo ille fecit dictam obligationem, *arg. text. in l. procula, ff. de solut. & in l. si filius familias, C de petit. hæred. & authoritate eorum iurium*; voluerunt Castr. *in cons.* 58. *num.* 4. *lib.* 2. Paris. *cons.* 137. *num.* 12. *lib.* 4. siue etiam ex vera solutione dotis, quæ idem dicebatur fecisse Ioanni Baptistæ marito Dominicæ, quia non poterat obstare cursus eius temporis propter diuturnam litem, quæ agitata fuit super eodem Palatio in-
ter † Ioannem Baptistam, & Thomam Zaulum, 3
cui idem Palatium venditum fuit ab Ambrosio; cum illa obstaret, quo minùs dici posset constare de patientia, aut satisfactione Ioannis-Baptistæ, quæ solùm præsumi poterat, ex cursu eiusdem temporis, vt considerat idem Paris. *dict. cons.* 137. & Castr. *cons.* 58. Menoch. *consil.* 457. *num.* 1. *& cons.* 121. *n.* 28. *& in tract. præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *n.* 3. cum aliàs illud † non sit 4
causa tollendæ, siue inducendæ obligationis, vt habetur *in l. obligationum* 43. *ff. de act.* & notat ibi gloss. *in verbo placet, & in* §. *at si stipuleris, inst. de verbor. obligat.*

Et ex hac lite remouebatur alia exceptio, vt præscriptum fuisset huic interdicto, quod tolli-
tur † lapsu decem annorum inter præsentes, & 5
viginti inter absentes eodem modo, quo spatio huius temporis præscribitur actioni hypothecariæ; vt decisum fuit *in vna Imolens. Saluiani* 27. *Iunij* 1594. *coram Card. Mantica inter impress. decis.* 291. *num.* 3. *& in Romana hæreditatis de Beuilacqua* 15. *Martij* 1591. *coram*
Orano, quia ex tali lite † fuit interrupta quæ- 6
cumque præscriptio, vt notatur *in l. more, C. de rei vendicat. & in l. longi temporis, C. de præscript. long. temp.* Bart. *in l.* 2. §. *si rem, num.* 1. *ff. pro emptore.*

Præthereà

Præterea poterat Dominicæ competere restitutio † in integrum ex capite ignorantiæ, cum
7 illa negare possit se sciuisse quod soluta fuisset Ioanni-Baptistæ dos, quam petit in hoc iudicio, vt tradit Bart. *in l. 1. §. si quis mihi, num. 1. ff. de itiner. actúque priuat.* & notant *ibi* Doctores, & *in cap. vigilanti, de præscript.* ibi Felin. *num.* 2. Mohedan. *decis. 1. de restit. in integr. n. 1.*

Non etiam obstare poterat vera solutio Dotis, quæ cum etiam diceretur interuenisse sublata fuit ex ea omnis obligatio Ambrosij, qua
8 cessante, cessabat hypotheca † fauore Dominicæ, ac ratio, siue fundamentum huius interdicti, vt notatur *in l. item liberatur, & in l. Paulus, §. qui pignoris, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solu.* Bald. *in l. 2. num. 3. C. de pignor. poss. gloss.* ibi, *in verbo actione submota.*

Deducebatur enim ea solutio ex conuentione, quæ erat in instrumento dotali facto inter Ambrosium, & Ioannem-Baptistam, vt dos Dominicæ inuestiri deberet, in locis montium, siue in emptione alicuius officij, quod officium emerat posteà Ambrosius sub nomine Ioannis-Baptistæ. Verùm aderant in eo instrumento aliæ conditiones, quæ suadebant, vt non posset emptio dicti officij referri in solutionem huius dotis: Nam conuentum fuit, vt in emptione, quæ fieri debebat, exprimeretur, quod pecuniæ erant
9 dotales † Dominicæ, & quod bona ex eis emenda, non possent alienari, sine expresso illius consensu, aut Ambrosij eius fratris, qui dotem promisit; quod cum præstitum non fuerit in emptione, quam fecit Ambrosius, non poterat dici, quod liberatus fuisset à sua obligatione, vt probat text. *in l. Iulianus 131. §. qui fundum,* & notat *ibi* gloss. *in verbo de euictione, ff. de verbor. oblig. & in l. etiam, ff. de solut. & liberat.* vbi gloss. *in verbo viri, & in verbo superierit:* Alber. *in l. 4. §. si ab ignoto, ff. de manumiss. num. 4.* & idem etiam dicendum erat inspecta persona Dominicæ, quia cum emptio eius officij facta fuis-
10 set sine illius consensu, † non potuit eidem præiudicare in sua hypotheca, vt notatur *in l. si debitor, & in l. item liberatur, §. 1. vers. aut qui, ff. quib. mod. pign. aut hypoth. soluat. & in l. debitore, C. de pignor. & in l. si debitor, C. de distract. pign.* & fuit dictum in terminis hypothecæ dotalis, *in Tiburtina dotis 11. Iunij 1623. coram Nauarro.*

Non etiam visa fuit obstare alia exceptio, quam hodie afferebant hæredes Pauli ex defectu hypothecæ, eò quia Palatium, super quo petitur immissio esset emphyteuticum, & sub directo dominio Ecclesiæ, seu Monasterij Sancti Syl-
11 uestri; & ita non potuisset super eo constitui, aut contrahi aliqua hypotheca, tàm ex dispositione iuris, vt notatur *in l. 1. C. de iur. emphyt. & in cap. nulli, de rebus Eccles. non alienand.* quàm ex forma inuestituræ cum in ea prohibita esset
12 omnis alienatio, † etiam latissimè sumpto nomine alienationis, & ex tali prohibitione censeri deberet prohibita, etiam constitutio hypothecæ, *argum. text. in l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & in l. si pupillorum, §. si Prætor ff. de reb. eorum, qui sub tutela, vel cura sunt,* tradit Bart. *in l. in quorum, ff. de pignor.* Alciat. *in l. alienationes 28. ff. de verbor. signific.*

Non enim deerat talis consensus Monasterij, quia in venditione huius Palatij facta ab Ambrosio fauore Thomæ, à quo causam habent hæredes Pauli, expressè conuentum fuit, vt ex illius pretio satisfieri deberet Dominicæ de sua dote ante omnes alios creditores, & Ambrosius reseruauit sibi illius dominium, donec Thomas soluisset pretium emptori, & impleuisset alias conditiones, pro quibus se obligauerat in instrumento, & cum huic venditioni consensissent Moniales, & Abbatissa Monasterij, videbantur etiam dedisse consensum obligationi, quam fecit Thomas pro satisfactione Dominicæ, quæ continebatur in eodem instrumento, quia ratione directi † dominij, quod habebant 13
super re vendita dicebatur agi de obligatione rei propriæ, cui illæ censebantur consensisse, dum fuerunt præsentes dictæ obligationi, neque illi contradixerunt, *arg. text. in l. quidam, ff. de euict. & in l. fideiussor, §. Pater, ff. de pignor.* & notat *ibi* Bart. *in l. quæ dotis, ff. solut. matrim. num. 20. & 22.* Neque, quia talis consensus † datus fuit 14
principaliter super ipsa venditione dici poterat, quod comprænderet eam solam causam, quod ille referri non posset ad aliam causam obligationis, in quo Thomas promisit satisfacere Dominicæ, *ex regula text. in l. vnic. §. ante omnia, ff. de pact.* quod præcipuè dicendum erat, dum ex eo consensu approbatum fuit, non solùm factum ipsius venditionis, sed etiam persona emptoris, qui sine consensu Domini directi non potuisset possidere idem Palatium, quia cum in eo instrumento actum fuisset etiam de hoc iure & credito Dominicæ, † pro quo competebat 15
illi hypotheca ex dispositione iuris, iuxta notata *in l. assiduis, C. qui pot. in pign. hab.* Non poterat consensus Monasterij diuidi, aut intelligi datus pro sola venditione, quamuis fuisset pro ea necessarius.

Et contrarium † suadebatur, tam ex scientia, 16
quàm Moniales habuerunt eiusdem crediti, quæ fuit ratio Bart. *in d. l. quæ dotis,* & considerauit gloss. *in l. Caius Seius, ff. de pignorat. act. in verbo non obesse,* quàm ex reseruatione Dominij, quod venditor in eodem instrumento voluit semper apud se manere, neque vnquam censeri translatum in emptorem, donec illæ non satisfecisset Dominicæ, quia ex hoc etiam ostendebatur connexitas obligationis, quam fecit emptor illius fauore, & operabatur, vt consensus censeretur datus pro dicta obligatione, cum non potuisset contractus approbari, sine approbatione omnium pactorum, quæ in illo continebantur, probat text. *in l. Caius, ff. de manumiss. & in l. contra iuris, §. vlt. ff. de pact.* & notat *ibi* Bald. *n. 4. in fi.* Castr. *cons. 1. num. 4. lib. 1.* Put. *decis. 358. num. 4. lib. 2.*

Adducebatur etiam alia exceptio melioramentorum, quæ iidem hæredes Pauli dicebant se fecisse super hoc Palatio, quæ etiam potuissent impedire immissionem † Dominicæ cum 17
licitum sit possessoribus retinere rem melioratam, donec sibi restituantur, vel ipsa melioramenta, vel quod in illis impensum fuit, vt probatur *in l. qui in arca, ff. de condit. indebit. & in l. Paulus, ff. de dol. except.* & notant Doctores *in d. l. qui in arca, & in l. si non sortem, §. si centum, ff. eod. tit.* & *ibi* Bart. *num. 8. post gloss. in verbo, retinebitur:* Bald. *num. 3.* Ias. *num. 10.*

Verùm neque visa fuit obstare hæc exceptio, quia præterquàm non constabat aliqua ratione de his meliorationibus, vnde non poterant dici probata, neque in specie, neque in genere, prætereà illæ, quæ petebantur, factæ erant in parte
† Palatij diuersa ab ea, super qua petitur im- 18
missio,

missio, in qua non poterat considerari, aliquod ius possessoris ratione dictorum melioramentorum; vt voluit Bart. *in d. §. si centum, n. 8. in fin.* Bald. *num.* 3. Salyc. *num.* 4. & probat text. *in d. l. vlt. C. commodat.* & tradit etiam ibi Bald. & Salyc. *num.* 2. Angel. *num.* 1. & satis erat, quod ea
19 melioramenta non essent liquida, † vt possessor non posset habere hoc commodum retentionis, quia hoc casu satis censetur consultum eius damno ex cautione, quam debet præstare ille, qui immissionem petit de reficiendis eisdem melioramentis, postquam fuerint liquidata; & hanc consuetudinem seruat Rota, vt habetur *in decis. Put.* 461. *lib.* 2. *& in decis.* 659. *n.* 1. *par.* 1. *diuers.* in quibus reprobatur contraria decisio Capycij, & nouissimè decisum fuit *in Romana Domus de Soderinis* 1. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. Pancirolo.*

Et ita, &c.

DECISIO XXXI.

R. P. D. Dunozetto.

Perusina Emphyteusis.

Luna 13. *Februarij* 1640.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta concessionum concurrentibus adminiculis probant dominium etiam ad effectum deuolutionis.*

2 *Deuolutionis ad effectum dominium probari debet, & identitas, n.* 3.

4 *Identitas æquiuocis demonstrationibus non probatur.*

Per certas & non æquiuocas demonstrationes probari debet, n. 5.

5 *Ecclesia pretendens maiorem quantitatem ea, pro qua rationes soluuntur, probare tenetur.*

CVm Patres Eremitæ Camaldulenses Montis Coronæ in Agro Perusino residentes prætenderent inter alia bona vnum tenimentum terræ positum in pertinentiis Castri Frattæ in loco Buottani, cuius pars superior possidetur, vt dicebatur, à Marco-Antonio, ac Thoma de Bentiuenghis, inferior verò ab Hippolita, & DiaNira de Burellis, iure directi dominij spectare ad eorum Monasterium, illúdque ob alienationem factam ipsis irrequisitis, & ob alias causas esse deuolutum; iudicium super huiusmodi deuolutione contra dictos possessores in partibus introduxere, qui sententiam absolutoriam reportarunt, à qua Patres appellarunt; vnde causa mihi commissa dubitaui, an constaret de bono iure dictorum Patrum.

Pro cuius dubij affirmatiua resolutione Informantes pro Patribus eorum bonum ius ex tribus præcipuè instrumentis deducere conabantur, quorum

Primum fuit celebratum de anno 1443. in quo Ecclesia concessit, ac renouauit in emphyteusim Thomæ Cecolo recipienti pro se, & Ioanne filio, eorúmque filiis, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem finitam, & deficientibus masculis pro vna fœmina vnum tenimentum terræ positum in pertinentiis Castri Frattæ sub vocabulo Buottani, à duobus lateribus viæ, ab alio hæredes Nicolutiæ Andreutij, & Berardelli Vanni pro re, quæ fuit Cecoli Cambij, ab alio pro parte Ecclesiæ S. Andreæ.

Secundum detegitur factum de anno 1514. in quo Ecclesia pariter innouauit, & refirmauit in emphyteusim Fœlici, & Orlandino de Mucciarellis, eorúmque filiis, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem supradictum tenimentum cum eisdem finibus descriptum.

Tertium verò erat de anno 1516. in quo Ecclesia præuia narratiua, quod sub die 17. Augusti 1512. refirmasset Petrucio, & Ioanni de Florantibus, ac Dominicæ quondam Pauli, & Thomasiæ matri d. Dominicæ nonnulla bona, & signanter tres quartas, vel circa vnius eminæ vnius tenimenti cum eisdem confinibus superius designatis; iterum concessit, ac refirmauit d. bona pro maiori expressione confinium eisdem Petrucio, & Ioanni de Florauantibus, & Thomasiæ sorori eius vita durante, eorúmque filiis, & nepotibus masculis vsque ad tertiam generationem finitam.

Quæ instrumenta concessionum, confirmantur respectiuè ex nonnullis confessionibus factis ab emphyteutis asserentibus hoc ipsum tenimentum, vt suprà descriptum esse sub proprietate Ecclesiæ, necnon recognitionibus dominij, & quamplurium annorum subsequutiuis, & continuatis solutionibus, vt colligitur ex partitis extractis ex libris eiusdem Ecclesiæ, quibus concurrentibus † instrumenta concessionum di- 1
cebantur sufficienter probare dominium Ecclesiæ etiam ad effectum deuolutionis: Valasc. *de iur. emphyt. quæst.* 9. *num.* 16. *& seq.* Rip. *in l. si aliquam rem, num.* 39. *ff. de acquir. possess.* Rot. *decis.* 249. *num.* 2. *& decis.* 290. *num.* 1. *part.* 1. *recent. & in Ciuitat. Castelli bonorum* 12. *Februarij* 1590. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, in Romana medietatis domus* 5. *Maij* 1625. *coram bon. mem. Manzanedo*, cum aliis relatis à Canal. *decis.* 269. *n.* 3.

Cæterùm prædictis non obstantibus Domini non constare de bono iure dd. Patrum hodie responderunt, quia ad effectum deuolutionis duo
† copulatiuè probari debent, dominium, & iden- 2
titas rei, de cuius deuolutione agitur, prout de dominio: Specul. *de emphyt. §. nunc aliqua, n.* 17. Veral. *decis.* 280. *p.* 1. Seraph. *decis.* 1453. *num.* 1. Rot. *decis.* 150. 249. *& 606. vbique num.* 1. *p.* 1. *recent.* Buratt. *decis.* 132. *num.* 4. & de identitate, Specul. *d. §. nunc aliqua, n.* 19. Seraph. *decis.* 869. *num.* 1. Rot. *decis.* 150. *n.* 4. *&* 5. *p.* 1. *& decis.* 771. *n.* 9. *vers. tanto magis, part.* 4. *recent.*

In proposito autem esto quod ex prædictis probetur aliquod dominium Ecclesiæ, nihilominus probatio identitatis nequaquam concurrere visa fuit, neque respectu partis superioris possessæ à Bentiuenghis, neque respectu partis inferioris possessæ à Burellis.

Non quoad partem superiorem possessam à Bentiuenghis, qui causam habent à Catharina filia prædicti Fœlicis de Mucciarellis titulo emptionis factæ à Hieronymo, & Ludouico de Bentiuenghis vsque de anno 1598. quia confinia enunciata in prædictis tribus inuestituris non concordant cum confinibus enunciatis in instrumento dictæ emptionis factæ à dictis Bentiuenghis, siquidem in prædictis inuestituris enunciatur vnum tenimentum positum in pertinentiis Castri Frattæ in vocabulo Buottani, à duobus

viæ,

viæ, ab alio hæredes Nicolentiæ Andreatij, & Berardelli Vanni pro re, quæ fuit Cecoli Cambij, & alio res pro parte Ecclesiæ Sancti Andreæ.

In instrumento autem supradictæ emptionis enunciatur vnum tenimentum in pertinentiis Castri Frattæ, in vocabulo Buottani, fines cuius à duobus viæ, ab alio Templum B. Mariæ della Regia, ab alio Eques Io. Paulus de Solis, ab alio Io. Paulus de Picciolis, ab alio vxor Francisci de Aloisiis.

Quæ quidem demonstrationes non conueniunt cum aliis supra enunciatis in prædictis inuestituris, nisi in tribus, nempe in situatione Castri Frattæ, in vocabulo Buottani, & in duobus viis, quæ demonstrationes tanquam nimis gene-
3 rales, † & æquiuocæ non concludunt identitatem. Bart. *in l. demonstratio falsa, num.* 15. *in fin. vers. vel quod alius est.* Castrens. *ibidem, num.* 6. *vers. vel nisi esset, ff. de condit. & demonstr.* Gratian. *discept.* 790. *num.* 4. *& seq.* Seraph. *decis.* 804. *num.* 5. Burat. *d. decis.* 132. *num.* 5. Rot. *decis.* 295. *n.* 8. *part.* 1. *recent.*

Eóque minus, quia pro parte Patrum Eremitarum fuerunt examinati nonnulli testes asserentes in eodem loco, & vocabulo Buottani plura alia tenimenta cum domibus ab aliis possessa confinantia pariter cum duabus viis existere, & propterea cum confinia prædicta aliis quoque corporibus conueniant, eo minùs probant iden-
4 titatem, quæ per demonstrationes certas, † non autem æquiuocas probari debet. Gratian. *dict. discept.* 790. *num.* 4. *& seqq.* Rot. *dict. decis.* 295. *num.* 8. *part.* 1. *& decis.* 181. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* Burat. *d. decis.* 132. *num.* 5. *vers. & sic ex diuersitate*, & fuit dictum *in Mediolanens. bonorum* 25. *Febr. coram bon. mem. Vbaldo.*

Neque etiam quoad partem inferiorem possessam à Burellis, qui causam habent à supradictis Petrucio, & Ioanne de Floranantibus; nam aut Patres Eremitæ fundant eorum bonum ius in duobus prioribus instrumentis concessionum, & illa non suffragantur, quia confinia ibi enunciata non concordant cum confinibus designatis in instrumento emptionis factæ per dd. Petrucium, & Ioan. de Floranantibus à supradicto Fœlice de Mucciarellis, vsque de anno 1515. Siquidem in instrumento dictæ emptionis enunciantur infrascripta confinia, nempe, vnum petium terræ trium Eminarum in vocabulo Buottani, ab vno petium terræ, vt supra positum, à pede via, à duobus dicti emptores, quæ demonstrationes non conueniunt cum aliis enunciatis in prædictis duabus inuestituris, nisi in vocabulo Buottani, & in vna via à pede, quæ tanquam generales, & æquiuocæ non probant identitatem ex supra allegatis.

Aut verò se fundant in instrumento anni 1516. continente renouationem inuestituræ, quam aliàs Ecclesia fecerat de anno 1512. eisdem Petrucio, & Ioanni de Floranantibus Anthoribus dd. de Burellis, & illa pariter non suffragatur, cum loquatur solummodò de quantitate trium quartarum vnius Eminæ, quæ pro parte dd. de Burrellis non controuertitur esse sub dominio Ecclesiæ, pro illáque Canones fuerunt
5 persoluti; vnde Eremitæ, † qui prætendunt maiorem quantitatem trium quartarum esse Monasterij dominio subiectam, tenentur id probare concludenter tanquam fundamentum eorum intentionis. Mantic. *decis.* 251. *num.* 6. *vers. secundo fuit responsum.* Rot. *decis.* 150. *num.* 6. *&* 7. *p.* 1. *recent. decis.* 371. *num.* 9. *part.* 4. *recent. & in dict. Mediolanen. bonorum, coram bon. mem. Vbaldo.*

Et ita, &c.

DECISIO XXXII.

R. P. D. GHISLERIO.

Bononien. fideicommissi de Nascentoriis.

Veneris 23. *Martij* 1640.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter non transit ad extraneos.*
Fallit, vt num. 3.
Hæreditaria comprehenditur in fideicommisso, num. 9.
2 *Appellatione bonorum suorum in fideicommisso non veniunt emphyteutica.*
3 *Clausula*, ad habendum, &c. *æquipollet clausulæ*, & quibus dederit, *posita in dispositiuis efficit emphyteusim ad extraneos transitoriam, n.* 7.
5 *Rota* decis. 211. part. 6. recent. *declaratur.*
In Sarsinaten. feudi 20. *Decembris* 1638. *&* 1. *Iulij* 1639. *coram Coccino, in quibus terminis procedat. n.* 6.
8 *Pactum de renouando de* 29. *in* 29. *annos non impedit transmissionem emphyteusis in extraneos.*
10 *Obseruantia in successione emphyteusis attenditur.*

PRoposito dubio reseruato in decisione in hac causa coram me facta 27. Februarij præteriti, fuit dictum Angelo esse dandam immissionem in prædio nuncupato Della Corte, concesso in emphyteusim à Rectore Capellaniæ Sancti Antonij, Ioanni Rainerio de Nascentoriis testatori, vsque de anno 1581. quia de fideicommisso purificato ad fauorem ipsius Angeli, vti primogeniti Galeatij de Manzis, proximioris cognati testatoris, cum aliis requisitis ad hunc effectum necessariis; constat ex decisionibus in hac causa factis, tam super fideicommisso, & descendentia, quàm etiam super immissione, quoad alia plura corpora specificata in vltima decisione.

Siquidem ex instrumento diuisionis, & assignationis bonorum relictorum in hæreditate, & ex inuentariis factis de anno 1601. & 1634. post mortem Pirrhi vltimi grauati, in quibus inuentariis prædium Della Corte describitur, vti proueniens à Ioanne Rainerio testatore, eáque concordant cum instrumento assignationis, & cum instrumento inuestituræ ad fauorem Ioannis Rainerij testatoris, de anno 1581. benè probatur dictum prædium fuisse relictum à testatore in hæreditate, & esse illud quod modò possidetur per Corn. Thadæum de Blanchis, qui neque controuertit illius identitatem, cum solùm prætendat ex tenore inuestituræ † non transire ad 1
extraneos hæredes, cum regulariter emphyteusis Ecclesiastica non transeat in extraneos hæredes, sed tantùm in descendentes inuestiti. Rol. *consil.* 96. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 171. *num.* 1. vbi de magis communi, Seraph. *decis.* 703. *num.* 1. Rota *coram bon. mem. Buratto, decis.* 477. *coram*

Reuerendissimo Vrgellen. decis. 212. *num.* 22. *decis.* 229. *num.*4. *part.*4. *diuers. & decis.* 381. *num.*2.*par.*5.*recent.* indéque sequi prædium emphyteoticum non cadere sub fideicommisso, tam ex defectu potestatis, quàm voluntatis fideicommittentis, cum certum sit appellatione bo-
2 norum † suorum non venire bona de quibus quis non potest disponere, nisi ad vitam suam tantum. Menoch.*præsumpt.* 197. *num.*13. *lib.*4. Fusar.*de substit.quæst.*630. *num.*5. Magon. *dec. Lucen.*13.*num.*10.Rota *decis.*375.*num.*3.*par.*1. *recent.decis.*219.*n.*10.*part.*4.*diuers.& in Ferrarien.de Tarsonis* 21. *Febr.* 1617.*coram Eminentiss. Card.Pamphilio.*

His tamen non obstantibus contrarium fuit resolutum, quia ex instrumento concessionis in emphyteusim de anno 1581. apparet prædium
3 fuisse concessum Ioanni Rainerio † pro se, & eius hæredibus, & successoribus stipulanti in emphyteusim perpetuam, & iure perpetuæ emphyteusis ad habendum; quo casu Rota *in d. decis.*391.*num.*5.*part.*5. *recent.* admittit clausulam, *ad habendum,* positam in dispositiua operari, vt emphyteusis Ecclesiastica concessa hæredibus in perpetuum, sit transitoria ad hæredes extraneos, iuxta *cons.Curt.iun.*4. *num.*1. & trad. per Clar.*in* §.*emphyteusis, quæst.*28. *in fin.* & ita alias pluries fuit resolutum *in Romana Domus S. Eustachij* 17. *Februarij* 1581. *coram Cardinali Lancellotto, seu Imolen. bonor.*8. *Martij* 1596. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, Nonantulana bonorum* 4.*Iulij* 1610. *coram bon. mem. Sacrato, Romana Vinea* 19. *Iunij* 1611. *coram Cardinali Marquemontio, & coram bon. mem. Cardinali Caualerio, decis.*293.*num.*1. *vers.quæ omnia,* & alibi pluries.

Eóque magis, quia dicta clausula, *ad haben-*
4 *dum,* † cæterata, extensa ad habendum, tenendum, alienandum, &c. æquipollet clausulæ, *& quibus dederit ad effectum*, vt sit transitoria ad extraneos: Curt.iun. *d. cons.*4. *num.*1. *vers. sed quoniam*, vbi de communi Mantic. *de tacit. lib.*22.*tit.*10. *num.*25. Rot. *decis.* 152. *num.*1. *decis.*294.*num.*3.*part.*2.*recent.coram bona mem. Card.Caualerio,dec.*219.*num.*11.*& d.decis.*293. *num.*2.& in aliis resolutionibus Rotalibus *in dd. decis.*relatis.

Nec facit in contrarium *decisio Mediolanen. Bonorum* 30. *Maij* 1633. *coram R. P. D. meo*
5 *Merlino*, † *quæ est decis.* 211. *part.* 6. *recent.* Quia cum illo casu extaret pactum expressum, ne bona concessa in emphyteusim possent alienari, legari, vendi, nec donari cum expressa relatione ad antiquas inuestituras, in quibus aderat expressa prohibitio alienandi in Ecclesias, & loca pia, fuit resolutum ex supradicta prohibitione, & pacto elidi, vel saltem ita temperari virtutem clausularum, ne possent suffragari extraneis, & propterea non applicatur huic casui.

6 Minùs applicantur decisiones † Reuerendissimi Domini mei Decani in Satsinaten.feudi 20. Decembris 1638. & 1. Iulij 1639.qui loquuntur de feudo in terminis prorsus diuersis à formula concessionis, de qua agitur, in qua cum supradicta clausula, *ad habendum*, sit posita in
7 parte dispositiua, † scilicet ante constitutionem, seu promissionem Canonis, cum sit immediatè post [illegible], & ante clausulam, & hoc ideo, &c. & [illegible]ationem, seu promissionem Canonis [illegible] illa subsequentia verba, & pro affirmatiuo, non autem in executiuis facit emphyteusim Ecclesiasticam transitoriam ad hæredes extraneos, vt per *decisionem Pedemont.*164. *num.* 2. cum similibus dixit Rota, *coram bon.mem.Card. Caual. d.decis.*219. *num.* 12. & hanc distinctionem admittit Rot.*in rec.decis.*294.*part.*2.

Pactum de renouando de 29. in 29. annos, non mutat naturam emphyteusis, ita vt ex illo negandum sit emphyteusim esse transitoriam ad hæredes extraneos; illud enim operatur, quod Dominus directus teneatur in perpetuum renouare, ex quo illi est adiecta dictio in perpetuum,
non † autem impedit transmissionem ad extra- 8
neos, vt bene per Rot. *dict. decis.* 381.*num.*3. *vers. quantum attinet*, *& num.* 14. *part.* 5. *recent.*

Vnde cum ex prædictis emphyteusis, de qua agitur, probetur transitoria ad hæredes extra-
neos prædium vti hæreditarium † compræhen- 9
ditur sub vniuersali institutione & substitutione facta per Ioan. Rainerium testatorem in omnibus suis bonis, ex cumulatis per Fusar. *de subst. q.*630.*n.*7.*bo.me.Card.Caualer.d.decis.*293.*n.*1. Burat.*decis.*87.*num.*10.*& Reuerendiss. Vrgellen. decis.*254. *n.*18.

Idque etiam suadet obseruantia subsequuta; nam post mortem testatoris prædium huiusmodi semper transiuit in extraneos, quæ obseruantia
† plurimùm facit, in hac materia,vt per Clar.*in* 10
§.*emphyteusis, sub n.*10.*vers.vbi tamen.*

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum etiam in hoc prædio Della Corre esse dandam immissionem Angelo.

DECIS. XXXIII.

R. P. D. Bicho.

Parmen. Pensionis.

Veneris 23. *Martij* 1640.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de recepto non probat solutionem.*
*Adminiculata probat solutionem, etiam contra successorem, n.*15.
2 *Verba dante & soluente, numerationem non probant.*
*Quia habuit, & recepit non important solutionem, n.*3.
*Quæ habuit, numerationem probat, n.*4.
*Hic in præsentia, important numerationem, num.*7.
*Declara, vt n.*8.
*Media declarantur à præcedentibus, & subsequentibus, n.*9.
5 *Dictio* quia, *stat continuatiuè, & declaratiuè.*
6 *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia.*
10 *Gerundij natura est modificare.*
11 *Notarij stylus circa extensionem instrumenti debet attendi.*
12 *Soluisse non dicitur, qui pecunias illico rehabuit.*
13 *Restitutio pecuniarum illico facta, nisi processerit ex pacto non tollit effectum solutionis, & num.*16.
14 *Solutio momentanea est inefficax, vbi non sufficit confessio de recepto.*

17 *Ad*

17 *Adminicula cessant vbi non adest aliquis gradus probationis.*

18 *Arbitrium relaxat iuris rigorem.*

IOannes Mozzanega, cui super fructibus Ecclesiæ Prioratus nuncupat. S. Tiburtij Parmen. collatæ Nicolao eius fratri, fuerat authoritate Apostolica reseruata annua pensio scutor. 60. petiit, & obtinuit ab A. C. mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem contra R. P. D. Carolum Paulutium de dicto Prioratu per obitum Nicolai prouisum, à quo mandato commissa causa appellationis Illustrissimo D. meo Macchiauello, Patriarchæ Constantinopolitano, cum clausula, *non retardata solutione arbitrio Rotæ*, ac proposito quater dubio, an intret arbitrium. Tandem coram me in locum D. Macchiauelli suffecto, fuit in hac quinta propositione resolutum intrare arbitrium pro retardatione solutionis pensionis.

Quia ad probandam quasi possessionem exigendi pensionem, quæ est fundamentum manutentionis deducebat Ioannes pensionarius instrumentum prætensæ solutionis sibi factæ à Nicolao, & vnici testis depositionem: Instrumentum continet solùm confessionem de recepto,
1 † quæ solutionem non probat in præiudicium successoris in beneficio: Gratian. *discept. 365. num. 35.* Lotther. *de re benef. lib. 1. quæst. 38. n. 115. & 117.* Seraph. *decis. 292. n. 2. decis. 302. num. 2. & seqq. decis. 435. n. 6.* Burat. *decis. 156. n. 2. & seqq.* vbi Add. *num. 14.* allegant concordantes.

Non enim Notarius in dicto instrumento attestatur de numeratione facta coram se, ac testibus, aut, quod Ioannes pecunias ad se traxerit; prout solet vbi de reali numeratione rogatur, sed ait: *Ioannes Mozzanega, &c. confessus fuit, &c. ab eodem Nicolao Priore dante, & soluente, habuisse, ac recepisse scuta 30. pro pensione termini hodie maturati, &c. de quibus renunciauit, &c. quia habuit hic in præsentia, &c. confitendo, &c. renunciando, &c.*

Et sic instrumentum incipit à confessione ad quam referuntur, tum participium, & ablatiui
2 *dante, & soluente*, † quia intelliguntur adscripti in consequentiam confessionis: Bald. *in l. si ex pretio, num. 6. Cod. si cert. pet. & cons. 28. circa fin. vers. certè:* Botrig. *lib. 1.* Ias. *in l. singularia, n. 49. & 50. ff. eod.* Alex. *in l. prædia, num. 7. ff. acquir. possess.* Felin. *in cap. si cautio, sub num. 53. de fid. instrum.* Mant. *de tacit. lib. 18. tit. 6. n. 10. & 11.* Surd. *decis. 284. n. 10.*

Tum subsequentia verba, *quia habuit, & recepit*; nam vbi præcedit partis confessio potuit Notarius scribere in tertia persona dicta verba,
3 quæ Pensionarius protulerat in prima, † vt puta, *confiteor, me habuisse centum, quia habet, & recepi*, quicquid dicendum esset si Notarius dixisset, *& habuit, & recepit*; vt in specie bene aduertit Roman. *in d. l. prædia, sub num. 4. vers. & tunc aut proferuntur, ff. acquir. possess.* post Bart. *in l. si ex cautione, num. 9. vers. vnde si, Cod. non numer. pec.* & ibidem Bald. *num. 14.* Salyc. *n. 28.* Aret. *in §. 1. num. 8. instit. de litter. obligat.* Felin. *in d. cap. si cautio, sub num. 53. vers. & non sufficeret.* Farinac. *de falsit. quæst. 154. n. 59.* Gratian. *discept. 628. n. 10.* Mant. *de tacit. d. lib. 18. tit. 6. num. 4.*

Ponderando præsertim, quod Notarius non
4 dixit, *quæ habuit*, † quo casu numerationem probari tenet Butr. & alij relati à Cinc. *de cens. part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 8. num. 12. & 13.* Sed, *quia habuit*, & sic verbum *habuit, ac recepit*, non est verbum Notarij, sed pensionarij, non secus ac immediatè præcedentia verba concessionalia, *confessus fuit, &c.* ad quæ cum stet declaratiuè, & continuatiuè; † prout denotat dictio *quia*, *l. hac actio. ff. de calumniat. l. si is qui animo, ff. de acquir. possess.* Bart. *in l. demonstratio, §. quod autem, n. 8. & seqq. ff. condit. & demonstr.* 5
referendum † est iuxta theoricam Bart. *in l. vltima, §. Titia, ff. liber. legat.* Gabr. *de claus. concl. 9. n. 11.* Seraph. *decis. 610. n. 4.* Rot. *decis. 765. n. 13. part. 2. recent.* 6

Non obstat, quod vltrò Notarius testetur de solutione facta coram se, & testibus, ibi, *hic in præsentia, &c.* † ac propterea numerationem probet quamuis incœperit confessione: Bart. *in d. l. si ex cautione, sub num. 1. vers. si verò Notarius*, quem sequitur ibidem Salyc. *num. 28.* Eman. Cost. *limit. 19. sub num. 4. vers. hinc Bart.* Roman. *in d. l. prædia, num. 4. infra med. vers. aut Tabellio, ff. de acquir. possess.* Cagnol. *in l. si librarius, n. 78. ff. de reg. iur.* Angel. *in §. 1. n. 9. instit. liber. obligat.* Bertaz. *claus. 34. gloss. 8. n. 1.* 7

Quia cum Notarius non dixerit simpliciter, *quæ habuit, & recepit in præsentia mei, ac testium*, in quibus terminis loquuntur Doctores ex adu. allegati, sed *quia habuit*, adeóque continuatiuè ad partis confessionem, vt supra, & statim subdiderit *confitendo*; exinde resultat, quod verba, *In præsentia, &c.* tanquam posita in medio inter verba confessionalia non possunt intelligi nisi de confessione, & auditu à Pensionario, ita vt sensus sit, quod in præsentia Notarij, ac testium fuerit facta confessio, † non autem numeratio pecuniarum de qua Notarius nullam mentionem fecit, vt in fortioribus terminis fuit decisum *in Ianuen. Pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram bon. mem. Card. Lancellotto iuniore*, & tradit Gratian. *discept. 387. num. 42.* Farin. *de falsit. q. 154. n. 66.* 8

Verba enim media † declarantur à præcedentibus, & subsequentibus, *l. sed & si adiiciatur, ff. pro socio, l. si seruus plurium, §. fin. ff. de leg.* Alex. *cons. 190. n. 18. lib. 2.* Honded. *cons. 30. num. 15. lib. 2.* & est de natura gerundij illius 9
confitendo † modificare, ac determinare verba præcedentia, quæ ad pluros sensus trahi possent: Angel. *cons. 338. num. 3. vers. & solent, per text. in l. vim facit, ff. vi, & vi armat.* Socin. sen. *cons. 93. num. 2. vers. prætereà, lib. 1.* Alex. *cons. 1. num. 22. lib. 3.* Decian. *cons. 4. num. 13. lib. 3.* Necnon significare quid sensui Notarij fuit expositum. Mantic. *de tacit. lib. 18. tit. 6. sub num. 11.* 10

Atque hinc benè idem Notarius de instrumento rogatus extendendo deinde clausulas cæteratas scripsit, *quia ipsas libras, &c. habuit, & recepit, prout dixit, & legitimè confessus fuit in præsentia mei Notarij, & testium infra scriptorum confitendo, &c.* Cui extensioni † standum est: Bald. *in rubr. Cod. de fid. instrum. num. 41. vers. 4. quæ ritus.* Rot. *decis. 723. num. 6. part. 2. recent.* quia clausulæ cæteratæ extendi debent iuxta stylum particularem Notarij rogati, potiùs quàm generalem aliorum Notariorum: Ias. *in d. l. Gallus, §. idem credendum, num. 23.* Felin. *in c. cum P. Tabellio, sub num. 8. vers. & si Notarius, de fid. instrum.* Alex. *cons. 163. num. 11. & 12. lib. 7.* Surd. *decis. 223. num. 8.* Rota *d. decis. 723.* 11

sub

sub num.6.part.2.recent. & de tali stylo creditur eius assertioni: Paris.*cons.*48. *n.*27.*lib.*1. Bursat. *cons.*150.*n.*89.

Testis autem ad probandam pecuniarum numerationem ex adu. examinatus eam excludit; nam deponit, fuisse ex scrinio Nicolai debitoris acceptas pecunias argenteas, ac positas in quadam fasciola linea latas ad lectum vbi Nicolaus ægrotus iacebat, nec tamen vidisse numerari, & statim celebrato instrumento eandem fasciolam cum pecuniis reportatam fuisse ad ipsum scrinium Nicolai debitoris, vnde solutionis fictio
12 conuincitur, † quia non dicitur soluisse qui ipso momento easdem pecunias absque noua causa rehabuit, *l.qui sic soluit.ff.de solut.* Castr. *in l.si quis duos,in fin.ff.eod.* Rimin. sen. *cons.*407.*n.*7. Caualer. *decis.*406. *num.* 2. aut pecuniarum dominium, seu possessionem aliquo tempore transtulisse. Angel.*in l.*1. §.*si vir, num.*1. *ff. acquir. possess.*Salyc.*in l.emptionem,n.*1. *Cod.plus valere quod agitur.*Bald.*cons.*298.*n.*2.*&* 3.*lib.*4. Burat. *decis.*928.*n.*5.

Nec obstat, quod solutio etiam momentanea sit considerabilis, qui peperit effectum liberationis à debito pensionis, & pecunia potuit de-
13 bitori restitui ex liberalitate, † nisi probetur præcessisse ab initio pactum, quod restitueretur: Bart.*in l.singularia,num.*24. *in fin.ff.si cert. pet.* Angel.*in l. si tibi pecuniam, num.*2. *ff.eod.* Felin. *in d.c.si cautio, n.*53. *vers.subdit etiam:* Mantic. *d.lib.*18.*tit.*6.*n.*16. Rot. apud Cinc. *decis.* 123. *num.*5.& coram Buratto *dict. decis.*928. *num.*6. quia pactum huiusmodi, vel præsumitur inter personas suspectas, vel etiam eo non probato
14 momentanea solutio est inefficax, † quando vt in casu nostro non sufficit confessio de recepto, vt notabiliter ex doctrina Baldi, *in l. per diuersas,num.*44.*Cod.mandati declarat.* Alex.*in l.singularia, sub num.*35. *vers. hoc limito*; & ibidem Curt.iun. *num.*37. *vers. retenta tamen*; vbi subiungit,quod lex ipsa habet talem solutionem pro suspecta: Felin.*in d.c.si cautio,num.*53.*propè fin. vers. vbi limitat.* Simon. de Præt. *cons.*120. *sub num.*36.Mantic.*d.l.*18.*tit.*6. *num.*11. *vers. item illud.*

Tandem non obstat, quod saltem testis facit adminiculum solutionis iuncto maximè, quod tempore instrumenti debitor morti proximus non præsumitur voluisse fingere in præiudicium Ecclesiæ, necnon quod constat de titulo reseruationis pensionis per litteras Apostolicas; &
15 propterea confessio de recepto, † quia adminiculata est, probet etiam contra successorem in beneficio: Gratian.*discept.*365.*n.*39. Lotter. *de re benef.lib.*1.*quæst.*38.*num.*19. *& seqq.* Rot. *decis.*175.*num.*4.*& seqq.part.*4.*diuers.* cum aliis allegatis per Modern. *de manuten. obseruat.* 35. *num.*23.

Quia testis potius deseruit pro contrario adminiculo dum ait, actum fuisse gestum, *per ap-*
16 *parenza*, † vt pensionarius appareret constitutus in quasi possessione exigendi, & pecunias in continenti fuisse reportatas in posse debitoris ad locum vnde acceptæ fuerant, vt in puncto aduertit Burat.*decis.*928.*num.*6.*&* 7.

Titulus pensionis impugnatur ob incapacitatem beneficij; & è conuerso maximè suspecta redditur confessio, quia emanauit inter fratres, nondum venerat dies solutionis termini de quo loquitur, nec de decem, & septem terminis anteà decursis apparet instrumentum aliquod solutionis, sed simplex confessio de recepto emissa eodem contextu assertæ acceleratæ solutionis vltimi termini; ex quibus eliduntur adminicula confessionis, † quæ tamen vehementia esse de- 17
berent. Burat. *decis.*156. *num.*9. aut saltem redditur turbida solutio, & quasi possessio exigendi, quod sufficit ad retardandam solutionem pensionis stante commissione causæ cum clausula, *arbitrio*, quia arbitrium relaxat iuris rigorem: Crescent. *decis.*4. *num.* 3. *de testibus:* Coccin. *decis.*352.*num.*3.& in terminis Rota coram Burat. *dict.decis.*928. *num.*8. *& in Ceruien. pensionis* 22. *Martij* 1622. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita, &c.

DECISIO XXXIV.

R. P. D. Episcopo Patavino.

Assisien. Bonorum.

Veneris 17. *Maij* 1641.

SVMMARIVM.

1 *Domino directi datur manutentio ratione ciuilis pro recuperatione naturalis possessionis emphyteusis.*
*Maximè, si vigore pacti etiam naturalem apprehenderit, n.*2.
3 *Inuestitura non probat dominium, neque possessionem.*
*Amplia, vt n.*4.
*Limita, vt n.*6.
5 *Dominij probatio in reiuendicatione non requiritur constito de emphyteusi finita.*
7 *Dominium Ecclesiæ probatur ex possessione rei emphyteuticæ, tanquam ab Ecclesia recognitæ.*
8 *Decessisse sine filiis quilibet præsumitur.*
9 *Emphyteotica alienari prohibita non veniunt in generali hypotheca.*
10 *Iure emphyteutæ resoluto per mortem, resoluuntur hypothecæ super emphyteusi per eum contractæ.*

CVm per obitum Roggerij Pacij sine filiis, RR.Canonici Regulares Sancti Saluatoris in Lauro prætenderent fuisse deuoluta ad eorum Monasterium Sancti Pauli de Assisio, nonnulla bona prius in emphyteusim concessa quondam Goro Fantusato, & postmodum in quadam concordia eidem Roggerio in emphyteusim renouata, sub expressa conuentione, quod vbi ipse, vel alij in inuestitura compræhensi, sine filiis masculis decederent, eadem bona deuoluerentur ad Ecclesiam, & in quocumque casu deuolutionis, & caducitatis ipsis liceret dictorum bonorum, & totius iuris emphyteutici actualem, & corporalem possessionem apprehendere, etiam propria authoritate, & sine decreto Iudicis, vel licentia, & absque vitio spolij, vel attentatorum; vigore eiusmodi conuentionis præfati Canonici dictorum bonorum possessionem appræhenderunt, contra quam cum insurrexisset Eleonora mater dicti Roggerij prætendens eadem bona pro sua dote, seu titulo donationis sibi factæ à Ioan.Baptista eius viro retinere. Causa coram A. C. introducta obtinuerunt dicti Canonici

nici manutentionem, & successiuè ea non acquiescente, relaxari mandatum de allociando, cuius vigore denuò eorundem bonorum possessionem acceperunt, quæ posteà fuit per mandatum de manutenendo confirmata: Eleonora verò defuncta, sibi vniuersali hærede constituto Fratre Ioan. Francisco Pacio, Ord. Minorum Conuentualium Assisij, prosequuta per dictos Reuerendissimos Patres Conuentuales appellatione, fuit ab A. C. deputatus in eadem causa R. P. D. meus Nauarrus, coram quo disputato dubio, an dictis Canonicis esset dandum mandatum de manutenendo, fuit sub die 18. Februarij 1622. dictum, vt videretur de bono iure, super quo proposito dubio coram bon. mem. Pirouano, sub die 17. Maij 1641. dixerunt Domini constare de bono iure Canonicorum; sed quia fundamenta dictæ resolutionis per eundem Pirouanum, morte præuentum non fuerunt in decisione redacta, hoc mihi onus iniunctum fuit in eius locum.

Igitur ex duplici instrumento concessionum dixerunt Domini constare de bono iure Canonicorum Sancti Saluatoris in Lauro: Quoniam cum in primo legantur ista bona in emphyteusim concessa Goto Fancusato pro se, suisque filiis, & nepotibus, vsque in tertiam generationem, cum recognitione directi Dominij fauore Ecclesiæ, & aliis pactis iuxta naturam contractus emphyteutici: In altero verò fuerit dicto Roggerio Pacio renouata emphyteusis eorumdem bonorum, cum remissione caducitatis incursæ, tam propter alienationem factam de dictis bonis à Ioanne-Baptista eius patre, quàm ob illius moram in solutione Canonum, cuius renouationis vigore, ipse etiam Roggerius recognouit directum dominium Ecclesiæ, & se ab ea possidere dicta bona ratione vtilis dominij; vtique remanet sufficienter probatum directum dominium Ecclesiæ, cum quo propterà cum fuisset consolidatum, etiam vtile per obitum Roggerij sine filiis, iuxta pactum concessionis, profectò dictis Canonicis dominis directis debetur manu-
1 tentio, † tam ratione ciuilis possessionis pro recuperatione naturalis: Bart. *in l. 1. §. quod ait Prætor, num. 17. ff. vti possid. & in l. qui clam, §. qui nundinas*; vbi Alex. *ff. de acq. poss.* Bero. *consil. 45. num. 13. & 22. lib. 3.* Menoch. *de retin. remed. 3. num. 22.* cum aliis relatis per Rot. *dec. 79. num. 3. & decis. 359. num. 1. part. 5. recent.* quàm etiam eiusdem naturalis possessionis, quam ipsi
2 recuperarunt vigore pacti † capiendi possessionem authoritate propria in instrumento concessionis adiecti, ad text. *in l. pignoris, C. de pignor.* Bart. *in l. creditores in 2. lectura, num. 18. & 19. C. eod.* Dec. *cons. 146. num. 6. vers. his tamen non obstantibus:* Rot. apud Greg. *decis. 105. n. 18.* & ibi Addentes.

3 Et quamuis ex sola inuestitura † non resultet concludens probatio dominij, seu possessionis in emphyteusim concessæ, vt notatur *in c. inter dilectos, propè fin. in verb. per instrumenta verò*; vbi DD. & gloss. *in verb. locatio, de fid. instrum.* Alex. *cons. 10. num. 3. vol. 4.* Afflict. *decis. 14. n. 8.*
4 Præsertim vbi agitur rei vindicatione, † in qua dominium plenè probari debet, *l. officium, ff. de rei vindic.* Caputaq. *decis. 280. part. 1.* Nihilominùs vltrà quod talis probatio dominij non requi-
5 ritur † in hoc casu, in quo constat de emphyteusi finita, *l. quis conductionis, C. locati:* Bald. *cons. 177. num. 4. lib. 3.* Rot. *decis. 200. n. 9. & 10. part. 1. recent.* & alibi.

Insuper visum est Dominis illud non posse controuerti ex pluribus adminiculis, ex quibus eædem inuestituræ confirmantur; sunt enim plures concessiones, non vnica, antiquæ, & probantur habuisse suum effectum, quibus concurrentibus ex inuestituris † probatur dominium, 6
etiam ad effectum deuolutionis per doctrinam Bartoli communiter receptam, *in l. ad probationem, C. de locat.* de qua Bero, *cons. 115. num. 7. lib. 3.* vbi dicit ad hunc effectum censeri tempus antiquum spatium annorum quadraginta: Bursat. *cons. 27. num. 7.* & passim sequuta est Rot. vt *in decis. 141. part. 2. n. 1. & 2. & decis. 366. lib. 3. part. 3. diuers. & inter recent. decis. 400. num. 6. & seq. part. 1. & decis. 79. num. 4. 81. num. 3. 359. num. 6. part. 5.* & apud Burat. *decis. 601. num. 7. & 602. n. 2.* vbi Addent. *n. 18. & seqq.*

Eóque magis, quia hoc idem non solùm comprobatur ex continua possessione Roggerij, & Ioan. Baptistæ eius patris, à quibus ius suum desumpsit Eleonora; & hodie agit Monasterium Sancti Francisci illius hæres, sed etiam ex possessione supradicti quondam Goti Fantusati, cui factum fuit primum instrumentum locationis, qui omnes semper possederunt dicta bona tanquam emphyteutica, & de directo dominio dictorum † Canonicorum; vnde etiam ex hac 7
diuturna possessione probatur dominium, saltem præscriptum ad notata per Bart. *in l. ad probationem, Cod. locati:* Speculat. *de emphyt. quæst. 53. num. 67.* Alex. *cons. 12. num. 1. & seq. lib. 4.* Rot. *decis. 141. part. 2. diuers. & in Ariminen. Bonorum 4. Februarij 1611. coram Cardinali Marquemontio, & in ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembris 1589. coram Card. Pamphilio.*

Nec obstat, quod finis emphyteusis non probetur, ex quo non constat de obitu Roggerij primi acquirentis sine filiis: Nam vltra quod contrarium est verius, quia ex confessione ipsius Eleonoræ Auctricis Monasterij satis constat Roggerium sine filiis decessisse, itaut non possit in medium afferri maior probatio, quàm quæ ex propria confessione resultat, vlteriùs sufficit ad hunc effectum iuris præsumptio, ex qua quilibet censetur decessisse † sine filiis, quousque 8
contrarium probetur. Cuman. *in l. is potest, ff. de acquir. hæred.* Bart. *in l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebellian.* Surd. *cons. 92. lib. 1. n. 16.* Fusar. *de substit. quæst. 433. n. 3.* Dutan. *decis. 301. n. 5.* Mantic. *decis. 32. n. 1.*

Minus obstat hypotheca super dictis bonis ab Eleonora prætensa pro sua dote, tum quia bona emphyteotica † tanquam alienari prohibita non veniunt sub generali hypotheca omnium 9
bonorum, ex congestis per Modern. *de salu. interdict. inspect. 3. cap. 2. num. 24. & seqq.* & *ibi* Rot. *decis. 17. num. 4.* Tum etiam, quia resoluto iure † Ioannis-Baptistæ viri hypothecantis, per 10
mortem ipsius, seu Roggerij vltimi vocati, resoluitur quoque ius acceptoris, & corruit omnis hypotheca super dictis bonis constituta, iuxta text. *in l. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* DD. *in l. prouinciali, C. de seruit. & aqu.* Bart. *in l. si res, in princip. ff. eod. tit. quib. mod. pig.* Osasch. *decis. 156. num. 15.* Rot. post Modern. *de salu. decis. 260. num. 9. & decis. 86. num. 33. & seqq. part. 5. recent.* & latè firmat in terminis obligationis factæ ab emphyteuta pro dote: Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 34. n. 1. & 2.*

Ex quibus resolutum, &c.

Decis. S. R. R. ad I. P. Melium.

DECIS. XXXV.

R. P. D. Bichio.

Eugubina renouationis Emphyt.

Veneris 7. Iunij 1641.

SVMMARIVM.

1 *Proximiori finita emphyteusi, est facienda renouatio quando Dominus pro se non vult retinere.*

2 *Confirmatio concordiæ cum extensione eius tenoris dicitur facta ex certa scientia.*

3 *Vsus in contrarium faciendæ renouationis, non dicitur probatus, nisi euenerit casus renouationis, eáque petita fuerit denegata, & n.6.*

4 *Priuilegio vti velle præsumitur qui illud petiit. Publico à punctis renunciari nequit, num.8.*

Amplia, vt num.9.

5 *Priuilegium impugnans non vsum probare obstringitur.*

Emanatum ad tollendas lites respicit publicum fauorem, n.7.

8 *Pacto, quod emphyteusi finita libere redeat ad Ecclesiam, renouationi renunciatum non censetur.*

10 *Instantia capta cum defuncto transit ad hæredem, & de ratione, num.11.*

DEfuncta Catharina de Sangradalibus, cui ob defectum masculorum fuerat in vim pacti renouata inuestitura Domus, de qua agitur olim concessa Vbaldo q. Laurentij de Sangradalibus de anno 1578. 17. Aprilis fratres S. Augustini de Eugubio Domini directi eamdem domum concesserunt in Emphyteusim Flaminio Biscaccianti penitùs extraneo postposito Iacobo Adreolio d. Catharinæ filio.

Qui proinde mediante eius Curatore mouit iudicium contra eosdem fratres pro obtinenda dictæ inuestituræ renouatione ad quam cogendos esse fratres pronunciatum fuit tam in prima instantia in partibus, quàm in secunda coram A. C. cuius sententiam causa per appellationem deuoluta ad Rotam confirmandam esse hodie DD. dixerunt.

Quia renouatio debetur Iacobo proximiori
1 † vltimi emphyteutæ primo ex æquitate: Bartol. *in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. æstiua*, quæ procedit quoties Dominus directus vt in casu nostro noluit bona emphyteotica ob lineam finitam recessa retinere pro se, sed alteri concessit cùm agatur de emphyteusi priuati, siue Ecclesiæ: Abb. *in cap. bon. il 2. num. 28. vers. hoc dictum, de postulat. Prælat.* Gabr. *de iur. emphyt. concl. 1. num. 14.* Valasc. *eod. tract. quæst. 2. num. 7.* Marescot. *var. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 11.* Grat. *disceptat. 77. num. 17. & disceptat. 813. sub num. 35.* Caputaq. *decis. 303. & decis. 304. p. 1.* Mant. *decis. 10. per tot.*

Secundò, ex concordia inter Clerum & Populum Eugubinum inita, in qua expresè disponitur quod si contingeret reformationem alicuius rei emphyteoticæ finiri per mortem illius vel illorum, de quibus fieret mentio in reformatione prædicta, & ex tali persona remanerent, vel extarent liberi, & consanguinei, vel affines, qui succederent ex testamento, vel alia vltima voluntate, vel ab intestato in tali casu per dominum proprietatis renouetur, & emphyteusim concedatur tali vel talibus vniuersaliter succedentibus, & *infrà* habetur quod supradicta pacta, & conuentiones; & ipsorum quodlibet sint, & esse censeantur inserta, & annexa cuilibet rei emphyteoticæ, & sint, & esse debeant realia, & ad quemcumque possessorem cuiuslibet rei emphyteoticæ perpetuò transeant, & intelligantur esse posita in quolibet instrumento renouationis fiendæ, ac si posita & inserta essent specificè in quolibet ipsorum instrumentorum, quæ concordia cum fuerit confirmata à Sede Apostolica inserto † per extensum illius tenorem quod efficit, vt 2
confirmatio sit ex certa scientia: Gloss. *in cap. pastoralis, §. præterea, verb. ex certa scientia, de offic. deleg.* Dec. *in cap. porrecta, num. 15. de confir. vtil. vel inutil.* Roman. *cons. 327. num. 7.* Gabr. *consil. 183. num. 14. lib. 2.* Rota *decis. 166. num. 7. part. 5. & decis. 157. num. 7. part. 6. recent.* ligat etiam successores: *cap. de cætero, cap. veniens*; vbi notant omnes *de transact.* Rota *decis. 159. num. 5. part. 1. recent.* Adden. *ad Gregor. XIV. decis. 152. num. 4.* Reuerend. Vrgellen. *decis. 216. num. 2.* cum aliis allegatis per Addentes ad Burat. *decis. 152. num. 6.* & fuit dictum *in Melevitana optionis 5. Martij 1640. coram R. P. D. meo Merlino.*

De Confirmatione autem plenè constat ex litteris Apostolicis Greg. XII. sub datum Gaietæ 6. Cal. Augusti 1411. Pontif. anno V. nec dubitari potest de prædicti Pontificis auctoritate ex eo quod tunc Ecclesia in Schismate versaretur, & idem Gregor. de anno 1415. pro bono pacis Ecclesiæ Pontificatui renunciauerit in Concilio Constantiensi, quia omnia illius acta gesta, & indulta emanata ante renuntiationem fuerunt ex certa scientia ratificata in eodem Concilio Constantiensi *sess. 10. c. 14.* relat. inter Concilia general. *tom. 3. part. 2. fol. 1594.*

Non vsus verò dictæ concordiæ, & priuilegij Apostolici non obstat, nisi ex aduerso probetur cõtrarius vsus vel non vsus qui habeat implicitũ vsum contrarium, nempè quod venerit casus renouationis, † eáque petita fuerit ab Agnatis, nec 3
tamen concessa, vt in puncto Gabriel. *consil. 8. num. 10. & seqq. lib. 2.* cum enim tacita conditio quæ priuilegio inesse solet quatenus videlicet ille cui conceditur velit vti, † fuerit adimpleta, quia 4
apparet Clerum & Populum Eugubinum vti voluisse priuilegio, ex quo illud petierunt. Cresc. *decis. 4. n. 1. in fin. de priuileg.* impugnanti priuilegium † incumbit onus probandi non vsum il- 5
lius. Cresc. *ibid. n. 32.* Rot. *decis. 927. in fin. lib. 2. p. 3. diuers.* Caputaq. *decis. 187. lib. 2. in manuscr.* nec dicitur probatus nisi constet euenisse casum vtendi priuilegio † petitionémque eius vigore 6
factam fuisse tacitè, vel expresè reiectam: Abb. *in cap. ex parte, n. 7. de concess.* probant Menoch. *cons. 201. n. 61. & seqq.* Seraph. *decis. 143. n. 3. & 4.* Rot. *decis. 565. n. 1. p. 1. rec. decis. 154. n. 3. in impress.* post Modern. *de manut. & in Meleu. Optionis 7. Maij 1640. coram R. P. D. meo Merl.*

Non obstant pacta in prima inuestitura apposita per quæ videtur renunciatum iuri petendi renouationem; nam præter † quod ad hunc ef- 7
fectum non sufficit conuentio quod bona finita generatione liberè ad Ecclesiam reuertantur, vel similis vt latè fuit deductum *in Mutinen. emphyteus. 28. Maij 1638. coram R. P. D. meo Dunozet.*

vbi

vbi respondetur omnibus contrariis, sufficit respondere, quod quia concordia & priuilegium
7 prædictum emanauit ad lites tollendas, † & sic fauore publico, vt per Roman. *cons.* 273. *num.* 2. *vers. sed certo*: Cassad. *decis. vnica*, *num.* 7. *de*
8 *pact. illis*, non potuit contrahentium pacto † derogari, aut renunciari, *cap. si diligenti*, vbi gloss. *verb. pact. priuat. de for. compet.* Bald. *cons.* 382. *num.* 4. *lib.* 3. & in terminis Ancharan. *cons.* 171. *num.* 4. quem sequitur Rimin. iun. *cons.* 44. *n.* 24. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *num.* 26. *vers. tertiò respondetur*, Caputaq. *decis.* 127. *lib.* 2. *in manu-*
9 *script.* Burat. *decis.* 831. *num.* 1. etiam † cum iuramento: gloss. *in l.* 2. *verb. priuatam*, *Cod. agricul. & comit. lib.* 11. Bart. *in l. ius publicum*, *num.* 8. *ff. pact.* Couar. *in cap. quamuis pactum*, *part.* 2. §. 1. *de pact. n.* 6. Guttier. *de iuram. confirmat. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 8. Burat. *d. decis.* 831. *n.* 2.

Tandem non obstat, quod Iacobus post latam primam sententiam obierit ciuiliter per ingressum, & professionem emissam in Religione Capucinorum, quia instantia cœpta cum de-
10 functo † transiit ad Margaritam illius hæredem, *l. si petitor. ff. de iudic. leg. si operarum*, *ff. oper. libert.* Rom. *in l. si constante*, §. *si bona*, *num.* 13. *ff. solut. matrim.* Socin. sen. *consil.* 31. *num.* 8. *lib.* 1. Mantic. *decis.* 141. *num.* 3. cuius interest iudicium
11 prosequi, † vel pro consequutione expensarum & fructuum indebitè ex aduerso perceptorum ante mortem Auctoris. Peregr. *de fideicom. art.* 53. *num.* 18. *in fin.* Caualer. *decis.* 620. *num.* 3. velut canonizato per tres conformes priuilegio Gregorij aperiatur sibi via petendi ex integro in propria persona renouationem quatenus de iure competat, de quo poterit particulariter videri.

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

DECISIO XXXVI.

R. P. D. DVNOZETTO.

Perusina Emphyteusis.

Veneris 21. *Iunij* 1641.

SVMMARIVM.

1 *Bona præsumuntur allodialia.*
2 *Identitas æquiuocis demonstrationibus non probatur.*
Duabus demonstrationibus aliis bonis non conuenientibus iustificatur, *num.* 3. *num.* 4. *& n.* 5.
6 *Enunciatiua erronea non præiudicat.*
7 *Emphyteuticum ius excluditur ex venditione facta rei tanquam libera.*
8 *Canonum non exactio arguit rem non esse emphyteuticam.*
9 *Venditio facta iure proprio, & per verum allodium arguit rem non esse emphyteuticam.*
10 *Confessio erronea etiam ex internallo reuocari potest.*

SVb die 13. Februarij anni præteriti Rota censuit, non constare de bono iure Patrum Eremitarum Camalduleñs. Montis Coronæ ad effectum deuolutionis Tenimenti, de quo agitur, positi in pertinentiis Castri Fractæ in loco Buottani, neque respectu partis superioris possessæ à Marco-Antonio, & Thoma Bentiuenghis, neque respectu partis inferioris possessæ ab Hypolita, & Dianira de Burellis, & præcipuè fundamento, quia dicti Patres non probarunt identitatem dicti Tenimenti, illud scilicet quod hodie respectiuè possidetur à dictis Bentiuenghis, & Burellis iure directi dominij spectare ad eorum Monasterium, prout probare debent ex iuribus, & rationibus ponderatis in Decisione desuper extensa; quæ cum hodie reuideretur Informantes pro eisdem Patribus magis distinctè procedentes se restringebant ad partem superiorem possessam à Bentiuenghis, respectu cuius nitebantur ostendere bonum ius dictorum Patrum, saltem ad effectum recognitionis, sed neque etiam ad hunc effectum dixerunt Domini constare de bono iure, & sic steterunt in decisis.

Nam esto quod dicti Patres possint hodie, omisso iudicio deuolutionis, agere contra dictos Bentiuenghos vti possessores partis Tenimenti, de quo agitur, ad effectum recognitionis, adhuc tenentur probare identitatem partis controuersæ, quæ scilicet, & quanta sit illa pars Tenimenti, ratione cuius prætendunt recognosci in Dominos directos, cum identitas rei emphyteuticæ debeat probari, concludenter etiam ad effectum recognitionis, quando, prout hic, Dominus directus per exactiones Canonis, aut aliter non est constitutus in possessione recognitionis, cum regulariter bona † præsumantur libera, & allodialia, non autem alterius dominio subiecta; vt in specie tradunt Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 20. *num.* 7. *& seq.* latè Surd. *cons.* 311. *num.* 6. *& seqq. cons.* 410. *à num.* 28. *vsque ad* 34. Grat. *cap.* 912. *num.* 36. *vers. & ideò benè*: Rot. *decis.* 150. *num.* 5. *& decis.* 295. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* Burat. *decis.* 426. *num.* 1. & *ibi* Addent. *num.* 12. & post Cenc. *de censib. decis.* 72. *num.* 11. 1

Quæ tamen probatio identitatis in præsenti visa fuit deficere; siquidem illa non desumitur, nisi ex eo, quia demonstrationes, & confinia enunciata in instrumentis concessionum Tenimenti factarum de annis 1445. 1514. & 1510. ab Ecclesia, concordant cum demonstrationibus, & confinibus enunciatis in instrumento venditionis Tenimenti factæ de anno 1598. à Catharina filia, & hærede Felicis de Musciarellis, à quo Bentiuenghæ causam habent, in tribus demonstrationibus *in dicta decisione* ponderatis, nempe in situatione Castri Fractæ, in vocabulo Buottani, & in duabus viis, quibus demonstrationibus addebantur hodie aliæ duæ, nimirũ qualitas terræ laboratiuæ, & specificatio domorum, quæ tamen demonstrationes † tanquam nimis generales, & æquiuocæ non concludunt identitatem: 2
Bart. *in l. demonstratio falsa* 17. *num.* 15. *in fin. vers. vel quod alius est*, & ibidem Castr. *num.* 6. *vers. nisi esset alias res*, *ff. de cond. & demonstr.* Ruin. *consil.* 115. *num.* 3. *lib.* 5. Surd. *consil.* 207. *n.* 14. *lib.* 2. cum aliis relatis à Burat. *decis.* 132. *num.* 8.

Maximè cum ex testibus pro parte dictorum Patrum examinatis appareat in eisdem pertinentiis Castri Fractæ, & vocabulo *Buottani* alia Tenimenta, seu prædia sub eisdem demonstrationibus existere, quæ propterea vti conuenientia aliis corporibus non possunt concludere identitatem rei controuersæ, cùm illa sit probanda, saltem per duas demonstrationes, † quæ non 3
possint

possint aliis bonis conuenire; vt in terminis firmant Gratian.*discept.*790.*num.*4.*&* 7.Surd.*dict. cons.* 311. *num.*44. *vers. potest etiam esse:* Rot. *decis.*150.*num.*4.*&* 5.*& decis.*295.*num.*4.*&* 8. *cum seqq.par.*1.*& decis.*181.*num.*2. *in fin.par.*4. *recent.* Burat. *d.decis.*132. *num.*5. *vers.& sic ex diuersitate*, cum aliis *in d.decisione* relatis.

Non obstat, quod regulariter duæ demon-
4 strationes † sufficiant ad probandam identitatem, etiam quod in aliis esset diuersitas, & discrepantia iuxta opinionem, quam seruat Rot. *vt in causa Ariminens. fideicommissi* 14. *Martij anni præteriti, coram R.P.D. meo Cerro*, quia dicta regula non procedit, quando demonstrationes, quibus res ipsa designatur, possunt etiam in alia re verificari, quia tunc illa res præsumitur diuersa, nec sufficit generica demonstratio, sed
5 † requiritur probatio particularium confinium, vel demonstrationum, quæ rei, de qua agitur, solùm adaptentur: Alex.*cons.*73.*num.*7.*vers.plus dixit,lib.*3. Ruin. *cons.* 115. *num.*3. *&* 5.*lib.*5. Rolan.*cons.*67.*num.*19.*lib.*2.cum aliis relatis per Maresc. *var. resol.lib.*1. *cap.*12.*n.*24.32.*& seq.* vbi etiam refert decisiones Rotales.

Nec releuare visum fuit aliud instrumentum initum de anno 1515. hodie ponderatum, in quo dictus Felix Mucciarellus inter alia bona vendidit Petruccio, & Ioanni Floranantibus, & eorum hæredibus vnum petium terræ hodie pos-
6 sessum à Bentiuenghis cum enunciatiua, † quod illud esset Liuellarium dictæ Ecclesiæ, quia cum talis enunciatiua fuerit erronea, non præiudicat, *l. error, & ibi* post alios Ias. *num.* 1. *vers.nota ergo,C.de iur.& fact.ignor.* Bart. *in l.si aliquam rem,* 28.*num.*9.*vers. quidam nobilis,* & ibidem Rip.*num.*29.*ff.de acquir.possess.*Menoch. *cons.*337.*num.*28.Afflict.*decis.*83.*n.*10.Gratian. *discept.*501.*num.*28.Canal.*decis.*226. *n.*6.etiam si fuerit iurata: Ias.*in l.error, num.*30. *C. de iur. & fact.ignor.*Roman.*cons.*391. *num.*4. *vers. hec autem conclusio*,cum aliis cumulatis per Gratian. *d.discept.*501.*num.*28. *vers.quamuis etiam*;præsertim cum illa sit vnica ex relatis ab eodem Gratiano *discept.*88.*n.*5.

Prædictam autem enunciatiuam fuisse erroneam, patet ex iuribus datis *in sum. dictorum de Bentiuenghis*, ex quibus apparet, dictum Felicem,& Orlandinũ eius fratrem vsque de mense Iunij 1513. & sic ante inuestituram factam ad eorum fauorem de anno 1514. possedisse pro indiuiso quoddam Tenimentum, dictum quondam Orlandinum, de mense Septembris eiusdem anni 1513. cessisse iure proprio,& per directum allodium partem superiorem Tenimenti controuersi dicti Felici eius fratri, qui de dicto anno 1515. illam vendidit cum pacto redimendi dictis Floranantibus, & posteà fuit redempta, seu recuperata vigore dicti pacti redimendi, & successiuè fuit iterum vendita de anno 1598. per Catharinam filiam, & hæredem dicti Felicis ad fauorem Hieronymi, & Ludouici de Bentiuenghis; nulla tamen in his venditionibus facta mentione præsenti dominij dictæ Ecclesiæ, ac nunquam petito,aut reseruato illius assensu; vnde patet dictam enunciatiuam fuisse erroneam, & consequenter excludi ius emphyteuticum Ec-
7 clesiæ † quoad partem controuersam, non solùm ad effectum deuolutionis, cum aliàs illa non fuisset vendita vti libera,vt in proposito tradunt Rolan. *cons.*85. *num.* 19. *& seq.vers.* 8. *accedit. lib.* 4. Paris. *cons.* 16. *num.*29. *lib.* 4. Menoch. *consil.*191. *num.*17. latè Surd.*cons.*311. *num.* 9. *& seqq.*

Verùm etiam ad effectum recognitionis cum Patres non doceant se respectu partis controuersæ vllo vnquam tempore exegisse canones † à 8
dictis Bentiuenghis, siue ab eorum Authoribus, prout exigere verisimiliter non omisissent spatio tanti temporis, si illi debiti fuissent: Castr. *consil.* 213. *num.*1. *vers.* 3. *veniendo, lib.* 2. Bero. *cons.*114. *n.*27. *vers.secus si quis rem retinuisset, lib.*1. Menoch. *tract. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.*91.*num.*38.Thomat.*decis.*60.*n.*47.*&* 49. Gratian.*discept.*912.*n.*47.

Eóque magis cum dictæ enunciatiuæ error comprobetur, tam ex verbis initio eiusdem instrumenti adiectis, ibi: *Felix de Mucciarellis iure proprio*, † *& per verum allodium vendidit,* 9
&c.vnum petium terra,&c. quæ verba indicant, venditionem fuisse factam à vero Domino, non autem ab emphyteuta, *l.si quos* 16. *§. hi postremò inspiciendum, num.*7. *Cod. de rescind.vendit.* Specul.*inst.de empt.& vendit.*§.1. Paris.*cons.*33. *num.*19.*vol.*3.cum aliis relatis à Bertaz.*de clauss. instr.claus.*13.*gloss.*1.*n.*1.*& seqq.*

Quàm etiam ex eo, quia Felix in eodem instrumento vendidit aliud corpus nuncupatum *Campoteuere*, quod reuerà est Liuellarium Ecclesiæ, & nihilominùs tale non enunciatur, sed illud petium de quo agitur;vnde non leuis oritur præsumptio, quòd illa verba, *quia Liuellarium,* fuerint apposita per errorem in venditione petij controuersi, cùm tamen illa in venditione alterius corporis nuncupati *Campoteuere*,apponi debuissent, ac denique ex eo,quia idem Felix venditor reuocauit dictam confessionem † vti erro- 10
neam, prout illam etiam ex interuallo reuocare potuit: Bero.*cons.*194.*num.*1.*& cons.*206.*n.*33. *lib.*3.Dec.*cons.*403 *per tot.*Paris.*cons.*131.*n.*33. *&* 50.*lib.* 1 Afflict.*decis.*233.*n.*3.

Et ita, &c.

DECIS. XXXVII.

R. P. D. CERRO.

Leodiens.Modiorum Speltæ.

Veneris 1.*Martij* 1642.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emphyteuticus indicatur ex verbis contrahentium.*
Emphyteuticus indicatur ex pacto caducitatis, num. 3.
2 *Canonis modicitas arguit contractum esse emphyteuticum.*
4 *Dominus directi non potest cogi ad vendendum dominium directum.*
5 *Præstatio debita pro censu reseruatiuo, est irredimibilis.*
6 *Census irredimibiles antiquitus erant frequentissimi.*
7 *Dictio,* in perpetuum, *denotat censum semper duraturum.*
8 *Illatio non fit ex diuersis.*

SEntentias de partibus condemnantes Abbatem Ecclesiæ Vallis S. Lamberti ad amittendam redemptionem annuæ præstationis 24.Modiorum Speltæ, quam Ludouicus Marsilion hodie

die soluit dictæ Ecclesiæ:dixerunt DD.tanquam iniustas,esse infirmandas cum Abbas nullatenùs astringi posset ad huiusmodi redemptionem admittendam, siue contractus, de quo agitur iudicetur emphyteuticus, siue censualis.

Si enim iudicatur emphyteuticus,vt videntur
1 suadere tum verba contrahentium, † ibi in emphyteusim perpetuam, ex quibus regulariter essentia contractus declaratur, vt ex textu *in l.qui fundum, §.qui agrum, vers.fundi venditor. ff. de contrahend.empt.* tradunt in proposito Natt.*consil.49.num.13. post med.vers.tamen præmissis, & cons.194.num.1.* Decian.*respons.2.num.62.lib.1.* Menoch.*de præsumpt. lib.3. præsumpt.105. n.1. & 2.* Tum modicitas præstationis respectu bonorum, quæ ne dum numero plura recensentur in instrumento concessionis factæ vsque & ab anno 1394. sed etiam à qualitatibus expressis li-
2 quet esse magni valoris,ex qua modicitate † cótractum præsumi emphyteuticum aduertunt Speculat. *tit.de emphyt. §.nunc aliqua, num.2. vers. secundo quæritur:* Ias. *in l.1.num.35.Cod.de iur. emphyt.* Bald. *in cap.litteræ, num.3. extrà de dilat.* Ruin.*consil.161.num.12.lib.1.* Barbat. *consil.14.num.35. & seq.* vbi quod ita pluries consuluit,& vidit indicari,& alij allegati per Menoc. *vbi suprà d.præsumpt.105.n.5. & num.sequenti,* iuncto præsertim pacto apposito in dicto instrumento,quod in casum moræ in soluendo dictam præstationem possent Ioanna,quæ concessionem fecit, & ab ea causam habentes redire, & manus apponere ad prædicta bona vti propria, ex
3 quo † etiam contractum iudicandum esse emphyteuticum firmant Dec.*cons.138.num.7. vers. secundo personal.* Brunor. à Sole *quæst. legal. 5. n.15.* Roder. *de ann. redd. lib.2.quæst.22.n.11.* vtique Abbas cogi non poterat ad admittendam
4 redemptionem huiusmodi præstationis debitæ ex causa emphyteusis, quia aliàs Dominus † directus cogeretur inuitus ad vendendum emphyteutæ directum dominium contrà *l. inuitum 11. & l dudum 14. de contrah. empt.* quas probauit Rota *in rec. decis.372.n.2.p.1.*

Quatenùs verò ex verbis, & pactis appositis in dicto instrumento, & in aliis, quæ dantur *in summ.* posset iudicari censualis, prout multis rationibus vnus ex DD. deducebat; nihilominus
5 dicta præstatio † erat irredimibilis vti debita pro cēsu reseruatiuo antiquissimo longè ante Bullam Sanctæ mem. Pij V. qui in dubio irredimibilis iudicatur, vt tradunt Couarr. *var.resolut.cap.10. num.5. vers.primum illud, & vers. tertiò deprahendi potest*, & *vers.quartò quoties, lib.3.* quem referunt, & sequuntur Boccac. *de censib. par.2. num.288.* Roder. *de annuis redditib.lib.1.q.15. n.43.* & Molin. *de contract. disput.382.num.2. vers.secundus contractus*, & plenè, ac indistinctè Auendañ. *de censib. Hispan. cap.14. num.6.* quem sequitur nouissimè multis argumentis confirmans hanc opinionem Durad. *de censibus in prohem. quæst.19. num. 3. & seq.* eáque affertur ratio,quia antiquissimis illis temporibus istorum
6 censuum † irredimibilium vsus erat frequentissimus, vnde tales præsumendi sunt, vt ex Pacif. *cons.12. num 44. & consil.13. num.29. lib.1.* & Cald. *de emphyteut. lib.3.cap.11.num.11.* tradit Grat. *disceptat. forens. cap.985. num.12.* & firmauit Rota *in Romana Census 9.Decemb.1621. coram bon. memor.Cardin.Verospio*, quæ est *decis.394.num.1.& 2. post Cons.de Censib.secund. Modern. impress. Tarinens.* ponderando præsertim in casu nostro illud verbum, *in perpetuum,* † quod denotat censum fuisse constitutū sine vl- 7
la præfinitione temporis,eúmque semper duraturum, *l.purè,§.fin.ff.dol.except.* Calder. *consil.17. de verb. signific.* & in puncto Bald. *cons.372. sub num.2.lib.4.* & Rota *in dicta Romana Censu,num.1.*

Nec ex eo quod Ioannes de Liers, & eius filia alteri vendiderint huiusmodi præstationem, illa videtur effecta redimibilis: nam aliud est quod Dominus titulo venditionis in alium transferat suum directum Dominium, vel annuam præstationem sibi debitam; aliud verò quod debitori Canonis emphyteutici, vel Census reseruatiui det facultatem redimendi, séque imposterum liberandi ab eorum præstatione, quia hæc nihil † commune habent inter se, vt pa- 8
tet ad sensum, ideoque intrat *vulg.reg. l.Papianus exuli, ff. de minor.* quod ex diuersis non fit illatio.

Et ita resolutum informante tantum Abbate.

DECIS. XXXVIII.

R. P. D. Peutingero.

Mediolanens. Emphyteusis, seu Bonorum.

Veneris 4. Aprilis 1642.

SVMMARIVM.

1 *Alienans Emphyteusim irrequisito Domino caducitatem incurrit.*
Maximè si vltra prohibitionem legis concurrat etiam pactum speciale,n.2.
Dummodo voluntariè alienet, secus si ex necessitate, n.5.
3 *Pacta in Emphyteusi sunt seruanda,vbi sunt conformia eius naturæ.*
4 *Pactum debet operari suum effectum.*
6 *Actus non dicitur voluntarius ad quem quis potest compelli.*
7 *Caducitatis à pœna excusatur actum faciens in executionem decreti etiam iniusti.*
Qualibet causa etiam iniusta excusat,n.8.
9 *Litigare temere nemo tenetur.*
10 *Dominus inuestiendo nouum Emphyteutam censetur consentire alienationi Emphyteusis in eum factæ.*
11 *Sententia in Iudicatum transacta pro veritate habetur.*
12 *Transactio sententiæ æquiparatur.*
13 *Prælatio Domini non habet locum in alienatione Emphyteusis necessaria.*

SEntentiam Rotalem coram Reuerendissimo Domino meo Decano latam Domini confirmandam esse dixerunt tanquam validam, & iustam. De validitate enim constat ex reuolutione actorum, iuxta vulgatam decisionem Caputaq. 260. *part. 2.* Iustitiam verò satis comprobant decisiones in hac causa factæ.

Vnum hodie Primicerius anteà non deductum obiiciebat ex instrumento primæ concessionis de anno 1488. desumptum: Legebatur enim in eo pactum expressum, *quod nec emphyteuta, nec illius successores possent vtile dominium, & naturalem possessionem, aut melioramenta*

menta huiusmodi bonorum dare in dotem alicui mulieri, legare, aut adiudicare alicui Ecclesiæ, vel pio loco, nec aliter alienare, nisi quam per modum venditionis, quo casu teneantur, ac debeant denunciare Domino quod intendunt vendere, &c. Vnde cum de anno 1619. hæc bona per Pallauicinum hæredem Pusterlæ in Bustios translata fuerint, vt patet ex instrumento dato *Sum. Primicerij, num. 3.* nulla prævia denunciatione, prætendebat Primicerius factum esse locum caducitati. Nam si ex sola legis dispositione
1 incurritur caducitas † ob alienationem factam irrequisito Domino, *cap. potuit, de locat. & conducti:* & notant Doctores *in l. fin. Cod. de iur. emphyt.* plenè Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 28. num. 1. & seq.* multò magis id procedere debet, quando concurrit etiam prohibitio hominis, & speciale
2 pactum, † quod debet aliquid operari: Corbul. *de caus. priuat. ob alien. irreq. dom. ampliat. 10. n. 1.* Rota *decis. 211. n. 31. part. 6. recent.*

3 Et pacta in omnibus contractibus, † maximè verò in emphyteusi sunt seruanda, vbi sunt conformia eius naturæ, *l. 1. & 2. Cod. de iur. emphyt.* Quare licèt Rota denegauerit deuolutionem ex capite lineæ finitæ; poterat tamen hodie Primicerius prætendere caducitatem ex capite alienationis ipso irrequisito: Cephal. *consf. 222. n. 2.* Rimin. *consf. 249. num. 49.* Et quatenus esset locus caducitati, saltem esse locum prælationi: Quia fuit expressè conuentum, vt emphyteuta volens vendere, teneatur denunciare Domino, & expectare eius responsum per duos menses, & si Dominus dixit se emere velle, tunc emphyteuta teneatur illi vendere pro eodem pretio, &c. & vlterius dimittere solidum vnum pro qualibet libra. Cum ergo Primicerius nuper habita notitia de isto pacto declarauerit se velle præferri, commissa est stipulatio, & pactum debet ope-
4 rari † suum effectum, *dict. l. 1. & 2. Cod. de iur. emphyt.*

His tamen non obstantibus pactum huiusmodi in casu de quo agitur Primicerio minimè suffragari Domini censuerunt: Nam licèt verum sit, quod emphyteuta alienans irrequisito Domino cadat à iure suo ex supra allegatis. Id tamen intelligendum est de alienatione volunta-
5 ria, † secus de necessaria ad text. *in l. peto, §. Prædium, ff. de legat. 2. l. pater,* & *ibi* Bart. *ff. de legat. 3. l. 1. Cod. de fund. dotal.* & in puncto de emphyteuta Afflict. *decis. 191. num. 1.* Corbul. *de caus. priuat. ob alien. irreq. limit. 19. num. 1.* Dec. *consf. 160. sub num. 2. vers. Et hoc saltem, circa med.* Ias. *in l. fin. n. 13. C. de iur. emphyt.* cum aliis allegatis per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. n. 10. & 11.*

Translatio autem bonorum de quibus agitur, facta per Pallauicinum in Bustios fuit necessaria: Nam cum Bustij sententiam fauorabilem contra Pusterlam authorem Pallauicini obtinuissent super restitutione istorum bonorum tanquam fideicommisso subiectorum, & Pallauicinus agnoscendo bonum ius Bustiorum eadem bona illis relaxauerit; hæc relaxatio tanquam facta in executionem sententiæ dicitur potiùs actus necessarius quàm voluntarius. Non enim
6 dici potest voluntarius actus, † ad quem faciendum quis potest compelli, *l. nouissimè,* & *ibi* Bald. *ff. quod sit tut. auth.* Pinell. *in l. 2. part. 2. cap. 3. num. 16. & seq. C. de rescind. vend.* cum aliis per Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 42. num. 23.* Et in
7 terminis quod faciens actum † in executionem decreti etiam iniusti veniat excusandus à pœna caducitatis, dixit Rota, *decis. 95. num. 5. part. 1. recent.* Quia quælibet causa etiam iniusta † ex- 8
cusat à caducitate, Ruin. *consf. 156. num. 21. lib. 1.* Bart. *consf. 149. in fin. lib. 1.* Decian. *consf. 3. n. 29. & seq.* Rot. *decis. 261. n. 5. part. 1. recent.*

Quæ eò faciliùs procedunt, cum sententia lata de anno 1587. pro existentia fideicommissi transiuisset in iudicatum, & lapsa essent tempora ad petendam restitutionem in integrum, vt constat ex processu, & ex dicto instrumento, & iam essent relaxata mandata, & sequestra. Quo casu sicuti Pallauicinus non potuisset executionem sententiæ impedire, ita nec tenebatur temerè litigare, † & malam causam tueri, Bart. & 9
Bald. *in l. Herennius, §. 1. ff. de euict.* Bald. *in l. emptor. & l. cum quæstio, Cod. eod. tit.* quin potiùs tenebatur bonam fidem agnoscere, *l. quoties, §. etiam, ff. de leg. 2.* cum aliis per Surd. *d. quæst. 42. num. 30. & seq.*

Imò cum iam de anno 1592. fuisset inter Primicerium, & Bustios conuentum, quod confirmata prima sententia ad eorum fauorem lata, & adepta possessione, Bustij tenerentur recognoscere Primicerium in Dominum, & Primicerius Bustios in emphyteutas, † prout ex tunc re- 10
cognouerunt, &c. dicta translatio, & relaxatio non videtur caruisse consensu Primicerij ad tradita per Corbul. *de caus. priuat. ob alienat. irreq. limit. 9.* Alciat. *consf. 16. n. 4. lib. 1.*

Non obstat quod Primicerius recognouerit in emphyteutas Bustios ex tunc pro quando confirmata esset prima sententia; & sic quando fuisset lata secunda, quæ tamen lata non fuit; quia vltra quod prima sententia † cum 11
in iudicatum transacta fuisset pro veritate erat habenda, *l. 1. ff. de re iud. l. res iudicata, ff. de reg. iur.*

Considerabant Domini, quod confirmatio- 12
nem † sententiæ benè potuerit operari transactio, quæ sententiæ æquiparatur, *l. non minorem, C. de transact.* & quæ ad effectum teminationis litis, & iudicij à partibus contemplatum pari passu procedit cum sententia: Crauet. *consf. 182. n. 4.* Paris. *consf. 47. n. 47. lib. 4.* Lancell. *de attent. lit. pend. in præfat. n. 284. & seq.*

Cessare pariter aiebant, quod dicebatur de prælatione; nam vltra quod prælationis pactum restrictum videtur ad casum venditionis, qualis non erat relaxatio supradicta non obstantibus verbis, etiam titulo venditionis in instrumento appositis, quia referuntur ad hæreditatem Pusterlæ, non autem ad relaxationem bonorum, de quibus agitur in Capitulo positam.

Dicebant Domini dictum ius prælationis
† Primicerio non competere, quia relaxatio per 13
Pallauicinum facta, vt supra dictum est, præcessit ex causa necessaria in executionem scilicet sententiæ: quo casu prælatio siue conuentionalis, siue legalis, locum non habet ex traditis per Roman. *consil. 107. num. 2.* Alex. *consf. 52. num. 4. lib. 1.* Afflict. *de iur. protomis. §. 3. num. 6.* Guidop. *decis. 257. num. 6.* cum aliis cumulatis per Rotam *decis. 184. n. 10. part. 1. recent.*

Et ita, &c.

DECISIO

DECISIO XXXIX.

R. P. D. Cerro.

Romana, seu Nepesina Tutelæ.

Veneris 4. Iulij 1642.

SVMMARIVM.

1 *Administrator rationem reddere tenetur.*
2 *Rationem reddendi promissio includit obligationem soluendi reliquatum.*
3 *Obligatione ex Camerali proceditur executiuè.*
4 *Inuentarium tutelare contra tutorem plenè probat, & n. 11.*
5 *Libri publici probant pro tertio contra tertium.*
Priuati probant contra scribentes, n. 6.
A producente censentur approbati, n. 7.
Tutelares quales esse debeant, n. 8.
In aliquo erronei, in cæteris tales præsumuntur, n. 10.
9 *Tutor tenetur, non solùm de animalibus, sed etiam de eorum fructibus, & fœtibus.*
12 *Testes in minori summa contestes dicuntur.*

CVm Veronica de Piscibus, tanquam filia, & hæres quondam Iacobi de Piscibus conuenisset Dionysium de Sanctis, ad reddendam rationem administrationis bonorum, & introituum, cæterorúmque effectuum hæreditariorum dicti Iacobi, quæ ipse vti eius Tutor, & Curator spatio 14. annor. administrauit, ista obtinuit à Sãctissimo huiusmodi causam cognosci ab A. C. de voto Rotæ appellatione remota: vndè proposito hodie dubio, an, & pro qua sũma mandatum sit relaxandum Domini informante tantùm Veronica dixerunt pro nunc esse relaxandum pro scutis 4587. Necnon pro restitutione animalium adscriptorum in Inuentario tutelari, siue eorum valore, ac pro rata vaccarum, aliorúmque animalium num. 113. quæ constat remansisse in hæreditate Iacobi, & à Dionysio fuisse retenta in societatem, sine tamen præiudicio residui.

Nam quoad scuta 4587. constat Dionysium esse debitorem scutorum 19233. pro fructibus bonorum hæreditariorum, pecuniis in hæreditate repertis, creditis exactis, ac pro pretio frumenti, & animalium, aliorúmque fructuum, quæ ad eius manus peruenisse apparet ex partitis registratis *in Summario Veronicæ, num. 3. cum seqq.* Ex quibus demptis scutis 11951. erogatis in emptionibus censuum, & locorum montium ad fauorem pupillæ, ac in expensis necessariis, quæ informantes pro Veronica admittunt esse ponenda in creditum Dionysij, necnon relictis in suspenso quatuor partiris constituentibus in totum scuta 2695. nempe prima scut. 1839. pro rubris 51. sementæ: Secunda, scut. 240. pro rubis decem hordei: Tertia, scutorum 319. pro tot suibus datis, vt dicitur *à credenza* diuersis personis: & quarta scut. 300. pro sorte vnius census, qui prætenditur extinctus cum Communitate Tormelli, quas Domini censuerunt, adhuc non esse sufficienter iustificatas, debitum Dionysij remaneat certum, & liquidum in dictis scutis 4587. pro quibus mandatum est relaxandum, tam ex dispositione iuris communis, cum quilibet administrator de iure teneatur reddere rationem, † & restituere reliquatum, *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. distrahen. l. rationes, Cod. de administrat. tutor.* 1

Quam etiam vigore eius particularis promissionis, quia ipse sub obligatione Camerali promisit de administratis reddere bonum, & legale computum; aliàs teneri voluit ad omnia damna, vt *in sum. num. 2.* quæ promissio † includit obligationem soluendi reliquatum, *l. cum seruus, ff. de condit. & demonstr. l. boues, §. fin. & ibi gloss. ff. de verb. signif.* Rota *coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 554. num. 2. & in Romana fideiussionis 21. Iunij 1631. coram Eminentiss. meo Card. Verospio:* & stante obligatione Camerali relaxandum est mandatum executiuum, † vt dictum fuit *in Imolen. Tutelæ 2. Decemb. 1593. coram bon. mem. Card. Pamphilio sen. & in Ariminen. administrationis Tutelæ 24. Nouembris 1625. coram R. P. D. meo Merlino Decano.* 2 3

Nec dubitari potest de veritate partitarum, ex quibus deducitur debitum Dionysij, quia plenè iustificatur partim ex inuentario tutelari, quod † contra tutorem scribentem plenè probat, ad trad. *in l. fin.* vbi gloss. & DD. *c. arbitr. tut.* Rota *coram bonæ memoriæ Buratto, decis. 557. num. 6. & 7. & decis. 637. num. 6. & in recent. decis. 301. num. 4. part. 6. & in supracitata Ariminen. administrationis coram eodem D. meo Merlino.* 4

Partim ex publicis libris depositariæ sacri Montis Pietatis vrbis, qui sufficienter probant pro tertio contra tertium: Bart. *in l. quadam, §. nummulario, num. 4. ff. de eden.* Cardin. Seraphin. *decis. 1088. num. 4.* Rota *in recent. decis. 19. n. 3. part. 7.* & fuit dictum *in Tiburtina administrationis, seu redditionis rationis 9. Decembr. 1641. coram R. P. D. meo Dunozetto.* 5

Partim ex receptis, & notulis manu eiusdem Dionysij descriptis in suo libro, qui licet confectus à priuato, † probat tamen contra ipsum, eiúsque hæredem, *l. publica 16. §. fin. ff. deposit.* Specul. *in secunda par. tit. de instrument. edit. §. 7. nunc dicendum, num. 5. vers. nisi contra eum:* Alex. *cons. 84. num. 1. lib. 7.* Surd. *cons. 439. n. 20. lib. 4.* Rota *in recent. decis. 195. num. 6. & 7. part. 6. & in supra citata Tiburtina administrationis*; Præsertim cum dictus liber fuerit † in actis productus ab eodem Dionysio, qui proptereà censetur tacitè quoad omnia approbatus, *l. scripturas, C. qui post. in pig. hab.* Boër. *dec. 333. num. 9. vers. & in hac causa,* Reuerendissimus Vrgellen. *decis. 352. num. 2. & decis. 368. num. 4.* cum pluribus adductis *in dicta Tiburtina.* 6 7

Nec releuat dictus liber quatenus Dionysius illum exhibet pro sui exoneratione, & ad suum debitum extenuandum, quia cum appareat confectus de recenti, & in eo ferè omnia sint in confuso inordinatè, & in genere descripta sine expressione causæ, & diei; ita non possit elici veritas, & deprehendi iustificatio partitarum in eo descriptarum, non probat ad eius fauorem, nec deseruire potest pro redditione rationis, quia † ad huiusmodi effectum liber tutelaris debet distinctè, & singulariter continere, quid in singulos annos, menses, & eius perceptum fuerit; quibus, & qua de causa datum, & impensum, à quo fundo fructus recollecti, exactámque, & integram continere descriptionem omnium datorum, 8

rum, & receptorum administratio: *in l.comperimus, C.de nauicul.lib.*10. *& consl.*150. *num.*9. *in fin.part.*1.Rip. *in l. admonendi, num.*116. *ff. de iur. iur.* Escobar *de ratiocin. administr. cap.*10. *num.*42. *&* 43. *& num.* 47. *cum seqq.* Rolan. à Valle *cons.*49.*num.*20.*& seqq.lib.*1.Gratian. *disceptat.forens.cap.*563.*n.*32. Menoch. *de arbitr. iudic.cas.*208.*num.*18.*& seq.* & sæpius Rota tenuit, & signanter *in recentior.decis.*590. *num.*5. *part.*1.*& decis.*111.*num.*5.*part.*7.& fuit dictum *in dicta Ariminen. coram Reuerendiss. D. meo Merlino*, & aliis multis relatis *in Romana redditionis rationis* 15.*Decembris* 1636. *coram bon. mem.Coccino, & in dicta Tiburtina coram R.P. D.meo Dunozetto.*

Idque multo magis procedit, cum in multis partitis dictus liber detectus sit erroneus, nempe in septima, octaua, & nona, in quibus Veronica creatur debitrix scut.1512.6.20. pro expensis in alendo boues, vaccas, & cætera animalia, eorúmque custodes, quæ tamen non erant ponendæ ad sui debitum; tum quia huiusmodi expensæ spectant ad socium minorem, iuxta morem consuetum omnium locorum, & vsum specialem illarum partium, de quo dantur attestationes *summario, num.* 23. tum quia compensantur
9 cum fructibus eorumdem animalium, † quorum Tutor administrans gregem, & armenta, non solùm teneatur restituere animalia, sed etiam fructus, & fœtus, *l.sed & si* 25.*§.fin. cum duob. seqq.ff. de petit. hæred.* latè Laderch. *consil.* 99. *num.*9.*&* 10.

Item creatur debitrix in quinque partitis constituentibus scuta 2411.6.34. pro alimentis præstitis Donato, Veronicæ, & Hortensiæ de Piscibus, Filiisque eorum matri, Antinæ, & aliis personis spatio quatuor annorum, hoc ab anno 1624. vsque & per totum 1628. ad rationem scutorum sex pro singulis quolibet mense; & tamen ex testibus datis *in Summario,num.*21. *&* 22. probatur Antinam nihil habuisse pro victu, Donato verò, Veronicæ, cæterísque personis subministrata fuisse solùm scuta tria, vel tria cum dimidio pro omnibus insimul: multæque aliæ partitæ fuerunt appositæ ad debitum Veronicæ nullatenùs apponendæ, & aliæ plures repertæ sunt excessiuæ, quas sigillatim dinumerant informantes pro Veronica: Et propterea dicto libro ad eius fauorem, minimè est standum, nisi omnes partitæ aliunde plenè iustificentur, quia sicuti in supradictis interuenit er-
10 ror, † ita etiam in cæteris potuit errari: Gabriel *cons.*148.*num.*9 *lib.*1. Farinac. *consil.*100. *n.*14. *lib.*2.Rota diuersor. *decis.*743.*num.*1.*& per tot. part.* 4. *& coram sancta memoria Gregor. XV. decis.*79.& *ibi* Adden. *num.*6. *& in recent.dicta decis.* 111.*num.* 9. *part.*7. & fuit dictum *in Papien. bonorum* 1.*Iunij* 1605. *coram Ortembergo*, & his *in Romana Tutelæ de Ferratinis, nempe* 13.*Martij* 1595.*&* 19.*Iunij* 1600. *coram bon. memoria Card. Pamphilio*; quæ tres decisiones habentur impressæ apud Marches. *de commiss. part.*1.*fol.*898. correcto tamen errore fol.& latè *in dicta Romana redditionis rationis* 15. *Decembris* 1636.*coram bon.mem.Coccino.*

Quo verò ad animalia, pro illis, quæ descripta sunt in inuentario, nulla adest difficultas,
11 cum inuentarium † plenè probet contra Tutorem scribentem, *l.fin.C.arbitr.tut.* Batt. *in l.Tutor qui Repertorium, n.*12. *ff.administr.tut.* Paris. *cons.*26.*num.*55.*lib.*2.Rota *diuers. decis.*71.*n.*3. *part.*1.*& in recent.decis.*762. *num.*1. *part.*2. *& in dicta Ariminen. administrationis tutelæ* 24. *Nouembris* 1625.*coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Pro aliis verò, quæ in societatem retinebat ipse Dionysius, dictus numerus 113. animalium iustificatur ex duobus testibus datis *in Summario, num.* 18. quibus non obstat, quod sint in quantitate discordes, ex quo alter deponat de 150.alter de 113.† quia in hoc minori numero, 12
in quo conueniunt, dicuntur contentes, & probant.*l.diem proferri,§.si plures,ff.de arbitr.* DD. *in l.penult.ff.de in litem iuran.& in l.*1. *§. si stipulanti, ff. de verb.obligat.* Rota *coram Gregor. dec.*558.*n.*2.vbi Adden.*sub littera A, & coram Buratto,decis.*865.*n.*2.

Et ita, &c.

DECISIO XL.

R. P. D. DVNOZET. DECANO.

Romana Domus.

Lunæ 26.Ianuarij 1643.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum sine hypotheca non procedit.*
2 *Emphyteusis alienari prohibita, quando neque hypothecari valeat.*
3 *Census validè constituitur super meliorumentis factis in re etiam alienari prohibita.*
*Super re incerta imponi non valet, n.*5.
*Data illius nullitate non reconualescit, num.*6.
4 *Res non existens vendi non potest.*
7 *Hypotheca per renunciationem remanet extincta.*
8 *Onus probandi alia bona non adfuisse mulieri incumbit, quando in aliis hypothecam reseruauit.*
9 *Anterioritatis enunciatiua non probat contra tertium.*
10 *Dos in pecunia consistens non potest commutari in fundum dotalem,de consensu etiam mulieris, nisi adsit eius vtilitas.*
11 *Renunciatio si valet respectu dotis, tanto magis valet quoad mutuum.*

IOan. Baptista Subregundius, vti cessionarius filiorum, & hæredum quondam Martiæ Balleonæ petiit immissionem in possessionem Domus, de qua agitur, ex remedio Saluiani interdicti contra RR. Moniales Sancti Syluestri de Vrbe, coram R.P.D. Væerente, qui tamen sententiam absolutoriam ad earum fauorem protulit; à qua cum dictus Subregundius appellasset, & causa dictæ appellationis mihi commissa fuisset: dubitaui,an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & Domini pro illius confirmatione responderunt, quia validitas non controuertitur, & iustitia liquet ex defectu hypothecæ, † sine qua Saluianum interdictum locum 1
non habet: Corn. *cons.*190. *num.*2. *lib.*1. Natt. *cons.*474.*num.*24. Pacific.de Salu. *inspect.*1.*c.*4. *num.* 105. *bon. mem.* Coccin. *decis.*50. *num.* 2. Caual.*decis.*253.*num.*1. Rot. *decis.*17. *num.* 11. *part.*5.*& decis.*205.*n.*2.*part.*7.*recent.*

Defectus siquidem hypothecæ patet, quia illa deduci

deducitur ex tribus creditis spectantibus ad prædictam Martiam aduersùs Petrum-Paulum de Cecilianis eius virum, scilicet census scutor. 60. in sorte, dotis scutorum 200. & mutui scut. 150. quorum respectu nulla, adhuc admissa illorum existentia competit ipsi hypotheca super ista Domo.

Non quidem respectu crediti census, quia ille fuit impositus ad fauorem dictæ Martiæ à Petro-Paulo eius marito, super Domo controuersa em-
2 phyteutica † dictarum Monialium alienari, prohibita etiam alienationis latissimè sumpto vocabulo, quæ prohibitio operatur, vt censeatur prohibita, etiam hypotheca, *l. fin.* & *ibi gloss. in verb. hypothecam, C. de reb. Eccles. non alienan.* Socin. sen. *cons.* 75. *num.* 2. *lib.* . . . . Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 30. Maresc. *var. resol. lib.* 3. *part.* 10. *num.* 49. cum aliis congestis à Gratiano *discept.* 855. *num.* 10. *& seqq. & discept.* 881. *num.* 6. Rota *decis.* 73. *&* 74. *vtrobiq. n.* 1. post Cenc. *de censib.* iuxta nouissimam editionem, *& decis.* 426. *num.* 8. *part.* 1. *diuers.* Adden. ad Burat. *decis.* 649. *n.* 29.

Neque talis hypotheca sustineri valet respectu melioramentorum, quæ super dicta Domo
3 facta fuerint, ex eo quòd census † imponi valeat super melioramentis factis in re etiam expressè alienari prohibita: Rota *decis.* 40. post Cen. *de censil. & decis.* 349. *num.* 4. *part.* 2. *& decis.* 116. *num.* 21. *&* 22. *part.* 6. *recent.* Quoniam quidquid sit in casu quo melioramenta iam facta reperiuntur tempore impositionis, in quibus terminis loquuntur prædictæ Decisiones, secùs est, quando melioramenta adhuc facta non sunt; prout in præsenti casu, in quo pecuniæ fuerunt acceptæ ad censum pro fabricanda, seu melioranda Domo, quia tunc census impositio non potest censeri facta, nisi super ipsa re expressè alienari prohibita, ne alioquin census dicatur
4 impositus super re † non existenti, quæ vendi non potest: Molin. *de contract. tract.* 2. *disp.* 340. *num.* 17. Fagnndez *de iust. & contract. lib.* 5. *c.* 24.
5 *num.* 6. Vel super re incerta, † super qua census imponi non valet: Rota post Cenc. *de censib. decis.* 84. *num.* 4. *& decis.* 95. *num.* 6. Adeò vt neque factis deinde melioramentis census conualescere potuerit, tum quia ille fuit impositus super Domo, non autem super melioramentis:
6 Tum etiam quia census, † data illius nullitate ab initio, vel sequuta extensione non reconualescit propter subuenientiam melioramentorum, prout in proposito tradit Nauar. *in comment. de vsur.* 16. *quæst. num.* 118. quem sequitur Molin. *de contract. tom.* 2. *disp.* 294. *n.* 3.

Neque etiam intuitu crediti dotis, quia dicta Martia, & Felix eius filia anno 1602. solemniter, & cum iuramento consenserunt venditioni huius Domus factæ à dicto Petro-Paulo viro, & respectiuè patre pro quocumque earum iure, & interesse, etiam dotali, & renunciarunt cuicumque hypothecæ priori, & potiori, quam habere potuissent super eadem Domo ad fauorem Hieronymi Mambile emptoris, cuius iure Moniales vtuntur, propter quam expressam renunciationem † omnis hypotheca, si quæ super dicta Domo ad illarum fauorem adfuisset, extincta remansit, *l. si debitor* 4. *§. si in venditione, l. si consensit,* 7. *l. sicut re corporali,* 8. *§. si voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. l. creditoris, ff. de reg. iur.* & in terminis mulieris, quæ renunciauit hypothecæ sibi competenti super re à marito alienata, tradunt Boër. *decis.* 23. *num.* 9. Tomat. *decis.* 109. *num.* 10. Gratian. *discept.* 932. *num.* 20. *& seq.* Greg. 15. *decis.* 67. *num.* 9. Vbi quod stante renunciatione obstat mulieri exceptio cedendarum, quam in his terminis sequitur Rota, *in Romana Saluiani coram bon. mem. Manranedo,* impressa apud Marches. *de commiss. part.* 2. *fol.* 468. *num.* 6. *& seqq. & in alia Romana Saluiani* 20. *Aprilis* 1640. *coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Constantinopolitano,* quæ fuit nuper confirmata *sub die* 22. *Ianuar. prox. coram me.*

Neque subsistit, quòd prædicta renunciatio fuerit nulla, vti emanata ex falsa causa, nimirum ex eo, quòd prædictæ mulieres asseruerunt, se esse cautas pro earum dotibus super vinea, & aliis bonis dicti Petri-Pauli mariti, & patris respectiuè, quæ tamen causa prætenditur falsa, ex eo quòd dictus Petrus-Paulus non habebat alia bona, super quibus illæ satisfieri potuissent; quia cum dictæ Moniales, habeant intentionem fundatam super dicta renunciatione facta cum expressione, quòd illæ essent cautæ super aliis bonis, onus † probandi alia bona non adfuisse, 8
quæ pro suis dotibus non sufficiant, incumbit eisdem mulieribus allegantibus, siue Subregundio habenti causam ab illis: Castr. *in l. Meuia* 50. *num.* 4. *ff. solut. matrim.* Guttier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 20. Barbos. *in* 5. *part. n.* 68. *vers. quæ tamen conclusio, ff. solut. matrim.* Ant. Faber *in suo Cod. lib.* 4. *tit.* 25. *ad Sen. Cons. Velleian. definit.* 13. *circa med. vers. sed quid si contendatur* Dutan. *decis.* 141. *num.* 3. In proposito autem tantùm abest, quòd probetur, inspecto præsertim, tempore dictæ renunciationis, quæ emanauit anno 1602. dictum Petrum-Paulum alia bona non habuisse, præter dictam Domum alienatam, quinimò contrarium detegitur ex iuribus datis *in Sum. Monialium,* ex quibus apparet, illum de tempore factæ renunciationis habuisse vineam, eámque posteà, nempe anno 1607. vendidisse ipsimet Subregundio pretio scutorum 460.

Nec visa fuit releuare replicatio, quòd prædicta scuta 460. fuerint erogata in extinctione creditorum anteriorum eiusdem Petri-Pauli, quia huiusmodi anterioritas non probatur, † nisi ex 9
enunciatiua emissa in eodem instrumento venditionis, quæ non probat contra tertium: Castr. *in l. cum aliquis* 21. *in fin. versic. quid autem in aliis, Cod. de iur. deliber.* Rot. *decis.* 195. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* præsertim cum illa sit vnica: Rot. *decis.* 169. *num.* 2. *vers. quia vltra quod, & dicta decis.* 225. *num.* 6. *vers. præsertim cum vnicum sit instrumentum, part.* 1. *recent.*

Rursùs non obstat, quòd hæc Domus esset fundus dotalis dictæ Martiæ, ideóque non potuerit vendi à dicto Petro-Paulo eius viro ad fauorem Mambillæ, à quo Moniales causam habent: quia fuit animaduersum, quòd prædicta Martia habebat quidem ab initio quandam vineam vti dotalem sibi relictam à Marguarita Caluina, sed illam posteà vendidit anno 1586. Horatio Fusco pretio scut. 300. ad effectum, vt illud reinuestiretur à Petro-Paulo eius viro in ædificatione, & melioratione huius Domus, cum pacto, quòd ipsa Domus stare deberet perpetuò obligata pro euictione dictæ vineæ, & pro cautione dotis, ac iurium dotaliũ ipsius Martiæ; quæ verba non concludunt, fundum fuisse dotalem, quia cum dos † dictæ Martiæ redacta esset ad 10
pecuniam, non potuit commutari in fundum dotalem,

dotalem, nisi vltrà consensum mulieris adesset eius vtilitas, prout inter alios explicant Honded. *cons.* 14. *sub num.* 5. *lib.* 1. Soc. iun. *consil.* 166. *num.* 11. *& seqq. lib.* 3. quæ quidem vtilitas in præsenti casu deficit, ex quo magis expediebat mulieri, habere dotem liberam in pecunia, quàm domum obnoxiam euictioni Vineæ. Honded. *dict. consil.* 14. *sub num.* 58. Et hoc ipsum agnouit eadem Martia, quæ anno 1610. obtinuit assecurari dotem super omnibus bonis viri, quod ei non licuisset, si fundum dotalem habuisset. Rota *decis.* 292. *n.* 7. *p.* 1. *recent.*

Neque demùm respectu Crediti mutui potest considerari aliqua hypotheca: quia dicta
11 renunciatio † comprehendit omnia iura, tam respectu dotis, quàm ex quauis alia causa, & ideò cum valeat quoad dotem, quæ est magis priuilegiata, fortius valere debet quoad creditum mutui, prout per text. *in l. Paulus, in princip. ff. quibus mod. pign.* &c. notat in specie aliis relatis: Barbos. *in l.* 1. *part.* 5. *n.* 62. *vers. si maritus igitur. & num.* 63. *ff. solut. matrim.*

Et ita vtraque, &c.

DECIS. XLI.

R. P. D. DVNOZET DECANO.

Romana fideicommissi de Incoronatis.

Veneris 22. *Martij* 1643.

SVMMARIVM.

1 *Auditores Rotæ vnum repræsentant Tribunal.*
2 *Identitas bonorum probatur ex Inuentario.*
3 *Confessio probat contra confitentem, & habentes causam ab eo.*
4 *Cessionarius acquirit iura cedentis.*
5 *Clausula,* constituti, *transfert possessionem in constitutarium.*
6 *Dominium non acquiritur non soluto pretio.*
Probare non tenetur agens contra tertium, sed tantum possessionem, n. 7.
8 *Negatiua est probanda per allegantem.*
9 *Affrancatione secuta bona sunt penes hæredem ex causa primaua.*
10 *Ius redimendi dicitur de hæreditate fideicommittentis.*
11 *Redimens rem fideicommittentis fideicommisso acquirit, & n.* 12.
13 *Fideicommissarius redemptionis pretium de proprio expensum ab hærede tenetur restituere.*
14 *Creditum hæredis ex perceptione fructuum euadit illiquidum.*
15 *Instrumentum venditionis non probat dominium in præiudicium tertij.*

NOn acquiescente Ven. Congregatione Plagarum decisioni emanatæ in hac causa sub die 16. Ianuarij proximi præteriti, in qua firmatum fuit constare de re iudicata ad fauorem q. Angeli Incoronati, non autem de causis restitutionis in integrum petitæ pro parte ipsius Congregationis, iterúmque hodie posita causa super eisdem, Domini quoad vtramque partem steterunt in decisis ex omnibus in prædicta decisione deductis, quæ adhuc hodie placuerunt.

Nec visa fuit obstare prætensa nullitas opposita contra sententiam Rotalem ex defectu iurisdictionis R. P. D. mei Ghisilerij, qui illam protulit, prætextu quod ille processerit tanquam subrogatus in locum bon. mem. Pirouani, & tamen de illius subrogatione non constet, nisi ex commissione subrogatoria obtenta ad instantiam Excellentiss. Principis Burghesij in causa pendente inter ipsum, & q. Angelum Incoronatum, quoniam illa facile tollitur, vel ex lectura dictæ commissionis subrogatoriæ, quæ licet emanauerit ad instantiam dicti Principis, est tamen generalis in locum bon. mem. Pirouani olim Iudicis causarum super bonis subiectis fideicommisso: DD. de Incoronatis, vel ex eo quia firmata iurisdictione Rotæ radicata olim in persona bon. mem. Pirouani, quilibet Auditor dictam sententiam proferre potuit, † cum omnes Audi- 1
tores Rotæ constituant vnum Tribunal, vnáque sit omnium iurisdictio, & vnus dicatur subrogatus in locum alterius, Put. *decis.* 339. *n.* 2. *lib.* 3. *in correct.* Burat. *decis.* 818. *num.* 1. Gregor. XV. *decis.* 369. *num.* 2. & *ibid.* Add. *lit. A.* Rota *decis.* 16. *num.* 4. *part.* 4. *diuers. & decis.* 199. *num.* 5. *&* 7. *part.* 5. *recent. & in Toletana pensionis* 10. *Nouemb.* 1628. *coram me in* §. *quibus*, nec visum fuit obstare, præsertim parte, prout hic, non opponente, Put. *d. decis.* 339. *num.* 2. *in fin. lib.* 3. Burat. *d. decis.* 818. *num.* 2. Gregor. XV. *dict. decis.* 369. *num.* 3. *versic. maximè quando pars non opponit*, Rot. *dict. decis.* 199. *num.* 6. *part.* 5. *recent.*

Minus obstare visa fuit prætensa iniustitia eiusdem sententiæ ex eo quod non probetur domum, de qua agitur, fuisse possessam à Marcel- & Francisco fideicommittentibus, quia talis possessio respectu Marcelli satis iustificata remanet non solum ex Inuentario bonorum hæreditatis
confecto à Iulia matre, † & tutrice filiorum, & 2
hæredum eiusdem Marcelli, in quo eadem domus reperitur descripta inter cætera stabilia illius *l. fin.* §. *fin autem, Cod. de arbitr. tutel.* Paris. *consil.* 45. *num.* 20. *lib.* 2. Peregr. *de fideicommiss. art.* 44. *sub num.* 2. *versic. primo itaque*, Rot. *decis.* 387. *num.* 2. *vers. possessio autem, part.* 1. *recent.* cum aliis allegatis in decisione, quæ reuidetur §. *neque d. iustitia*; Verum etiam ex actuali possessione eiusdem domus, quam Cæsar hæres grauatus, defuncto Francisco parte adeptus fuit cum expressione, quod illa subiecta esset fideicommisso prædicti Marcelli, quæ confessio
† fideicommissi negari non potest quin probet 3
contra dictum Cæsarem confitentem, & Congregationem habentem causam ab illo: Odd. *cons.* 39. *num.* 17. *& seqq.* Paris. *cons.* 51. *num.* 32. *lib.* 1. cum aliis allegatis *in d. decis.*

Nec releuat, quod Paulus iunior de Incoronatis anno 1559. acceperit possessionem huius domus tanquam subiectæ antiquiori fideicommisso q. Pauli senioris: Vnde inferebatur eandem domum subiacere posterioribus fideicommissis dd. Marcelli, & Francisci, quorum vigore dictus q. Angelus egit. Quia fuit iterum animaduersum d. Paulum iuniorem in executionem mandati Rotalis anno 1576. cessisse Marcello, siue eius hæredibus omnia iura sibi competentia vigore fideicommissi dicti q. Pauli senioris, cuius
cessionis vigore idem Marcellus, † siue eius 4
hæredes cessionarij acquisiuerunt omnia iura

eiusdem

eiusdem Pauli innioris cedentis: Bald. *in l. emptor 5.num.3. Cod. de hæred. vel act.vend.* Port. Imol. *cons.132.num.34.* Bero.*cons.105. num.17.* Surd.*cons.22.n.16.lib.1.* Gratian. *discept. forens. cap.733. num.2.* Rot. *decis.78. num.11.part.6. recent.*

Respectu vero Francisci, possessio eiusdem domus controuerti non valet; cùm enim Pompeius Columna, ad quem portio dictæ domus peruenerat, illam vendidisset ipsi Congregationi, dictus Franciscus, qui alteram partem eiusdem domus possidebat, retraxit illam iure consortij ab eadem Congregatione, sicque possessionem totius domus acquisiuit vigore instrumenti retrocessionis sibi factæ ab eadem Congregatio-
5 ne cum clausula constituti, † quæ omnem possessionem transtulit in ipsum Franciscum constitutarium, *l.quod meo 18. ff. de acquir.vel amitt. possess.* Rimin. sen. *cons. 89. n.15.vers. comprobantur prædicta, cum aliis alleg.in ead. decis.*

Nec dicatur, quod prædictus Franciscus non acquisiuerit dominium dictæ domus, seu partis
6 sibi retrocessæ à dicta Congregatione ex † eo quod non soluerit pretium Columnæ primo venditori, *l.quod vendidi 19.ff.de contrah. empt.l.fistulas 78.§.qui fundum,ff.eod.* Surd.*cons.101.n.7. lib.1. & decis. 220. num. 11.* Quia vltra quod
7 fideicommissarius, † qui agit pro immissione contra tertium possessorem habentem causam ab hærede grauato, non tenetur probare dominium fideicommittentis, sed sufficit probare possessionem illius: Castr.*cons.94. n.3.vers.quantum verò in fin.lib.2.* Cranet. *cons. 316. num. 5. vers.9.dubitatur, sub vers.sed istud de probatione dominij:* Peregr.*de fideicom.art.44.num.6.n.14. & n.26.vers.si tamen tertius possessor:* Menoch. *de adipisc.rem.4.n.363.& seq.* Seraph.*decis.29. n.3.* Rot.*decis.444.sub n.1.part.3. & decis.279. n.2.part.5.recent.*

Cum res hodie non agatur cum ipso Columna, huiusmodi negatiua solutionis pretij esset probanda ab eadem Congregatione, quæ illam
8 allegat, cum regulariter negatiua † probari debeat per eum, qui in illa se fundat: Bart. *in l. in illa 8.num.5.* & ibidem Alex.*sub num. 9. vers.ex gloss.tetigi,ff.de verb.oblig.* Alexan.*cons.109.n.5. lib.5.* Crauet. *cons.112.n.6.* Grat.*discept.forens. c.793.n.9.* Rot.*decis.502.n.7.part.1.& dec.422. num.2.part.2.recent.*

Præterea neque ipsa Congregatio visa fuit refricare posse prædicti dominij quæstionem, prout nec posset Cæsar eius author; cum enim dictus Columna vendidisset dictæ Congregationi portionem dictæ domus cum pacto redimendi, & Franciscus illam retraxisset à dicta Congregatione, reseruato dicto pacto redimendi eidem Columnæ, primo venditori, Cæsar tanquam donatarius Francisci, in cuius bonis erat
9 dictum pactum redimendi iam redemit, † & consequenter agnouit prædictam domum spectare ad Franciscum, illique quatenus opus esset, acquisiuit, etiamsi ex propriis pecuniis redemisset, vt in his terminis resoluit Rot.*in Bononien.fideicommissi de Glauarinis 4. Maij 1640. coram R.P.D.meo Royas*; sicuti enim prædictum
10 ius redimendi † aderat in hæreditate dicti Francisci fideicommittentis, non secus, ac cætera iura illius: Rota *decis.190. sub n.1.vers.cum enim ius istud, part.1.recent.*

Ita, & portio dictæ domus vigore dicti pacti redempta, dicitur esse in eadem hæreditate, cum bona redempta per hæredem grauatum vigore
† pacti celebrati cum testatore defuncto redeant 11
ad primæuam causam, & sic dicantur esse in hæreditate eiusdem defuncti: Decian.*cons.18.n.17. vers.primo dubitatur, lib.2.* Cabal.*cons.152.n.5. lib.1.* Peregr.*de fideicom.art.10. num.2.vers.aut quia hæres ex pacto:* Giurb. *decis. 92. num.8.* Canal.*decis.58.num.1.* Rot. *d.decis.190.per tot. part.1. recent. & in Bonon. fideicommissi de Lucio 9. Decembis 1619. coram bon.mem. Sacrato.* Præsertim, quia Cæsar redemit partem dictæ domus tanquam eiusdem Francisci † donatarius, 12
qui propterea præsumitur illam hæreditati dicti Francisci acquirere voluisse: Angel. inter cons. Crot. *consil.418. num.6.lib.3.* Fusar. *de substit. quæst.627.num.22.* Rot. *decis.30.num.6.part.5. recent.*

Nec refragatur quod eidem Cæsari, siue Congregationi ab eo causam habenti competat saltem retentio pretij, † quod ille soluit ex pro- 13
priis pecuniis ex causa dictæ redemptionis, prout inter alios explicant: Peregr.*de fideicom.d.art.10. num.2. vers.in specie autem huius casus:* Giurb. *d.decis.92.num.8.* Quia pro responsione sat esse dicebatur, quod huiusmodi creditum reddatur illiquidum, † cum in illud Congregatio debeat 14
imputare fructus eiusdem domus perceptos à die motæ litis: Rot.*d.dec.411.n.26.& 27.part.5.rec.* Canal.*decis.539.num.5.& 6.* cum aliis relatis *in Signina saluiani 16. Aprilis 1638. & 13.Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Carillo, & in Auenionen. fideicommissi 26. Nouembris 1640. §.& vtcumque coram R.P.D.meo Royas.*

Denique non obstat, quod idem Cæsar posteà vendiderit Congregationi eandem domum tanquam propriam, & liberam; quia cum prædictis appareat illam fuisse acquisitam hæreditati Francisci, Cæsar non potuit in eius præiudicium quidquam agere, atque de domo vti propria disponere, neque instrumentum † venditionis pro- 15
bat dominium venditoris in præiudicium tertij: Gloss.*in l.cum res 12. in verb.in vacuam, paulò ante med.C.de prob.* Castr.*in l.proprietatis 4.n.3. C.eodem:* Alex.*cons.98.n.7. lib.2.* Cyriac. *controuers.258.n.15.*

Et ita, &c.

DECISIO XLII.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Romana Domus.

Veneris 4. Decembris 1643.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, ad habendum, &c. *facit emphyteusim hereditariam.*
Omni meliore modo in petitione facit, vt dicatur deducta actio magis proficua: num.5.
2 *Acquirens primus titulo oneroso emphyteusim alienat.*
3 *Bona emphyteutica possunt alienari ex causa dotis.*
4 *Remedia possessoria hæredi competunt, etiam pro bonis à defuncto detentis iure pignoris,*

CVm Margarita Constantina filia, & hæres ab intestato Fuluiæ Grappolinæ, obtinuisset

per sententiam ab A. C. immissionem super Domo hæreditaria per Margaritam Grappolinam detenta, ac appellante, Domini censuerunt sententiam A. C. esse confirmandam, quia eius validitas constat ex reuolutione actorum & iustitia: Probatur ex eo, quòd Domus de qua agitur, fuerit per Fuluiam de tempore mortis possessa, vt deponunt testes *in Sum. Constantina, n.4. & 5.* eámque filiam fuisse, & hæredem Fuluiæ, neque ab ipsa Grappolina controuertitur; possessio verò recèns Grappolinæ probatur ex substentatione litis, & adeptione possessionis, & confectione articulorum in actis datorum, quæ sunt extrema ad effectum de quo agitur, requisita.

Nec obstat, quod hæc domus asseratur emphyteotica inalienabilis, nec ad hæredes transitori.

Quia dato etiam quod esset emphyteotica, nihilominùs cùm fuerit acquisita pro se, filiis, nepotibus, cum clausula, *ad habendum, &c.*
1 quæ † faciunt emphyteusim merè hæreditariam, vt sæpiùs dixit Rota, & signanter *in decis. 438. num. 2. part. 1. recent.* bene potuit ex
2 causa onerosa à primo acquirente † alienari in præiudicium vocatorum, vt pluribus relatis dictum fuit *in Romana dotis 20. Aprilis 1643. vers. nec Aduersarij, coram R. P. D. meo Carillo, & in Romana Vinea 4. Maij 1643. coram me.*

Maximè cum dicta Domus fuerit bis alienata ex causa dotis, nempe primò, pro dotanda Martia filia Alexandri primi acquirentis, cui fuit data in solutum, & fundum dotalem; & secundo loco pro parte dotis ipsius Fuluiæ; vnde tantò minus obstat prædicta obiectio, quia bona em-
3 phyteotica † alienari possunt ex causa dotis, & sic alienata mortua muliere non reuertuntur ad vocatos in inuestitura, sed transferuntur ad mulieres hæredes, vt pluribus relatis tradit Gratian. *discept. forens. c. 511. num. 9. & 10.* Rot. *in Romana Domorum 9. Decembris 1641. vers. minùs obstare, coram R. P. D. meo Royas.*

Minùs obstat, quod Fuluia non possideret istam Domum, vti vera Domina & possedítrix, sed solùm iure pignoris, ex quo fuerit assignata in satisfactionem residui dotis, & alterius crediti.

Quia licet Fuluia dictam Domum detineret, tantùm iure pignoris, adhuc Margaritæ filiæ, &
4 hæredi competunt remedia † possessoria pro bonis detentis per eandem Fuluiam defunctam, vt tradunt Gloss. & Doctor. *in l. fin. c. de edict. diuers. Adrian. tollen.* Rota *coram sanctæ mem. Gregor. X V. decis. 194. num. 9. vers. non obstat, & num. seqq.*

Quod autem dicitur actum fuisse, ex remedio, *l. fin. vig. fideicommissi Adonij*, non videtur releuare, quia cum libellus non fuerit restrictus ad certam actionem, sed fuerit deductum omne ius, & omnis actio, cum clausula, *omni meliori modo, &c.* censetur deducta
5 actio, † & remedium magis proficuum agenti, vt pluribus relatis dixit Rota *in recent. dec. 135. num. 5. part. 6.*

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

DECIS. XLIII.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Grani.

Lunæ 14. Decembris 1643.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata resultat ex non appellatione intra decem dies.*
2 *Restitutio in integrum non conceditur sine læsione.*
3 *Sententiæ validitas ex reuolutione processus dignoscitur.*
Iustitia ex decisionibus comprobatur, n. 4.
5 *Damnum contingens in re vendita post moram venditoris eius periculo cedit.*
6 *Mora inducitur ex vnica interpellatione: sine culpa non contrahitur, num. 10. & num. 18.*
Contrahitur per promittentem dare, si accesserit creditor, si non, habeat, etiam si creditor non accesserit, n. 23.
Fallit, vt n. 24.
7 *Consignationem certo loco promissam emptor alibi acceptare non tenetur.*
Amplia, vt n. 8.
9 *Oblatio consignandi aliter facta, quam promissa non suffragatur.*
Integrè fieri debet, n. 16.
11 *Emptor, quod sua non interest recusare nequit.*
12 *Impotentia proueniens facto & culpa debitoris illi suffragari non debet.*
Amplia, vt n. 13.
14 *Periculum rei venditæ perfecto contractu spectat ad emptorem.*
15 *Muliones à iure non integræ fidei habentur.*
17 *Promissio facta in ablatiuo comprehendit etiam loca territorij.*
Declara, vt n. 19.
20 *Comitatus differt à territorio.*
21 *Verba*, spedito alla vela, *quid importent, & num. 22.*
26 *Consuetudo vigens in loco contractus præualet.*

CVm in sententia Rotali condemnata fuisset sacra Hierosolymitana Religio ad restitutionem scutorum 5971. 11. faciendam Petro Nerlio pro residuo pretij rubrorum bis mille, quæ illi vendita fuerant à Fratre Carolo Aldobrandino, dum apud Sedem Apostolicam Oratoris munere fungeretur, neque ab ea intra legitima tempora appellasset; commissa mihi causa super executione rei indicatæ dubitaui, an de illa constaret, vel potiùs de causis restitutionis in integrum, & Domini quoad primam partem affirmatiuè, negatiuè verò quoad secundam responderunt.

Quia ex eo quod intra decem dies à iure præscriptos non fuit interposita † appellatio, re- 1
sultat res indicata, *cap. Romana, §. si verò, cap. conuersatione, de appellatione, lib. 6. auth. hodie, C. eod. tit. quæ debet excusationi demandari, l. vlt. C. de execut. rei iudic. cap. quoad consultationem. de re indic.* cum aliis iuribus relatis *in decis. 594. part. 2. recent.* dum præsertim non apparet de læsione,

læsione, qua cessante denegari solet benefi-
2 cium † restitutionis in integrum, etiamsi illud
ab Ecclesia, vel minore petatur, iuxta text. *in l. si
ex causa iudic. ff. de minor. ff. de iur. iur. cap. 1. de
restit. in integr.* Gloss. *in l. penult. in verb. necessa-
rium, C. si aduersus rem indic.* Odded. *de restit.
in integr. part. 1. quæst. 36. art. 2. & 3. num. 15.*
Rot. *in Romana deuolutionis Domus 17. Iunij
1615. coram bon. mem. Card. Verospio*; quæ læsio
excludi visa fuit, tum ex sententiæ validitate,
quæ nempe impugnatur, & iustificatur ex re-
3 uolutione † processus, iuxta notata per Verall.
in decis. 260. part. 3. tum ex illius iustitia satis
4 luculenter deducta † in duabus decisionibus
coram R.P.D. meo Cerro, emanatis *sub die 13.
Nouemb. 1641. & 11. Martij 1643.*

Siquidem cum ex forma conuentionis initæ
inter partes frumentum mensurari, & consigna-
ri debuisset Petro, vel eius Ministris, in Oppido
Montis Alti, dum illud consignatum non fuit,
sed in dominio venditoris remansit quidquid de-
5 trimenti, seu deteriorationis intrinsecæ † super
frumento, vel eius valore emersit post commis-
sam moram à venditore, ipsius damno cedere
debet, *l. quod sæpe, §. in iis, ff. de contrah. empt.
l. si quis vina, in princ. l. quod si neque ff. de peric.
& commod. rei vendit.* Afflict. *decis. 280. num. 1.
& 8.* Rot. *Iannen. decis. 194. num. 5.* quæ mora
iustificatur ex pluribus petitionibus iudicialibus,
& extraiudicialibus factis, tam Romæ D. Ora-
tori, quàm in partibus Falsacappæ illius mini-
stro, datis *in Sum. Nerlij, à num. 1. vsque ad 7.*
6 pro qua inducenda † satis fuisset vnica inter-
pellatio, vt notant Doctores, *in cap. ex litteris,
de constit.* Gloss. *in l. mora, in princ.* vbi notat
etiam Bart. *num. 1. ff. de vsur. & in l. Titio Seio, §.
vsuras, eod. num. ff. de leg. 2.* Ias. *in l. quod te, n. 2. ff.
de reb. credit.*

Nec excusari potest ex iudiciali oblatione
facta pluries à venditore de consignando fru-
mentum in horreis, & condit. in Ducatu
Costrensi, & alibi existentibus, in quibus spar-
7 sim seruabatur, cum signationem certo † loco
promissam, nempe in Montalto ab Oratore ex-
tra locum conuentum, Nerlius emptor acceptare
non teneretur, iuxta text. *in l. is qui, ff. de eo quod
cert. loc. & l. 3. § si quis, ff. eod. tit.* Bald. *cons. 145.
num. 4. vol. 3.* Præsertim dum ex ea segregata
8 † consignatione magnum emptori emergeret
incommodum, *l. tutor, §. Lucius, ff. de vsur. l. pla-
nè, ff. famil. hercisc.* cum aliis iuribus relatis per
Gabr. *cons. 155. num. 19. lib. 2.* quæ propterea
9 oblatio facta Nerlio emptori † prodesse non
potest Domino Oratori, & reputari debet, ac si
facta non fuisset, vt probat textus *in l. soluturus,
§. quid enim, l. Paulus 99. ff. de solut. l. mora 32.
§. & non sufficit, ff. de vsur.* Afflict. *decis. 152. n. 2.
vers. & sic propter oblationem.*

Neque hanc moram excludere potest sacra
Religio, vel ex impotentia consignandi totam
frumenti quantitatem in loco conuento, quam
ibidem non habebat, quo casu sicuti nulla po-
tuit considerari culpa venditoris; ita neque ab
10 eodem admitti mora, quæ † sine ea non contra-
hitur, iuxta text. *in l. diuortio, in princ. ff. de ne-
goc. gest.* & notant Doctores communiter *in l.
quod te, ff. eod. tit.* Vel ex promissa consignatio-
ne in Oppido Montis Alti, licèt alibi fieri de-
buisset mensuratio, vna cum oblata refectione
damnorum, & mensurationem recusare non po-
11 tuisset emptor, dum sua nihil interest, † si fru-
mentum mensuratum in foueis expensis sacræ
Religionis intra Oppidum Montis Alti, postea
deferri debuisset, iuxta notat. per gloss. *in l. 2. in
fin. ff. de eodem quod certo loc. & in l. 3. §. Iulia-
nus, ff. eod. tit.* Doct. *in l. is qui, ff. eod.*

Quia cum hæc impotentia tolli potuisset à
venditore deferendo eam quantitatem frumenti
promissam, vel eam emendo ab aliis mercatori-
bus in Oppido, vel alibi existentis tanquam pro-
ueniens ex facto, & culpa † debitoris, illi suffra- 12
gari non debet, vt considerauit Alex. *in d. l. quod
te, num. 9. in 2. vol.* Salic. *num. 24. in fin.* & probat
text. *in l. 3. §. si cum omnes, ff. ad Sillan. Clemen. 2.
§. illi, in fin. de pœn.* Fel. *in cap. fin. num. 5. de te-
stam.* Surd. *decis. 189. n. 28.* Tiraquel. *de retract.
legal. §. 35. gloss. 4. num. 29.* Præsertim cùm ea
necessitas, seu impotentia adesset de tempore
celebrati contractus, non autem subsecuta fuis-
set post illius stipulationem, quæ † nec etiam 13
suffragari debet venditori, dum eidem se volun-
tariè supposuit, iuxta text. *in l. fideiussor, §. si ne-
cessaria, l. de die, § vlt. qui satisd. cogant. l. 2. §. si
quis tamen:* & notat *ibi* gloss. *in verb. arctauerit,
ff. si quis caution.* Gratian. *discept. forens. cap. 243.
num. 52. & 53.*

Neque subsistit promissa consignatio intra
Oppidum Montis Alti, postquam alibi sequuta
fuisset mensuratio: Cum ex protestationibus da-
tis *in Sum. Nerlij*, constet oblata fuisse à vendi-
tore in eisdem horreis ac puteis frumenti consi-
gnationem, vna cum illius mensuratione, & so-
lùm expensarum refectionum pro vectura pro-
missam, ex qua promissione dici non poterat
consultum indemnitati emptoris, dum † secuta 14
mensuratione frumenti ad eum illius periculum
transibat, iuxta text. *in l. 1. l. lectos, ff. de pericul.
& commod. rei vend. l. 1. C. eod. tit.* vbi gloss. notat
*in verb. post perfectam, l. quod sæpe, §. in iis, ff. de
contrahend. empt.* & pluribus probat Corn. *in
cons. 231. num. 5. & per tot. lib. 2.* Qui & multum
temporis impendere debebat ad coaceruandam
in eodem loco vndique dispersas frumenti quan-
titates, & non sine magno labore, & oculata
assistentia illud recipere potuisset; vt non solùm
furum, sed etiam mulionum fraudibus occurre-
ret, † qui à iure non integræ fidei reputantur, vt 15
*in l. 1. in prin. & in l. 3. §. mirantur. ff. naut. caup.
stabul.* Quæ omnia tanquam pretio æstimabilia
offerri debuissent vna cum emendatione cuiusli-
bet damni, † & interesse, vt consignatio fieri 16
potuisset alibi quam à partibus fuerat conuen-
tum: Bart. *in l. is qui, in princ.* vbi etiam Ca-
strens. *num. 1. ff. de eo quod cert. loc.* Angel. *in l.
qui Romæ, n. 1.* Zas. *n. 8. ff. de verb. oblig.* Rot. *de-
cis. 253. n. 8. part. 1. recent.*

Non obstat, quod ea consignatio promissa
fuerat per ablatiuum in Mótalto, † quæ promissio 17
restringi non solet ad ambitum murorum ipsius
Oppidi, sed comprehendere loca in illius Terri-
torio, & Comitatu existentia, vt de promissione
facta à Tiuoli, aliàs censuit Rot. *in Romana le-
gati 24. Ianuarij 1642. coram R.P.D. Royas*; in
quibus locis oblatam consignationem, dum
Nerlius recusauit ex antecedenti † interpellatio- 18
ne moram incurrit, ex notat. *in l. nulla, ff. de
verb. oblig.* cum aliis relatis per Surd. *decis. 240.
num. 8.*

Quia fortè procedere posset obiectio, si ven-
ditor totam frumenti quantitaem consignare vo-
luisset in Comitatu eius Oppidi, † quem totum 19
comprehendi sub ea promissione facta in Tiuoli

firmat *in decis. in d. Romana legati* 24. *Ianuarij* 1642. *coram R. P. D. Royas.* Verum cum venditor frumenti consignationem obtulisset in aliis locis in ipsius, vel alterius Oppidi territorio existentis absque moræ incursu istam recusare potuit Nerlius, quia licet sub ea promissione in-
20 telligatur Comitatus, † non territorium comprehenditur, sicuti sub nomine alicuius Ciuitatis appellatur is, qui sit de Comitatu, non autem qui nomine alieuius Cinitatis appellatur is, qui sit de Comitatu, non autem qui de illius, aut alterius territorio existat, vt tradit Aret.*in rubr. ff. solut.matrim.num.*12. Corn.*cons.*151.*n.*5. *lib.*3. Cephal.*cons.*414.*n.*31.*&* 32.

Neque vrget replicatio, quod ea consignatio
21 promissa fuerit, *spedito alla vela*, † quæ promissio exeludit consignationem in Montalto, longè distante à mari, & consequenter comprehendit consignationem in eius littore, vbi naues onerari possent, quas dum non habebat in oris maritimis Petrus emptor, nulla potuit considerari mora incursa à venditore ob non factam frumenti consignationem, vt firmauit Rota *in Romana Grani* 10. *Decembris* 1628. *&* 13. *Martij* 1630. *coram bon.mem.Coccino.*

Quia præter quàm ea verba, *spedito alla vela*, censentur apposita, vt emptor immunis esset ab omni onere, & vectigali vsque ad Velam,
22 † & sic referuntur ad extractionem, non autem ad consignationem, nulla potuit considerari mora pro parte emptoris, si naues conduxit, dum certum erat ex responsione Falsaeappæ ministri venditoris totum frumentum in Comitatu Montis Alti non existere; prout existebat in loco proximo, *in d.decis.Romana Grani coram bon. mem. Coccino*; vnde nec naues conducere tenebatur,
23 † nec in earum conductione inutiles facere impensas, & notat *in l.Arbitrer Kalendis, ff.de recept. Arbitr.* vbi notat. Bart. & Bald. Iacob. de Rauenna *in l.item in illa, in fin. ff. de constit. pecun.* Castr.*in l.quod te, num.*14. *ff. de reb. credit.* vbi etiam Alex.*num.*9. Socin.sen. *num.*40. Ioan. de Amic.*cons.*152.*num.*2. Rot.*in Roman. redditionis computor.*12.*Iunij* 1643. *coram R. P. D. meo Royas*; Attenta præsertim delegatione Scarlatti ad locum Conueutum, cum sufficienti facultate recipiendi frumentum, ex qua delega-
24 tione, seu transmissione ministri † ad locum consignationi destinatum censetur emptor proprio muneri satisfecisse, pro euitanda mora, & ad effectum illam transferendi in venditorem; vt in his ferè terminis consuluit Alex. *in cons.*210. *num.*2.*lib.*2. Roland.*cons.*57. *n.*37.*vol.*1. Ofasc. *cons.* 4. *num.*27. *lib.*1. quæ denique præcesserat *in adducta Romana Grani coram bon. mem. Coccino.*

Hæc autem opinio eo faciliùs admitti debet, quia est conformis vsui, & consuetudini mercatorum, eam consignationem intra Oppidum Montis Alti faciendam esse attestantium, quamuis
25 addita fuerint verba *spedito alla vela*, † quæ propterea intelligi debent inter eosdem verborum significationi talis intellectus repugnare, iuxta text.*in l.stipulatio ista, §.hac quoque, ff. de verb.obligat.* Alex.*cons.*102.*num.*11. *&* 12.*lib.*6. Corn.*cons.*319.*num.*12.*lib.*3. Rot.*coram Puteo, decis.*16.*num.*3.*lib.*1. *& coram Greg. decis.*126. *num.* 6. *&* 7. Neque talis consuetudo eliditur ex aliis testibus contrarium deponentibus, quia illi non deponunt de consuetudine loci contractus; prout deponunt mercatores prædicti, sed de consuetudine loci, vbi fuit destinata solutio, quæ præferri non debet alteri consuetudini vigenti in loco contractus, *l.si fundus, ff.de euict. l. semper in stipulationibus, ff.de reg.iur.* vbi Bart. *num.*3. Cagnol. *num.* 5. Dec. *num.*8. Card. Mantic. *de tacit.tit.*13.*num.*17.*&* 25.*cum seqq.* & de communi testatur Osasc.*decis.*114.*n.*5.

Et ita, &c.

DECISIO XLIV.

R. P. D. PEVTINGERIO.

Romana Saluiani de Casalibus.

Veneris 4. *Martij* 1644.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa est priuilegiata*
*Priuilegia in extraneum non transeunt, n.*2.
*Hypotheca transit in extraneum sine prælatione, n.*3.
4 *Mandatum testatoris dotandi fœminas ex fideicommisso intelligitur in subsidium.*
5 *Fideicommissum destrueretur, si fœmina ex eo dotarentur, etiam extantibus liberis.*
6 Auth. res quæ Comm. de legat. *non habet locum, quando testator pro dote certam quantitatem legauit.*
7 *Mulier pro sua dote non tenetur agere contra tertios, sed directo agit contra bona fideicommisso supposita.*
8 *Calculo per peritum à Iudice electum facto standum est, etiam in alio iudicio.*

POstquam Dominis ex benignitate placuisset, post confirmatas sententias Rotales, in quibus à R.P.D.meo Cerro, & bon. mem. Merlino pronunciatum fuit Ferranti, & aliis de Casalibus dandam esse immissionum ex remedio vtilis Saluiani interdicti super Domo de qua agitur pro consequendis scut. 4. 4000. eis à q. Bernardino Caffarello relictis, R. P. D. Prosperum Caffarellum Domus possessorem super ter resolutis coram me pro quarta vice denuò audire hodie iterum steterunt in decisis non obstantibus motiuis contra decisionem adductis.

Non enim releuat quod data æqualitate crediti R.P.D.Caffarelli tanquam Cessionarij Marij d. Domus donatarij cui bona Bernardini donatoris pro restitutione dotis Faustinæ suæ matris sub obligatione Camerali erant hypotheeata, ac idcirco æquè, ac Casalibus pro consequutione sui legati † obstricta potior sit causa dotis tan- 1
quam de iure priuilegiatæ ad tradita per Calder. *cons.*2.*de donat. inter vir. & vxor.* & alias contra decisio nem allegatas.

Quia cum præsens iudicium non instituatur à muliere, nec eius filiis quibus priuilegiia dotis competunt, sed ab extraneo, † & cessionario, in 2
quem dotis priuilegia minimè transeunt, per text. *in l.vnica, C.de priuileg.dotis.* Non potest R. P. D. Prosper priuilegium prælationis allegare tanquam extraneo nō competen. Alex.*cons.*58.*n.*4. *lib.* 7. vbi quod priuilegium concessum mulieribus, vt in suæ dotis hypotheca præferan. non transit mortua muliere, nisi ad filios: Fachineus *controuers.iur.lib.*10.*cap.*30.*§. priuilegium, circa med.vers.ad hæredes,* Fontanella *de pact.nuptial. claus.*7. *gloss.*3. *part.*7. *sub num.*2. Cancer. *var. resolut.*

resolut.cap.9. tit.de dote,& donat.propter Nupt. Doctrinæ verò in contrarium allegatæ non firmant in extraneum transire prælationem, † sed tantum hypothecam sine prælatione, vt post Pacific. *de Saluian.inspect.3.cap.4.num.61.& 68.* egregiè distinguendo dictum fuit in Recanaten. manutentionis 27.Iunij 1642.& in Anconitana dotis 24. Aprilis 1643. coram R. P. D. meo Cerro.

Nec fecit quod cum Bernardinus in fideicommisso dederit facultatem alienandi bona pro dotandis fœminis, propterea actione directa agi possit contra eius bona,& non subsidiaria *Auth. resque*, quia vt fuit responsum in alia decisione, etiam huiusmodi dispositiones intelliguntur,quatenus aliunde dotari non possint ex pluribus allegatis in decisione huius causæ sub die 11.Martij præteriti coram me: Distinctio verò hodie allata, quod prædicta conclusio recipien. solum in dispositionibus factis in testamento, secus si factis in contractu, DD. non placuit; quia ratio quæ suadet præceptum dotandi fœminas iniunctum in testamento intelligi in subsidium, quatenus aliunde dotari non possint eodem, pariter probat simili modo esse intelligendum præceptum appositum in fideicommisso conuentionali: Imò retenta opinione DD. volentium materiam *Auth.resque*, non applicari vbi fideicommissa sunt ordinata in contractu,& quia prohibitio facta in contractu, fortius ligat propter interesse vtriusque contrahentis,difficilius erit permittenda alienatio in similibus fideicommissis, illud autem certum est huiusmodi præcepta de dotan-
4 dis fœminis indistinctè intelligi † in subsidiū,& quatenus aliunde dotes constitui non possint,siue simus in fideicommisso ordinato in vltima voluntate, siue in conuentionali facto, in contractū vt firmauit in terminis Rota coram Card. Seraphin.*decis.440.num.2.*

Quod facilius admittendum est cum donatio Bernardini facta fuerit pro conseruatione bonorum in agnatione; si enim fideicommittens voluit bona in agnatione conseruari, censeri debet dedisse facultatem alienandi solum deficientibus bonis liberis, alias enim si extantibus bonis libe-
5 ris alienari possent bona, † non conseruarentur in agnatione; sed breui temporis tractu fideicommissum exhauriretur,vt ad propositum ponderant, Gratian. *discept.forens.cap.996.sub n.7. vers. quia contrariam sententiam*, Fusar. *de substitut.q.531. sub num.129. vers. huius opinionis*, Rota coram Seraph. *d. decis.440. sub n.4. vers. hanc sententiam.*

Nec est vera replicatio informantium pro D. Prospero quod *Auth.resque*, non habeat locum
6 in præsenti casu, † testator pro fœminis dotandis assignauit certam quantitatem, vt firmauit Rota *decis.477. cum concordantibus, part.4.diuers.*

Quia ex illis verbis Testatoris, quod præfatus Marius, & Successores sui respectiuè teneantur dotare congruè, & iuxta suam qualitatem, &c. nec elicitur certa dos, nec quod illa aliter quam in subsidium aliis bonis liberis non extantibus de bonis donatis non debeatur: Imò implicaret contradictionem Bernardinum post concessionem alienationis ex causa Dotis dixisse bona vinculata alienari non posse, nisi ex causa magnæ necessitatis, & voluisse extra dispositionem Iuris dictæ *Auth. resque*, & extantibus aliis bonis liberis absque vlla necessitate illa alienari.

Minus obstat, quod mulier non teneatur discutere bona vinculata cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus existentia penes tertios, † sed possit recta via agere contra fidei- 7
commisso subiecta, vt pluribus allegatis fuit dictum coram me in Bonon.de Maluetiis 11.Martij 1643.

Quia hic non agitur de bonis intricatis, quæ sint difficilis exactionis, nec enim opus est per tres sententias conformes instruere iudicium ordinarium, cum creditores, qui pecuniam exegerunt illius restitutionem sub obligatione Camerali promiserint. Vnde censentur quasi principales debitores, contra quos statim recta via agi potest, ac propterea motiua dictæ decis. Bonon. de Maluetiis præsenti casui malè applicantur.

Et ex his fundamentis DD. steterunt in decisis aduertentes insuper Marium R.P.D. Prosperi Auctorem fuisse de dote integraliter satisfactum, dum habuit scut.3. millia redacta ex locis montium, & alia scuta 1500. ex censu Iulij Buffalini, necnon alia scuta 7111. vt apparet ex calculo dato in summario Casalium hodiernæ positionis numero primo, quæ summæ simul collectæ excedunt summam scutorum 9000. in qua dicta dos consistebat, cui calculo licet Marius contradixisset, tamen eo ipso quod in iudicio contentioso cum Auctore R.P. D. Caffarelli per peritum à Iudice electum emanauit,facit statum, quoad omnes etiam in diuerso iudicio, vt firmauit Rota *decis.352. num.3. part. 3. recent.* cum aliis allegatis in decis. 11. Martij anni præteriti coram me.

Melioramenta vero iterum opposita pro retentione Domus nihil prosunt, dum testes, qui etiam de auditu solum deponentes minorem fidem merentur, non firmant; nec quantitatem impensam, neque Domus statum primæuum, & satis per cautionem præstitam de illis reficiendis, quando specificè erunt liquidata, eiusdem Domus possessori videtur consultum.

Et ita vtraque parte accerrimè informante resolutum fuit,&c.

DECIS. XLV.

R. P. D. CECCHINO.

Romana Domus.

Veneris 22. Aprilis 1644.

SVMMARIVM.

1 *Generatione in tertia existenti ius acquiritur ad emphyteusim præcedentibus extinctis.*

2 *Emphyteusis concessa ad tertiam generationem in nepotibus expirat.*

De re inculta meliorata an transeat in extraneos,num.12.

De natura est, vt res concessa melioretur, num.13.

Finita ad Dominum sine oneribus reuertitur, num.21.

Non extenditur vltra nepotes, n.23.

3 *Clausula*, ad habendum, &c. *in emphyteusi ad tertiam generationem eam non extendit.*

4 *Locatio, & non emphyteusis reputatur, vbi à contrahentibus locatio appellatur.*

Et

Et quando canon correspondet fructibus, num.5.
Sed vide, num.7.
Ad longum tempus restringitur ad tempus conuentum, n.8.
6 *Melioratio propriè conuenit emphyteusi.*
Probari debet facta ab eo, qui eam praetendit, num.16.
Modica non attenditur, n.17.
9 *Lineam semel ingressa emphyteusis donec durat non transit ad aliam lineam.*
10 *Ius accrescendi militat in emphyteusi.*
11 *Dictio, &, posita inter generationem, & nominationem vtramque vniformiter iungit.*
14 *Dominus directus grauaretur, si propter aliqua melioramenta, bona in emphyteusim concessa, finito tempore, ad extraneos transirent.*
15 *Bona concessa pro certo tempore ad meliorandum, eo finito redeunt ex pacto cum melioramentis.*
18 *Concessionis tempus, & natura in praeiudicium vocatorum mutari nequit, etiam assensu Domini adhibito, n.19.*
20 *Dos de emphyteusi detrahitur in subsidium.*
22 *Sapiens adhibendus in confectione instrumenti supplet quae sunt iuris, non quae factum respiciunt.*
Post instrumentum in iudicio productum non se ingerit, n.24.
25 *Canonis exactio ignoranti non praeiudicat.*

CОncessa per Monachos Carthusienses Domo, de qua agitur, Leonardo de Diatesiis, & Ioanne eius vxori ad tertiam generationem, & nominationem: Ex Leonardo, & Ioanna, ortae sunt Quintia, & Hieronyma. Ex Quintia Soror Scholastica Dubliul, oblata in Monasterio Turris Speculorum: Ex Hieronyma verò Isabella, & demùm ex Isabella procreatus est Carolus Vitutius, contra quem vti Domus detentorem Soror Scholastica, mortuis aliis praenominatis, iudicium introduxit in Curia Eminentissimi D. Cardinalis Vicarij, & sententiam fauorabilem obtinuit. Causa verò appellationis per Carolum in Rota commissa, fuit dubitatum, cui Domus esset adiudicanda, & adiudicandam esse Sorori Scholasticae resolutum fuit.

Ex praedicta enim serie facti, quae inter partes non controuertebatur: Patet Sororem Scholasticam esse neptem Leonardi, & Ioannae primorum acquirentium, eidémque vti de tertia
1 generatione † post obitum existentium in praecedentibus generationibus fuisse ex praedicta concessione ius in Domo quaesitum: Bart. *in l. vt iusiurandi, §. si liberi, num.6. ff. de oper. libert.* Castrens. *cons.217. num.1. lib.2.* Alex. *cons.106. num.8. lib.4.* Roland. *cons.1. n.52. lib.1.* cum aliis per Clar. *in §. emphyteusis, quaest.16. per tot.* Rota *in Romana Domus 28. Iunij 1602. coram bon. mem. Hieronymo Card. Pamphilio.*

Carolum verò, vti eorundem pronepotem, etsi de quarta generatione esse exclusum, quia concessio fuit facta simpliciter ad tertiam generationem, absque aliquo verbo denotante, quod generatio deberet incipere à filiis primorum acquirentium; ideóque generatio fuit considerata in abstracto, & absolutè, non autem respectiuè ad certam personam generantem, itaut tot generationes, & gradus fuerint constituti, quot personae admissae, & consequenter concessio in
† nepotibus expirauerit, nec pronepotes comprachenderit iuxta distinct. Bart. communiter receptam *in Auth. si quas ruinas, n. 4. C. de sacros. Eccles.* Ias. *in l.2. num.166. Cod. de iur. emphyt.* Alex. *in l. quod dicitur 130. num. 23. circa fin. vers. item pone, ff. de verb. oblig.* Honded. *cons.54. num.12. lib.2.* Marescot. *var. resol. lib.2. cap.53. num.1.* Caputaq. *decis. 18. part. 2.* Rota *apud sanct. mem. Gregor. XV. decis.522. num.1. & 2. & in recent. decis.305. n.1. & decis.314. n.3. & seqq. part.5.* 2

Nec contrarium effectum operatur clausula, *ad habendum*, † in concessione posita, quia illa habet locum intra terminos dictarum generationum, nec extenditur vltra personas in eis contentas, nec inducatur euidens contrarietas, & correctio, vt scilicet concessio sit restricta ad tertiam generationem, & nihilominùs ad quoscumque etiam non vacatos transeat: Alex. *dict. cons.106. num.2. lib.4.* Dec. *cons.395. n.2.* Ruin. *cons.37. num.18. lib.1.* Rub. Alex. *cons.110. n.10.* Menoch. *cons.61. num.20. & 24.* Corbul. *de caus. priuat. ob mort. ciuil. num.52.* Card. Seraph. *decis.794. num.8.* Rota *in recent. decis.60. num.12. part.5. & decis.74. num.8. & seqq. vsque ad n.16. par.6. & in Bononien. fideicommiss. de Cataneis 4. Martij 1616. & 14. Iunij eiusdem anni coram bon. mem. Pirouano.* 3

Et praedicta procedere Domini existimarunt, quamuis contractus, de quo agitur, posset reputari potiùs locatio, † quàm emphyteusis; tum quia locatio à partibus appellatur: Natt. *cons.49. num.14. & seqq. & cons.194. num.1. & 2.* Magon. *decis. Lucens.12. num.12.* Surd. *decis.198. n. 24.* Et tum etiam quia Canon, seu responsio conuenta est † correspondens fructibus Domus, ex latè deductis per Rot. *apud bon. mem. Burat. decis. 334. per tot. & in Nouarien. locationis 17. Maij 1613. & 16. Februarij 1615. coram bon. mem. Coccino.* 4 5

Quia omisso, quod concessio fuit facta, vt Domus repararetur, † & restauraretur, quod propriè conuenit emphyteusi: Ias. *in l.1. num.5. C. de iur. emphyt.* Menoch. *cons.372. n.3.* Gabriel. *cons.84. num.6. lib.2.* Aliáque adsunt pacta contractum emphyteuticum donantia, & concessio est de re Ecclesiastica, in qua ob vtilitatem, quae etiam in contractu emphyteusis debet verificari dicta correspondentia, † quandoque non habetur in consideratione: Gabr. *d. cons.34. num.12. lib.2.* Card. Mantic. *de tacit. lib.22. tit.6. num.24.* Vinc. de Franch. *decis.198. num.22.* cessat difficultas, quia dicta correspondentia non probatur, & etiam locatio † ad longum tempus restringitur ad tempus conuentum, & personas in ea contentas, vt est text. *in l. fin. §. sanè il 2. C. de locat. praed. ciuil. lib. 11.* Caldas *de iur. emphyt. lib.2. quaest.23. n.64.* 6 7 8

Nec visum fuit obstare, quod Domus fuerit semel ingressa lineam † Hieronymae, atque ideò donec extitit Carolus illius nepos non debeat ad aliam lineam transire, iuxta text. *in cap. 1. de duob. fratr. à cap. inuest.* quia id admitti posset si Carolus esset in concessione comprachensus, secùs verò dum est incapax, & exclusus, quia perinde est ac si non extaret, vt bene firmat Specul. *lib.4. tit. de emphyt. quaest.155. num.183. cum seqq.* & in puncto Gabr. *cons. 68. num.18. & seqq. lib.2.* Honded. *d. cons.44. num.5. lib.1.* Et 9

dum

dum ex vocatis Soror Scholastica sola superest
10 totum † ius concessionis per ius accrescendi ad ipsam spectat: Bartol. *in l. si mihi & Titio, num.* 5. *vers. quæro*, & ibi Ias. *num.* 12. *ff. de verb. oblig.* Bald. *in d. Auth. si quas ruinas, num.* 7. *vers. aut emphyteusis, C. de sacros. Eccles.* Alex. *d. cons.* 106. *num.* 7. *vers. prætereà, lib.* 4. Dec. *cons.* 263. *num.* 2. *vers. & tali casu*: Corn. *cons.* 131. *num.* 1. *lib.* 2. Bero. *quæst.* 70. *num.* 1. Rota *in Ciuitat. Castelli bonorum emphyteuticorum* 23. *Iunij* 1586. *coram bon. mem. Card. Plato in Romana Domuncularum* 20. *Iunij* 1611. *coram bon. mem. Atrebaten. & in Imolen. Bonorum emphyteuticorum* 22. *Aprilis* 1629. *coram bon. mem. Coccino.*

Nec releuat quod concessio sit facta nedum ad tertiam generationem, sed etiam ad nominationem, verba enim illa non stant ampliatiuè ad generationes extendendo vltra illas concessionem, sed operantur, vt quatenùs aliqua ex dictis generationibus non extaret, sit concessa facultas nominandi: Ita vt concessio non egrediatur tres gradus personarum, siue per generationem, siue per nominationem, & per existentiam generationis cesset nominatio.

11 Ponderando copulam, &, † positam inter generationem, & nominationem, quæ vtrumque vniformiter iungit, efficitque vt restrictiua illa ad tertiam relata generationem, communicetur etiam nominationi, *l. Seia*, § *Caio, ff. de fund. instr.* Barbos. *dict.* 110. *num.* 4. Guidop. *decis.* 527. *num.* 1. Rota *apud san. mem. Gregor. decis.* 308. *num.* 3. *& diuers. decis.* 230. *num.* 2. *part.* 1. & denotat qualitatem terminorum in casibus copulatis: Ias. *in l. Titia Textores*, §. *nihil defert, num.* 3. *ff. de leg.* 1. Aym. *cons.* 208. *num.* 6. Natt. *cons.* 582. *num.* 19. Barbos. *d. decis.* 110. *n.* 8. Rota *diuers. decis.* 49. *num.* 1. *part.* 1. *& in Florentina fideicommissi* 3. *Decembris* 1607. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Prout nec etiam visum fuit obstare, quod hæc Domus (vt in concessione narratur) esset ferè
12 diruta, cumque fuerit meliorata † sit ad quoscumque transitoria. Quicquid enim sit de veritate huius conclusionis, quam in præsenti Domini noluerunt firmare; prout eam non firmauit Bart. eiusdem author *in l. quicumque la* 2. *sub num.* 1. *C. de omn. agr. deser. lib.* 11. ibi tamen hoc non affirmo. Cum sit nimis præiudicialis Ecclesiæ, aliisque Dominis directis, & tendat
13 ad destructionem emphyteusis, † de cuius natura est, vt res concessa melioretur, vt per Gabr. *d. cons.* 84. *num.* 6. *lib.* 2. cum aliis præallegatis, eámque idcirco impugnent Roman. *in l. etiam, n.* 14 *ff. solut. matrim. & in singul.* 273. Giouagn. *cons.* 37. *num.* 13. *lib.* 2. Caldas *d. quæst.* 23. *n.* 55. *& seqq.* vbi testatur de communi Canonistarum opinione: Rota *in Hucerina Pradij* 3. *Martij* 1614. *coram bon. mem. Card. Sacrato.*

Ex duobus visum fuit dictam conclusionem in proposito non applicari: Primò, quia non procedit quando res concessa non erat omninò
14 sterilis, & infructuosa; nam aliàs † Dominus directus nimis grauaretur si propter aliqua melioramenta bona concessa finito tempore ad extraneos transirent: Castr. *cons.* 142. *sub num.* 2. *vers. nec etiam obstat*, *lib.* 2. vbi quod ita intelligendus est text. *in dd. fin. Cod. de locat. prad. Ciuil. lib.* 11. Ruin. *cons.* 116. *sub num.* 4. *vers. nec obstat secundum cum lib.* 1. Bursat. *cons.* 330. *sub num.* 138. Honded. *cons.* 85. *n.* 42. *lib.* 2. Giouagn. *d. cons.* 37. *num.* 15. Caldas *d. quæst.* 23. *num.* 62. *vers. quod sanè*: Capic. *decis.* 205. *in fine*: qui est casus noster, quia in concessione non dicitur quod Domus esset penitùs diruta, nullúmque fructum redderet. Quinimò informantes pro Carolo admittunt, quod annua responsio scutorum decem erat correspondens fructibus, qui tunc ex domo percipiebantur.

Secundò, quia dicta conclusio pariter non procedit, quando expressè conuentum fuit, quod
† bona concessa essent melioranda, & nihilominùs concessio est ad certum tempus restricta, 15
vt bene per Castr. *cons.* 189. *circa finem vers. nec hic procedere*, *lib.* 2. Nam tunc finito tempore emphyteuta non excluditur à fructu suorum laborum facto Domini, sed ex pacto, & proprio consensu: Rip. *de remed. propter Pest. num.* 260. *vers. non obstat text.* Et hîc pariter est casus, de quo agitur, vt patet ex verbis concessionis, ibi, intendántque dd. Monachi illam locare, vt reparetur, & restauretur. Præterquam quod non
probatur, quod Domus † fuerit à conductoribus 16
reparata, vt probari debuisset: Honded. *dict. consil.* 85. *num.* 41. Rota *diuers. decis.* 312. *num.* 1.
part. 2. Nec quod impensa † in restaurando 17
fuisset magna cum modica non esset attendenda: Giouagn. *dict. cons.* 37. *num.* 15. *vers. respectu denique.*

Non obstat, quod Domus fuerit data in dotem Hieronymæ, ideóque ad eius filios transire debeat, quia hoc non verificatur, & possessio filiorum Hieronymæ, ex qua hæc probatio siue potiùs præsumptio deducitur, potuit prouenire
† ex contractu, vel alio titulo inhabili ad mu- 18
tandum tempus, & naturam concessionis in præiudicium Sororis Scholasticæ vocatæ: Præpos. *in cap.* 1. *num.* 2. *an agnat. vel fil. hared. repud. poss.* Dec. *cons.* 390. *num.* 2. *vers. & non potest*: Brun. *cons.* 8. *num.* 26. Menoch. *cons.* 975. *num.* 19. *& seqq.* Cephal. *cons.* 23. *num.* 47. Rota *in Bononien. bonorum emphyteuticorum* 19. *April.* 1597. *coram bon. mem. Hieronymo Cardinali Pamphi-*
lio, etiamsi Domini † consensus interuenisset: 19
Alex. *dict. cons.* 106. *num.* 9. *lib.* 4. Gratian. *cons.* 79. *num.* 24. *lib.* 1. Thob. Non. *cons.* 2. *n.* 7. & in omnem euentum probari debuisset, quod non adessent alia bona, † ex quibus dos Hieronymæ pa- 20
rari potuisset: Osasc. *decis. Pedem.* 174. *num.* 6. Ciriac. *contr.* 323. *num.* 3. Rota *in Mantuana dotis* 6. *Iunij* 1636. *coram bon. mem. Coccino.* Aliàs non obstante dotis titulo mortua Hieronyma
domus † liberè ad sequentes in gradu deuolue- 21
batur, vt fuit decisum *in Bononien. restitutionis dotis* 1. *Decembr.* 1603. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Nec pariter obstat, quod instrumentum concessionis non fuerit extensum ad consilium sapientis iuxta facultatem in eo contentam, quia
sapiens † non potuisset addere, & supplere, quæ, 22
factum concessionis respiciunt, sed solùm ea quæ iuris sunt: Bart. *in l. illa institutio, n.* 5. *ff. de hared. instit.* secundum quod potius declarasset
concessionem † rei Ecclesiasticæ, vltra nepotes 23
non extendi iuxta text. *in* §. *emphyteusim*, *auth.*
de non alien. eiúsque facultas expirauit, † post- 24
quam instrumentum in iudicio fuit productum: Castr. *cons.* 415. *num.* 7. *lib.* 2. Aym. *consil.* 80. *num.* 8.

Quæ denique deducta fuerunt circa obseruantiam, quod scilicet Carolus fuerit à Mona-
chis admissus ad solutionem Canonis † visa fue- 25
runt non præiudicare Sorori Sholasticæ, quæ

dictam solutionem, vel ignorauit, vel non approbauit, vt in similibus terminis dixit Rota *in Romana bonorum de Censis* 2. *Decembris* 1598. *coram bon.mem. Penia.*

Et ita resolutum fuit vtraque parte informante.

DECIS. XLVI.

R. D. DVNOZET DECANO.

Nouarien. Bonorum.

Veneris 1. *Iunij* 1644.

SVMMARIVM.

1 *Monachi duo saltem, vel tres requiruntur ad conuentum constituendum, & n.* 5.
2 *Consensus totius Conuentus, aut maioris partis in alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur.*
3 *Inuestitura facta, non seruata forma Breuis est nulla.*
4 *Abbas venit appellatione Monachorum.*
Fallit, vt num. 7. *& num.* 9.
In concessione emphyteusis duas habet voces, num. 10.
Sed declara, vt n. 11.
Tenetur scire numerum Monachorum, num. 12.
6 *Conuentus ius simul in pluribus constituti in vno conseruatur.*
8 *Prior à Fratribus per testatorem quando dicatur exceptus.*
13 *Abbatis assertio in re praeiudiciali fidem non meretur.*
14 *Monachus, aut Clericus residere praesumitur.*
15 *Absentes à Capitulo, vel Conuentu quando sint vocandi.*
16 *Mortem de tali tempore allegans probare tenetur.*
17 *Loci mutatio non praesumitur.*
18 *Narratiua pars gratiæ concludenter probanda.*
19 *Testi deponenti super quantitate expensarum, & non reddenti sufficientem rationem non creditur.*
20 *Testes negatiuam non coarctantes, eam non probant.*
21 *Testis reddens rationem sui dicti ineptam non probat.*
22 *Paria sunt non reddere rationem, vel reddere insufficientem.*
23 *Proprietas, aut dominium vtile rei Ecclesiæ, non alienatur, quoties ex fructibus potest prouideri.*
24 *Dictio*, nullatenus, *est negatiua vniuersalis.*
25 *Verbum*, suppetunt, *omnes facultates comprehendit.*
26 *Executor potest se extraiudicialiter informare.*
Non tenetur assumere partes Iudicis, num. 27.
Declara, vt n. 28. *& n.* 29.
Electa via iudiciali, redire nequit ad extraiudicialem, n. 30.
31 *Executoris pro sententia praesumitur.*
Declara, vt n. 32.
33 *Ecclesia non prohibetur probare contrarium eius quod executor asseruit inferior.*
Non indicit, nec sustinet bellum, n. 34.
35 *Vtilitas temporalis, sed perpetua requiritur pro alienatione rerum Ecclesiæ.*
Euidens Ecclesia est probanda etiam quando res est solita concedi, n. 41.
36 *Affrancandi quandocumque pactum Ecclesiam lædit.*
37 *Dominium directum plus valet, quàm vtile.*
38 *Hæredum appellatione in emphyteusi Ecclesiastica veniunt solùm descendentes.*
39 *Inuestituræ confirmatio subreptitia non suffragatur.*
40 *Beneplacitum Apostolicum ex qualibet obreptione vitiatur.*
42 *Veritas narratorum aliunde quàm ex partium assertione est probanda.*
43 *Bona in concessione emphyteusis sunt specificanda.*
Ecclesiæ occupatæ per Laicos restitui debent, num. 53.
44 *Solemnitas, & causa in alienatione bonorum Ecclesiæ requiruntur.*
Fallit, vt n. 45.
Declara, vt n. 46.
Amplia, vt n. 47.
48 *Obseruantia inuestituræ inducit praesumptionem nouæ concessionis.*
49 *Praesumptio alterius tituli validi cessat ex productione inualidi.*
50 *Fides mala praescriptionem impedit.*
Mala antecessorum obstat successoribus, num. 51.
52 *Praescriptio contra Ecclesiam impeditur ex litis contestatione.*

CVm hodie reuideretur vltima decisio emanata in hac causa sub die 13. Ianuar. 1642. coram bon. mem. Merlino, in qua firmatum fuit primam inuestituram, de quibus agitur, concessam Ruberto Sanseuerino anno 1457. & alias sequentes esse nullas, & consequenter bona prædicta esse restituenda Ecclesiæ; Domini, fundamentis eiusdem decisionis iterum examinatis, steterunt in decisis.

Nam quoad primam inuestituram concessam Ruberto Sanseuerino anno 1457. prima nullitas resultans ex defectu numeri illorum, qui iuxta formam literarum Calixti III. interuenire debebant in eiusdem inuestituræ concessione, adhuc in suo robore sistit: Cum enim Pontifex mandauerit, vt pro executione licentiæ sub forma, si in euidentem, Abbas, & Conuentus dictam inuestituram facerent, interuenit Abbas cum vno Monacho, qui profecto Conuentum repræsentare non potuit, cum tres, † aut saltem 1
duo Monachi requirantur, ad hoc vt nomen Conuentus verificari possit, *l. Notarius, ff. de verb. signif.* gloss. *in cap.* 1. *in verb. Congregatione* 10. *quaest.* 1. *& in cap.* 1. *in verb. duo de elect. & in cap. nobis, in verb. Conuentuali.* Vbi etiam Anchar. *num.* 17. Ioan. de Anan. *num.* 24. *de Iurepatr.* Abb. *cons.* 25 *num.* 2. *lib.* 2. cum aliis alleg. in dicta decisione.

Quinimo cum ageretur de alienatione bonorum Ecclesiæ † requirebatur consensus totius 2
Conuentus, vel saltem maioris partis, quæ ipsum Capitulum repræsentaret, *c. fine exceptione, ibi,* & cum totius Cleri tractatu, & consensu 11. *quaest.* 2. *cap.* 1. & *ibi* gloss. *in verb. defensore, in fin.*

fin.cap.2. de reb.Eccles. non alien.in 6. Clem. 1. eod.tit.cap.1. de his quæ fiunt à Prælat. fin. consen.Capit. Angel .cons.1 3 3. Roman. cons.36.& num. 2. cum aliis cumulatis in eadem decisione,
3 consequenter dicta inuestitura † vti facta non seruata forma à Pontifice præscripta, & à iure requisita subiacet vitio nullitatis, c. cum dilecta, & ibi DD. de rescript. Abb.cons.41 .num.3.lib.1. Gozad.cons.73.num.2.Mantic.decis.286.num.3. & 4.Seraph.decis.1195.n.2.Greg.X V.decis.1. num.1. cum aliis in eadem decisione pariter allegatis.

Neque huiusmodi nullitas visa fuit hodie
4 euitari ex eo, quod Abbas † regulariter venit appellatione Monachorum, cap.fin.de simon. Zabarel. in Clem. 3.sub num.3. vers. At sub nomine Religiosi de procurat.& in Clem.1.n.7. de regul. Felin.in d.cap.fin. num.1. de simon. Vnde inferebatur dictum Abbatem vnà cum altero Monacho potuisse constituere Conuentum, cum Iure
5 Canonico saltem inspecto, Conuentus † etiam in duobus consistere possit, gloss. in dict. c.1. in verb.Congregatione 10.q.1. Abb.in c.1. sub n.6. vers.aut à principio de elect.& cons.25. num. 2. vers.de iure Canonico, & sub num.6. vers. tertio dico, lib.2.

Attenta præsertim assertione eiusdem Abbatis enunciata in sententia executoris: nempe, quod nullus alius Monachus Professus tunc temporis extaret, qui in Monasterio resideret cum
6 Ius † Conuentus, aut Collegij semel constituti in pluribus possit, aliis deficientibus etiam in vno conseruari, l. sicut municipium 7.§.in decurionibus in fin.ff.quod cuiusq.vniuersit.nom.gloss. in cap.gratum 2. in verb.pauciores, vers.sed quid si omnes delinquunt, de postul.Prælat.& in d.c.1.in verb. duo, vers. retinetur tamen, de elect. Nauar. cons.6.num.2.eod.tit. Seraph.decis.1150.num.5. Quia cum Calixtus in eisdem litteris fecerit mentionem Abbatis contradistinctè à Conuentu, & consensum vtriusque scilicet, Abbatis, & Conuentus in concessione dictæ inuestituræ exegerit, censetur considerasse illum vti superiorem dumtaxat, non autem vti Monachum: Nam quando prouisio aliqua fieri debet ab ipso Ab-
7 bate, † tunc iste non venit appellatione Monachorum; Ioan.de Lignag. in Clem. attendentes, de stat.Monach.Abb.in dict. c.fin. num.4. vers. si verò materia, & ibidem Felin. num. 3. de simon.

Maximè, quia Papa prius expressit Abbatem, & postea Conuentum, ob quam expressionem censetur excepisse Abbatem prius in specie nominatum à Conuentu, seu numero Monachorum exemplo Testatoris, qui si legauerit Priori Bibliam, & Fratribus Prædicatoribus Cappam,
8 † videtur excepisse Priorem à numero Fratrum, illique Bibliam dumtaxat tanquam Priori, non autem etiam Cappam tanquam Fratri reliquisse: Castr. in l. doli, clausula 119.n.2. vers.sed è contra, & ibidem,&c. Ias. sub num.4. vers.secus è contra, ff. de verb.oblig. Alex. in l. Cohæred. 41.§. qui patrem, sub num.7. vers. sed dixit,ff.de vulg.& pupill.Abb.in c.cum olim 12. sub num.4. vers. secus tamen,de sent. & re indicat. Vnde oportebat vt præter Abbatem, interuenirent etiam saltem duo Monachi qui consti-
9 tuerent Conuentum, quia Abbas, † seu Prælatus non venit appellatione Conuentus, seu Collegij, cum sit caput illius; prout declarat idem Abb.eod.c.1.n.61.vers.& non puto hoc fieri posse.

Neque vrget replicatio, quod Abbas potuerit in concessione dictæ inuestituræ † dare duas 10
voces, nempe vnam tanquam Abbas, & tanquam Monachus cum eadem persona, in quo duo iura concurrunt, quorum quodlibet producittius dandæ vocis, duas voces habere debeat, iuxta doctr.Abb.in dict.c.cum olim 12.num.2.de sent.& re indic. Franc.in c. cum in Ecclesia 25. sub n.4. vers.facit quod notatur, de præben. in 6. Couar. var. resol.lib.3. cap.13.sub num.6. vers. contrarium, cum aliis relatis à Garz. de benef. part.11.cap.5.num.211.

Quia cum ex prædictis appareat Pontificem contemplatum fuisse dictum Abbatem vti Superiorem, & contradistinctè à Conuentu consensum illius requisiuisse, vtique talis Abbas non potuit in hac facti specie duplicem præstare consensum proprium scilicet, & Conuentus, à Pontifice requisitum; nam quoties apparet aliquem, † in quo duo Iura concurrunt, deser- 11
uire respectu vnius iuris, tunc ille non consideratur respectu alterius iuris; prout declarat idem Abb. in eod. cap. cum olim 12. num. 6. Vbi dat exemplum Canonici habentis Capellaniam in Ecclesia, in qua si celebrat tanquam Cappellanus, non censetur interesse tanquam Canonicus, cum actus ille celebrandi sibi vti soli Cappellano, competat, ex iuribus per eum allegatis.

Minus vrget ponderatio, quod nullus alius Monachus tempore contractus adesset, qui in Monasterio resideret: Quoniam talis absentia aliorum Monachorum à Conuentu aliunde non probatur, quàm ex eiusdem Abbatis † assertio- 12
ne, quæ esto quod alias probaret tanquam emanata super re spectante ad eius officium, ratione cuius tenetur scire numerum Monachorum sui Monasterij, ad text. in cap. fin. de regular. vbi Canonistæ: Roman.cons.341. num.2. Rota post de manut. decis. 264. num. 5. & 6. Nihilominus in proposito tanquam emissa in re prohibita, † & Ecclesiæ præiudiciali non meretur fi- 13
dem: Oldrad. cons. 261. num.2. Castr. cons.74. num.1.vers.videndum,lib.1. Anchar. consil. 57. num.5. & consil.171.num.7. cum aliis in eadem decisione cumulatis, §. neque excusari potest.

Eóque minus cum talis absentia aliorum Monachorum tantum abest, quod probetur concludenter, quin imo potius excludatur non solùm ex præsumptione, iuxta quam Monachus, † aut 14
Clericus præsumitur residere in Ecclesia, cui inseruire tenetur: Alciat.in tract.de præsumpt.reg.1. præsumpt.35.in princip.vers. sicut Clericus: Gonzal.ad reg.8.gloss.43. num.88. & fuit dictum in Barchinonen. Portionum 29. Maij anni præteriti, coram me, §.non obstat quod portiones.

Verum etiam ex tractatibus antecedentibus super eadem alienatione, ex quibus apparet tres Monachos vltra Abbatem in eodem Monasterio resedisse, qui propterea esto quod essent absentes, erant nihilominus vocandi, & expectandi ne res tanti præiudicij à solo Abbate, & vno Monacho minus rectè ageretur: Nam quidquid sit de illorum opinione, qui existimarunt in alienatione bonorum Ecclesiæ absentes † à Capitu- 15
lo, vel à Conuentu necessario vocandos non esse ex eo quod absentes de iure vocari necessario non debeant, nisi in tribus casibus, scil.electionis, receptionis in Canonicum, & cessationis à diuinis, quos notat gloss.in cap.præsentium, in verb. ipsorum de testib.in 6.quam sequuntur Doctores relati in decisione quæ reuidetur.

Nihilominus eorum opinio procedit, quando ex tribus duæ partes sunt præsentes, & illæ consentiunt, secus autem quando, prout hic, illi qui sunt præsentes duas partes non constituunt, prout expresè declarat Hostien. *in cap. inter vniuersas 18. num. 11. de elect. & prius sensit glos. in auth. hoc Ius porrectum in verb. maiori, vers. si vero quidam absint*, & ibi, etiam Salicet. *sub num. 2. col. 3. vers. oppono quod maior pars C. de Sacros. Eccles.* cum aliis relatis in eadem *decisione, §. Attamen in præsenti casu.*

Ideoque etiam in aliis negotiis præter dictos tres casus esse necessario vocandos, & expectandos absentes, si duæ partes residere debentium non sint præsentes, animaduertit *Castr. in d. auth. hoc Ius porrectum num. 3.* ibi, *Item nota quod non sunt vocandi absentes, dummodo duæ partes sint præsentes, & maior pars istarum consentiat*, & clarius Abb. *in cap. 1. num. 16. vers. dic clarius, de his quæ fiunt à maior. part. cap.* vbi docet quod ad validitatem actus ad minus duæ partes vocandorum debeant esse præsentes, & ex illis duabus partibus oportet necessario maiorem partem consentire, subdens esse necesse ad validitatem actus, quod maior pars hominum de Vniuersitate consentiat, & sufficere maiorem partem horum, qui sunt in vniuersitate, dummodo præsentes constituant duas partes.

Nec releuat quod à tempore tractatuum, qui fuerunt habiti sub diebus 18. 19. & 20. Ianuarij, vsque ad diem 25. Aprilis, quo fuit contractus celebratus, interresserint tres menses, & vltra, intra quos Monachi qui extabant tempore tractatuum potuerunt vel obire, vel ad alia Mona-
16 steria transferri. Quia respectu mortis, † illa non præsumitur, & alleganti, præsertim tali tempore, incumbit onus probandi. Soc. Iun. *cons. 26. n. 12. vol. 2.* Paris. *cons. 36. n. 41. lib. 2.* Ruin. *cons. 136. num. 12. vol. 4.* Alex. *cons. 25. in princ. num. 4.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 12. num. 3. & seq. part. 1.* Boer *decis. 188. post. num. 2.* cum aliis cumulatis à Mascard. *de probat vol. 2. concl. 1069. num. 1.* Respectu vere translationis, illa pariter non præ-
17 sumitur, nisi probetur, cum potius quis non præsumatur mutare locum, sed permanere vbi commorari consueuit. Bart. *in l. is potest. num. 17. ff. de acquir. hæred.* Guidopap. *tract. de præsumpt. vers. reperitur aliquid.* Alciat. *eod. tract. reg. 2. præs. 15.*

Altera vero nullitas ex defectu iustificationis narratiuæ factæ ipsi Calixto pro impetranda licentia, seu beneplacito Apostolico in forma commissaria super dicta Inuestitura, adhuc etiam viget. Quandoquidem fuit inter alia expositum, quod Castrum Villæ nouæ in suis structuris, & ædificiis, nec non possessiones pro earum cultura, & aliis necessariis, non modica indigerent expensa, ad cuius suppottationem, atque ipsorum Abbatis, & Conuentus sustentationem, aliæ d. Monasteriis nullatenus suppeterent facultates, sed prædicti Abbas, & Conuentus necessario cogebantur de censu annuo librarum 500. certam partem annuatim deducere pro huiusmo-
18 di expensis. Quæ tamen narratiua † non apparet concludenter verificata, prout illa tanquam pars gratiæ erat verificanda, etiam parte non opponente. Ægid. *decis. 303.* Rota *decis. 20. in princip. de præbend. in nou.* Paris. *cons. 49. n. 31. lib. 4.* Verall. *decis. 39. part. 2.* latè Maresc. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 1. & seqq.*

Nec releuant Testes desuper examinati. Quoniam Primus, quamuis super. Secundo deponat d. Castrum non potuisse refici in fundamentis, & ædificiis, fossatis, ac turribus, & aliis necessariis pro custodia dicti loci, & rerum ibi, introducendarum minori pretio ducat. 2250. & super Tertio dicat quod si Abbas voluisset reficere Monasterium cum ædificiis dirutis, & aliis necessariis pro Conuentu prouidere, & Castrum etiam resarcire necessario erogasset omnes redditus Monasterij per sexdecim annos. Attamen cum in neutro † reddat sufficientem rationem 19
super quantitate impensæ, eius depositio non attenditur. Aym. *cons. 2. num. 4.* Rot. *decis. 380. num. 18. par. 5. & decis. 258. numer. 13. par. 7. recent.*

Secundus verò Testis pariter super secundo licet asserat quod Castrum cum ædificiis, & muris necessatiis pro habitatione Agricolarum, vt possent se tueri tempore belli, non reficeretur minori pretio ducat. 1050. & eam assignet rationem, quia considerauit expensam & audiuit ab aliis, qui faciunt similes Domos, nihilominus super tertio subdidit, nescire expensam Monasterij, minusque coarctat negatiuam † pro 20
iustificatione d. narratiuæ, nempè Monasterium habere tot annuos redditus, nec potuisse maiores habere, quin ipse id certo sciret, remouendo actum à sensu, prout requiritur ad hoc vt Testes super negatiua deponentes gradum probationis faciant secundum doct. Bald. *in l. 1. num. 7. C. de bon. possess. secund. tab.* Alex. *cons. 108. n. 10. lib. 2.* Dec. *cons. 94. num. 5.* cum aliis alleg. *in decisione*, quibus addi possent Gabr. de *Testib. conclus. 4. num. 8.* Farinac. *de Testib. q. 56. n. 205. & seqq.* Rota *dec. 92. num. 4. par. 2. rec.* Buratt. *dec. 604. num. 10.*

Tertius denique Testis similiter super secundo dum inquit Castrum esse dirutum, & ædificia tali indigere reparatione vt non valerent refici minori impensa ducatorum mille, eam adducit rationem, quia nempe muri erant de cocta per quos aqua, vbi pluebat, ingrediebatur in Castrum, quæ tamen ratio non concludit impensam fuisse necessariam in prædicta quantitate, illamque nullatenus fieri potuisse ex aliis bonis eiusdem Monasterij, prout opus erat ex Iuribus superius allegatis. Imò idem Testis deponens super tertio quod in refectione d. Monasterij, & habitationum illius, ac dicti Castri, exponerentur omnes introitus Monasterij per duodecim annos, eam imprudenter assignauit scientiæ causam, quia nimirum, licet ipse non esset Magister Murorum, habebat tamē aliquam scientiam Fabri lignarij, secundum quam existimabat impensam 6000. librarum in d. refectione requiri, quæ quidem ratio cum sit inepta, & minime concludens, perinde habetur ac si reddita non fuisset, cum Testis † nullam red- 21
dens rationem sui dicti, aut reddens ineptam, & non concludentem nec etiam gradum præsumptionis faciat, Speculat. *in tit. de test. §. 1. n. 61.* Abb. *in c. causam, num. 6. in princip. ibiq.* Felin. *num. 2. in prima fallent. vers. & talis de testib.* Ias. *in l. cum. hi. 8. §. vult. igitur num. 5. ff. de transact. cum aliis per* Farinac. *de testib. quæst. 69. n. 8.* Ratio enim dicti, quam Testis assignat, debet esse congrua concludens, & necessaria cum paria † sint non reddere rationem, & reddere non 22
bonam, aut insufficientem, *l. solam. vers. nec aliis:* vbi Alex. *num. 1. vers. & debet*, & Castr. *num. 6. vers. subiandi, C. de testib.* Ias. *in d §. vult igitur. num. 3.*

num.3. vers. addo paria, cum similibus congestis à Farin. *d. quæst. 69. n. 10.*

Prædictáque depositio Testium eò minus releuare visa fuit, quia in eodem processu fabricato coram Executore tria leguntur, quæ oppositum verius fuisse demonstrant, nempe:

Primum, quod Monasterium vltra prædictum Censum, seu redditum librarum 500. quas annuatim percipiebat ex locatione temporali eiusdem Castri facta ipsi Ruberto; prout legitur in principio litterarum eiusdem Calixti, ibi: *Exhibita nobis, &c. petitio continebat, quod dudum ipsi Abbas, & Conuentus Castrum, &c. eidem Ruberto ad certum tempus sub censu annuo libr. 500. annis singulis soluendo, cum pactis tunc expressis locarunt, &c.* habebat etiam bona consimilis redditus in Ciuitate Nouarien. in Territorio Cerodani; prout legitur inter articulos tunc datos ibi, *quod consideratis aliis entratis dicti Monasterij quæ sunt in Ciuitate Nouarien. quæ ascendunt ad libras 500. vltra contractus dicti loci Villæ nouæ, &c.*

Præterea constat paucos ex prædictis redditibus tunc esse alendos, cum ex prænominatis antecedentibus tractatibus habitis super concessione prædicta, liqueat in dicto Monasterio non adesse nisi Abbatem, & tres Monachos, quorum vnus posteà in instrumento eiusdem concessionis interuenit: Tertium, quod pro reparatione dicti Castri, cæterisque aliis expensis necessariis satis erat pars dicti annui census libr. 500. prout constat ex eisdem litteris Calixti, ibi: *Sed dicti Abbas & Conuentus coguntur de censu prædicto certam quantitatem annuatim deducere seu recompensare pro reparatione, & expensis huiusmodi, &c.* Pro reparatione verò Monasterij, & ædificiorum illius satis erant libræ 200. per 15. annos, prout idem Executor expressit in eius sententia.

Ex quibus simul iunctis apparet ex redditibus Monasterij ascendentibus ad libras 1000. potuisse commodè prouideri reparationibus prædictis, & congruæ sustentationi Abbatis, ac Monachorum, cum ex libris mille, etiam deductis libr. 400. sufficientibus pro vtraque reparatione Castri, scilicet, & Monasterij, superessent aliæ libræ 600. annuæ, quæ pro sustentatione Abbatis, & trium Monachorum commodè tunc temporis suppetebant. Vnde deueniri non poterat ad perpetuam alienationem bonorum eiusdem
23 Monasterij, cum proprietas, † vel vtile dominium Ecclesiæ alienari non possit, quoties illi ex fructibus prouideri potest, secundùm gloss. *in cap. 1. verb. defensore*, & Ioan. Monach. *num. 3. de reb. Eccles. non alien. in 6.* Abb. *in c. nulli, n. 5. extr. eod. tit.* Syluestr. *in summ. in verb. alienare, n. 7.* Seraph. *dec. 508. n. 5.* Rot. *dec. 720. n. 9. part. 1. diuers.*

Neque subsistit quod verba illa (Aliæ dicti Monasterij nullatenus suppetunt facultates) non excludant totalem existentiam aliorum bonorum, sed indicent illorum dumtaxat insufficientiam, adeò vt sensum dictorum verborum is esse videatur quod Monasterium haberet quidem alia bona, sed insufficientia pro indigentiis in supplicatione contentis: Quia ex contextu litterarum ipsius Calixti clarè colligitur illum ex prædictis verbis (Aliæ dicti Monastarij nullatenus suppetunt facultates) intellexisse nulla alia adesse bona, ex quibus impensa narrata desumi posset; nam aliàs verba prædicta salua ratione recti sermonis interpretari non possent tam ponderata dictione, † nullatenus, quæ est negatiua 24
vniuersalis; gloss. *in Clem. vnic. in verb. nullatenus, de sequestr. poss. & fruct.* Gemin. *cons. 35. n. 2. post med. vers. hoc probat:* Roman. *consil. 326. num. 11. in fin.* Vulpel. *de prop. verb. nullatenus, pag. 66.* cum aliis congestis à Barbos. *dict. 192.* Itaut significet omnimodam nullitatem, omnémque potentiam excludat: Tiraquel. *in l. si vnquam in verb. reuertatur, num. 95.* Menoch. *consil. 383. num. 14.* quàm attento verbo, † suppe- 25
tunt, quod omnes facultates comprehendit, iuxta text. *in cap. fin. 21. q. 2. & in l. 1. C. de Apparitor. Comit. Orient.*

Nec vrget quod Executor non se restrinxit ad probationem resultantem ex depositione dictorum Testium, sed vlterius, retulit se ad accessum, quem fecit ad loca controuersa, & proptereà dicta inuestitura sit valida, etiam quod sententia dicti Executoris non iustificetur ex actis, cum alienatio rei Ecclesiæ non requirat necessario processum siue telam iudiciariam pro veritate narratorum, sed Executor † possit etiam 26
extraiudicialiter se informare, quando Papa simpliciter illi committit, vt se informet quoad ea, quæ in litteris continentur: Abb. *cons. 41. num. 1. vers. ex quibus verbis*, quem inter alios sequitur etiam Rota *decis. 479. num. 2. & decis. 716. n. 1. & 4. part. 1. & decis. 160. n. 8. part. 2. diuers.* iuncta præsertim clausula subsequenti, conscientiam tuam oneramus, quæ solet operari vt Executor † non teneatur assumere partes Iudicis: 27
Lap. *alleg. 15. num. 8. vers. quia tamen est dictum:* Menoch. *de arbitr. Iudic. quæst. 17. num. 14.* Asin. *in prax. Iudic. §. 7. cap. 15. vers. 6. limitatur in princip.* Lancel. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 10. n. 8.* Rot. *d. dec. 94. n. 47. part. 7. recent.*

Quia cum Papa rescripserit Executori per hæc verba: *Quatenus super ipsis præmissis omnibus, & singulis, ac eorum vniuersis te diligenter informes, & si per informationem huiusmodi, ea veritate fulciri, necnon concessionem huiusmodi, si fiat, in euidentem vtilitatem dicti Monasterij cedere, repereris, &c.* Verius esse dicebant Domini talia verba non sonare in simplicem informationem extraiudicialem, in quibus terminis loquitur Abb. quem alij sequuntur *d. consil. 41. num. 1. vers. ex quibus verbis*; sed vti concernentia probationem narratorum, & maximum Ecclesiæ præiudicium, requirere processum iudicialem, † attentis clausulis, veritate fulciri, &, si 28
repereris, quarum quælibet requirit ordinem iudiciarium, quando, prout hic concernit ius, aut præiudicium alterius, prout de clausula, veritate fulciri tradit: Guidopap. *decis. 70. num. 3. vers. vel si veritate fungantur*, & de clausula, si repereris, gloss. *in Clem. vnic. in verb. repererint, de off. & potest. Iud. deleg.* Innoc. *in c. Episcop. 4. n. 1. vers. vnde apparent, de reb. Eccles. non alien.* Guidopap. *d. decis. 70. num. 3. vers. Idem si committitur:* Ias. *in l. certum est, num. 19. vers. & si ita comperies, C. vnde legit.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst. 23. n. 63.*

Exemplo similis clausulæ, si vobis constiterit, quæ pariter tribuit cognitionem causæ, & processum iudicialem exigit, si tangat ius alterius: Bald. *in l. non dubium 5. num. 13. vers. si apponitur, C. de legib.* Ias. *in d. l. certum est, num. 19. C. vnd. legit.* Innoc. *in c. dudum 16. sub num. 5. vers. si autem in littera. de præsumpt.* Abb. *in c. conquerente 7. num. 9. vers. & nota aliud, de restit.*

spoliat. Guidopap. *dict.decis.*70. *num.*1. Seraph. *decis.*601 *num.*3. Rota *decis.*36.*n.*6. post Cenc. *de cens.& d.decis.*94. *num.*50. *part.*7. *recent.* Et hinc non suffragatur clausula, conscientiam tuam oneramus, quoniam illa non tollit necessitatem procedendi iudicialiter quando, prout hic, agitur de alterius praeiudicio, prout aduertit, & pluribus rationibus comprobat idem Asin. *in prax.d.§.7.cap.5.vers.6.limitatur n.*2. Rot.*dict. decis.*44.*n.*51.*part.*7.*recent.*

Et videbatur cessare omnis amaritudo ex eo, quia dictus Executor esto quod potuisset procedere extraiudicialiter, cuius contrarium liquet ex praedictis: nihilominus cum elegerit viam iudicialem, & processium fabricauerit intrat regula
29 quod potuit noluit, cum Executor, † qui valet procedere extraiudicialiter, possit, si vult, partes iudicis assumere; gloss.*in d. Clem. vnic. in verb. repererint, post princ.*Cap.*d.alleg.*15.*num.*8.*vers. nisi expressè appareat.* Sed iam electa via iudi-
30 ciali † non possit amplius deserere cognitionem causae, & procedere extraiudicialiter: Federic. de Sen.*cons.*79.*num.*3. *vers.quod plus:* Zabarel. *consil.*145.*in fin.*Duran.*decis.*238.*n.*7.

Nec suffragatur assertio Executoris, qui de-
31 clarauit † huiusmodi inuestituram cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiae, cum pro sententia Executoris praesumatur; prout in specie tradunt Abb. *d.consil.*41. *num.*2.*lib.*1. Dec. *consil.*341. *num.*12. Paris.*consil.*24.*num.*5.*lib.*4. Seraph.*decis.*1073. *num.* 6. *cum aliis allegatis.* Quia talis praesumptio non militat, quando Papa prout hic, requirit pro forma diligentem perquisitionem,
32 † & cognitionem causae, quia tunc veritas narratorum debet iustificari ex actis, nec sufficit sola Executoris assertio, vt bene declarat Borgnin.*d. decis.*45.*num.*80. *vers. quia supradicta loquuntur,& num.seq. part.*1. Duran. *decis.*238. *num.*8.*& seqq.* Eóque minus quando reuerà ap-
33 paret, † prout hic, narrata non fuisse iustificata, cum Ecclesia non prohibeatur probare contrarium eius quod Executor asseruit, adeò vt, eo probato, concessio corruat: Rimin.iun.*cons.*233. *num.*120.*& seq.volum.*3. Borgnin.*dict.decis.*45. *num.*81.*vers.& maximè apparente de contrario:* Honded.*cons.*37.*n.*15.*&* 16.*lib.*2. Add.ad Greg. *decis.*343.*n.*6.*in fin.*

Altera pariter nullitas ex defectu causae, nimirum euidentis vtilitatis Ecclesiae adhuc etiam vrget. Siquidem tantum abest, quod praedicta inuestitura cesserit in euidentem vtilitatem Monasterij, quin imo apparet potius illi damnosa.

Tum quia Monasterium alienauit in perpetuum bona pretiosa ad hoc vt Castrum fieret fortius ac tutius ad resistendum tempore belli; prout idem Executor videns illius statum retulit ibi: *Vidit quod Castrum parum valet, & non est tutum, nec forte pro custodia hominum, & rerum. Maximè, quia fossatum est plenum luto, taliter quod vix possent dicti muri fieri fortes, & fieri ea, quae sunt necessaria pro tutela dicti fortalitij pro mille ducatis, &c.*

Quae quidem causa in Ecclesia inferiori, quae
34 † Summo Pontifici subest, non videtur iusta, neque sufficiens pro legitima alienatione bonorum illius in perpetuum, quia illa non tenetur indicere, aut sustinere bellum, cum habeat ad quem confugiat pro iustitia obtinenda, si eidem super aliqua re controuersia fiat: Oldrad. *consil.*70.*in fin.* Rimin.sen. *cons.*81. *num.*13. *vol.*1. Petrin.Bellus *in tract.de bel.par.*1.*tit.*3. Menoch. *cons.*65.*n.*30.*vol.*1.

Tum etiam tam Abbas, & Monachi in tractatu habito super dicta alienatione quàm Executor in eius sententia, pro statuenda euidenti vtilitate Ecclesiae, respexerunt ad solum statum rei praesentis, & tempus calamitosum, quod tunc vigebat ratione belli; quae quidem vtilitas non suffragatur pro validitate eiusdem alienationis, cum in alienatione perpetua bonorum Ecclesiae facta, prout hic, ex causa vtilitatis, non sufficiat vtilitas temporalis † deducta solùm ex statu rei 35
praesentis, tempore calamitoso, sed etiam perpetua requiratur, ad hoc vt eidem alienationi correspondere valeat: Menoch. *de arbitr.in addit. ad cas.*152.*num.*3. & infra Gratian. *discept.*45. *num.*11.*&* 12. Seraph. *decis.*433. *num.*4. *&* 5. Mantic.*decis.*117.*num.*4. Rota *decis.*129.*n.*10. *part.*7.*recent.*

Quibus accedit, quod praedicta inuestitura concessa fuit cum pacto, quod tam ipse Robertus, quam sui haeredes possent acquirere etiam directum dominium, ac ciuilem possessionem dicti Castri, aliorúmque bonorum concessorum quandocumque darent in excambium praedictis Abbati, & Monasterio, tot census, siue, vt aiunt ficta perpetua in Ciuitate Nouariae, seu Mediolani, aut Papiae, quae ascenderent ad annuum redditum librarum 625. quod quidem pactum ab omni iustitia & aequitate videtur alienum.

Tum propter liberam facultatem affrancandi quandocumque, quandoquidem affrancatio deberet fieri inspecto tempore ipsius affrancationis, dum scilicet Ecclesia priuatur sua proprietate, non autem habita ratione ad liuellum statutum ab initio, ne illius conditio fiat deterior, cum valor proprietatis possit augeri vel intrinsecè solo cursu temporis, vel extrinsecè propter melioramenta, adeò vt tale pactum † tribuens 36
facultatem affrancandi quandocumque sit valde laesiuum Ecclesiae, & diabolicum esse, dixerit Borgnin.*dec.*33.*n.*12.*part.*3.

Tum etiam propter facultatem appropriandi bona concessa praeuio excambio librarum 625. dumtaxat, & sic librarum 75. vltra libras 550. quae soluebantur pro dominio vtili, quod quidem excambium negari non potest, quin sit dissimile, & incongruum, cum ius illud directi dominij, quo Ecclesia tali casu priuabatur, magnae profectò esset aestimationis propter iura laudemiorum, emolumenta renouationum inuestiturarum, deuolutiones, & caducitates, & spem probabilem augendi successiuis temporibus eorumdem bonorum valorem, & redditunm quantitatem, adeò vt dominium directum † plus va- 37
leat quam vtile, vt inquit Bald.*in l.*1.*sub num.*3. *in secunda lectura,ff.si ager vectigal.* Imò duplo plus ad minus, per text. *in c.precarie, el primo, quaest.* 2. *caus.*10. & *ibi* gloss.ac caeteri Canonistae, vbi dicitur posse assignari ei, qui fundum Ecclesiae perpetuo concessit, redditum annuum ad eius vitam duplo, vel etiam triplo maiorem, & dixit Rota *in Bononien.de Monterentiis* 17. *Aprilis* 1617.*coram bon.mem. Selencien.* & post plures probat Maneut.*in tract.de contract. liuell. quaest.*2.*num.*10.*& seqq.* dicens, quod huiusmodi directa dominia ita aestimantur vt duo, vel ad summum tria cum dimidio de redditu,*constituant centum de Capituli.* Idémque comprobat Borgnin.*d.dec.*33.*in fin.par.*3.

Quo vero ad alteram inuestituram factam anno

anno 1502. Iacobo Triultio per viam transactionis, & confirmatam in forma commissoria ab Alexandro VI. cum sententia Executoris, quod illa cederet in euidentem vtilitatem dicti Monasterij, est pariter nulla.

Primò, quia Alexando VI. non fuit explicata discrepantia inter præcedentem inuestituram concessam Sanseuerino, & hanc concessam Triultio, quæ in eo potissimum consistit, quod illa non transiret ad extraneos vti simpliciter
38 concessa pro se, & suis hæredibus, † quæ verba in emphyteusi concessa ab Ecclesia comprehendunt solos hæredes sanguinis, & sic descendentes ab inuestito: Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 29. in princ.* Cephal. *consil.* 400. *num.* 5. *& infra, vol.* 5. Peregr. *de fideicom. art.* 32. *num.* 52. Fusar. *de substit. quæst.* 339. *n.* 33. Seraph. *decis.* 862. *n.* 2. Rot. *dec.* 111. *n.* 3. *par.* 6. *recent.*

Imò nec etiam transiret ad fœminas descendentes à Roberto, propter pactum quod bona non possent dari in dotem, vel nomine dotis alicui filiæ prædicti Roberti, vel alicui alij mulieri, aut earum maritis; ista verò concessa Triultio comprehendat extraneos, & fœminas ob expressam stipulationem pro se, suisque hæredibus, & successoribus masculis, & fœminis, & cui, vel quibus dederit, quæ quidem discrepantia si Summo Pontifici narrata fuisset, vtique ille for-
39 san dictam inuestituram † confirmari non demandasset, vel difficilius, quod sufficit ad hoc, vt eadem confirmatio tanquam subreptitia non suffragetur: Pelin. *in cap. super litteris, num.* 8. *de rescript.* Socin. *consil.* 260. *num.* 2. *lib.* 2. Corn. *consil.* 345. *num.* 4. *lib.* 1. Cassad. *decis.* 12. *num.* 14. *de prabend.* Rot. *decis.* 417. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 32. *num.* 11. *part.* 6. *recent.* Burat. *decis.* 576. *num.* 7.

Nec releuat augmentum Canonis à libris 550. ad libras 1600. quoniam illud non potuit supplere discrimen, adeò substantiale, propter quod emphyteusis Ecclesiastica immutauit naturam, & facta fuit transitoria ad omnes extraneos vtriusque sexus, & Ecclesia priuata fuit spe rehabendi bona concessa ob defectum lineæ masculinæ, qui facile contingere potuit, cum quæ-
40 libet subreptio, † vel obreptio in hac materia vitiet beneplacitum Apostolicum: Seraph. *decis.* 508. *num.* 9. *&* 10. Rota *d. decis.* 160. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. & dict. decis.* 94. *num.* 59. *in fin. part.* 7. *recent.*

Secundò, quia Executores non seruarunt in hac secunda inuestitura formam demandatam à Paulo II. *in extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* quam etiam idem Alexander VI. expresè seruari præcepit ibi, *quatenus si seruata forma prædictarum litterarum Pauli prædecessoris, &c.* Cum enim dicta Constitutio etiam in re solita concedi in emphyteusim requirat probationem euidentis vtilitatis Ecclesiæ eodem
41 tempore, quo fit renouatio, † adeò vt non sufficiat primam alienationem fuisse vtilem Ecclesiæ, vt præter Doctores relatos *in decisione* quæ reuidetur, *in §. Et quod magis*, tenent Ferd. à Castr. Pal. *tom.* 2. *tract.* 11. *§.* 4. *num.* 4. *vers. secunda conditio*: Borgnin. *decis.* 30. *num.* 15. *&* 29. *part.* 2. non apparet dictos Executores aliquam super vtilitate huius secundæ inuestituræ recepisse probationem; prout opus erat, cum in alienatione bonorum Ecclesiæ concessa præsertim, seu confirmata, prout hic, seruata forma
42 Constitutionis Paulinæ, veritas † narratorum debet necessario iustificari ex actis, nec probetur ex sola partium, aut Executoris assertione: Rota *decis.* 716. *num.* 1. *&* 4. *vers. aut committit, part.* 1. *& decis.* 160. *num.* 3. *par.* 2. *diuers. & dict. decis.* 94. *num.* 42. *vers. nec rectè, cum seqq. part.* 7. *recent.* Canal. *decis.* 215. *num.* 4. Duran. *decis.* 140. *num.* 9. *& infra.*

Tertiò, quia dicti Executores nec etiam adimpleuerunt clausulam adiectam ab eodem Alexandro VI. cum ablatiuo absoluto ibi, ac bonis prædictis prius coram vobis specificatis: Quandoquidem contenti sola inspectione oculari non curarunt singula bona adnotari, ac specificari in † actis per Notarium prout opus erat; omissio 43 enim dictæ specificationis inducit apertam nullitatem, prout censuit Rota *coram Orano dec.* 189. *num.* 1. *& seqq. p.* 4. *diuers. & in Nouarien. decimarum* 4. *Octobr.* 1592. *sub §. accedit,* & *dec.* 11. *n.* 7. *& seqq. post Post. de manutent.*

Denique quoad alias duas subsequentes inuestituras, quarum vna facta fuit Matthæo Cardinali Schinerio anno 1514. altera eius hæredibus anno 1536. Illæ pariter nullius sunt roboris, cum in illis deficiat vterque requisitum in alienatione bonorum Ecclesiæ, causa, † scilicet, & 44 solemnitas, quorum tamen vtrumque copulatiuè adesse debuit, *c. sine exceptione* 12. *q.* 3. *c. nulli, de reb. Eccles. non alien. & cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. Rota *coram bon. mem. Coccino, decis.* 374. *num.* 3. *& decis.* 545. *num.* 1. *&* 3.

Nec releuat quod præcesserint aliæ † inuesti- 45 turæ, quia licet res Ecclesiæ alienari solita regulariter concedi possit etiam absque solemnitate, & beneplacito Apostolico: Cæs. *decis.* 3. *num.* 14. *& decis.* 4. *num.* 8. *de reb. Eccles. non alien.* Nihilominùs dicta conclusio procedere posset vbi præcedentes alienationes fuissent validæ; secus autem data, prout hic illorum nullitate, † quia 46 tunc talis res non dicitur solita locari ad hoc vt iterum locari possit absque causa, & solemnitatibus, prout rectè comprobat Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 65. *n.* 11. *vers. & intellige*: Seraph. *decis.* 1451. *n.* 2.

Eòque minus † quando, prout hic, prætensum 47 solitum alteratur, quia tunc talis alienatio requirit causam, & solemnitatem, ac si esset prima concessio cum stante alteratione censeatur noua concessio, & alienatio: Imol. *in cap. ex parte, num.* 38. *de his quæ fiunt*: Alex. *consil.* 5. *num.* 11. *lib.* 5. Decius *consil.* 142. *num.* 4. *in fin. vers. Primò ergò*: Decian. *consil.* 73. *num.* 43. *lib.* 2. Clar. *in §. emphyteusis, quæst.* 6. *vers. si tamen est, & quæst.* 28. *vers. aut vero*: Molin. *de contract. disput.* 468. *num.* 19. cum aliis congestis *in Gerunden. Scribaniæ* 1. *Iulij* 1637. *§. Nec dicatur, &* 27. *Februarij* 1638. *§. nec obstat, &* 21. *Maij eiusdem anni, §. Neque dicatur, coram bon. mem. Merlino.*

Neque huiusmodi nullitates tolluntur ex prætensa obseruantia, † ex qua dicebatur oriri præ- 48 sumptio nouæ concessionis, seu confirmationis Apostolicæ: Duran. *decis.* 91. *num.* 7. Quoniam cum D. Marchio Carauagij Auctor moderni D. Marchionis conuentus coram Senatu Mediolanensi super solutione æstimi pro istis bonis emphyteusis, nedum protestatus fuerit illa esse sub directo dominio Ecclesiæ, verum etiam produxerit posteriorem inuestituram, in qua reperitur insertus integer tenor præcedentis inuestituræ; prout firmauit Rota *in hac eadem causa sub* dis

die 17. *Decembris* 1640. *coram bon. mem. Coccino*; vtique ex productione istius inuestituræ censetur illam approbasse, & illam non alteram
49 præcessisse, cum præsumptio † alterius tituli validi cesset ex productione tituli inualidi: Caputaq. *dec.* 304. *n.* 1. *& seq. part.* 3. Rota *dec.* 231. *n.* 19. *part.* 1. *diuers. & dec.* 295. *num.* 12. *part.* 5. *recent.* Seraph. *dec.* 1235. *num.* 4. cum aliis relatis *in d. decisione*, quibus addi posset Villagut. *de reb. Eccl. male alien. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 28.

Minus recurri potest ad titulum præscriptionis, quoniam ab anno 1457. quo Abbas, & Conuentus concesserunt bona controuersa Roberto Sanseuerino vsque ad annum 1558. quo Canobius tunc Ecclesiæ Commendatarius mouit litem coram A. C. pro recuperatione bonorum contra Petrum Schinerium, & posteà contra illius descendentes, nulla potuit currere præscriptio, quia cum Sanseuerinus, & Triuultius non seruauerint formam litterarum à dictis Pontificibus Calixto III. & Alexandro VI. respectiuè demandatam, Schinerius verò, & cæteri successores fuerint inuestiti nulla præcedenti discussione super euidenti Ecclesiæ vtilitate, sed præuia relatione ad præcedentes inuestituras nul-
50 las, & inualidas, vtique fuerunt in mala † fide, quæ impedit præscriptionem: Balb. *in tract. de prescript. in* 2. *par.* 3. *part. princ. quæst.* 6. *num.* 20. *& quæst.* 12. *num.* 12. *&* 13. Aldobrand. *consil.* 1. *num.* 301. *& seq.* Paris. *consil.* 27. *num.* 139. *lib.* 1. Rolan. *cons.* 47. *lib.* 3. Natt. *cons.* 162. *n.* 39. *lib.* 1. Dec. *cons.* 072. *num.* 5. *&* 6. Honded. *consil.* 17. *num.* 81. *&* 85. *lib.* 1. Grat. *cap.* 433. *num.* 14. Burat. *decis.* 505. *num.* 14. Rota *decis.* 308. *num.* 5. *part.* 1. *recent.*

A dicto vero anno 1558. circa, nulla etiam potuit incipere præscriptio: tum propter malam
51 fidem dictorum Antecessorum, quæ † obstat etiàm successoribus, adeò vt isti nec etiam à seipsis præscriptionem incipere possint: Balb. *de præscript.* 2. *part.* 3. *part. princip. q.* 12. *num.* 12. Honded. *d. consil.* 12. *num.* 85. Gabr. *de præscript. conclus.* 5. *num.* 2. Gratian. *discept.* 203. *num.* 15. Adden. ad Gregor. *dec.* 249. *num.* 6. & ad Burat. *d. dec.* 515. *num.* 13.

Tum etiam propter dictam litem à Canobio inceptam, quam etiam, eo defuncto, reassumpsit Cardinalis Farnesius, illius in hac Abbatia suc-
52 cessor, cum præscriptio † contra Ecclesiam impediatur ex contestatione litis, quam Actor, vt hic, prosequutus fuit: Abb. *in cap. illud* 8. *n.* 15. & ibidem Felin. *num.* 4. *de præscript.* Balb. *de præscript. in* 3. *part.* 6. *part. princip. quæst.* 4. *n.* 8. Put. *dec.* 385. *n.* 4. *lib.* 3. *in correct.* Duran. *decis.* 426. *num.* 21. *& seqq.*

Firmata autem nullitate dictarum inuestiturarum, solidissima remanet secunda pars eiusdem
53 decisionis, in qua dictum fuit bona, † de quibus agitur esse restituenda Ecclesiæ; cum enim dicta bona subiaceant dominio Ecclesiæ, & retineantur à Laïcis sine legitimo titulo, clarè sequitur illa esse eidem Ecclesiæ restituenda, *cap. reintegranda* 3. *quæst.* 1. *cap.* 2. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. ibi: *Qui vero secus egerint, nisi legitimè moniti ab huiusmodi vsurpatione destiterint, restituendo, ea quæ taliter vsurparunt, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant.* Et in extrauag. Ambitiosæ, eod. tit. ibi: *Et tam qui alienat, quam qui alienatas res, & bona prædicta receperit sententiam excommunicationis incurrat, &c. nihilominus alienata res, & bona huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant liberè reuertantur,* cum aliis relatis *in eadem decisione*, quæ reuidetur.

Et ita, hæredibus D. Marchionis Carauagij acerrimè informantibus resolutum fuit.

DECISIO XLVII.

R. P. D. Cerro.

Romana Saluiani.

Veneris 9. *Decembris* 1644.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca non censetur prohibita ex prohibitione alienationis commoditatis fructuum.*
Durat viuente hypothecante, n. 4.
Declara, vt n. 5.
Futura, & non existentia comprehendit, num. 12.
2 *Alienatio quomodolibet, prohibita æquiparatur prohibitioni alienationis sumptæ latissimo vocabulo.*
3 *Commoditas percipiendi fructus est ius distinctum ab ipsa, quod venit in generali hypotheca, qualitercumque res ipsa alienari prohibeatur.*
Percipiendi fructus ex emphyteusi prohibita alienari est hypothecabilis, n. 7.
6 *Actio personalis non datur contra singularem successorem.*
Declara, vt n. 8.
9 *Emphyteusi resoluta, & satisfactione creditoris secuta res libera ad Dominum reuertitur.*
10 *Fructus sati, & nati penès tertium emphyteusi existente non veniunt in obligatione contracta per debitorem.*
Declara, vt n. 11.
13 *Pensiones domorum sunt fructus ciuiles, & æquiparantur naturalibus.*

Decisionem coram me emanatam die 17. Aprilis anni superioris hodie DD. confirmarunt; iterum respondendo sententiam immissionis in Saluiano latam per iudicem deputatum ab A. C. ad fauorem Lucij Vincentij filij, super quadam domo nunc retenta à Petro Paulo Rosciolo, & olim possessa à Vincentio de Vetera eius debitore, esse confirmandam, non obstante allegato defectu hypothecæ; quia licèt præfata Domus sit emphyteutica prohibita quoquo modo vendi aut alienari irrequisito Proprietario, sub pœna caducitatis; attamen cùm non fuerit expressè prohibita hypothecatio, nec alienatio latissimè sumpto vocabulo, † *simplex hypotheca*, 1
per quam bona non alienantur, sed remanent in bonis hypothecantis prohibita censeri non debet, iuxta dispositionem textus, *in l. pignus, C. de pignor.*

Nec obstat, quòd in hodierno Summario Roscioli prohibitio † alienationis legatur con- 2
ceptæ per dictionem *quomodolibet*, ibi: *Non possint modo aliquo vendere, nec quomodolibet alienare dictum situm, & melioramenta, &c. irrequisitis DD. Proprietariis sub pœna caducitatis, &c.* Per quam dictionem, cum æquipolleat prohibi

prohibitioni alienationis latè sumpto vocabulo captat quemlibet modum improprium, & abusiuum: Gozad. *cons.* 14. *num.* 22. Rolan. *consil.* 2. *num.* 23. *& seqq. lib.* 4. Rota *decis.* 364. *num.* 1. *& decis.* 505. *num.* 19. *part.* 1. *diuers. & in recent. decis.* 602. *num.* 4. *part.* 2. censeatur etiam prohibita hypotheca: Bursat. *cons.* 151. *n.* 42. Cephal. *cons.* 296. *n.* 43. Odd. *de fideic. quæst.* 20. *art.* 16. *n.* 226. Rota *diuers. dec.* 426. *n.* 9. *vers. & ex prædictis, part.* 1.

Quia, quidquid sit de veritate præfatæ opinionis, dum Saluianum intentatum fuit dumtaxat super commoditate percipiendi fructus, immissio substinetur etiam prohibita hypotheca, latissimè sumpto vocabulo, vel per quascumque dictiones quantumuis generales, & latius patentes, cum huiusmodi prohibitio non comprehendat, neque afficiat præfatam commoditatem
3 percipiendi fructus, quæ est quoddam ius † distinctum, & separatum ab ipsa re, semper hypothecabile, & veniens in generali obligatione bonorum tanquam non immutans dominium prohibentis; vt post Bart. *in l. codicill.* §. *instituto, n.* 4. *ff. de legat.* 2. *& in l. si is qui,* §. *vsusfructus, num.* 2. *ff. de pignor.* firmant Aym. *cosil.* 213. *num.* 2. Menoch. *consil.* 777. *num.* 9. *& cons.* 1022. *num.* 6. *vers. tertia est dubitatio, & num.* 7. *&* 8. Roman. *cons.* 176. *num.* 13. *lib.* 1. Gratian. *cons.* 54. *n.* 14. *& seqq. lib.* 1. Negus. *de pignor.* 2. *memb.* 5. *part. num.* 9. *ante med. vers. tamen hoc non est obstante:* Giurb. *de consuetud. Massanen. cap.* 1. *gloss.* 2. *part.* 1. *num.* 110. Gratian. *discept. forens. cap.* 43. *num.* 11. *cum seqq.* Rota *coram Put. decis.* 111. *lib.* 3. *in correct.* cum cæteris allegatis in alia decisione; & postremò dictum fuit *à Romana nullitatis deliberationis* 27. *Aprilis prox. coram R. P. D. meo Ghislerio*; vbi recedendo à decisione emissa sub die 6. Iunij antecedentis dictum fuit, quòd in bonis emphyteuticis non obstante amplissima prohibitione alienandi, & hypothecandi remanet semper hypothecabile ius, & commoditas percipiendi fructus.

Nec subsistit quod obligatio, & hypotheca-
4 tio dictæ commoditatis † tamdiù duret, quamdiu durat vita hypothecantis, ita vt eo defuncto hypotheca expiret, & res transeat libera ad alios, ad quos successio defertur, vt dixisse videntur DD. *suprà* citati, & dixit Rota *coram bon. mem. Coccino, dec.* 59. *n.* 9. *&* 10.

Quia iterum DD. responderunt obiectum
5 procedere † in feudo, primogenitura, vel emphyteusi ex pacto, & prouidentia, in quibus non solùm inest prohibitio hominis, sed etiam legalis, & per mortem vocati, vel emphyteutæ, cum omne ius resoluatur; resoluitur etiam & extinguitur ius creditorum, per text. *in l. lex vectigali* 31. *ff. de pignor.* secùs verò vbi, prout hic, emphyteusis est merè hæreditaria acquisita à Laïcis pro se, & hæredibus titulo oneroso; in hac enim primus acquirens potest illius fructus, nedum eius vita durante, sed perpetuo obligare, & hypothecare in præiudicium emphyteutæ, & quorumcumque hæredum, & successorum, & ab eo causa habentium, vt præter allegatos *in alia decisione,* consuluit Ias. *cons.* 123. *num.* 3. *vers. sed præmissis non obstantibus,* & *num.* 4. *lib.* 4. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 142. *num.* 11. benè Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 9. *cum duob. seqq.* & dixit Rota *in Perusina de Assanis* 4. *Decembris* 1624. *coram bon. mem. Coccino, post* *Merlin. de legitim. decis.* 125. *num.* 3.

Nec quicquam releuat replicatio, quod deducta procedant in hærede, & successore vniuersali, qui factum defuncti ex quasi contractu per additionem hæreditatis cum creditoribus inito seruare tenetur, non autem in tertio, & successore singulari; prout est Rosciolus ea ratione, quia cum hypothecatio huiusmodi commoditatis non tribuat nisi actionem personalem, † non autem 6
ius aliquod in re ipsa, consequens est vt exerceri non possit contra singularem successorem, sed tantùm contra ipsum obligatum, qui singulis annis compelli potest ad tradendos fructus emphyteusis, ad tradita per Bart. Bald. & Cuman. *in d. l. Codicillis,* §. *instituto, ff. de leg.* 2. Alex. *consil.* 18. *num.* 3. *lib.* 5. Negus. *vbi suprà* 2. *membr.* 2. *part. num.* 49. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst.* 17. *num.* 23. Cordub. *de caus. priuat. ab alienat. ampl.* 49. Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 10. *num.* 29. *&* 31. Grat. *discept. forens. cap.* 43. *n.* 11.

Placuit enim responsio, quòd licèt per huiusmodi obligationem, & hypothecam non constituatur aliquod ius iure, scilicet in ipsa emphyteusi in præiudicium Domini directi, constituitur tamen ius quoddam afficiens illam cōmoditatem & ius percipiendi fructus distinctum, & separatum ab ipsa re, quod, vt dictum fuit tanquam proprietas, & fundus est hypothecabile, & venit
† sub generali obligatione bonorum, & super eo 7
hypotheca esse exercibilis etiam ad effectum Saluiani absque quod contraueniatur prohibitioni alienationis, vt sequendo Molin. *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 11. resolutum fuit *in Romana Saluiani* 15. *Aprilis* 1622. *coram bon. mem. Card. Merlino impress. post Cenc. de censib. decis.* 403. *num.* 8. *&* 9. *& in Bononien. vsusfructus* 18. *Iunij* 1640. *coram bon. mem. Merlino,* §. *tertius est casus.* Dum itaque hæc domus deuenit ad Rosciolum habentem causam mediatè à Vincentio emphyteuta, qui illud ius, & commoditatem percipiendi fructus obligationi, & hypothecæ supposuit; iste successor etiam si singularis † arctatur causatiuè ad debita sui autho- 8
ris, ita vt licitum sit creditoribus super ipso iure, & commoditate sibi priùs obligata executionem facere, & immissionem obtinere ex iuribus suprà allegatis, & in fortioribus Surd. *decis.* 102. *sub num.* 14. *vers. inferunt autem, cum seqq.* ibique Hodiern. *in addit. num.* 3. ponderans, quod licèt res feudalis, & emphyteutica libera reuertatur ad Dominum, omni onere hypotheca, vel obligatione contracta per vassallum, aut emphyteutam, quando ad illum redit ex causa necessaria, scilicet ex natura rei, vel vigore inuestituræ; secus tamen est, quando redit ex causa voluntaria, scilicet donationis, venditionis, aut similis; tunc enim redit cum suo onere, etiam in illius præiudicium.

Et in hanc sententiam eò libentiùs DD. inclinarunt, quia per huiusmodi obligationem, & immissionem non tangitur substantia rei, nec directum dominium, nec alius sequitur effectus, per quem possit dici facta alienatio rei, seu supposita seruitus iure contra voluntatem, & vtilitatem Domini directi, pro cuius indemnitate prohibitio alienationis principaliter apposita fuit, sed creditor immittitur super illo iure percipiendi fructus distincto, & separato ab ipsa re ad effectum; vt tamdiu hac commoditate fruatur, quamdiu satisfiat de suo credito, ex quo nullum infertur præiudicium Domino directo, ad

quem sequuta satisfactione, & resoluta emphy-
9 teusi, res † libera deuoluitur, vt optimè aduertit Coler. *de process. execut. p.2. cap.3.n.265.* post Mart. Landen. *in cap.1.§.1.& §.quid ergo,n.112. in fin. de inuestit. de alien. fact.* Bald. *in cap.1. §. aut si libellario, num. 4. vers. sed commoditates, tit. quib. mod. feud. amit.* Tiraq. *vbi suprà d.§.1.d. gloss.78.n.48.circa fin.*

Quibus firmatis non obstat, quòd licèt in generali obligatione veniant fructus pendentes, & futuri, id tamen habeat locum, quando fructus aliquo modo extant penès debitorem de tempore obligationis, vt quia sint nati, vel saltem sati, aut concepti penès obligantem; secùs autem vbi prout hic, nec nati, nec sati sunt penès de-
10 bitorem, sed per tertium; † quo casu cùm numquam fuerint in dominio illius non possint venire sub hypotheca ab eo contracta, per text. *in l. Paulus,§.1.ff.de pignor.* Merl. Pignatel. *contr. for. c.24. num. 5. & seqq.* Surd. *decis.97. num. 12.* Rota *decis.* 133. *num.* 10. post Pacific. de Saluian.

Fuit enim responsum, obiectum procedere in fructibus merè industrialibus, qui licèt percipiantur ex bonis debitoris, percipiuntur tamen mediante cultura, ac speciali labore, & industria possidentis, ideóque acquiruntur possessori, & non veniunt in obligatione defuncti; secùs tamen in fructibus naturalibus, aliísque ciuili-
11 bus, prout sunt fructus † de quibus agitur. Hi enim cum nullam requirant culturam, vel laborem possidentis, censentur tanquam pars fundi, & sequuntur fundum ipsum: *l. fructus, ff. de rei vindic. l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de act. empt.* quam distinctionem amplexa fuit Rota *in rec. dec.3.n.49.cum seqq.part.7.*

Proindéque nihil refert, quod non fuerint in bonis debitoris de tempore obligationis, quia fatis est, quod de eo tempore in eius bonis adesset ius, & commoditas illas percipiendi, cum dictum ius operetur, vt eodem momento, quo dicti fructus debentur, cadant, & includantur in hypo-
12 theca, & obligatione generali, quæ continet non solùm præsentia, sed etiam futura; & non existentia in rerum natura de tempore contractæ obligationis, vt probant text. *in l. Potior. 11. §. si de futura, ff. qui potior. in pign. habean. in l. ea quæ nondum, ff. de pignor. & in l. fin. ff. quæ res pign. oblig. poss.* Idem Merl. Pignatell. *vbi suprà, dict. cap.24.num.7.& 8.* Griuell. *decis. Dolan. si n.9. & seq. ac per tot. iuncto num.26.* Manent. *dec.34.*
13 *num.* 28. *vsque in fin.* Pensiones † enim domorum tanquam fructus ciuiles æquiparantur naturalibus: Bart. *in l. diuortio, num.78. in fin. ff. sol. matrim.* Io. Franc. à Ponte, *cons.32.n.3.* Guttier. *de tutell. part.3. cap.3. num.7.* Manent. *d. dec.34. num.20.* cum aliis per Rotam *d. dec.3. num. 53. part.7. recent.* Et veniunt in generali obligatione bonorum fauore creditoris, qui super eis exercere potest hypothecam quacunque prohibitione non obstante, tanquam super re penitùs distincta, & separata ab ipsa emphyteusi alienari prohibita, ex iuribus *suprà*, & in alia decisione allegatis.

Et ita parte vtraque informante resolutum fuit.

DECISIO XLVIII.

R. D. DVNOZET DECANO.

Bononien. dotis, seu Pecuniaria.

Veneris 17. Martij 1645.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum, si in tempore non appelletur.*

2 *Appellatio remanet deserta, si citatio ad dicendum contra Commissionem non fuit reproducta.*

Remanet deserta, si infra biennium non prosequatur, n.3.

4 *Solutio facienda de moneta in pactum deducta.*

5 *Monetæ species deducta in obligatione soluenda, etiamsi dictum sit à tot libris, quia stant dicta verba demonstratiuè.*

Species quando est in obligatione, illius æstimatio, non autem obseruantia attenditur, num.6.

Incrementum emergens post litem contestatam, & si non petitum inest libello, num.7.

Diminutio cedit damno debitoris morosi, num.8.

9 *Sententia pro iustificatione magis attenditur prosequutio, quàm petitio.*

10 *Alimenta debentur vxori, viro ad inopiam vergente.*

Taxantur ad rationem de septem pro centenario ex Statuto Bononiæ, num. 11. & num.15.

De iure verò communi ad quinque pro centum, num.12.

Viduæ ex quibus debeantur, n.13.

14 *Vidua præsumitur diligens in dote recuperanda.*

16 *Restitutio in integrum, seclusa læsione non datur.*

17 *Attentata aliquando reuocantur per viam attentatorum.*

EManata in Curia Archiepiscopali Bononiæ sententia super immissione Com. Io. Calderinij hæredis Thaddææ eius Amitæ vigore Saluiani in possessionem bonorum detentorum, per Moniales S. Laurentij, & alios creditores Alexandri Serpæ, mariti eiusdem Thaddææ, pro illius dote, & alimentis, seu fructibus dotalibus, tam constante, quàm soluto matrimonio decursis; eáque in omnibus, & per omnia confirmata per alteram sententiam latam in gradu appellationis ab Eminentiss. Cardin. Legato cum voto Rotæ dictæ Ciuitatis, Comes Federicus, & fratres filij, & hæredes dicti Ioannis obtinuerunt commissionem executorialem mihi directam cum decreto præfixionis termini ad docendum de appellatione, illiúsque legitima prosecutione, quo elapso cum dubium proposuerim; an constet de re iudicata, seu de causis restitutionis in integrum Domini affirmatiuè, quoad primam partem, & negatiuè quoad secundam responderunt.

Ita verò constare de re iudicata visum est, quoniam omisso capite Statuti Bononièn. de duabus conformibus mixto in prima decisione huius

huius causæ super manutentione sub 27. Iunij anni præteriti coram me ex defectu potestatis statuentium erga Moniales, & alias personas Ecclesiasticas, ibi, *in §. neque subsistere, &c.* sat erat ad effectum rei iudicatæ non fuisse appella-
1 tum † in tempore à postrema sententia lata sub 18. Iunij 1642. iuxta *c. cum sit Romana, de appell. c. quoad consultationem, de sent. & re iudic. auth. hodie C. de appell.* Rota *rec. decis.* 227. *num.* 1. *p.* 7. *& coram San. Mem. Gregor. X V. decis.* 492. *num.* 2.

Vel imò suffragaretur commissæ causæ appellationis post septem menses desertio resultans, tum quia intra annum non fuerit executa, & re-
2 producta † citatio ad dicendum contra commissionem ex traditis per Innoc. *in c. ex ratione*, vbi Butr. *num.* 12. *de appell.* Marant. *in specul. part.* 6. *art.* 2. *num.* 231. *& seq.* Vestr. *in prax. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 2. Rota *diuers. dec.* 108. *num.* 1. *lib.* 1. *part.* 3. *dec.* 156. *num.* 1. *part.* 2. *rec. & in Pampilonen. decimarum* 19. *Iunij* 1628. *coram Eminentiss. D. Cardin. Verospio.*

Tum quoque ob ipsam causam non prosequu-
3 tam spatio biennij, † & omissam prorogationem fatalium, *c. Romana de appell. in* 6. *Clem. sicut, eod. tit.* Marant. *vbi suprà:* Ofasch. *dec.* 28. *n.* 4. *& seq.* Rot. *dec.* 7. *de appell. in non. & in d. Pampilonen. Eminentiss. Verospij, & in Perusina fideicommissi de Cinciis* 22. *Maij* 1638. *coram me.*

Nec dubitatio cadebat respectu iustitiæ potissimum requisitæ pro re iudicata: nam dotis creditum ab initio constitutæ in scut. 5500. auri soluendum esse habita ratione valoris aureorum de tempore faciendæ restitutionis; prout fuit pronunciatum, suadebatur attento, quod in obligatione sunt scuta aurea, nec eorumdem reperitur aliqualiter immutata, vel alterata bonitas intrinseca, in quo casu clarum est solutionem fieri de-
4 bere in specie monetæ † seu aureorum promissa, aut esse præstandam æstimationem currentem de tempore solutionis, iuxta doctr. Bart. *in l. Paulus* 99. *num.* 6. *ff. de solut.* Couar. *de collat. veter. numism. c.* 7. *§. vnico, concl.* 8. *num.* 5. *tom.* 1. Franc. Aret. *cons.* 11. *num.* 3. Marian. Socin. *cons.* 101. *n.* 1. *&* 12. *lib.* 3. Cabr. *cons.* 164. *num.* 1. 2. *&* 4. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 417. *n.* 2. Cancer. *var. resol. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 141. Rota *diuers. decis.* 683. *num.* 1. *& seq. & decis.* 899. *num.* 1. *part.* 4. *& rec. decis.* 597. *n.* 1. *& seq. part.* 1. *decis.* 149. *n.* 4. *&* 5. *vbi in specie de restitutione dotis, p.* 2. Gregor. X V. *decis.* 42. *n.* 6. vbi Add. *n.* 8. Burat. *decis.* 626. *n.* 2. & fuit dictum *in Mantuana pensionis* 12. *Iunij* 1617. *coram bon. mem. D. meo Archiepiscop. Seleucien.*

Neque aureorum expressioni adiecta verba in dotali instrumento ad rationem lib. 4. solid. 3. important taxationem, quæ efficiat, vt non aureum, sed eius æstimatio censeatur esse in obligatione: Nam quidquid dicendum esset de promissa moneta aurea imaginaria, attamen quando ea existit realis, ac imò diuersarum specierum, sicut duo testes examinati pro Calderinis deponunt scuta aurea extitisse, eorúmque vnum nuncupatum iusti ponderis de zecca valoris lib. 4. solid. 5. Alterum nuncupatum diminutum, seu currens valoris lib. 4. solid. 3. tunc verba huiusmodi omninò intelliguntur stare demonstratio-
5 nis gratia † ad differentiam alterius speciei scuti aurei, vt benè distinguendo declararunt Surd. *cons.* 368. *n.* 14. Cephal. *cons.* 31. *num.* 6. Menoch. loquens de restitutione dotis, *cons.* 952. *num.* 15. *& seqq.* latè Gratian. *d. discept.* 417. *à n.* 4. *vsque ad* 15. Cyriac. *controu.* 388. *n.* 14. Boër. *decis.* 327. *n.* 3. Rota *rec. dec.* 49. *n.* 3. *&* 4. *par.* 3. *& dec.* 430. *n.* 2. *par.* 4. vbi aliæ allegantur.

Minùs obstat maritum recepisse in libris argenteis summam illarum calculo correspondentem, quia non inde tollitur correspondentia aureor. ad eamdem rationem eo tempore currentē, vt supra, & dum scutum aureum erat præcisè in obligatione, † illius æstimatio, non autem obser- 6
uantia monetæ solutæ debet attendi: Rota *rec. d. decis.* 49. *n.* 3. *p.* 3. *& d. dec.* 430. *n.* 3. *p.* 4. *& in dict. Mantuana pensionis coram bon. mem. D. meo Archiepisc. Seleucien.*

Nec etiam refert, quod in libello porrecto ab anno 1622. fuerit petitus valor tunc temporis currens, sententia autem lata die 18. Maij 1639. confirmata per secundam sub 18. Iunij 1642. condemnet ad valorem, tunc & pro tempore currentem vsque ad effectualem satisfactionem: † Etenim incrementum emergens post 7
litem contestatam bene censetur inesse ipsi libello, quamuis expressè petitum non fuerit, *l. item si serui, ff. de ædil. edict.* gloss. *in l. si quis missum, §. fin. verb. ante iudicium, ff. de damn. infect.* Crispolt. Pass. *ad l. reg. l.* 1. *Schol.* 8. *num.* 92. ex natura quidem rei cum omne detrimentum ratione moræ debitoris † contingens ad illum spectet: Bart. 8
in d. l. Paulus, num. 6. *in fin. ff. de solut.* Conar. *de collat. veter. numism. d. cap.* 7. *§. vnic. concl.* 5. *n.* 4. Boër. *d. dec.* 327. *n.* 13. *vers. quintus casus.* Cancer. *var. resol. d. c.* 6. *n.* 141.

Nec est inconueniens pro iustificatione sententiæ magis attendi, quod in † prosecutione 9
iudicij probatum fuerit, quàm quid petitum ex adductis per Imol. *in cap. ex tenore in fin. de rescript.* Felin. *in cap. licet, n.* 28. *de simon.* cum aliis *in decis.* 69. *num.* 15. *p.* 5. *rec.* maximè *in iudicio summario san. mem. Greg. X V. dec.* 176. *num.* 2. vbi plures referuntur, seu prout actum fuit, Salniani, vt *in Romana Domus* 25. *Febr.* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Paritérque iustificatur creditum alimentorum seu fructuum dotalium fauore Thaddææ, tam constante matrimonio cum Serpa, maritus vergeret ad inopiam, nec petita per Thaddæam assecuratio dotis cum verbali etiam optione certorum bonorum effectum habuerit; imò propterea sub 26. Ianu. 1607. creditores Serpæ obtinuerunt decretum immissionis in possessionem dictorum, aliorúmque bonorum illius cum onere soluendi fructus dotales ipsi Thaddææ. Ita enim vergente viro † ad inopiam debuit mulier alimenta reci- 10
pere ex fructibus suæ dotis: Rota *diuers. decis.* 472. *n.* 1. *p.* 1. *& rec.* 292. *n.* 4. *part.* 1. *& in Romana vsusfructus* 26. *Aprilis* 1613. *coram bon. mem. Vbaldo.*

Et sicut non fuit incongrua prima taxatio facta per Auditorem Generalem de anno 1606. ad rationem septem † pro centenario iuxta formam 11
Statuti Bonon. *sub rub. de dot. restit. §. declarantes*, quod habere locum in huiusmodi casu tradit Monterent. illius glossator, ibidem, *in verbo eo casu, vers. sed nunc, fol.* 245. Ita neque secunda facta del 1607. ad rationem quinque † in con- 12
formitatem iuris communis, vt *in d. decis.* 292. *& decis.* 448. *n.* 3. *rec. & in Bononien. fructuum dotis* 23. *Martij* 1629. *&* 4. *Martij* 1630. *coram R. P. D. meo Ghislerio, & in Bonon. dotis* 13. *Ianuar.* 1632. *coram bon. mem. Merlino.*

Quam etiam post matrimonium morte mariti dissolutum factis diligentiis contra hæredes mariti, & constito de indigentia mulieris aliun-
13 de † non habentis iuxta dispositionem statuti supradicti, conformem quoque iuri communi secundum adducta per Surd. *de alim. tit. 1. q.* 118. *num.* 10. *& seq.* Afflict. *dec.* 284. *num.* 4. Thesaur. *decis.* 43. *n.* 3. Rota *rec. decis.* 14. *n.* 3. *& dec.* 183. *n.* 5. *p.* 5. *& in Firmana seu Maceraten. dotis* 19. *Ianuarij* 1622. *coram bon. mem. Pirouano*; sicut diligentiæ probantur ex instantiis iudiciariis, & obtenta decreta pro fructibus huiusmodi indi-
14 cant indigentiam, † quæ etiam aliàs præsumeretur in muliere vidua, *ad l. Quintus Mutius, ff. de donat. int. vir. & vxor.* cum adductis *in preallegata Firmana seu Maceraten. dotis, & dec.* 283. *num.* 4. *part.* 5. *rec.*

Atque pariter in isto casu visa fuit congrua
15 altera illorum taxatio ad rationem septem † pro centenario præscriptam à statuto, cui desuper passim defertur: Bald. *in l. fin. §. prætereà, num.* 10. *C. de iur. dot.* Ruin. *cons.* 73. *n.* 6. *lib.* 1. Giurba *ad consuet. Messanen. cap.* 15. *gloss.* 15. *part.* 1. *n.* 36. Grat. *discept.* 920. *n.* 24. & fuit dictum *in Bonon. dotis* 19. *Decembris* 1644. *coram R. P. D. meo Bich.*

Ex quibus constito de iustitia, ita vt secunda sententia transierit in rem iudicatam, visa est
16 consequenter excludi restitutio in † integrum, quæ non datur nisi constito de læsione, *l. nam posteà, §. si maior, ff. de iure iur. l. si ex causa iudicati, ff. de minor.* Rota *decis.* 1. *de restit. in integr. in nou. dec.* 69. *n.* 1. *part.* 1. *recent. & in Cusentina præcedentia* 6. *Iunij* 1618. *coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien.*

Nec visum fuit insistere super attentatis obiectis, ex quo Calderini intra decem dies latæ dictæ secundæ sententiæ expediuerint mandatum de immmittendo, vt in dicta prima decisione, quoniam ea apparent alterius inspectionis, dum inde non impeditur transitus in rem iudicatam ob omissam interpositionem appellationis, siue sequutam desertionem vt suprà, nec reuoca-
17 tioni attentatorum † propterea esset locus nisi per viam nullitatis iuxta praxim, de qua Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 20. *& seq.* Rota *decis.* 406. *n.* 2. *part.* 1. *diuers. decis.* 586. *n.* 3. *par.* 1. *rec. Reuerendiss. Vrgellen. decis.* 177. *num.* 5. *ac ordinariè dato libello*: Benintend. *decis.* 40. *in fin.* Vltra quod vnus ex Dominis animaduertebat, nec vllatenus talem purgationem admitti post rem iudicatam, quando, vt hic, fuisset attentata executio directa, quidquid procederet in executione obliqua, vt plenè discusso articulo fuit dictum *in Gerunden. Beneficij* 16. *Maij* 1643. *coram R. P. D. meo Cerro*, vbi cumulantur concordantes.

Et ita, &c.

DECISIO XLIX.

R. D. DVNOZET DECANO.

Rauennaten. Emphyteusis.

Veneris 19. *Ianuarij* 1646.

SVMMARIVM.

1 *Proximiores æquitate suadente finita emphyteusi reinuestiri debent, nisi Dominus velit pro se retinere.*
Possunt repetere si postquam declarauit velle pro se retinere alteri concesserit, n. 2.
Fallit, vt n. 8.
3 *Actio competens proximioribus pro repetitione emphyteusis durat spatio triginta annorum.*
4 *Voluntas non dicitur perfecta, nisi reducatur ad actum.*
5 *Verba, volo eligere, non disponunt, sed actum futurum enunciant.*
6 *Clausula,* sine tamen alicuius, &c. seu mensæ Archiepiscopalis præiudicio, &c. *præseruat inuestituram emphyteusis à qualibet alienatione.*
7 *Inuestitura statum præcedentem, quando ex verbis colligitur Papam voluisse conseruare, integra prorsus, & illæsa remanent primæua iura.*
9 *Voluntatis declaratio facta sub conditione non purificata, perinde reputatur, ac si facta non fuisset.*
10 *Prælatus Ecclesiæ conditionem facere nequit deteriorem.*
11 *Instrumenti copia in Archiuio existens probat, ac si esset Matrix, & Originale.*
12 *Notarius potest dare instrumentum publicum continens nudam attestationem inuestituræ ad aliquem effectum, prætermissis aliis pactis, quorum expressio non sit necessaria ad talem actum.*
13 *Moriens non præsumitur immemor salutis æternæ.*
14 *Testis mortuus dicitur stare pro instrumento.*
15 *Instrumentum præsumitur conforme originali ex qualitate producentis.*

CVm sorores de Manzolis non acquiescerent resolutioni emanatæ sub die 6. Martij 1637. ad fauorem Eminentissim. Cardinalis Capponij, Archiepiscopi Rauennateñ. super eo, quod non teneretur ipsa inuestire de Castro Tuderani cum Territorio, & Villis annexis iamdiu reuerso ad suam mensam Archiepiscopalem, cuius inuestituram concesserat Marchioni Philippo Capponio, ac subsequenter vigore pacti inserti eidem inuestituræ, illam reuocandi ad ipsius concedentis beneplacitum, reuocauerat, & mensæ Archiepiscopali incorporauerat, vt in decisione sub dicta die coram me, quæ habetur impressa *recent. decis.* 201. *part.* 7. reproposita causa super iisdem, ac pluries acerrimè discussa inter ipsas sorores, & dictum Eminentissimum D. Cardinalem; ac hodie comparente Reuerendissim. D. Turrigiano successore, visum fuit Dominis fundamenta decisionis, iuribus, & rationibus comprobata subsistere irrefragabiliter, ita vt in ea sit omnino persistendum.

Non enim dubitatur, æquitatem suadentem, finita emphyteusi, † esse inuestiendos proxi- 1
miores, de qua Bart. *in l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu.* & communiter eum sequentes cumulati per Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 1. cessare, dum Ecclesia vult pro se retinere; cum longè sit æquiùs, Ecclesiam sibimet ipsi prouidere, nec propterea teneatur inuestire proximiores petentes renouationem iuxta doctrinam Abb. *in cap. bonæ el* 2. *num.* 28. *vers. hoc dictum limitarem de postul. Prælat.* Gabr. *de iur.*

iur. emphyt. conclus. 1. n. 14. Amic. de iur. emphyt. quæst. 64. per tot. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. 1. resol. 5. num. 7. cum aliis in decis. num. 17.* & antea dictum fuerat *in Ciuitat. Castelli bonorum 21. Martij 1614. confirmata 23. Ianuarij 1615. coram bon. mem. D. meo Archiepiscopo Seleucien.*

Nec visa fuit considerabilis obiecta differentia qualificatiua minoris, vel maioris præiudicij inter casum, quando Ecclesia declarauerit ab initio velle pro se retinere; ac alium, quando, vt in præsenti, concessit extraneo reuocabiliter, & cum effectu reuocauit, sibimet demum applicando præter formam consuetam liberè ab initio declarandi; Etenim nulla formà reperitur à iure scripta, quoad concessiones feudales, & emphyteoticas, ne debeant à conuentione partium conceptæ quomodocumque cum pactis etiam insolitis, & à communi natura similium concessionum exorbitantibus, legem recipere, nullumque hinc meretur allegari maius præiudicium, *vt in decis. num. 20. & seqq. & num. 36.* Ac imò vterque casus apparet coæqualis respectu efficaciæ declarationis, dum nullatenus potest dici elusoria eam attendendo simpliciter verbalem pro exclusione perpetua proximorum, vt considerauit Dec. *cons. 135. num. 3. vers. & certè si verum esset*, sed indifferenter, vbi Dominus falsò dixisset velle pro se retinere, proximiores
2 possunt repetere; † si Dominus alteri concesserit, sat inde fraudis consilio detecto, Rip. *in l. 1. num. 10. ff. de priuileg. credit.* Alexand. *in l. si mihi, & Titio, num. 31. ff. de verb. oblig.* Honded. in specie reprobans Decij considerationem, *vbi supra cons. 51. num. 46. & 47. lib. 1.* Gozad. *conc. 39. num. 31.* Marescot. *var. resol. lib. 1. cap. 3.*
3 *n. 11. vers. nec. est verum.* Card. Mantic. *decis. 10. num. 9.* Quæ actio repetendi † tunc durat spatio annorum triginta, Honded. *d. cons. 51. num. 58.* Grat. *cons. 88. num. 33.* Rimin. iun. *cons. 444. num. 18. & seq. lib. 4.* Ias. *cons. 7. num. 43. lib. 3.* Gabr. *de iur. emphyt. dicta concl. 1. num. 12.* Rot. *diuers. decis. 195. num. 7. par. 2.*

Minus prodest iisdem sororibus declaratio voluntatis Eminentissimi D. Cardinalis aliunde sumpta inuestiendi extraneos sine dicta præseruatiua facultatis reuocandi; nam quatenus prætenditur ita censeri declaratum ex tenore Chirographi sanct. mem. Gregorij XV. ibi, *Hari soluto inuestire Philippo Capponi suo fratello, &c.* vltra quod subsequens eiusdem Chirogra-
4 phi tenor detegit fuisse quidem hanc voluntatem deliberatam inuestiendi, † non autem perfectam respectu modi, seu conditionum subdendo, *come meglio parera ad esse Signor Cardinale Capponi, da esprimersi in data concessione, &c.* adhuc opus fuisset reductione ad actum, antequam ea voluntas intelligeretur perfecta, & quidquam operaretur *l. quidam cum filium, ff. de hæred. instit.* Castrens. *cons. 160. num. 2. vers. casus ergo iste lib. 2.* Rot. *in impress.* penes Pacific. *de salu. decis. 150. num. 11.* penes Mangil. *de subhast. decis. 20. num. 1. & 2. & coram Card. Caua-*
5 *ler. decis. 635. num. 1.* sicut in simili, quod verba volo eligere, † non disponant, sed actum futurum enuncient, dictum fuit coram *Reuerendiss. D. Vrgellen. decis. 17. num. 11. & 12.* & de verbis, volo hæreditatem adire, *in decis. 478. num. 1. part. 5. recent.*

Conformis autem assertio allata ex Breui eiusdem sanct. mem. Gregorij XV. erectionis dicti Castri Tuderani in Marchionatum, recipit euidenter modificationem, & restrictionem ab adiectis verbis, sine tamen alicuius, &c. seu 6
mensæ Archiepiscopalis preiudicio, † & quoad omnia quomodolibet expressa, & exprimenda, & non alterata, nec immutata, aut quomodocumque innouata, vel extensa inuestitura, per quæ dubio carent omnia, & qualiacumque pacta, seu conditiones in concessionis Instrumento expressa conseruari illæsa, & intacta, non secus, ac si nulla fuisset emissa declaratio in contrarium ex tradit. per Dec. *cons. 74. num. 34.* Surd. *cons. 152. num. 29. & decis. 163. num. 13. & seqq.* vbi plures cumulantur, & in specie, quando ex verbis colligitur, Papam voluisse conseruare 7
† statum præcedentem inuestituræ integra prorsus, & illæsa remanere primæua iura, nihilo immutato dixit Rot. *rec. decis. 150. num. 11. part. 5.*

Omnis etiam videtur cessare effectus subscriptionis Eminentiss. D. Cardinalis insertæ Capitulis illis matrimonialibus, commemorantibus voluntatem eiusdem amplius non retinendi pro 8
Ecclesia, † sed extraneos inuestiendi, dum licèt impleta conditione ibidem reseruata beneplaciti Apostolici, sustineri potuisset inuestitura extranei, etiam in præiudicium proximiorum, Paris. *cons. 23. num. 250. lib. 1.* Bellon. *iun. cons. 45. num. 110.* Gabr. *de iur. emphyt. d. conclus. 1. num. 22.* Rot. *recen. decis. 664. num. 9. part. 2. & in Foro-sempronien. & Eugubina, seu nullius emphyteusis 16. Iunij 1636. §. & quantum attinet ad equitatem coram bon. mem. Coccino*, quia cum dicta 9
conditio nunquam extiterit, † perinde reputatur, ac si ipsius voluntatis declaratio facta non fuisset *ad l. pecuniam, ff. de contrahen. empt.* Surd. *decis. 202. num. 5.* Rot. *recen. decis. 166. num. 5. par. 2. decis. 386. num. 12. par. 5. decis. 94. num. 1. par. 6. & coram Reuerendiss. D. Durano decis. 146. num. 47.*

Ex quibus detecto, nullam inuestituræ factæ cum dicto pacto resolutiuo fuisse præmissam declarationem; vnde proximioribus intelligatur acquisitum ius pro obtinenda petita renouatione, apparet allegatam decisionem *in Mutinen. emphyteusis 28. Maij 1638. coram me*, vti loquentem in casu, quo Ecclesia nolebat pro se retinere, sed volebat extraneos inuestire, non appli-
cari; Nec postquam Eminentissimus D. Cardi- 10
nalis † piè & prudenter ab initio excogitauerat resultantem ex dicto pacto resolutiuo Ecclesiæ vtilitatem, illudquè vti optimus Præsul inuigilans commodo suæ Ecclesiæ deduxerat in contractum, potuisset innouare in diminutionem iuris iam pro Ecclesia radicati, efficiendo conditionem eius ita deteriorem contra *Extrauag. Ambitiosè de reb. Eccles. non alienan. & cap. ex parte, de feud. cum aliis in decis. n. 33. & 34.*

Neque impugnari potest existentia dicti pacti, cum adesse pateat ocularitet ex lectura in- 11
strumenti † confecti per Notarium Petrum Donatum, ab eodem subscripti, & in Archiuio Ecclesiæ Rauennaten. repositi, quod sine difficultate vim habet originalis, & bene probat, non secus, ac si prima matrix, seu originale exhiberetur: Bart. *in l. si quis ex argentariis, num. 2. & 3. ff. de eden.* Dec. *in Auth. si quis in aliquo, num. 15. C. eodem tit.* Felin. *in cap. fin. n. 7. de fid. instrum.* Rot. *recent. decis. 228. num. 1. in fin. part. 4.* & coram Burat. *decis. 211. num. 12.* Itaut propterea 12
sumptum † quoque illius extractum solemniter ab Archiuio per eumdem Notarium rogatum, qui

qui erat pariter dicti Archiuij Præfectus, censeatur in forma probanti, & faciat plenam, indubitatámque fidem, vt *in decis....n.58.*

Nec visæ fuerunt suffragari depositiones testium in aliis positionibus causæ datæ, asserentium audiuisse perlegi instrumentum concessionis inuestituræ sine isto pacto resolutiuo: Nam, vltra plures, & grauissimas exceptiones contra eorum dicta, & personas deductas, & præsertim, quòd ferè omnes essent viles, rustici, & adeò imperiti, vt pro maiori parte nescirent legere; nonnullíque eorum actualiter inseruirent interesse habentibus in causa; aliqui etiam examinati fuissent sine citatione, & interrogatoriis, alij odiosi; alij criminaliter processati, & condemnati, alij inuerisimiliter potuissent recordari de auditis in ætate, qua erant minores post effluxum diuturnum tempus annorum decem & octo: omnes conuicti de mendacio; hoc sanè remouebat omnem difficultatem, quia nullus eorum deponebat de interuentu ad rogitum instrumenti, sed supponebant audiuisse perlegi post plures dies occasione captæ possessionis infeudati Castri, aut idem instrumentum vidisse absque prædicto pacto, non in Archiuio Rauennæ.

Ex quo supposito concludi minimè poterat, quod dictum instrumentum careret hoc pacto,
13 cum possit Notarius † dare instrumentum publicum continens solam, & nudam attestationem inuestituræ ad aliquem effectum, prætermissis aliis pactis, quorum expressio non sit necessaria ad talem actum; prout iura permittunt ex traditis in similibus terminis per Boër. *decis.253.num.5.* Bald. *cons.428. lib.3.* & videmus quotidie practicari in Curia, vbi Notarij dant publica instrumenta vnius pacti instrumenti, cæteris prætermissis, prout res, & casus postulant; prætereà animaduertebatur fidem instrumenti exhibiti continētis dictum pactum augeri, & irrefragabilem reddi, tum ex legalitate Notarij, cum esset etiam Cancellarius Archiepiscopatus, & Canonicus illius insignis Cathedralis, ac
14 obierit, † ideò non præsumendus immemor salutis æternæ: Bart. *in l.1.§.si quis neget, ff. quem adm. testam. aper.* Neuizan. *cons.25. num.20.* vbi fusè ponderat similes Notarij qualitates: Surd. *cons.173. num.41. & cons.414. num.98.* Honded. *consil.99. num. 10. lib. 2.* Cyriac. *controu. 407. num.301. & seq.*

Tum etiam ex attestatione vnius testium instrumentariorum, altero vita functo, qui dicitur stare pro instrumento: Dec. *consil.101. num.2. vers. quarto considerandum est:* Crauet. *cons.56. num.7.*

Tum denique plurimùm, & super omnia ex nota conspicua qualitate, & ingenuitate Emi-
15 nentissimi D. Cardinalis † ipsum instrumentum exhibentis, iuxta adducta per Crauet. *de antiq. temp. part.3. §. vidimus in genere, n.9.* & Gratian. *discept.554. num.7.*

Et ita in decisis contra dictas sorores de Manzolis pro hac positione non informantes, quamuis citatas, cum tamen sat prolixè informauerint in prædictis positionibus, &c.

DECISIO L.

R. P. D. MELTIO.

Fanen. seu Senogallien. bonorum super bono iure.

Mercurij 14. Martij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Filiâ nemo proximior parentibus.*
2 *Agnatus est legitimus contradictor, ad impediendam immissionem filiæ in possessionem emphyteusis.*
3 *Immissionis prætensio ex præcedenti inuestitura excluditur ob concursum posterioris.*
4 *Emphyteusis impressa lineam non egreditur ab ea, donec extat aliquis eiusdem lineæ.*
Concessa pro se, filiis, & nepotibus masculis dicitur masculina, & pro agnatione, num.24.
5 *Matre exclusa excluditur & filius.*
6 *Dictio taxatiua,* tantum, *omnes casus excludit.*
7 *Filiorum appellatione veniunt masculi ex masculis, & masculi ex fœminis.*
Declara, vt num.8.
Appellatione veniunt nepotes iam nati, num.16.
9 *Masculinum non concipit fœmininum in contractibus, & n.14.*
Contra, n.16.
Amplia, vt n.30.
10 *Ecclesia fauor reputatur, vt quanto citiùs emphyteusis ad eam reuertatur.*
11 *Contractus emphyteutici sunt stricti iuris.*
In quibus voluntas contrahentium magis attenditur, quàm proprietas verborum, num.12.
Verba interpretantur contra stipulantem, n.13.
15 *Inuestitus habens filios non censetur vocasse nepotes ad filiorum exclusionem.*
17 *Mater filio deterioris conditionis esse non debet.*
19 *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
Appellatione in emphyteusi masculi ex fœminis non veniunt, n.24.
20 *Coniecturæ cessant in claris.*
21 *Masculinitatis pluries facta mentio indicat agnationis contemplationem.*
22 *Agnationis conseruandæ rationem non tollit vocatio fœminarum, masculis non extantibus.*
Amplia, vt num.23.
25 *Inuestitura prima attenditur.*
26 *Relatio ad bona, & non ad personas quando fiat, & n.28.*
Fieri debet secundum mentem disponentis, num.27.
31 *Fœminæ non veniunt, quando filij vocantur cum qualitate masculinitatis.*
32 *Obseruantia declarat, quinam comprehendantur in inuestitura.*
33 *Scientia, & patientia pro consensu habetur.*

BOna, de quibus agitur fuerunt vsque de anno 1598. per bon. memor. Iulianum de Ruuere

Ruuere Abbat. S. Laurentij in Campo, concessa in emphyteusim Marchioni Hippolito de Ruuere præsenti, & acceptanti pro se, eiúsque filiis, & nepotibus masculis vsque in eius tertiam generationem, & illis deficientibus, seu non extantibus pro vnica tantùm filia legitima, & naturali, iuxta solitum illius Ecclesiæ.

Ex eodem Marchione Hippolito, qui obiit de anno 1620. ortum habuerunt Marchio Iulius, D. Liuia postea Ducissa Vrbini, necnon D. Lucretia Marchionissa Lantes, filij legitimi, & naturales: Ex Marchionissa Lucretia natus est D. Dux Hippolitus Lantes; Iulio hac emphyteusi priuato, tanquam in defectum masculorum, eadem D. Ducissa Liuia, vti comprehensa in inuestitura de d. anno 1598. successit in eadem emphyteusi.

De anno verò 1621. idem Abbas Iulianus, consentiente dicta Ducissa Liuia, in eamdem renouauit cum eisdem pactis hanc emphyteusim, cuius renouationis virtute, pacificè possedit bona controuersa vsque ad annum 1641. de quo tempore obiit, instituta sibi hærede vniuersali Serenissima Victoria Magna Ducissa Etruriæ, quam in specie nominauit in istis bonis. Prætendente autem eodem D. Duce Hippolito Lantes nepote masculo eiusdem Marchionis Hippoliti ex Marchionissa Lucretia, se fuisse comprehensum in eadem inuestitura, fuit coram me sub die dubitatum, an constaret de ipsius bono iure, ita vt esset ei danda immissio, & per DD. fuit negatiuè responsum.

Fundamentum resolutionis fuit, quia cum huiusmodi inuestitura fuerit concessa pro se, eiúsque filiis, & nepotibus masculis, & his deficientibus, vel non extantibus, pro vnica tantùm fœmina legitima & naturali; & cum hodie non extent masculi ex linea acquirentis, & defunctæ
1 Ducissæ Liuiæ sit proximior † dicta Magna Ducissa, eadem habet intentionem fundatam pro immissione ad exclusionem boni iuris Ducis Lantes, iuxta text. *in cap. 1. §. si inter filiam, & §. defuncto si de feudo defuncti controuersia sit inter Dom. & agnat. vassall.* Rot. *in Romana castrorum coram Gipsi decis. 21. n. 1. part. 1. recent.* & in terminis Thes. iun. *quæst. forens. 11. n. 2. & seqq. lib. 2.*

Quod procedit etiam, quòd Dux Lantes sit proximior ipsi acquirenti, siquidem emphyteusis non fuit habita à primo stipulatore, sed ab Ecclesia: Bart. *in l. mortis causa capitur in princ. ff. de donat. caus. mort. & in l. si mihi, & Titio de verb. oblig.* Molin. *de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 14.* Gabr. *cons. 86. num. 12. & cons. 90. num. 23. lib. 2.* Corn. *cons. 22. num. 18.* vbi succedat proximior ei, qui vltimo loco decessit, & *cons. 25. num. 26. vers. tunc si vnus decedit cum filia, &c. lib. 2.* Ruin. *cons. 48. num. 8. tom. 1.* Rot. *in Romana domus 25. Iunij 1615. coram Sacrato Casenaten. emphyteusis 14. Decemb. 1635. coram Merlino.*

2 Neque Agnatus † est legitimus contradictor ad impediendum quin interim filia *ex remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* immittatur *gloss. 1. in tit. de controuers. inter mascul. & fœm.* Decius dicens clarissimam esse determinationem, *cons. 467. num. 11.* plenè Roland. *cons. 571. num. 6.* Ofasch. *decis. 26. num. 14.* Rosentall. firmans, agnati iura esse in petitorio reseruanda, *de feud. c. 7. concl. 98. num. 2.* multò magis cum Serenissima Magna Ducissa habeat pro se testamentum Auiæ paternæ, quæ vltimo loco possedit hæc bona, & insuper vltimam inuestituram, cuius vigore Domini directi spatio 20. & vltra annorum receperunt recognitiones censuales; in hoc enim titulorum concursu † excluditur prætensio di- 3
ctæ immissionis ex præcedenti inuestitura: ita Dec. *consil. 588. num. 12. post princip. vers. & hoc:* Rot. *decis. 415. num. 2. part. 4. tom. 2. recent.*

Maximè cum talis emphyteusis † iam fuerit 4
ingressa Ducissæ Liuiæ lineam; nam consequenter debet perseuerare in Serenissima Victoria Magna Ducissa Etruriæ, itaut interim alius quispiam de altera linea non sit admittendus: Socin. sen. *in l. si cognatis in fin. ff. de reb. dub.* Afflict. *in cap. 1. de success. feud. pater. num. 76.* Peregr. *de fideicom. art. 27. num. 14.* Fusar. *de subst. quæst. 475. num. 32.* Decian. *cons. 127. n. 14. lib. 3.* Cephal. *cons. 17. num. 28. vers. quæ conclusio:* Surd. *consil. 403. num. 10. & 11.* Gabr. *consil. 64. num. 16. & seqq. lib. 2.* Rot. *decis. 681. num. 3. vers. pro quo facit, part. 2. recent. Bonon. fideicommissi 29. Iuni 1639. coram R. P. D. meo Rojas, d. Romana domus coram Sacrato, & d. Casenaten. coram eodem Merlino, Romana domus 22. Aprilis 1644. coram Eminentissim. D. Card. Cecchino.*

Et esset inconueniens, quod filius exclusa ma-
tre † posset succedere, cum successio non defe- 5
ratur per saltus, text. *in cap. 1. de donat. success. feud. ibi ad solos, & ad omnes, &c.* Bald. *in l. 1. num. 2. & seqq. ff. de Senat. ibi*, quòd vbi non succedit fœmina, non succedit filius eius tradens exemplum de Regno Francorum, in quo, dum non succedebat mater, nec etiam poterat succedere filius: Socin. *in l. si cognatus, ff. de reb. dub. n. 14. col. pen.* Idem *in l. heredes mei, §. cum ita, col. 7. ff. ad Trebell.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 14.* Tiraquell. *de iur. primog. quæst. 12. num. 5. & 9.* Rot. *in d. Casenaten. emphyteusis, & decis. 405. n. 9. part. 5. diuers.*

Aliàs enim esset melioris conditionis ipsa stirps, quam caput ipsius stirpis, & per consequens remotiores essent plus dilecti; & tamen omnis ratio suadet, vt isti tanquam magis remoti sint minùs successibiles, cum non possit plus esse iuris in causato, quam in influente potentiam causæ, & ita filius non debet esse melioris conditionis matre, *l. si viua mater, C. de bon. matern. & in l. iis 136. ff. de reg. iur. cap. 1. §. hoc autem notandum qui feud. dar. poss.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 3. cap. 5. num. 42.* vbi exclusa namque radice: Tiraquel. *de iur. primog. dict. q. 12. num. 7.* Surd. *cons. 85. num. 10. §. attamen, vers. & exclusa matre:* Honded. *consil. 15. num. 1. vsque ad 12.* Bursat. *cons. 1. num. 40. vers. quod fœmina exclusa:* Menoch. *consil. 172. num. 8.* ibi quod exclusa d. Elena: Corn. *cons. 246. num. 5. vers. & maximè quia non videtur æquum, lib. 2.* Rot. *decis. 463. num. 2. in fin. part. 1. recent. & decis. 125. num. 33. vers. in primis, part. 2. decis. 405. num. 10. part. 5. diuers.*

Maximè, dum talis emphyteusis fuit concessa
cum taxatiua tantùm ad † fauorem vnicæ fœ- 6
minæ non extantibus, vel deficientibus masculis; ista enim taxatiua omnes casus excludit, præter expressos, *l. qui aliena, § libertos, ff. de negot. gest.* Bart. *in l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemp.* Ang. *in l. qui in futurum, §. 1. ff. de pact.* Gratian. *discept. forens. cap. 554. num. 24.* Aldobrand. *cons. 27. num. 24. vers. cum maximè sit adiuncta dictio*

tantùm,

tantùm,lib.1.Rimin.iun.cons.257.num.33. Surd. consil.403. num.63. & decis.291. num.19.Rot. decis.240. num.5. part. 6. diuers. & in Romana pecuniaria 3. Iulij 1645. coram R. P. D. Verospio.

Non obstat, quòd huiusmodi emphyteusis fuerit concessa pro se, eiúsque filiis, & nepotibus legitimis, & naturalibus masculis, ibi: Et casu, quo dictus Illustrissim. D.Hippolitus,eiúsque filij, nepotes, & descendentes masculi, omnes quandocumque decesserint absque filiis, nepotibus, & descendentibus masculis, &c.

Vnde D. Dux tanquam masculus, & descendens ab eodem Marchione Hippolito, vti illius nepos ex filia, prætendat se capacem talis emphyteusis Ecclesiæ, ex quo illi conueniunt verba inuestituræ, in qua fœminæ excluduntur per existentiam masculorum, & ita appellatione fi-
7 liorum † veniant non solùm masculi ex masculis, sed etiam masculi ex fœminis ab ipso inuestito descendentes: Fusar.de substit.q.321. num.5. Surd.de alim.tit.9.quæst.36.num.9. Angel. Aret. in tract.de testam.gloss.89.num.5. Guttier.pract. quæst.lib.2.q.92.num.4. Molin.de primog. Hisp. lib.1.cap.7.num.27.& seq.Fulgos. consil.85.n.1. & 2. Ruin.cons.120.num.8.lib.1.Alciat.cons.15. num.1.lib.8. Bero. cons.96. num.18.lib.2. Surd. cons.308. num.2. Rub. consil.22. num.11. vers. quartus casus: Rot.decis.295.num.3.coram Reuerendiss.Vrgellen.decis.737.n.16.part.4. tom.3. recent. Senogallien. emphyteusis 27. Iunij 1640. coram bon.mem.Coccino.

Quia, dum concessio huius emphyteusis fuit facta pro se, suísque filiis, & nepotibus legitimis, & naturalibus masculis, sub istis verbis non comprehenditur nepos natus ex fœmina; dum enim adiecta fuit illa qualitas masculinita-
8 tis, † disponens censetur sensisse de masculis descendentibus per masculum, & sic de agnatis masculis; non autem de descendentibus masculis per fœminam, text.in cap.1. §.hoc autem notandum de his,qui feud.dar.poss.in vsibus feud. & in l.de accessionibus ff.de diuers. & temp. præscript. l.veteribus, ff.de pact.l.si viua mater, C. de bon. mater.Doct.in l.Gallus,§.nunc,de lege Velleia, ff. de liber.& posth. Bald..in auth.si quas ruinas, ad fin. C.de sacros.Eccles.Bald.& Salicet.in l. 1. C. de condit.inser.vbi Castren.sub num. 3. vers.breuiter: Alex.in l.sed si hac, §. liberos, ff. de in ius vocando: Specul. in tit.de emphyt. §. nunc vero aliquem, q.146. num.173. vers.sed certè: Clar. in §.emphyteusis, quæst.36. sub num.1. vers. sed si emphyteusis, & seq. dicens, hoc casu concedentem habuisse respectum ad lineam masculinam tantùm: Peregr.de fideicom.art.26. num.8. vers.in contractibus verò: Thom.Marin.de feud. fœmin.tit.11.num.7.& 8.Molin.de Hispan. primog.lib.3.cap.5.num.47.& 69. Fusar.de substit. quæst.346 num.42.& quæst.402.num.34. Gabr. conclus.1.num. 17. de verb. signific. & num.64. & 65.Fulgin.de emphyt.tit.de success.in bon.emphyt.q.11.num.1. vers.quia concedens: Mant. de tacit.lib.22.tit.15.num.15. Franc. Cald. de iur. emphyt.lib.2.quæst.19.num.37. vers.idem probatur: Tiraq.de legib.connub.l.5.num.22.& seqq. Corbul.tract.de causis quibus emphyt.priu. tit.de caus.ob lin.fin.num.29.ampliat.2.Castr.cons.190. nouiter reuocatur in dubium, sub num. 2. vers. sed vlteriùs, & seq.lib.2.Bero.consil.105.num.4. vers.& quamuis, lib.1.& consil.96.num.5.lib.2. Menoch.consil.172. num.8. vers. quinto accedit argumentum,& cons.802.num.82. Aldobrandin. consil.3. num.20. vers.primo quia in contract. & sequen.lib.1.Decian. cons.127. num. 15. vers.si quis accepit, & num.16.lib.3.Gozadin.consil.20. prima facie videtur, num.1.Surd.cons.475.n.21. Ruin.cons.18. vers. vel secundo dici, lib.3. Rot. decis.663.num.22. vers. & ideo non possunt dici comprehensi masculi ex fœminis, part. 1. recent. decis.507.num.1.part.2.recent. decis.15. num.2. part.2.diuers.Bonon.legitimationis 21.Ian.1629. coram bon.mem.Merlino.

Et in punctualibus terminis inuestituræ concessæ sub hac eadem formula verborum, solis variatis nominibus, discusso ex professo articulo ex veriori, & communiori opinione, & validissimis rationibus, quæ etiam nunc Dominis placuerunt, pro exclusione nepotis ex fœmina, fuit amplè resolutum in Mantuana emphyteusis 7. Iunij 1638.§.attamen in contractibus coram Reuerendiss. D. meo Decano,in qua innumeri referuntur Doctores.

Quòd autem ista opinio sit verior, & communior tradit Bald. ad rubr. Cod.de verb. signif. Veron.eod.num.109.& 132.& ibi Alciat. n.14. Aldobrand.cons.1. ibi communis conclusio Doctorum est, & num. 2. ibi quinimo communis opinio Doctorum est, lib. 1. Ruin. consil.134. n.22.vers.sed præmissis non obstan.lib.2. Fulgin. de emphyt.tit.de success.in bon.emphyt. q.11. n.1. vers.& bene esse communem opinionem: Rot .decis.15.num.2. ibi nisi aliud suadeat subiecta materia, &c. & num.7. & dec.125. num.9. & 16. part.2.diuers.507. n.12. vers.& contrariam vti veriorem, part. 2. recent. Quia in contractibus maximè emphyteoticis Ecclesiasticis † masculi- 9
num non concipit fœmininum: Bart. in l.1.n.2. de verb.signif.Card.in Clem.1. de baptismo: Tiraq.de retract.lignag.§.1.gloss.9.num. 181.Gabr. de verb.signif.lib.6. concl. 6. num. 87. Menoch. cons.150.num.50.& cons.204. num.10. Rot. decis.126.n.5.part.5.diuers. & d. Mantuana emphyteusis, vers.& facit.

Pro qua interpretatione considerabant Domini, quod viget Ecclesiæ fauor, & verisimilis mens concedentis, vt quanto citius emphyteusis † ad Ecclesiam reuertatur: Ias. in l. si quis id 10
quod,col.5.in princ.vers.aliàs in cognitione facti, ff.de iur.omn.iud.cap.per tuas,num.7. de probat. & in l.2.C.de suscept.edict.Archidiac. in cap. si quis suadente 17.q.4. Bald.in l.sed si hac,§.liberos, & ibi.Alex. qui infinitos allegat; ff. de in ius voc.Gozad.cons.20.num.2.vers.dicens,quod masculinum: Bero. cons.104.requisitus in hac causa, num.2.vol.1.Cephal.cons.11. emphyteusis Ecclesiastica,num.20.& 21.vers. fallit tamen, vbi fauor est Ecclesiæ, lib. 1. Tiraq. de retract. lignag. §.1.gloss.9.num.181.Gabr.de verb.signif.concl.6. num.87.Rot.d.decis.125.n.5.vbi firmatur, hanc opinionem esse veriorem, & n.20.

Vnde non est recedendum ab ista proprietate sermonis, maximè in contractibus stricti iuris,
† prout sunt contractus emphyteotici, præser- 11
tim Ecclesiastici, §.actionem,instit.de act.Specul. de iur.emphyt.§.nunc aliqua,num.1. Bald. in l.1. num.5. in fin. in 15. differentia, & ibi Salicet.q. penult.Ias.num.76.vers. & tenendo hanc partem, C.de iur.emphyt. in quibus voluntas magis contrahentium, † quàm proprietas verborum inspi- 12
citur, l.in conuentionibus, ff. de verb signif. & l. stipulatio ista, §.qui. & §. quoque,de verb.oblig. Mant.de tacit.lib.22.tit.14.num.15.vers. nam in

contra

contractibus, Alex. *cons.34. num.4. & 10. lib.2.*

13 Et in similibus contractibus verba † interpretantur contra stipulantem, qui poterat legem apertius dicere, ac se magis declarare, iuxta *l.veteribus, ff.de pact.* Gozad. *consil.20. num.3. vers.item quia imputandum est*, Rot. *d.decis.225. num.17. & l.Mantuana emphyteusis coram d. Reuerend. D.meo Decano, vers.quia omnes*, vbi pariter multi enumerantur Doctores.

Et pro maiori corroboratione huius opinionis plura concurrunt, ex quibus potest colligi, Marchionem Hippolytum in acceptatione huius emphyteusis, intellexisse tantum de masculis suis propriis, non autem de masculis ex fœmina prouenientibus.

Primò loco, quod emphyteusis, de qua agitur, suum effectum sortita fuit in Marchionem Iulium, & Ducissam Liuiam, filios eiusdem Marchionis Hippolyti primi acquirentis, & propterea non est isto casu præsumendum fuisse cogi-
14 tatum de nepotibus ex † fœminis, sed tantum de descendentibus ex masculis, Bart. *in l.liberorum, num.83. ff.de verbor. signific.* Socin. sen. *in l.Gallus, §.instituend. in fin. vers.sed situ defendendo, ff.de liber. & posth.* Fusar. *de substit. quæst.321. num.21.* Gabr. *conclus.1. num.74. de verb. signif.* Gozad. *cons.36. num.6.* Paris. *cons.31. num.25. & cons.86. n.25. lib.2.*

Secundò, quod de tempore, quo idem Marchio Hippolytus fuit inuestitus de istis bonis, iam habebat filios; vnde non est verisimile, quod fuerint considerati nepotes ex linea fœminina, quia sic ille videretur propriam sobolem
15 † excludere, & extraneæ consulere voluisse *l.cum acutissimi, C.de fideicom.* iuncta *l.tale pactum, §. fin. ff. de pact.* Aretin. *in cap. per tuas, num.12. extra de probat.* Rustic. *in l. cum auus, lib.6. cap.15. num.6. ff. eodem*, idem Fusar. *q.324. n.5.* & Gabr. *loc.cit. n.76.*

Tertiò, quòd de tempore inuestituræ Marchio Hippolytus nullos habebat nepotes, & quatenus esset firmandum, quod appellatione filio-
16 rum venirent nepotes, † esset intelligendum de iam natis, non autem de nascituris, text. *in l.qui filiabus, de legat.1.* Alex. *cons.138. viso themate, in princ. vol.2.* Corn. *cons.290. in fin. vers.cum in legatis, vel fideicommissis appellatione filiorum non veniunt posthumi, lib.4.* Gozad. *d. cons.36. num.7.* & idem Gabr. *eadem conclus.1. n.68.*

Quartò considerabant Domini nullam competere eidem Duci Hippolyto immissionem, cum adhuc sit superstes Marchionissa Lucretia eius mater, quando enim mater viuit, appellatione nepotis, seu etiam descendentis masculi, non
17 venit filius ex fœmina, ne ipsa mater † adhuc in humanis sit deterioris conditionis filio, vt superius dicebam, quod iura valdè abhorrent, text. *in l.si viua mater, C.de bon.matern.* & in puncto comprobat Ruin. *cons.18. num.5.8. & 9.* & alij, quos refert, & sequitur Gabr. *cons.116. num.21. & duobus seqq. lib.2.* Laderch. *cons.153. in fin.* Menoch. *cons.172. num.30 vers.decimo, & consil.1229. num.17.* Surd. *cons.316. num.16. vers. respondebam*, Bardell. *consil.46. num.77. & seq. lib.2.* Fusar. *de substitut. quæst.404. num.8.* Rot. *diuers. decis.125. num.33. vers.in primis part.2.* Arimin, *fideicommissi coram Reuerendiss. D.meo Decano, in ordine 106. n.6. & seq. part.6. recent.* & hoc fundamentum adeo vigere, vt procedat etiam circumscripta ratione conseruandæ agnationis, Ruin. *d.cons.18. n.9. vers.& sic vult, lib.3.*

Decis. S.R.R. ad I.P. Melium.

Non obstat, quod supradicta non sint applicanda in præsenti casu sub prætextu, quod non fuerit contemplata agnatio, † & ita appellatione filiorum veniant etiam masculi ex fœminis, 18
Salicet. *in l.2. num.29. quæst.17. Cod.de iur.emphyt.* Alex. *consil.61. prope fin. versic. non obstat id, lib.1.* Clar. *in §.emphyt. quæst.32. vers.quid, in fine*; & quod non fuerit contemplata agnatio ex eo deducatur, quia inuestitura concessa de anno 1522. fuerit facta pro masculis, & fœminis; & eorum filiis, ad quam se refert altera de anno 1573. quæ fuit concepta pro filiis, & nepotibus, & descendentibus masculis, & sic appellatione descendentium † veniant non solùm 19
nepotes, sed etiam pronepotes, & omnes alij gradus successiuè, vt *in Perusina fideicommissi de Bigazinis 14. Nouembris 1605. coram Litta, & in Romana legati 4. Iulij 1640. coram D.meo Carillo Præside Vallisoletano.*

Quia licet fœminæ fuerint aliquo casu vocatæ, nihilominus clarè apparet Marchionem Hippolytum voluisse recipere hanc emphyteusim pro conseruatione suæ agnationis, & dum claram † habemus illius mentem, recurrendum 20
non est ad coniecturas, *l.continuus, ff.de verbor. oblig. l.illicitas, §.veritas, ff.de offic.Præsid.* Rol. *consil.2. num.10. lib.1.* Et hoc colligitur, quia pluries in eadem inuestitura fuit facta mentio masculinitatis, † quæ sufficit ad ostendendum, 21
fuisse habitam rationem conseruandi agnationem: Zanc. *in l.hæredes mei, §. cum ita, part.7. num. 55. & 62. ff. ad Trebell.* Curt.iun. *in l.1. Cod. de pact.* vbi dicit ita consuluisse præstantiores Doctores Italiæ, Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib.11. tit.3. num.3.* Gratian. *discept. forens. cap.832. num.11.* Grat. *cons.89. n.5. lib.2.* Surd. *consil. 96 num. 30.* Aldobrand. *consil. 3. num.44. versic. mentio enim, & consil.5. num.1.* ibi, *quia cum vocando masculos, lib.1.* Gabr. *consil.16. num.15. vers.quod eo magis procedit, lib.2.* Guid.Pap. *decis.184. & decis.15. num.7. versic. quia, part.2. diuers.*

Et animaduertendum est, quòd fœminæ non fuerunt vocatæ simultaneè cum masculis, sed ipsis tantùm deficientibus, vel non extantibus, vnde talis vocatio fœminarum † in deficientiam 22
masculorum non tollit rationem conseruandi agnationem, Rip. *in l.8. Cod. de pact.* Bald. in *l. maximum vitium, n.7. Cod.de lib.præterit.* Tiraquell. *in tract.primogen.quæst.13. num.10.* Brun. *de stat.exclus.fœmin.12. artic.princip.quæst.5. in fin. primi casus*, Surd. *consil.443. num.43. consil.475. num.16. & 19. versic. ratio ibi, & extantibus ipsis, & decis.66. num.23. & dec.135. num.23. & decis. 42. num. 46. part. 5. diuers.* cui opinioni multum etiam fauet consideratio, quod tam inuestientes, † quam inuestiti sem- 23
per fuerunt de familia, & agnatione de Ruuere, vnde magis videtur ponderata agnatio, vt in his terminis firmauit Aldobrand. *consil. 3. num.60. ad med. versic. cuius contrarium euenit, lib.1.* Ludouic. Molin. *de contract. disputat.474. num.12. post med. versic.ego vero*, & maximè in concessione Castri, cum iurisdictione meri, & mixti imperij, vt per eundem Aldobrand. *dicto consil. 3. num. 48. versic. comprobatur, & num.49.*

Tum etiam, quia cum fuerit facta concessio iuxta solitum Ecclesiæ, non possunt in ea succedere nepotes masculi ex fœminis, quia in prima inuestitura facta Ioanni Præfecto Vrbis fuerunt

l hæc

24 hæc bona concessa † pro filiis, & nepotibus, & descendentibus masculis per rectam lineam masculinam, per quod dicitur emphyteusis absolutè masculina, & contemplata agnatio: Ruin. *cons.* 18. *num.* 9. *ad med. vers. & pro hoc*; & rursus *num.* 7. & 9. Valenzon. *cons.* 113. *num.* 96. *lib.* 2.

In inuestitura autem anni 1573. fuit conuentum, quod deficiente linea masculina Marchionis Hippolyti, bona redirent ad eundem Franciscum Mariam secundum Vrbini Ducem in primis comprehensum, & de cuius consensu ab Abbate eiusdem familiæ fuit facta concessio, de qua

25 agitur; vnde interpretari debet à primis, † & ab iis declarationem recipere, latè Surd. *cons.* 104. *n.* 26. & *cons.* 317. *n.* 2.

Nec subsistit fundamentum prætensæ relationis, quia ipsa non respicit personas, sed tantùm bona, ibi, prout concessa fuerunt Duci Francisco Mariæ, & sic talis inuestitura respectu bo-

26 norum † censetur facta eisdem modo, & forma quibus factæ fuerunt aliæ præcedentes, vt inquit Randen. *de analog. cap.* 34. *n.* 65. & *seqq.* Bursat. *consil.* 150. *num.* 44. *lib.* 2. Rot. *decis.* 314. *in fin. part.* 5. *diuers.* id etiam suadere videtur mens, & dispositio directi Domini, vt apparet ex eadem inuestitura de anno 1573. cum restricta appa-

27 reat ad solos masculos ex masculis, vnde † relatio debet fieri secundùm mentem disponentis: Ias. & Dec. *in l. si idem cum eodem, §. vltimo, de iurisd. omn. iud.* Gabr. *cons.* 110. *num.* 19. & 183. *num.* 6. *lib.* 2. Oldrad. *cons.* 150. Abb. *consil.* 75. *in fin. lib.* 2. Menoch. *cons.* 115. *n.* 14. Rot. *decis.* 286. *n.* 10. *coram Papa Greg. X V.*

28 Eóque magis, quia illa verba, † prout concessa fuerunt Duci Francisco Mariæ leguntur apposita in illa parte inuestituræ, in qua bona sunt descripta, & sic potius bonis conueniunt, & adaptantur, quàm personis, text. *in eadem l. si idem cum eodem:* Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de legit. hæred.* Ruin. *cons.* 123. *num.* 12. *ibi intelligitur relatio fieri, lib.* 3. Surd. *consil.* 379. *num.* 5. Rot. *decis.* 384. *num.* 2. *coram Papa Greg. X V.* & pari-

29 ter, vt appellatione descendentium † in contractibus emphyteoticis masculi ex fœminis non contineantur, tradit Castr. *in l.* 1. *col.* 1. *C. de condit. inser. in* 2. *notab. cap.* 1. *de eo, qui sibi, & hæred. suis mascul.* Bald. *in auth. si quas ruinas ad fin. C. de sacros. Ecclesi.* Ioan. Thom. de Marin. *tract. de feud. fœmin. tit.* 11. *num.* 7. & 8. Arius Pinellus *in l.* 3. *num.* 19. *C. de bon. matern.* Speculat. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers.* 146. Peregr. *de fideicom. artic.* 26. *num.* 8. Alb. *consil.* 36. *num.* 4. *vers. nisi aliud in contrarium obstet, videlicet materia subiecta, vt patet in feudo:* Bursat. *consil.* 1. *num.* 39. *vers. vnde, & fœmina, ab eis descendentes:* Surd. multos referens Doct. *cons.* 573. *num.* 8.

Quod tunc eo magis videtur firmandum, quando de voluntate contrahentium apparet, scilicet, quod non intellexerint de masculis ex fœminis, sed tantùm de masculis ex masculis, ex quo fuit contemplata agnatio: Et signanter quòd appellatione filiorum, seu nepotum masculorum non admittantur masculi ex fœminis, dum

30 discretiuè † fuit facta mentio vtriusque sexus, quia etiam in hoc casu masculinum non concipit fœmininum: Ias. *in l. si quis id quod, num.* 12. *ff. de iur. omn. ind.* vbi Bald. & Ias. Peregr. *de fideicom. art.* 26. *num.* 18. *circa fin.* Menoch. *præsumpt.* 94. *num.* 6. & 7. & *præsumpt.* 181. *num.* 7. & 8. *consil.* 110. *num.* 24. *lib.* 2. Surd. *consil.* 403. *num.* 21. *vers. præterea:* Corn. *cons.* 246. *num.* 5. *vers. concludit, quod filia admittatur, lib.* 2. Rot. *decis.* 300. *num.* 9. *coram Reuerendiss. Vrgellen.* & *decis.* 514. & *ibi* Adden. *num.* 17. *vers. ab hac autem opinione, coram Papa Greg. X V.*

Clarum est enim, quod quotiescumque filij † vocantur sub qualitate masculinitatis, fœminæ remanent prorsus exclusæ: Dec. *in l.* 2. *n.* 97. *vers. tertia regula limitatur, ff. de reg. iur.* Ant. de Butr. *cons.* 46. *rectè decisum est:* Abb. *consil.* 37. *videtur primò, num.* 1. *lib.* 1. Aldobrand. *cons.* 27. *num.* 23. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 1487. *num.* 2. & *decis.* 300. *num.* 10. *coram dict. Reuerendiss. Vrgellen.* 31

Dato tamen, quod oriri posset aliqua dubietas circa concessionem huius emphyteusis, obseruantia demonstrat, ad eandem magnam Ducissam illam pertinere, quia cum decesserit Marchio Hippolytus, ad cuius fauorem fuit facta inuestitura, & essent superstes Ducissa Liuia, & eius filius Federicus Princeps Vrbini, necnon Marchionissa Lucretia, & Dux Lantes, ac tunc Marchio Ludouicus filij eiusdem Marchionissæ.

Tamen idem Abbas, qui talem inuestituram concesserat dicto Marchioni Hippolyto, exclusis prædictis omnibus, eandem Ducissam Liuiam inuestiuit, signum euidens, quod filij dictæ Marchionissæ non erant comprehensi, huiusmodi enim actus subsequentes, † & talis ob- 32
seruantia declarant dictos filios nunquam fuisse comprehensos in eadem inuestitura, *l. quædam, de reb. dub.* Tiraquell. *in l. si nunquam, Cod. de reuocan. donat. in vers. donatione, num.* 205. Surd. *consil.* 362. *num.* 10. *vers. tertiò opponitur:* Cephal. *consil.* 9. *num.* 16. *vers. secunda est coniectura, lib.* 1. Gabr. *consil.* 196. *n.* 6. & *seq. vers. puto ad illos tantùm pertinere, lib.* 2. *Mediolanen. bonorum de Busalora* 7. *Iunij* 1585. *coram Bubalo.* Rota *decis.* 183. *num.* 17. & *sequent. vers. in qua etiam,* 679. *num.* 8. & *sequent. vers. addebat prædictis,* & 907. *num.* 2. *vers. quæ obseruantia, coram Buratto,* & *in recent. decis.* 663. *num.* 23. *vers. quod benè, part.* 1.

Quod eo magis redditur ineuitabile, concurrente scientia, & patientia † eorumdem nun- 33
quam contradicentium; & multò magis accedente, quod etiám defuncto Iulio de anno 1636. ipsemet Dux Hippolytus passus fuit per quadriennium integrum, Ducissam Liuiam, quousque vixit, possidere; cum tamen retenta interpretatione partis, legitimè possidere non potuisset, quam scientiam, & patientiam pro consensu, & approbatione, haberi à Doctoribus communiter traditum est: Anton. de Butr. Cardin. Zabarell. & Imol. *in cap. P, & G, extra de offic. deleg.* Idémque *in l. quæro* 100. *ff. de solut.* Alexan. *l. fin. num.* 8. *ff. de instit. & iur.* Schrader. *de feud. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 148. *vers. suisque scientia, & patientia:* Rosentall. *de feud. cap.* 12. *conclus.* 1. *num.* 68. Caldas *de iur. emphyt. lib.* 1. *quæst.* 15. *sub num.* 26. *vers. quo fit,* & *quæst.* 20. *n.* 7. *vers. facit etiam:* Osasch. *dec.* 23. *n.* 29. *vers. si ergo.*

Et ita, &c.

DECISIO

DECISIO LI.

R. P. D. Meltio.

Fanen. seu Senogallien. bonorum super Immissione.

Mercurij 14. Martij 1646.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in possessionem Emphyteusis datur fœmina vigore testamenti.*
Et etiam vigore inuestitura, n. 2. & n. 9.
Non retardatur ob exceptiones requirentes indaginem, n. 3. & n. 43.
Amplia, vt num. 4.
In possessionem Emphyteusis datur etiam contra Dominum directum, n. 5.
Impeditur si excipiens offerat incontinenti probare, n. 30.
In possessionem Emphyteusis datur, tam contra agnatos, quàm contra Dominum, n. 35. & n. 42.
6 *Possessio vltimi emphyteuta probatur ex mandato procura Domini dato ad capiendam possessionem.*
7 *Instrumenta faciunt probationem probatam.*
8 *Canonum ex solutione probatur possessio soluentis.*
10 *Clausula constituti operatur ad fauorem comprehensorum in inuestitura.*
11 *Remedium* l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen. *non datur haredi particulari.*
Fallit, vt num. 12.
13 *Renouatio inuestitura fieri non potest in praiudicium successorum.*
Declara, vt n. 15. 16. 17. & n. 21.
14 *Emphyteusis finita ad Dominum deuoluit.*
18 *Consensus requisitus ratione praiudicij potest interuenire etiam post actum.*
19 *Inuestiri, & possidere alium patiens censetur iuri suo renunciare.*
20 *Renouationem inuestitura acceptans ex noua possidere censetur, non ex antiqua.*
22 *Inuestitura si fiat emphyteuta possidenti non requiritur demissio possessionis, & n. 23.*
Approbatur per receptionem canonum, n. 24. & n. 25. 27. & 28.
26 *Supplicatio retenta si relaxetur cessant oppositiones.*
29 *Abbas prasumitur à ministris certioratus, & ex quibus.*
31 *Domino finita linea licet expellere emphyteutam.*
Declara, vt num. 32. & 33.
34 *Facultas Domino directo reseruata capiendi possessionem emphyteusis propria auctoritate qualiter intelligatur.*
36 *Iurisdictionalium possessio peti non potest sine titulo. Contra, num. 37.*
Sed declara, vt n. 38. & 39.
40 *Obseruantia magnam vim habet ad remouendam contractus nullitatem.*
41 *Contradictor vt legitimus dicatur necesse est, vt bona fide possideat.*

Abbas Monasterij S. Laurentij in Campo vsque de anno 1522. concessit in emphyteusim Francisco Mariæ Seniori Duci Vrbini Castrum Leonis & medietatem Turris Miralbelli cum certis aliis bonis, de quibus agitur, pro se, filiis, & nepotibus masculis vsque in tertiam eius generationem completam, masculis verò deficientibus, vel non extantibus pro filiabus fœminis, & nepotibus legitimis, & naturalibus pariter vsque in tertiam generationem completam D. Ducis cum iure accrescendi, & sub certo annuo canone.

De anno 1536. dictus Franciscus Maria instituit sibi hæredem vniuersalem in dicto Castro, & bonis Iulium eius filium, & posteà Cardinalem, eique substituit Guidobaldum alterum eius filium Primogenitum.

Subsequenter de anno 1598. Dux Franciscus Maria Iunior, & eius sorores renunciarunt omnia, & quæcumque iura ipsis competentia, & in posterum competitura super d. Castro Leonis, & medietate Turris Miralbelli, ac aliis bonis emphyteoticis vigore inuestiturarum factarum primo Duci Francisco Mariæ in manibus Iuliani de Ruuere tunc Abbatis S. Laurentij, qui vigore dd. renunciationum Marchionem Hyppolitum reinuestiuit, pro se; suisque filiis, & nepotibus masculis legitimis, & illis deficientibus, seu non extantibus pro vnica filia fœmina legitima, & naturali, pro annuo canone duorum Parium Caponum & vnius libræ candelarum ceræ, vt ex summario Serenissimæ Magnæ Ducissæ *n. 2.* Ex eodem Marchione Hippolito originem habuit Iulius filius legitimus, & naturalis, qui adhuc viuente Patre, incapax huius emphyteusis fuit declaratus.

Vnde d. Abbas Iulianus Commendatarius de anno 1621. declarauit ad eamdem Ducissam Liuiam dd. bona pertinere, vti comprehensam in eadem inuestitura de anno 1598. & successiuè, eamdem inuestiuit, pro se, filióque suo Principe Federico, & nepotibus masculis ex eodem nascituris, & vsque in eius tertiam generationem, ita quod prima generatio inciperet ab eadem Ducissa Liuia, & masculis deficientibus, seu non extantibus, pro vna filia fœmina tantùm iuxta solitum illius Ecclesiæ, cum clausula constituti ad fauorem eiusdem Ducissæ, & suorum pro annuo canone vnius salmæ frumenti; duarum salmarum vini, vndecim Capponum, quinque Pollastrorum, vnius libræ candelarum ceræ, & sexdecim bononenorum, vt ex eodem *Summ. n. 4.* cuius inuestituræ vigore eadem Ducissa Liuia spatio 20. annorum, & vltra pacificè continuauit in possessione prædictorum bonorum, & Canonem consuetum d. Abbati Iuliano bon. mem. Cardinali Ludouisio, & Eminentissimo D. Cardin. Francisco Barberino in d. Abbatia successoribus, vigore eiusdem inuestituræ persoluit.

Demum de anno 1641. in Testamento; cum quo decessit eadem Ducissa Liuia, suam in istis bonis,, & etiam vniuersalem scripsit hæredem Serenissimam Victoriam Magnam Ducissam Etruriæ, ex eodem Principe Federico filio præfuncto vnicam neptem; atque in d. inuestitura anni 1621. comprehensam.

Post obitum Ducissæ Liuiæ d. Eminentiss. Card. Barberinus, propria auctoritate & absque vlla citatione interesse habentium, actualem possessionem cœpit bonorum, de quibus agitur. Verum eadem Sereniss. M. Ducissa curauit mihi causam committi, & proposito sub hac die dubio; An eidem esset danda immissio fuit per DD. affirmatiuè responsum.

Exhibuit enim dicta Serenissima M. Ducissa
1 instrumenta publica Testamenti, † & inuestituræ nullum vitium visibile patientia *Summ. n.4. & 6.* Et ideò ei competit immissio, tam vigore prædicti Testamenti, *ex rem. l.fin. Cod.de edict. Diu. Adr. tollen.* quod datur fœminæ hæredi institutæ, etiam in bonis emphyteoticis, donec pleniùs discutiatur, an sit inclusa in inuestitura, vt tradunt Ioan.Andr.*ad specul.lib.4.de testam,§.4. Adden.ad fin.*Dec.*consil.424.num.11.*Bero.*consil.67.num.68.vers.cæterum,& seqq.lib.1.*Rolan. *cons.2.num.36.& seqq.lib.3.*Menoch.*de adipisc. rem.4.num.375.& n.386.* Giurb. *de succession. feud.§.2.gloss.12. num.40. & seqq.* Rosental. *de feud.cap.7.conclus.48.num.2.& in gloss. 2.*& ita tenuit Rota *decis. 220. num. 3. part. 4. diuers.* Canal. *decis. 316. num. 2.* Reuerendissimus Vrgellen.*decis.11.num.3.decis.16.num.5. dec.26. num.1. part.3. recent. & in Bononien. de Maluetiis 27. Martij 1624. coram bon. mem. Pirouano.*

2 Quam etiam vigore † prædictæ inuestituræ, pro qua datur immissio ad instar *dict.l.fin.* prout dixerunt Bald.*in cap. cæterum,num.11. de iudic.* Præposit. *in c. 1.quid sit inuestitura, num. 2.* & alij congesti per Rolan. *consil.1. n.52. & seqq. lib.1.* Rot. *decis.585. num.22. p.5. decis.214. num.14.& decis. 242. num. 3. 294. num.6. & seqq. p.7. diu.* simúlque dicta remedia cumulari possunt, & pinguiùs operantur, vt dixit Rot. *decis.679.n.2.post med.par.3.rec.*

Nec talis immissio potest retardari ob exce-
3 ptiones † requirentes altiorem indaginem:Bald. *in l.si vxorem,num.17.C.de condit.insert.& in l. fin. C.quorum bonorum :* Gratian. *discept. forens. cap.558.num.40.* Menoch.*præsumpt.51. n.44. lib.3.* Dec. *cons.424. num.19.* Rota *decis.197. num. 6. vers. ista exceptio, coram Reuerendissimo Vrgellen. decis. 94. num. 12.part.5. diuers. & 36.n.1. vers.secus autem, part.1.recent.*

Quod remedium datur non solùm filiis, sed
4 etiam aliis hæredibus scriptis † ad bona feudalia & emphyteotica, per text.*in cap.1.§.inter filium, vers. defuncto milite si de feud.fuer.contr.* Ias.*in d.l.fin.num.26.*Alex.*num.3.*Menoch.*dict. remed.4.num.375.& 390.& cons.503.num.18. vers.quod locum habet :* Specul.*in tit. de testam. §.pen.ad fin.*Dec.*cons.244.num.11.* Ruin. *consil.18.num.20.& cons.45.num.pariter 11.lib.1.* Rota *in Imolen.bonorum 13. Nouembris 1692. & 8. Martij 1596.coram clar.mem. Cardinali Pamphilio, decis.16. num.1. & decis.26. eodem num.1 . part.3. recent.* Canal. *decis.316.num.1. & 7. Romana Vinea de Fabris penès Marches. tom.1. fol.1029. num.1. d. Bononien. coram bon. mem. Pirouano.*

Et id etiam competit contra Dominum di-
5 rectum, † dum incontinenti, & sine altiori indagine ille non probat inualiditatem inuestituræ, seu deuolutionem Rosental.*de feud. cap.2. conclus.29.num.3.* Menoch. *d.rem.4. num.759. lib.2.*Bursatt.*cons.129.n.31.lib.2.*Rot.*dec.587. n.4.p.4.tom.3.recent.& in Imolen. Bonorum 13. Nouemb.1592.coram d.clar.mem. Card.Hieronymo Pamphilio.*

Descendentia Serenissimæ M. Ducissæ ex inuestituris iustificata remanet, licèt inter partes non controuertatur. De possessione autem Ducissæ Liuiæ in istis bonis pariter non dubitatur, & tamen etiam probata existit ex mandato procuræ ab eodem Eminentissimo D.Cardinali Barberino dato ad capiendam possessionem horum bonorum, † tanquam deuolutorum ob mortem dictæ Ducissæ Liuiæ, vnde oritur plena 6
portio, Rot.*decis.67.in fine,part.6.diuers.*Canal. *decis. 316. post princip. vers. item docet Lucretiam*, iuncta maximè continuatione solutionis Canonum per tot annos, tàm Abbati Iuliano, quàm bon.mem.Cardinali Ludouisio, & eidem Cardinali Barberino moderno Abbati, vt apparet ex instrumentis † publicis in actis productis, 7
quæ faciunt probationem probatam, nec egent aliqua iustificatione: Bald. *in l.non interest, n.2. Cod.de solut. & in l.quoties, num.7.Cod.de iudic.* Bart.*in l.1.in princip.num.8.ff.de non. oper.nunc.* Abbas *in cap. sollicitè, num. 7. de restit. spoliat. c.cum dilecti*, vbi idem Abb. *num. 2. de donat.* Dec.*consil.36.num.2.* Ruin.*consil. 129. num. 1. lib. 4.* ex qua quidem solutione Canonum non potest dubitari, † quin probata remaneat posses- 8
sio eiusdem Ducissæ Liuiæ: Bald.*cons.251.col.2. post med. vers. non est dubium, lib.5.* Soc. sen. *consil.205.n.4.vers.quinto facit, lib.2.* Menoch. *consil.87. num.70.* Rota *in Romana de Iacomellis 26. Ianuarj 1609. coram Cardinali Sacrato, & in Romana bonorum de Careanis coram Remboldo impressa post tract. de manut. decis. 140. num.7.& 8.*

Cum autem dicta Ducissa Liuia in Testamento, cum quo decessit de anno 1641. vniuersalem suam hæredem D.M. Ducissam, ac nominatim in istis bonis, de quibus agitur instituerit, ac ab eodem Abbate Iuliano priùs fuerit renouata inuestitura in personam dictæ Ducissæ Liuiæ, pro se, filióque suo Principe Vrbini Federico, & nepotibus masculis ex eodem nascituris, &c. & masculis deficientibus, pro vna fœmina tantùm, nec ostendatur huiusmodi instrumentum inuestituræ, † vt præfertur, aliquod vi- 9
tium visibile pati, immissio impediri non potest, quæ dum petitur vigore inuestituræ,pro ea competit remedium ad instar *leg.final.*& habet exequutionem paratam, vt firmant DD. *in d.l. vlt. C.de edict. Diu.Adr.tollen.*Bald.*in cap. 1.§. insuper,de prohib.feud. alien.* Federic. *sub num.3.* & *ibi* Alciat.Hisern.*n.60.* Rosental. *de feud.cap.7. quæst.20.*Peregr.*de fideicom.art.48.num.29.*Menoch.*de adipisc.rem.1.num.10. vers. secundus est casus :* Rol. *cons.1. num.52. vers. sed conclusionis iuris est, lib.1.*Surd. *consil.571.num.4.* Rota *decis.585.num.22.part.5.204.num.6.& seqq.214. n.44.& 242.n.3.par.7.diuers.*

Maximè, cum in instrumento inuestituræ, de quo agitur adsit clausula constituti, quæ operatur † etiam ad fauorem omnium in inuestitura 10
comprehensorum, vt dixit Rot.*in decis. 437. num.1.& decis.204.num.pariter 1.part.7. diuers. & in Romana horti 8.Februar. 1630. coram bon. mem.Pirouano.*

Non obstat, quod in præsenti casu dicatur eidem magnæ Ducissæ non competere remedium *dict. leg. final.* cum in bonis, de quibus agitur fuerit ipsa instituta hæres † particularis, & pro- 11
pterea habeatur tanquam legataria, quæ huiusmodi remedio non gaudet: Dec. *consil. 424. num.17.& seqq.*Rota *decis.315. num.5.in princ. p.3.recent.*

Quia animaduertendum est eandem magnam Ducissam non esse considerandam tanquam hæredem particularem, sed vti vniuersalem; nam cum illi non fuerit datus aliquis cohæres, †ipsá- 12
que totam hæreditatem adiuerit, dicitur hæres

vniuersalis, non autem particularis, & per consequens eidem remedium *d. l. final.* datur, vt per Bart. *in l. planè* 34. §. *si duobus, ff. de leg. primo*, Rip. post cæteros *in l. re coniuncti, num.* 86. *de leg.* 3. idem Bart. *in l. quoties, in princ. col.* 1. *vers. item ego reperio, Cod. de haeredib. instituen.* Menoch. *de remed.* 4. *num.* 116. & 128. Cenall. *comm. contr. comm. quæst.* 758. *num.* 48. R. P. D. Argell. *de acquis. poss. quæst.* 17. *art.* 4. *num.* 58. & *seq.* Cephal. *consil.* 59. *num.* 16. *lib.* 1. Natt. *consil.* 463. *num.* 14. *lib.* 2. Rota *decis.* 635. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & *in Romana Terrarum* 22. *Martij* 1632. *coram bon. mem. Pirouano.*

Nec releuat, quod inuestitura de anno 1621. non sustineatur vti facta adhuc viuentibus Duce Francisco Maria, & sororibus, & Marchione Iulio, cum fuerit admissa eadem Ducissa Liuia, tanquam filia Marchionis Hippolyti primogenita vigore inuestituræ emanatæ de anno 1598. & ita superuiuentibus adhuc vocatis ad eandem inuestituram non potuerit à Prælato fieri reno-
13 uatio † ad fauorem Ducissæ Liuiæ in præiudicium successorum, Grat. *discept. forens. cap.* 818. *num.* 14. vnde sequuto obitu de anno 1641. d. Ducissæ Liuiæ, expirata fuerit d. concessio facta de anno 1598. & per consequens emphyteusis
14 † ad Dominum directum fuerit deuoluta per text. *in* §. *emphyteusis in authentic. de non alien. vel permut. reb. Eccles.* Cephal. *cons.* 345. *n.* 12. *vers. Postremo.*

Quia respondetur, quod supradicta conclusio
15 procedit quando non constat de consensu † ius habentis, vt inquit Bald. *cons.* 431. *num.* 6. *vol.* 2. At in præsenti casu apparet de renunciatione Ducis Francisci Mariæ, Sororum, & Marchionis Iulij in supradicta inuestitura de anno 1598. comprehensorum facta in manibus Abbatis S. Laurentij, de dicto Castro Leonis, & medietate Turris Miralbelli, vt de dd. bonis Marchio Hippolytus liberè reinuestiretur, *Summ.* M. Ducissæ, *num.* 1. & de consensu pariter præstito ab eodem Marchione Iulio renouationi factæ eidem Ducissæ Liuiæ de anno 1621. constat ex eodem *Summ. num.* 11. der quam quidem renunciationem, & consensum præstitum nulli dubium est, quin omnia iura, quæ in ista emphyteusi illis
16 competebant, † fuerint per huiusmodi consensum, & renunciationem amissa. *cap.* 1. *de eo,* qui finem facit Agnat. & ibi gloss. & scribentes, congesti per Cirlac. *contr.* 4. *num.* 35. *l. si debitor* 4. §. 1. *ff. quib. mod. pign. l. cum quadam* 26. *C. de admin. tut. cap. pastoralis,* & ibi Abb. *extra de donat.* Rosent. *de feud. reuoc. alien. c.* 9. *membr.* 2. *conclus.* 77. *n.* 26. Schrader. *de feud. part.* 8. *c.* 5. *num.* 2. Iacob. à sancto Georg. *de feud. in verb. Dictique Vassalli promiserunt, num.* 14. & 24. Oldrad. *consil.* 178. *num.* 3. Ias. *consil.* 24. *num.* 4. Brun. *consil.* 40. *num.* 43. Osasch. *decis.* 23. *n.* 27. & *duobus seqq.* Rot. *decis.* 186. *num.* 5. *part.* 3. *recent.*

Et licet à principio deficeret consensus Marchionis Iulij, tamen non potest ex hoc inualidari inuestitura, quia post concessionem talis inuestituræ etiam interuenit consensus d. Marchionis Iulij ex renunciatione iurium suorum, vt ex *Summ.* M. Ducissæ, *num.* 11. Stante igitur
17 consensu † inuestitorum, dubitari non potest, quin potuerit alteri concedi noua inuestitura, *cap.* 1. *qui success. dar.* teneantur in vsibus feudorum, & ibi scribentes, Rosental. *de feud. cap.* 6. *conclus.* 16. *num.* 8. Bursat. *consil.* 127. *num.* 129. Rot. *in Forosempr. Emphyteusis* 16. *Iunij* 1636. *coram bon. mem. Coccino*; Cum talis consensus † non requireretur ratione solemnitatis, sed tan- 18
tum quia agebatur de præiudicio dicti Marchionis, quo casu, siue fuerit adhibitus ante factum, vel post factum, sufficit, *l. in concedendo, ff. de acq. plur. arc. l. Iulianus, C. de emancip. liber.* Innoc. & alij, *in cap. cum consuetudinis, de consuetud.* Bart. *in l. si quis mihi bona,* §. *Iussum, ff. de acquir. hæred.* vbi etiam cæteri communiter, Borcholten. *de feud. c.* 7. *n.* 20. Tiraqu. *de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 10. *num.* 65. & *seq.* & *ibi glos. littera I,* Rosental. *de feud. d. c.* 6. *concl.* 16. *num.* 10. Dec. *cons.* 144. *num.* 1. *Gabr. cons.* 2. *per tot. lib.* 2. Cranet. *cons.* 19. *num.* 3. Castr. *cons.* 319. *in princip. lib.* 1. Zabarell. *cons.* 2. *num.* 6. Card. Mantic. *dec.* 238. *num.* 8.

Maximè, cum idem Marchio Iulius post obitum Marchionis Hippolyti Patris passus fuerit, Ducissam Liuiam de dd. bonis inuestiri, & in illorum possessionem immitti, † & per annum, 19
& vltrà contra eandem inuestituram non reclamauerit; vndè cuicumque iuri sibi competenti renunciasse præsumitur, *c.* 10. *si quis decesserit in fine,* & *ibi gloss. in verb. per annum,* vbi Bald. §. *si Titius sub num.* 2. *vers. item nota de praescriptione tit. si de feud. Defunct. inter Dominum,* & *Agnat fuerit controu.* Respectu vero Ducissæ Liuiæ euidentissima est etiam validitas renouationis ad eius fauorem factæ de anno 1621. Quia dum ipsa illam acceptauit, censendum est priori inuestituræ renunciasse, † & voluisse posside- 20
re ex noua, quod facere potuit, etiam absq. alia dimissione possessionis, *text. in l. qui bona fide,* & *l. Interdum* §. *fin,* & *ibi,* Angel. *de recuper. poss.* & *d. l. si Titius,* Paris. *cons.* 21. *num.* 2. & *seq. lib.* 1. Castr. *cons.* 192. *col.* 2. *vol.* 3. Curt. Iun. *in tract. de feud. in* 3. *par. col.* 8. 15. *limit. vers. pro cuius tamen intelligentia* Bald. *cons.* 431. *n.* 6. & *seq. lib.* 2. Bursatt. *cons.* 127. *num.* 129. Rosental. *de feud. c.* 6. *concl.* 16. *n.* 8. & *seqq.* Osasch. *d. dec* 23. *n.* 29.

Data igitur scientia, & patientia, imò, & consensu † d. Ducissæ Liuiæ in eadem inuesti- 21
tura de anno 1598. compræhensæ, nulli dubium, quin ipsa etiam viuente potuerit Dominus directus nouam Inuestituram, in præiudicium successorum concedere Caldas, *de iur. emphit. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 3. *vers. de consensu tamen* Valasc. *de iure emphyt. q.* 28. *num.* 24. *vers. in emphyteusim.* Pistor. *quæstion. iur. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 27. *num.* 5. Rosental. *d. c.* 6. *concl.* 69. *num.* 37. Burat. *cons.* 129. *n.* 129. Bald. *cons.* 431. *num.* 6. *vol.* 2. Rota *in Forosempron.* & *Eugubina seu nullius emphiteusis* 16. *Iunij* 1636. *vers. quantum attinet coram b. me. Coccino.*

Nec isto casu erat necessarium, vt eadem Ducissa Liuia dimitteret actualem possessionem in manibus Abbatis, & ab illo postea renouationem acciperet; Quia hoc procederet quando renouatio inuestituræ fuisset facta extraneo, † secus 22
dum est facta emphyteutæ possidenti, quia tunc talis actualis dimissio non est necessaria, dum hoc casu tacitè emphyteusis in manibus inuestientis refutatur; & deinde per eumdem inuestientem refutans reinuestitur, Alex. *in l. si mihi,* & *Titio col.* 5. *vers. limitat tamen singulariter, ff. de verb. obligat.* Ruin. *cons.* 95. *col. pen.* & *cons.* 160. *num.* 10. *vol.* 1. Afflict. *dec.* 112. *sub. num.* 5. *in fin. vers. id dicit,* Bald. & *ibi* Vrsill. *n.* 9. Osasch. *dec. Pedem,* 23. *n.* 24. & sic emphyteuta dicitur breui manu emphyteusim renunciare, † & ab eo- 23
dem

dem Domino vigore nouæ inuestituræ denuò accipere: Bald. *in cap.1. num.11. vers. tertio illud videtur de alienat. feud.* Aretin. *consil.3. num.3.* Afflict. *decis.112. d. num.5.*

Ac per talem refutationem extincta remanet inuestitura refutantis, qui in tali emphyteusi non potest aliquod ius amplius prætendere, *cap.1. de eo, qui finem fecit Agnato*, & *ibi* gloss. & Scribentes congesti per Cyriac. *controu.4. num.35.* Rota *decis.186. num.5. part.3. recent.* quo casu successor tenetur eamdem inuestituram ratam habere absque alia dimissione possessionis, vt tradunt Isern. *c.1. qui success. teneantur, num.5. post med. vers. sumus ergo:* Paris. *consil.22. n.41. & seqq. lib.1.* Bursat. *consil.127. num.132.* & admittit Simon Pistor, *in add. ad quæst. Patr. lib.2. quæst. 27. ante fin. §. cæterum si quæ, & nobis, fol.608.*

Et ista vltima inuestitura eo magis firma remanet, dum fuit approbata per receptionem Canonum

24 nonum † diuersorum in specie, & quantitate maiorum, non solùm à dicto Cardinali Ludouisio, verùm etiam à præsenti Eminentissimo Domino directo cum expressione, quod illi recipiebantur vigore huius inuestituræ; ita vt sit sublata quælibet difficultas per huiusmodi approbationem: Ia . *n l.11. C. de iur. emphyt. num.124. & 126.* Caldas *de iur. emphyt. lib.1. quæst.10. n.5. & 6.* Alex. *consil.14. Viso & considerato, num.10. vol.2.* Socin. *consil.66. col. pen. vol.3.* Bero. *consil.117. num.9. vol.1.* Bursat. *consil.129. num.38. & consil.181. n.32.* Crauet. *cons.276. n.6.* Calder. *cons.7. de censib.* Menoch. *cons.20. n.58.* Crescent. *dec.52. n.18. & seqq.*

Nec dicatur modernum Abbatem ignoraſſe qualitatem huius inuestituræ, & ideò per receptionem Canonum sibi ipsi nequaquam præiu-

25 dicare potuisse; quia scientia † est certa, dum Canones fuerunt recepti specificè pro ista vltima inuestitura, & sic non sunt referendi ad antiquam de anno 1598. Bald. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, quæst.3. vers. pone ex alio, ff. de verb. oblig.* Alex. *consil.4. col. pen. lib.2.* Dec. *consil.267. col.1. circa med.* Crauet. *consil.193. num.7. vers. item si probetur, quod hæres, & consil. 276. num.5. in princ.*

Imò Cardinalis Ludouisius mandauit recipi cum protestatione, sed re bene intellecta posteà ordinem reuocauit, & simpliciter recipi mandauit, vt ex sua Epistola *in Summ. Serenissimæ n.14.* signum euidens voluisse approbare inuestituram

26 non obstantibus his, † quæ contra eam possent opponi, vt in simili quando relaxatur supplicatio, quæ prius retenta fuerat: dixit Rota *coram Burat. dec.883. n.9. & 10.*

Et quando successor approbauit, vt in præ-

27 senti casu per receptionem canonum † ampliùs non potest prætendi nullitas inuestituræ factæ ante deuolutionem, vt tradit Cald. *de iur. emphyt. lib.1. quæst.20. num.5. & 6.* Bursat. *cons.29. n.38.* & quod per receptionem canonum approbetur inuestitura tenuerunt Calder. *consil.7. de censib.* Bero. *consil.187. n.1. ad fin. lib.1.* Caroc. *decis.52.*

28 *num. 18.* & de recipiente censum, † vt contractum ratificasse dicatur, testatur Bald. *cons. 184. num.5. lib.2.* Nat. *consil.45. num.10. ad med.* Nicol. Bellon. *consil.15. sub num.11.* Surd. *cons.576. num.25.*

Non obstat quod huiusmodi Canones recepti fuerint à Ministris Abbatiæ Eminentissimi D. Cardinalis Barberini: quia ex multiplicatis solutionibus tot annorum, & ex retentione scripturarum in Archiuio Abbatiæ, in quo dicta inuestitura erat registrata, & ex solito constituendi Vicarium cum amplissima facultate; ex cuius præcedente decreto factæ fuerunt solutiones, præsumitur certioratum † fuisse Dominum, 29
vt latè in terminis respondet Peregrin. *consil. 94. num.37. & plurib. seqq. lib.2.* Ex lapsu enim temporis, & multiplicitate actuum præsumi certioratum Abbatem à suis ministris, dixit Rota *in Senogallien. iuris pascendi 19. Decembris 1603. coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio*; & de Procuratore circa bona emphyteotica, quod præsumatur eumdem certiorasse suum Dominum, fuit dictum *in Romana prætensæ deuolutionis 17. Febr. 1636. vers. 2. respondetur coram Reuerend. D. meo Decano.*

Nec releuat, quod Eminentissimus Cardinalis Barberinus vti Dominus directus reperiatur in possessione bonorum, † de quibus agitur, & 30
offerat incontinenti probationes iuris sui super deuolutione prætensa, atque ita possit impedire immissionem petitam à Sereniss. M. Ducissa vigore *dicta leg. final.* Paris. *cons.12. n. pariter 12. p.2.* Cephal. *cons.4. num.17. tom.1.* Et vlterius licuerit expellere emphyteutam, † aut per finitum 31
tempus, aut per lineam expiratam, vt inquit Gabr. *cons.2. n.18. lib.1.*

Quia cum M. Ducissa possideat in vim inuestituræ ei concessæ de anno 1621. & virtute eiusdem Canones fuerint recepti, vt suprà fuit ostensum per plures, & plures annos † possessio ab 32
eodem Domino directo non potuit capi in præiudicium emphyteutæ; cum ad istum effectum deuolutio debeat esse adeò clara, vt nullo modo possit controuerti: Fachin. *controu. iur. lib. 1. c.95. in fin.* Gratian. *discept. forens. c.736. num.8.* Modern. *de manut. obseru. 16. num.47.* & signanter *decis.359. num.4. p.5. decis.409. & 207. p.7. diuers. & 105. num. 15. & seqq. coram Papa Greg. XV.* Mar. Andr. *decis.36. num.6. Romana de Nocchiellis post eundem de manut. decis.168. num.7. & 9.* quod non procedit quando probabiliter controuertitur, vt in præsenti casu, quia debet concludenter constare, emphyteutam esse destitutum omni auxilio, & emphyteusim fuisse finitam: Canal. *decis.316. num.7. decis.105. n.17. vers. tum quia prius:* Mart. Andr. *dec.61. num.7. vers. quia hoc procedit, dec.16. n.2. & dec.26. n.8. p.3. recent.*

Cum igitur hic firmari nequeat euenisse casum deuolutionis † non poterat dictus D. dire- 33
ctus ingredi possessionem donec fuisset super ea legitimè cognitum, & declaratum euenisse casum deuolutionis: Specul. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, quæst.48. num.62. in fine, vers. tu dic, quod si certum est:* Mantic. *de tacit. lib.22. tit.22. n.14. vers. nam pactum:* Corn. *consil.193. num.3. vers. aut emphyteuta, lib.3.* Gabr. *cons.67. num. 17. vers. quando caducitas non est clara, lib.2.* idem Mantic. *decis.194. num.8. & seq. vers. non obstat, Ariminen. deuolutionis 16. Februarij 1609. coram bon. mem. Card. Sacrato, apud Marches. de commis. p.1. fol. 959. Bononien. de Carnalibus 13. Ianuarij 1602. coram clar. mem. Cardin. Pamphilio apud eundem Marches. p. 2. fol.545. num.5. & per tot.* & penès Andr. *dec.36. num.3. vers. idem enim procedit, ac seqq. per tot, & dec.105. num.11. & seq. vers. non obstat quod Abbas, & num.17. & seqq. vers. tum quia prius,* vbi Add.

Et licèt in eadem inuestitura adsit facultas Domino directo reseruata in casu deuolutionis capiendi possessionem propria authoritate; ni-
34 hilominus talis facultas non operatur, † nisi quando deuolutio est adeo clara, & notoria, vt nullam recipiat dubitationem, vt in decisionibus congestis à moderno Perusino de manut *obseru.6.num.*.405. & signanter in *decis.*409. *n.*7. *p.*1.*dec.*359.*num.*4.*p.*5. *diuers.*Greg.*d.dec.*105. *num.*15.*& seq.* Andr.*d.dec.*36.*num.*6. & in aliis passim. In tantum, vt sufficiat dubitari posse, an aliqua defensio competat, vt interim Dominus teneatur pati, quod prætendens se inuestitum possideat, vt dixit Rota *coram Card. Mantic.dec.*194. *num.*6.Et ex his pariter tollitur aliud obiectum quod Abbas habeat penes se dominium directum, & ciuilem possessionem, quæ trahit ad se naturalem; Quia, vt benè respondet Bero. *cons.*67. *num.*71. *lib.*1. quæstio est respectu vtilis dominij, & possessionis naturalis.

Nec subsistens visa fuit distinctio, quod detur immissio contra Agnatos non autem contra
35 Dominum directum. † Quia in contrarium est *text.clarus in c.*1. si de feud. defuncti contentio sit inter Dominum & Agnat, & ibi feudistæ, Bero.*cons.*67. *num.*73.*lib.*1. Rosent.*de feud.c.*7. *conclus.*48.*num.*2.*& in glos.*2.subiungit male dicere qui contrarium asserere nituntur, Giurb. de *success.feud.*§.2.*gloss.*12. *num.*40. *& seqq.* & ita tenuit Rota *coram Caual. dec.*316.*per tot. Imolen. bonorum coram clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio inter recen. dec.* 16. *num.*2. *& dec.*26.*num.*8.*p.*3. In quibus data fuit immissio fæminæ contra Dominum directum, cui prius fuerat concessa manutentio, vt habetur in *decis. impress.per Marches.par.*1.*fol.*947.

Non obstat, quod talis immissio non possit peti contra Dominum directum in præsenti ca-
36 su, cum versemur in iurisdictionalibus, † quæ non possunt peti in simplici Pessessorio sine titulo, sed veniunt discutienda iura in petitorio, iuxtà cons. Peregr. 2.*lib.*1. Giurb.*de feud.*§.2.*gloss.* 12.*num.*36. *in* 5.*declar.*

Quia etiam in iurisdictionalibus huiusmodi remedium, non solum datur contra Agnatos, &
37 extraneum, vt est textus *in cap.*1. §. *inter filiam si de feud.fuer.controu. inter. Domin. & Agnat. Rolan.cons.*1.*num.*65.*& seq.lib.*1. Verum etiam contra Dominum directum possidentem, vt firmat Bald. *in l. vnica num.*6. *C. si de moment. poss.vers.sed de iure canonico ibi*, & idem si agatur de possessorio iurisdictionis, quod etiam voluit Contard.*in eadem l.vnica limitat.*2.§.7.*sub. num.*14. vbi expressè sufficere dicit colorem tituli etiam in iurisdictionalibus, Bellon. *sen.cons.* 10. vbi in terminis de hærede Testamentario spoliato possessione Castri sine causæ cognitione, illum fuisse reintegratum, absque necessitate discussionis tituli, Passett.*cons.*11.Rolan.*cons.*6. *lib.*3.Osasch.*dec.*116. *num.*6.Alexand.Randen. *cons.*2. *& cons.*3. *vol.*2. Ioseph. Ram. *cons.*93. *num.*2. Rot. *in quadam Imolen. Castri Ducia*, quam refert Contard.*d.limit.*2.§.7.*num.*2. Cas. sad.*dec.*1. *num.*10. *de restit. spol.* Put. *dec.*284. *lib.*2. *qua est. dec.*276. *eodem lib.*2. *in correct.* Mascard.*de probat.concl.*1374. *num.*1. *cum.seq. Imolen. bonorum* 13. *Nouembris* 1592. *coram clar.mem.Cardinali Pamphilio*, Adducti autem
38 pro parte Eminentissimi Abbatis, † vel loquuntur, quando inuestitura clare est concepta, pro solis masculis, vti loquuntur congesti *per Giurb. de success.feud.d.*§.*glos.*11. *num.*36. Vel quando quæstio est de iurisdictionalibus cum fisco Domini supremi prætendente habere ius occupandi tenutam bonorum iurisdictionalium, † & 39
transferendi onus probandi titulum in possessorem, prout in his terminis loquuntur Mænent. *dec.*56. Scacc.*cons.*1.*n.*80. Peregr.*cons.*2. *lib.*1. Quicquid enim sit de isto Priuilegio fisci, non est nunc de eo agendum, certum est enim non competere Dominis directis superiorem recognoscentibus, & huiusmodi Priuilegio fisci non gaudentibus, vt latè distinguit Horatius Montan.*contr.*29.*num.*11.*&* 12.

Cæteræ autem exceptiones, vel nullitates, quæ adducuntur ad impediendam hanc immissionem scilicet circa vtilitatem huius emphyteusis beneplacitum Apostolicum, Bullam Clementis, & alteram Vrbani VIII. de forensibus, diuersitatem inuestiturarum, cum requirant altiorem indaginem, non sunt præsentis inspectionis, & ideo sunt remittendæ ad petitorium, nec vt dicebant possunt nunc impedire exequutionem huius immissionis, maximè concurrente diuturna obseruantia † d. in- 40
uestituræ anni 1621. quæ plurimum attendi solet ad tollendam prætensionem nullitatis, vt per Buratt. *dec.*10. *num.*14. quæ obseruantia continuauit vsque ad obitum Ducissæ Liuiæ, & sic inuestitura erat in statu validitatis, quo casu illius dispositio facilius debet suum effectum sortiri, præsertim respectu immissionis. Rota *in Bonon. bonorum coram bon. mem. Pirouano, impress.inter rec.p.*4.*tom.*3.*dec.*623.*num.*8. & *seq.*

Quæ verò adducuntur pro D. Duce Hippolyto Lantes, & quæ pariformiter possent afferri pro R. P. D. Castracaneo, non sunt apta in hoc iudicio ad impediendum eamdem exequutionem *d.l.fin.* ad fauorem Serenissimæ M. Ducissæ, cum ad hunc effectum opus esset, quod non solum possiderent, sed etiam bona fide possiderent † de qua possesione cum nullibi appareat, nec de ea doceatur, ipsi dici non possunt legitimi Contradictores ad ad effectum, de quo agitur, Bart. *in l.filiam fratribus ff. ad* Trebell. Felin.*in cap. veniens il* 2. *de testibus*, Zuccard.*d. l.fin. num.*373. *& num.*392. *C. de edict. Diu. Adr.tollen.*Dec.*cons.*84.*col.*4.*& cons.*218.*col.*1. firmant hanc opinionem esse communem *cons.* 424.*col.*2. *& cons.*467. Rolan. *cons.*1. *num.*71. *vol.*1. Et dum Serenissima M. Ducissa fuit in Testamento instituta, & vocata in inuestitura, debet immitti, † non solum Domino contradi- 41
cente, sed etiam recusantibus Agnatis, ac aliis prætendentibus *glos.* 1. *in cap.* 1. *de contr. inter masculum, & feminam*, Ioan. Andr. *ad specul. p.*4.*tit. de testam.*§. *pen. in fin.* Dec. *cons.*467. *num.*11. Rolan. *cons.*2. *num.*27. *& seqq. lib.*3. Surd.*cons.*571.*num.*6. Osasch. *dec.*26. *num.*14. Rosental.*de feud.cap.*7.*conclus.*48.*num.*2.*& per tot.* vbi testatur ita resolutum fuisse in Camera Imperiali, Giurb.*de success. feud.* §.2. *gloss.*12. *num.*40.*& seqq.*

Et cessare omnem difficultatem visum fuit, quia ad effectum immissionis sufficit, † quod 42
prædicta requirant altiorem indaginem. Itaut ad petitorum reiici debeant cum iudicium *ex d.l. final.* efficacius refutare soleat similes exceptiones, quam alia remedia possessoria adispiscendæ secuncum Bald.*cons.*141.*num.*1. *post.med. vers. qua enim requiruntur lib.* 1. Dec. *cons.* 587. *num.*12.*vers.& melius*, Rolan.*cons.*2. *num.*38. *lib.*3.

lib. 3. Afflict. *decis.* 119. *num.* 7. Ofasch. *decis.* 26. *num.* 15. Rota *in Bononien. de Maluetiis* 27. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Pirouano.*

Et ita, &c.

DECIS. LII.

R. P. D. Cerro.

Vladislauien. Villæ de Hoppenbruch.

Veneris 13. *Aprilis* 1646.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in quasi possessione vtilis dominij est concedenda.*

2 *Priuatio habitum præsupponit.*

3 *Canonum solutio probat possessionem rei, pro qua soluitur.*

4 *Possessio continuata de præterito in præsens præsumitur*

5 *Episcopus in causis ad eum spectantibus recusari potest.*

6 *Sententia nulliter, & attentatè lata non priuat possessione.*

7 *Deuolutionis pœna à Monasterio non incurritur per excessum factum à non habente mandatum speciale.*

Exceptio turbida reiicitur ad petitorium in manutentione, n. 9.

8 *Negatiua solutionis non factæ probatur ex perquisitione librorum in quibus solent adnotari.*

PRæuia vnica decisione coram R. P. D. meo Ottobono die 3. Iulij præteriti, Abbate, & Monachis Pelpilneñ. tantùm informantibus fuit relaxatum mandatum de manutenendo ad illorum fauorem loco reuocationis attentatorum commissorum per Reuerendissimum D. Episcopum Vladislauien. à quo interposita appellatione, & mihi per Signaturam commissa causa cum facultate manutenen. quem de iure, proposui hodie dubium an & cui esset dandum mandatum de manutenendo quod DD. dandum esse eisdem Abbati, & Monachis in quasi possessione vtilis dominij tantùm responderunt, quia cum doceant de illorum vtilis do-
1 minij † possessione, sunt manutenendi ad statum, in quo reperiebantur de tempore motæ litis, ad text. *in cap. querelam, de elect. san. mem. Gregor. decis.* 569. *num.* 3. Rota *decis.* 159. *num.* 1. 3. *decis.* 76. *num.* 1. *& decis.* 79. *num.* 9. *&* 20. *par.* 5. *recent.*

Huiusmodi autem possessio probatur: Primò, ex diuersis edictis, & citationibus per D. Episcopum contra eos decretis ad effectum procedendi ad priuationem Villæ, de qua agitur, *Summario Abbatis num.* 8. ex quibus necessariò resultat
2 antecedens illorum possessio, cum priuatio † habitum præsupponat, *vulg. l. decem. ff. de verb. signif.*

Secundò, ex continuatis solutionibus Canonum vsque & per totum annum 1644. *dict.*
3 *Sum. num.* 7. quæ continuatæ solutiones † probant possessionem soluentium, cum sit penitus inuerisimile quod dicti Abbas, & Monachi canones persoluissent, nisi in possessione permansissent: Aret. *in l. qui Vniuersitas*, §. *quod per Colonum sub num.* 8. *vers. vnde licet, de acquir. poss.* Gabr. *de locat. conclus.* 4. *num.* 7. Rot. *in Regien. Bonorum* 15. *Martij* 1630. *coram bon. mem. Coccino, quæ est* 293. *num.* 38. post Modern. Perus. *de manut.*

Accedente præsertim antiquissimo laudo lato de anno 1519. ab Episcopo Varmieñ. Iudice arbitramentali deputato à Procuratoribus Episcopi Vladislauieñ. vniuerso Capitulo, Abbate, & Monachis Pelplineñ. & ab iis omnibus postmodum acceptato *dict. Sum. num.* 3. 4. *&* 5. in quo pronunciatum fuit Abbatem, & Monachos prædictos restituendos esse ad actualem, & corporalem vtilium possessionem Villæ de qua agitur: hinc enim huiusmodi possessio † continuata præsumitur vsque in præsens, nisi ab altera 4
parte doceatur de contrario, ad not. per gloss. *in l. siue possidetis in verb. constitui, C. de prob.* Aret. *in* §. *retinenda, num.* 3. *Instit. de hared.* Alexand. *cons.* 133. *num.* 3. *lib.* 1. Card. Seraph. *decis.* 1047. *num.* 8. *& dec.* 1154. *num.* 4. cum aliis *in Rossanen. decimarum* 4. *Iulij* 1640. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Non obstat quod sequuta deuolutione debeatur Domino directo manutentio etiam quoad dominium vtile: Quia hoc casu deuolutio non probatur: Aut enim deducitur ex sententia D. Episcopi, & cum ipse processerit in spretum inhibitionis Rotalis, & postquam ab Abbate, ac Monachis fuerat tanquam suspectus † recusatus, 5
prout recusari poterat, cum commodum, & incommodum ad eum pertineat, *l.* 1. *C. ne quis in sua caus. iudicet:* Abb. *in c. cum venissent, num.* 9. *vers. item si*, ibique Felin. *n.* 7. & Dec. *n.* 6. *in fin. de iud.* Nat. *cons.* 174. *n.* 7. *lib.* 1. Surd. *cons.* 50. *n.* 18. vbi quod ordinarius recusari potest nedũ vbi res spectat ad mensam Episcopi, sed etiam vbi est Ecclesiæ: Capic. *decis.* 137. *num.* 6. *&* 7. cum aliis copiosè adductis per Modern. Beneuent. *de iudic. suspec. cap.* 5. *num.* 27. 28. 30. *&* 32. tanquam nulliter, & attentatè lata † allegari non 6
meretur, nec ipsos sua possessione priuauit, vt fuit resolutum *coram R. P. D. meo Ottobono dict. die* 3. *Iulij præteriti.*

Aut deducitur ex prætensa denegatione directi dominij ducta ex eo quod executores mandati de manutenendo manutentionem concesserunt Abbati, & Monachis tam quoad vtile, quam quoad directum dominium: Et nec etiam releuat, tum quia exequutores mandarunt illos in Dominos recognosci, prout ante motam litem recognoscebantur, *Sum. Episcopi num.* 6. & per cõsequens ratione solius vtilis dominij. Tum quia præfatus excessus † non fuit ad petitionem 7
Abbatis, nec de speciali illius mandato capitulariter facto, prout opus esset ad incurrendam pœnam deuolutionis, ad not. gloss. *in c. cum dilectus in verb. repromisit, vers. & quia non habuit*, vbi Innoc. *ante fin. vers. hinc, de relig. dom.* Roman. *cons.* 60. *num.* 2. Oldrad. *cons.* 199. *num.* 11. Lap. *alleg.* 127. *num.* 4. *in fin. &* 5. *san. mem. Greg. decis.* 520. *num.* 7. Tum demum, quia causa fuit mihi commissa cum facultate manutenendi quem de iure, & sic obiectum non releuat: Posset enim procedere si ageretur de sustinendo mandato iam relaxato, secus autem quando prout hic ex integro quæritur cui sit danda manutentio.

Aut denique ob inobseruantiam pactorum, & non solutionem duorum denariorum, & cum constet de possessione Abbatis & Monachorum illos

illos non soluendi à dicto anno 1519. continuata vsque in præsens, vt ex fide Notarij *Sum. Abbatis num.9.* qui testatur se fecisse diligentias de perquirendis solutionibus dictorum denario-
8 rum in libris, † in quibus huiusmodi solutiones adnotari solent, nec vllam solutionem inuenisse factam ab Abbate & Monachis in hanc causam, qui est optimus modus probandi negatiuam: Bart.*in l.fin.num.1.& seqq. C. de reb. credit.* Surd.*consil.55.n.14.* Rot.*in recent. dec.455. num.4.part.2.* Nulla considerari potest inobseruantia inducens deuolutionem.

Quæ omnia licet sufficiant pro ea euitanda
9 adhuc satis esset quod esset turbida, † vt interim Domino vtili denegari non possit manutentio reiecta ad petitorium exceptione deuolutionis: Gabr. *consil.7.num.12. lib.2.* Franc. Aret. *cons.21 n.6.* Modern.Perus.*de manut. obseru. 16. num.47.& 48.* Rot. *coram san. mem. Greg.dec. 105.n.10.& 18.* & postremo resolutum fuit *in Fanen.seu Senogallien.Castri Montis Leonis 14. Martij præteriti coram R.P.D.meo Meltio.*

Et ita resolutum vtraque, &c.

DECISIO LIII.

R. P. D. ARGVELLES.

Bononien. fideicommissi de Guidottis.

Veneris 24. Ianuarij 1648.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio de descendentibus singulariter facta est vulgaris.*
De descendentibus ex coniecturis dicitur fideicommissaria, n.2.
Facta deficientibus omnibus est fideicommissaria, n.10.
3 *Descendentes hæredes vsufructuarios instituens censetur grauare per fideicommissum.*
Vocati cum qualitate masculinitatis per fideicommissum vocati censentur, n.7.
Amplia, vt n.8.
Vocati sub qualitate hæredis intelliguntur ordine successiuo, n.39.
4 *Vsufructuarij, & fideicommissarij æquiparantur.*
5 *Voluntas etiam ex actu nullo colligitur.*
6 *Clausula*, per lineam masculinam, *importat coniecturam fideicommissariæ substitutionis.*
9 *Testator volens bona sua remanere penès masculos intelligitur per fideicommissum.*
11 *Digressus ad plures gradus præ se fert fideicommissum.*
12 *Verba*, per nissum tempo auenire, *durationem perpetuam denotant.*
Quodcunque tempus omnè in infinitum significat, n.18.
Tractum temporis importantia fideicommissum induunt, n.32.
Post mortem habent tractum temporis successiuum, n.36.
Morissero ò moriranno, *referunt ad quodcunque tempus deficientiæ, n.40.*
Non à essendo quodcunque tempus respiciunt, num.41.
Voglio che sia, *fideicommissariæ magis, quàm vulgari adaptantur, n.43.*
Ciuilia ex coniecturata voluntate testatoris possunt obliquari, n.45.
13 *Diuisionis prohibitio coniecturam fideicommissi præstat.*
14 *Prohibitio realis afficit bona ad quoscunque transeant.*
Alienationis sub pœna nullitatis, & priuationis contrauenientibus arguit fideicommissum, n.15.
Alienationis dicitur vestita ex prohibitione alienantium, n.16.
Trebellianica est coniectura fideicommissi, num.22.
17 *Grauari non possunt non honorati.*
19 *Priuatio præsupponit habitum.*
20 *Exceptio aliquorum à pœna priuationis arguit fideicommissum: de regula esse debet, num.21.*
23 *Onere ex perpetuo resultat fideicommissum.*
24 *Perpetuum dicitur, quod loco deficientis recipit subrogationem alterius.*
25 *Fideicommissum in perpetuum censetur ex dispositione, quod nullo vnquam tempore hæreditas esset sine hærede.*
Inducitur ab exclusione fisci in casum delicti, num.26.
Inane reddi non debet, n.29.
27 *Exclusio Ecclesiasticorum à fideicommisso pro conseruatione familiæ non in odium cœlibatus facta dicitur.*
28 *Familiæ qualitas fideicommissi coniecturam præstat.*
30 *Obseruantia dubiam testatoris mentem declarat.*
31 *Clausula codicillaris potest inducere fideicommissum coadiuuando coniecturas.*
33 *Coniectura simul vnita considerantur, vt singulæ, quæ non iuuant simul vnitæ prosint.*
Leues pro fideicommisso in descendentibus sufficiunt, n.34.
35 *Dictio*, doppo, *significat quodcumque tempus post, & aliquando statim, n. 38.*
39 *Discretiua dispositio testatoris operatur, vt sit facienda diuersa interpretatio à significatione verborum testamenti.*
42 *Verbum*, deficientibus, *quemcumque casum non existentiæ amplectitur.*
Lascio, institutionem factam per verba directa trahit ad fideicommissariam, n.44.

PEr obitum Francisci Mariæ de Guidottis, orta fuit controuersia inter Dominos Saülum, Vincentium & Carolum de Guidottis ex vna parte, & Dominos Iulium Cæsarem, & Valeriam pariter de Guidottis ex altera: Illi enim prætendebant bona ab eodem Francisco Maria relicta, esse subiecta antiquo fideicommisso Ioannis senioris de Guidottis ordinato ad fauorem omnium descendentium masculorum. Isti verò esse libera, ex quo descendentes fideicommittentis fuerant solùm per vulgarem, non autem per fideicommissariam vocati. Et propterea ad dirimendam hanc controuersiam dedi dubium. An ex testamento Ioannis senioris constet de fideicommisso descensiuo ad fauorem omnium descendentium masculorum: Et per Dominos fuit affirmatiuè responsum.

Nam quamuis in vocatione simplici facta de descendentibus non includatur nisi sola vulgaris, non autem fideicommissaria, † adeout primo adeunte expiret substitutio quoad alios iuxta 1
doctrinam. Cuman. communiter approbatam *in l.cum ita 32.§.in fideicommisso ff. de leg.2. & in l. Gallus 29.§.quidam rectè num.7. ff. de lib. & posth.* quam opinionem vti communem perpetuò sequuta est Rota, *vt in decis.125. num.1. decis.143.num.10.part.1.recent.*

Nihilominus, quando ex verbis, & coniecturis indè resultantibus constat Testatorem voluisse in tempus longæuum disponere, ac perpetuum succedendi ordinem in eius hæreditate;
2 † tunc omnes Doctores conueniunt, successiuum inter descendentes vocatos, inductum esse fideicommissum, idem Cuman. *in dicta l. cum ita 32.§.in fideicommisso sub.num.4. ff.de leg.2.* Fusar. *de subst. quæst 382. num.52. & quæst.479. num.56.& 93.*qui dicit, omnes hanc conclusionem admittere nemine dissentiente Rota *decis. 168.num.9.par.3.decis.212.num.1. & 2.par.4. decis.366. num.10.par.4. tom.2. decis.649.n.2. & seqq.part.4. tom.3.recent.* Addent. *ad S.mem. Greg. X V. decis.207.num.9.vers.prædicta opinio in Anconitana, seu Senogallien.fideicommissi 27.Aprilis 1626.& 16.eiusdem mensis 1627. coram bon. mem. Pirouano Romana fideicommissi de Incoronatis 19. Maij 1638. coram Eminentissim. D. meo Pancirolo Perusina fideicommissi de Pontanis 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio.* Et nihil referre, quod verba tractum temporis significantia non legantur posita in ipsa substitutione: sed sufficere ex aliis coniecturis induci voluntatem Testatoris faciendi perpetuum fideicommissum, vltra supra relatos, ex Anch. Alban. Magon. tenuit Fusar. *de subst.d.quæst.382.num.33.*

Plures autem in proposito casu ex testamenti lectura resultant coniecturæ. Quarum prima deducitur, ex eo, quod omnes suos descendentes,
3 † hæredes vsufructuarios totius suæ hæreditatis, omniumque bonorum instituit, vt in *cap.39.* ex quo infertur, eos fideicommisso grauasse, & de restituendo cæteris hæreditatem Castr. *in l. certi iuris.8. in. fin. C. de testam.milit.* Fusar. *de subst.quæst.247.n.41.* Menoch. *lib.4.præsumpt. 141.num.5.*Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.9.tit.5. num.12.* Castill.*de vsuf.cap.8.num.45.*

Voluit enim Testator clarius id exprimere
4 propter magnam cognationem, † quam habent inter se fideicommissarij, & vsufructuarij dum eis, nec permittitur venditio, locatio, Emphyteusis hypotheca, seruitutis constitutio, nec quæcunque alienatio, nec rem facere deteriorem, vt optimè Molin. *de primog. cap.19. n.15. ex communi Doctorum traditione,* latè Castill. *de vsuf.cap.4.& 5.per tot.& cap.30.32.* Mant. vbi proximè, propterea velere argumentū ab vsufructuario ad fideicommissarium & è cōtra dixerunt multi apud Molin.*de primog.lib.1.cap.7. num.8.* & fideicommissario conuenire definitionem vsufructus, multi alij apud Castill. *d.cap.5.num.2.* & vsufructuarius vocatur fideicommisso grauatus in *l. species 15.ff. de auro & arg.leg.* Molin. vbi supra *num.1.*Guttier.*pract.q.lib.2.q.17.n.10. & lib.3.q.89. n.7.* Giurba *multis citatis dec.79. num.13.*

Hincque videmus sæpius Institutores maioratuum solere disponere se velle maioratus possessores vsufructuarios tantum esse, non veros dominos. Et quicquid sit An id fieri possit nulli proprietate relicta, vel An Testator hic faceret hæredes in proprietate vt colligi videtur *ex c.40.* sufficit nobis habere illam voluntatem † quæ ex 5
actu nullo colligi potest *l.fin.ff.de reb. eorum* ibique Bald. Gottofr. *littera V.* Ruin *cons.144.n.9. lib.2.* Menoch.*lib.4. præsumpt.167.n.12.* Rota *decis.100.n.21.par.1.diuers.*

Secunda coniectura habetur ex subsequentitibus verbis *Mio descendente per linea Masculina*: Quia tam dictio illa, *Per*, quam verbum *linea* † collectionem, & successiuitatem gra- 6
duum, & personarum denotat ac si dictum fuisset de gradu in gradum & de descendente in descendentem vt appositè & eleganter explicat Rota *dec.6.num.20. & seqq.& dec.21. num.19. & seqq.part.5. rec.* vbi quod alias inutiliter fuissent adiecta verba hæc *per linea masculina:* Decian. *cons.28. num.17. lib.2.* & fuit dictum *in Tiburtina fideicommissi 14. Ianuar. 1647. cor.me.*

Tertia prouenit ex eo quod prædicti descendentes fuerunt vocati cum qualitate masculinitatis, † & sic omnes masculi censentur in per- 7
petuum grauati de restituendo de vno in alium gradatim, & successiuè. Paris.*cons.63. num.13. vol.1.*Menoch. *cons.277. num.10. lib.3.* Ceph. *cons.137.num.12. lib.1.* Aym. *cons.130. num.6. tom.1.* Lancell. Gall. *cons.17. num.19.* Castill. *contr.lib.4.cap.9.num.48.& lib.5. cap.92.n.12.* Fusar.*de subst.q.382.num.47.* Addent.ad Molin. *lib.3.de primog.c.5.num.25.dec.*Granat. *53.n.9.* Rota *dec.193.num.4.dec.143.num.6.part.1.decis.168.num.3. part.5. d.decis.212. n.4.part.4. rec.decis.483.part.4.diuers.*

Et quod magis vrget, cum qualitas masculinitatis fuerit pluries repetita inde resultat magis enixa Testatoris voluntas † vt bona perpe- 8
tuo pœnes omnes masculos conseruentur, Paris. *consi.90. n.16.vol.2.* Rota *decs.698.n.2.part.1. diuers.& decis.168. num.5. post.med.vers. quod fortius procedit part.3.recent.*

Maximè cum concurrat etiam voluntas Agnationis desumpta ex vocatione fœminarum limitatiuè facta, & post agnatos *d.decis.Granat.cum aliis ibi congestis num.26. vers. fin.* Ideo pœnes descendentes masculos bona conseruari † non 9
possunt si fideicommissum terminaretur in primis institutis & nisi exclusis fœminis, omnes descendentes essent grauati de restituendo gradatim & successiuè de vno in alium, Paris.*de cons. 63.num.13.vol.2.*Anch.*cons.152.num.9.*Ceph. *cons.478.num.37.lib.4.* Lancell. Gall. *d.con.17. num.19.& 20.*Bursatt. *cons.227.num.27.28. & num.33.lib.3.* Menoch. *cons.277.num.10.lib.3.* Becc.*cons.159.num.27.& 28.lib.2.* Rota *coram bon.mem. Coccin.decis.493.num.7.* Et quicquid sit de supradicta coniectura, certum est quod vnita cum aliis infra dicendis multum operatur.

Quarta desumitur ex verbis cap.41. *E se accaderà che dopo la morte mia non si trouerà viuere alcuno delli dd. miei descendenti ò che per l'auuenire tutti morisero, ò morirrano, &c. All'hora voglio è così lascio, e sostituisco per quel modo e migliore che di ragione si deue e può in tal caso miei heredi, &c.* Hæc enim sic absolutè, ac Indeterminatè respectu tēporis prolata, † absolutè, ac 10
indeterminatè intelligi debent quocumque tempore etiamsi descendentes post plura sæcula deficiant, ac proindè non aliter effectum sortiri possunt nisi omnes descendentes sint successiuè substituti

substituti, & grauati restituere; vltimo Rota *decis.492.num.1.vers. supradicta doctrina, part.4. diuers.cor. Card. Seraph.decis.934.num.8.& seq.* & post Giouagn. *cons.36. num.45.& 55. lib.2. & dec.366.num.15.& seq.p.8. recent.* Idémque his non allegatis dicit Fusar. *de sub. quæst.382. num.44.*

Quinta proficiscitur ex longa, & multiplici substitutionum serie: Ioannes fideicommittens post mortem omnium suorum descendentium, *in d. cap. 29.* substituit quam plures alios de Guidottis sibi transuersales, & insimul descendentes Patientiæ eius filiæ naturalis, & alios inde magis extraneos in casu quo aliquis ex illis sic substitutis sine descendentibus decesserit, vt *in cap. 43. & seqq.* Et in defectum omnium prædictorum voluit succedere debere, & esse suos hæredes vnum vel plures pueros ex Hospitali Expositorum per dictos suos hæredes extractos, vel extrahendos, vel alio modo eligendos, vt *in c. 50. & seqq.*

11 Hic autem digressus † multum vrget pro constitutione perpetui fideicommissi: Grat.*consil.5. num.18.lib.2.*Fusar. *consil.93. sub n.6. vers.præterea:* Menoch.*consil.195.n.5.consil.1006.n.5. & de præsumpt. lib.4.præsumpt.68.num.*10.Hier. Leo *decis. 60. num. 7.* Rota post Giouagn. *dict. consil. 36. num. 53. lib. 2. in Bonon. fideicommissi de Luparis 26. Ianuar.1618. coram Remboldo in Auximana fideicommissi 22. Martij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Decano in Bonon.fideicommissi de Boateriis 13.Maij 1641. coram bon. mem. Merlino in Romana fideicommissi de Mutis 19.Februar.1646.coram R.P.D. meo Meltio in dicta Perusina fideicommissi de Pontanis 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio, & in Romana fideicommissi 27. Maij 1647. coram R. P. D. meo Ottobono.*

Sexta elicitur ex prohibitione diuisionis bonorum stabilium amplis, & enixis verbis concepta *in cap.61.*ibi: *E più voglio e così lascio che per nissun tempo auenire si possa ne debba diuidere li beni immobili della mia heredità per qualunque persona, ne etiam a tal diuisione per miei heredi ò Commissarij si debba consentire.* Ex quibus apertissimè colligitur Testatorem voluisse, quod omni tempore eius bona conseruarentur in suis descendentibus, cum id importent

12 verba illa, *per nissun tempo auenire*, † quæ continuationem, & durationem perpetuam denotant *arg.l.seruitutes, ff.de seruit.l.eum debere, col.32.ff.de seruit.vrban.præd.* Valenz.*consil.85. num.28.* ex Aret.& Soc. Rimin. *cons.23.n.227. lib.1.*

In hoc præsertim casu cum in his verbis subsequentibus post istam diuisionis prohibitionem

13 apposita sit ratio, † *Perche voglio siano vniti insieme in perpetuo, e che siano gouarnati & procurati secondo l'ordine di questo testamento, &c.* Cum enim insimul vnita stare non possint in perpetuum sine perpetuo fideicommisso: Molin. *de primog.lib.1.cap.4.*

Hinc sequitur sufficiens coniectura quod non ad alium finem, quam perpetui fideicommissi diuisionem prohibuerit: Peregr. *de fideic. art.11.à n.29.& seq.& cons.53.n.3.lib.5.*Fusar. *de subst.q.227.n.5.& quæst.686.n.12.& 13.& cons.176.n.12.*Gozad.*consil.102.n.17.* Cornaz. *decis. Lucens. 122. num. 4.* Rota *decis.10. n.5. & decis.125.sub num. 9. vers. vlterius, part.1.* Decis.S.R.R.ad R.P.Melium.

& decis. 284. num. 24. & seqq. part. 6. recent.

His accedit, quod huiusmodi diuisionis prohibitio est realis ibi, *ne debba diuidere li beni immobili, &c.* & per consequens ipsum pariter fideicommissum erit reale, & † sic perpetuum, 14 ita vt hæc bona in omnes personas, & possessores transeunt cum onere fideicommissi: Lancel. Gall.*consil.114.n.52.*Bec.*consil.24.n.28. & seq. lib.1.& consil.196.num.16.lib.2.* Colleg.Patau. inter cons.Peregr.*consil.38. n.15. vol.1.* Decian. *cons.54.n.26.vol.2.* Cephal.*consil.478.num.47. lib.4.*Bursat.*consil.227.n.35.*Mandel. *consil.93. n.1.à vers.succedat,lib.1.*& *ibi* Addent.Menoch. *cons.1099.n.15.lib.11.*Zuccar.*decis.Lucens.76. n.144.& seqq.* Castil. *decis.153.n.22. vers.fortius lib.2.*Rot. *d.dec.163.n.3.par.3.& dec.357. n.10.part.4.tom.2.recent.*

Septima colligitur ex prohitione alienationis immediatè *sequenti cap. 62.* amplis, ac geminatis verbis omnes casus complectentibus facta quibuscumque hæredibus suprà vocatis cuiuscumque gradus, ordinis, & conditionis adeò quod tam descendentes, quam alios verè comprehendit iniuncta pœna nullitatis, ac priuationis contrauenientibus: † Quæ perpetui fidei- 15 commissi ordinationem inducit. Curt.iun. *consil.22.n.23.vers.postremò confirmatur:* Decian. *consil.50.n.22. lib.1.* Eugen. *consil.44.n.53.& seqq.* vbi eleganter quod ad vestiendam alienationis prohibitionem sufficit annullatio, & priuatio † in casu contrauentionis: Fusar.*de subst.* 16 *quæst.688.n.71.* Gabr. *de fideic.lib.4.conclus.9. n.42.*Rota post Giouagn.*cons.75. n.76.lib.1. & d.dec.357.n.2.p.4.tom.2.*

Confirmari videtur præsens coniectura *ex cap. 49. & 50.* vbi non solùm in casum mortis, sed in casum contrauentionis fecit substitutiones, ibi: *Accadendo che tutti li sopradetti heredi vsufruttuarij tanto morissero, ouero mancassero d'esser heredi per virtù & ordine di questo testamento per suo demerito, ò per altra cagione. All'hora voglio, & in tal caso sostituisco, &c.* Et ibi: *o viuendo tutti mancassero per morte ouero mancassero d'esser miei heredi per virtù & ordine di questo testamento per suoi demeriti, ò altra cagione, &c. à quelli ò quello sostituisco, &c.* Ex quibus simul iunctis non solùm remanet vestita prohibitio, sed inductum perpetuum fideicommissum ex suprà citatis.

Vltra quod apertissimè constat Testatorem voluisse fideicommissum facere ex eo quod *dict. cap. 62.* prohibuit alienationem hæredibus cuiuscumque gradus, & per quodcumque tempus, & sic omnes † videntur vocati aliàs grauari 17 isto onere non potuissent ex vulgari text.*in l. ab eo 9.Cod.de fideic.l.si adrogator 22.C.de adopt.l. vnum ex familia 67. ff.de leg.2.l.1. §. sciendum, ff de leg.3.*Et verbum quodcumque cum sit vniuersale omne tempus in † infinitum significat, *l.* 18 *à Procuratore 13.C.mand.cap. solitæ 6.de maior. & obed.* Barbos. *d.317.n.1.& seqq.* Et per talem diuisionis, & alienationis prohibitionem intrat vulgaris regula:priuatio † præsupponit habitum, 19 *l.decem 116.ff.de verb. oblig.* Rota *coram sanct. mem.Greg.XV. decis.200.num.2.*& *ibi* Addent. *num.5. & decis. 458. num.3. & 4. & in Pisaurien.Manutentionis 4.Iulij 1646. & prima Februarij 1647. coram me.* Nam si dicti descendentes non essent ipsius hæredes vtique non posset illos priuare.

m 2 Et

Et ad corroboranda prædicta concludens præsumptio resultat ex verbis *cap.*63. ibi, *Non voglio però che li suoi descendenti patiscano per tal delitto, &c.* Quæ profectò sunt demonstratina intentionis Testatoris, quod voluit omnes descendentes vocare, & successiuum inter ipsos inducere fideicommissum, nam alioquin fuisset ineptum à priorum destitutione, ac pœna specialiter excipere, † ac præseruare interesse, &
20 cialiter excipere, † ac præseruare interesse, & præiudicium sequentium, quorum ius primis admissis expirasset: Socin. iun.*cons.*136.*sub n.*25. *vers. & istud ostenditur & seq.lib.*3.& comprobat aliis relatis Fusar.*de subst.d.quæst.*688.*à num.* 71 Ro a *in d.Rom. fideicom. de Incoronatis* 19. *Maij* 1638.*& in Romana fideicom. de Alieortis* 16. *Maij* 1639. *coram Eminentiss. D. meo Panzirolo*, Et frustanea fuisset dicta exceptio,
21 † quæ debet esse de regula *l.quæsitum* 12. §.*denique ff.de fund.instr.gloss.in rubr.de reg.iur.in* 6. Rota *decis.*144. *num.*6. *par.*1. *recent. & coram Seraph.decis.*980.*num.*7.

Octaua trahitur ex prohibitione Trebellianicæ expressè facta eisdem descendentibus *in cap.*
22 38. Vndè necessaria resultat coniectura † fidei, commissi in quo tantum locum habet, Valenz. *cons.*185.*num.*55. *lib.*2. Peregr. *de fideic.art.*3. *sub num.*4.*& art.*5. *sub.num.*12. *vers. item prohibitio illa:* Fusar.*de subst.quæst.*277.*num.*11. Menoch. *lib.*4.*præsumpt.*68.*n.*15. *& d. cons.*1006. *num.*8. *Surd.cons.*541.*n.*31.*in fin. vol.*4. *Hier. Leo d.decis.*60.*num.*12.Rota *in Bononien. fideicom.de Nascentoriis* 23.*Iunij* 1642. *coram Reuerentiss.Præside Vallisoletano.*

Nona educitur ex quo omnes hæredes *Che di tempo in tempo si trouaranno* fuerunt grauati perpetuis oneribus. Voluit enim Testator ad istos, & ad Commissarios *Che di tempo in tempo si trouaranno* spectare electionem Depositarij, Gubernatoris, & factoris qui suam hæreditatem pro tempore administrent, & custodiant, *vt in cap.*20. *& seqq.* Electionem personæ publicæ pro lectura Testamenti *vt in cap.*79. Adoptionem hæredis in casum extinctionis linearum vocatarum, *vt in cap.*53.*&* 57. Ex quibus oneri-
23 bus manifesta resultat voluntas Testatoris, † quod fideicommissum debeat esse perpetuum cum illa adimplere non possint, nisi gradatim sint ad fideicommissum vocati: Fulg.*cons.*68.*num.*3. *vers. & hoc etiam confirmat:* Anch.*cons.*27. *num.*7. *Socin.sen.cons.*12.*sub.num.*18. *post med. à vers. confirmantur prædicta vol.*3.Socin.iun.*cons.*136. *num.*24. *& seq. vol.*3. Natt. *cons.*531.*num.*28. *& seq. tom.*3. Pereg.*cons.*8. *num.*6.*propè finem vol.*4.Mant.*de coniect.lib.*6.*tit.*15.*num.*12.*vers. sed rursus* Menoch. *de præsumpt.lib.*4. *præsump.* 69.*num.*12.Barbat.*de fideicommiss.part.*1.*cap.*8. *num.*94.*in d.Tiburtina fideicom.*25.*Maij* 1646. *&* 14.*Ianuarij* 1647.*coram me.*

Quæ perpetuitas plurimum confirmatur ex quo perpetuos Executores in testamento reliquit, nempe Priorem S. Damiani, Inquisitorem, & Massarios Societatis S. Dominici, *vt in cap.*70. adiectis verbis *Che di tempo in tempo sarà.* Ex qualitate enim dictorum Commissariorum colligitur fideicommissum esse perpetuum cum illud
24 dicatur perpetuum, † quod loco deficientis recipit subrogationem alterius *l.eum debere ff.de seruit. vrb.præd.* Anch.*d.cons.*27. *num.*7. Decian. *cons.*114.*n.*19.*vers. similiter cum reliquit vol.*3. Socin sen.*cons.*48.*num.*3.*in princ.vol.col.*3.

Decima depromitur ab exacta admodum diligentia Testatoris in prouidendo sibi de hærede in futurum in quolibet casu præcipiendo præsertim cuilibet hæredi, præscribendo eisdem modum eligendi vnum ex pueris Hospitalis expositorum. *In ogni caso ch'occorrere à che la mia herédità stasse in pericolo di mancare d'heredi vsufruttuarij, vt in cap.*51. *& seqq.* ex simili namque dispositione, & declaratione quod nullo vnquam tempore sua hæreditas sine hærede remanere deberet, † aperte deprænenditur inter 25
omnes successiuè nominatos fideicommissum in perpetuum protrahere voluisse, vt in similibus terminis fuit firmatum *in d. Bononiens. fideicom. de Luparis* 26. *Ianuarij* 1618. *coram Rembaldo, & in d.Romana fideicomm. de Incoronatis coram Eminentiss. Domino meo Panzirolo, & in d. decis.*125.*num.*6.*part.*1.*recent.*

Decima stat in prouisione facta ab ipso Testatore in casu delicti ne bona vadant ad fiscum, vt *in cap.*64.Ex qua prouisione † absolutum in- 26
duci fideicommissum probauit *Eugen. d.cons.*44. *num.*62. *Sforz.cons.*53.*num.*13.*& seq.* Petr. *de fideicommiss. q.*5. *num.*146. Castill. *decis.*153. *num.*29. Rota *in d. Tiburtina fideicommiss.*14. *Ianuarij* 1647.*coram me*, vbi ex Molin. & aliis.

Vndecima probatur ab exclusione Religionis, Ecclesiæ, & similium, *vt in c.*66. Quæ exclusio dicitur facta non in odium cælibatus, † sed 27
pro conseruatione familiæ: Malin.*l.*2. *de primog. cap.*12.*n.*54.*& ibi* Addent. Castill. *contr.tom.*5. *cap.*99. Rota *in d. Tiburtina fideicom.*25. *Maij* 1646.*coram me.*

Quod certius redditur attenta nobilitate familiæ, † & qualitate Testatoris ex quibus rectè 28
præsumitur voluisse ipsam familiam conseruare per sua bona, *l.pater* 36.§.*Iulius ff.de leg.*3.*l.ex facto* 17. §.*si quis rogatus ff.ad Trebell.* ibi ex dignitate, & conditione Testatoris: Mantic. *de coniect.lib.*6.*tit.*10.*num.*3.*& seqq.* Tiraq. *de nobilit.cap.*37. *num.*23. qui dicit hoc esse proprium virorum nobilium Valenz. *cons.*40. *n.*19. Hier. Leo. *d.decis.*60.*num.*13. *&* 14. Rota *decis.*51, *num.*2.*vers.& prima est par.*1.*diuers.*

Duodecima ponderatur, quia si omnes descendentes in infinitum non essent vocati ad hoc fideicommissum, sequeretur, quod deficientibus primis vocatis cum filiis, vniuersa substitutionum congeries, † ac dispositionis moles, tanto studio, 29
ac labore ad posteritatis beneficium à Testatore ordinata concideret *ad l.cum Auus* 101. *ff.de condit.& demonstr.l.cum acutissimi* 30. *C. de fideicom.* Quod sanè absurdum est, ac naturali rationi sanoque intellectui prorsus repugnans Soc.iun. *cons.*136. *num.*22. *& seq. lib.*3. Fusar. *cons.*24.*num.*19.Barz.*decis. Bonon.decis.*6.*n.*42.

Decima tertia pendet ex eo, quod eiusdem Testatoris descendentes à primis vocatis constanter censuerunt, declararunt, & fassi fuerunt d.fideicommissum descensiuum & duraturum, Ideoque Apostolicam dispensationem impetrarunt pro diuisione dd. bonorum, † vt patet ex 30
instrumento relato in *Sum.Valeriæ sub.num.*11. Quæ sanè plurimum conferunt ad declarandam dubiam Testatoris intentionem: Menoch. *cons.* 349.*n.*15.*cons.*640.*n.*6. *cons.*885. *n.*5. *& cons.* 994.*n.*4. Ceph. *cons.*751. *n.*89. *lib.*1. Pereg. *cons.*34.*num.*6.*lib.*3.Fusar. *cons.*125. *num.*130. Multo fortius, quia Franciscus Maria Pater ipsius Valeriæ, & Iulius Cæsar Patruus idem confessi sunt.

Decima quarta inducitur ex clausula Codicillari,

lari, quæ poteſt inducere perpetuum fideicom-
miſſum inter comprehenſos nomine collectiuo,
31 † & multum roboris aliis coniecturis adiungit,
Peregr.*conſil.*91.*n.*42.*lib.*1.& ante ipſum Socin.
iun. *conſil.*29.*num.*5.*verſ. & hoc videtur, vol.*3.
& idem ſentiunt Dec.*conſil.*241. *ſub n.* 2. *valde
poſt med. & verſ. tertio in iſto caſu:*Theſaur.*de-
ciſ.*60.*ſub n.*2.Rota *deciſ.*61.*n.*11.*part.*7.*recent.
& in dict. Tiburtina fideic.* 25. *Maij* 1646.
coram me.

Denique,quia idem Teſtator vbique vſus fuit
verbis habentibus tractum ſucceſſiuum, vt ſuprà
fuit oſtenſum,& *in cap.*21.22.34.49.59.62.70.
leguntur verba, *di tempo in tempo*, in cap. 26.
che per lo tempo ſaranno, in cap. 48. *ſoſtituiti
d'anno in anno*, cap.65. *per niſſum tempo*, & in
cap.26.61.63.habentur verba,*in perpetuo*; quæ
32 omnia tractum temporis important, † & oſten-
dunt omnes deſcendentes in infinitum eſſe voca-
tos:Alex.*conſil.*53.*n.*12.*vol.*6.Rota *in Bononien.
fideic.de Naſcentoriis* 14.*Decembris* 1636. *co-
ram Motmanno in d. Romana fideicommiſſi* 27.
Maij 1647.*coram R.P.D.meo Otthobon.*

Et quamuis iſtæ coniecturæ enumeratæ pro
inducendo hoc perpetuo fideicommiſſo fuiſſent
leues, cum tamen grauiſſimæ ſint, attamen con-
iunctæ multum operantur, & ſufficere videntur,
cum in hac materia non veniant ſingulariter diſ-
33 cutiendæ,† ſed ſimul coniungendæ, vt ſit locus
regulæ ſingula quæ non proſunt ſimul collecta
iuuant:Grat.*conſ.*106.*n.*48.*verſ.& licet qualibet
ex iſtis lib.*2.Socin.iun.*conſil.*110.*n.*28.*in fin.&
n.*29.*vol.*3.Cephal.*conſil.*251.*n.*87.*&* 88.*lib.*2.
Menoch.*conſil.*394.*n.*20.*lib.*4.Honded.*conſ.*65.
*n.*43.*vol.*1.*& conſ.*54.*n.*53.*vol.*2. Surd.*conſ.*67.
*n.*34.*vol.* 1. Rota *deciſ.*164. *n.* 1. *& deciſ.*266.
*n.*19.*part.*1.*recent.ſanct.me.Greg.X V. dec.*315.
*n.*9.& *ibi* Adden.*n.*19.teſtatur reſolutum in Ro-
ta quod ſi aliquæ coniecturæ eſſent reprobatæ
ſuffragentur iunctæ cum aliis, idem Greg. *de-
ciſ.*329.*n.*10.*& in dict. Tiburtina fideic.*14.*Ian.*
1647.*coram me.*

Maximè cum verſemur in deſcendentibus
34 pro quorum fauore leuiores probationes † ſuffi-
ciunt: Honded.*conſil.*54.*n.*61.*vol.*2. Fuſar.*con-
ſil.*173.*n.*1.*ſanct.mem.Greg.X V.dict.deciſ.*315.
*ſub n.*5.*&* 329.*n.*3.Coccin.*deciſ.*267.*n.*6. Rota
*deciſ.*133.*ſub n.*7.*& deciſ* 486.*n.*20.*part.*1. *rec.
in Auximana fideic.*22.*Martij* 1638.*coram Re-
uerend.D.meo Decano.*

Non obſtat, quod non fuerint præfati deſ-
cendentes abſolutè, ac indefinitè vocati, ſed
verbis reſtrictiuis ibi: *Che ſi trouaranno viuere
dopo la morte mia*, quæ ſanè videntur reſpicere
ſolos ſuperſtites tempore mortis Teſtatoris, ac
ſucceſſionis: Nam fuit reſponſum, quod dictio
35 illa *dopo* † ſignificat quodcumque tempus poſt *l.
ideóque* 4. *ff. de carb. edict.* vbi in verbis poſt
mortem: Rebuff. *in l.* 14. *§. item ſi,col.* 3.*verſ.
poſtea, ff.de verb.ſignif.pag.mihi* 138. Tiraq. *in
l.ſi vnquam in verbo, & poſtea n.* 4. 10. 18.*&*
19.Curt.iun.*conſ.*40. *ſub n.*4. vbi, quod ſignifi-
catur totum tempus, quod ſequitur poſt.
36 Et verba ipſa poſt mortem † habent tractum
temporis ſucceſſiuum in futurum: Dec. *con-
ſil.*431.*n.*6. Curt.iun.vbi proximè Decian. *con-
ſil.*1. *n.* 226. *lib.*1. *in terminis:* Rota *deciſ.* 97.
*n.*7. *part.*4. *recent.* Præſertim cum ſint adiecta
verbis futuri temporis, *Che ſi trouarono*, &
verbis *che ſiano miei heredi:* quia hæc qualitas
37 hæredis ſub qua vocati fuere † deſcendentes,
efficit, vt ordine ſucceſſiuo, eorum inducta ſit
ſubſtitutio, *l.hæredis appellatio* 65. *ff. de verb.
ſignif.* ibi: *Hæredis appellatio non ſolùm ad
proximum hæredem, ſed ad vlteriores refertur;
nam, & hæredis hæres, & deinceps hæredis ap-
pellatione continetur l.fin.C.de hæred.inſtit. l.pa-
terfamilias* 46.*§.fin.ff.de vulg.l.ſi quis filium* 7.
*§.fin.ff.de acq.hæred.*Doctores *in d. l. Gallus* 29.
*§.quidam rectè, ff.de lib.& poſth.*Cuiac. *in l.* 1.
*ff.de petit.hæred.*Bero.*conſ.*141.*n.*45.*lib.*2.Oldr.
*conſ.*21.*n.*2.Hier.Leo *dict.deciſ.*60.*num.*6. *lib.*1.
Rota *coram Card.Seraph.deciſ.*934. *n.*5. *& de-
ciſ.*344.*ſub n.*3.*par.*2.*recent.*

Minus releuat, quod Teſtator *in cap.* 38. iure
inſtitutionis relinquendo legitimam filiis, ſuiſ-
que deſcendentibus, vſus fuerit verbis, *Che ſi
trouarono viuere dopo la morte mia*; quæ refe-
runtur propriè ad tempus mortis, cum tantum
primis exiſtentibus tempore mortis legitima de-
beatur, ideóque etiam *in cap.* 39. eodem modo
intelligi debeant: Nam fuit conſideratum, quod
dictio *doppo* poteſt habere vtramque ſignifica-
tionem, † ſtatim, & cum quocumque temporis 38
interuallo: Peregr.*de fideicommiſſis,art.*18.*n.*14.
Barboſa *dict.*269. *num.*3. Rota *in Vladiſlauien.
Prædiorum* 4. *Februarij* 1611. *coram bon. mem.
Pirouano.*

Vlterius conſiderarunt Domini, quod Teſta-
tor habuit pro diuerſis verba, *al tempo della
morte mia*, & verba, *dopo la morte mia:* Nam
in cap. 24. illis vtitur contradiſtinctè, & diſcre-
tiuè, † ibi: *Che ſi trouaranno eſſer fatte al tem-* 39
*po della mia morte, e qualunque altro,ò altra che
ſi farà dopo la morte mia.* Et quando voluit re-
ſtringere verba *dopo la mia morte*, ad tempus
præciſum ſui obitus ſpecialiter expreſſit, vt *in
cap.* 17. *infra tre dì al più, &c. dopo la morte
mia, in c.* 20. *& duobus ſeqq. &* 80. *infra vn
meſe dopo la morte mia.* Ideo tanquam à Teſta-
tore habita pro diuerſis non poſſunt confundi:
Roman.*conſ.*65.*n.*11.*ad fin.*Surd.*conſ.*426. *n.*1.
& 18.*& conſ.*554.*n.*7.*&* 8.Rota *deciſ.*627.*n.*8.
*part.*2.*recent.*

Et prædicta non poſſunt elidi ex verbis rela-
tiuis, *Delli detti miei deſcendenti*,poſitis *in c.*51.
quia dum Teſtator ſubiunxit dictionem *tutti*,
pernecеſſe non poteſt dari reſtrictio ad eoſdem
nominatos in antecedentibus capitibus; maxi-
mè cum adſint verba tractus ſucceſſiui in in-
finitum.

Per *l'auenire*, & verba *geminata moriſſero*, *ò
morirrano*, † quæ nullam accipiunt reſtrictio- 40
nem, imò referuntur ad quodcumque tempus
non exiſtentiæ, ſeu deficientiæ, iuxta doctri-
nam Socin. *in l. ſolemus, num.* 6. *ff.de condit.&
demonſtr.*

De verbis, *non ci eſſendo*, † pluries fuit fir- 41
matum *in Tiburtina fideicommiſſi* 16. *Martij
&* 27. *Iunij* 1640. *coram Eminentiſſ. D. meo
Pancirolo, & in allegata* 25. *Maij* 1646.
coram me.

Et de verbo deficientibus, quod inſpecta eius
natura quemcumque caſum non exiſtentiæ,† & 42
multò magis deficientiæ amplectatur luculenter
fuit deductum *coram bon.mem.Buratt.deciſ.*689.
*n.*1.*& ſeqq.* & ibi Adden.*& deciſ.*366.*n.*14.*&
ſeqq. part.*8. *recent. & in Firmana fideicommiſſi
de Carradoris* 11.*Nouembr.* 1630.*coram R.D.
meo Decano.*

Nec ſuffragatur, quod dicti deſcedentes fue-
rint ciuilibus verbis vocati, ſcilicet iure inſtitu-

 tionis,

tionis, &c. quibus regulariter fideicommissum induci nequit. Quia etiam Testator vsus est verbis communibus, nempè *voglio che sia* quæ fi-
43 deicommissaria † magis quam vulgari vocationi adaptantur: Fusar. *de subst.q.*244.*n.*7.*&* 11. Rota *decis.*495.*num.*2. *vers. nec dicatur p.*4.*diuers.* Et verbo *lascio* quod institutionem etiam
44 factam per verba directa † trahit ad fideicommissariam: Rota *decis.*320.*n.*7.*p.*1. *decis.* 344. *n.*6.*p.*2. *& decis.*97.*n.*9.*p.*4.*rec.* Et verba ciuilia, ex voluntate Testatoris, etiam præsumpta, &
45 coniecturata rectè possunt obliquari, † nam illa in hac materia fideicommissi totum facit, & sola est attendenda *l.hæredes mei* 57.§. *cum ita ff.ad Trebell.l.cum verum* 16.*C. de fideicom.l. penult. ff.de leg.*1.*l.fideicommissa* 11.§.*item si quis* 12.*ff. de leg.*3.*l.in conditionibus* 19.*ff.de condit. & demonstr.* Forcatul.*in necyomatia iuris, dialog.*25. *n.*9.*in princ.& dialog.*26. *num.*7. Rota *in Ariminen.fideicommissi* 2. *Maij* 1614.*coram Reuerendiss. Seleucen.& in dicta Tiburtina fideicommissi* 14. *Ianuarij* 1647.*coram me.*

Aliis quæ adducuntur & in contrarium possent adduci satis ex supradictis patet responsio.

Et ita vtraque parte acerrimè informante fuit resolutum, &c.

DECISIO LIV.

R. P. D. Celso.

Fauentina Societatis.

Lunæ 14. *Aprilis* 1646.

SVMMARIVM.

1 *Socius consocium in solidum obligare potest.*
*Mandatum censetur habere ad obligandum consocium num.*2.
*Ex contractu inito contemplatione societatis obligatur num.*3.
*Amplia vt num.*4.
4 *Sociali nomine contractus dicitur celebratus ex expressione causæ.*
*Item ex qualitate mercium num.*7.
5 *Coniectura per coniecturas vrgentiores tollitur.*
6 *Consuetudo contrahendi in societate plurimum attenditur.*
8 *Societatis disdicta non executa non releuat.*
9 *Confessio suspecta non habetur in consideratione.*
*Non retrotrahitur in præiudicium creditorum, num.*10.
11 *Esse non dicitur quod non reperitur.*

CVm inter Matthæum Montanarium, & Franciscum Vichium quædam societas artis figuli vsque de ann. 1633.inita fuerit, fratres de Maiololis qui eidem Vichio præposito & administratori prædictæ societatis plures merces tradiderant obtinuerunt ab A. C. pro pretio illarum duo mandata executiua contra Ioannem Paulum dicti Matthæi hæredem, alterum pro libris 3094.13.alterum vero pro libris 3541.Vndè proposito dubio an illa essent exequenda Domini affirmatiuè responderunt.

Et quoad primum res visa fuit transire sine difficultate, quia relaxatum fuit pro debito contracto de annis 1635. 36. 37. quo tempore societas non controuertitur & pro quo Vichius non solum seipsum, sed etiam Matthæum Consocium insolidum † obligauit prout facere po- 1
tuit ad text. *in l.*1 §. *fin. & l. si tamen plures, ff. de exerc.act.* Bald. *in l.cum te in Galliam sub num.*2.*vers. aut. sunt plures*, & ibi Salyc. *circa fin. C. si cert. pet.* Rota *decis.*246. *num.*8. *& seqq. par.*6. *rec.* & fuit dictum *in Romana societatis de Rotignis* 19. *Iunij* 1645. *Coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Socius enim censetur habere mandatum & consensum tacitum ad obligandum consocium
† in iis, quæ spectant ad societatem: Surd. 2
*decis.*213. *num.*2.*&* 8. Gratian. *discept. forens. cap.*279. *n.*2. vbi loquitur in specie *de obligat. Cam.& cap.*967. *num.*40.Rota *in Claraualleñ. grani* 22. *Iunij* 1590. *coram Orano, & coram san.mem.Gregor.X V.decis.*302.*num.*1.

Quo verò ad aliud mandatum pro libris 3541.& pro quibus acrius insistebant informantes responderunt pariter Domini pro executione, quia prouenit ex pretio mercium receptarum pro vsu exercitij figulani, & pro seruitio apothecæ quam constat esse socialem: nam ad effectum
vt socius remaneat obligatus sufficit, † quòd 3
contractus fuerit factus intuitu,& contemplatione societatis iuxta *gloss. in l.iure societatis* 83. vbi Bald.*vers. & ista lex.ff.pro socio*, Bart. *in l. post mortem* §. *Tutor num.*3. *ff. quando ex facto tut.* Decian.*in l.si socius* 15. *num.*3. *vers. & hoc declaratur, ff.si cert.pet.& cons.*98.*num.*2.*vers. quia etiam* Aym.*cons.*159.*num.*8.

Quamuis fuerit initus nomine proprio,& no-
men socij † non fuerit expressum: Castr.*cons.* 4
242.*num.*2.*vers.prædicta procedunt, lib.*1.Ronchegall.*in l. eandem num.*195.*in fine vers. licet sit contract.ab vno, ff. de duob. reis:*Rota *Ianuar. decis.*14.*num.*13.*vers.*4. *inter alia, & num. seq.* & firmauit Rot.*in Roman.prætensæ societatis* 12. *Iunij* 1645.*coram R. P.D. meo Ottobono.*

Expressio enim causæ operatur ac si contra-
ctus sociali nomine † celebratus fuisset: Bart. *in* 5
*l.*1.§. *non autem num.*2.*vers.*2.*nota ff. de exerc. act.& in l.post.mortem*, §.*Tutor.num.*3.*vers. expressio enim causæ, ff. quando ex facto tut.* Cum talis coniectura † quod socius contraxerit nomine proprio non sit adeò vrgens, quin tolli possit leuioribus præsumptionibus. Rota *in Romana societatis lignorum* 22.*Martij* 1638.*coram bon. mem. Coccino.*

Idque facilius dicendum venit in præsenti casu, Tum quia Vichius erat solitus expendere proprium nomen, dum contrahebat occasione societatis, vt apparet ex declaratione per ipsum facta in instrumento rogato sub die 19. Augusti 1638. *summar. fratrum de Maiolis, num.*1.
quæ consuetudo, † & obseruantia resultans ex 6
actibus socialibus plurimum in hac materia operatur:Bald.*in l.si patruus,num.*4.*in princ.& n.*5. *vers.nam si consueuit C. commun.vtr.iud.*Petr.de Vbal. *de duob.fratrib.par.*5.*num.*3.*vers. nec obstat quod emit nomine proprio felic.de societ. cap.*3.*num.*51. Rot.*decis.*220.*num.*4. *vers. & tanto magis, par.*4.*tom.*2.*rec.*

Tum etiam quia merces per eum à Maiolis recepta, & pro quibus fuit relaxatum manda-
tum pertinent ad artem, † & exercitium figula- 7
ria, vt bene considerat idem Petr. *de Vbald.de duob. fratrib.p.*5. *num.*3. *vers. an vero non causa lucri*, Monach.*decis. Bonon.*51. *num.*9. *vers. & hac eò magis Milanen. decis. Sicil.*11.*num.*54.

&

& 55.lib.1. Rot *in Romana Saponis 13. Februarij 1634, coram Eminentissimo D. Panzirolo.*

Non obstat quod huiusmodi debitum fuerit contractum de anno 1640. quo tempore non durabat societas attenta disdicta emanata de anno
8 antecedenti, quia huiusmodi disdictam † non constat nec fuisse executam nec reproductam, & propterea non releuare ex defectu primi requisiti, firmat Castren. *cons. 81. num. 3. lib. 2.* & plures cumulat Mandos. *ad reg. 34. de annal. quaest. 35. n. 5. vers. tertium est* & ex defectu secundi Felic. de Societ. *cap. 35. num. 34.* Gratian. *discept. foren. cap. 715. num. 1. & seqq.*

Et quamuis socij in instrumento concordiae inito 14. Maij 1642. fassi fuerint illam fuisse intimatam Francisco Vichio sub die 10. Februarij 1639. de mandato Domini Vicarij Generalis Fauent. & in illius actis reproductam, ad quam propterea se retulerunt inserendo in Instrumento tenorem eiusdem intimationis, nihilominus hu-
9 iusmodi confessionem † tanquam suspectam dixerunt Domini non esse habendam in consideratione, extrad. per Soc. sen. *cons. 78. n. 4. lib. 4.* Rota. *decis. 104. num. 1. & seqq. coram Buratto, & in Roman. Vina seu Saluiani 1. Iulij 1620.*
10 *coram Manzanedo*; nec potuisse retrotrahi † in praeiudicium creditorum qui medio tempore contraxerunt ad text. *in l. qui Balneum & l. potior. ff. qui pot. in pign. hab.* Rota *coram Gregorio X V. decis. 227. num. 2.* Duran. *decis. 463. num. 8.*

Praesertim cum ex actorum reuolutione nullo
11 modo de illa † appareat: Bart. *in l. hic qui ad ciuilia num. 4. vers. & hic aduerte C. de appell.* Menoch. *de praesumpt. praes. 22. n. 1. lib. 2.* Vant. *de nullit. ex defectu citationis num. 14.* Rota *decis. 167. num. 42. part. 1. rec. & coram Cavaler. decis. 3. num. 2.* & fuit dictum *in Pampilonens. pensionis 14. Maij 1612. coram Sacrato, & in Romana legati 10. Februarij 1620. coram Vbaldo.* Et ita decisum vtraque parte informante.

DECIS. LV.

R. P. D. Peutingi.

Romana deuolutionis Domus,

Lunae 26. Nouembris 1646.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum non constito de nullitate, & iniustitia sententiae denegatur.*
2 *Dominium Ecclesiae in emphyteusi probatur ex solutione canonum per triginta annos.*
3 *Libri Ecclesiae adminiculati canonum solutionem probant.*
4 *Laudimij solutio dominium probat.*
5 *Confessio contrahentium rem esse emphyteuticum dominium probat.*
Emissa in actu nullo contra confitentem probat, n. 11. praeualet coniecturis in oppositum ponderatis, n. 12.
6 *Insculptio super re emphyteutica tanquam tali adminiculum praestat probationi dominij.*
7 *Recuperanda emphyteusis in iudicio exactae probationes non requiruntur constito clarè de illius extinctione.*
8 *Instrumenti approbatio, ex quibus inducatur.*
9 *Concessio in emphyteusim rei Ecclesiae ad tertiam generationem praesumitur.*
10 *Canonum ex solutione longaeua non tollitur quin concessio in emphyteusim non sit ad tertiam generationem*
13 *Emptor emphyteusis finiturae in tertiam generationem acquirit ius dumtaxat in tertiam generationem venditoris extinguendum.*
14 *Consensus Rectoris super contractu emphyteusis ad illius naturam restringitur.*
15 Decis. 281. part. 6. recent. *huic casui non applicatur.*
16 *Reintegratio, emphyteusi finita, Ecclesiae competit.*

CVm Rector Ecclesiae Sancti Blasij de Fouea per 3. sent. reintegrationem ad naturalem possessionem Domus in Regione Transtiberina alias in Emphyteusim Marco-Aurelio & Victoriae Biraghae coniugibus concessae contra quos, & ob Canones non solutos, alienationem irrequisito Domino factam & lineam finitam Rector de anno 1630. deuolutionis iudicium coram vrbis Vicario intentauerat & contra Antonium Ambrosinum qui dictam domum de anno 1620. à Lucretia dictae Victoriae filia & haerede emerat eadem Lucretia sine descendentibus defuncta obtinuisset, causa huiusmodi in rem iudicatam transacta, commissa verò mihi restitutio in integrum & proposito dubio, an constet de causis DD. negatiuè responderunt; Quia constat de validitate † & iustitia senten- 1 tiarum; quibus stantibus restitutio in integrum semper denegatur, vt tradit Castren. *in l. final. n. 5. vers. in Curia Cod. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.* Caual. *decis. 516. n. 1.* Rota *731. n. 1. p. 2. recent.* & fuit etiam dictum *in Sonsinaten. feudi 3. Iul. 1641. post prin. cor. bon. me. Pirouano & in Brundisina pecuniaria 23. Iunij 1645. post princ. coram R. P. D. Ghislerio*: Validitas enim non conuertitur: Iustitia verò probatur ex eo quòd de directo dominio † Ecclesiae ex solitis argumentis con- 2 stat, quae illud inferunt. Adsunt enim solutiones Canonum per centum & amplius annos huiusmodi Ecclesiae de hac Domo factae, cum tamen 30. anni sufficerent contra tertium, Roman. *cons. 127. sub num. 1.* Rota *decis. 290. n. 4. part. 1. & dec. 426. n. 9. & seqq. p. 4. tom. 2. & decis. 164. n. 8. part. 6. rec.* eaedemq; solutiones apparent ex libris ipsius Ecclesiae † quibus aliundè adminiculatis 3 fides quoad hoc adhibetur: Aymon. *cons. 188. num. 4. & cons. 434. num. 14.* Rota *decis. 290. num. 5. part. 1. recent.* & hanc probationem Dominij coadiuuat ipsiusmet Ambrosini confessio, in instrumento venditionis sibi factae à Lucretia emanata, & consensus desuper à Rectore praestitus cum explicita assertione Dominij directi dictae Ecclesiae & recognitione ipsius in Dominam soluend. vlterius canones decursos, vna cum Laudemio.

Ex quibus satis resultat probatio Dominij vt † de solutione Laudemij tradit Decius *cons. 43.* 4 *num. 5.* Rota *decis. 150. n. 7. part. prima recent.* ac de † cōfessione in talibus instrumentis emissa 5 habetur *dict. decis. 290. num. 20. eadem parte prima recent. & decisione 611. num. 19. part. 4. tom. 3. decis. 146. num. 6. part. 6. & decis. 602. n. 4. coram bon. mem. Burrato.*

Quibus demonstrationibus accedit in marmore

more super eius Domus portam, inscriptio, quam
6 † pro adminiculo probationis Dominij admisit Rota *decis.476.n.11.& seqq. part. 4. tom.2. & decis.60.n.6.cum seqq.part.5.recent.* cum allegatis per Add.ad Burat.*d.dec.602.n.19.*

Quæ omnia eò faciliùs admittenda sunt in præsenti casu, quò non fuit actum principaliter reiuindicatione, sed remedio reintegrandæ pro recuperanda possessione naturali Domus emphyteoticæ, ad quem effectum non requiritur
7 tam exacta † Dominij probatio, dummodo constet tempus concessionis esse finitum, vt ponderauit Rota *d.dec.240.n.10.part.1.recent.*

Lineam verò in hac concessione esse finitam probatur per obitum Lucretiæ Auctricis Ambrosini: Ipsa enim in instrumento renouationis ad tertiam generationem sibi concessæ *die* 8. *Nouembris* 1630. *à Rectore Ecclesiæ S. Blasij Summario eius, n.3.* hanc veritatem expresè
8 fassa fuit ad eius instrumenti renouationis † formam & tenorem, eius vigore cum explicita relatione ad illam, cùm Ambrosinus ferè post mensem à Rectore concessum acceptauerit dicti instrumenti renouationis, diem & annum describendo ibi; prout dixit constare ex instrumento nouæ inuestituræ rogato die 8. Nouembris, &c. Et *infrà*, ibi: *Promisit seruare, & adimplere contenta, tam in instrumento præfata noua inuestitura, &c.* eandem renouationem approbando cum omnibus suis qualitatibus: Ias.*in l.iuris, §.si filius,n.12.ff. de pactis*: Gozad. *consil.* 98. *n.*19.Burat.*dec.*183.*n.*10. efficit vt eadem renouatio ipsi noceat in vim proprij consensus,& approbationis, perinde ac si instrumentum cum ipso celebratum fuisset, ad text. *in l. si fundum, in princ. ff.de legat.* 1. Tiraquel. *in l.si vnquam, verbo largit. donat.quæst.*21.*n.*20. Grat. *discept.* 730.*n.*10. adeò vt ibi contenta semel *de Regulis iuris n.*60. Cephal.*cons.*386.*num.*29. Cocc.*decis.*162.*n.*30.

Maximè, quia idem instrumentum adminicul. non solùm lite prius mota super deuolutione ad instantiam Rectoris, quàm ex qualitate emphy-
9 teusis Ecclesiæ, † quæ ad tertiam generationem restricta præsumitur, iuxta dispositionem text. *in §.emphyteusim, auth.de non alienand. rebus Ecclesiasticis*; à quo licet per contrarias pactiones, recedi possit, ad text. *in §.licentia, Authent. de alienan.* Emphyteusis tamen vbi de huiusmodi pactionibus apertè non constat, non censetur in dubio; ad text.*recessum,* vt tradit Menoch. *consil.*888.*n.*3. & 4. Rota *decis.*314.*n.*9. & *seqq. part.*5.*recent.* & *decis.*516. *n.* 5. *coram Cardinali Caual.*

Neque iuuat allegare Ambrosinum, quod licet ex Canonum per longissimum tempus rece-
10 ptione, † & aliis adminiculis resultet probatio emphyteusis, non tamen inde sequatur eum esse ad tertiam generationem restrictam, per allegat.per Grat.*discept.*188.*n.*46.& 47.Caualer.*d.dec.*313. *n.*3. quia hoc admitti posset in casu, quando ab initio constat emphyteusim fuisse laïcalem, vt in casu decisionis coram Caual.

Secus est, quando dantur initia restrictionis inuestituræ, vt in hoc casu, in quo datur clara confessio deuolutionis, & restrictionis ad tertiam generationem, in instrumento renouationis approbato ab ipsomet Ambrosino; quod instrumentum licèt Rector ex capite nullitatis impugnauerit, non tantùm per hanc impugna-
11 tionem confessio † Ambrosini ibidem emissa excluditur; imò etiam ex actu nullo, elicita contra confitentem, probat Bart. *in l.decem stipulatus,n.*8.*ff.de verb.oblig.* Abbas *in c.* 2.*n.* 14. *de Cap.Monach.* Rota *decis.*117.*n.*2. & *dec.*271. *sub n.*4.*part.*1.*recent.*& *in Bonon. de Bertis* 18. *Februar.*1641.*coram R.P.D.Carillo*; & semper prænalet † coniecturis, ex aduerso adductis, *c.per* 12
tuas, de probat.l.cum te la prima, de transactionibus, l.generaliter, c.de non num. pec. cum vulgar. & in dicta bonorum coram R. P. D. Carillo vers.quia non.

Nec refert quòd Rector venditionis factæ Ambrosino consensum præstiterit, quia ille consensus ad fauorem supradictæ renouationis, seu nouæ inuestituræ, ad tertiam generationem restrictæ datus intelligitur, ita vt illud † tantùm 13
ius in emptorem Ambrosinum censeatur translatum, quod dicta tertia generatione durante extabat, vt per Rotam *in Sensiniatens. feudi* 20. *Decembris* 1638.*coram bon.mem. Coccino, §.antepenult.* neque aliter ipse Rector constituere poterat obstante iure † Ecclesiæ, ex dicta reno- 14
uatione quæsito: Natta *cons.*101. *n.*14. & *consil.*508.*n.*26. Aym.*cons.*152.*sub n.*7. Ruin.*consil.* 156.*n.*22. *lib.*1. † Vnde præsenti casui non 15
rectè applicatur, *decis.* 281. *part.*6. *recent.* in qua prædicta non concurrebant.

Mortua igitur venditrice Lucretia sine descendentibus, iure merito Rectori Ecclesiæ S. Blasij reintegratio † ad dictam Domum conces- 16
sa fuit, quæ ipsi in casu huiusmodi deuolutionis competerat: Rota *coram Greg. X V. dec.* 105. *n.*15.& *decis.*116.*n.*1.vbi Add.*n.*4.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

DECIS. LVI.

R. P. D. Bichio.

Bononien. fideicommissi, seu Domus.

Lunæ 10.Decembris 1646.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum, non commissa causa appellationis in termino.*
2 *Iudex Laïcus non iudicat super emphyteusi Ecclesiæ.*
*Laïcus dat votum Iudici Ecclesiastico, num.*3.
4 *Masculorum deficientia dicitur probata, dum nemo compareat.*
5 *Fideicommissum agnosci debet.*
*Particulare quando dicatur, n.*8.
6 *Vulgaris in compendiosa substitutione continetur.*
7 *Proximioribus non agentibus ad recuperationem fideicommissi, remotiores agunt.*
9 *Descendentium appellatione veniunt etiam fœmina.*
*Declara, vt n.*19.
11 *Fœminam in eodem fideicommisso esse inclusam, & exclusam non est dicendum.*
12 *Filius non conficiens inuentarium, tenetur etiam de proprio præstare fideicommissa particularia.*
*Legitimam consequitur in aliis bonis, non in fideicommisso particulari, n.*13.

Legi

Legitimam in solis mobilibus non tenetur recipere, n.14.

15 *Heredem in parte, qui se facit in totum efficitur heres.*

16 *Dos materna non potest detrahi de fideicommisso particulari patris à filio, qui non confecit inuentarium.*

TRansitum à sententia A. C. in iudicatum Decisio in hac causa coram me diei 30. Aprilis pronoc. eduxit ob non redditum Appellantis pro Apostolis infra terminum Iuris sibi à Iudice concessum, vel commissionem causæ infra eundem terminum non attentis assertis dili-
1 gentiis adhibitis, † vt commissio causæ proponeretur in signaturam Iustitiæ ex impedimentis in hoc præstitis ab appellato, quia imputandum est appellanti, si sibi non cauet petendo à Iudice sibi responderi de Apostolis quod facilè impetrare poterat, vt in his terminis respondit Rota *in Perusina de Vbaldis impressa apud Marches. de Commiss. tom.2. fol.13. §.fin.* à qua non fuit recessum *in decis.43. coram Reuerendissimo Vrgell.* Sed in eo casu contrarium decidetur, quia etsi appellans non rediisset, & pro Apostolis obtinuerat tamen commissioni, eáque infra terminum peruenerat ad Bancum Cursoris, quod sufficere dictum fuit, quia exinde satis constat de diligentia, quamuis commissio non fuerit præsentata Iudici, aut pars citata ad dicendum contrarium de his, neque decisio *in dict. Perusina de Vbaldis*, mentionem faciat; imò innuat sufficere quod intra iuris terminum causa committatur.

Ideò proposita hodie causa super eisdem Domini respondendo strictè ad obiecta contra validitatem & Iustitiam dictæ sententiæ dixerunt gratis allegari acta quibus sententia innititur esse nulla ex defectu Iurisdictionis tanquam facta coram Auditore Generali Bononiæ, qui cùm
2 esset Iudex laïcus † non poterat cognoscere de hac Domo, quæ est sub directo Dominio Ecclesiastico ex alleg. *in decis.305. n.1. & seqq. post 2. volum. cons. Farinac.* quia ex datis *in Sum. Elefant. n.um1. & 2.* apparet acta emanasse coram Vicario Generali Archiepiscopi; Auditor verò
3 generalis dedit tantummodò votum † tanquam assessor ipsius Vicarij, quod Laïco non est prohibitum: Innoc. *in c.2. in fin. de indic.* vbi etiam Hostiens. *num.2.* Ioan. Andr. *n.4.* Sbroz. *de eo ff. Vicar. lib.1. quæst. 31. num. 12.* Barbos. *de pot. Episc. part. 3. allegat.54. num.7. & alleg.208. num.6.*

Prout etiam gratis negata fuit deficientia omnium masculorum descendentium ex masculis, & signanter Alexandri nepotis fideicommittentis, quia cùm nemo compareat, qui se prætendat
4 vocatum, † & Fuccellina Adriana sit extranea, vel præsumitur neminem extare ex vocatis, vt dixit Rota *decis.845. n.4. coram bon. mem. Buratto, decis.71. num.13. coram bon. mem. Cominelo, decis.79. n.12. part.5. recent. & in Romana Domus, seu appartamenti 17. Decembris 1635. coram Reuerendissimo meo Decano*; vel quatenus
5 extarent dum ipsi † nolunt agnoscere fideicommissum, vt oportet: Socin. *cons.64. sub n.7. vers. ad hoc respondetur, lib. 1.* Bald. *consil.224. n.2. lib.5.* Paris. *cons.49. n.25. & seqq. lib.2.* Peregr. *de fideic. art. 41. sub n.10.* adhuc illud apertum esset ad fauorem successiuè vocatorum ex vul-
6 gari † contenta in compendiosa: Fusar. *q.238.*

n.1. & seqq. & cons.127. n.3. Surd. *decis.37. n.9. & per totam*; & stante expressa prohibitione alienationis, vt Domus conseruetur in descendentia masculina, eo magis licitum est successiuè vocatis † vindicare bona ab extraneo detentore, qualis est Adriana, vt post Bald. Decian. & alios, Coccin. *decis.166. n.4.* 7

Quò verò ad detractionem siue legitimæ † ex persona Laurentij filij fideicommittentis, & respectiuè Patris Ioannis Anthoris Fuccellinæ, siue dotis Lauræ, matris eiusdem Ioannis; ponderatum iterum fuit super hac Domo constitutum fuisse fideicommissum particulare distinctum 8
prorsus ab vniuersali, prout contingere † solet quoties ad fideicommissum particulare vocantur, aut personæ in vniuersali non compræhensæ, vt præter allegatos *in 1. decis.* dixit Rota *in Maluetana tenutæ 12. Ianuar. 1648. coram R. P. D. meo Peutingero*, aut vocatio non est eodem modo concepta: Rota *decis. 418. n.10.* vbi ad vniuersalem vocati fuerant omnes descendentes; ad particulare autem solùm primogeniti descendentium *decis.421. num.25. & trib. seqq. part.5. recent. & in Romana Retentionis domorum 23. Maij 1642. coram R.P. D. meo Ghislerio.*

Et vtrumque enim applicatur casui nostro, quia ad vniuersale vocantur solùm descendentes masculorum hæredum institutorum ibi, & similiter illorum successores, & descendentes; in particulari autem post descendentes à masculis hæredibus institutis substituuntur etiam masculi descendentes à filiabus testatoris per fœminam, & lineam fœmininam masculos, & vlterius ipsorum descendentium à masculis hæredibus institutis vocationem fideicommissum vniuersale continet, nulla habita distinctione sexus, ita vt æqualiter admittantur masculi, & † fœminæ; 9
cum omnes veniant appellatione descendentium: *l. vltima, iuncta Auth. seq. Cod. suis, & leg. hered.* Alex. *cons.160. num.2. lib.2.* Paris. *cons.72. n.6. lib.4.* Cocc. *dec.127. n.19.* Rota *inter recent. dec.255. n.1. part.1.*

Particulare verò admittit masculos ex masculis, dumtaxat masculos ex fœminis descendentes, eósque in defectum masculorum descendentium à masculis; fœminas autem nusquam, cùm non veniant appellatione lineæ fœmininæ; quando, vt in casu nostro, non est vocata linea, † sed 10
masculi descendentes per lineam fœmininam: Peregr. *de fideic. art.26. num.30.* Menoch. *consil.2050. num.32.* Gionagn. *cons.7. num.34. lib.1.* Burat. *decis.272. n.3.* aliique relati ab Addent. ad Burat. *decis. 755. n. 20.* Vnde nisi fideicommissum particulare distingueretur ab † vniuersali, 11
sequeretur quod fœmina in eodem fideicommisso esset inclusa, & exclusa, quod dicendum non est, *l. nam ad ea, ff. de cond. & demonst.* Fusar. *consil.25. n.29.* Mantic. *de coniect. lib.42. tit.1. num.2.*

Ex bonis autem fideicommisso particulari subiectis legitima non debetur Laurentio fideicomittentis filio, qui inuentarium hæreditarium non conferet, non quia omissio inuentarij priuet filium legitima, sed quia efficit, vt filius † fideicommissa particularia teneatur 12
præstare integrè etiam de proprio, *l. fin. §. si verò præfata, C. de iur. delib.* cum aliis allegatis *in 1. decis. §. hoc posito*, quibus additur Castrens. *l. ita tamen 27. §. si ex Trebelliano, n.2. vers. sed quid si heres, ff. ad Trebell. & cons.188. sub n.2. vers. aut quæritur, lib.2.* Sarmien. *select. interpr. lib.2.*

c.7.n.2.& *seqq.* Cyriac. *contron.*5.*n.*97. & *sub num.*101. *vers. quorum opinionem*, vsque legitimam detrahere debeat, ex aliis bonis, † quorum existentia præsumitur ad fauorem fideicommissarij particularis dũ ex aduerso non probatur contrarium, vt præter allegatos *in prima decisione*, tradit Ang. *in l. Papinianus*, §.*si conditione col.pen. n.*5. *vers.ad ipsum autem supplementum, ff.de inof.test.*Con.*in c.si haredes,n.*9.*vers.quamobrem ni fallor, de testam.* Non. *cons.*161.*n.*18. & 20.Gratian.*discept.*570.*n.*19.& 20.Barz.*decis.*105*n.*23.*in fin.* Surd. *dec.*316.*n.*14. & 15. Rota apud Gionagn. *cons.*20. *n.*22. *vers. tamen his non obstantibus,lib.*2. *decis.*77. *num.*2. & 3. *part.*5.*recent.*

13

14 Atque hinc non obstat, quod filius † non teneatur accipere legitimam in solis mobilibus: Gabr. *cons.*138.*n.*3. & *seqq. lib.*2. Pereg.*de fideic.art.*10.*n.*39.quia non dicitur esse detrahendam in mobilibus, sed eius quod prætextu non potest retardari immissio fideicommissarij particularis, donec filius firmet statum hæreditatis.

Minus debetur Ioanni dos Lauræ Matris, quia ipse etiam est hæres Alexandri fideicommittentis, vt patet quia signanter disposuit in suo testamento de duobus altaribus, altero existente in Ecclesia S. Iosephi extra Saregezzam, altero in Ecclesia S. Bartholomæi, quæ fuisse hæreditaria fideicommittentis constat, ex eius asser-
15 tione † emissa in testamento, cui contra Ioannem tanquam hæredem ipsius testatoris, ac etiam Laurentij, qui pariter fuit testatoris hæres adhibetur fides, Alex.*cons.*12.*sub n.*3. *vers.accedit, lib.*5. Capr. *consil.*10. *num.*10. & *sequentib.* Fusar.*quæst.*618.*num.*30.& 34.Barz.*decis.*105. *num.*27. Ioseph Ludouis.*decis. Lucens.* 28. *sub num.*41.& *seqq.*Rota *in Bonor. fideicommissi* 7. *Maij* 1640.*coram R. D. meo Decano* testando enim de bonis fideicommittentis dicitur illius hæreditatem adiuisse *l. Si Auia C.de Iur. delib.* Gabr. *cons.*128. *num.*36. *lib.*2. Cumque adiuerit non confecto Inuentario, quod conficere tenebatur,vt comprobat *prima decis. in d.* §.*hoc*
16 *posito*, non potest dotem Matris detrahere ex fideicommisso particulari, † quia illud præstare debet integrum etiam de proprio, quamuis vires hæreditariæ non sufficerent, §. *Hinc nobis ingressa,vers.si vero non fecerit inuentarium Auth. de Hared.& Falcid.*Surd.*cons.*459.*n.*16.vbi declarat hæredem ob non confectum Inuentarium teneri Legatariis de proprio non præcisè, sed causatiuè, quia si dixerit non extare bona in hæreditate sibi non creditur, sed præsumitur illa subripuisse; Laderch. *cons.*141.*n.*5.Samient.*Select.Interp.lib.*2.*c.*7.*num.*5.Fusar. *cons.*74.*n.*15. *Rota decis.*47.*num.*10.& 11.*part.*5.*recent.*cum aliis allegat. à Bellon. Iun.*cons.*99. *num.*8.& *supra in* §. *ex bonis.*

Ex quibus resolutum fuit standum esse in decisis vtraque parte informante.

DECIS. LVII.

R. D. Decano.

Romana Domus.

Luna 27. Maij 1647.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas, ob alienationem irrequisito Domino factam,in emphyteusi incurritur.*

*Amplia eo magis concurrente etiam pacto,n.*2.

3 *Canonis receptio ab emptore inducit remissionem caducitatis ob alienationem.*

*Non solutio per biennium inducit caducitatem,n.*10.

4 *Hypotheca est probibita in empyteusi prohibita alienatione latissimè sũpto vocabulo.*

5 *Restitutio in integrum minori aduersus caducitatem incursam non conceditur, si factus maior tacuit per quadriennium.*

6 *Alienatio facta ex causa necessaria excusat à caducitate Emphyteusis.*

7 *Pacta Inuestitura ad vnguem obseruanda.*

8 *Statutum expresè disponens de emphyteusi non comprehendit Ecclesiasticam.*

*Amplia vt n.*9.

11 *Ecclesia est cultrix aquitatis, & pietatis.*

12 *Obligatio canonum verbalis excusat à caducitate.*

*Verbalis canonum excludit malitiam, & dolum n.*13.

14 *Caducitatis pro exclusione in dubio pronunciandum.*

INtroducta hac causa in Rota per viam appellationis interiectæ à sententia R. P. D. Vicegerentis, qua declaratum fuit Domino Theodoro Ameidens. nullum ius competere super petita reintegratione ad possessionem Domûs, de qua agitur, cuius possessionem Moniales Purificationis de Vrbe, vigore mandati de associando à Curia Capitolina obtenti, acceperant, & proposito dubio sub die 18. Maij anni præteriti, An D. Theodoro dandum esset mandatum de manutenendo, fuit rescriptum,vt videretur de bono iure, super quo hodie posita causa informante pro monialibus ex triplici capite incursam fuisse caducitatem contendebant: Primò propter alienationes sine consensu Monialium à Grisendio factas,in Alexandrum Fabrinum,de anno 1620. possessione subsequuta 2. ex alia alienatione ab hæredibus dicti Alexandri Fabrini facta de anno 1633. in personam prædicti Domini Theodori: 3. ob Canones non solutos.

Quo ad primum caput, licèt vera sit conclusio, quòd alienationes † ab emphyteuta factæ 1
sine consensu Domini directi pariant caducitatem ex traditis per Henric.Boich. *in cap. potuit, num.*15.*de locat.& conduct.* Corbul.*de caus.priuat.ob alienat.num.*1.& 2.Specul.*de emphyteut. num.*114.& *seq.* Rot.*diuers.decis.*50.*num.*1.*p.*3. *lib.*2. & fuit dictum *in Neapolitana domus* 28. *Iunij* 1606. *coram Ortembergo*, & vltra iuris communis dispositionem adsit † in præsenti casu 2
specialis conuentio, quæ operatur vt caducitas possit declarari etiam contra successores, & declaran. text. *in l.fin. C.de reuocand. donat.* dixit Rota *coram Sanct. mem. Greg. XV. decis.*529. *num.* 20. vbi allegat concordantes. Attamen Domini dicebant respectu istius alienationis posse euitari caducitatem, ex quo moniales post huiusmodi alienationem † receperunt à Fabri- 3
nis emptoribus Canones, per decem annos, ob quam receptionem videntur approbasse alienationem, vt post Alex. & alios ibi allegat. fuit decisum in Senatu Lusitano apud Gamma *decis.*283.*num.*3. Surd.*decis.*6.*num.*7. Rot. *in recent.decis.*509.*part.*4.*n.*2.*tom.*3.

Quo verò ad secundum casum caducitatis, ductum ex eo quòd Domus prædicta de anno 1633. fuit ab hæredibus Alexandri Fabrini alienata

alienata in personam Domini Theodori illius respectu non potest euitari caducitas, quia in ea non interuenit consensus Monialium requisitus, vt *suprà* dictum est de iure communi, & ex particulari conuentione.

Nec valet dicere hanc vltimam alienationem fuisse simplicem pignorationem, non autem absolutam alienationem, quia quicquid sit
4 de hoc dicebant Domini etiam † pignorationem fuisse prohibitam, ex quo inuestitura prohibet alienationem latissimè sumpto vocabulo: Gloss. *in l.fin.in verbo vel hypothecam, Cod. de reb. alienand.vel non:* Pacific.*de Saluian. interdict. inspect.3.cap.3.num.23.*Rot. *decis.* 79. *num.* 1. *decis.* 135. *num.* 1. *inter impress. apud eundem Pacific.& interdiu decis.425.num.*8. *part.*2. *in recent. decis.555.n.5.part.*1. & in istis terminis Addent.ad Burat.*dec.749.n.29.*

Nec releuat, quòd dicti hæredes Alexandri
5 essent minores † tempore alienationis, quia deinde facti maiores intra quadriennium non petierunt restitutionem in integrum: *l.fin. Cod. de tempor.in integr.restit.*Rota *in recent.decis.373. n.67.part.4. tom.*1.& ferè in teminis fuit resolutum *in Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum 25.Februarij 1647. coram R. P. D. Cerro, in fine.*

Minùs obstat, quòd dicta alienatio facta fue-
6 rit ex causa dotis, † & propterea tanquam facta ex causa necessaria excuset à caducitate, iuxta opinionem Caldas, *de emphyteut. lib.*4. *cap.*10. *num.*24.*& seq.* Rot. *in Romana Domor.* 9. *Decembris 1641.coram R. P. D. meo Royas*; quia illa non procedit in præsenti casu, quo per pactum prohibita fuit alienatio etiam ex causa dotis, & in casum inobseruantiæ pacti inducta ca-
7 ducitas; nam omnia pacta † apposita in inuestitura sunt inuiolabiliter obseruanda, vt disponit text.*in l.fin. Cod. de iur. emphyteot.* ibi: Sancimus siquidem emphyteoticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat eas obseruari: Specul.*de emphyt.num.117.vers. & dicit lex:* Surd. *decis.198.num.20.*Rota *in recent. decis.190.num.3.par.1.decis.294.num.2.par.2. & dec.60. num.3. & decis. 69. num.4. part.5.* non obstante statuto Vrbis, *lib.1. cap.122.* permittente alienationem bonorum emphyteotico-
8 rum † ex causa dotis, quamuis adsit pactum in contrarium, quia illud non compræhendit bona emphyteotica Ecclesiæ, vt in terminis similis statuti loquentis de bonis emphyteoticis fuit decisum *in Romana relocationis Domus 13. Maij 1595. coram Gysio, & in Romana relocationis Casalis 16. Martij 1615. coram Cardinali Sacrato*; & generaliter de statutis Vrbis, quamuis
9 † Apostolica authoritate conditis, quod non comprehendat bona Ecclesiæ nisi ibi nominentur, saltem implicitè sub vniuersalitate verborum, dixit Rota *decis.* 58. *num.*28. *& seqq.* vbi conciliantur contraria *part. 6. recent.* cum aliis relatis per Add.ad Burat.*dec.880.n.6.*

Demum quoad vltimum caput deuolutionis desumptum ex non solutione canonum, illud visum fuit clarum, quia dictus D. Theodorus distulit super plures annos canonem soluere dictis Monialibus, & præcipuè ab anno 1642. intra quod hac de causa fuit introducta lis in Curia
10 Capitolina; cùm tamen † in casu nostro sufficeret mora biennalis, *cap. potuit emphyteuta de locat. & conduct.* Rota *diuers. decis.132.num.1. part. 1. & in recent. decis.400.num.11. part.1. & decis.719. num. 1. part. 1. tom. 3.*

Cæterùm, licèt ex supradictis fuerit capta resolutio pro bono iure ad fauorem Monialium; attamen non defuerunt aliqui ex Dominis, qui sequendo plenam æquitatem, † vt solet Ecclesia, 11
quæ est cultrix æquitatis, & pietatis, vt ad propositum ponderauit Rot.*coram Seraph. dec.794. num.* 14. *& in Romana deuolutionis Domus 13. Iunij 1641.coram bon.mem. Merlin.* inclinabant pro manutentione ad fauorem Domini Theodori; solutis tamen Monialibus omnibus canonibus decursis, necnon laudemio debito ex causa supradictæ alienationis, ponderando maximè, quòd in alia propositione causæ multum fuit dubitatum de validitate dicti mandati Capitolini, & quòd Dominus Theodorus se obtulit paratum ad soluendum omnes Canones decursos, & non solutos, specificata summa, quæ nunquam per Moniales fuit specificata, ex qua sola verbali oblatione † cessante pacto in contrarium 12
resultet sufficiens causa pro excusanda caducitate: Bald.*in l.2.num.3.Cod.de iur.emphyt.*Socin. sen.*cons.118.in fin.lib.*4. & firmauit Rota *coram Comitolo, decis.* 78. *num.* 10. & cum agatur de materia pœnali, quælibet interpretatio fauorabilis sumenda est, pro excludenda caducitate, dum ex oblatione † prædicta excluditur in D. 13
Theodoro malitia, & dolus, *l.igitur, §.potest, ff. de liberal.caus. l. interpretationem, ff.de pœn. l. factum, §.in pœnalibus,ff.de reg.iur.*ita vt in dubio † venit iudicandum pro exclusione caduci- 14
tatis:Honded.*cons.72.n.18.lib.*1.Rota *coram Burat.decis.182. num.*28. & hæc tanto magis procedunt, ex quo nec D.Theodorus, nec Fabrini eius Auctores, non habuerunt notitiam dicti pacti.

Et ita, &c.

DECISIO LVIII.

R. P. D. Meltio.

Bononien. Bonorum Emphyteuticorum.

Lunæ 1. Iulij 1647.

SVMMARIVM.

1 *Immissio petita vigore comprehensionis in inuestitura est priuilegiata, sicut illa quæ petitur* ex l. fin. Cod. de edict. Diu.Adr. toll.

2 *Portio emphyteusi vacans per obitum vnius ex inuestitis insolidum accrescit portioni superstitis.*

3 *Ius accrescendi habet locum inter inuestitos insolidum.*

4 *Concessio facta duobus, & cuilibet eorum operatur, vt vno deficiente acquiratur alteri per ius accrescendi, vel non decrescendi.*

5 *Pacta etiam insolita possunt apponi in inuestitura emphyteusis.*

6 *Renouatio inuestituræ non requirit qualitates personarum, quæ erant in personis primæ concessionis, sed bene eadem pacta fieri nequit in potentiorem.*

7 *Monasterium est capax emphyteusis durante vita professi.*

Declara, vt n.8.& n.10.

*Et Ecclesia dicuntur manus mortua, n.*11.
9 *Emphyteusis Ecclesiastica de sui natura non transit ad extraneos.*
11 *Dispositio emphyteusis facta in personas, & loca prohibita corruit.*]

BOna, de quibus agitur vsque de anno 1578. per viam renouationis ab Ecclesia fuerunt concessa Alphonso Annibali, & Io. Baptist. filiis Alexand. de Gandulphis, qui stipularunt pro se, & eorum, & cuiuslibet hæredibus, tam masculis, quàm fœminis insolidum, & infinitum in emphyteusim perpetuam ad tempus, & terminum 29. annorum, & illis finitis perpetuò ad renouandum successiuè in perpetuum de 29. annis sub hac lege, quod si inuestiti fuerint à directis Dominis requisiti, teneantur petere renouationem, & tam inuestiti, quàm eorum hæredes non possent iura dictæ renouationis, aut aliqua melioramenta in dictis bonis in totum, vel in partem vendere, cedere, donare, obligare, in dotem dare, vel de eis disponere, etiam in vltima voluntate, taliter quod ius conductionis, siue renouationis transiret ad extraneos hæredes sine ipsorum directorum Dominorum licentia, & consensu.

Defuncto Ioan. Baptista absque prole, obiit etiam Alphonsus relinquens Ioannem-Franciscum, & Fratrem Hyacinthum Professum in Monasterio S. Iacobi Religionis Augustinianæ eius filios; de anno 1616. inuestitura fuit renouata Annibali iam vocato in dicta inuestitura facta de anno 1587. & dicto Ioanni-Francisco filio Alphonsi, eum pacto expresso, quod huiusmodi emphyteusis non esset transitoria ad extraneos, & propterea dicti Domini noluerunt, quod transiret ad dictum fratrem Hyacinthum, firmis tamen remanentibus conditionibus appositis in prima inuestitura de dicto anno 1587.

Decessit deinde Annibal superstite Ioanne-Ludouico filio legitimo, & naturali, & hærede; prout etiam decessit Ioannes-Franciscus de anno 1645. absque prole, per cuius obitum dictum Monasterium ex persona eiusdem fratris Hyacinti prætendit sibi dari eius vita durante medietatem bonorum in inuestituris compræhensorum, quorum ratione in partibus obtinuit manutentionem.

Per appellationem deinde mihi causa commissa, & disputato hodie dubio, an Ioanni-Ludouico esset danda immissio, affirmatiuè fuit per DD. responsum: Cum ipsa ei nequeat denegari vti hæredi Annibalis compræhensi in prima in-
1 uestitura, cuius vigore possessio † est priuilegiata ad instar illius quæ petitur ex remedio *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. toll.* vt clarè colligitur per Isern. & Aluar. *cap.* 1. §. *insuper, de prohibit. feud. alien.* & iuxta not. per gloss. & DD. *in d. l. vlt.* & *ibi* Dec. *n.*17. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *n.*363. Rosental. *de feud. c.* 2. *concl.* 29. *n.* 5. Rol. *cons.* 1. *n.* 51. *lib.* 1. Bellon. *cons.* 10. *n.* 1. Surd. *cons.* 571. *n.* 5. & 6. Duran. *decis.* 301. *n.* 3. & *dec.* 220. *part.* 4. *diuers.* Caualer. *decis.* 316. *n.* 1. *Fanen. seu Senogalien. bonorum super immissione* 14. *Martij* 1646. §. *exhibuit enim, vers. quam etiam coram me.*

Maximè, cum talis emphyteusis fuerit concessa fratribus de Gandulphis pro se, eorum hæredibus, & successoribus insolidum, & Ioannes-Franciscus sine filiis decesserit; Annibal verò reliquerit Ioannem-Ludouicum eius filium, vnde medietas † dictorum bonorum ad Ioan. Fran- 2
ciscum spectans fuit vnita, & consolidata cum altera medietate per Ioannem-Ludouicum possessa ex iure accrescendi, seu non decrescendi illi competente: Bald. & Aluarot. *in c.* 1. §. *filia, in fin. de success. feud. l. nunc, n.* 36. *C. quando non peten. part.* Franc. Calder. *de iure emphyt. cap.* 13. *n.* 44. *vers. vnde si contingat:* Dec. *consil.* 73. *n.* 7. *vers.* 3. *lib.* 2. Dec. *consil.* 108. *n.* 5. Laderch. *consil.* 40. *n.* 7. Menoch. *consil.* 464. *n.* 2. *vers. tertio vrgere videtur:* Rot. *decis.* 176. *n.* 6. *part.* 5. 192. *n.* 1. *cum seq.* & 383. *n.* 7. *part.* 8. *recent. Forolivien. bonorum* 14. *Decembris* 1618. *coram Remboldo, & sub* 13. *Martij* 1620. *coram bon. mem. Pirouano.*

Quod ius accrescendi non solùm habet locum inter primos inuestitos, † sed etiam inter illorum 3
hæredes, cum illis pariter fuerit insolidum concessa renouatio ex text. *in c. cum plures, de offic. deleg. lib.* 6. *l. is qui ducenta,* §. *vtrum, de reb. dub.* Mantic. *de tac. & amb. lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 28. *vers. & hoc casu:* Laderch. *d. cons.* 40. *n.* 6. Rota *decis.* 192. *n.* 1. *part.* 8. *recent. Rauennaten. emphyteusis* 15. *Iunij* 1626. *coram bon. mem. Pirouano.*

Et quotiescumque aliquid conceditur duobus & cuilibet eorum, † concessio semper intelligi- 4
tur facta, vt altero deficiente illius portio ad alterum superexistentem pertineat, siue per ius accrescendi, siue per non ius decrescendi, vt loquitur Bald. *in d. c.* 1. §. *filia de success. feud. & in d. l. vnica, n.* 28. Aret. *in l. si mihi, & Titio, col.* 2. *vers. tertio adde, de verb. oblig.* Socin. sen. *cons.* 50. *num.* 2. *lib.* 1.

Non obstat, quod in inuestitura facta de anno 1581. fuerit compræhensus Frater Hyacinthus filius Alphonsi primi inuestiti, ex quo non potuerit de anno 1616. fieri renouatio solùm Annibali, & Ioanni-Francisco.

Quia certum est, emphyteusim non habere certam formam concessionis, sed illas prorsus recipere à conuentione partium, & possunt in ea apponi quæcumque pacta † etiam insolita, ad 5
text. *in cap.* 1. *de feud. non haben. propr. natur.* Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 11. *n.* 16. *in princip.* Gratian. *discept. forens. cap.* 719. *num.* 29. Natt. *cons.* 679. *n.* 2. Rol. *cons.* 16. *n.* 8. *lib.* 3. Aldobrand. *cons.* 1. *n.* 251. Surd. *decis.* 95. *n.* 16. & 17.

Et conclusio, quod renouatio † fieri debeat 6
sub eisdem pactis, sub quibus facta fuit prior inuestitura, procedit quoad ipsa pacta ponenda in inuestitura renouata, cum ista debeant esse conformia pactis appositis in prima inuestitura, non autem respectu qualitatis personarum, quia non est necesse, vt personæ quibus fit ronouatio habeant eamdem qualitatem, cuius erant vocatæ in prima inuestitura, Bero. *cons.* 99. *lib.* 1. Rot. *in bonorum emphyteuticorum,* 20. Iunij 1586. coram Platto, quæ est impressa *inter cons. Giouagnon.* 44. *sub num.* 121. *vers. non obstat, quod renouatio, lib.* 2.

Nec releuat, quod saltem vita durante Fratris Hyacinthi quoad commoditatem huius emphyteusis, Monasterium † succedat eius lo- 7
co; maximè cum ratione huius emphyteusis nullum præstet fidelitatis iuramentum, Afflict. *decis.* 320. *n.* 9. *vers.* 4. allegatur *in princ.* Capic. *decis.* 10. *n.* 10. Curt. *in tract. de feud. membr.* 2. *part.* 3. *num.* 24. Fulgin. *de emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. q.* 14. *n.* 14. *vers. Et ideo,* Bursat. *cons.* 199. *n.* 1.

Quoniam

Quoniam Monasterium tunc est capax em-
8 phyteusis, quando ita est perpetua, † & transitoria ad quoscumque hæredes, & successores. Bart. *in Authent.ingressi,in repet.num.37.versic. quaero ergo,C.de sacros.Eccles.* Ioan.Andr.*in cap. in præsentia, num.16.* & ibi Bero. *num.152. de probat.* Corbul. *de iur.emphyt.de caus.priuat.ob mort.ciuil.n.4. vers.licet,* Marc.Anton.*var.resol. lib.1.cap.101.num.10.§.1.enim*, Fulgin. *de iur. emphyt.in tit.de success.in bon.emphyt. quæst.14. num.12.* ibi, Et quod Monasterium, &c. *& in tit.de alienat. quæst.1. n.221. circa fin.* Gratian. *discept.forens.cap.481.num.61.& seq.* Rosental. *de feud.de success.descenden.& in test.cap.7.conclus. 29. num. 11.* qui asserit hanc opinionem esse veriorem, & Ioan.Kolori *de iur.emphyt. in tract. diuers. c.13.num.9.* pariter firmat emphyteusim ad Monasterium transire, quando ingrediens Religionem haberet emphyteusim à priuato, nam secus est, si Emphyteuta, vt in præsenti casu habeat ab Ecclesia. Aldobr.*consil.40. num.1.vers.qui emphyt. lib.1.* Bursatt. *cons.199.* qui recedendo à superiori sua opinione, hanc vti veriorem distinguit, & firmat *sub n.11.12. & 13. §. 2. & 3.* quia tunc emphyteusis Eccle-
9 siastica † de sui natura ad extraneos transire prohibetur *§.emphyt. auth.de non alienan.* Gloss. & DD. *in l. Etiam, ff.solut.matrim.* Corn. *cons.13. num.4.lib.3.* Socin.sen.*cons.121.num.18. lib.4.* Bursat. *d.cons.199.num.41.* Gregor. XV. *decis. 529.num.1.& decis.265.num.17. part.4. recent.* Mediolanen. bonorum 30. Maij 1633. coram bon.mem. Merlino, & in Florentina Parochialis in Sala 10. Iunij eiusdem anni coram Eminentissimo D.Cardinali Panzirolo. Quæ prohibitio legis eo magis hic corroboratur ex alia prohibitione huiusmodi, quæ oritur ex prædicto speciali apposito pacto, quo cautum fuit, vt Emphyteutæ non possent dicta bona alienare, neque transferre per contractum, vel vltimam
10 voluntatem in extraneos, ideo virtute huiusmodi duplicis prohibitionis † fuit penitus interdicta omnis, & quæcumque potentia alienandi bona Emphyteutica vsque ab initio; Itant nullo vnquam tempore, & ad nullum effectum illa à Monasterio possint acquiri, ac apud illud remanere, *§.Sanctiss.Auth.de alien. Emphyteut.* Imol. *in §.Filiusfamilias, §.Diui, col.1. vers.extra,* per gloss. & ibi Alex. *n.2. circa med. ff. de leg.1.* Natt. *consil.481. n.17.* Aldobr. *cons. 40. num.9. lib.1.* Bursatt. *cons.199. num.5.& n.11. vers.non puto, & num.48 .vers.3.* DD. *dict.decis.125.num.13.& 211. vers. quoniam quando, part.6.recent.* Accedit vlterius, quod talis renonatio † ad fauorem Monasterij interdicitur etiam ex dispositione iuris communis, ne illa fiat in potentiorem, *l.fin.§.autem duorum,C.de iur.emphyt.* ibi iis autem personis, quæ non solent in Emphyteuticis contractibus vetari, &c. Calder. *in tract.de iur.emphyt.lib.1.quæst.19.n.24.vers.concludo igitur.* Corbul. *de cau. priuat. ob alienat. ampl.12.num.1.* Clar.*in §.emphyteusis, quæst.20.* Natt. *cons.491.num.2.* Gregor.*d.decis.529.n.5.* Duran. *decis.334.num.6.& decis.278.num.2. in fin.part.3. recent.* Quod autem Monasterium,& & Ecclesia dicatur potens, & prohibeatur succedere in bonis Emphyteuticis Ecclesiæ procedit ex causa, & ratione, quia numquam moritur,
11 & dicitur manus † mortua:probat text.*in cap.1. de alien.feud.*& ibi Afflict.*in princ.num.4.& 5.* Bursat.*d.cons.199.num.8.* Adden.*ad Greg.XV. decis.520.num.14.& d.decis.334.num.11.* Ferrarien. bonorum de Schianolis 28. April.1617. coram Sanctissimo D.nostro, vnde d.Fratri Hyacintho in nihilo suffragantur testamenta Alphonsi, & Ioannis Francisci, in quibus scriptus fuit hæres, quia non potuerunt de bonis † præ- 12
dictis validè disponere in personas, & loca prohibita, vt fuit dictum in Farfen. bonorum 13. Ianuarij 1647.*§.fin.vers.de residuo autem*,coram R.P.D.meo Corrado.

Et ita vtraque parte,&c.

DECIS. LIX.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Fideicommissi.

Lunæ 8.Iunij 1648.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi inciuilis quæstio dum de eo in testamento litteraliter apparet.*

2 *Confessio geminata grauatorum non docto de errore probat fideicommissum.*

Non admittitur sine solemnitatibus vbi prohibita est alienatio,n.19.

Declara;vt n.20.& 21.

Dotis ad pompam promissa sine solemnitatibus nil probat,n.24.

Dotis recepta facta in testamento, nec valet in vim legati.

3 *Testamentum præteritione liberorum iniustum semel approbatum impugnari nequit, num.9.*

Non constito de vitio impugnari nequit, num.10.

4 *Puri & purificati eadem est ratio.*

5 *Filiatio ex quibus probetur.*

6 *Legitimitas probata filiatione præsumitur.*

7 *Identitas probatur ex confessione grauatorum.*

Amplia, vt n.8.

11 *Legitimam in imputantur recepta in computum.*

12 *Legitima ex non confectione inuentarij, & alienationibus præsumitur consumpta.*

Amplia,vt n.13.

14 *Confessiones emissæ in scriptis vti præmeditatæ magis probant.*

15 *Prohibitio alienationis fideicommissi etiam ex causa dotis facta à testatore non valet.*

Secus si à Principe,n.16.

17 *Ius petendi supplementum legitimæ, non transit in extraneos.*

18 *Trebellianica potest prohiberi filiis primi gradus.*

22 *Mulier nubit dote secundo Viro, qua nupsit primo.*

23 *Voluntas declaratur etiam ex actu nullo.*

25 *Dotis promissio excessiua præsumitur simulata.*

26 *Correspectiui dicuntur actus ex illorum vicinitate.*

27 *Declaratio morientis in testamento emissa præsumitur vera.*

28 *Exceptio existentiæ proximiorum videtur exclusiua iuris agentis.*

Exclusiua iuris agentis non potest opponi à non possidente,n.29.

30 *Possessio data ad tempus, eo finito resoluitur.*

Et reintegratur præcedens possessor, n.31.

32 *Immissus ex fructibus satisfactus non restituens possessionem dicitur spoliare.*

33 *Spoliatus est in sua possessione restituendus.*

34 Auth.Res,C.Comm.de legat. *est correctoria iuris communis.*

Etiam hæredibus extraneis suffragatur, num.35.

36 *Hypothecam generalem,& specialem habens, an cogatur eligere specialem.*

PAnthasilea Mattheia de Vrsinis anno 1577. scripsit sibi hæredes Iacobum-Antonium, Curtium, Scipionem, Dominicum, & Fabium suos filios, hisque substituit eorum descendentes in infinitum, prohibuitque detractiones Trebellianicæ, & cuiusuis alterius quotæ, & immobilium alienationem sub pœna priuationis.

Ex Curtio ortum habuit Clarina, ex Scipione Cæsar, Hylarius ex Fabio: Obiit Cæsar instituta Thopasia vxore; obiit etiam Thopasia institutis sibi Remedio, Albano, & Balthazare Vandello: Quapropter contra istos DD. Clarina, & Hylarius litem mouerunt prætendentes, ad eorum fauorem apertum fideicommissum, eo desuper assumpta disputatione, dixerunt Domini constare de fideicommisso, & detractiones non obstare.

Et de existentia quidem fideicommissi inciuilis videretur dubitatio, cùm ex ipso appareat
1 † testamento Panthasileæ, *l.ille à quo 13. §.si de testamento,ff.ad Sen.Conf.Trebel.l.fin.C.de edict. Diu.Adr.toll.* & post antiquiores Molin. *de primogen. lib. 2.cap.8. num. 2.* Mierez *de maiorat. part. 4. quæst. 20. num. 137.* Gomez & omnes Tauristæ *ad l. 421. Tauri:* Peregr. *de fideic. art.43. ex num. 2. vers. probatur autem fidei-*
2 *commissum*; & ex confessione † Cæsaris, Hylarij, & Claricis tempore non suspecto sæpiùs geminata in supplicatione pro licentia vendendi, & subrogandi, & in instrumentis subrogationum de cuius errore non docetur, nec dicitur ad tradita per Peregr. *de fideic. dict.art.43. num.6.* Dec. *conf.16. num.11.* Decian.*consil.4.num.76. lib.3.*Mier.*de maiorat.part.2.quæst.50. num.95. & part.4.quæst.14.num.44.*Menoch. *consil.820. num. 26.* iuncto Fusar. *de substit. quæst. 618. num.39.* qui *in quæst. 501.* cum citatis est intelligendus, quando constat de errore: Cyriac. *controu.256.n.6.*

Purificatio quidem non minus clara ad fauorem Hylarij, & Claricis per mortem Cæsaris sine filiis, de qua non controuertitur, & ex eius testamento, & aditione Thopasiæ, ab eo institutæ (ex cuius iure veniunt Albanus, & Balthazar Vandellus) quæ hæreditatem non potuisset acquirere, si cum filiis Cæsar decessisset, Iniustum enim esset testamentum præteritione libe-
3 rorum † vulg.text.*in l. Gallus 20. §. in omnibus alias, §. ergo, l.inter cætera 30. ff. de lib.& posthum. cum similib.* Præterquam quod obitus sine filiis de iure præsumitur, *l. ex facto 17. & ibi* Bart.& Bald.*ff.ad Sen.Conf.Trebell.*cum pluribus per Surd. *consil. 92. num. 16.* Fusar. *de substit. quæst.436.num.3.* Mantic.*decis.32.num.1.* Rota *decis. 641. num.3. part.3. recent. & decis.468. num. 8. part. 5. & in Romana fideicommissi de Captiferreo 4. Maij 1625. coram Coccino*; latè Mascard. *conclus. 801. lib. 2.* & sic verum est, quod aduenerit conditio fideicommissi: Argel. *de acquir.possess.quæst.8.num.328.& 335.* Vnde idem est, ac si iure fuisset facta institutio ex vulgari regula, quod puri, † & purificati eadem est 4
ratio, *l.necessario num.8.vers.quid si extiterit, ff. de peric.& rei vend.l.potior 11.§.1.ff.qui potior. in pign.hab.l.si pupillus 26.ff. de condit. & demonst.*Argel.*super num.309. & 376.* Peregr. *de fideic.art.49.n.78.*

De legitimatione personarum, & filiatione Hylarij, & Claricis constat ex instrumentis per eos, & ipsum Cæsarem factis, in quibus fatetur esse fideicommissarios, & enunciantur filij Curtij, Scipionis, & Fabij respectiuè, vt in instrumento venditionis Domus, & aliis quæ non possunt Cæsaris hæredes nunc infringere ex *suprà citatis* §.& de existentia.

De filiatione verò Cleriæ, & Virginiæ constat ex donatione, & collocatione in matrimonium † per earum matrem Claricem facta: Bu- 5
ratt. *decis. 725. num. 5. & 6.* vbi multos etiam congerit Gratian.*discept.653. num.7. tom.4.* Et ex fide Baptismi, & ex Breui *S. mem. Pauli V. derogationis*, ex quo constat Cæsarem egisse contra Claricem, & Cleriam, & Virginiam eius filias, & in arbore descendentiæ datæ pro altera parte, in quibus omnibus enunciantur dictæ filiæ legitimæ; & videtur notorium, nec secundum bonum finem peti probationem legitimationis, † præterquam quod præsumitur: Peregr. 6
*de fideic.art.43.num.7.*Couar. *in Epitom.par.2. cap.1.num.5.* Rot. *decis. diuers.420. in princip. part.1.*

Sed quicquid de hac opinione sit dicendum extantibus tot instrumentis, & Cæsaris confessione, tractatu, & nominatione, imò & notorietate, & quasi possessione dictæ filiationis, & legitimationis, tam Claricis, & filiarum, quàm Hylarij, qui tamquam tales fideicommissum, & hæreditatem suorum parentum possident, & possederunt, (*cap. latro 4.§.fin.qui filij sint leg. & ibi* gloss. *verb.probare,*) & stante fide Baptismatis, & Matrimonij non videtur dubitandum, nec creditur partem aduersam in hoc insistere, & durissimum quidem esset dubitari filias Claricis mulieris conspicua prædictæ nobilitate esse illegitimas.

Nec etiam in controuersiam adducetur bonorum identitas, & abundè constat ex instrumentis subrogationum, & supplicatione pro licentia vendendi Domum, & Casale in quibus etiam fatetur bona prædicta supposita esse fideicommisso,† & in eorum loco fieri dictas subro- 7
gationes, quæ confessiones emanatæ à Cæsare, Hylario,& Clarice non solum probant inter eos, vt præter supra allegatos dixit Mazzar. *de fideicom. quæst.58.* Decian. *cons.760. num.9. & 10. lib.3.* Peregrin. *de fideic.art 44. num.5.* Buratt. *decis.229.num.1.* Rota *decis.320.num.5.par.5. recent.* sed etiam contra Albanum, & Vandellum,† à Cæsare causam habentes Fusar. *de sub-* 8
stitut.quæst.618.num.11. Ruin. *cons.128. n.16. lib.2.* Seraph.*decis.543.num.3.* Buratt. *sup. n.1.* & ibi Adden. *lit.A.& decis.76.num.7.* Rota *d. decis.320. num. 4.* qui non possunt infringere confessionem Authoris *d. decis.229.* & aliis supracitatis, Nequerol. cum multis *allegat. 25. num.85.* Cyriac. *controu. 256. n.5. & 6.* Surd. *cons.151.num.38.& cons.188. num.3.* Rota *decis.462. num.2. part. 4. recent.* qui plures referunt.

Et

Et tandem hoc non videbantur hæredes pernegare, sed tantùm insistebant non posse agi ex remedio *l. fin.* quia non adducitur testamentum originale, de quo remedio cum hodie agatur insulsa est disputatio, & quando ageretur pa-
9 rum forte interesset, cum ipsi Adrij † virtute eiusdem testamenti Panthasileæ petierint hæreditatem Cæsaris, non poterunt hoc instrumentum calumniare. Rodefraben. *decis.* 39. *num.* 32. *versic. Præterea*, Thesaur. *decision.* 36. *num.* 4. *vers. tota*, Præterquam quod cum appareat de
10 identitate testamenti per confessionem Cæsaris allegatam in † superius, in terminis satis constat de non vitio eiusdem testamenti: Angel. *de acquir. possess. q. 6. art. 3. num. 44. vers. ad secundum*, aliis congestis.

Detractiones vero non obstare dixerunt Domini.

Non prima ex legitima, quia in eadem de-
11 bent imputari scuta 200. per Scipionem Patrem Cæsaris ad computum † legitimæ accepta à Panthasilea eius Matre, *l. si non Matris causa* 25. *ff. de inoff. testam. l. si quando* 35. *§. fin.* vbi Gloss. *in verb. computetur, C. eod. §. igitur Instit. eod.* & ibi Piccard. *d. num.* 35. Donell. *lib.* 19. *Comment. cap.* 4. & passim DD. in dictis iuribus, exegit insuper scuta 600. ex pretio partis Casalis Vezzani, scuta 58. ex medietate vnius loci Montis fidei, scuta 168. 30. ex pretio domus mediante Mensa Numularia Hospitalis S. Spiritus, de quibus nulla redditur ratio, nec dubitari quin debeant in legitimam imputari, *l. Marcellus* 3. *§. res quæ* 3. *ff. ad Sen. cons. Trebell.* Angel. *de acquir. quæst.* 8. *num.* 850. Mangil. *de imput. quæst.* 9. *num.* 69. Peregr. *de fideicom. art.* 39. *n.* 2. Rota *in Maceraten. fideicom.* 16. *Februar.* 1601. coram Sacrato, cum aliis per eos adductis.

Præterea cum Scipio Pater Cæsaris non confecerit inuentarium, & appareant alienationes factæ, præsumitur subtractio, & satisfactio de
12 legitima, † & contrarium dicens deberet concludenter probare, text. *in Authent. de Hæred. & Falcid. collat.* 1. *in Nouell.* 1. *cap. cum hinc nobis* 2. ibi, sed dabit eis pœnam ex...... suæ malignitatis cum transcenderint leges, & post antiquiores, Peregrin. *de fideicom. art.* 39. *n.* 14. Couarr. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. Gratian. *discept.* 570. *à num.* 20. Rota *in recent. decis.* 47. *n.* 11. *decis.* 77. *num.* 3. *decis.* 226. *n.* 16. *dec.* 270. *num.* 17. *dec.* 309. *num.* 3. *dec.* 185. *num.* 5. *part.* 5. *recent. decis.* 298. *num.* 3. *part.* 6. *& decis.* 164. *num.* 7. *dec.* 167. *num.* 8. *part.* 7. *& in Aexina fideicommissi* 10. *Maij* 1641. *§. nec obstant tria*, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana fideicommissi de Captiferro 10. *Martij* 1645. *§. non obstant, quod hac portio, &c.* confirmata 19. Februarij 1646. *& in Ramana fideicommissi de Rubeis* 30. *Maij* 1646. *§. non obstat, &c. pag.* 9. coram R. P. D. meo Corrado, *& in Romana fideicommissi de Palatiis* 28. *Iunij* 1645. *§. quia cum, &c.* coram me, Burat. *decis.* 115. *num.* 10. Adden. latissimè *num.* 18. Duran. Tarraconen. *decis.* 165. *num.* 5. *&* 195. *num. eod.* & multæ aliæ congestæ per Gionagnol. *consil.* 20. *num.* 2. & per Add. ad S. mem. Gregor. XV. 266. *num.* 16. *& Aexina fideicommissi* 13. *Ianuarij* 1640. *§. & quatenus, &* 31. *Ianuarij* 1642. *§. Nam omissis, &c.* & coram R. D. meo Dunozet. Decano, & alij plurimi nouissimè congesti per Merend. *controu. lib.* 24. *cap.* 9. *à num.* 4. Ex quibus apparet malè sentisse contrarium Scayn. cum aliis *decis. Bonon.* 108. *num.* 66. qui adducit etiam Rotæ decisiones nil tale probantes, imo quamplurimæ ex supracitatis loquuntur etiam vbi nullæ factæ fuerunt alienationes, & quod sola omissio inuentarij sufficiat; nam ratio ab omnibus aduersa est præsumptio subtractionis, & fraudis, & sufficientis satisfactionis. Cum vero adsunt alienationes nulla est dubitatio ex supra allegatis. Nec interest, quod constet de quantitate pecuniarum habitarum ex alienationibus Domus, & Casalis, quia non per hoc probatur quod non fecerit alias, quæ facilè colliguntur, ex quo de mobilibus Panthasileæ nulla datur ratio.

Nec obstat etiam quod alienationes non fuerunt factæ ab ipso Scipione, non sufficit factas fuisse † ab eius filio, seu hærede, est optima 13
decis. 488. *per tot. part.* 4. *recent.* quæ omnia procedunt etiam si agatur contra grauatum fideicommisso vniuersali, Couar. *var. d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 4. Ruin. *cons.* 81. *num.* 4. *lib.* 2. Rota *d. decis.* 309. *num.* 29. *part.* 5. *decis.* 165. *num.* 8. *part.* 7. *recent. in Bonorum fideicommissi de Glantinis* 5. *Iunij* 1637. *§. Quo vero ad detractiones, &c. &* 10. *Decembris* 1638. *§. Non obstat conclusio, &c.* coram R. P. D. meo Royas, *& in d. Auximana fideicommissi* 13. *Ianuarij* 1640. *§. Etque magis, &c. &* 31. *Ianuarij* 1642. *§.* 1. *coram Reueren. Decano*; Vbi insuper quod hæc conclusio indistinctè procedit, siue grauatus, eiúsque successores agant, siue excipiant *in dicta Aexina fideicommissi* 10. *Maij* 1641. coram R. P. D. meo Cerro, *in dicta Romana fideicommissi de Palatiis* 28. *Iunij anni præteriti, §. Eaque præsumptio*, coram me.

Addebat vnus ex Dominis nil per posse, nec pro detractione supplementi legitimæ, nec pro ipsa legitima, imo, & posse tentari restituendas pecunias à Cæsare consumptas ex dictis alienationibus.

Primò, quia ipse Cæsar sæpè confessus fuit supradicta bona esse supposita fideicommisso, quæ confessiones bene probant † cum sint in 14
scripturis factæ, quæ non solent emitti sine meditatione, *l. Desiderium* 7. vbi Bald. *C. deposit.* Surd. *cons.* 151. *num.* 44. & faciunt allegata *in dict. Auximan. fideicommissi* 26. *Maij* 1642. *§. quoad tertiam, in fin.* coram R. D. Decano. Eo magis cum sit de re quæ pendet ab animo confitentis, quia Cæsar benè potuit approbare fideicommissum præsertim ante contractum matrimonium. Surd. *cons.* 173. *n.* 42. *& cons.* 177. *n.* 9. maximè coram Notario: Idem Surd. *consil.* 188. *num.* 11. Imo coram Principe, *l. fin. C. de precip. Imp. offeren.* ibi, vt responsum Principi vera precatio rem aperiat cognoscendam, ex quibus patet quod Cæsar possedit ista bona titulo fideicommissi, non titulo legitimæ.

Secundò, quia ipse Princeps iussit, vt supradicta bona remaneant semper subiecta fideicommisso, nec possent alienari ex quacumque causa etiam dotis, † vbi quicquid fit in prohibitione facta à testatore quæ contra legis disposi- 15
tionem nullius momenti est, vulg. text. *l. Nemo potest, §.... ff. de leg.* 1. & sic non præiudicet legitimæ, vt notant omnes, & latè Merlin. multis citatis, *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 9. *num.* 10. *ex notissimis, ff. quoniam in fortioribus terminis* 32. *& scimus* 36. *Cod. de inoffic. testam.* cum similibus tamen, quando adest Principis prohibitio, † maximè ad supplicationem partis non videtur 16
dubitandum, cum ipse bene possit leges corrigere

re ad notata, *in l.2.ff.de constit.*Molin.*in puncto legitimæ de primog.lib.2.cap.1. num.* 14. *& cap.* 10. *num.* 81. *vers. quod probatur*; & præcipiendo vt essent fideicommisso subiectæ, & non alienarentur ex quacumque causa videtur derogare etiam legitimæ, & legibus, ad text. *in l. Quidam consulebant, ff.de re iudic. l.idem Vulpianus* 12. §. *fin. ff. de excus. tut.* Molin. *dict. cap.*10.*num.*15.

Tertiò, quia nec Scipio, nec Cæsar de onere fideicommissi post tot prohibitiones, & con-
17 fessiones conquesti sunt, & sic ius oneris † reiiciendi ad hæredes extraneos non transferri tenuerunt multi laudati à Cancer. *lib.2.var.cap.3. num.*41. & à Gratian. *discept.* 983. *ex num.*11. qui latè *à num.* 15. *ad* 25. respondet contrariis, & *in addition. ad decis. Maceraten.* 4. *num.* 2. Arias de Mez. *var. lib.*3. *cap.* 42. *num.*21. & à Modern.ad Peregr.*de fideic.art.*3.*fol.*399. *vers. decimo tertio obseruo*: Capic.Latr. *consult.*121. *num.*36. Tusch. *lib.*5.*conclus.*210.*num.*1. *littera L*, & multi per eum relati, & per Castill. *lib.*5.*contr.c.*107.*num.*72.Rota *decis.*47.*num.*2. *vers. quod eo magis*, *& dict. decis. vt num.* 50. *part.*5. *recent. & in allegata Bonorum de Rubeis* 30 *Maij* 1646. §.*nec obstat,vers.facilius,pag.*9. *coram R.P.D. meo Corrado.*

Minus competere potest detractio Trebellianicæ, quia licèt valdè quæstio hæc, an possit
18 prohiberi filiis primi gradus † Doctor. exercuerit ingenia, affimatiuam sententiam sequitur Rota, & tenuit latissimè ad partes disputans:Molin. *suprà lib.*1.*c.*17. *à n.*12.multis hinc inde congestis,& aliis pluribus Adden. ibi præter lõga serie relatos à Castil.*lib.*5.*controu.c.*86.*n.*48.& à Fachin.*lib.*12.*controu.c.*11.& à Moder.Suer.*tom.*1. *tr.*5.*tit.*6.*n.*278.& à Merend.*latè disputan.controu.lib.*4.*c.*15 *& respond.l.iubemus 6.C.ad Sen. Cons.Trebel.*in qua tota difficultas consistit, cui etiam alij multi ex citatis respondent,& ab ea nõ esse recedendum propter Rotæ auctoritatem, ait Mazzar. *ad fideicom. quæst.* 49. quam summam esse ait Fachin. suprà agens de hac disputatione semper enim sic tenuit, vt ex relatis à Marescot. *lib.*1.*var.cap.*100.*num.*10.Seraphin. *decis.*553. *n.*8.*& decis.*570.S.mem.Greg.X V. *decis.*421. *à num.*9. vbi alia per Add. *num.*18. *& dec.*399. *num.*10.*part.*5.*recent. decis.*653. *part.*3. *diuers.* Mantic.*decis.*348.*num.*1.Caual. *decis.*441. *n.*2. *& in Spoletana bonorum* 20.*Maij* 1628. §. *respectu Trebellianicæ coram Virile*; & quando vltra prohibitionem incurrit omissio inuentarij, sine dubio procedere: Grat.*cons.*160.*n.*22.*lib.*2. Curt.iun.*cons.*54.*n.*11.

Nec difficiliores explicatus habet prætensa detractio dotis Theopasiæ quam ascendere tantùm ad scuta 1600.dixerunt Domini, quia licèt in instrumento dotali pridie matrimonio celebrato, Cæsar confessus fuerit accepisse anteriori tempore scuta 1500. & ei promittebantur alia 1500. quæ efficiebant dotem 3000. postridie tamen matrimonio ambo fecerunt instrumentum, in quo declararunt dotem esse tantùm scutorum 1500. alia verò ad pompam & ostentationem fuisse conuenta, cui confessioni repugnare non possunt Thopasiæ successores, ex *suprà* allegatis.

Nec quicquam facit, quod confessio non ad-
19 mittatur sine solemnitatibus vbi prohibita † est alienatio *S.m. Greg.X V. dec.*118.*n.*7.Rot.post Zacch. *de Societ. decis.*24.*n.*3.*vers. Non obstat*; Thomat.*dec.Macerat.*23.*n.*88.*&* 89.qui plures referunt, quia conclusio non procedit † quando 20
confessio est coniecturis suffulta: Gabr. *cons.*51. *num.*5.*lib.*2.Gregor.X V. *dict. decis.*188. *n.*8. & *ibi* Add. multis citatis *dict. decis.*24. *num.* 5. post Zacch.& alij plures per Fenzon. *ad Statut. Vrb.cap.*151.*fol.mihi* 365.*in princip.& num.*1. & in confessione per viam recognitionis bonæ fidei † indistinctè docuit Rot.*in Romana do-* 21
tis 10. *Ianuarij* 1600. *coram Sacrato*, *& in alia Romana dotis* 23.*Februarij* 1624.§.*Nec in tali declaratione Coram R. P. D. meo Ghislerio*, cum aliis diligenter congestis per Altograd. *consil.*5. *à num.* 7. *ad* 14. Reu. Vrgell. *decis.* 98. *num.*13.

Adminiculum quidem adest hic magnum nempe Thopasiam nulla dote primo viro nupsisse, à quo habuit bona vsque ad quantitatem scutorum 1500. quia mulier † ex dicta dote vi- 22
detur nubere secundo qua nupsit primo, *l. dote* 30. *ff.de iur. dot. l.penult.* §. *Van. ff. solut. matrim.*qua ratione vtitur S. mem. Greg. *suprà* ad probandum simulationem dotis confessatæ; cum ergo Thopasia nulla dote nupserit primo viro, & ab eo acceperit dicta scuta 1500. magna coniectura est nulla alia habuisse bona, & confessionem quoad alia scuta 1500. fuisse simulatum, & ad pompam.

Deinde quia esto actus sit nullus † sufficiens 23
quidem erit ad declarandum voluntatem:*l.fin. ff. de reb.eor.l.*2.*Cod.de confirm. tutor.*citati per Altograd.*cons.*80.*num.fin.* Rota *in Vliteboneñ.professionis* 16.*Iunij* 1640. *coram Reuerendissimo D. meo Carillo Episcopo Salamantino*: Seraph. *decis.* 934. *num.* 13. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.*20.*num.*6. & in puncto confessionis dotis ad pompam promissæ, † quam mulier fecit sine so- 24
lemnitatibus, relati per Altograd. *dict. consil.* 5. *num.*3.eo quod optimè probet promissionem factam fuisse apparenter tantùm, & non realiter: Decian.*cons.*68.*num.*16.*lib.*2. Farinac.*de fals.& simulat.quæst.*162.*num.*116.*& duob.seqq.*& hic non vtimur confessione † mulieris ad eam obli- 25
gandam, nec ad renuntiationem iuris, sed ad probationem rei gestæ: Reu.Vrgell. *d.decis.*98. *num.*13. Maximè vt ex Curt.Menoch.Alban.& aliis idem Altograd.*ad cons.*5.*n.*4.

Præthereà, quia ista confessio est correspectiua instrumento dotis, † vt probatur ex actorum 26
vicinitate: Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.*12. *num.*28. *&* 30. Bellon. *de potest.eor. quæ incontinenti fiunt*, *cap.* 36. *num.* 3. ex quo nascitur vt videatur ipsimet instrumento inesse, & eius contemplatione facta, & quod pro vno habeantur: Verall. *decis.*307. *num.*2. Menoch. *vbi sup. num.*20.Giurb. *cons. crim.* 86. *num.* 18. vbi multis citatis in arbitrio Iudicis positum esse, quæ dicantur incontinenti facta, *& ad consuet. Messan. cap.*8. *gloss.* 5.*part.*1. *num.* 2.Decian. *consil.*3. *num.*121.*lib.*4. Rot. *post cons. Farinac. lib.*2.*decis.*124.*num.*5. & optimè facit pro casu nostro cum triduo non transacto emanauit confessio, text. *in l. fin.* ibi ex continenti, id est, triduo proximo, *Cod.de iudic.Aduoc.& l.fin.*§.*illico*, ibi; illico autem, id est, infra triduum, *C. de iud.* quod secundum subiectam materiam solet arbitrari: Giurb. *dict. num.* 18. Gigas. *de pens. quæst.*100.*in fin.*

Adstipulatur etiam alia declaratio, seu confessio eiusdem Cæsaris facta in suo testamento in mortis articulo, vbi declarauit recepisse

pisse in dotem Thopasiæ scuta 1600. quæ cum sit à moribundo facta non bene præstat adminiculum, † quia in illa hora, quisque præsumitur
27 veritatem proferre: Faber *in Cod. lib. 4. tit. 31. num. 7. & 8. in allegat.* Rot. *decis. 58. num. 20. & 22. part. 7. recent.* ex eo, quia moriens quisque censetur memor salutis æternæ, *l. fin. Cod. ad l. Iul. repetund.* cum vulg. per Axiomatistas: Valasc. *littera N, Axiomat. 112.* & sic censuerunt Domini illa scuta 1600. ad hæredes Thopasiæ pertinere, sed constare de satisfactione ex bonis mobilibus Cæsaris, de quibus in Inuentario, per ipsam Thopasiam facto, & ex fructibus bonorum perceptis à die associationis, quæ non solùm ascendunt, sed excedunt dictam quantitatem.

Nec quicquam facit exceptio, quod Victoria, & Ioanna filiæ Scipionis non probentur
28 mortuæ, quia licet hæc assertio † videatur exclusiua iuris agentis ad latè tradita per Surd. *consil. 405. num. 9.* Thesaur. *decis. 4. per tot.* Argell. *de acquir. poss. quæst. 3. n. 161.* & melius *quæst. 8. num. 149. cum seq.* Non potest opponi ab hæ-
29 redibus † Thopasiæ, quia non fiunt possessores ad regulam text. *in l. fin. C. de rei vendic.* eorum enim possessio virtute mandati de associando quæsita, est resoluta facta satisfactione debiti pro quo fuerunt associati; nam possessio data ad
30 † tempus post illud dicitur pohibita, *l. statu liberi, §. Stichum, ff. de leg. 2. l. si vnus 27. §. cum reo,* vbi Bald. *& l. Epistola, §. fin.* vbi Castr. *in princ. ff. de pact.* Surd. *cons. 354. num. 18. vol. 2. & decis. 173. num. 12.* qui alios congerit: Pacific. de Saluian. *inspect. 4. cap. 1. num. 18.* & sic Hy-
31 larius, & Clarina sunt reintegrandi † in sua possessione, à qua fuerunt eiecti virtute mandati de associando ad tradita per Castr. *d. §. si cum reo, num. 3.* Corbul. *de iur. emphyt. de caus. probat. ob lin. finit. in princ.* vnde immissus postquam ex
32 fructibus fuerit satisfactus † possessionem restituere denegans dicitur spoliare: Surd. *cons. 260. num. 7. lib. 2.* Menoch. *de recup. remed. 1. n. 148.* Ægid. *decis.* ... sic Ruin. *cons. 165. num. 5. lib. 5. vers. ad illud, &c.* & sic alij per eos; & sic Vr-
33 sini tanquam spoliati † veniunt restituendi ad suam possessionem, *ex vulg. reg. cap. in litteris de restit. spoliat.* Menoch. *vbi supra.*

Imò contendebat vnus ex dominis fructus esse restituendos, quia bona de quibus agitur non potuerunt obligari de dote, stante supplicacatione ipsius Cæsaris Principis decreto, ne bona possent ex quacumque causa etiam dotis aliena-
34 ri, vt *suprà* est deductum † eo magis cum *Auth. Res quæ, Cod. comm. de leg.* sit iuris communis correctiua, vt asseritur *in Auth. vnde sumitur, videlicet de restit.* & ea quæ parit *collat. 4. Nouell. 39. in fin. præfat.* & sic faciliùs potuit derogari; præcipuè cùm tot annis ante matrimonium consensus, & decretum emanauerint; adiuncto etiam quod fideicomissum est maternum, & enixa voluntate Panthasileæ, ne bona alienarentur ex quacumque causa, vt conseruarentur inter suos descendentes, adiectâ pœnâ priuatio-
35 nis, & quòd isti hæredes † sunt extranei, quia licet hoc non sufficiat ad excludendum remedium, *Auth. vt bene per Rot. in Romana dotis 23. Iunij 1645. & 23. Mai; 1646. coram R. P. D. meo Ottobono,* vbi multi laudantur; facit tamen in præsenti cessare, quia illud remedium intrat, vel ex præsumpta mente testantis, & hoc excluditur per expressam prohibitionem, vel ex publica vtilitate, & virtute legis in ea se fundantis, vt in allegatis decisionibus, & hoc corrigitur Principis decreto maximè ad supplicationem emanato.

Prætereà addebat idem D. non intrare dictum remedium, quia est subsidiarium, vt notant omnes *in dict. Auth.* & Thopasia habebat bona specialiter obligata, & pro fundo dotali assignata, videlicet Domum quandam Cæsaris, & illa loca Montium, in dotem ei data: † Quare con- 36
tra ea prius agere debet, & intrat etiam regula text. *in l. 2. Cod. qui pot. in pign. hab.* vt in specie docent Rom. *cons. 187. in re præsenti, num. 2.* Aym. *cons. 77. num. 16.* Corn. *cons. 246. in princ.* & aliis multis Ripol. *var. cap. 10. à num. 8. ad 12.* vbi sic iudicatum, &c.

Et esto hæc patiantur difficultatem, aiebat tamen confessionem Cæsaris non posse sustineri, nisi in scutis 1500. quia licèt ex ea posset præsumi donatio, tamen hoc cessat, quando confessio refertur ad aliud instrumentum, quia referens continetur in relato, & instrumentum ad quod se refert Cæsar, non continet nisi in scutis
1500. quo casu † nec in vim legati valere cõfes- 37
sionem dixit Crauet. *cons. 956. per tot.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 14. gloss. vnic. part. 1. n. 27. & 28.* multis citatis, & facit optimè Rota *decis. 77. num. 3. & decis. 40. num. 7. part. 2. diuers.*

Tandem isti hæredes non poterunt consequi, nisi aut dotem, aut legitimam (iam soluta,) quia, vt *suprà* dictum est remedium Auth. est subsidiarium.

Et ita, &c.

DECISIO LX.

R. P. D. VEROSPIO.

Bonon. Bonorum emphyt.

Mercurij 10. Iunij 1648.

SVMMARIVM.

1 *Immissio datur filio in possessionem emphyteusis in hæreditate patris relictæ.*
Etiam respectu portionum fratrum prædefunctorum successiuè post patrem ex iure non decrescendi, n. 2.
3 *Inuestitura de emphyteusi nendum expirata non sustinetur.*
4 *Renouatio inuestituræ emphyteusis proximioribus fieri debet: quando Ecclesia pro se non vult retinere intra annum est petenda, num. 5.*
6 *Patiens alium secum inuestiri sibi præiudicat.*
7 *Depositum canonis à caducitate excusat.*
8 *Assertio Domini suffragatur ad euitandam caducitatem.*
9 Hondedæus cons. 32. lib. 2. *declaratur.*
10 *Obseruantia litigiosa non attenditur.*

PLura corpora directo Nonantulanæ Ecclesiæ dominio supposita ab eiusdem Abbate Commendatario, in emphyteusim receperat, sub diuersis inuestituris, Eques Constantius Maluasia, pro se, filiis, ac nepotibus, quarum aliquæ stipulatæ fuerunt de an. 1540. & 1543. & bona in emphyteusim olim concessa Campegiis, & ab

ab iis in ipsum Constantium distracta continebant: In altera verò de anno 1561. comprehendebantur bona singulari titulo venditionis à Cæsare Cacianemico in ipsummet Constantium delata. Reliquæ verò emanatæ de anno 1543. & 1564. certa pariter corpora continebant ad Pepulos, iure emphyteusis antea spectantia, & ab his vendita Constantio. Postquam verò quatuor superstitibus liberis, ipse decessit, Sigismundus alter ex filiis eadem bona, vti deuoluta ab ipso pariter Commendatario in emphyteusim obtinuit pro se, ac persona quandocumque nominanda, & in Testamento postmodum nominauit Antonium-Iosephum, ex Comite Francisco Maria susceptum, inter quem, ac Neapolionem alterum Constantij filium, lite suborta, mihique delata, dubium proposui, an
1 Neapolioni debeat immissio † concedi, ad quod fuit hodie affirmatiuè responsum, quia ipsi vti filio Constantij, ac in prima concessione comprehenso debetur immissio ex Constitutione D. Adriani in bonis emphyteuticis à patre, de tempore obitus possessis, non solùm pro portione sibi tangente, vt notant DD. *in cap.1.§.insuper, de prohib.feud.alien.per Federic.* & *ibi* inter cæteros Bald.*num.3.* Aluarot. *num.4.* Iser. *num.60.* Afflict.*in c.1.§.1.num.19.de feud.* Cagn.Rosental.*de feud.cap.7.quæst.70.* & aliis relatis iuribus respondit Rot.*in Bonon. Bonorum* 10. *Martij* 1647.*in §.suffragabantur etiam, & 1.Iulij eiusdem anni, in §.& ratio prima partis in fine, coram Eminentissimo D.Cardinali Verospio, & in Bonon.bonorum emphyteuticorum 7. Iunij 1647. coram R.P.D.meo Meltio.*

Sed aliarum etiam respectu portionum per obitum fratrum sine filiis sibi delatarum ex iure
2 accrescendi, † seu non decrescendi, quod semper locum obtinet in emphyteusi facta, ac pro descendentibus recepta, vt notatur *in cap. 1. §. cum verò de iis, qui feudum dare possunt:* Bart. *in l.si mihi,& Titio,num.4.& 5.ff.de verb.oblig.* Alex.*ibidem num.15.*Cyr.*in l.1.num.4. C. quando non peten. partes:* Card. Mantic. *de tacit. lib.22.tit.34. num.19.* Iulius Clarus attestans de communi, *in §. emphyteusis, quæst.39. num. 2.* Rota *decis.415.num.12. part.4.tom.2. & 177. part.5.recent.*

Hanc verò immissionem à Neapolione peti-
3 tam impedire non poterit inuestitura, † quam Sigismundus frater, ac filius Constantij pro se, ac Antonio-Iosepho collitigante in iisdem bonis obtinuit ab Ecclesia, postquam ab illius Commendatario declarata fuerat nulla præcedens inuestitura Constantio patri concessa de anno 1543. & acceptata bonorum deuolutio ob Canones ab eodem non solutos, ac pacta non seruata. Cum enim adducta nullitas non subsistat, causæ verò deuolutionis vel ex facto corruant, vel ex iuris dispositione tollantur, sustineri non poterit secunda inuestitura in præiudicium Neapolionis, qui in prima adhuc non expirata fuerat inclusus, eáque sine eius præiudicio facta intelligatur, vt notatur *in cap.quamuis de rescript.lib.6.*Bald.*in l.1.num.3. Cod. quando non peten.part.& in cons. 215. num.4. lib.2.* & aliis relatis iuribus firmat Caldas. *de renou. emphyt.quæst.3. num.7.* Rota *in Bononien. bonorum emphyteuticorum 17.Maij 1590. coram Mant. inter eius impressas decis. 373. num. 1.* confirmata postmodum *coram clar. mem. Card. Pamphilio 18. Aprilis sequentis anni in §. & tantò magis, & in decis.176.num.38.part.5.recent.& in Imolen. emphyteusis 21. Aprilis 1636. coram R.P.D.meo Carillo.*

Deducebatur autem nullitas ex eo quod emphyteusis renouata non fuerat Paulæ Campeggiæ, cui tanquam proximiori † debebatur post 4
finitam Campeggiorum lineam huius possessorum emphyteusis, & postquam Ecclesia eadem bona pro se nolle retinere declarauerat ex dispositione text.*in l.1.§.permittitur, ff. de aq.quot.* & est vbi Bart. *dec.... cons.91. circa finem:* Clar. *in §. emphyteusis quæst.43. num.2.* Gabr.*de iur. emphyt.concl.1.n.16.*

Sed hæc nullitas duplici responsione destruitur, tum quia eadem Paula intra annum † à 5
iure sancitum renouationem non postulauit;quo elapso hoc ius petendi à iure sibi delatum expirauit,vt aduertit Rip.*in l.vlt.num.11.ff.de priuil. Cleric.*Ias.*in l.2.num.22. Cod. de iur.emphyt.* & de communi testatur Clar. *in adducta quæst. 43. num.4.*Corbul.*de causa priuat. ob non petit. inuestit.num.5.*Gabr.*adducta concl.1.num.10.* Card. Mant. *de tacit.lib.22.tit.32.n.1.*Rota *dec.756. num.2.part.4.diuers.*

Tum quia ipsa quoque vna cum Constantio viro de eisdem bonis reinuestita, † dum in vita 6
non reclamauit per dictam inuestituram censetur acceptasse, vel iuri super illius petitione sibi competenti renunciasse, iuxta text.*in §.si quis de feudo defuncti conten. sit inter Dom. & Vasall. Agn.* Socin. iun. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num.142.ff.de verb.oblig.*Honded.*cons.36.n.22. lib.1.*Corbul.*de iur. emph. de causa priuat. ex eo quod emphyt. patit. alium emphyteus. inuestiri, n.20.*Osasc.*dec.23.n.29.*

Causa quoque incursæ caducitatis ob Canones non solutos non iustificatur,quia imò excluditur ex ipso instrumento inuestituræ Sigismundo concessæ, attestante Canones à Constantio fuisse depositos, † cùm tale depositum à cadu- 7
citatis incursu soleat excusare, vt notat Bald. *in l.2.num.3.C.de iur.Emphyt.*Socin.sen.*cons.118. in fine, lib.4.* & aliis relatis auctoribus respondit Rota *in Romana Domus 27.Maij 1647.coram Reuerendiss.D.meo Decano,in §.vlt.* ex quo etiam instrumento destruitur altera causa deuolutionis, nec ex aduerso iustificata, & ex mutatione confinium, ac arborum incisione deducta; ibi enim asseritur Constantium, vti bonum emphyteutam se gessisse, ac bona in emphyteusim recepta meliorasse, non autem deteriorasse, & talis assertio † pro excusanda caducitate debet 8
admitti in conflictu alterius assertionis eam Canonizantis, vt respondit Rota *in Lauretana bonor.19.Aprilis 1630. coram bon.mem.Cocc. impress.post Poss.de manut.dec.675.n.20.& 21.*vbi præterea, *n.10.& 11.* de hac deuolutionis causa dubitauit; An in iure subsistat.

Hinc non obstat pro sustinenda secunda inuestitura,ponderata culpa Constantij primum inuestiti, ob quam Domino directo permittitur bona sibi deuoluta in emphyteusim alteri concedere, vt probat † Honded.*cons.32.n.14.lib.2.* 9
Talis enim culpa in ipso Constantio excluditur ex rationibus *suprà* deductis, quæ tamen per sententiam canonizata fuerat *in cons.* Honded.vt patet *num.11.* & ex emphyteutæ confessione iustificata. Quinimò ibi à Commandatario Ecclesiæ de consensu partium inuestiti, fuerat emphyteusis alteri concessa, vt patet *num.15.vers. secundo si bona.* Vnde non videtur applicari posse

se prædictam *cons.* Honded. in casu proposito longè diuerso, quo nec deuolutionis sententia præcessisset, nec causa ex partis confessione probatur, nec inuestitura de consensu partium inuestiti fuit Sigismundo attributa.

Nec demum obstat allegata in contrarium obseruantia secundæ inuestituræ per spatium 20. annorum & vltra cum illa non subsistat in facto, atque tollatur ex commissione ab eodemmet Neapolione, post obitum Sigismundi statim impetrata pro consequendis omnibus bonis, de quibus Constantius Pater antea fuerat ab Ecclesia inuestitus, & ex decisionibus eius vigore postmodum editis *ab Eminentiss. D. Cardinali Verospio, die 19. Decembris 1636. & 10. Martij sequentis anni inter impressas, part. 7. decis. 84. & decis. 204.* Hinc enim litigiosa osten-
10 ditur obseruantia, † nec Antonio Iosepho proinde poterit opitulari, vt respondit Rot. *in Valentina iuris sedendi 22. Iunij 1635. coram R. P. D. meo Ghislerio impressa, p. 7. rec. decis. 66.* Et ita, &c.

D E C I S. LXI.

R. P. D. Bichio.

Bononien. nullitatis Concordiæ.

Mercurij 1. Iulij 1648.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres promittendo soluere de proprio, an gaudeat beneficio inuentarij.*

2 *Erroris allegatio in facto proprio non admittitur.*

3 *Læsionis enormis allegatio in volente non admittitur.*

4 *Consensus defectum consentiens, aut consentire debens opponere valet.*

5 *Contractus respectu diuersarum personarum est diuiduus.*

6 *Quietantia vnius inter correos perimit obligationem alterius.*
Vnius parit liberationem quoad alterum, qui posset habere regressum, n. 7.
Vni facta, alij non præiudicat, n. 12.

8 *Correos credendi ad constituendum solidalis obligatio, expressa, vel tacita requiritur.*

9 *Nouatio non inducitur ex contractu confirmante priorem.*

10 *Correi dici nequeunt, quando vnus est principalis, alter fideiussor.*

11 *Exceptione cedendarum repellitur molestans fideiussorem indemnitatis post quietantiam principalis.*

13 *Transactio super re non dubia nil hinc inde dato est nulla.*

14 *Læsionem ob enormissimam contractus etiam maioris rescinditur.*

SIne transactioni, de qua agitur causam dederit assertio Comitis Alemanni Isolani ibidem emissa, quod ipse ad debita Comitis Rodulphi patris non tenebatur, quia est hæres beneficiatus, & in hæreditate non adsunt bona sufficientia, siue solutio librarum 2100. quas idem Com. Isolanus asseruit soluisse officialibus Hospitalis Orfanorum creditoris sensus vtroque casu transactio corruit ob falsitatem causæ, & enormissimam læsionem ex allegatis in decisionibus huius causæ editis in secunda instantia *coram R. P. D. meo Cerro 12. Iunij 1645. 13. Iunij 1646.* & in altera *coram me 27. Ianuarij prædicti*, cui standum esse hodie responsum fuit causa super eisdem proposita.

Prima enim assertionis falsitas apparet ocula-riter ex verbis instrumenti celebrati à Com. Alemanno Aduersario de anno 1614. in quo ipse pecunias à Com. Rodulpho debitas non promisit soluere tanquam illius hæres beneficiatus, sed imò contradistinguendo hoc debitum ab aliis hæreditariis protestatus fuit se per huiusmodi promissionem non intendere aliquo modo obligare aliis creditoribus, sed cum illis vti velle beneficio inuentarij, & nihilominus in hoc debito obligauit se, hæredes, & bona; † Vndè 1
resultat aperta declaratio, quod in hoc noluit gaudere beneficio Inuentarij, sed teneri de proprio, iuncto præsertim, quod infrà creditorem penitùs sine damno conseruare promisit, vt in terminis ponderat Angel. *consil. 31. sub num. 9. vers. & maximè*, Pharanucc. *inter tract. diuers. de inuentar. quæst. 243. num. 114. & seqq.* Grat. *disceptat. 264. num. 19. disceptat. 553. n. 31.* Rot. *decis. 345. num. 3. & 4. part. 5. recent.* quicquid dicendum esset in terminis simplicis promissionis hæredis de soluendo debita, seu legata relicta à defuncto de qua loquitur Gratian. *d. discep. 553. per tot.* Rot. *decis. 392. num. 1. & seqq. part. 1. recent.*

Solutio pariter librarum 2100. non efficiebat, quod Com. Alemannus ad aliquid amplius non teneretur, vt falsò fuit in transactione expositum, cum imò deberet vltra sortem principalem librarum 2000. vt latiùs in præcedenti decisione, quam in hac parte, nec informantes pro Com. Alemanno impugnarunt, sed admittendo nullitatem transactionis quoad Comitissam Iulianam Vincentij Baucij hæredem conati fuerunt sustinere transactionem quoad Com. Pirrum de Blanchis cum quo pariter fuit transactum, quique errorem, *seu falsitatem* † narrato- 2
rum in transactione allegare non potest, quia fuerunt secum gesta, & in facto proprio erroris allegatio non admittitur: Bertrand. *cons. 109. n. 4. lib. 4.* Ciriac. *controuers. 427. n. 11. & 12.* prout nec allegatio enormis læsionis in sciente, † & 3
volente: Dec. *cons. 583. num. 1.* Bero. *consil. 49. num. 32. lib. 1.* Rot. *in Signina Castrorum 2. Iunij 1623. coram bon. mem. Coccino*, neque ob errorem, seu læsionem non ex persona Com. Pirri, qui hodie tacet impugnare transactionem valet Comitissa Iuliana cum ad excipiendum de defectu consensus † non admittatur, nisi is qui 4
consensit, vel consentire debuit: Rot. *dec. 206. num. 7.* apud Cenc. *de censib. decis. 133. num. 10. part. 2. diuers.* Grat. *discept. 278. num. 31.* Cumque compatibile sit quod transactio corruat quoad Com. Iulianam, teneat vero quoad Com. Pirrum eo quod contractus † respectu diuersa- 5
rum personarum est diuiduus. Caldas *de emphyteus. lib. 3. cap. 10. num. 51. vers. nec mirum*, Cancer. *variar. resolut. part. 3. cap. 2. num. 227.* Fontanell. *decis. 581. num. 14.* Rot. *in Rom. Saluiani 16. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo D. meo Decano.* Exinde inferebant iidem informantes, quod plenissima liberatio, & quietantia, quam in transactione à Com. Pirro reportauit Com. Alemannus ipsi suffragatur, etiam contra Com. Iulianam

lianam, vel quia illa, & Com. Pirrus sunt Correi
6 credendi, & inter Correos, † quietantia vnius perimit obligationem etiam respectu alterius *l.2. vers.ideoque, ff.duobus reis, l.si rem,§.duo, ff.nouat. l.& per iusiurandum, §. vltimo, in fine, l.si ex pluribus, ff.acceptil. l.si is qui, ff. libert.legat.* cum Concordantibus allegatis à Ronchegal. *in d. l.2. num.97.* Vel quia interest Comitis Pirri ne Com. Alemannus molestetur à Com. Iuliana propter regressum, quem alioquin contra se haberet idem Com. Alemannus,
7 † quo casu liberatio vnius aliis quoque prodest: Bart. *in l. ex duabus, num.23. ff.duobus reis*, Pichard. *in §.1. num.15. Instit.eod.* Corn. *consf.103. sub num.1. lib.3.* Guttier.*allegat.2.sub n.5.& 6.* Ciriac.*contron.211.n.15.*

Verum euacuatur illatio primo, quia Vincentius Comitissæ Iulianæ author, & Com. Pirrus non sunt duo correi credendi attenta, tum obligatione facta ad eorum fauorem à Com. Alemanno anno 1614. absque clausula in solidum, vel aliquo verbo distributiuo idem tacitè impor-
8 tante, † vt requiritur ad constituendos duos, pluresve reos credendi, cum alioquin singuli censeantur creditores pro virili, *l.reos, §.cum tabulis, ff.duobus reis*, Oinot. *in princ. tit.Instit.eod. sub num.7.* Pichard. *in §.1. eodem tit. num.15. & 16.* Gomes. *variar.resolut. tom.2.cap.11. sub num. 1.* tum prædictæ obligationis primordio procedente ex instrumento impositionis, & accollationis census de anno 1612. in quo Com. Pirrus est impositor census, Vincentius vero fideiussor eidémque soli pro sua releuatione ceduntur omnia iura huius crediti contra Rodulphum Comitis Alemanni patrem, & sic solus Vincentius originaliter est reus credendi, quæque subsequuta fuit promissio ad fauorem vtriusque de anno 1614. ad reddendum magis tutum
9 ipsum Vincentiũ, † & præcedentis obligationis ad ipsius dumtaxat, vt supra fauorem contractæ confirmationem priora iura non nouauit, Bart. *in l.singularia,num.10.vers.quandoque,ff.si cert.pet.* Decian. *consil.11. num.51. lib.1.* Fontanell. *decis.560. n.16.* Capic. Latro *decis. 38. num.42.* Rot. *decis. 471. num.6. part.1. recent.* sed illa extendendo etiam ad Comit. Pirrum pro eius pariter indemnitate ita vtrumque reum credendi, seu stipulandi efficit, sicuti vterque in contractu censuali fuerant constituti rei deben-
10 di, † in quo, tamen correi dici non poterant, cum vt dicebam vnus esset principalis, alter vero fideiussor, Bart.*in l.eamdem in 5.quæst.ff.duobus reis & in l.cum quis, §.si quis pro reo, sub num.6. ff.solut.* Oinot. *loc.supra allegat. num.8.* Balb. *de præscript.3.part.6.par. personalis, in 4. quæst.num.30.* Put. *decis.500. num.1.& 2.lib.2. in corr.*

Non obstat quod iuxta hunc intellectum Alemanno ex alio capite suffragatur contra Comit. Iulianam quietantia facta à Pirro, quia nempe si ille erat personalis impositor census, Vincentius vero Iulianæ author fideiussor indemnitatis ad illius fauorem promissæ à Ludouico Gozzadino, cuius contemplatione census impositus fuerat, accessit, non poterat amplius stante dicta quietantia idem Vincentius à Pirro molestari cum eumdem, ex quo cedere amplius non poterat iura contra Alemannum per quietantiam
11 extincta, † repellere posset exceptione cedendarum, *l.stichum,§.si creditor,il 2. ff.solut.l.cum alter, C.fideiuss.* Ronchegall. *in l.reos, in princ. n.56. circa fin. ff.duob.reis*, Franc. *de fideiussor. cap.5.n.480.in fin.*Hering.*eod.tract.cap.27.p.3. n.13.& 14.*

Nam aduertendum est, quod Vincentius, seu Com.Iuliana in hoc negotio duplex habet interesse; alterum ne propter indemnitatem Pirro promissam damnum ab illo patiatur, & circa id militat ratio mox adducta, alterum vt per Comit. Alemannum releuetur à damno, quod passa fuit extinguendo de propriis pecuniis mediante alterius census creatione super suis bonis, censum debitum Hospitali Orfanorum, pro quo extinguendo Alemannus pecunias soluere tenebatur, & hoc nihil habet commune cum quietantia Pirri, † qui non potuit in iuribus Iulianæ ex 12
propria persona competentibus præiudicare, *l.fin. ff.pact.l. si cum hermes C.locat.* Surd. *decis.266. num.11.* Rota *in Signigna Saluiani 14. Martij 1639. coram Reuerendiss. Carillo electo Salamantino*, eo minùs, quia ipse sibi præseruauit iura contra obligatos, & Alemannum quietauit intuitu extinctionis census factæ, seu de proximo faciendæ à Comitissa Iuliana.

Secundo euacuatur illatio, quia etiam respectu Pirri quietantia, ac transactio 1630. est nulla saltem ex quo non emanauit super re dubia & incerta, † nec aliquid hinc inde datum fuit vt 13
pro validitate transactionis requiri probat text. *in l.1. ff.transact.l.transactio nullo dato, Cod. eodem tit.* cum aliis allegatis *in decisione edita sub die 12.Iunij 1645. §.secundo, pro inefficacia coram R.P.D.meo Cerro*, quin vltro Pirrus ignorans promissionem Alemanno factam de anno 1614.illum de iure obligare ad æs alienum Rodulphi patris absque beneficio inuentarij, credidit eumdem ob insufficientiam bonorum hæreditariorum non teneri ad soluendum sortem principalem librarum 2000. Vnde emergit enormissima læsio † ob quam contractus, siue Mino- 14
rum, siue Maiorum rescinduntur: Bero. *consil. 180. num.38. lib. 2.* Surd. *consil.480. num.12. & seqq.* cum Concordantibus allegatis *in d. decis.D.mei Cerri, §.penult.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXII.

R. P. D. Corrado.

Romana Pecuniaria.

Veneris 31. Iulij 1648.

SVMMARIVM.

1 *Contrapositio partitarum inducit compensationem, & n.2.*
3 *Restitutio Camerali obligatione promissa non est differenda.*
4 *Creditum conuerti potest in cambium.*
5 *Cambia non rectè [illegible]cta sortem extenuant. Quando debeantur, seu interesse eorum loco, num.6.*
7 *Rota in Romana pecuniaria 23.Mart.1648. coram Meltio declaratur.*
8 *Obseruantia est optima interpres voluntatis contrahentium.*

Decreuerunt Domini in Relationibus causarum relaxationẽ mandati pro restitutione sortis scutorum duorum millium contra Pagninum

num iuxta resolutionem factam sub die 18. Iunij 1645. & confirmatam sub die 7. Iunij 1647. & 5. Iunij huius anni coram me, quia ex Decisionibus emanatis plenè iustificatur, & obiecta quæcumque prorsus tolluntur.

Nec enim releuans visa fuit replicata compensationis exceptio: Nam quatenus deducitur ex partitis descriptis in libro Paguini signato B, ad eius creditum in rationibus currentibus cum Rosolitio; non subsistit, quia summa hæc de qua agitur à die 31. Decembris 1631. qua solidatis ante actis inter eos rationibus apparuit de illa liquidus creditor idem Rosolinus, extracta fuit à dictis rationibus currentibus, atque transfusa in contractum cambij per Apocham priuatam ipsa die conscriptam, ac enuntiatam in annotatione facta *in d. libro fol.* 16. nec deinde vnquam in eis descripta.

1 Sed aliæ plures ad creditum Rosolini contrapositæ, † ad quas referenda est compensatio, & promiscui illius debiti, ac crediti extinctio, iuxta theor. Bart. *in l. creditor* 102. *§. pen. sub num.* 1. *vers. not. istum* §. *&c. ff. solut.* Alex. *cons.* 85. *Ponderatis narratis in Themate sub num.* 5. *vers. confirmantur prædicta, lib.* 3. Et notoriam mercatorum consuetudiem, Socin. *consil.* 65. *sub num.* 5. *vers. Et illud idem, quod dicitur, &c. lib.* 4. Rota Gennen. *Diuers. decis.* 1. *num.* 8. *vers. quia solutio, & decis.* 16. *sub num.* 7. *vers. nam fuit responsum, ac seq.* Rot. penès *sanct. mem. Gregor. decis.* 366. *num.* 3. *vers. Tum quia per contrapositionem, &c. & in recent. decis.* 321. *sub num.* 1. *vers. ex qua contrapositione, part.* 3. *& dec.* 33. *n.* 5. *vers. Vnde, vel de tempore, part.* 5.

2 Non autem ad hanc referri potest, † quæ in aliam separatam causam, & contractum translata fuit, vt bene probat Caualcan. *decis.* 1. *num.* 26. *vers. nec potest dici part.* 1. & fuit dictum *in Roman. pecun.* 22. *Iunij* 1611. *coram bon. mem. Card. Caualer. decis.* 165. Eóque minus, quia ex eisdem Libris apparet, & coram me fuit concordatum, quod ab eo tempore citra, vsque ad annum 1644. Pagninus soluit, ac respectiuè retulit ad creditum Rosolini interesse cambiorum, quod manifestè repugnat obiectæ compensationi, ac satisfactioni eiusdem summæ, quam re ipsa, & ex voluntate ipsarum partium constat semper viguisse illibatam sub eadem obligatione cambiandi ab initio contracta, vt fuit animaduersum *in d. decis.* 18. *Iunij* 1646. *in §. Præterea visa fuerunt Dominis cessare omnes difficultates.*

Quatenùs verò deducitur ex tribus partitis additis, & contrapositis annotationi dictæ solidationis scutorum duorum millium *in eodem libro B, d. fol.* 16. Altera scilicet scut. 1500. sub die 11. Martij 1636. Altera scut. 300. sub die 22. Ianuarij, & altera scut. 210. 80. sub die 14. Februarij 1637. fuit prorsus confutata *in ead. dec.* 18. *Iunij* 1646. in qua ostensum fuit summas illas fuisse in alias causas compensatas, ac proinde ad hanc referri non posse, ac latè comprobatum *in decisione seq.* 7. *Iunij* 1647.

Quatenùs demum deducitur ex partitis solutis, ac respectiuè descriptis ad creditum Rosolini ob interesse cambiorum, neque subsistens est, vt iam fuit probatum, & resolutum in vltima Decisione sub dict. die 5. Iunij proximè lapsi. Ideóque non est iuri consonum dictæ summæ

3 restitutionem Camerali obligatione † promissam, iamque tres circiter annos protractam longiùs differre, *l. fin. Cod. de compens.* Rot. *dec.* 490. *per tot. & decis.* 540. *sub num.* 10. *vers. non obstant alia deducta, &c. part.* 2. *recent.* cum aliis relatis in præcedentibus Decisionibus *in §. fin.*

Minus releuat quod ex hoc credito Rosolini non potuerit validè iniri cambij contractus, absque actuali numeratione pecuniæ.

Quia contrarium est verius in proposito casu, in quo cum Pagninus mercator esset verus, liquidus, ac purus debitor Rosolini dictorum scutorum duorum millium, sicut eos, vel ex propria mensa, vel ex aliis quæsitos soluere tenebatur ad libitum creditoris, pari sanè ratione conuenire potuit, vt eosdem in cambiis † exerceret. 4
Quinimò ex huiusmodi conuentione virtualis in effectu resultauit numeratio, perinde ac si ille soluisset creditori pecuniam in extinctionem debiti, & ab eodem creditore ipsi denuò tradita fuisset in cambiis exercenda, iuxt. text. *in l. singularia, ff. si cert. pet.* Ideóque ex hoc capite contractus prædictus (cessante praua intentione contrahentium) iure impugnari non potest: Paris. *consil.* 75. *num.* 32. *vers. non obstat quod pretium non fuerit numeratum, lib.* 4. Gabr. *consil.* 81. *per tot. lib.* 2. ac aliis relatis comprobat Moder. Rom. *discept.* 321. *num.* 11. *vers. Et generale est, cum seqq.* & in hac materia Rebell. *de obligat. Iustit. lib.* 11. *de Camb. quæst.* 1. *num.* 7. *versic. non tamen opus est ad iustitiam cambij*, Filliuc. *quæst. moral. tom.* 2. *tract.* 35. *cap.* 11. *sub num.* 494. *vers. In hoc ergo cambio, &c.* Ant. Nald. *in summa in verb. Cambium, sub num.* 6. *vers. non obstat igitur, quod primo loco afferebatur, & plur. seqq.* ac post alios Modern. *Neapol. de Crod. cap.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 6. *sub num.* 2195. *vers. Re verò meliùs considerata, cum seq.*

Præterea non obstat, quod cambia non fuerint cum debitis requisitis iustificata, ideoque pecuniæ eo nomine solutæ † cesserint ipso iure 5
in extinctionem sortis, vt fuit benè, ac doctè probatum *in Roman. Cambij* 17. *Februarij* 1642. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Quia certum est, quod solutiones illæ non fuerunt per Dominos approbatæ, neque approbari potuerunt ratione cambiorum, quæ hactenus legitimè non iustificantur. Sed quidem ratione interesse debiti per Pagninum, qui cum speciali conuentione susceperit onus illas cambiandi, si non cambiauit, nec diligentias æquipollentes ob eam causam fecisse, minúsque suscepti oneris renuntiationem opportunè Rosolino denuntiasse probauit, tenetur vtique illud reficere vsque ad eam summam, quæ pro toto eo tempore secundum communem cursum, continuatásque occasiones Nundinarum Bisenzoni iustificatur ex iuratis Mercatorum attestationibus in Processu productis, vt claris verbis fuit distinctum, atque explicatum *in dicta vltima Decisione sub dict. die* 5. *Iunij proximè lapsi in §. Nec obstat quod Cambia prædicta non iustificentur, & seq.* Nam eo ipso apertè probatur negligentia, & culpa illius, ac interesse Rosolini, † quod 6
constat eodem tempore semper extitisse occasiones cambiandi, & per alios exercitas fuisse, lucrúmque ex eis perceptum ad tantam quantitatem communiter ascendisse, iuxta Theor. Bart. *in l. Tutor qui repertorium, §. si post depositionem, num.* 3. *vers. vltimò, ff. de Administr. tut.* Honded. *dict. cons.* 39. *num.* 6. *vers. maximè si iustificabitur, lib.* 2. Rot. *in Rom. multiplici* 25. *Februarij* 1619. *in §. Nec demum refragatur coram*

O 3 bon.

ben.mem. Vbaldo, & in aliis pluribus ibi relatis, & specialiter *in illa Roman.seu Ianuen. pecuniar. 1.Iulij 1644. coram eod. R. P.D.meo Bichio, in §.Nec releuat,& seq.*

Neque aduersatur prædictis, altera obiecta *in Roman. Cambij 17. Februarij 1642. coram eod.* Nam hæc procedit quando agitur de cambiis eo puro titulo conuentis, ac solutis, prout in eo casu, in quo tam ex ipsius Decisionis, quàm ex Positionis lectura constat nunquam fuisse in quæstionem deductam prætensionem huiusmodi interesse, nullúmque super ea factum verbum. Illa verò posterior Romana, seu Ianuen. pecuniar. quando agitur de cambiis debitis ratione interesse ob non impletum onus, ac mandatum susceptum cambiandi, qualis erat casus ille, in quo tamen fuerunt reprobata alia ratione, quia nempe non iustificabantur ex communi Nundinarum cursu, sed ex sola ipsarum partium assertione, quæ in hac materia non attenditur, vt ibidem benè pobatur *in §. Tum etiam quia in materia Cambiorum, & in §.cum igitur non probetur.* Quibus propterea in suis casibus illibatis Domini declararunt, non solùm nullatenùs repugnare, sed optimè conuenire, quæ dicta fuerunt in prædictis Decisionibus coram me in hac causa, in qua cambia (vt dictum est) debentur ratione interesse aliundè, quam ex partium assertione iustificati, & propterea irreleuans est illorum compensationis, siue imputationis exceptio ad impediendam restitutionem sortis.

Hinc pariter constat, nec aduersari dicta *in Roman.pecun.23.Martij huius anni coram R.P. D.meo Meltio, in §. Nec releuat quod Mazzantes assumpserit in se onus, &c.*

Quia non fuerat eo casu iustificata occasio
7 cambiandi, † nec quantitas cambiorum secundum communem cursum Nundinarum pro eo tempore quo pecuniæ in eam causam apparebant solutæ, iuxta præmissa, quare illiquida prorsus remanebat prætensio interesse. Ideóque meritò visa fuit Dominis vrgens exceptio eorum imputationis in sortem, donec prædicta iustificarentur, vt ibi legitur, quod in proposito factum fuisse constat ex prædictis Mercatorum attestationibus.

Postremò non obstat, quod Pagninus non assumpserit in se onus ineundi, sed continuandi cambia dictarum pecuniarum, quod præsupponit præcedentem inchoationem à Rosolino factam.

Quoniam obligatio Pagnini principaliter, ac independenter concepta fuit, comprehenditque tam initium, quàm progressum, & finem, sicque totum negotium cambiandi; quia cum idem ipse penès se haberet, ac debitor esset illius quantitatis, quam promiserat in cambiis exercere, non oportebat expectare pro eius obligationis adimplemento, quod ab aliis eam reciperet Rosolinus, qui poterat sanè id facere vigore alterius pacti ad eius fauorem conuenti, si eam viam eligere maluisset, quam non elegit, vt fuit latè probatum in dicta vltima Decisione 5.Iunij huius anni, tum ex contextu ipsius Apochæ concurrente etiam communi vsu loquendi inter
8 Mercatores recepto, tum ex obseruantia † subsecuta à tempore dictæ obligationis contractæ dict. die 31. Decembris 1631. vsque ad annum 1644.

Quam quidem obseruantiam Domini considerarunt, non pro iustificatione Cambiorum, quæ ex verbis, seu factis, partium non sumitur in hac materia (vt dictum est) sed pro declaratione, ac interpretatione verborum dicti pacti, & obligationis licitè, ac validè initæ per eumdem Pagninum; prout iure fieri potest, ac debet in quacumque materia, *l.sed Iulianus.§.proinde*, ibique gloss. *in verb.intelligendúmque, ff. ad S.C.Maced.l.cum de in rem verso.ff.de vsur. l.quadam sunt,ff.de reb.dub.*Castr.*cons.361.circa primum quæsitum, num.3. vers. super secundo dubio, part. 1.* Nat.*cons.406. sub num. 27. vers. quia actus sequens :* Bec.*cons.96.num.1. vers.hac obseruantia, & cons.101.sub num. 19. vers. Et obseruantia quæ subsequitur ac seq.* Menoch.*consil.341.num.5.vers. Et obseruantia, & num.23. vers.ita dicimus :* Honded.*cons.47.num.27.vers. quarto, & seq.lib.1.& cons.89.num.46.vers.cum obseruantia subsequuta, lib. 2.* Mantic. *de tacit. lib.2.tit.1.sub num.5.vers.quartò deducitur cum seq.& tit.7.sub num.20.vers.sextò etiam receditur :* Rot. *penès sanct. mem. Gregor. decis.502. num.10.vers.obseruantia enim, &c.* & Burat. *decis.113.à num.19.vers.ex actu enim, &c. ac seq. & in recent.decis.301.num.8. vers. concurrit obseruantia, part.1.& decis.365.sub num.1. vers. certum est enim, &c. part. 2. & decis. 153. à num.16.vers.tum & quia, & seqq.part.4.tom.2.* cum aliis relatis per Moder.Roman.*discept.825. à num.14.vers.cui obseruantia, &c. cum seqq. & in dict.decis.sub die 5. Iunij anni currentis, in §. Tum etiam ex obseruantia subsecuta, &c.*

Et ita fuit conclusum auditis quarta vice informantibus pro vtraque parte in hac Congregatione, &c.

DECISIO LXIII.

R. P. D. PEVTINGERO.

Romana prætensæ restitutionis dotis.

Veneris 15.Ianuarij 1649.

SVMMARIVM.

1 *Regressus ad iura renunciata non datur.*
2 *Hæres factum defuncti validum impugnare nequit.*
3 *Causæ veritas in contractu mulieris potius attenditur quam vtilitas.*
4 *Læsionis præsumptio, ex quibus excludatur.*
Amplia, vt n.5.
6 *Dotis solutio ex quibus probetur.*
Materna portio quando in constitutione dotis filia comprehensa censeatur, n.7.
8 *Dotanti ad testandum aliquid remanere debet.*
9 *Renuntiationem bona fide factam ex quibus præsumatur, & n.10.*
11 *Obseruantia argumentum prabet mutuæ conuentionis.*
12 *Dotes maiores fictè constituuntur pro honorificentia.*
13 *Testis de facto proprio deponens facit plusquam semiplenam probationem.*
Amplia, n.14.n.15.& n.16.
Ante examen procurator probat, n.17.
Sacerdos quamuis procurator probat, numero 18.
Amplia, vt n.19.

20 Renun

20 Renuntiatio ex causa, & correspectiua non cadit sub statuto de veris donationibus.

DOmina Cleria Sannesia de Caualeriis tanquam filia, & hæres Martiæ Vrsinæ filiæ, & hæredis pro medietate quondam Cleriæ Ceulæ in Tribunali A. C. mandatum executiuum pro scutis 11. mill. contra bona hæreditaria q. Antimi Vrsini sui Aui materni pro restitutione medietatis dotis dictæ Cleriæ obtinuit, à quo mandato interposita appellatione, & commissa mihi causa cum clausula si quid exequendum quoad scuta 4200. Dubitaui ad formam rescripti, an mandatum Auditoris Cameræ sit exequendum, & dubio, pluries proposito, tandem hodie DD. responderunt tanquam iniustum non esse exequendum.

Quia dicta Martia cum omnibus solemnitatibus Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 151.* dotem huiusmodi renunciauit ad fauorem Antimi sui Patris, vt apparet ex Instrumento publico sub die 16. Decembris 1619. celebrato. Vnde sicuti talis
1 renunciatio obstaret ipsi renuncianti si ageret † quippe quod ad iura semel renunciata non datur amplius regressus, *l. quæritur, §. si venditor, ff. de edil. edict. l. si quis iusiurandum 11. C. de rebus credit.* Decian. *cons. 39. num. 44. lib. 2.* cum aliis allegatis per Rot. *dec. 338. num. 1. part. 4. tom. 2. & dec. 323. n. 7. & seqq. part. 6. recent.* Ita etiam
2 obstare debet D. Cleriæ eius hæredi, † quæ illius factum validum impugnare nequit, *l. cum à matre, C. de rei vindic.* & in terminis renunciationis latè Surd. *cons. 355. num. 39. & seqq.* Rota *decis. 694. n. 4. part. 4. tom. 3. & decis. 356. n. 22. part. 6. recent.*

Quæ renunciatio per dictam Cleriam infringi minimè potest quasi sine causa facta fuerit, quoniam contrarium deprehenditur ex lectura ipsius instrumenti renunciationis, ibi, dictáque D. Martia sciat, & cognoscat habita ratione facultatis, & status dicti D. Antimi sui Patris fuisse congruè, & condecenter cum dicto D. Francisco Sannesio nuptam, & respectiuè dotatam de dictis scutis 25. mill. cum aliis tamen conditionibus in præcitatis capitulis matrimonialibus, & Instrumento contentis ad quæ, &c. & propterea intendat etiam de consensu dicti D. Francisci sui Viri deuenire ad renunciationem, & refutationem, &c. Hinc est, quòd omnia iura competentia super dote q. Cleriæ Ceulæ, suæ matris, &c. cessit, transtulit, & renunciauit, &c. ob causas, & rationes supra expressas, & aliàs omni meliori modo, &c. d. D. Antimo Vrsino, suo patri, &c.

3 Cuius quidem causæ veritas, † & honestas, prout requiritur per dictum Statutum *lib. 1. cap. 151.* vt respondit Rota *in Romana Saluiani interdicti 15. Decemb. 1614. coram S. D. N. tunc huius Tribunalis Auditore impressa penes Statil. de Salu. decis. 56. à num. 20. vers. nec placuit Dominis, cum seqq. vsque ad fin. & in alia Romana Saluiani interdicti 20. Maij 1616. coram Manzanedo similiter impressa post eumdem Statil. decis. 227. num. 4.* & secuti sunt Gratian. *discept. 952. num. 21. & 22.* & Fenzon. *ad dict. cap. 151. num. 30.* non solum iustificatur ex interuentu consanguineorum suum consensum, & auctoritatem præstantium, atque ex in-
4 terpositione decreti Iudicis, † quo stante omnia fuisse vera, & rationabiliter, ac solemniter gesta præsumuntur, vt in specie renunciationis filiæ, Bero. *cons. 49. num. 27. lib. 1. Modern. Lucan. consil. 5. num. 82.* & in puncto huius statuti Gratian. *d. discept. 952. num. 23.* & pluries dixit Rota, & signanter penes Statil. *dict. decis. 56. num. 21. & d. decis. 227. num. 1. 2. & 4.* apud Caualer. *decis. 479. num. 2. vers. fuit etiam excitata, & n. 3. & in Romana liberationis 17. Iunij 1633. coram bon. mem. Coccino,*

Maximè, quia non agebatur † de præiudicio 5
alterius, quam ipsius mulieris renunciantis, vt respondit Rota *in Romana nullitatis obligationis 18. Aprilis 1611. coram bon. mem. Pirouano, post 2. vol. cons.* Farinac. *decis. 321. num. 1. & fuit consideratum in Perusina nullitatis donationis 18. Aprilis 1608. coram Cardinali Lancelloto iuniore,* apud eumdem Farinac. *decis. 252. num. 3. vers. tum quia procedit.*

Verùm etiam euidentissimè probatur ex Instrumento dotali sub die 3. Aprilis d. anni 1619. celebrato in quo Martiæ fuit à Patre assignata proprietas Census valoris scut. 25. mill. ac pars fructuum duplicis multiplici scutor. 8. mill. & vlterius proprietas eiusdem multiplici, postquam completum fuerit ad formam Instrumenti venditionis Castri Morlupi factæ ad fauorem clar. mem. Scipionis Card. Burghesij anno 1613.

Vlterius ex ipsomet instrumento dictæ venditionis dato summario D. Hippolyti *num. 1.* in quo expresse conuentum fuit, quod Martia, & Hieronyma filiæ Antimi in computum dotis maternæ accepto ferre tenerentur quicquid de dicto pretio illis in dotem assignaretur, quæ veritas corroboratur ex alio Instrumento in eius executionem per ipsam Martiam, & Hieronymam sorores vna cum Dom. Antimo eorum Patre cum interuentu Francisci Sannesij Martiæ mariti, necnon Clementis Soceri stipulato die 27. Octobris 1620. *eodem Summ. n. 5.* ex quibus solutio dotis maternæ Martiæ in supradictis effectibus facta † concludenter proba- 6
tur, cum de solius renunciantis præiudicio agatur, vt ponderatum fuit *in dict. decis. n. 321. sub num. 1. versic. & quoad alimenta, & decis. 252. sub num. 3. vers. tum quia procedit post 2. vol. cons. Farinac.*

Non obstat, quòd Antimus Pater de propriis suis bonis Martiam dotare teneretur, *l. fin. C. de dot. promiss.* quia Antimi patrimonium consistens in scutis 96. mill. pretij Terræ Morlupi detractis portionibus duorum fratrum, qui erant condomini scut. 20. mill. defalcatísque suis debitis scut. 25. mill. necnon seiuncta dote Cleriæ suæ vxoris tunc scutorum 15. mill. vt in eo Instrumento narratur ex residuo scutorum 36. mill. debebatur Martiæ portio suæ legitimæ scutorum 6. mill. quæ coniuncta medietatis dictæ dotis maternæ scut. 7500. mill. summam scutorum 13500. constituunt, cum tamen longè maior dos non tantùm portionem in bonis paternis, verùm etiam in maternis † debitam exce- 7
dens illi, habita quoque ratione onerum annexorum fuerit assignata necessariò in satisfactionem dotis maternæ cedere debebat, vt bene probat Menoch. *consil. 370. sub n. 20. versic. hic autem cessat, cum seq.* licet non fuerit expressum, quia vehementes coniecturæ ad hoc probandum sufficiunt: Bald. *cons. 37. sub num. 4. lib. 2.* Cardin. Mantic. *de tacit. lib. 12. tit. 19. num. 23.*

Quarum quidem coniecturarum maxima est, quæ oritur ex verisimilitudine, quod Antimus Pater; cui vltra dotem Martiæ primogenitæ

datam

datam nihil vltra scut.16. mill. remanserant cum onere dotandi secundogenitam tunc in sæculo degentem, & quatenùs bona materna ascendentia ad scuta 22. mill. restituere debuisset, non solùm ipse nihil vnquam habuisset, sed etiam filiabus in notabili summa debitor remansisset, vtique ab ipsa Martia tempore dotationis renunciationem dotis maternæ stipulari voluerit ad euitandam querelam inofficiosæ dotis, quam aliàs secundogenita porrigere potuisset, & vt ipsi
8 dotanti † aliquid substantiæ remaneret ad effectum testandi, vt in puncto considerauit Modern.Lucens.*cons.*5. *num.* 83. *& tribus seqq.* & conferunt ponderata per Griuel.*decis.Dolan.*48. *num.*11. *in fine*, *vers.tertio vrget coniectura, & num.*12.

Nec minor est altera coniectura deducta ex eo, quod hæc renunciatio fuit facta in Palatio
9 Cardinalis Sannesij † de consensu viri eiusdem Martiæ, interuentu consanguineorum, & decreto Iudicis, ex quo resultat, quod ipsa bona fide renunciauerit: Bero.*cons.*49. *num.*27.*lib.*1. cum pluribus relatis per Modern.Lucens. *suprà* alleg. *cons.*5. *num.* 82. & successiuè de illa fuit facta mentio in cessione iurium emanata ad fauorem Principis Burghesij præsentibus,& expresse consentientibus Marchionibus Clemente Sannesio, & Francisco Socero, & Marito respectiuè eiusdem Martiæ, qui certè eam non approbassent in
10 proprium, & posterorum præiudicium, † nisi ante contractum matrimonium fuisset conuenta, vt in similibus terminis ratiocinatur Griuel.*decis. Dolan.*48.*n.*5.*in fin. vers. primo si ita esset, cum tribus seqq.*

Vlterius magni ponderis est alia coniectura, quòd passim in Vrbe à patribus filias suas dotantibus huiusmodi renunciationes in actu dotationis stipulari solent, & quod hæc ipsa renunciatio longissimo tempore ferè triginta annorum fuerit obseruata, nec contra eam à Socero, & Marito Martiæ vnquam aliquid fuerit oppositum donec vixerunt illi, qui erant de negotio in-
11 formati, quæ obseruantia † magnum præbet argumentum mutuæ conuentionis de renunciando, vt per Menoch.*præsumpt.*67. *per tot. lib. 6.* Rota *decis.*97.*num.*2.*& decis.*376.*num.*3.*par.*1. *recent.*

Nec refert, quòd Martia ex internallo postquam dotem purè, & absque vllo onere receperat dotem maternam renunciauerit, quia huiusmodi renunciatio fuit conuenta in limine capitulorum matrimonialium quamuis ob maiorem
12 honorificentiam matrimonij, † (prout fieri solet, vt testantur Valasc.*consult.*154.*sub num.*11. Rota *coram Burat. decis.* 775. *num.*1. &c. penès Duran. *decis.*98. *num.* 14.) expressa non fuerit,
13 vt deponit Pauonius de facto proprio, † quia matrimonij huius fuerat ipse mediator:Caputaq. *decis.*267.*num.*1.*part.*3.Burat.*decis.*775.*num.*5. *& seq.*

Nec releuat, quòd ob vsumfructum quartæ
14 partis hæreditatis Antimi sibi † relictum, sit interessatus, quia cum pluribus adminiculis superius ponderatis fulciatur plenè probat Surd. *decis.*107. *num.*7. Farinac. *de testibus*, *quæst.* 65. *num.*141.cum pluribus ibi ab eo allegatis, tantò
15 magis quia † est Sacerdos: Capic.*latr.decis.*12. *num.*14.*&* 16.bonæ famæ, & deponit de facto, quod partes noluerunt aliis personis innotescere,
16 † vt secretius maneret, ac propterea plenam fidem meretur: Seraphin.*decis.*1211.*num.*4.post Butr.Dec.& alios *ibi allegat.*Rota *dec.*391.*n.*10. *part.*1.*recent.*

Quod autem fuerit Procurator pariter non refert dum hodie talis † amplius non est:Specul. 17
*de testib. in princip. num.*13. Farinac. *de testib. quæst.*60.*illat.*4.*num.*167.*vers.finito autem*, cum aliis relatis per Mascar.*de prob.concl.*307.*n.*4.& fuit dictum *in Lauretana prædij* 22.*April.*1641. *coram R. P. D. meo Bichio*, vltra quàm quòd tanquam Sacerdos, † vt dictum est, etiamsi sit 18
Procurator probat Bellam. *decis.*605.Farinac. *d. quæst.*60. *num.* 242. præsertim quia versamur in materia, † in qua difficile est inuenire alios te- 19
stes: Ant.de Butr.*in cap.cum à nobis num.*12.*in fine de testib.*cum aliis penès Farinac.*d.quæst.*60. *num.*237.

Neque dictam renunciationem infringit,quod eius instrumentum non fuerit ab ipsa Martia renunciante, nec à duobus saltem Testibus in instrumento adhibitis subscriptum iuxta dispositionem statuti, *eodem lib.*1. *cap.*149. quia dicta renunciatio ex supra firmatis est ex causa, † & 20
correspectiua ad maiorem dotem à patre constitutam, & propterea non subiacet dispositioni dicti statuti, quod loquitur de vetis donationibus: Rota *in Romana viridarij* 19. *Febr.*1590. *coram Orano apud Fenzon. decis.*133. §. *nam quando vertitur consideratio, & decis.*323. *n.*78. *vers.quà:e cum isti actus, & seq. part. 6. recent.* & pluribus comprobat Gratian. *discept.* 706. *n.*22.*vers.quia sumus in donatione,& seqq.*

Et ita DD.concluserunt mandatum Auditoris Cameræ tanquam iniustum non esse exequendum vtraque parte pluries acerrimè informante, &c.

DECIS. LXIV.

R.P.D. MELTIO.

Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum.

Veneris 5. Martij 1649.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex concursu requisitorum probatur.*

2 *Citatio ad totam causam legitimè executa sufficit.*

*Ita vt si citatus non compareat, validè in causa procedatur, n.*3.

4 *Processus per contradictas non est de necessitate, sed de vrbanitate.*

5 *Citationis defectus non attenditur, vbi liquet de non iure citandi.*

6 *Inuestitura facta de decimis ac iure decimandi est nulla, ex n.*29.

*Ita vt neque pro fructibus decimarum sustineatur, n.*10.*& n.*24.

*Intelligenda iuxta facultatem concedentis, & recipientis, n.*21.

7 *Decimandi à iure spiritualitas segregari non potest.*

*Ius aliud est ius decimandi; aliud res quæ dantur nomine decimarum, n.*8.*& n.* 10. *& num.*11.

9 *Facultas percipiendi decimas nomine Ecclesiæ ad Laicos spectare potest.*

Secus eorum nomine cum istud prohibeat Concilium

Concilium Lateranense, num. 13. & num. 27.

12 *Vsusfructus venditio non sustinetur, nec etiam respectu commoditatis.*

14 *Res vna, eadémque diuerso iure censeri nequit.*

15 *Bonifacianam Constitutionem comprehendere facultatem ius decimandi, & decimas percipiendi Ferrariæ credebant, antequam Paulus V. id correxit.*

16 *Voluntas regulanda à facultate, quam quis opinatur habere.*

17 *Obseruantia declarat, quid in concessione comprehendatur.*

Interpretatiua vnico actu contentatur, num. 18.

19 *Intellectum quem quis dedit concessioni nemo potest impugnare ex habentibus causam ab ipso.*

20 *Papali declarationi ex certa scientia standum est.*

22 *Interpretatione in claris opus non est.*

23 *Clausula,* omni meliori modo, *facit vt actus sustineatur eo modo, quo potest.*

Non sustinet actum reuerà nullum, n. 25.

26 *Clausula,* ad habendum, vsufructuandum, &c. *tanquam accessoria, principalem dispositionem contractus non alterat.*

28 *Fructus decimarum ratione connexitatis participant de spiritualitate.*

30 *Locatio facta iure principalis affictus, transfert dominium vtile.*

31 *Conductor facta in eum transactione vtilis dominij, perciperet decimas iure proprio contra ius canonicum.*

32 *Protestatio de contrahendo iuxta formam constitutionis, cuius formalitate contractus repugnat, nihil operatur.*

Nisi verbis amplissimis concipiatur, n. 33.

34 *Concessa ad tempus post illud prohibita censentur.*

35 *Concessio sub conditione, ea non adimpleta corruit.*

36 *Conditione obtinendi inuestituram, infra tempus præfixum non impleta concessio corruit.*

37 *Mora est impurgabilis, nec competit restitutio elapso termino implemento præfixo.*

SEntentia Rotalis concedens Capitulo, & Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Rauennaten. reintegrationem ad quasi possessionem decimarum, & iuris decimandi, eo quia inuestituræ per dictum Capitulum factæ ad fauorem DD. de Tassonis, continent ius decimandi, cuius Laïci sunt prorsus incapaces, visa fuit valida, & iusta, ac proinde illam confirmandam esse Domini responderunt.

1 Validitas autem † probatur ex concursu omnium requisitorum, de quibus per Caputaq. *dec. 160. p. 2.* Neque illa valet impugnari ex defectu citationis, dum non fuerunt citati aliqui ex reis in commissione Rotali nominati: Quia respectu Galeatij primi acquirentis, cum de tempore litis introductæ in Curia super nouo iudicio reintegrationis ex hac vita migrasset, proculdubio contra ipsum exequi non poterat citatio, minúsque citandus erat Nicolaus, qui cum sit nepos primi acquirentis, & inuestitura comprehendat tantùm primum inuestitum, eiúsque filios, vt ex tenore dictæ inuestituræ relatæ *in sum. Capituli, num. 6.* nullum interesse potest prætendere in hac causa: Et nihilominus cum tam Fornacinus actor specialiter deputatus in hac causa ab Elizabetha Estensi matre, ac tutrice testamentaria dicti Nicolai *eodem sum. Capituli, num. 3.* quàm alij Procuratores aliorum DD. de Tassonis, qui in iudicio de partibus interuenerant, fuerint personaliter citati vigore dictæ commissionis Rotalis ad totam causam *sum. n. 4.* talis citatio † generalis sufficit ad tollendum 2
nullitatem ex defectu citationis prouenientem, *l. si Prætor de indic. l. consentaneum, Cod. quomod. & quand. iud.* Castr. *in l. ad peremptorium, n. 6. ff. de iudic.* Rot. coram Seraphin. *decis. 455. num. 8. vers. secunda nullitas:* Misinger. *obseruat. 71. sub n. 1. cent. 3.* Modern. *de citat. tom. 2. cap. 11. n. 437.* ex simili enim citatione censetur satisfactum defensioni naturali, ita vt si citatus postea † non compareat, possit ad vlteriora procedi 3
absque alia vocatione, *cap. consuluit, de offic. delegat.*

Et licet stilus Curiæ sit, non comparente citato, procedere per contradictas; † istud tamen 4
respicit quandam potiùs vrbanitatem, quàm necessitatem, & substantiam causæ: Rota *diuers. decis. 332. num. 3. part. 3. lib. 3. in antiquis dec. 4. de dol. & contumac. in nou. decis. 8. de testib.* Pur. *decis. 381. circa fin. lib. 2.* cum pluribus aliis relatis per eundem Modern. *de citat. dict. cap. 11. num. 440.* & Adden. ad Greg. *decis. 430. num. 6.*

Eóque minùs Domini dixerunt esse attendendam hanc prætensam nullitatem ex defectu † ci- 5
tationis, quia nec docetur quod etiamsi ipsi fuissent citati, & auditi, potuissent impedire huiusmodi reintegrationẽ, vel aliquid adducere quod traheret Rotam in diuersam sententiam: Alex. *in l. non solum, §. morte, num. 47. ff. de nou. oper. renunciat.* Crauet. *cons. 179. num. 6. vers. pro hoc adduco:* Surd. *cons. 181. num. 27. cum sequent. & consil. 227. n. 17.* Vant. *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. repar. poss. num. 107.* cum plur. cumulatis per Surd. *loco cit.*

Iustitia pariter dictæ sententiæ controuerti non potest ex plenè deductis in binis decisionibus in hac causa emanatis *coram R. P. D. meo Cerro, sub diebus 25. Februarij, & 26. Iunij anni 1647.* & illa clarè resultat ex nullitate inuestituræ † factæ de decimis, & iure decimandi, 6
quæ sub commercio Laïcorum esse non possunt propter resistentiam Concilij Lateranen. de quo *in cap. prohibemus, de decimis.*

Neque obstat vnicum fundamentum scribentium pro parte dict. de Tassonis, quod dicta inuestitura sustineri debeat respectu commoditatis, & emolumenti, quorum Laïci sunt capaces: Nam quidquid dicendum esset quando concessio cantaret simpliciter de decimis, quo casu quæri posset an intelligeretur concessum primario ius decimandi, vel mera perceptio decimarum, quæ temporalis est, & ab ipso iure spirituali seiuncta: In proposito casu quia inuestituræ nedum quæ vltimo loco de anno 1608. factæ fuerunt ad fauorem Iulij, & Galeatij de Tassonis, sed quæcumque aliæ antecedentes relatæ *in sum. impresso Capituli, num. 2. 3. 4. & 5.* continent expressam concessionem decimarum, & iuris decimandi, res visa fuit extra omnem difficultatem, vt nempe sub dicta concessione veniat non solùm commoditas prout est quid temporale, sed ipsa spiritualitas, † quæ à iure deci- 7
mandi

mandi segregari non potest: gloss.*in cap. quamuis verb. concesserit de decim. & in can. peruenit 3. quaest. 1. verb. laicalibus, & in cap. 2. verb. statutum de locat.* D.Thom. 2. 2. q. 87. *art. 3. vers.*
8 *respondeo*, vbi quod alius est ius † decimandi;
aliud res, quae dantur nomine decimarum, &
hanc distinctionem sequitur Bald. *in l. vsusfructus 67. in lect. antiq. num. 2. vers. noto quod licet ius decimarum, ff. de iur. dot.* Decian. *consil.* 22. *n.* 36. & 37. *lib.* 1.

Vis enim iuris decimandi consistit in perceptione decimarum propria auctoritate de manu colentium praedia, quae trahit secum ius spiritua-
9 le, & valde differt à sola facultate † percipiendi
fructus decimales nomine Ecclesiae, quae sola vti consistens in mera temporalitate ad Laicos pertinere potest: Abb. *in cap. ad haec, num. 4. vers. & intelligo hoc de decim.* Azor. *instit. moral. lib. 7. cap. 34. quaest. 7. tom. 1.* Suar. *de Relig. lib. 1. cap. 25. num. 6.* Rebuff. *de decim. quaest. 10. num. 34. in fine:* Grat. *discept. forens. cap. 238. num. 21. cum seqq.* sic etiam Peregr. *consil. 74. sub num. 12. lib. 1.* ibi de decima, & iure decimandi, & in specie
10 inter concessionem decimae, † & iuris decimandi
post Calderin. distinguit Barbos. *in l. Titia 35. sub num. 43. vers. quia quando, & sub num. 46. vers. & ideo, ff. solut. matrim.* Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 17. sub num. 5.* ibi: Decimarum fructus non quidem ius ipsum percipiendi decimas: Giouagn. *resp. 27. n. 27. & 28. lib. 2.*

Háncque opinionem in praecisis terminis concessionis factae aequè principaliter, ac nominatim de decimis, & iure decimandi, quod non valeat restringi ad fructus decimales, sed in totum corruat firmauit saepius Rota, & signanter *dec. 545. num. 2. part. 4. recen. Mediolanen. rescissionis permutationis* 21. *Maij* 1597. *coram rec. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Albiganen. decimarum* 25. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Card. Virili*, ac in aliis relatis in secunda decisione aedita in hac causa, *coram R. P. D. meo Cerro, in §. obiectum.*

Vllus neque Doctor ex allegatis pro parte dict. de Tassonis praefatae conclusioni repugnat,
11 † vel loquitur in concessione iuris decimandi:
nam Bald. *consil. 274. num. 1. lib. 5.* & Giouagn. *respons. 27. num. 30. lib. 2.* loquuntur, vbi de decimis cantat concessio, vel locatio: Bero. *consil. 84. num. 41. cum sequent.* loquitur de decima temporali; & Diu. Thom. 2. 2. *quaest. 87. art. 3. ad 3.* de perceptione decimarum nomine Ecclesiae: Grat. *discept. 238. num. 25.* non repugnat, imò suffragatur huic opinioni, dum firmat aliud esse ius, aliud fructus, seu vtilitatem, quae ex dicto iure percipitur.

Et exemplum de vsufructu alienabili respectu solius commoditatis, retorquetur: nam quando
12 venditio, † seu translatio facta fuit expressè de
vsufructu (multo magis si de iure vsusfructus) dicta translatio non sustinetur, nec etiam respectu commoditatis: Monter. *dec. 46. n. 16.* Castil. *de vsufruct. cap. 69. n. 9.*

Quae eo magis procedere videntur, dum concessio, de qua agitur facta apparet de decimis, & iure decimandi reseruato solùm pro Ecclesia directo dominio, ex qua quidem reseruatione sequitur fuisse in inuestitos de Tassonis translatum
13 vtile dominium includens facultatem † perci-
piendi fructus decimales nomine proprio; quod tamen fuit per Concilium Lateranen. prohibitum, vt declarant Abb. *in dict. cap. ad haec 15. num. 4. vers. in effectu volunt de decim.* Monet. *tract. de decim. cap. 5, num. 68.* Laym. *Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 6. num. 4. vers. deinde vero:* Barbos. *d. l. Titia, d. n. 47. vers. sed quando vtil. ff. solut. matr.* Grat. *discept. forens. cap. 238. sub num. 22.*

Praetereà actum fuisse de decimis, prout sunt quid spirituale arguitur ex eo quoque, quod plures inuestiturae, & praesertim illae factae ad fauorem DD. de Tassonis, loquuntur de iure decimandi pro duabus partibus pro indiuiso cum Rectoribus Ecclesiarum, qui cum percipiant eorum tertiam partem nomine proprio, & ratione administrationis spiritualium, benè exindè infertur, quod etiam concessionarij in partibus sibi pro indiuiso, & coaequaliter concessis proprio
nomine percipere valeant, nè alioqui vna, † & 14
eadem res diuerso iure censeretur contra vulgat. text. *in l. in hoc iure, ff. de vulgar. & pupill.* & ita in indiuiduo dictum fuit *in dict. Albinganen. decimarum coram Card. Virili, §. quarto quia, & in Ferrarien. decimarum coram bon. mem. Pirouano, quae est 684. part. 1. recent. n. 2. & 3.*

Accedit etiam, quod ex quo de tempore inuestiturarum vigebat communis illa reputatio, quam postea erroneam declarauit fel. rec. Paulus V. per suam particularem Constitutionem,
vt in generalitate Bonifacianae † comprehende- 15
retur facultas concedendi ius spirituale decimandi, & decimas percipiendi, prout testatur Rimin. iun. *cons. 429. num. 25.* & expressè declararunt statuentes *lib. 2. cap. 127. sum. impress. Capituli num.* 8. vt exinde sequatur in dictis concessionibus actum fuisse de decimis spiritualibus
regulando voluntatem † à potestate, & capaci- 16
tate quam Ferrarienses opinabantur habere iuxta consuetudinem Regionis, & communem intellectum: Abb. *in cap. ex parte, num. 3. de censib.* Bart. *in l. viros, num. 1. C. de diuers. offic. lib. 12.* Ias. *in l. 1. num. 11. vers. tertio principaliter, ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Gabr. *concl. 1. n. 67. de consuet. lib. 6.* Mant. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 19. n. 22.*

Qui communis intellectus comprobatus etiam fuit ex subsequuta obseruantia, dum postea inuestiti dictum ius decimandi nomine proprio, nullâque facta mentione Capituli aliis vendiderunt, *sum. Capituli num. 2.* & ad instantiam eorundem inuestitorum promulgata fuerunt ab Ordinario edicta contra debitores Decimarum, ne segetes ab agris amouere auderent absque licentia ipsorum; declaratur namque ab obser-
uantia † quid fuerit in concessione comprachen- 17
sum ex allegatis per Surd. *cons. 527. num. 11.* Rot. *decis. 261. num. 4. decis. 301. n. 8. part. 1. recent.* & in specie Rota *in dict. Albiganen. decimarum coram Virili, §. tertio quia*, ibi, *& in executionem Rodini ab ipsis Parochianis exegerunt, &c.*
& pro obseruantia interpretatiua † sufficit vni- 18
cus actus: Decian. *respons. 51. num. 56. lib. 2.* Rota *decis. 136. num. 6. decis. 419. num. 6. part. 1. recent.* Vnde Tassoni modo nequeunt contra-
rium profiteri, & intellectum † ab ipsismet iam 19
datum contrauenire, *l. post mortem, ff. de adopt.*

Sed praedicta visa fuerunt euidentius comprobari ex Bulla Pauli V. nam illa declarat litteras Bonifacij non comprachendisse, neque comprachendere ius decimandi, indulgétque vt concessiones fiant de nouo, non quoad ius decimandi, nec quoad decimas, sed quoad ipsarum decimarum

marum emolumentum tantùm, de quo tamen Laïci teneantur infra biennium accipere nouam inuestituram, aucto canone, ergo ex huiusmodi declaratione, cui tanquam Papali, & ex certa
20 † scientia standum est: Angel. *cons.* 274. *num.* 1. *post med. &* 2. Bellam. *cons.* 33. *num.* 39. *&* 41. Dec. *consil.* 114. *& pro tenui num.* 5. remanet sublata omnis difficultas, quandoquidem apparet, quod pro validitate fieri debet concessio de sola commoditate, & facta de decimis, & iure decimandi non sustineatur.

Non obstat, quod verba illa posita in inuestituris *Decimas, & ius decimandi*, intelligenda
21 † sint secundùm potentiam, ac facultatem Capituli concedentis, & capacitatem Laïcorum, & ita de iure percipiendi ex decimis id, quod est temporale, non autem de iure spirituali non concessibili, ad text. *in cap. fin. ne Prælat. vic. suas*, quia obiectum posset procedere quatenus versaremur in casu dubio, tunc enim locus fieret ex præsumpta mente concedentis, & ex capacitate subiecti, secus est quando inuestituræ expresse loquuntur de iure decimandi: Nam tunc clara est mens concedendi, & consequendi decimas
22 ipsas, ipsúmque ius decimandi, in claris † autem non est opus confugere ad interpretationem aliquam, *ex l. ille aut ille* 25. §. *cum in verbis, de leg.* 3. Cyriac. *controu.* 210. *n.* 12. Rot. *decis.* 135. *n.* 8. *&* 9. *part.* 7. *recent.*

Nec etiam releuat quod concessiones loquantur de decimis, iure decimandi, fructúsque decimales percipiendi, & ita quatenus sub iure decimandi veniret ipsa spiritualitas, possint nihilominùs diuidi, & sustineri respectu perceptionis fructuum ex clausula omni meliori mo-
23 do, † quæ apposita in inuestituris operatur, vt si illæ non possint sustineri eo modo, quo fuerunt factæ, valeant, & sustineantur omni alio meliori modo, ex notat. per Scribent. *in l.* 1. §. *si quis ita, ff. de verb. oblig. & in cap. cum super de offic. de legat.* quia vbicumque est concessum ius, mentio fructuum stat consecutiuè à dicto iure, eundémque admittit spiritualitatis intellectum, vnde
24 tota † inuestitura corruit; prout aliàs dixit Rota in iam allegata *decis.* 545. *num.* 2. *part.* 4. *recent. & in dict. Albinganen. coram Card. Virili*; & in terminis nullitatis concessionis in parte substantiali, vt in totum illa corruat ratione connexitatis, & indiuiduitatis firmauit Rota *decis.* 30. *n.* 3. *&* 4 *part.* 1. *&* 176. *num.* 44. *part.* 5. *recent.* non obstante dicta clausula, *omni meliori modo*, quæ
25 † apta de per se non est ad vim addendam, atque effectum tribuendum actui reuerà nullo: Ancharan. *consil.* 358. quem sequitur Menoch. *de arbitr. iud. lib.* 1. *quæst.* 17. *n.* 4. *cum seq.* Dec. *cons.* 413. *n.* 9. *vers. quia clausula*: Barbos. *de claus. cllau.* 95. *n.* 60.

Minúsque refragantur clausulæ, *ad habendum, vsufructuandum, &c.* positæ in vltima inuestitura dicti anni 1608. relata *in sum. impresso Capituli, num.* 6. ex quibus informantes pro Tallonis prætendunt restrictionem concessionis ad solam commoditatem emolumentorum; quia
26 tanquam accessoriæ † non habent alterare principalem dispositionem contractus: Dec. *consil.* 413. *num.* 9. *vers. quia clausula*: Cur. iun. *cons.* 56. *n.* 3. Franch. *decis.* 6. *n.* 6.

Propterea cum principaliter fuerit alienatum
27 ius decimandi quod vti spirituale † sub commercio Laïcorum esse non potest, vt præter iam allegatos testantur Abb. & Imol. *in cap. cum Apostolica de iis, quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in cap. causam quæ, num.* 3. *de præscript.* Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *num.* 69. Rota *decis.* 215. *part.* 2. *diuers. & in Pampilon. decimarum* 29. *Octobris* 1599. *coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio*; dictæ clausulæ respiciunt fructus, † qui 28
ratione connexionis participant de eadem spiritualitate; prout bene Grat. *discept. forens. c.* 283. *num.* 61.

Visum pariter fuit satis leue argumentum deductum ex eo, quod inuestituræ factæ fuerint iure perpetualis affictus, & ita titulo simplicis locationis, quæ conductori aliud ius non tribuit, quam percipiendi fructus ex re conducta: Nam dum concessio facta fuit Laïcis de iure decimandi, quod est spirituale semper est inualida,
† siue facta appareat per modum infeudationis, 29
siue locationis, vt bene firmat Abb. *in dict. cap. ad hæc, num.* 4. *vers. & intelligo hoc de decim.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 63. *num.* 5. *vers. nec etiam potest Laïco locari*, etiamsi dicta locatio fieret ad modicum tempus: Abb. *d. cap. ad hæc, num.* 7. *vers. nam ius decimandi*: Redoan. *quæst.* 63. *n.* 6.

Quod fortius procedit, † quia hic demon- 30
stratur, vt facta fuerit iure principalis affictus, per quem fit translatio dominij vtilis ad text. *in l.* 1. §. *quod autem ff. de superfic.* Abb. *vbi suprà, num.* 4. *vers. sed per concessionem ad modicum tempus*: Castr. *in l. vsusfructus* 58. *col. vlt. in princ. vers. vnde facit, num* 3. *ff. solut. matr.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 11. *in fin.* facta autem translatione vtilis dominij conductor † efficitur Dominus decimarum antequam 31
illæ sint perceptæ eásque colligit nomine proprio contra dispositionem, *d. cap. probibemus, de decim.* Grat. *d. c.* 238. *n.* 22.

Neque vllius est releuantiæ, quod concessiones factæ fuerint sequendo formam Bonifacianæ, in qua san. mem. Paulus V. declarauit non comprehendi decimas, & ius decimandi, sed solùm decimarum emolumentum.

Quia dicta Bonifaciana non loquitur de decimis, & iure decimandi, neque mentionem aliquam facit de fructibus separatis ab ipso iure, sed generaliter declarat de bonis, & iuribus Ecclesiarum remouendo caducitatem ob non solutum canonẽ, & in hac qualitate verificatur relatio ad Bonifacianam, non autem respectu emolumẽti de quo illa nominatim, & expresse nihil disponit, imò cum communiter crederetur Bullam Bonifacianæ comprehendere etiam ius decimandi, ex mentione *Iurium*, cum dictione illa vniuersali, *quæcunque*, motiuum retorqueretur, & relatio ad Bonifacianam patefacit intentionem contrahentium fuisse transferendi ius decimandi; prout est quid spirituale iuxta opinatam capacitatẽ Ferrariensium, licet erroneè, & idcirco ad occurrendum vlteriori abusui, & corruptelæ emanauit Paulina, declarans Bonifacianam non comprehendere decimas, & ius decimandi.

Et cessat difficultas omnis, quia cum inuestitura loquatur in specie de iure decimandi spirituali non potest sustineri in vim simplicis relationis ad Bonifacianam, quatenus illa de emolumento temporali disponeret, standum enim potius est expressioni iuris decimandi, quam relationi, seu simplici protestationi † de contra- 32
hendo iuxta formam Bonifacianæ cum talis protestatio sit contraria facto: Pereg. *de fideic. art.* 16. *num.* 111. *vers. limita*: Surd. *cons.* 440. *n.* 54. *& sub n.* 55.

n. 55. & cons. 524. n. 15. & 16. aliique relati ab. Adden. ad Buratt. decis. 52. num. 13. Rot. in Romana attentatorum 27. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Bichio, & quod contrahens per huiusmodi protestationes non possit efficere, vt ille contractus, qui in sui formalitate directè contrariatur Bonifacianæ illi conueniat, censeatúrque factus, & celebratus iuxta illius formam egregiè explicat Boccac. de censib. p. 2. num. 138. & seqq. Surd. cons. 318. num. 22. præsertim dum dicta relatio potest operari suum effectum quoad remissionem canonis, & alia priuilegia in eadem Bonifaciana expressa. Ponderando etiam quod inuestituræ, de quarum validitate nunc agitur, non sunt relatiuæ ad Bonifacianam tantum, sed etiam ad antiquas inuestituras, quæ loquebantur de iure decimandi.

Obesse neque videtur simile adductum de pactis illicitis appositis in contractu census cum protestatione, contrahendo iuxta formam Bullæ Pianæ. Nam licet huiusmodi protestatio sustineat contractum in aliis non illicitis quando
33 concepta est verbis amplissimis, † itaut totum id quod repugnat Constitutioni Pianæ habeatur pro non apposito, & reducatur ad illius formam, verúmque sensum iuxta quem intendunt velle contrahere, & non alias, aliter, nec alio modo, in quibus terminis loquuntur Giurb. decis. 85. num. 8. & 9. Rot. decis. 374. n. 18. apud Cenc. de cens. secus est, quando dicta protestatio simpliciter, vt in casu isto, concepta fuit, vt benè distinguendo declarat Cenc. de cens. quæst. 61. n. 3. & 7.

Non obstat denique quod vigore dictæ Paulinæ Tassoni prætendant nouam inuestituram quoad solum emolumentum. Quia cum facultas fuerit per dictam Constitutionem restricta ad tempus biennij expiratum vsque de anno 1621. & sic per longum tempus non videtur quod amplius sit locus renouationi inuestituræ, ex regula,
34 quod concessa ad tempus † post tempus prohibita censentur ad tradita per Surd. decis. 75. n. 1. & 2. & decis. 291. num. 21.

Quo vero ad prætensam restitutionem in integrum. Vltra quod illa non petitur in actis, nec cadere videtur sub disputatione præsentis dubij, Domini transierunt cum responsionibus iam datis in prima, & secunda decisione in hac causa emanatis coram R. P. D. meo Cerro. Quibus addebant etiam, vt cum versemur in inuestituris ab initio nullis, Tassoni dicantur destituti omni titulo, vnde non possunt applicari termini restitutionis in integrum quæ supponit aliquod ius semper radicatum in ipsis petentibus ab initio.

Sumus enim in simplici beneficio Principis
35 concesso † ex causa lucratiua, & sub conditione accipiendi nouam inuestituram infra biennium cum augmento canonis, qua conditione non adimpleta beneficium resoluitur, & habetur perinde ac si concessum non fuisset ex plenè deductis per Gabr. cons. 162. per tot. lib. 1. Cyriac. controu. 240. num. 14. Corbul. de iur. emphyteut. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat. 28. num. 4. vbi in terminis de non adimpleta condi-
36 tione petendi inuestituram † intra tempus præfixum. Rota decis. 572. num. 3. p. 1. & decis. 869. in fin. versic. nec sumus, part. 1. diuersor. & decis. 282. num. 11. apud Pacif. de Saluian. Gregor. XV. decis. 559. num. 6. & ibi Adden. n. 10. limit. 3. & decis. 203. num. 20. part. 6. recent. in Toletana de Saiedon 13. Iunij 1590. coram Penia inter eius impressas, decis. 93. num. 8. & in terminis concessionis sub conditione aliquid adimplendi infra certum tempus, quod eo elapso mora † sit impurgabilis, nec competat restitu- 37
tio Staibau. iuxt. resol. forens. 36. num. 12. & resol. 17. num. 11.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

DECISIO LXV.

R. P. D. Peutingero.

Cæsenaten. Bonorum.

Mercurij 10. Martij 1649.

SVMMARIVM.

1 *Legitima ipso iure à fideicommisso excipitur.*
Ex non confectione Inuentarij non amittitur, num. 2.
3 *Legitima detractionem non impediunt alienationes modicæ.*
4 *Confessio probat contra confitentis successores.*
5 *Statutum Cæsenæ ex lapsu decennij solutionis præsumptionem inducit.*
6 *Renunciatio comprehendit fideicommissum in ea expressum, & n. 7.*

NOn acquiescentibus hæredibus Cinthiæ filiæ Amilcaris Lancetti fideicommissariis reiteratæ denegationi immissionis, quam sub die 27. Martij 1648. petierant in prædium, de quo agitur, causa hodie reproposita, Domini steterunt in decisis, quia aliis de Lancettis huius prædij emptoribus ex persona Francisci venditoris, ratione legitimæ in bonis paternis debitæ, competit detractio, † hæc enim ipso iure à fi- 1
deicommisso excepta censetur, l. quoniam in prioribus 32. & l. omni modo 30. C. de inoff. testam. Decian. cons. 85. n. 1. & seq. lib. 2. Rota dec. 399. n. 22. vers. est etiam detrahenda legitima, part. 5. recent. Buratt. decis. 394. n. 8. vers. & in omnem euentum, Gregor. XV. decis. 266. n. 3. & iustam emptori parat defensionem, Cephal. consil. 624. n. 6. & 7. in fin. lib. 5. Corn. cons. 146. sub n. 24. vers. & concluden. est. Surd. cons. 576. n. 40. & 41. versic. & hoc ius transit, lib. 4. Roland. consil. 78. n. 19. & 20. Peregr. de fideicomm. plures cumulans, art. 39. n. 4. Rota coram Greg. XV. decis. 580. n. 2. ibique Addent. num. 7. & 8. vers. propterea substinentur alienationes, & fuit dictum in Romana Vineæ 29. Febr. 1616. coram Andrea decis. 80. n. 1. vers. ratio decisionis fuit, & seq. licet Franciscus inuentarium † non confecerit, 2
nam filius non ideo legitima priuatur, iuxta Glos. in authen. de hæred. & falcid. §. si verò non fecerit. auth. sed cum testator verbo cessat. C. ad l. falcid. & in auth. hoc amplius verbo naturale, C. de fideicom. Surd. decis. 316. n. 8. Dec. cons. 236. sub n. 11. vers. quia sicut filius, lib. 2. Rot. d. dec. 399. n. 26. & 30. p. 5. recent. cui neque duæ modicæ alienationes † altera tornatuarum sex pro pretio 3
scutor. 210. ann. 1606. altera vero tornatuarum quatuor pretio scutor. 112. anno 1610. vlteriorem legitimam longè maioris quantitatis auferunt Greg. XV. decis. 185. n. 1. & seq. Burat. decis. 650. n. 15. vers. tum quia, Canaler. decis. 459.

sub

sub n. 3. vers. nam responsum fuit, & dixit Rota in Perusina fideicommissi 5. Martij 1646. coram R. P. D. meo Celso.

Competit etiam iisdem detractio ratione dotis Lucretiæ matris Francisci, quæ in summa scutorum 500. auri soluta probatur ex instrumento anni 1576. 24. Maij relato *in summario Lancettorum positionis 16. Decembris 1647. num. 2.*
4 quod contra confitentis † successores probat Ruin. *cons. 32. num. 6. vers. quia confessio auctoris, lib. 1.* Surd. *cons. 151. n. 38. & seq. lib. 2.* Rot. *decis. 207. sub num. 2. vers. qua confessio, part. 4. recent. tom. 1.*

Et probationem quoad alia scuta 300. auri confirmat dispositio Statuti Cæsenaten. *lib. 1. Rubric.* de vsu instrumentorum per lapsum de-
5 cennij præsumptionem solutionis inducens, † & instrumenta, etiam dotalia comprehendens ad text. *in l. in fraudem 16. §. si quis se scribat in fine*; & *ibi* Bald. *num. 1. & 2. ff. de milit. testam.* Rip. *in l. 1. sub num. 15. vers. sed tu dicas, ff. solut. matrim.* Dec. *consil. 496. sub num. 10. vers. quia respondetur, & cons. 536. sub num. 8. in fine, vers. sed ad hoc breuiter, & seq.* quem refert, & sequitur Rimin. iun. *cons. 802. num. 17. vers. si verè non reperitur, & n. 48. & 49. vers. ergo sub hoc statuto, lib. 7.*

Et præ omnibus Cinthiæ obstat propria eius in instrumento dotali die 25. Februarij anni 1609. facta renunciatio, ex cuius lectura apparet illam plenissimè informatam, & instructam iuramento actualiter præstito, specialiter cuicumque legato fideicõmisso purificato, seu purificando, ac cuiuis institutioni, ac substitutioni, & quibuscunque aliis iuribus, ipsi tam vigore, & iuxta formam testamenti paterni rogati per Andr. Capellum publicum Cæsenæ Notarium, quam aliter quomodocumque competentibus renunciasse,
6 † vt latiùs in dicto instrumento nunc primum in integrè exhibito; cuius quidem verba amplissima non solùm generalia, sed specialia, prædictam substitutionem fideicommissariam in dicto testamento sui patris ordinatam comprehendunt; in quo nullum aliud præter hoc ad eius fauorem fideicommissum fuit institutum iuxta Theoricam: Bart. *in l. qui Romæ 122. §. duo fratres sub num. 17. vers. sed puto hoc sufficere, ff. de verb. oblig.* Rip. *respons. 23. num. 36. vers. respondeo, in tit. de iur. emphyt. lib. 2.* Decian. *respons. 83. num. 62. vers. non obstat, lib. 5.* Paris. *consil. 15. num. 77. vers. & cum inter ipsos, lib. 2.* Becc. *consil. 108. num. 28. vers. sed sufficit*; & fuit resolutum *in Viterbien. bonorum 20. Iunij 1614. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ est decisio 598. num. 1. & 2. part. 3. recent. & in Romana fideicommissi de Cosciaris 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Corrado, cum pluribus ibi decisionibus cumulatis*, cuius renunciationis tenor hodie facit cessare adducta *in decisione 3. Iunij 1647. §. obiecto vero in hac causa coram me*; quæ non intrant facta speciali mentione fi-
7 deicommissi, † vt distinguit Bart. *in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, sub num. 18. vers. sed si esset, ff. de verb. obligat.* & notat Bald. *in l. 1. col. 2. in fine, vers. secundo quæritur, Cod. commod. quos*: Rip. *in d. l. qui Romæ, d. §. duo fratres sub num. 71. vers. contrarium verius, cum seq.* & alij communiter sequuntur, vt per Peregr. *de fideicom. art. 52. num. 49. ferè circa med. vers. vt autem iuramentum, & in fine, vers. prior opinio receptior est*; & Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 594. num. 16. & 17.* Rot. *dict. decis. 598. num. 1. part. 3. recent.* Quare nunc Domini, tam ex hoc fundamento renunciationis Cinthiæ, quam ex illo detractionum Francisco venditori competentium, steterunt in decisis vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXVI.

R. P. D. Celso.

Fauentina Bonorum.

Lunæ 5. Iulij 1649.

SVMMARIVM.

1 *Mulier transeundo ad secundas nuptias cadit à successione filiorum quoad proprietatem.*
Declara, vt num. 4. & num. 16. & num. 17. & num. 18. & num. 19. & num. 20. & num. 21.
2 *Maritus legando vxori aliquid vsufructuandum, vbi secundo nupserit non censetur consentire.*
3 *Vxor secundo nubens habet vsumfructum in bonis mariti.*
5 *Consensus filiorum circa transitum matris ad secundas nuptias debet esse expressus, nec sufficit tacitus, n. 6.*
Nonnisi ex actu positiuo elicitur, num. 7. & & num. 8. & n. 9.
In filio ad secundas matris non præsumitur, sed potius metus reuerentialis, n. 10.
In secundas matris nuptias non importat renunciationem pœna, n. 11.
Et approbatio non inducitur sine scientia, num. 13.
Ex protestatione excluditur, n. 14.
12 *Filij non consentientes matrimonia matris non impediunt.*
15 *Andr.* decis. 74. *declaratur.*
22 *Pœnæ secundo nubentium fauore totius posteritatis emanarunt.*
23 *Filia primi matrimonij heres matris beneficiata potest opponere de transitu matris ad secundas nuptias.*
Amplia, vt n. 24.

Dixerunt DD. non constare de causis restitutionis in integrum aduersus tres sententias conformes latas contra Carolum Vincentium, & alios à Pane: Nam tantùm abest, quod pro parte ipsorum doceatur de læsione, quæ est fundamentũ restitutionis, quòd imò Maria, & alij de Baldinis, ad quorum fauorem sententiæ fuerũt latæ, ostendant illarum iustitiam pro decisione in causa factas, dum in eisdem firmatur Isabellam per transitum ad secundas nuptias remansisse simplicem vsufructuariam in bonis sibi obuentis ex hæreditate Ioannis filij; illáque quoad proprietatem spectare ad fratres, & sorores eiusdem Ioannis iuxta text. expressum, *in l. fœmina, §. illud, C. de sec. nupt.* vbi Ang. *circa med. vers. si verò filij*; idem Ang. *in Auth. ex test. vers. hodie verò, Cod. eod.* Sarmient. qui reddit bonam, & concludentem rationem Select. Interpr. *lib. 1. cap. 4. num. 3.* Crass. *in §. successio ab intestato, quæst. 17. num. 4.* Gail. *pract. obs. lib. 2. cap. 98. num. 1.* Gomez. *ad l. 15. Tauri, num. 3. vers. Item adde,* Couar. *de matrim. 2. p. cap. 3. §. 9. n. 7.* Cyriac. *controu. 367.*

num. 42. Cancer. *var. lib.* 1. *cap.* 5. *de success. ab intest. num.* 25. & *seqq.* Rot. *coram Burat. decis.*82.*num.*1.*repet.in rec.decis.*638. *eod. num.* & *per tot.part.*1.*decis.*80.*num.*3.& *seqq. part.*6. *decis.*25.*à num.*2.& *seqq.part.*7. & dictum fuit *in Auscul. hæreditatis* 19. *Iunij*, 1648. *coram me.*

1 Consensus verò, qui dictis † secundis nuptiis prætenditur præstitus, tam per maritum, quàm per filios Isabellæ, nullo modo subsistit in facto, non quidem respectu viri: Nam licèt ipse reliquerit vxori in casu transitus ad secunda vota lib. 400. de Bononenis, disposuit tamen per hæc verba, easdem libr. gaudendas, & vsufructuandas esse, donec vixerit, & post eius mortem redire, & restitui debere hæreditati ipsius testatoris.

2 Ex quibus videtur potiùs † se voluisse conformare cum dispositione *d. l.fœmina*, quàm illius pœnas vllo modo remittere, vt bene in his terminis aduertit Peregr.*cons.*78.*num.*20. *lib.*1. & faciunt notata per Rot. *decis.* 16. *num.* 9. *part.* 4. *tom.*2.*recent.*

Et in omnem casum dictus consensus poterit operari tantummodo quoad vsumfructum à marito legatum, † & in bonis ipsius mariti, iuxta text.*in* §.*si verò solùm*, ibíque gloss. *verbo remanere, Auth. de nupt.* Ias. *in l.filium quem habentem num.*13. *Cod.famil.hercisc.* Guilielm. de Bened.*in cap.Raynutius part.*3.*verbo,qui cum alia, num.*107.& *seqq.de test.*Io. de Garron. *in Auth. ex test.num.*25.*vers.quia respondeo, Cod. de sec. nupt.* Viu. *com.opin. verbo mulier*, *num.*7. Gail. *pract.obs.lib.*2.*cap.*98.*num.*24.& *seqq.* cum aliis per Natt.*cons.*466.*n.*2.& 3.

3 (margin)

4 Secùs verò quoad bona, † & hæreditatem filiorum, vt probat Valentin. Forster. *de success. ab intest.tit. quibus casibus parentes à liberorum successione arceantur, casu* 1.*sublimit.*3. *fol. mihi* 298.& *seqq.*Bertrand.*cons.*280.*num.*9.*lib.*2. vbi quod pater non potest in præiudicium filiorum renunciasse beneficio inducto fauore filiorum vigore *l. fœmina:* Decian. *cons.* 35. *num.*27.& *seqq.lib.*1.Grat.*cons.*83.*n.*17.*lib.*2. Tess.*quæst.forens.lib.*1.*quæst.*36.*n.*4.

Minùs etiam deduci potest consensus aliquis ex parte filiorum, siquidem expressus nullo modo
5 probat, † prout probari deberet: Guttierrez *de matrim.cap.*109. *num.*51. Fachin. *controu. iuris, lib.*3.*c.*65. *vers. quinta concl.*Cancer.*var.lib.*1. *cap.*5.*de success.ab intest.num.*29. Rot.*decis.*80. *n.*20.& *seqq.par.*6.*rec.*

6 Tacitum verò † non sufficere tradit Parlador. *rerum quotid.diffin.*121. *quæst.*7. Tacitus autem *Modern. Vrbinaten. de fratribus*, *p.*3. *cap.* 13. *num.*69. & *seqq.*siue ille deducatur ex præsentia,
7 & taciturnitate, † vt latè per Menoch.*cons.*237. *num.* 25. & *seqq.* Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disput.*89. *num.*44. Noal. *de transmiss. casu* 13. *sub num.*11.*vers.& moueor:* Rot. *coram Burat. decis.*82.*num.*9.ibíque Add.*lit.E.* siue ex cohabitatione cum matre, & Vitrico: Rot. *coram Martin.And.decis.*51. *num.* 10. & *seqq.* & *in rec.decis.*197.*n.*4.& 242.*n.*14.*part.*6.

Siue ex aliis actibus deductis per informantes, & consensum denotantibus, Giurb. qui exemplificat, etiamsi filius fuerit Author matri-
8 monij, † & secundarum nuptiarum, *decis.* 47. *num.*13.& *per tot.* vt latissimè materiam tractat Tess. *quæst. forens. lib.*1. *quæst.*30. *num.*5. Rota *dec.*80.*n.*13.& *plurib.seqq.part.*6.*in rec.*

Quando enim agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficij certi, & in iure scripti taciturnitas non sufficit, † sed consensus ex- 9
pressus est necessarius: Bart.*in l.qua dotis* 34. *num.*24.*vers. Tunc siquid. ff.sol.mat.* Fel. *in cap. nonne, num.*5.*de præsumpt. Modern.Vrbinatens. de fratrib. dict.part.*3. *cap.*13. *num.*73. & *seqq.* Rot.*in supradicta decis.*242.*n.*14.& 15.*part.*6. *recent.*

Præsertim in filio, qui præsumitur id fecisse, potiùs ob metum reuerentialem, † quàm quod 10
verè secundis nuptiis consensum præstare voluerit: Barbos.*in l.*2.§.*fin.num.*8. & *in d.l.qua dotis, num.*169.*vers.limitat tamen.ff.sol.matr.*Fontanell.*de pact.nupt. clausula* 5.*gloss.* 8. *part.* 11. *n.*36. Cancer.*var.lib.*1.*cap.*5.*n.*29. Rimin.iun. *cons.*295.*n.*73.& *seqq.lib.*3.

Et tamen esto, quòd dictus consensus posset importare approbationem nuptiarum, † non ta- 11
men importare potest renunciationem iuris, & remissionem pœnæ, de qua *in d.l. fœmina:* Sarmient. *select. interpret. lib.* 1.*cap.* 4. *num.*1. & *seqq.* vbi, quod, etiamsi filij non consentirent, adhuc non possent matrimonium † impedire: 12
Fachin.*controuers. iuris, lib.*3. *cap.*65. *vers.iam quid mihi videatur:* Surd. *decis.* 100. *num.* 6. *vers.non omitto, & num.seqq.* Giurb.*d. dec.*47. *à num.*12.

Imò quòd ad effectum prædictum requiratur, non solùm renunciatio expressa, sed etiam scientia, † & certioratio iuris quæsiti ex dispositio- 13
ne *d.l.fœmina* notat Ias. *in cons.*53.*num.*3.*vers. hoc non obstante,lib.*1.Cyriac.*controu.*139. *n.*39. Rot.*coram Burat.decis.*82.*num.*11. & *in recent. decis.* 177. *num.* 7. *part.*4. *tom.*2. & *decis.*197. *num.*4.*part.*6.

Et cessat difficultas ex instrumento publico, in quo Maria, & nepotes ex altero filio protestati fuerunt, † quod mater ad secundas nuptias 14
conuolabat contra eorum voluntatem, vt benè in proposito consuluit Peregr. *consil.*78. *num.* 9. *vers.& intelligunt etiam lib.*1. Cyriac. *dict. controu.*139.*sub num.*43.*vers.prædicta autem.* Quæ protestatio non solùm excludit consensum, quinimò dissensum expressum importat per text.*in l.si mihi,& tibi* §.*vlt.ff.de leg.*P.Bart.*in l.non solùm,* §.*morte,n.*16.*ff.de nou.op.nunc.* Surd. *decis.*154. *num.*18.& *seqq.*

Nec in contrarium facit *dec.*74.*coram And. repet.in rec.decis.*171. *part.*3. quia illa loquitur
† in diuersis terminis, nempè in successione me- 15
ditata, & in bonis paternis, quæ de vno in alterum filium in matrem peruenerunt: Bona enim paterna sunt in duplici differentia, & dupliciter considerari possunt; alia quæ immediatè ad † fi- 16
lios, & ab eis ad matrem perueniunt, & in his mater solùm vsumfructum consequitur, reseruata proprietate iisdem filiis, vt disponit text.*in auth. ex testamento, C.de sec.nupt.*ibi: *Sed ab intestato eorum solùm vsumfructum percipit, quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt, & in auth.de nupt.*§.*hinc nos,* ibi: *Sed contra quidem, quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt eorum solùm habeat vsum ad secundas omninò, siue priùs, siue posteà veniens nuptias:* Salicet. *in dict. Auth. ex test. num.*1. *vers. quæro* 2.Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib.*9. *cap.*26. *num.* 47. Vincent.de Franch. *decis.*18. *per tot.* præsertim *num.*1.

Alia verò sunt bona paterna, quæ obueniunt matri ex successione filiorum, qui priùs suis

suis fratribus successerant, & in his non habere locum dispositionem, *d.l.fœmina loqu. d.dec.*74. *coram* Andr. vt patet, *in princ.eiusd.& n.*22.24. *& seqq. vsque ad fin.* Ioan. de Garron. *in Auth. ex testam.num.*40.*& seqq.vers.nota septimo,C.de secund.nupt.* vbi quod plures Doctores Auenionen. adhæserunt huic opinioni: Boërius *decis.* 192.*num.*3. Vincent.de Franch. *decis.*666.*n.*5. *in fin. vers.quid si mater,& num.seq.* Rot.*in recent.decis.*271.*n.*14.*part.*6. cum aliis per Merlin. *de legitima,lib.*4.*tit.*2.*q.*2.*n.*6.

18 Quam distinctionem † ex sententia Imol. & Florian.de sancto Petro sequitur Corn.*cons.*286. *num.*3.*vers.subst.autem, lib.*1. Peregr. *consil.*78. *num.*2.*& seqq.* & præsertim *num.*16. *lib.*1. Castill. *de vsufr.lib.*1.*cap.*2. *num.*60. *& seqq.* Barbos.*in fin. post dotem, sub num.*76.*vers.quod confirmo, & num. anteced. & subsequentib. ff.solut. matrim.* Cyriac. *contro.* 362. *num.* 50. *&* 51. Mangill. *de imput.quæst.*7.*num.*15. *& seq.* Rot. *decis.*527.*num.*9.*& seqq.part.*4.*tom.*3.*recent.& decis.*242.*num.*6. *& seqq. part.*6. *& in Romana successionis de Comitib.* 15.*Ianuar.*1642. *coram R.D.meo Decano.*

Et ratio est, quia mulier per transitum ad secunda vota non amittit proprietatem illorum bo-
19 norum, † quæ extrinsecus ad filium perueniunt, & aliundè, quam ex substantia paterna, vt disponitur *in l.mater, C. ad Tertull.* ibi: Extrinsecus quidem quæsita filio, filiæve simili firmitate possideat, ibique Castr. *num.*1. *& seqq.* & conciliando contrarias Constitutiones disposuit Iustin. *in* §. *Hinc nos Auth. de nupt.* Odofred. *in Auth. ex testam. vers. secundò.* dicitur ibique etiam Bald. *post princip. ver.sed in bonis aliundè prouentis,C.de secund.nupt.* Roman. *consil.*405. *sub num.*1. *vers.his tamen non refragantibus, & num. seqq.* quem sequitur Iaon.de Garron. *in d. Auth.ex test.num.*45.*C.eodem,* Ioan.de Amand. *cons.*73.*num.*2. *vers.si verò,* ibique Bologhin. *in addit.vers.nihil.* Aym. *cons.*37.*num.*2. Rip.*in d. l.fœmina,num.*52. Crass.*in* §.*successio ab intestat. q.*25. *num.*4. Thesaur. *quæst.forens.*29. *num.*10. Castill. *de vsufr.lib.*1.*cap.*2.*n.*37. Boër.*dec.*185. *num.*6. Afflict.*decis.*75.*n.*4.

Bona autem quæ filius habet per obitum al-
20 terius fratris non considerantur ampliùs † vti bona paterna, sed vti fraterna, & extrinsecùs illi obuenta,& ideò in his non habere locum dispositionem text. *in d.l.fœmina,*probat Molphes. *ad consuetud.Neap.part.*3.*quæst.*22.*n.*7.*& seqq.* præsertim *num.*10. *vers.sed prior opinio,* Castill. *de vsufr.lib.*1.*cap.*2.*num.*6. *& seqq.* Vincent. de Franch.*d.decis.*666.*n.*6. *&* 7. Rot. *coram And. d.decis.*74.*num.*31.*& seqq. & in rec. decis.*177. *n.*8.*part.*4.*tom.*2.*& decis.*242.*eod.n.p.*6.

Non obstat quod Ioannes Maria, & Magda-
21 lena filij Isabellæ decesserint;† nam cùm ex illo superfit Margarita filia; ex Magdalena verò Innocent. in eorum etiam personis habet locum dicta dispositio, iuxta text.*in l.in quib.C.de secund. nupt.* Rip.*in d.l.fœmina,quæst.*6.*num.*8.Dec.*consil.*87.*num.*3.*in fin.* Rot. *coram And. decis.*51. *num.*4.

Pœnæ enim secundò nubentium non solùm fauore filiorum, sed totius posterioritatis † fuerunt inductæ: Crass. §.*successio ab intest. q.*17. *num.*8. Castill. *de vsufr.lib.*1.*cap.*2.*num.*12. & plures cumulat Addent.ad Burat. *decis.*82.*n.*15. *&* 16.

Demùm non obstat, quòd Maria vna ex filiis primi matrimonij, quæ hodie agit, fuerit hæres instituta † ab Isabella matre, & ideò non po- 22
tuit opponere de transitu illius ad secundas nuptias; nam cùm hæreditatem adiuerit,cum *B.L. & I.* præseruata fuit eidem omnis actio, perinde ac si nunquam hæreditatem prædictam adiuisset: Rot.*in his terminis,decis.*80.*n.*25.*&* 26. *par.*6. *recent.* Imò quod possit impugnare † fa- 23
ctum matris tanquam nullum, & contra legis prohibitionem, Surd.*cons.*196. *num.*54. *& seq.* cum aliis per Gratian.*disceptat.forens. cap.*862. *num.*16.*&* 17.

Cætera remanent abundè sublata per *decis.in causa factas.* cum quibus DD. transierunt.

Et vtraque,&c.

DECISIO LXVII.

R. P. D. ARGVELLES.

Romana Vineæ.

Lunæ 21.Februarij 1650.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, constituti, *transfert possessionem ad effectum manutentionis.*

2 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur in concessione rei in emphyteusim concedi solitæ,& num.*7.

Ex lapsu 40.*annorum,& obseruantia præsumitur,num.*6.

3 *Rota semper sequitur, & reueretur decreta Sacræ Congregationis.*

4 *Res Ecclesiæ dicitur solita locari ex vnica solemni concessione.*

Vel duabus minus solemnibus per 40. *annos obseruatis,n.*5.

*Ecclesia potest relocari pro eodem canone, dum plus non reperitur,n.*8.

9 *Caducitatem ad excusandam etiam causa iniusta suffragatur.*

10 *Mora non contrahitur, nec pœna caducitatis incurritur sine interpellatione.*

11 *Melioramenta lite pendente fieri prohibentur.*

12 *Caducitas ex receptione fructuum rei emphyteuticæ censetur remissa.*

13 *Mandatum de associando nullum non priuat possessione.*

14 *Emphyteutica obligari prohibita etiam ex causa dotis non veniunt in generali obligatione pro dote contracta.*

Ecclesia sanctæ Mariæ in via lata ann.1605. concessit vineam, de qua agitur in emphyteusim Dominico Critio pro se, hæredibus, & successoribus pro annuo canone scutor.50. cum dimidio, cum pacto inter alia caducitatis,quatetenus emphyteuta per biennium non solueret,aut deterioraret, defuncto Dominico,cum hæres non soluisset, & deteriorasset, sicque ab inuestitura cecidierit anno 1633. Ecclesia recuperauit possessionem,& de consensu Antonij fratris, & hæredis dicti Dominici primi acquirentis eamdem vineam dedit in emphyteusim perpetuam Antonio Giano, ex eo quia Gianus soluit DD.Canonicis scuta 146.debita à dicto Hærede. Demùm quia Vincentia vxor relicta Vincentij Critij pro suis iuribus dotalibus molestabat Gianum, &

Gianus

Gianus releuationem postulabat à Canonicis, isti ad se ipsos eximendos à releuatione, & sub prætextu, quod Gianus omiserit soluere, & colere, & sic ceciderit anno 1639. inuestierunt eandem Vincentiam, & filios de Critiis, inter quos, & Gianum orta controuesia; & Rota delata *coram R. P. D. meo Royas, sub diebus* 28. *Aprilis*, 1645. 14. *Martij*, *&* 4. *Iulij* 1646. tres emanarunt decisiones, concedentes Giano manutentionem in possessione eiusdem vineæ, sed causa appellationis mihi commissa voluerunt Domini gustare de bono iure, & dato desuper particulari dubio bonum ius Giani præualere, sicque manutentionem ei deberi censuerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia Gianus nititur solemni instrumento inuestituræ, ex quo manifestè remanet probata eius possessio in vim constituti
1 tuti † in eo appositi, *l.quod meo ibique DD.ff.de acquir.poss.l.legatum ita, ff.de legat.*2. *leg.à Titio,ff.de furt.* Rota *post Modern. Perus. de manut.decis.*89.*n.*6.*& decis.*131.*num.*2.*decis.*288. *num.*3.*coram Buratto*, & fuit dictum in principio omnium prædictarum decisionum huiusmodi causæ coram R.P.D.meo Royas.

Non obstat, quòd inuestitura Giani careat
2 beneplacito Apostolico, quia † cum vinea esset solita locari, non erat necessarium beneplacitum Apostolicum, vt expresè sancitur *in ipsa extrauag.ambitiosè*, ibi: *Præterquam de bonis ab antiquo in emphyteusi concedi solitis de reb. Eccles. non alien.cap. ex parte prope fin.*ibi: *Feud.decedentis liberè si videris expedire concedas de feudo:* Bart.& alij, *in l.si vacantia, Cod.de ben.vacant.lib.*10.Couar.*var.resol.lib.*2.*cap.*17.*num.*4. cum pluribus per Redoan. *de reb. Eccles. non alien.tit.de infeud. Eccles.per Prælat. num.*6. & facit optimè Dec.*cons.*142.*sub num.*1. *vers. & prædicta maximè*, *&c.* Quam opinionem etiam vti communem probat Clar.*in prax.lib.*4. §.*emphyteusis,quæst.*28.*num.*5.*vers. autem erat solita concedi*, *&c. & in* §.*feudum*, *quæst.*13. *num.* 1. ibique Baiard.*littera B*, *vers. solita infeudari*, *&c.* Mantic.*de tacit.& ambig.lib.*22.*tit.*2.*n.*17. *vers. præterea admonendi*, *&c.* Rimin. Imol. Corn. Ias. Bero.Natt.Sociu.& alij pleno calamo congesti per Modern.Fulginatens.*de emphyt.tit. de contract.emphyt. quæst.* 9. *num.*1. & sequitur etiam Rota *decis.*134.*aliàs* 3.*num.*4. *vers. erant solita locari, & decis.*135.*aliàs* 40. *num.* 17. *& seqq.*penès Cæsarem de Grassis *de reb.Eccles.non alien.decis.*554.*n.*8.*part.*1.*diuers.decis.*16.*n.*17. *vers.cum agatur de Domo solita locari*, *part.* 5. *recent.decis.*27.*num.*1.penès Ricc.*in prax. tit.de alien.rerum Ecclesiæ*, *& in Mutinen. Bonorum* 22.*Iunij* 1639.§.*non obstat quod huiusmodi,&c. coram bon. mem. Pirouano*; & declarauit etiam
3 Sacra Congregatio † Eminentissimorum DD. nostrorum Cardinalium Concilij interpretum 12.Februarij 1628.cuius oraculum semper sequitur, & reueretur, vt fuit dictum *in d.Calaguritana Beneficij de Ceon.* 15. *Decembris* 1649. *coram me.*

Solitum autem probatur ex eo quod præcesserint.

Aut vnica solemnis concessio, & valida, ex
4 qua illicò res † dicitur solita locari absque alio lapsu temporis: Ruin.*consil.*135.*num.*30. *lib.*1. Ias.*consil.*155.*col.*3.*in princ.vers. dicitur autem*, *&c.lib.*3.Mantic.*de tacit.dict.lib.*22.*tit.*7.*n.*16. Clar.*d.*§.*feudum,quæst.*13.*sub num.*3.*vers. multi etiam:* Card. Seraph. *decis.*434. *num.* 1. *& decis.*1174.*num.*1.Rota *decis.*160.*num.*5 *vers probatur autem solitum, part.*2.*recent.dict.dec.*361. *num.*18.*part.*5.*& decis.*467.*num.*7.*&* 8.*part.*4. *tom.*3.Duran.*decis.*250.*num.*18.*& seq.* Ricc. *d. decis.*27.*n.*30.*vers.ad hoc tamen.*

Aut duæ concessiones minùs solemnes effectum sortitæ † per spatium 40.annorum: Præ- 5
pos.*in d.c.*2.*num.*23.*& seq.de feud.* Clar. *dict.*§. *feud.quæst.*13.*num.*3.*vers.nunc pro intelligentia, &c.*Seraph.*dict.decis.*434.*num.*1. *& per tot. & decis.*145.*num.*2. vbi quod Rota pluries amplexa est hanc sententiam, *dict.decis.*367. *num.*19. *part.* 5. *recent. in dict. Mutinen. Bonorum* 22. *Iunij* 1639.§. *Quia verè est*, *coram Pirouano.*

Quorum vtrumque in casu nostro concurrit, licet eorum alterum sat esset, siquidem beneplacitum Apostolicum, † vltra quod ex lapsu 40. 6
annorum, & obseruantia præsumitur: Gabr. *cons.*82. *num.*30.*lib.*2.Seraph. *decis.* 1042. *n.*1. *san.mem.Greg.X V. decis.*344.*num.*15.Rota *in recent.part.*7.*decis.*121.*num.*10.

Datum etiam fuit per Gianum Breue Pauli V. emanatum in prima inuestitura, & sic conclusiones superiùs dictæ procedunt absque alia hæsitatione signanter, quia vinea hæc à DD. Canonicis recuperata fuit ad effectum non incorporandæ mensæ, sed concedendi alteri; prout concessa fuit Giano in emphyteusim perpetuam, & concedi potuit absque alia licentia † Sedis Apo- 7
stolicæ, aliisque solemnitatibus, vt præter super allegatos probant Nauar.*in Sum.Bullar. tit.alienat.regul.prohib.num.*10. *vers.declaratur primò*, & plures cumulat *per dict. Modern.Fulginaten. de emphyt. tit. de contract.emphyt. dict. quæst.*9. *sub num.* 1. *vers. autem constat quod Prælatus*, *&c.* vbi respondet contrariis, & addit quod res nunquam dicatur incorporata, dum ab Officialibus Ecclesiæ recuperata fuit ad effectum alterum inuestiendi, fuit breui tempore possessa, & non fuit descripta in solitis libris insimul, cum aliis bonis eiusdem Ecclesiæ,& fusè exornat.

Non obstat secundò defectus vtilitatis Ecclesiæ, ex eo quòd inuestitura Giano facta nuper fuerit pro eodem Canone, quo antiquitus anno 1605. facta fuerit Dominico, quia res solitæ locari, possunt locari † pro eodem Canone,dum 8
plus non reperitur: Abb.*in cap.*1.*num.*4.*de Cleric.qui inuest.fac.*Bero. *cons.* 86. *in princ.* Cæsar de Grass.*d.decis.*135.*aliàs* 4.*n.*18.*de reb.Eccles. non alien.*

Non obstat tertiò, quòd Gianus ceciderit ab emphyteusi ob non solutos Canones per biennium, quia imò nec integri vnius anni Gianum fuisse debitorem plenè firmant decisiones R. P. D.mei Royas,nempe prima,*in* §. *deueniendo, ad solutionem secundam, in* §.*prout pariter,&c.& 3. in* §.*remansit etiam, &c.*

Quæ responsiones etiam hodie DD. placuerunt,cum partitæ descriptæ in libris Capituli, vel cedere debeant in solutioně Canonum vti duriorem,prout in decisione firmatur,vel saltem ex recollectione fructuum vineæ facta per Capitulum elici debeat in Giano iusta causa credendi, quod Capitulum potuisset abundè ex prædictis fructibus satisfieri, & fuerit satisfactum; certum autem est, quod causa qualibet etiam minùs iusta ad excusandam caducitatem † suffragatur, iuxta 9
text.*in c.igitur* 12.§.*potest, ff.de liber.caus.* Corbul.*de iur.emphyt.tit.de caus.priuat.ob non solut. canon.*

canon. limit. 17. num. 2. cum aliis relatis *in Romana fideicommissi de Alberinis* 8. *Aprilis* 1641. *§. & certè coram R. P. D. meo Ottobono.*

Non obstat quartò, quod idem Gianus inciderit caducitatem ob non perfectam meliorationem, & non adimpleta alia pacta instrumenti, tum quia non probatur conuentio caducitatis in casu non implementi; tum etiam quia probata non sufficeret, nisi vlteriùs probaretur præuia in-
10 terpellatio † ad adimplendum, sine qua, nec contrahitur mora, nec incurritur pœna caducitatis, vt *in decis. 13. num. 3. & dec. 528. num. 4. part. 2. recent. san. mem. Greg. XV. decis. 8. num. 7. Bononien. legati 8. Iunij 2643. coram R. P. D. meo Bichio, & in d. prima decis. huius causæ 28. Aprilis 1645. §. iniustitia, &c. in 2. sub die 14. Martij 1646. §. Nam dicebant, &c. & in 3. die 4. Iulij 1646. §. quapropter coram R. P. D. meo Royas.*

Vltrà quod dum Gianus super eadem vinea plures passus fuit molestias ob prætensiones Vincentiæ, vt patet *ex decisione Romana spolij vineæ 14. Aprilis 1636. coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano*; propter probabilem timorem amittendi vineam est excusand. si illam non meliorauit: amissa enim vinea etiam melio-
11 ramenta † amisisset, quia lite pendente fieri prohibentur: Rot. *decis.* 130. *num.* 18. *part. 7. recent. in Romana melioramentorum 5. Iunij 1632. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in prædictis decisionibus huius causæ.*

Et ad omne peius dum Canonici receperunt
12 vindemiam † vineæ anni 1634. procul dubio caducitatem si quam Gianus inciderat remiserunt, *l. post diem, ff. de leg. com. l. commissoria, C. de pact. inter emptorem, & venditorem, c. constitutus, circa fin. de Relig. domib.* Corbul. *de emphyt. dict. tit. de priuat. ob non solutum Canonem, limit. 21. num. 1.* Mantic. *decis.* 200. *num.* 1. Burat. *decis.* 624. *n.* 1

Non quintò pactum resolutiuum, in casu, quo alius census impositus fuisset à Dominico primo inuestito; prout impositus dicitur, quia hoc obiectum tollitur ex facto *in 2. decis. R. P. D. mei Royas 14. Martij 1646. §. nec etiam obstat, &c.*

Nec sextò quicquam obest Giano inuestitura per Canonicos anno 1639. facta Critiis præ-
13 uio mandato de associando † per ipsos Canonicos ab A. C. obtento; quia dictum mandatum ostenditur nullum, & iniustum, *in dict. 1. decis. R. P. D. mei Royas, §. nullitas verò mandati*; ideò non priuauit possessione eiusdem vineæ Gianum, qui nunquam habuit se pro spoliat. Put. *decis.* 409. *in fine lib. 2. in correct.* Seraph. *decis.* 1041. Burat. *dec.* 91. *n.* 1. *& in Squillacen. dismembrationis 3. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Ottobono.*

Minùs denique prætensio iurium dotalium Vincentiæ, quia cum in inuestitura facta Dominico, de anno 1605. expresè prohibitum fuerit vineam hypothecari, etiam ex causa do-
14 tis † Vincentia gratis prætendit ius habere super vinea ex generali dumtaxat obligatione: Bart. *in l. Codicillaris, §. institutio, num.* 50. *ff. de legat.* 2. Gabr. *de reg. iur. concl.* 22. *n.* 12. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *n.* 11. Rot. *diuers. decis.* 426. *part.* 1. & fuit in hac eadem causa decisum inter easdem partes, *dict. die 14. Aprilis 1536. §. Quod autem dicta vinea non esset obligata*; vbi concordantes cumulantur, *coram Reuerendissimo D. meo Dunozetto Decano.*

Et ita decisum fuit vtraque parte, &c.

DECIS. LXVIII.

R. D. DVNOZET DECANO.

Romana Domorum de Incoronatis.

Veneris 18. Martij 1650.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum Camerali obligatione munitum paratam habet executionem.*
Extractum ab Archiuio per deputatum probat, num. 6.
2 *Executiuè contra tertium non proceditur.*
Declara, vt num. 3.
4 *Subrogatio intelligitur facta cum pactis conditionibus, &c. de quibus in suffragato.*
5 *Relatio importat repetitionem relati.*
7 *Iudicium ordinarium, qui proposuit non potest redire ad executiuum.*
Declara, vt n. 8.
9 *Actus vt dicatur factus in executionem præcedentis obligationis necesse est, vt concordet.*
10 *Clausula*, aut plus, vel minus, *non causat differentiam considerabilem.*
11 *Testium dicta adminiculantur ex partitis solutionum.*
12 *Substantia rei standum donec aliud circa quantitatem probetur.*
13 *Debitum soluisse non præsumitur, qui illud negauit.*

RElaxandum esse mandatum executiuum ad fauorem Marci-Antonij de Incoronatis, contra Achiconfraternitatem Spiritus Sancti nationis Neapolitanæ pro annua præstatione scutorum 19. circiter decursa, & non soluta occasione domorum, de quibus agitur, ab eadem Archiconfraternitate possessarum, Domini responderunt, ea ratione moti, quia cùm Hospitale Pietatis, & Incurabilium Ciuitatis Venetiarum vendiderit istas domos quondam Dominico Hattono sub expressa conuentione, quod ipse emptor teneretur soluere dictam annuam præstationem auctoribus dicti Marci-Antonij; prout constat per publicum instrumentum † obliga- 1
tione Camerali munitum, istud vtique instrumentum habet paratam executionem: Rot. *in recent. decis.* 545. *num.* 2. *& decis.* 620. *n.* 1. *par.* 1. *& decis.* 686. *num.* 1. *part.* 2. & decisum fuit *in Romana census, seu depositi 21. Iunij 1641. coram me*, & aliàs sæpissimè.

Non obstat, quod in celebratione prædicti instrumenti non interuenerint auctores dicti Marci-Antonij, minúsque se obligauerit dicta Archiconfraternitas, † contra quam proinde vti 2
tertiam non potest procedi executiuè: Rot. *coram bon. mem. Burat. decis.* 574. *num.* 2. *vers. & in specie*: Duran. *dec.* 364. *n.* 51.

Nam quod attinet ad auctores Marci-Antonij, illorum respectu sufficit stipulatio Notarij pro absentibus, & interesse habentibus, ac clausula quorum interest in obligatione Camerali contenta, quæ propterea suffragatur, & extenditur † ad omnes tunc temporis interesse habentes, 3

vt dixit Rot. *decis. 272. num. 12. impress. post Zacch. de obligat. camer. secund. vlt. impress. & in Romana Saluiani de Casalibus 21. Iunij 1641. in Romana fructuum census 11. Decembr. 1645. in §. dupliciter enim, & 7. Maij 1646. §. quia prædicta, & in Romana quarti dotalis 27. Aprilis eiusdem anni, §. idque etiam coram R. P. D. meo Cerro.*

Quo verò ad Archiconfraternitatem, dum ipsa, habita notitia emptionis harum domorum factæ per dictum Dominicum voluit præferri vigore Constitutionis Gregorianæ, & super prælatione sententiam fauorabilem à D. Cardinale Camerario, & Magistris Viarum obtinuit, in qua declaratum fuit instrumentum venditionis factæ dicto Dominico censeri in omnibus, & per omnia factum ad fauorem Archiconfraternitatis, & in illius executionem possessionem apprehendit earundem domorum, procul dubio ingressa fuit in locum dicti Dominici emptoris, & subiuit omnes obligationes, pacta, & conuentiones in dicto instrumento contentas, perinde ac si cum ipsa principaliter, & immediatè stipulatum fuisset, tum ex generali natura subroga-
4 tionis, † quæ facta intelligitur cum eisdem oneribus, conditionibus, pactis, & obligationibus adeo, vt eius vigore transeant in subrogatum omnia iura actiua, & passiua illius, in cuius locum subrogatur, vt animaduertit Innocent. *in cap. Abbate, ad fin.* ibique Butr. *num. 22.* & Abb. *num. 16. de verb. signif.* Gemin. *cons. 125. n. 12.* Rot. *in recent. decis. 279. num. 5. part. 7.* tum etiam ex particulari præscripto dictæ Constitutionis Gregorianæ *sub §. 8. & 9. quæ in Bullar. est 22. part. 2.* & comprobat Gratian. *discept. 876. sub num. 29. vers. si enim perueniat, cum seq.* tum denique ex tenore prædictæ sententiæ Cardinalis Camerarij, & Magistrorum viarum, mandantis dictum instrumentum censeri factum ad fauorem Archiconfraternitatis pro eodem prorsus pretio, cum eisdem pactis, & conditionibus in ipso contentis respectu Dominici, cuius relatio-
5 nis † vigore obligatio Cameralis contracta per Dominicum censetur repetita ab eadem Archiconfraternitate ad text. *in l. asse toto, ff. de hæred. inst.* Surd. *decis. 291. num. 18.* Rot. *decis. 35. n. 6. part. 1. recent. & in Anconitana pecuniaria 27. Martij 1623. coram bon. mem. Manzanedo, & ferè in terminis dictum fuit in Romana Societatis lignorum 20. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Non obstat quod dicatur, dictum instrumentum non esse in forma probanti: Quia cùm il-
6 lud fuerit extractum ex publico Archiuio † per Notarium ad hoc specialiter deputatum, de cuius legalitate testatur Nuncius Apostolicus Venetiarum, satis probat *Auth. ad hæc*, & ibi gloss. *verb. testimonium publicum, C. de fid. instr.* Barth. *in Auth. si quis in aliquo in 2. opposit.* ibique Ias. *num. 3.* & Dec. *num. 15. C. de eden.* Rot. *decis. 1. de fid. instr. in nou. & decis. 147. n. 5. & dec. 551. n. 1. p. 4. tom. 3. recent.*

Neque releuat quod stante pendentia litis in
7 iudicio ordinario introducta, † primò in tribunali Eminentiss. Card. Vicarij, & deinde per appellationem in Rota coram Reuerendiss. Terracinen. Marc. Antonius non possit modo se conuertere ad hoc iudicium executiuum *Auth. qui semel, Cod. quomod. & quand. iud.* Roman. *consil. 133. post n. 1.* Rot. coram Buratt. *decis. 208. n. 1. & 2.*

Quia iudicium illud ordinarium verè fuit institutum super caducitate, quam incurrisse Archiconfraternitatem prætenderat Angelus Marci Antonij auctor, ideoque Marcus Antonius non prohibetur illo iudicio pendente executionem dicti instrumenti petere † pro præstationi- 8
bus decursis, & non solutis, cùm ex pluribus partitis librorum, & ordinibus officialium eiusdem Archiconfraternitatis, nec non etiam depositionibus testium pro parte dicti Angeli examinatorum appareat illas iam per plures anteactos annos ab eadem Archiconfraternitate solutas fuisse, nec iuri consonum est, quod ipse interea hoc iure priuetur, iuxta text. *in cap. 1. vt lit. pend.* Bertrand. *cons. 51. num. 3. vers. & etiam quia lite pendente, lib. 2.* Ruginell. *pract. quæst. cap. 19. sub num. 7. vers. vtraque tamen.* Franch. *decis. 373. per tot.* Mastrill. *decis. 160. à num. 18. vers. & pendente lite, cum seq. vsque ad fin.* Giurb. *decis. 100. sub num. 32. vers. quid dicendum, & seq.* Rot. coram Seraph. *decis. 958. sub num. 2. vers. vt in simili dicitur.* Quod equidem faciliùs procedit in præsenti casu, in quo emanauit specialis commissio Signaturæ Rotæ directa, in qua expressa mentio facta fuit supradictæ litis pendentiæ.

Neque refragatur quod summa scutorum 18. & b. 88. quæ in dictis, partitis legitur annuatim exacta per auctores Marci Antonij, differat à summa scutor. 19. in supradicto instrumento enunciata, & ex hac summarum diuersitate inferatur Archiconfraternitatem non soluisse dictas
annuas præstationes † in vim obligationis Ca- 9
meralis in eodem instrumento contentæ, Rot. *diuers. decis. 262. num. 1. vers. quia vt actus, p. 2.* quia cum in eo non fuerit enunciata præcisa summa scutor. 19. sed cum clausula, seu plus, &
minus † non est vtique considerabilis differen- 10
tia 12. bb. quæ concordatur ex verbis illis denotantibus parum plus, vel parum minus, *l. publia, §. fin. ibi auri pondo plus, minus decem,* vbi gloss. *in verb. minus, ff. deposit.* Petrus Rebuff. *in l. propriè bona 83. §. notanda est phrasis, in fin. vers. plus, minúsve, ff. de verb. signif.*

Minus obstat quod testes prædicti non deponant de exactione dictæ integræ summæ scutorum 18. & b. 88. sed medietatis videlicet scutorum 9. & b. 44. nam remouetur obiectum ex partitis, & ordinibus prædictis, ex quibus constat de integra solutione dictæ summæ, quæ ideo in duas partitas fuit distributa, quia duabus personis eiusdem familiæ de Incoronatis, quibus Marcus Antonius successit, soluebantur vt in eis legitur, quæ licèt non essent in forma probanti,
tamen deseruiunt † ad adminiculandum deposi- 11
tiones dictorum testium, ex tradit. per Bart. in *l. admonendi, num. 41. ff. de iureiur.* Ruin. *cons. 46. num. 10. lib. 4.* Crauett. *consil. 198. num. 11.* Rot. coram Buratt. *decis. 648. n. 6. & in rec. dec. 160. n. 12. circa med. p. 1.* & in terminis fuit dictum *in Assisien. Statutorum 11. Decemb. 1620. coram Sanctiss. D. N. apud Modern. de manuten. decis. 158. n. 2. vers. quæ partita.*

Minus releuat quod pro parte Archiconfraternitatis controuertatur identitas, & quantitas harum domorum, quia cùm ex sententia, & aliis prædictis constet domos, de quibus in dicto in-
strumento fit mentio, peruenisse in substantia † 12
ad ipsam Archiconfraternitatem, satis fundata remanet ad effectum, de quo agitur, intentio Marci Antonij, donec aliud super earum quantitate

titate fuerit concludenter probatum, ac definitum, vt fuit dictum *in Ciuitatis Castelli bonorum* 28. *Ianuarij* 1605. coram Ortembergo apud Modern. *de manut. decis.* 93. *sub num.* 5. *vers. quod autem attinet*, *& seq. & in Regien. bonorum* 15. *Martij* 1630. *coram bon. mem. Coccino*, apud eundem Modern. *de manut. decis.* 293. *num.* 40. *vers. ex quibus negari non potest*, *& seq.* cum aliis adductis *in decisione emanata coram Reuerendiss. Terracinen. sub die* 13. *Martij* 1643. *in* §. *neque subsistit*.

Denique non obstat præscriptio, seu præsumpta solutio deducta ex lapsu temporis decem annorum iuxta dispositionem Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 159. Illa enim suffragari non potest Archiconfraternitati, non solùm ob litem contra eam medio tempore institutam, sed etiam ex quo pro eius parte semper negatum fuit debitum harum annuarum præstationum, vt patet ex processibus in tribunali Eminentissimi Vicarij, & Rotæ fabricatis, quia præsumi non potest solutum debitum, quod debitor nedum ignorauit, sed credidit se non habere, vt fuit dictum *in Rauennaten. census* 27. *Iunij* 1639. *coram me*, §. *minus obstat*, & in aliis relatis *in Anconitana Manna sub die* 13. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Corrado*, §. *fin.*

Et ita, &c.

DECISIO LXIX.

R. P. D. Cerro.

Auriacen. Laudemij.

Veneris 29. *Aprilis* 1650.

SVMMARIVM.

1 *Allodialia in dubio, & non feudalia bona præsumuntur.*

2 *Prædia rustica difficiliùs præsumuntur feudalia, quam Castra, & Principatus.*

Rustica vt probentur feudalia clariores requiruntur probatione, n. 3.

4 *Libertatis bonorum probatio desumitur ex longæua quasi possessione libertatis.*

5 *Libertatem bonorum fatetur, qui super illis contrahit tanquam liberis.*

6 *Feudalitatem excludit denominatio bonorum liberorum.*

7 *Bona intra fines feudi existentia dicuntur de iurisdictione.*

Non autem sub dominio directo, & de ratione, n. 8. & 9.

10 *Assensus petitio quoad aliqua bona, non probat directum quoad cætera.*

NOn constare de dominio directo vniuersali ad effectum, vt Claudio de Pazzis debeatur Laudemium omnium bonorum Castri Albignani Domini resoluerunt, quia non solùm contra
1 ipsum viget generalis præsumptio, † quòd in dubio omnia bona præsumuntur allodialia, & libera: non autem feudalia *cap.* 1. §. *defuncto, si de feud. defunct. contr. sit inter Domin. & agnat.* Hostiens. *in cap. nimis de iur. iuran.* Alexand. *consil.* 129. *n.* 1. *lib.* 1. Socin. iun. *cons.* 115. *n.* 3. *vol.* 2. Surd. plures referens *consil.* 151. *num.* 23. *& consil.* 311. *num.* 6. Clar. *in* §. *feudum part.* 18. *sub num.* 1. cum aliis per Rot. *in Romana census* 3. *Iulij* 1580. *coram Orano penès Cenc. de censib. decis.* 72. *num.* 11. *& in recent. decis.* 93. *num.* 29. *&* 31. *part.* 5. Præsertim vbi agitur, prout hîc,
de prædiis rusticis, † quæ facilius, quàm allodialia Castra, & Principatus censentur feudalia: 2
Roland. à Valle *consil.* 50. *num.* 38. *vers. & tantò magis, lib.* 3. Menoch. *consil.* 395. *num.* 5. Ita vt
proinde clariores probationes † videantur necessariæ pro eo, qui in ipsis feudalitatem allegat 3
Ruin. *cons.* 111. *n.* 4. *lib.* 2. Surd. *d. cons.* 317. *n.* 6. *vers. & multò magis procedere.*

Sed etiam, quia plena desumitur probatio libertatis ex quasi possessione continuata per spatium duorum ferè sæculorum vendendi, & alienandi bona, de quibus agitur, in francum, & liberum allodium absque vlla solutione Laudemij, petitione inuestituræ, aut alia qualibet recognitione erga Dominos Castri, *Sum. Commu-
munitatis num.* 6. ex qua propterea † magis ex- 4
cluditur prætensum vniuersale dominium, & clarior resultat demonstratio libertatis, & allodialitatis, vt probant Roland. à Valle *dict. consil.* 50. *num.* 38. *vers. & tantò magis lib.* 3. Alber. Brun. *inter cons. feud. cons.* 127. *sub vers. quod si quartam, & vers. item prædicta*: Surd. *d. consil.* 151. *ante num.* 33. *vers. sexto constat*, *& consil.* 311. *num.* 11. Menoch. *d. cons.* 395. *sub num.* 12. *vers. quinto confert*: Rota *decis.* 696. *num.* 4. *part.* 4. *diuers.*

Idque eò certiùs hoc casu, quo Authores Claudij antiqui Domini eiusdem Castri diuersis temporibus emerunt nonnulla bona comprehensa sub Tenimento illius ab aliquibus particularibus personis cum expressa assertione, quòd essent franca, libera, & quieta ab omni seruitio, onere, & censu, *dicto Summar. num.* 70. sic enim
contrahendo † illorum libertatem explicitè 5
fassi fuisse videntur ad tradita per Crauet. *consil.* 157. *num.* 2. & per Rot. *coram Cardinali Caualer. decis.* 171. *n.* 2.

Quod penitus tollit assertam vniuersalis dominij prætensionem, cum denominatio bono-
rum liberorum fæudalitatem, † aliámque similem 6
seruitutem excludat, vt responsum fuit *in Romana census prima Iulij* 1641. *coram R. P. D. meo Bichio*, & ampliùs.

Non obstat, quòd huiusmodi bona sint sita intra fines dicti Castri, quod ex publico instrumento acquisitionis probatur feudale cum prædiis, pratis, pascuis, nemoribus, & aliis pertinentiis.

Quia cum possessa fuerint, & possideantur à tertiis, tanquam allodialia, & libera per existentiam intra fines illius desumi quidem poterunt,
quòd subiacent eius iurisdictioni, † non au- 7
tem, quòd comprehendantur sub directo dominio eiusdem feudi, nisi per ipsum dominium concludenter probetur, ea esse de pertinentiis ipsius, vt tradunt Host. Io. Andr. & alij *in d. cap. nimis extr. de iur. iur.* Bellon. sen. *cons.* 10. *num.* 10. *&* 11. *vers. nam primò deducitur, cum seqq.* Decian. *consil.* 33. *num.* 50. *cum tribus seqq. lib.* 1. Natt. *consil.* 313. *num.* 2. Menoch. *dict. consil.* 395. *num.* 23. Surd. *d. cons.* 351. *num.* 84. Cancer. *var. resolut. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 36. Clar. *in dict.* §. *feudum, quæst.* 18. *num.* 2. *& per tot.* cum aliis *in supra allegata Romana census coram Orano penès Cinc. de censib. decis.* 72. *num.* 2. & per Addent. ad Buratt. *decis.* 426. *num.* 16. ac melius sic distinguendo firmauit Rota *coram Durano decis.* 28.
num. 23. *vsque ad* 27. non enim omne id, † quod 8

continetur infrà fines feudi feudale dicitur, vt respondet Rota *decis.*409.*num.*4.*part.*1. *recent.*
9 nec rectè inferri potest ad feudalitatem † bonorum ex eo solùm, quod ipsum Castrum sit feudale, vt dixit Rota coram bon.mem. Buratt. *decis.*426.*num.*6. *& in Romana Saluiani* 24.*Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Peutingerio, vers.Præterea accedit.*

Nec refragatur, quòd in aliis alienationibus aliquorum bonorum petitus, & obtentus fuerit consensus Domini præuia solutione laudemij *Summ.Claudij,num.*2. licèt enim ex hoc probari possit eius Dominium directum, quod illa bona
10 † particularia, valida tamen induci non potest probatio dominij vniuersalis etiam quoad omnia alia, in quibus constat de contrario ex superiùs deductis. Præsertim contra Tertios, qui in præfatis contractibus non interuenerunt, nec à contrahentibus causam habent, vt in puncto ratiocinatur Albert. Brun. *d.cons.*127. *vers.Et sic ex ipsius instrumentis.*

Et ita, &c.

DECISIO LXX.

R.D. DVNOZET.

Grossetana Pensionis.

Luna 20.*Iulij* 1650.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ iustificatæ habent paratam executionem,& n.*10.
2 *Clericatus probatur ex litteris Episcopi.*
3 *Eques sancti Stephani coniugatus retinet pensiones.*
4 *Possessio præsumitur continuata.*
5 *Fides extraiudicialis iunctis adminiculis probat.*
6 *Pensionis ex continuata solutione valor præsumitur expressus.*
7 *Solutio pensionis sibi ipsi facta dicitur dum pensionarius hæres fuit titularis.*
8 *Confessio non suffragatur vbi vera solutio requiritur.*
*Fallit, vt num.*9.

FVit à sanctæ mem. Gregorio X V. de mense Iulij 1623.reseruata annua pensio scutor.80. monetæ Florentinæ ad fauorem Equitis Bonauenturæ Alberti super redditibus Præpositurae Grossetanæ de consensu Aurelij Alberti illius possessoris, qui quandiu vixit istam pensionem soluit: Verum quia mortuo dicto Aurelio,Perinthius Manescus eius successor (quamuis eandem pensionem iam per annos 16. integrè soluisset) illam deinceps soluere recusauit, dictus Pensionarius institit coram Vicario Senen. pro executione suarum litterarum Apostolicarum,& ab eo sententiam fauorabilem reportauit; à qua cùm Perinthius appellauerit, mihique causa commissa fuerit cum clausula,parito litteris arbitrio Rotæ, hodie ad instantiam Angeli Marescotti dicti Perinthij successoris dubitaui; An intret arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apostolicarum, & fuit negatiuè responsum.

Nam licèt vigore dictæ clausulæ arbitrio in commissione appositæ, possit Rota cognoscere
1 de validitate pensionis, † non tamen est impedienda via executiua, competens Pensionario quando litteræ Apostolicæ sunt iustificatæ, vel non indigent iustificatione, nec constat euidenter de nullitate, vel extinctione pensionis: Rot. coram Duran. *decis.*60. *num.*7. *vers.& quamuis arbitrium, & in recent.decis.*346.*n.*4.*p.*3.

Iustificationes autem allatæ pro parte Equitis Bonauenturæ ad effectum de quo agitur, visæ fuerunt sufficientes.

Clericatus enim illius ostenditur ex litteris patentibus Archiepiscopi Senen. † datis in eius 2
*Sum. num.*3. quæ benè probant Rot. *penes san. mem. Greg. X V. decis.* 490. *num.*6. Buratt. *decis.*255.*num.*26.*& dec.*708.*num.*7. Neque per subsequens matrimonium effectus fuit incapax huius pensionis, quia cùm ipse sit Eques sancti Stephani, † prout probatur ex attestatione data 3
*in sum. Angeli,num.*3. illam retinere valet vigore Indultorum Apostolicorum istis Equitibus concessorum,& renouatorum per sanctiss. mem. Paulum V.*in eius Constit.incipien.dum generosa, &c. sub dat.*18.*Iunij* 1608.*in ordine* 46.*Bullar. part.*3.

Possessionem verò dictæ Præpositura de tempore reseruatæ pensionis extitisse penes dictum Aurelium titularem per triennium, & vltra, probatur ex instrumento illius apprehensionis die 5. Februarij anni 1609. dato *in summ. d. Equitis, sub num.* 4. à quo tempore † citra præsumitur 4
continuata, Rot.penes sanct.mem.Gregor.X V. *decis.*166.*num.*9.*vers.licèt sufficeret,&c.* Buratt. *decis.*823.*sub num.*3.*vers. quæ præsumitur continuata.*

Valor quoque expressus per ascensum in summa ducatorum 350. monetæ Florentinæ satis ad effectum de quo agitur, iustificatur non solum ex narratiua litterarum prouisionis prædicti Angeli, & Perinthij eius antecessoris per non excessum de ducatis auri de Camera 300.sed etiam ex attestatione † iurata sex testium de ducatis 5
similibus sexcentis contestantium,de qua *in sum. eiusdem Equitis, sub num.*6. quæ licèt sit extraiudicialis, attamen cùm corroboretur ex dictis narratiuis,& ex actuali solutione pensionis facta à dicto Aurelio toto tempore eius vitæ, & per sexdecim annos à dicto Perinthio eius successore meretur fidem, vt fuit dictum *in Leodien.Beneficij* 3.*Iul.*1628. *coram bon.mem.Card.Vbaldo,* & ratio est, † quia non est verisimile quod 6
d. titulares tanto tempore pensionem soluissent, nisi verus valor fuisset expressus, Rot.*decis.*293. *sub num.*2.*part.*1.*diuers.* coram sanct.mem.Gregor. X V. *decis.*245.*num.*6. *vers. quod maximè dicendum, &c. & decis.*273.*sub num.*3.*vers.& nititur maxima verisimilitudini,&c.*

Solutio denique eiusdem pensionis verè, realiter, & cum effectu per d.Aurelium donec vixit continuata iuxta formam decreti in d. litteris illius reseruationis appositi, probatur, ex publicis instrumentis, incipiendo à termino maturato in festo Natiuitatis Domini Nostri Iesu Christi anni 1624. per totum festum S. Ioannis Baptistæ anni 1628. relatis *in* 1.*summ. dicti Equitis, sub num.*5. *& in secundo, sub num.*1.*&* 2. Et quamuis deficiat formalis probatio solutionis vltimi termini maturati in festo Sanctissimæ Natiuitatis eiusdem anni 1628. viuente adhuc Aurelio qui obiit die 5.Februarij 1629. hæc tamen substantialiter, & in effectu facta fuit ab eodemmet Pensionario sibiipsi, † cùm fuerit successor 7
in vniuersa hæreditate d.Aurelij titularis, & ideo nec

nec alter ei poterat amplius soluere, *l. si ei cui* §. 1. *ibi tanquam ipsa hæreditas hæredi soluenti, &c. ff. de euict.* Rot. penès *san. me. Greg. X V. dec.* 67. *num.* 10. *vers. accedit.*

Non obstat quod primus terminus solutionis dictæ pensionis cesserit in die festo Natalitio anni 1623. cum illa fuerit reseruata sub die 4. Iulij eiusdem anni, quia reseruatio non fuit simpliciter facta, sed accedente consensu titularis, qui non fuit præstitus nisi de mense Augusti anni 1624. quo tempore fuerunt expeditæ litteræ Apostolicæ, ac ideò non anteà cessit illius solutionis terminus, quam in dicto sequenti festo Natiuitatis anni 1624.

Minùs obstat quod solutio quatuor ex dictis terminis à die festo Natiuitatis anni 1625. vsque ad festum Natiuitatis anno 1627. iustificetur ex
8 instrumento confessionato, † quod in hac materia non admittitur, cùm vigore prædicti decreti vera, & realis solutio probari debeat: Rot. *in Parmen. Pensionis* 25. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Manzanedo*, §. *& licet*, *&c.* Quia obiectum procedit quando confessio sola producitur alioquin
9 de non adminiculata, † secus autem vbi aliis adminiculis roboratur, veluti in casu nostro ex præcedentibus, & sequentibus solutionibus etiam continuatis per annos sexdecim à dicto successore Aurelij, tunc enim sufficit pro iustificatione veræ solutionis: Rot. *in Regien. Pensionis* 31. *Ianuarij* 1624. *coram Burat. decis.* 759. *sub n.* 6. *vers. in quo etiam instrumento, &c. cum seq. & in Auersana Pensionis* 30. *Martij* 1626. *coram bon. mem. Merlino apud Moder. Perus. de manut. dec.* 304. *sub n.* 3. *vers. quoniam Domini animaduerterunt, &c.*

Et in hanc sententiam eo libentius iuerunt Domini, quia Eques Bonauentura reperitur in quasi possessione exigendi pensionem à tanto tempore citra, in qua etiam obtinuit manutenerri, vnde resultat sufficiens iustificationis præsumptio ad affectum vt litterarum executio re-
10 tardari non valeat, † donec ordinarium petitorium iudicium terminetur, in quo prædicta omnia pleniùs probari, & exactius discuti debent, vt dixit Rot. *coram Burat. d. decis.* 759. *sub n.* 9. *vers. nec obstat alia clausula, &c. & seq. & in Cremonen. Pensionis* 25. *Februarij* 1622. *coram bon. mem. Vbaldo apud Moder. de manut. decis.* 163. *à num.* 1. *vers. super quo dubio, &c. cum seq.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXI.

R. P. D. Meltio.

Romana Saluiani.

Lunæ 27. *Ianuarij* 1650.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
2 *Productio instrumentorum est necessaria.*
3 *Clausula*, constituti, *probat possessionem inter constituentem, & constitutarium.*
4 *Litis substentatio probat possessionem.*
5 *Saluiani remedium est personale in rem scriptum.*
6 *Creditori anteriori prius satisfaciendum, & num.* 11.
7 *Creditor immissus ex Saluiano satisfactus debet restituere.*
8 *Cessionarius concurrit cum cedente contra debitorem etiam si conuenerit de non vtendo cessione contra cedentem, & de ratione, n.* 9.
Declara, vt n. 10.
12 *Iura sunt intelligenda ex mente, & ratione, non ex verbis.*
13 *Interpretatio omnis desiderat æquitatem. Illa capienda est, quæ apparet secundùm mentem contrahentium, n.* 14.
15 *Cessio crediti confessionati non suffragatur.*
Amplia, vt n. 16.
17 *Alienabilia cadunt in hypothecam creditorum.*
18 *Immissio super commoditate percipiendi fructus conceditur super re alienari prohibita.*

DVm agitur inter creditores diuersos Papirij Capizucchi, nempe D. Iuniperam Palagiam de Manfronis, ac DD. Æmiliam Plattum, atque Ioannem, Antonium Pisentem, ad effectum consequendi immissionem ex remedio Saluiani interdicti super quodam Plateatico contra Dominos de Palutiis, qui illud nunc possident, nulla cadit controuersia super eorum creditis particularibus cum hypotheca; nam iustificantur ex publicis instrumentis, quæ sufficiunt, † vt 1
de illis constare dicatur: Huiusmodi namque instrumenta faciunt rem notoriam, atque manifestam, & dicitur probatio probata: Bald. *in l. Imperator num.* 1. *circa med. & l. qui semel, n.* 25. *C. quomodo, & quando Iudex*: Dec. *consil.* 423. *num.* 10. Socin. iun. *cons.* 127. *num.* 3. *lib.* 3. Maximè cum fuerint etiam producta, quæ productio
† est necessaria iuxta doctrinam Felin. *in cap. quoniam contra num.* 39. *de probat.* Rot. *dec.* 162. *num.* 2. 5. *& 6. inter impress. apud Modern. de Saluian. interd.* 2

Possessio verò Papirij Capizucchi debitoris probatur † ex clausula *constituti*, per eum appo- 3
sita in instrumento venditionis factæ de dicto Plateatico Domino Marchioni Palutio, quæ probat possessionem, nedum inter contrahentes ipsos, verùm etiam contra R. P. D. Palutium habentem posteriorem causam ab eodem Marchione mediante donatione per ipsum ei facta. cum simili clausula *constituti*, ad text. *in l. quod meo, ff. de acquir. possess.* Socin. *consil.* 11. *num.* 1. *vers. & pro prædictorum lib.* 3. Tiraquel. *de const. possess. part.* 3. *limit.* 1. *num.* 23. Rot. *decis.* 766. *num.* 11. *part.* 1. *diuers.*

Et sic resultat etiam probatio possessionis eiusdem Palucij rei conuenti, maximè dum per eum substinetur lis, quæ litis substentatio suffi-
cit † pro possessionis probatione: Caputaq. *decis.* 369. *num.* 2. *part.* 2. Rot. *in recent. decis.* 58. *num.* 5. *part.* 4. *& decis.* 135. *num.* 4. *part.* 6. Gregor. X V. *decis.* 491. *num.* 11. *cum vulgar.* & in propriis terminis donationis fuit resolutum *in Romana census, seu Saluiani* 26. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio*; vnde concurrentibus requisitis necessariis Saluiani, illud optimè dirigitur contra R. P. D. Palucium, licet tertium pos- 4
sessorem, vti remedium personale † in rem scri- 5
ptam: Signorol. *consil.* 4. *sub num.* 7. Roland. *consil.* 14. *in princip. lib.* 1. latè Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *quæst.* 7. *num.* 55. *& seqq.*

Gregor. X V. *decis.* 491. *n.* 4. & ita passim Rota seruat.

Maior difficultas reducebatur ad anterioritatem eorumdem creditorum, cum anteriori, † & 6
priori priùs satisfaciendum sit, quàm posteriori ad text. *in l.* 1. *& l.licèt, Cod.qui potior.in pignor. habeant.* Federic. de Sen. *consil.* 45. *in fin.* Rot. *decis.* 479. *n.* 4. *par.* 4. *recent.* At omnibus perpensis instrumentis in summariis partium datis, censuerunt Domini immissionem concedendam esse Platto, & Pisenti, & sic sententiam A. C. esse infirmandam, qui verè, & realiter docuerunt de eorum anterioritate, & eo ipso, quòd fuerint de eorum credito integrè satisfacti restituere † tenebuntur dictum Plateaticum ei, qui 7
alia anteriora iura habebit, vel Reuerend. P.D. Palutio illius Domino: Ruin. *consil.* 256. *num.* 5. *lib.* 1. Roland. *consil.* 6. *num.* 37. Surd. *consil.* 160. *n.* 7. Menoch. *de recuper.possess. remed.* 1. *n.* 148. Modern. *de Saluian. interdict. inspect.* 4. *cap.* 2. *num.* 220. Rota *coram bon. mem.* Gregor. X V. *decis.* 254. *num.* 1.

Non obstat, quòd Iunipera Palagia de Manfronis licèt sit creditrix posterior, quia Cambium scut. 2000. fuit ab ea factum cum Domino Papirio Capizuccho Solani sub die 1. Martij 1637. vt *in eius sum.num.* 1. nihilominus vigore cessionis ei factæ sub die 16. Martij eiusdem anni 1637. à Platto, & Pisente pro summa scutorum 500. quæ illis soluta fuerunt ex pecuniis datis ad Cambium ab ipsa Iunipera dicto Papirio Capizzuccho in extinctionem Societatis officij factæ vsque sub die 6. Iulij 1635. ad fauorem dictorum Platti, & Pisentis cum obligatione dicti Capizucchi in dicta summa scut. 500. vt *in eod. sum.* Dominæ Iuniperæ *n.* 2. prætendat nunc iura anterioritatis, & potioritatis etiam quod dicta cessio habeat in ventre restrictionem, vt cessionaria † nullo vnquam tempore contra cedentes iura cessa directè, vel indirectè retorquere 8
possit, cum ista non operetur, quod eadem cessionaria pro rata crediti cessi, quod ex eius pecuniis solutum remansit concurrere non possit cum ipsis cedentibus agendo contra bona communis debitoris ab alio possessa, iuxta text. *in l.si debitor* 10. *ff.de pignor.* Vincent. de Franch. *decis.* 260. *sub num.* 4. *&* 8. qui loquitur in puncto cessionis factæ cum dicta restrictiua, optimámque huius opinionis † rationem affert Ioan. 9
Franch. à Ponte *decis.* 34. *num.* 23. quæ est, vt ex huiusmodi concursu aliquo damno non afficiantur cedentes, cum habuerint à cessionaria pecuniam pro satisfactione eorum crediti, pro quo cessionem fecerunt, & si non cessissent plus nihilominus consequi non potuissent, vt benè declarat Modern. Neapolit. qui alios refert *in suo tract.de credit.cap.* 4. *q.* 11. *n.* 835. *& seq. & num.* 1249.

Quia obiectum huiusmodi procedere posset, si dicti Plattus, & Pisentes cedentes agerent ex credito prædictæ Societatis officij, † cuius ma- 10
ior pars extincta fuit ex pecuniis datis ad Cambium per d. Iuniperam Capizuccho, nam tunc cedentes, & cessionaria agerent ex eodem iure contemporaneo, iuxta text. *in l.idémque si* 7. *ff.qui potior. in pignor. habeant.* & hic animaduertendum est, quod cedentes agunt ex creditis anterioribus acquisitis vsque de anno 1634. quorum vnum est scutor. 400. quæ ab ipsis data fuerunt ad Cambium dicto Capizuccho, alterum scutorum 250. pro pretio cuiusdam Horologij, vt patet ex instrumentis celebratis de dicto anno 1634. sub die 82. Septembris, relatis *in Sum.* dictorum Platti, & Pisentis, *num.* 1. *&* 2. stantibus igitur his creditis anterioribus, pro quibus dicti Plattus, & Pisentes nihil receperunt, vtique sibi ipsis non præiudicarunt per cessionem factam Dominæ Iuniperæ de anno 1635. de credito Societatis officij, & tanto magis, quia prædicta cessio reportata fuit ad effectum, vt cessionaria se faciliùs conseruare posset in exactione Cambij, & excludere valeret creditores posteriores dicti Capizucchi, vt legitur in eadem cessione data *in Sum.* Dominæ Iuniperæ *num.* 7. & sic cum ex his melius, & clarius ius suum iustificent dicti Plattus, & Pisentes respectu eorum anterioritatis, † præferendi sunt in prætensa im- 11
missione, ad tradita per Bart. *in l.fin. num.* 21. *C. de edict.Diu.Adrian.tollen.* Rot. *decis.* 184. *n.* 1. *part.* 5. *rec.*

Addito maximè, quod dum ipsi voluerunt in eadem cessione, vt iura certa contra se ipsos nunquam possent retorqueri, euidentissimè in eorum damnum retorquerentur, si ex eo, quod receperunt pecunias pro eorum credito posteriori diminuta remanerent iura, quæ eis competebant pro credito anteriori, pro quo nihil prorsus fuit receptum, vt iam dictum est; quotiescumque enim agitur de iuribus, † illa veniunt intelligen- 12
da ex mente, & ratione, & non ex verbis, iuxta gloss. *in l. damni infecti la prima,* §. *si is, qui vicinas, ff. de damn.infect.* Bald. *in l.commissoriè, Cod.de pact.inter empt.*

Et semper debet fieri interpretatio de bono, & æquo, † quia omnis interpretatio desiderat 13
æquitatem, *l.in iis, ff. de condit. & demonstr.* & illa capienda est, quæ verisimiliter apparet † se- 14
cundùm intentionem, & mentem contrahentium: Put. *decis.* 21. *in fin.lib.* 3. Crauet. *cons.* 748. *num.* 17. *vers.sexto respondetur:* Rot. *in Oueten. Canceriæ* 13. *Maij* 1619. *coram Caualerio.*

Minúsque habita fuerunt in consideratione instrumenta data per R. P. D. Palutium ad effectum offendendi suam anterioritatem, cum illorum iura se acquisiuisse præsupponat; quicquid sit de releuantia eorum dum non sunt legitimatæ personæ, nec recognita iura, ac subiacent exceptionibus allegatis per informantes pro Domina Iunipera.

Vnum visum fuit indubitatum quod asserta cessio † crediti confessionati non suffragetur *l.* 15
per diuersas, & *ibi* Bart. & DD. *Cod. mandati:* Put. *decis.* 22. *lib.* 3. maximè cum sit facta † ex 16
internallo, *l.modestinus de solution.*

Imò dum R.P.D. Palutius durante lite percepit fructus Plateatici, fuit in mala fide, & tenetur imputare in causa prætensi crediti, pro quo allegat retentionem.

Quod autem Plateaticum, de quo agitur possit esse feudale, & per consequens sit incapax hypothecæ; contrarium verius existimatum fuit, ex quo istud transit in commercio priuatorum, nec est vacabile, sed continuò emitur, venditur, donatur, & alienatur tanquam res propria absque vllo Principis consensu; ea autem omnia, quæ † sunt alienabilia, vt cadant sub hypotheca 17
ad fauorem creditorum declarat Modern. Foroliuien. *de pignor.lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 14. *num.* 26. sed circa tale obiectum remouetur quæcumque difficultas, ex quo hodie petitur immissio tantùm super commoditate percipiendi fructus, † respe- 18
ctu cuius semper illa conceditur, quamuis agatur,

tur, siue de feudo, siue de aliis rebus alienari prohibitis, iuxta firmata per Rotam, *in Romana Saluiani coram R.P. D. meo Cerro, quæ est decisio 238. inter nouiter impressas apud Zacch. de obligat. Camer. sub num. 4.6. & 7. Romana Vineæ 4. Maij 1643. coram R.P.D. meo Peutingerio, & in Romana nullitatis deliberationis coram Reuerendiss. Terracinen.*

DECISIO LXXII.

R. P. D. Meltio.

Nucerina fideicommissi.

Veneris 1. Iulij 1650.

SVMMARIVM.

1 *Verba vocationis clara voluntatis quæstionem non admittunt.*
2 *Masculorum descendentium appellatione veniunt masculi descendentes ex fœmina.*
Amplia, vt n. 3.
4 *Substitutio expressa excludit ius accrescendi.*
5 *Actio competens ex testamento pro consecutione fideicommissi transmittitur, & num. 6.*
7 *Transmissio fideicommissi ex coniecturis inducitur.*
8 *Fideicommissum à matre procedens iure sanguinis transmittitur.*
9 *Interpratationi in claris non est locus.*
10 *Hæreditas non præscribitur, nisi per triginta annos.*
11 *Præscriptio ex mala fide interrumpitur.*
12 *Fides mala insurgit ex commissione super iactationibus.*

IN testamento sub quo decessit Hieronyma instituti fuerunt æqualiter hæredes Cecchus, & Ceccolinus eius filij legitimi, & naturales, & Ceccho quandocumque decedenti substituit Testatrix Ceccolinum, & eius filios descendentes masculos in stirpem, & in defectum masculorum legitimorum, ac spuriorum substituit filias fœminas; casu autem quo vterque ex dictis filiis decederet sine prole ac descendentibus tam masculis, quàm fœminis vocauit proprias Testatricis filias, ac earum descendentes; prout ex testamento relato *in Sum.* illorum de Pisonibus *num.* 1. similiter Cecchus, & ipse testando instituit sibi hæredem matrem, & post eam Ceccolinum eius fratrem si viueret, sin minus eius descendentes eo, quia volebat bona sua perpetuò in familia, & agnatione conseruari, completa autem agnatione vocauit filias fœminas, & illis deficientibus earum descendentes masculos.

Defuncta primo loco Hieronyma, & postmodum Ceccho filio, vtriusque hæreditas consolidata fuit in persona Ceccolini fratris qui cum obierit superstitibus duabus filiabus fœminis, nempe Hieronyma à qua natus fuit Bartholomæus Albericus, qui de præsenti omnia bona occupat tanquam hæres ex testamento Ceccolini, & Catharina à qua ortum habuerunt Marcus, Ioan. Felix, & alij de Pisonibus Actores in præsenti iudicio, isti cum prætēderent sibi deberi immissionem in medietatem tam hæreditatis Hieronymæ eorum Proauiæ maternæ, quam Cecchi Patruelis vigore fideicommissorum ab eis relictorum dubitaui, an constaret de dictis fideicommissis ad fauorem illorum de Pisonibus, & sub hac die fuit per DD. affirmatiuè resolutum.

Existentia namque fideicommissi ad fauorem descendentium masculorum ex filiabus fœminis Ceccolini litteralis visa fuit in testamento præfatæ Hieronymæ, ibi: *Substituit eidem Ceccolino filias fœminas ex eo per legitimum matrimonium descendentes; & si dictus Ceccolinus decederet superstitibus ex eo descendentibus masculis dictos descendentes masculos legitimos, & naturales vulgariter, & pupillariter substituit.* Vnde cum non controuertatur quin dicti de Pisonibus sint masculi descendentes ex Ceccolino eorum Auo materno, verba † eorum vocationis sunt 1 clara, nullámque proinde voluntatis quæstionem admittunt, *l. ille aut ille, & l. non aliter, ff. de leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. periculis, §. argento, ff. de aur. & argent. legat.*

Neque visum fuit refragari quod quamuis præfati Marcus, & Ioannes-Felix sint masculi, ex quo nihilominus descendunt ex fœmina non veniant sub appellatione descendentium masculorum: Nam cum vocatæ sint fœminæ, † sic- 2 que non contemplata fuerit agnatio nomine descendentium masculorum veniunt etiam masculi ex fœmina *ad l. cognoscere*, & *ibi* gloss. *ff. de verb. significat.* Paris. *consil.* 88. *num.* 12. *lib.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 325. *num.* 3. Rot. *dec.* 89. *num.* 16. *part.* 6. *recent.* idque procedit, non solùm quando primordialiter † sunt vocatæ fœminæ, & 3 posteà in conditione, vel dispositione positi sunt filij, sed etiam quando exclusa fœmina primordialiter vocati sunt eius filij, & descendentes masculi: Bellon. iun. *consil.* 73. *num.* 10. *vers. primo quia cum testator:* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 8. *vers. similiter:* Ant. Faber *tit. de verbor. signif. definit.* 1. Rot. *in recent. dec.* 463. *num.* 4. *cum seqq. part.* 1. *decis.* 226. *sub num.* 3. *part.* 3. *coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 38. *num.* 3. *& coram bon. mem.* Duran. *decis.* 254. *num.* 3.

Minúsque refert, quod cum Catharina mater ad cuius fauorem ipsa viuente purificatum fuit fideicommissum per prædecessum Ceccolini sine filiis masculis, eo non agnito decesserit, exinde prætendatur illius portionem accreuisse Hieronymæ eius sorori, ac matri Bartholomæi, qui proinde illos de Pisonibus excludere valeat: Nam omisso quod ex verbis testamenti constat descendentes masculos fuisse expresè vocatos; quo casu negligentia matris in agnoscendo fideicommisso non potuit præiudicare filiis in iure eis quæsito ex propria, & explicita eorum vocatione, & expressa substitutio facta de descendentibus † masculis tanquam potentior excludit ius 4 accrescendi, quod deducitur ex tacito Testatoris iudicio, *l.* 2. *§. si duo, ff. de bonor. possess. secund. tabul. Authent. hoc amplius de fideicom. l. vno, §. in primo, & §. pro secundo, & §. sin autem sub conditione, vers. quod in medio, Cod. de caduc. tollen. l. vlt. in princip. cum gloss. de vulg. & pupill. substit.* adhuc quatenus opus esset, haberet locum transmissio: nam actio illa ex testamento quæ purificata substitutione † competebat Ca- 5 tharinæ pro consecutione bonorum in fideicommisso compræhensorum transmitti potuit in eius filios,

filios, *l.in Testatore, ff.de condit. & demonstrat. l.apud Iulianum,§.vtrum,& l.cogi,§.Metianus, ff.ad Trebell.* vbi latè Iaſ. Rip. *in l.heredes mei, §.cum ita, ff.eod.tit.* Rota *in Bononien. fideicommiſſi de Boatteriis 17. Februarij 1642. coram bon.mem.Merlino:* Peregr. *de fideicom. art.31. num. 3. & 4.* vbi quod fideicommiſſum facilius tranſmittitur quam hæreditas ex ea ratione quod hæres ante aditam hæreditatem nullum ius quæ-
6 ſitum habet tranſmiſſibile in alium: † fideicommiſſario autem ſtatim ac fuit purificatum fideicommiſſum competit officium Iudicis nobile quo hæres adire compellitur, & actio ex teſtamento qua eandem hæreditatem compellitur reſtituere, quæ actiones de earum natura ſunt ad hæredes deducibiles, vt bene etiam firmauit Rot.*diuerſ.deciſ.282. num.20.part.1.* Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.487.num.1.cum ſeqq.* Cephal. *conſil.132.num.7.& 8.lib.1. verſ.ipſi enim*; qui de magis communi teſtatur, tam in fideicommiſſo puro quam in purificato per euentum conditionis, quod facilius procedit, non ſolùm quando
7 prout hic concurrunt † pro tranſmiſſione plures coniecturæ, quæ ſolæ etiam ad illam inducendam ſufficiunt: Rot.coram Gregor. XV. *deciſ.551.num.6.& 7.& in Bononien.fideicommiſſi de Fornazaris 1. Aprilis præteriti coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Verum etiam quando vt in propoſito caſu agitur de fideicommiſſo aſcendentis, quod tranſ-
8 mittitur ſi non iure ſuitatis † ex quo mulier non dicitur habere ſuos hæredes ex defectu patriæ poteſtatis ſaltem ex iure,& potentia ſanguinis,ad text.*in l.vnic.C.de his qui ante apert.tabul.*Cyn. *in l.2.num.3.Cod. ad S.Conſult. Orfician.* Natt. *conſ.656.num.4.*Neguſant.*quæſt.480. n.4.& 5.* Cancer.*var.reſol.lib.3.cap.21.n.6.& 7.*Magon. *deciſ.Florent.604.n.6.*

Quo vero ad teſtamentum Cecchi clarior in eo legitur vocatio maſculorum ex fœminis, ibi: *Completa agnatione ſubſtituit eidem Ceccolino filias fœminas legitimas, & naturales, & poſt earum mortem maſculos ex eis deſcendentes*, ex quibus cum clarè conſtet de expreſſa Teſtatoris
9 voluntate ceſſare † debent omnes interpretationes, quæ tantum locum habent in dubia diſpoſitione: Bald. *conſ.174. in fin.lib.2.* Socin. iun. *conſ.96.n.34.in fin. verſ.nouiſſimè lib.1.*Rot.coram Burat.*dec.101.n.8.*

Non obſtat obiecta præſcriptio: Nam illa incipere non potuit niſi à die mortis Ceccolini ſecutæ de anno 1623. per quam apertum fuit fideicommiſſum ad fauorem eius filiorum, ſcili-
10 cet Hieronymæ, & Catharinæ; à dicto † autem tempore non effluxerunt 30.anni, prout requiritur in præſcriptione hæreditatis: Menoch. *conſil.47. num.12. & ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art. 1. num. 14.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 528. num.9.*

Præthereà dictam præſcriptionem ipſemet Bartholomæus ſibi interrupit dum impetrauit commiſſionem in remedio *leg. diffamari*; ex dicta namque commiſſione apparet eius animum fluctuaſſe circa titulum poſſidendi cum fortaſſe dubitare potuerit quod pro iniuſto haberetur; & hoc ſufficit, vt ex tali timore vulnerata dicatur eius conſcientia, ac ipſe conſtitutus fuerit in
11 mala fide, † quæ præſcriptionem non cœptam impedit currere,& iam cœptam interrumpit: ad text.*in cap.final.de præſcript.*Bald.*in l.2. num.7. Cod. de ſeruit. & aqu.*Riminald.iun.*conſil.205. num.26.*Put.*deciſ.385. num.1. part.3.* & in terminis quod mala fides inſurgat ex ſollicitudine conſcientiæ † in committendo, nempè cauſam 12
ſuper iactationibus fuit reſolutum per Rotam *deciſ. 57. num.25. verſ. ſed plura vſque ad 29. & deciſ.94. ſub num.19. cum ſequentib. part. 7. recent.*

Et ita informantibus illis de Piſonibus tantùm altera tamen Parte ſæpiùs citata, & expectata; ſed ſemper informare recuſante,&c.

DECIS. LXXIII.

R. D. Celso.

Romana Domus.

Veneris 9. Decembris 1650.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium à matre intentatum tranſit in filiam eius heredem.*
2 *Manutentionem defuncto debitam heres obtinere poteſt.*
Qui poſſeſſionem probat, conſequitur, n.8.
Dummodo non ſit infecta, n.18.
3 *Filiatio probatur fide Baptiſmi, & dicto vnius teſtis.*
4 *Filia agens vti heres matris heres efficitur.*
5 *Locationes binæ effectum ſortitæ poſſeſſionem probant.*
6 *Poſſeſſio probatur ex mandato de manutenendo.*
Probatur ex confeſſione Domini directi, num.7.
Poſterior clandeſt. præſumitur, & non manutenibilis, num.9.
Temporis conſiderabilis operatur, vt poſſeſſor citari debeat, n.14.
10 *Dominus ob lineam finitam, & canones non ſolutos propria auctoritate poſſeſſionem rei obnoxiæ apprehendere poteſt.*
Declara, vt num.11.
12 *Clauſula*, pro hæredibus quibuſcumque, ad habendum, & in perpetuum, *emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos efficiunt.*
13 *Protocollo eſt ſtandum non inſtrumento exinde deſumpto.*
15 *Caducitatem ob non ſolutos canones minor ætas excuſat,& abſentia, n.16.*
Et credulitas factarum ſolutionum, n.17.

Conceſſa noua audientia Rectori aduersùs reſolutionem captam ſub die 25.Feb.1647. In qua firmatum fuit; dandum eſſe Franciſcæ Felici mandatum de manutenendo; Et interim, ipſa mortua repropoſui cauſam ſuper eiſdem, & DD. in deciſis perſtiterunt etiam ad fauorem Liuiæ, filiæ eiuſdem Franciſcæ Felicis: Nam licèt ipſa nunquam poſſederit, nihilominus iudicium,à † matre intentatum,tranſiit ad filiam eius 1
hæredem, *l.ſi is, qui Romæ, ff. de iud, l.ſi eum hominem, 34.* ibique Bart. *num. 1. & per tot. ff.de fideiuſſor.* idem Bart. *in l.1. Cod. ſi appell. pend.* Socin.*conſil.31.num.8. lib.1.* Rota coram *deciſ.431. num. 1. & ſeqq.* Poteſt igitur eadem Liuia prædictum iudicium proſequi, & obtinere manutentionem, † debitam defunctæ, ſi viue- 2
ret: Mareſcott. *var.reſol. lib.2.cap.116.num.9.* Rot.

Rot. post Pacif. de Saluian. *decis.* 141. *num.* 3. *&* 4. & penès Posth. *de manut. decis.* 644. *n.* 5. *in recent. decis.* 54. *n.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *& in Senogalliens. Pradij* 27 *Iun.* 1644. *&* 28. *Iun.* 1645. *coram R.P. D. meo Meltio.*

Nec quod ipsa sit filia, & hæres prædict. Franciscæ Felicis in dubium reuocari potest. Siquidē
3 filiatio † probatur ex fide Baptismatis inncta depositione vnius testis disertissimè id deponentis. Rota coram Merlin. *dec.* 10. *num.* 3. & coram Caual. *dec.* 128. *n.* 2. *& in rec. dec.* 511. *n.* 1. *p.* 5. *& decis.* 93. *num.* 3. *part.* 7. Et dum agit vti hæ-
4 res † matris, hoc ipso efficitur hæres, *l. pro harede* 20. *de acquir. hared.* Batt. *in l. gerit, num.* 14. *ff. eod.* Mantic. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 10. *num.* 3. Rota *decis.* 106. *num.* 16. *p.* 7. *recent.*

Possessio verò matris sufficienter iustificatur;
5 Tum ex duabus locationibus † eius nomine factis. Altera nempe de anno 1635. Antonio Bizozzaro, & altera de anno 1642. Margaritæ Confalloneriæ, effectum sortitis mediante solutione pensionum, *l. quamuis* 32. *§. si conductor, ff. de acquir. possess.* Alex. *cons.* 10. *n.* 3. *vers. licet vbi probaretur lib.* 4. *sancta mem.* Greg. *dec.* 500. *num.* 2. Caual. *decis.* 5. *n.* 1. *& in rec. decis.* 555. *eod. num.* 1.

6 Tum ex mandato † de manutenendo reportato à Reuerendissimo Vicegerente dato in memoriali replicationis: Mantic. *decis.* 252. *num.* 2. Caual. *dec.* 217. *n.* 1. *& seq.* Burat. *decis.* 221. *n.* 2. & fuit dictum *in Vicen. Canonicatus* 28. *Iunij* 1647. *coram Reuerendissimo Terracinen.*

7 Tum demùm ex propria confessione † Rectoris emissa in instrumento publico quietantiæ, & in aliis actibus etiam iudicialibus: Dec. *consil.* 125. *sub num.* 1. *vers. de possessione:* Menoch. *de recuper. remed.* 3. *num.* 590. Rota *in Bononien. Manutentionis* 26. *Februar.* 1649. *coram R.P.D. meo Pentingerio.*

8 Quibus stantibus, manutentio † non potest eidem denegari, *vulg. §. Retinenda inst. de interd.* non obstante possessione apprehensa per Re-
9 ctorem, quia hæc vti posterior † præsumitur clandestina, vitiosa, & non manutenibilis, *cap. licèt causam*, ibique DD. *de probat.* Batt. *in l. si duo, sub num.* 4. *ff. vti possid.* Rota *decis.* 110. *n.* 2. *part.* 5. *recent.*

Nec refert quòd Rector vti Dominus directus potuerit ob lineam finitam, & Canones non solutos de facto possessionem apprehende-
10 re, † & ratione solius ciuilis ipsi sit debita manutentio ad effectum recuperandi naturalem ex not. per Bart. *in l.* 1. *§. ait Prator, ff. vti possid.* Rota *coram sanct. mem. Greg. decis.* 203. *num.* 3. quia obiectum bene procederet, si deuolutio esset vn-
11 dique clara, † nec vllam reciperet controuersiam; secùs verò quando prorsus excluditur, vel aliquo modo redditur dubia: Tunc enim donec articulus deuolutionis discutiatur, & terminetur in petitorio, non debet possessor sua possessione priuari, vt dixit Rota *in rec. decis.* 359. *num.* 4. *part.* 5. & penès Posth. *de manut. dec.* 499. *n.* 10. *in Romana Domorum* 15. *Decembris* 1649. *coram R.P.D. meo Bichio*, cum aliis per Modern. Fulginaten. *de iur. emphyt. tit. de diuers. quast.* 9. *per tot.*

Clara autem non potest dici in præsenti casu ob deficientiam lineæ Vincentij de Ferrariis primi inuestiti, quia concessio facta fuit Vincentio, & eius hæredibus, & successoribus quibus-
12 cumque † in perpetuum, cum clausula, *ad habendum, & quicquid placuerit faciendum*; quæ propterea comprehendit hæredes etiam extraneos: Socin. *consil.* 266. *num.* 36. *&* 37. *vol.* 2. Paris. *cons.* 84. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 4. Crot. *cons.* 318. *num.* 5. *lib.* 3. Cald. *de iur. emphyt. lib.* 2. *quast.* 23. *num.* 52. *& seq.* Couar. *resol. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. *vers. quin & si emphyteusis:* Rota *in Mediolanen. bonorum de Busalora* 7. *Iun.* 1585. *coram Bubalo:* Mantic. *decis.* 18. *num.* 5. Millin. *decis.* 245. *num.* 2. & coram Mart. And. *decis.* 105. *num.* 12.

Et licèt verba prædicta non legantur in matrice, & Protocollo, † cui potiùs est standum, 13
quàm instrumento exinde desumpto: Gloss. *in §. illud quoque, verb. Protocollum, Auth. de Tabellion.* Bald. *in l. nostram num.* 4. *Cod. de testam.* Bart. *cons.* 208. *num.* 6. *vers. nam ex illa lib.* 1. Surd. *consil.* 141. *num.* 8. *& seqq.* Rota *in rec. decis.* 544. *num.* 7. *parr.* 4. *tom.* 3.

Attamen, quia per spatium circiter 30. annor. huiusmodi Domus fuit possessa à Martinis, & ab illis Rectores pro tempore Domini directi canones exegerunt; hoc solùm videtur sufficiens ne deuolutio dicatur clara, ita vt licuerit possessionem capere auctoritate propria: Possessio enim temporis considerabilis † operatur saltem, 14
vt debeat possessor citari; imò, & manuteneri donec discutiatur super deuolutione, etiamsi inuestituræ verba, & iuris dispositio viderentur resistere, vt aduertit Vasq. *controuer. illustr. cap.* 86. *num.* 9. Marescot. *var. resol. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 55. *& seqq.* Cancer. *var. tom.* 3. *cap.* 14. *num.* 45. Rot. *in Mediolanen. nominis Capituli* 10. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio, & in Beneuentana emphyteusis* 1. *Iulij prateriti coram R. P. D. meo Bichio.*

Minùs deuolutio potest dici clara ex capite non soluti Canonis, quia tam ratione minoris ætatis, quàm absentiæ ab vrbe, necnon etiam assignationis Pensionum à Francisca Felice factæ in causam Canonum, acceptatæ ab eodem Rectore, † intrat saltem excusatio à caducitate; 15
sicut in terminis de minore firmat Ias. *in l.* 2. *num.* 49. *C. de iur. emphyt.* Odd. *de rest. in integrum part.* 2. *quast.* 89. *art.* 9. *num.* 68. Bero. *consil.* 49. *num.* 10. *lib.* 3. Ioan. Ludou. *decis. Perus.* 54. *num.* 6. De † absente not. Dec. *cons.* 138. *num.* 7. 16
ad fin. vers. postremo considerandum: Corbol. *de causis priuat. ob non solut. canon. limit.* 10. *num.* 5. Rota *in Romana deuolutionis Domus* 25. *Iunij* 1621. *coram Mazanedo, & in rec. decis.* 509. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 3. Et de eo, qui iustè potuit credere proprietarium † esse satisfactum: idem 17
Corbol. *ampl.* 8. *num.* 22. Gratian. *discept. forens. lib.* 4. *cap.* 675. *num.* 33. Rota coram Buratt. *decis.* 628. *num.* 7. *& in Romana pratensis deuolutionis* 22. *Iunij* 1624. *coram Remboldo.*

Quibus stantibus sicuti manutentio non potest concedi Rectori in vim possessionis † per 18
eum captæ authoritate propria: Ita nec etiam vigore alterius adeptæ in executionem mandati de manutenendo obtenti à Iudice, quia illa innititur radici infectæ, nempe possessioni de facto, & nulliter apprehensæ: Rota *in Colimbrien. Prastimoniorum* 18. *Iunij* 1632. *coram Reuerendiss. D meo Decano.*

Et ita, &c.

men præscribat certas solemnitates, quibus seruatis vult obligationem valere, denegando etiam minoribus beneficium restitutionis in integrum;
10 sequitur quòd constitutio, † & statutum se ad inuicem non compatiantur, ac propterea huius sufficit obseruantia: Gratian. *discept.* 474. *num.*3.*&* 4.Seraph. *decis.*343. & in specie respondendo decisionibus *in Perusina fideiussionis coram Sanctiss. D. N.* ex aduerso adductis latè firmauit Rot.*coram bon.mem.Burat. decis.* 333. ibi relati per Add. *littera C.*

At omnis cessare visa est difficultas, quia Co.Philippus, & Astorgius eius filius, per spa-
11 tium 50. annorum, † & vltrà, nunquam reclamarunt petendo restitutionem in integrum, *l.fin. C.si maior.fact.*Menoch.*cons.*242.*num.*32. Rot. *decis.*81.*num.*7.*part.*6.*decis.*306.*num.*53.*par.*7. *recent. & in Romana fideicommissi de Alberinis* 8. *Aprilis* 1647. *coram R. P. D. meo Ottobono.*

Quinimò iste pulsatus in iudicio litem in se assumpsit, & instrumentum huiusmodi obliga-
12 tionis contra Maluetios produxit, † ex quo in eo contentorum scientia arguitur, *l. non est ferendus,ff.de transact.* Aymo *cons.* 26. *n.*3. *vers. qua etiam scientia:* Rota *decis.*461.*n.*1. *part.*4. *diuers.* Illorúmque omnium habita censetur ratificatio: Alex.*cons.*127. *num.*2. *lib.*5. Crescent. *decis.*1.*de procur.* Rot. *in Romana pecuniaria de Picinardis* 18.*Aprilis* 1618. *coram Manzanedo, & in Romana fructuum census* 11. *Decembris* 1645. §.*quo vero ad iustitiam, coram R. P. D.meo Cerro.*

Demùm non obstat, quòd Co.Philippus esset fideiussor indemnitatis, ideóque non licuerit
13 Co. Augustino contra eum,† seu illius hæredem iura retorquere, nisi priùs excussis Maluetiis principalibus debitoribus, iuxta not. per Bart. *in l.quæro, ff.locat.*Cyriac.*contr.*490. *n.*22.

Placuit enim DD.responsio, quòd huiusmodi conclusio non procedat quando amplissimis clausulis, & verbis admodum prægnantibus concepta fuit, prout hic,indemnitatis promissio, ibi: *Promisit, & solemniter se obligauit fideiussores indemnes, ac penitùs sine damno eximere, & conseruare à prædicta fideiussione, ac ab omnibus ab ea dependentibus, cohærentibus, annexis, & connexis, &c.* Hoc enim casu egressi dicuntur
14 limites simplicis fideiussionis de † indemnitate, & illius promissor stipulantem ab omnibus prorsus molestiis, etiamsi damnum nondum passus fuerit, liberare tenetur: Paris. *cons.*109. *num.* 37. *lib.*1. Socin. iun. *consil.* 42. *num.* 1. *lib.*4.Caroc.*de excuss.part.*2.*quæst.*14.*n.*7.& firmauit Rot. *coram bon. mem. Card. Mellino decis.*275.*num.*2.

Et ita vtraque parte informante, &c.

DECISIO LXXV.

R. P. D. Meltio.

Meleuitana bonorum.

Veneris 10.*Februarij* 1651.

SVMMARIVM.

1 *Transactio liti finem imponit.*
*Super re dubia & incerta fieri debet, vt valeat, num.*2.
*Et quod hinc inde detur, n.*3.
*Vt valeat à lite recessus sufficit, n.*4.
5 *Obseruantia tollit omnem dubietatem.*
6 *Probatio plena excluditur ex possibilitate in contrarium.*
7 *Hospitale administratum à Laïcis, censetur laïcale.*
*De iure præsumitur laïcale, n.*8.
*Laïcale contrahit sine solemnitatibus, n.*9.
*Vt dicatur Ecclesiasticum requiritur, vt authoritate Episcopi sit erectum, n.*10.
11 *Episcopus vti Sedis Apostolicæ delegatus habet ius visitandi Hospitale laïcale.*
12 *Episcopo reddenda est ratio per administratores, Hospitalium etiam Laïcorum.*

Item aliàs de anno 1580.ad instantiam Venerabilis Hospitalis *Sancti Spiritus Ciuitatis Melitæ*, introductam super immissione in possessionem bonorum Antonellæ matris Mariettæ, & Angelicæ vigore substitutionis pupillaris in Testamento Nicolai-Antonij Xerri earum patris ordinatæ ad fauorem præfati Hospitalis, & quam post diu agitatum in partibus, & deinde in hoc sacro Tribunali iudicium cum diuersis sententiis hinc inde desuper latis, tandem transactio composuerat, cum idem Hospitale hodie instaurare prætenderet, dubitaui, an dicta transactio obstaret, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia hæc semper litibus, controuersiis, † ac 1
prætensionibus finem imponit, *cap.*1.*de lit.contest.in* 6.*l.causas,l.actione,l.fratris tui,l. sub prætextu instrumenti,l.transactione, C. de transact.* Alex. *consil.*42 *super præmisso themate num.*17. *vers.nec obstat lib.*1. & in terminis transactionis initæ super remedio *l.fin.C. de edict. Diu. Adr. toll.* Surd. qui plures alios allegat, *consil.* 451. *num.*16.*&* 17.*lib.*3.Rot.*coram sanct.mem. Gregor.X V. decis.*286.*num.*6*vers.& tam à lite futura*, prohibétque illas instaurari, & ad iudicialem trutinam reduci, *l. cum mota d.l causas,l. si maiores, Cod. de transact.* Caualer.*decis.*550. *num.*2. *vers. quia obstabit*; quinimò ipsi litis ingressui resistit adinstar rei iudicatæ, cuius virtutem præ se fert, *d.l.Causas,l.non minorem,Cod. de transact.* Roland.*cons.*28.*num.*17.*lib.*4. Surd. *consil.*451.*num.*16. Rota coram Card. Caualer. *decis.*276.*num.*1.*vers. quæ propterea, part.* 1. *& decis.* 414. *part.*2. cum pluribus aliis allegatis *in Romana rescissionis concordiæ* 15.*Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Corrado*, §. *Hæc enim litibus.*

Idque fortiùs dum transactio, de qua hic agitur facta fuit occasione litis diu agitatæ cum ancipiti discrimine vtriusque partis, & ex causa eiusdem transactionis Hospitale consequutum fuit liberationem omnium Iocalium, pecuniarum, nominum debitorum Antonellæ, quæ aliàs restituere tenebatur illis de Cassar in vim pacti in instrumento dotali dictæ Antonellæ appositi, quod ipsa siue eius filiis sine liberis decedentibus, qui casus euenit, dos reuerteretur ad dotantes; prout etiam eidem Hospitali remissi fuerunt fructus dotis eiusdem Antonellæ, qui consistebant etiam in bonis stabilibus, necnon scuta 120. auri de Camera pro expensis in iudicio reintegrationis factis, & in dicta summa per sententias Rotales liquidatis: atque ita apparet, quod duo substantialia † requisita transactionis, quæ 2

sunt, vt illa fiat super re dubia, & incerta, super qua adsit lis; *l.1. ff.de transact.* vbi DD. Faber. *in eius Cod.lib.2.tit.4.de transact.definit.5.n.3.*
3 & cum mutua † hinc inde compensatione, *leg. transactione nullo dato, C.de transact.* Ias.*cons.18. sub num.14.lib.1.* Peregrin. *consil.37.sub n.28. lib.1.* Rot.*in recent.decis.447.n.3.part.2.* in isto casu illa interuenerint, sicque de validitate transactionis dubitari non possit.

Neque obstare visa fuit prætensa ab Hospitali læsio enormissima ex eo deducta, quia cum illud duplicem habeat substitutionem ad sui fauorem facta in testamento Nicolai Antonij Xerri; vnam scilicet in bonis eiusdem Nicolai Antonij, quæ vt purificata fuerit per obitum Mariettæ, & Angelicæ sine filiis nulla cadit difficultas. Alteram verò in bonis Antonellæ, quæ pariter respectu legitimæ sustinetur, tenuis valdè fuerit compensatio facta in transactione pro remissione tot Iurium, quia DD. pro responsione animaduertebant, quia transactio inita cum illis de Cassar non fuit facta super Iuribus, quæ Hospitali competebant in bonis dicti Nicolai Antonij, hoc enim erat Iudicium prorsus diuersum intentatum contrà illos de Xerri, cum quibus prætenditur etiam, quia diuersa facta fuerit transactio, sed ista, de qua nunc agitur respicit tantum alteram prætensionem, quam habuit Hospitale super immissione in possessionem bonorum Antonellæ vigore substitutionis pupillariter factæ Mariettæ, & Angelicæ, quæ cum sustineri non possit, nisi respectu legitimæ dictæ Antonellæ matris, attento pacto reuersiuo Dotis in Instrumento Dotali apposito, & dicta legitima à Magno Magistro liquidata fuerit in scutis 350. vtique transactio læsiua dici non potest. Tantóque minus visum fuit aliquod fundamentum fieri posse in hac prætensa læsione, quia non solum ex diuturnitate litis, sed etiam ex diuersitate sententiarum hinc inde emanatarum apparet iura substitutionum, quæ Hospitale ad sui fauorem allegat, non fuisse valdè certa, & clara, cum non fuerint sufficientia ad victoriam, sed
4 potius adfuerit probabilis dubietas, † ac incertus litis exitus remanserit, qui regulariter sufficit ad conualidandam transactionem, *l.in summa, in princ. vers.& quidem,* ibique gloss. *in verb.nulla,& seqq. ff.de cond.indeb.* Paris. *consil.32. sub num.17.vers.ad id dicendum,& seqq. lib.1.* Decian. *cons.56.num.29. vers.nam sufficit,& seqq. lib.4.* Rota *in Bononien.transactionis 25.Februarij 1639.coram bon.mem. Melchiorio,* cum pluribus aliis cumulatis *in Romana rescissionis concordiæ 15.Iunij 1648. coram R. P. D. meo Corrado, §.quia contrarium conuincitur.*

Pro prędictorum comprobatione accedit etiam obseruantia dictæ transactionis spatio 50. anno-
5 rum subsequuta, † quæ operatur, vt illa difficiliùs rescindi possit: Ista enim tollit omnem dubietatem, *l.si de interpretatione,& l.sed ea, ff.de legibus, cap.cum contingat de transact.* Rota *diuers.decis.303.num.2.& decis.374.num.3.p.1.* Seraphin.*decis.1410.num.3.& 16.* Cauallег.*decis.407.num.9.in recent.decis.715.in fin.part.2.* & efficit, vt læsio sit concludentissimè proban-
6 da, cum sola possibilitas contraria † resultans ex aliquo iure in hoc casu sufficiat ad excludendam plenam probationem *cap. in præteritum, de probat.* Surd. *consil. 505. num. 6.* Rota *decis.332. num.3. part.4. recent.* eóque magis dum illa authorizata fuit à Magno Magistro, & à Consilio Notabilis Ciuitatis Melitæ, quod facit cessare omnem læsionis suspicionem, Hond. *consil. 34. n.59.& seqq.lib.2.* Menoch. *consil.1164.n.14. & seqq.lib.12.* Rota *decis.337.n.17.p.5.rec.*

Non obstat prætensa nullitas transactionis ex defectu beneplaciti Apostolici, quia cum Hospitale, de quo hic agitur, à laïcis regulетur, † & 7
administretur, censetur laïcale,& priuatum, non autem Ecclesiasticum, iuxta distinctionem Calder.*consil.4. vers.Item institutio, & restitutio de Relig.Dom.* Felin.*in cap.de quarta,n.11. vers.& commissio de prescript.* Bald.*in auth. hoc ius porrectum,n.1.vers.sed huic quæro, C. de sacros. Eccles.* Rom.*cons.477. num.8.* & sequuta est Rota *decis.715.num.1.part.1.diuers.& decis.268.n.2. part.3. recent.* vbi dictum fuit ad præsumendam 8
qualitatem laïcalitatis multum conferre denominationem Hospitalitatis, & talem etiam de iure præsumi dixit Rota coram Put. *decis. 255. n.1. & 2.* Gonzal.*gloss.5.§.4.num.24.* Mohedan.*decis.18.de caus.poss.& propr.* Rota *decis.106.n.6. part. 2. diuers.* indéque potuit illud contrahere,
† ac transigere absque beneplacito Apostolico 9
cum aliis solemnitatibus *in Extrauag.ambitiosæ, de Eccles. bon. non alien.* requisitis, quia in his non intrat materia *dicta Extrauag.* vt tradunt Bald. *in auth. hoc ius porrectum,num.11. Cod.de sacros.Eccles.* Rebuff. *in tract.de alien. rer. Eccles.num.57.* Paris. *cons.34.num.19.& 25.lib.4.* Barbos. *de potest.Episcop.alleg.75.n.33.* Martin. Andr.*decis.6.num.3.* Gabr. *de pia caus. concl.1. num.1.7.& 12.*

Neque præsumpta qualitas laïcalitatis excluditur ex eo, quod probetur in eo exerceri opera pietatis, ac illud habere locum promissa celebranda. Quia ad hunc effectum, probandum esset, fuisse illud erectum auctoritate ordinarij, 10
Abb. *in cap.ad hæc,num.2.de relig.dom.* Bald.*in d.authen.hoc ius porrectum,num.11.C.de sacros. Eccles.* Zabarell. *consil.13. num.2. vers. contrarium est,& vers.2.ad hoc,* Gabr.*de pia caus.conclus.2.n.1 cum seqq.* Barbos.*de Iur.Eccles.lib.2. cap.11.sub num.38.& num.80.& seqq.* Castill. *decis.2.num.12.lib.1.* Rota *in Mediolanen. bonorum 18. Martij 1648. §. Tandem non obstat coram R.P.D.meo Bichio, & in Leopolien.censurarum 27.Ian.1645.coram R.P.D.meo Cerro.*

Minúsque præsumere faciunt illud Ecclesiasticum Decreta Sacr. Congregationis Concil. Trid. Interpretum, ex quibus declaratur Episcopum habere ius visitandi huiusmodi Hospitale,
† & ab eius Administratoribus rationem administrationis exigendi: Nam Episcopus quamuis 11
ordinaria auctoritate visitare non possit Hospilia laïcalia, potest tamen id facere tanquam Sedis Apostolicæ delegatus ita disponente Sacro Concilio Tridentino *sess.22.cap.8.* idemque tradit Cochier. *de iurisd.in exemptos,part.2. q.45. n.77.* & firmauit Rota *decis.30.num.8. part.2. rec.* & propterea etiam ex forma eiusdem Concilij ratio † administrationis reddi debet ipsi or- 12
dinario etiam de locis non Ecclesiasticis, sed tamen piis, & opera pietatis exercentibus Grat. *discept.forens.cap.395.per tot.* & magis in terminis Federic.de Sen. *cons.111.n.3.* Rota *in Leopolien.administrat.Hospitalis 15. Maij 1645.coram R.P.D.meo Cerro,& in rec.dec.33.n.1.& 2. p.2. rec.* Quare ex huiusmodi actis qui benè se compatiuntur cum Hospitali laïcali non valet inferri ad qualitatem Ecclesiasticam.

Et ita vtraque parte, &c.

DECIS.

DECISIO LXXVI.

R. P. D. Peutingero.

Romana Censuum.

Luna 13. Martij 1651.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio licita exequenda est.*
2 *Domum possidens vigore Saluiani pensiones, quas sua culpa non exegit in sortem computat.*
3 *Exceptio illiquida executionem instrumenti Cameralis non impedit.*
4 *Census compensatio ad extinctionem sortis non admittitur, nisi praecesserit protestatio.*

Cleria Iustina filia Hieronymi Iustini, & vxor Camilli Bonauentur. filij Iulij eiusdem cognominis cum super quadam Domo magna in Vrbe sita in via dicta Parione, & super Tenuta Mareni sub die 26. Augusti 1633. imposuisset annuum censum scut. 420. monetae, illúmque vendidisset pretio scut. 6000. Clericis Regularibus ministrantibus Infirmis ad effectum de illis acquirendi integram partem dictae Domus, super qua ius tantùm pro medietate ex cessione Hieronymi patris ratione dotis prius habebat, prout illam acquisiuit à R. P. D. Alexandro Mileto, siue eius haeredibus praeuia solutione scut. 12500. per speciale pactum promisit praestare cedulam bancariam in euentum, in quem fructus dicti census de semestre in semestre per duos annos post lapsum cuiuslibet semestris non persolueret, & amplius praestare; prout praestitit in fideiussores dictorum Iulium socerum, & Camillum maritum, & de aequè idoneis fideiussoribus renouandis in casum mortis, vel deteriorationis, *Summ. Clericorum, num.* 1.

Successiuè die 10. Ianuarij 1625. super dicta Domo alium censum in annuo redditu scut. 140. pretio scut. 2000. ad fauorem eorundem Religiosorum imposuit cum pacto pariter in casu mortis, absentiae ab Vrbe, & deteriorationis conditionis dictorum Iulij, & Camilli nouos fideiussores praestandi, vt *in d. Sum. n.* 2.

Verùm quia postmodùm morosa extitit tam in soluendis fructibus illorum, quàm in adimplemento promissorum iuxta formam suae obligationis, prosequendo disputationem super bono iure proposui dubium, an sit relaxandum mandatum exequutiuum pro praestatione cedulae, & renouatione fideiussorum, & pro fructibus dictorum censuum, & pro qua summa, & sub hodierna die fuit resolutum, pro nunc relaxandum esse tam pro praestatione cedulae, attenta mora solutionis fructuum incursa etiam ante associationem Clericorum ad possessionem dictae Domus, quam etiam pro renouatione fideiussorum, attenta morte Iulij *Sum. num.* 6. & deterioratione Camilli probata ex petitione assecurationis dotis ipsius Cleriae, ob eiusdem Camilli mariti vergentiam ad inopiam *Sum. num.* 5. ex eo
1 potissimùm fundamento, quia praefata † conuentio tanquam de iure licita executioni demandari debet, vt in simili tradit Modern. Perus. *in tract. de cens. impress. Taurin. quaest.* 52. *num.* 30. *& seq.* Rota apud eundem *decis.* 452. *num.* 5. *decis.* 542. *num.* 9. *coram Greg. XV. decis.* 88. *sub n.* 1. *in fin. cum seq.*

Non obstat, quod dicti Clerici Regulares tempore, quo fuerunt in possessione dictae Domus cum eius annexis notabilem pecuniarum summam vltra census annuos eis debitos exegerint, quae pro concurrente quantitate censum extinguere, vel saltem loco cautionis succedere debet, quia hoc ex calculo Cleriae nullatenùs iustificatur, ideò iure meritò à patribus impugnatur.

Tum quia in eo referuntur duo de vigiuti annorum pensiones ad rationem scut. 681. in singulos annos, & tamen ex instrumento, ac aliis relatis *in dict. Sum. num.* 3. & in Additionali *num.* 2. expressè constat, locationes illas non continuasse, sed interdum prorsùs cessasse, interdum verò pro minori pensione, occasione locandi non existente, renouatas fuisse.

Tum etiam, quia in dicto calculo Cleriae nulla prorsùs fit mentio expensarum, quas in aedificio huiusmodi fieri necesse fuit, vt sartum tectum conseruaretur, factásque in hac Domo fuisse patet ex relatis *in d. Sum. n.* 3.

Minúsue ibi leguntur appositae diuersae pecuniarum summae, quas iidem Religiosi aliis diuersis creditoribus anterioribus Camilli viri eiusdem Cleriae ex Iudicis decreto, eo tempore, quo ipsi dictam domum possidebant, soluere coacti sunt, vt *ex d. n.* 3. *in d. eorundem Sum. n.* 14. *&* 20. quorum tamen omnium congrua ratio haberi debebat, cum isti Patres Iudicis authoritate in dictam domum immissi, non teneantur in ipsorum crediti satisfactionem accepto ferre, nisi quod verè ab eis exactum fuit de tempore quo dictam Domum vna cum annexis possederunt, † vel 2
quod per culpam eorundem factum est, quominùs exigeretur, iuxta *l. Praetor ait* 9. *ff. de bon. auct. iud. poss. & l.* 2. vbi gloss. & Doct. *Cod. de pignor. act.* & tradit Negus. *de pignor. part.* 5. *princip. membr.* 5. *num.* 6. cum aliis relatis per Statil. *de Saluian. interdict. inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 151. *& seq.*

Ideóque exceptio illiquida Cleriae executionem dicti pacti in instrumento † Camerali 3
obligatione munito contenti impedire neutiquam potest ad *l. fin. Cod. de compensat.* Surd. *decis.* 46. *sub num.* 16. & fuit dictum *in Romana pecuniaria* 26. *Iunij* 1648. §. *final. coram R. P. D. meo Corrado*, & nuper *in Recanaten. haereditatis* 16. *Ianuarij proximè praeteriti*, *in* §. *minus Maria coram me*, vbi Concordantes referuntur.

Deinde Cleria dicti census extinctionem allegare minimè potest, quia nulla vnquam ab ipsa facta fuit protestatio, & declaratio, se velle huiusmodi compensatione mediante dictum censum extinguere, † prout necessarium fuisset ex 4
sententia huius Sacri Tribunalis, vt *in Romana census* 10. *Iunij* 1641. *in* §. *minus contra vers. responsum fuit coram R. P. D. meo Cerro*, quàm latè comprobat dict. Modern. Perus. *de cens. impress. Taurin. q.* 88. *num.* 6. *vers. contrarium tamen*: Rota post eundem *decis.* 173. *n.* 4. *& decis.* 374. *n.* 101 *cum seq. part.* 5. *recent.*

De alio verò praefato censu in sorte scut. 2000. necnon de fructibus vtriusque voluerunt Domini, vt separatim videretur, rescribendo extraindicialem peritum eligi super iustificatione calculi distincti.

Et ita, &c.

DECIS. LXXVII.

R. P. D. Cerro.

Romana Vineæ.

Veneris 24. Martij 1651.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum inuestiturae facit probationem probatam.*

2 *Pactum resolutiuum concessionis in emphyteusim inducit resolutionem ipso iure.*

Inductum fauore alicuius, eo tantum volente militat, num.5.

Contra, num.6.

Iuramento ex obligatione Camerali vallatum omnino seruari debet, n.10.

3 *Census præsumitur validus, maximè si executioni fuit demandatus, n.4.*

7 *Canonum pro satisfactione retineri potest consequutum ex alia causa.*

8 *Caducitatis acceptatio facta censetur ex qualibet causa.*

9 *Caducitati est locus ob non solutionem Canonis biennalem, iam incursa non impugnat receptio Canonum pro præcedenti tempore, num.12.*

13 *Camerarius Capituli recipiendo Canones ad propriam vtilitatem non liberat debitorem.*

14 *Referentia non probant, cessante relata iustificatione.*

15 *Fructus non dicuntur, nisi deductis expensis.*

16 *Actione omni destituitur cedens bonis.*

Capitulum, & Canonici S.Mariæ in via lata proprietarij Vineæ controuersæ adepta illius possessione per associationem ser. ser. eis concessam ab A. C. aduersus Anton. Gianum, die 24. Septembris 1639. illam concesserunt in emphyteusim perpetuam Vincentiæ, & aliis de Critiis, qui per plures annos in eius possessionem pacificè continuarunt, donec Gianus (reiectus tamen prius ab eodem A. C.) causam introduxit in Rota, vbi coram R.P.D. meo Royas, & deinde coram bon. mem. Arguelles obtinuit mandatum de manutenendo, sed causa mihi commissa cum facultate manutenendi quem de iure, in propositione habita super manutentione 24. Ianuarij præteriti, Domini ordinarunt, vt videretur de bono iure super quo suscepta disputatione ad fauorem eorumdem de Critiis responderunt, quia bonum ius ipsorum clarè de-
1 tegitur ex instrumento † præfatæ concessionis faciente probationem probatam, iuxta *vulg. doctrin.* Bald. *in leg. interest, num.2. Cod. de solution.*

Idque etiam si dictus Gianus præcedentem habeat inuestituram ab iisdem Canonicis sibi factam 2. Ianuarij 1633. quia vel fuit resoluta, vel extincta, & terminata remansit ob caducitatem ab ipso deinde incursam, & ab illis acceptatam.

Resoluta siquidem fuit ob pactum in ea stipulatum, quòd quatenus, vltra censum in sorte principali scut. 182. impositum super dicta vinea de anno 1611. ad fauorem Ionan, Baptistæ Giani, alius census super ea pariter reperiretur impositus vigore facultatis concessæ ab iisdem proprietariis 9. Decembris 1605. dicta inuestitura haberetur pro resoluta, & non facta. Vnde cum ex instrumento celebrato 18. Septembris 1607. doctum fuerit de impositione alterius census sortis principalis scut. 200. facta super eadem vinea vigore eiusdem facultatis ad fauorem Marcelli, & Ioann. Baptistæ de Mutis, euidenter profectò iustificatur illius resolutio, † quæ ob 2
dictum pactum ipso iure absque alia declaratione inducta fuit Castr. *in l. qui absenti, §.1. ff. de acquir. possess.* Ias. *consil.128. num.16. lib.4.* Rota *decis.1. num.5. part.2. decis.378. num.3. part.3. & decis.199. num.11. & 12. part.6. recent.* cum aliis plenè allegatis *in Pampilonen. Iurisnominandi Vicarium 14. Decemb. 1648. coram R. P. D. meo Otthobono, §. penult.*

Non obstat, quod huiusmodi pactum conceptum fuerit in casu, quo alius census per Iudicem vti legitimè impositus declaratus fuerit tenere, & valere, ideoque hac declaratione non secuta excludatur pœnitus allegatæ resolutionis fundamentum, *vt responsum fuit in secunda decisione R.P.D. meo Royas 14. Martij 1646. §. nec etiam obstat.*

Quia præter iuris præsumptionem, † quæ re- 3
gulariter viget pro illius validitate Bald. *in l. rogasti, §. si tibi, num.19. ff. si cert. petat.* Alexan. *consil.200. num.4. lib.2.* Soc. iun. *consil.83. n.3. lib.2.* Rota *decis.117. num.1. & 2. penes Cens. de Censib.* Cum dictum instrumentum in iudicio coram A. C. productum fuerit, & citato, ac non reclamante eodemmet Giano pluries ser. ser. executioni demandatum, vtique exinde resultat illius approbatio, ac implicita eius validitatis declaratio, nam si nulliter impositus esset † ipse 4
non tacuisset, nec concessa, sed denegata fuisset illius executio per ea, quæ tradunt Aym. *consil.79. num.4*, Gratian. *disceptat. forens. c.40. num.15.* Et hæc sanè prorsus sufficere videntur, dum ex illius lectura ocularitet patet impositum esse de consensu, & licentia Proprietariorum, ac in eo seruata fuisse omnia requisita per Constitutionem san. mem. Pij V. super forma creandi Census, nec contra ipsum aliquid vnquam oppositum fuit, quod illius validitatem infringeret.

Nec subsistit quod dictum pactum † respi- 5
ciat fauorem solius Giani, & ideò Canonici ipso nolente eo vti non potuerint Cardin. Caualer. *decis.70. num.4.* Burat. *decis.110. n.13.*

Quia Capitulum ex eo conuenire voluit, quod reperto alio Censu antecedenter imposito vigore dictæ facultatis concessio haberetur pro non facta, & vinea ad ipsum reuerteretur, ex quo tali casu dictus Census Giani vtpote impositus sine licentia reddebatur inualidus, & sic ex illius extinctione per eum oblata ipsum nullam vtilitatem consequebatur cum vinea in eius præiudicium adhuc remaneret grauata; vnde exinde satis apertè dignoscitur dictum pactum
† resolutiuum ad eius dumtaxat fauorem, non 6
autem Giani emphyteutæ appositum fuisse, & consequenter Canonici validè prorsus eo vti potuerunt ad text. *in leg. 2. Cod. de leg. commissor.*

Minùsve obstat, quod in casu resolutionis ipsi tenerentur restituere eidem Giano scut. 146. ab eo tunc persoluta: Tum quia non ideo impediebatur resolutio contractus, sed Gianus pro illorum consecutione agere debebat: Tum etiam, quia

7 quia legitimè illa retinere † potuerunt pro integra satisfactione Canonum decursorum iuxta tradita per Rot. *dec.* 111. *n.* 4. *part.* 1. *diuers. coram Card. Seraph. dec.* 922. *n.* 8. *& in recent. dec.* 539. *sub n.* 6. *part.* 1.

Quod autem Capitulum acceptauerit caducitatem solummodò ob Canones non solutos tollitur ex ipso declarationis, & acceptationis instrumento, ibi: *Quam reuersionem, seu deuolutionem acceptarunt, & acceptant, non solùm ex ipso capite, sed etiam ex alio quocumque capite, & ratione dictæ Ecclesiæ magis proficua, &c.* Ex quo propterea conuincitur acceptationem, non
8 fuisse restrictam † ad causam omissæ solutionis Canonum in verbis expressam, sed omnem, & quamcunque aliam Capitulo profuturam complecti, vt firmauit Rota *decis.* 107. *num.* 5. *part.* 1. *diuers.* & pluribus auctoritatibus comprobatur *in Fesulana beneficij, seu oratorij* 14. *Martij* 1650. *coram R. P. D. meo Corrado, sub §. nam præter quod.*

Extincta pariter, & terminata fuit ob Canones non solutos per integrum biennium; ex calculis enim vtriusque partis, & ex partitis librorum Capituli constat, quod de tempore acceptatæ caducitatis erat debitor scut. 129. bon. 68. & computata etiam ad eius creditum vltima partita scut. 27. bon. 30. occasione certæ quantitatis vini traditi anno 1639. Sancti Battaglino Fabrilignario de mandato Canonici Camerarij, remanebat debitor in scut. 102. bon. 38. quæ excedunt quantitatem Canonum debitam per
9 biennium † iam elapsum cum isti ad rationem scut. 50. bon. 50. pro quolibet anno non excedant summam scut. 101.

Atque ideo fuit factus locus caducitati non solùm attenta iuris dispositione iuxta text. *in cap. potuit, §. emphyteuta quoque de locat. Auth. qui rem, C. de sacros. Eccles.* Rota *decis.* 400. *num.* 11.
10 *part.* 1. *rec.* sed etiam ex pacto † expresè adiecto in supradicto instrumento concessionis, quod ipso deficiente in duobus continuis terminis eadem vinea vna cum omnibus melioramentis ad Capitulum deuolueretur, quod tanquam obligatione Camerali munitum, & iuramento firmatum punctualiter seruari debet *l.* 2. *C. de iur. emphyt.* Card. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 26. *sub num.* 2. *& per tot.* cum aliis ad propositum congestis per Surd. *dec.* 180. *n.* 1.

Nec subsistit, quod præfata caducitas remissa fuerit ex dicta vltima receptione præfatorum scutorum 27. & bon. 30.

11 Quia non repugnat caducitati iam † incursæ receptio Canonum pro antecedenti tempore decursorum, vt pluribus adductis probat Surd. *decis.* 317. *num.* 18. *cum seqq.* & firmauit Rota *decis.* 808. *num.* 2. *part.* 4. *diuers.* cum concordantibus allegatis *in Tiburtina affictus* 19. *Iunij* 1618. *coram R. P. D. meo Corrado, §. neque subsistit*; idque certiùs in proposito stante expressa
12 † protestatione, ibi: *Senza pregiuditio delli atti fatti, &c. & senza innouatione alcuna, &c.*

Vbicumque enim (prout hic) Dominus directus recipit Canones temporis præteriti huiusmodi protestatio ipsi omninò suffragatur, vt non censeatur remisisse incursam caducitatem, licèt secus esset, si reciperet Canones etiam pro tempore futuro, vt distinguendo probant Ias. *in l. si post moram sub num.* 4. *ff. de eo, quod cert. loc.* Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. limit.* 21. *num.* 2. *&* 3. Clar. *in §. emphyteusis quæst.* 10. *num.* 1. Folgin. *de iur. emphyt. tit. de var. caducit. quæst.* 14. *num.* 9. Surd. *dict. decis.* 317. *num.* 25. aliique relati per Add. ad Buratt. *decis.* 617. *sub num.* 8. firmantes hoc indubitanter procedere, quando (prout hic) adhuc emphyteuta remanet debitor Canonum decursorum pro integro biennio.

Neque calculari debet ad creditum Giani ass. partita cadorum viginti vnius vini, vt prætenditur traditorum Reuerendiss. Episcopo Maceraten. tunc Canonico eiusdem Ecclesiæ pro scutis 34. bon. 61. vt deducitur *in vltima decisione R. P. D. mei Royas sub die* 4. *Iunij* 1646. *§. prædictis accedit.*

Quia præter quod enunciatus vsus soluendi singulis Canonicis absque ordine Capituli, vel eius Camerarij nullibi videbatur iustificatus, & sic ille non habebat facultatem † exigendi Canones ad propriam vtilitatem, & liberandi debitorem, vt in fortioribus terminis probat Corb. 13
dict. limit. 21. *num.* 5. cum eius attestatio explicitam habeat relationem ad libros Capituli, ibi: *Come costa nella mia partita del dare, & hauere delli Signori Canonici, &c.* quibus compulsatis nihil penitùs pro illius verificatione in eis repertum fuit, vtique cessante relata † iustificatione allegatam traditionem non probat Felin. *in cap. quoniam*: Abbas *num.* 11. *de offic. delegat.* Dec. *in l. edita num.* 16. *C. de eden. & cons.* 118. *num.* 5. Aym. *consil.* 120. *n.* 15. Cephal. *cons.* 156. *num.* 42. *lib.* 2. Burat. *decis.* 282. *num.* 4. Duran. *decis.* 285. *n.* 118. 14

Denique non obstat, quod Capitulum anno 1634. vindemiari fecerit vineam controuersam, & vinum tunc recollectum perceperit, atque ideò integrum pretium illius recipere teneretur in computum Canonum decursorum tanquam causam duriorem, nec potuerit eius partem pro expensis deducere, vt firmatur *in omnibus præcedentibus decisionibus*; quia cum regulariter fructus † non dicantur, nisi deductis expensis, *l. fructus ff. solut. matrim. l. fundus in fine, C. famil. hercisc.* Surd. *decis.* 282. *num.* 31. Rota *post* 2. *vol. cons. Farin. decis.* 227. *num.* 4. Vtique propriis sumptibus vindemiando dictam vineam vt sibi satisfieret de Canonibus decursis, & non solutis, licitè potuit primo loco omnem impensam deducere, & deinde apponere ad creditum Giani in computum dictorum Canonum (prout ingenuè fecit) illam quantitatem, quæ ex recollecto vino supererat detractis expensis. 15

Cæterùm Domini pro faciliori resolutione ponderarunt, quod cum Gianus 7. Augusti 1634. omnia eius bona, iura, & actiones, ac signanter vineam controuersam solemniter cesserit † eius creditoribus, non est amplius audiendus tanquam destitutus omni actione, *l. item si vnius, in princip. ff. de arbitr.* Strac. *in tract. de Decoctor. part.* 3. *n.* 14. Et ita, &c. 16

DECIS. LXXVIII.

REVERENDISSIMO CERRO.

Romana Vineæ.

Lunæ 27. *Nouembris* 1651.

SVMMARIVM.

1 *Pactum resolutiuum rescindit inuestituram in*

in casu contrauentionis, ac si facta non esset.

2 *Inuestitura resoluta, fructus emphyteusis ad Dominum spectant.*

3 *Compensatio indirectè aliquando admittitur per viam retentionis.*

4 *Caducitas incurritur ab emphyteuta Ecclesia ob non solutionem Canonum biennalem.*

Ex qualibet causa etiam iniusta excusatur, num. 5.

Declara, vt n. 6.

7 *Actione omnimoda destituitur cedens bonis.*

ITerum censuerunt DD. constare de bono iure illorum de Critiis, & sic steterunt in resolutis coram me, sub die 24. Martij praeteriti.

Certum siquidem, & indubitatum esse dixerunt, quod stante censu per Dominicum de Critiis imposito super vinea controuersa, ac vendito Marcello, & Io. Baptistae de Mutis 18. Septembris 1607. vigore facultatis illi anteà concessae à Capitulo, & Canonicis S. Mariae in via lata Proprietariis 9. Decembris 1605. resoluta penitus fuit ipso iure absque alia vlteriori declaratione inuestitura eiusdem vineae per eosdem proprietarios concessa Antonio Giano 2. Ianuarij
1 1633. vigore pacti resolutiui † in hoc casu specialiter conuenti, quod de sui natura reducit rem ad pristinum, perinde ac si facta non esset, vt praeter relatos *in decisione* §. *resoluta*, siquidem tradunt Bald. *in l. ea lege num. 13. C. de condict. ob caus.* Tiraquel. *de retract. conu.* §. 1. gloss. 7. *n. 30.* Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob non sol. can. ampl. 8. num.* 18. Rota *coram Pania decis.* 214. *num.* 2. Atque ideo licitum omninò fuit, & à iure permissum subsequentem concedere inuestituram Vincentiae, & aliis de Critiis.

Neque illam impedire valuit obiecta promissio restituendi eidem Giano scuta 146. per ipsum dictis Capitulo, & Canonicis persoluta, quia vltra responsiones relatas *in decisione*, §. Minùsue obstat in suo robore vigentes, obiectum prorsùs corruit, aduertendo quod resoluta ipso iure dicta
2 inuestitura † illi concessa, omnes fructus ex eadem vinea perceptos ipse restituere tenebatur: Imol. *in cap. illo num. 14. de pignor.* Pinell. *in l. 2. part. 3. num. 63. Cod. de rescind. vend.* Beto. *consil. 165. num. 22. lib. 1.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. reuertatur num. 282. C. de reuoc. donat.* Rot. *decis. 1. num. 8. part. 2. recent.* Cum quibus pro-
3 pterea compensanda † erant dicta scuta 146. per ea quae dixit Rot. *coram bon. mem. Buratto, decis. 277. num. 1. cum seqq.* vbi *num.* 4. firmat aliquando admitti compensationem indirectè per viam retentionis.

Firmum pariter, & irrefragabile existimarunt
4 fundamentum caducitatis ob non solutos † canones per integrum biennium, quae perinde ineuitabilis redditur, tam attenta iuris dispositione, *in cap. potuit, vers. emphyteuta quoque de locat. & in accoll. qui rem, Cod. de Sacros. Eccles.* quam ex speciali conuentione eidem inuestiturae adiecta, quod ipso deficiente in duobus continuis terminis dicta vinea vna cum omnibus melioramentis ad Capitulum deuolueretur, vt comprobatur *in d. decis.* §. *extincta pariter.*

Nec refragatur quod ob vindemias factas de anno 1634. de mandato eiusdem Capituli Gianus credere potuerit, ipsum remansisse integrè satisfactum de omnibus canonibus decursis, sed etiam aliquam considerabilem quantitatem percepisse pro futuris, & proinde excusari debet à praefata caducitate, à qua qualibet credulitas,
† & causa etiam minus iusta, erronea, & irreuocabilis excusare solet, vt responsum fuit *in hac eadem causa 28. Aprilis 1645. sub* §. *nil obstat, & 14. Martij 1646.* §. *prout pariter, circa fin. coram R. P. D. meo Royas, & 21. Februarij 1650.* §. *non obstat quod Gianus, coram bon. mem. Arguelles.* 5

Tum quia haec credulitas prorsùs cessauit statim, atque Capitulum acceptata deuolutione, signanter ob non solutos canones medio iuramento in actis specificauit illos ascendere ad quantitatem, integrum biennium, ac duos terminos excedentem ex tractu *fol.* 47. Hinc enim, quia ob huiusmodi iuridicam specificationem ipse certiorari potuit, ac debuit de sūma per eum debita, praetensam eius imaginatam satisfactionem sollicitè inquirere tenebatur; aliàs autem allegata credulitas redditur minùs crassa † & 6
supina, quae propterea eum excusare non valet, vt in terminis animaduertit Corbul. *vbi suprà, tit. de caus. priu. ob mendac. sub num. 12. vers. & suprad. limit.* intellige veram, ac admisit Rot. *decis. 896. num. 1. part. 4. diuers. decis. 92. sub num. 5. vers. defectus autem, part. 3. recent. & coram bon. mem. Buratto decis. 624. num. 9.* Tum etiam, & melius, quia ex partitis librorum Capituli ab eodemmet Giano productis ostensum fuit, ipsum anno 1635. manualiter persoluisse eidem Capitulo scuta 50. & obol. 50. exinde enim manifesta elicitur eiusdem Giani confessio, quod quantitas ex praecedentibus vindemiis percepta, non fuit sufficiens pro satisfactione Canonum antecedenter decursorum, & consequenter corruit penitùs allegata credulitas alterioris satisfactionis cum non sit verisimile quod ipse persoluere voluisset illarum pecuniarum quantitatem si verè cognouisset Canones fuisse persolutos ex fructibus recollectis in praefatis antecedentibus vindemiis.

Cessionem denique omnium eius bonorum quam ipse fecit † 7. Augusti 1634. ad fauorem 7
ipsius creditorum Domini pariter existimarunt eum excludere à praesenti iudicio, cum exinde omni prorsùs actione remanserit destitutus, vt praeter adductos *in d. decis.* §. *fin.* Capel. Tholos. *decis. 136. num. 1. cum seqq. & decis. 250. pariter num. 1.*

Et ita, &c.

DECISIO LXXIX.

R. P. D. ALBERGATO.

Bononien. Indemnitatis.

Luna 22. Maij 1651.

SVMMARIVM.

1 *Minor fideiubens cum solemnitatibus obligatur.*

Validè obligatur pro restituenda dote eius sorori, n. 13.

2 *Decretum Iudicis vbi interuenit, praesumuntur omnia ritè gesta.*

4 *Causa alienandi rem minoris à Iudice admissa praesumitur verificata.*

5 *Insinuatio*

5 *Insinuatio à statuto non requisita non requiritur.*
Spatio triginta annorum præsumitur, *n.6.*
7 *Buratt.* decis. 120. sub num. 4. *declaratur.*
8 *Clausula*, iurauit, &c. *iuramenti substantiam impo tat.*
Iurauit, &c. *iuxta formam statuti est extendenda, n.9.*
10 *Relata dicuntur esse in referente.*
11 *Instrumentum producens dicitur illud ratificare.*
12 *Indemnitatis promissor cum amplissimis clausulis conuenitur, etiam principali non excluso.*

STeterunt Domini in decisis coram me sub die 30. Ianuar. proximi præteriti, ex iisdẽ prorsus fundamentis: De validitate enim obligationis
1 † Co. Philippi non fuit dubitatum, quia facta fuit omnibus adhibitis solemnitatibus statutariis • Cyriac. *contron.* 216. *num.* 8. Rot. *decis.* 582. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* ac ipsius iuramento,
2 & Iudicis decreto firmata; † ex quibus omnia ritè & solemniter acta præsumuntur, *l. manumissio, ff. de manumiss. vind.* Surd. *dec.* 231. *n.* 20. Rot. *post Pacific. de Saluian. decis.* 26. *num.* 21. *in Romana saluiani* 23. *Ianuarij* 1643. §. *& visa fuit, coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Anconitana redditionis rationis* 2. *Decembris* 1647. §. *est enim, coram Reuerendiss. Terracinen.*

Non obstat prætensus causæ defectus, qu a præterquam quod de causa nulla fit mentio per Statutum, vt fuit in altera decisione ponderatum; obiectum cessat ex lectura instrumenti, in quo apparet, obligationem Philippi emanasse ad effectum, vt mediante census impositione dos restitueretur Dorotheæ eius sorori ad secundas
3 nuptias transeunti, † hæc autem causa est à iure approbata: Carpan. *ad Statut. Mediol. part.* 1. *cap.* 278. *n.* 178. Rot. *in Assisien. repetitionis dotis* 21. *Iunij* 1632. *coram bon. mem. Pirouano:* & cùm fuerit à Iudice, qui decretum interposuit,
4 admissa, † præsumitur talis, qualis per Statutum requiritur: Rot. *post Pacific. de Saluian. dec.* 227. *num.* 3. *coram Burat. decis.* 781. *n.* 1. *in fine, in recent. decis.* 245. *n.* 5. *part.* 2. *decis.* 345. *num.* 9. *part.* 4. *decis.* 11. *n.* 2. *par.* 5. & fuit dictum *in Romana saluiani interdicti* 15. *Decembris* 1614. *coram Sanctiss. D. N. nunc huius Sac. Tribunalis Auditore, in Romana prætensæ restitutionis dotis* 15. *Ianuarij*. §. *cuius quidem, &* 21. *Iunij* 1649. §. *Sed etiam, coram R P. D. meo Peutingerio, cum aliis congestis in Romana renunciationis* 23. *Martij* 1650. §. *ex his itaque, coram R. P. D. meo Cerro.*

Minus releuant ea, quæ repetuntur de insinuatione, quæ in huiusmodi contractibus minorum asseritur necessaria ex dispositione constitutionis Ægidianæ.

Placuit enim Dominis responsio præcedentis decisionis, quòd videlicet cùm Bononiæ vigeat particulare Statutum certas solemnitates præscribens, earum sufficiat obseruantia absque eo
5 quod aliqua sit opus insinuatione † à præfato Statuto minimè requisita, ex allegat. per Gratian. *discept.* 472. *num.* 3. & 4. Rot. *coram Seraph. decis.* 343. *coram Buratt. decis.* 333. *ibique adden. lit. C.* Et cessat in præsenti difficultas ob lapsum triginta, & ampliùs annorum, quo illa,
6 tanquam solemnitas extrinseca † præsumitur interuenisse; cùm diuerso tempore, & ab alio etiam Notario fieri possit: Gabr. *de præsumpt. conclus.* 1. *num.* 56. Rota *coram Caualer. dec.* 575. *num.* 11. *in recent. decis.* 682. *num.* 18. *& seqq. part.* 4. *tom.* 3. *in Romana fideicommissi de Cossiariis* 16. *Martij* 1648. §. *Præter quod, coram R. P. D. meo Corrado, & in Beneuentana manutentionis* 9. *Iunij* 1648. §. *Nec refert, coram R. P. D. meo Peutinger.*

Habita verò non fuerunt in consideratione, quæ inculcabantur de iuramento agnati, quod sub clausulis cæteratis, & verbis relatiuis non comprehenderetur, † *ex decis. Buratti* 120. *sub* 7
num. 4. Illius enim fundamenta procedunt, quia ibidem nulla aderat enunciatio iuramenti, ideò meritò dictum fuit non sufficere verba generalia; sed in casu nostro iuramentum verbis expressis præstitum legitur, ibi: *Iurarunt, &c. in omnibus, & per omnia iuxta formam Statutorum Bononiæ:* Ex quibus de illius † substantia 8
constare dicitur: Bald. *in l. ex his verbis num.* 2. *vers. item oppono, C. de testam. milit.* vbi distinguit inter iuramentum enunciatum, & non enunciatum: Seraphin. *de iuram. priuil.* 22. *num.* 119. ac propterea extendi debet iuxta formam à Statuto præscriptam, † vt in puncto de 9
clausula, *iurauit*, cæterata, tradit Prob. *in addit. ad Monach. in c. licet num.* 2. *de iureiur. in* 6. Imol. *cons.* 86. *num.* 3. Rot. Bonon. *inter Statut. decis.* 140. *num.* 15. Attenta præsertim relatione
† ad idem Statutum habita, quæ operatur per- 10
inde, ac si omnia in eo contenta essent expressa. Rota *coram Penia decis.* 288. *num.* 3. *dec.* 380. *num.* 14.

Et eò faciliùs DD. in hanc sententiam inclinarunt, quia Co. Astorgius eundem contractum approbauit, nedum per diuturnum silentium, sed per præcisam illius ratificationem, instrumentum contra Maluetios principales census debitores producendo, † ita vt ampliùs de 11
eius nullitate dare non possit: Abb. *consil.* 11. *n.* 19. & 20. Rot. Bonon. *inter Statut. decis.* 64. *num.* 3. nec se interim eximere valeat ab ibidem promissis sub prætextu excussionis priùs faciendæ contra eosdem Maluetios; † tali enim be- 12
neficio gaudere non potest ob clausulas amplissimas, quibus per Philippum Herculi fideiussori indemnitas fuit promissa. Rot. *coram bon. mem. Card. Millin. decis.* 275. *n.* 2. cum aliis in præcitata allegatis.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXX.

R. P. D. ZARATE.

Romana Fideicommissi.

Veneris 14. *Iunij* 1652.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario ex quibus concedatur.*
2 *Masculus excludit matrem, & materteram.*
Quod matrem excludat non est inconueniens, num. 3.
Vnius linea quando fœminam alterius excludat, n. 8. *& n.* 9.
4 *Dictio*, semper, *operatur, vt masculi remotiores*

motiores fœminis proximioribus præferantur.

Semper tractum in futurum habet absque temporis præfinitione, n.5.

Semper operatur fideicommissum censeri perpetuum, n.6.

7 *Sententia inter alios secuta contra non citatum non operantur.*

10 *Voluntas testatoris in fideicommissis totum facit.*

11 *Agnationem testatrix non dicitur contemplasse, quando vocauit fœminas.*

12 *Agnationis ratio habita non dicitur, quando testator eam non expressit.*

13 *Fœmina in dubio non censetur agnationem velle conseruare, nec odio habere proprium sexum.*

FIdeicommissum Panthasileæ de Mattheis, ad quod vocati fuerunt Iacobus, Antonius, Curtius, Scipio, Dominicus, & Fabius eius filij, purificatum fuisse ad fauorem Hilarij ex Fabio, & Claricis ex Curtio descendentium, fuit resolutum; & propterea illis immissio super omnibus bonis à dicta Panthasilea relictis fuit decreta, vt in decisionibus sub diebus 8. Iunij 1648. & 23. Ianuarij 1649. coram bon. mem. Arguelles editis.

Nouissimè ab humanis migrauit Hilarius absque filiis, & successiuè Clarix relictis post se Cleria, & Virginia filiabus, & ex ista ortum habuit Ioannes Felix, qui hodie exclusis matre, & matertera, in bonis Panthasileæ ad dictos Hilarium, & Claricem prouenientis, immissionem prætendit. Vnde dubitaui, an, & cui danda sit immissio, & super quibus bonis, & Ioanni Felici super omnibus bonis Panthasileæ dandam esse Domini autumarunt.

Ratio resolutionis fuit, quia probata fideicommissi existentia, bonorúmque identitate, & purifi-
1 catione; immissio † concedenda venit fideicommissario, ex dispositione text. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* Menoch. *de adipiscen. remed.* 4. *n.* 653. Rota *decis.* 35. *n.* 20. *& seqq. part.* 1. *recen. in decis.* 23. *Ianuarij* 1649. *in princip. coram bon. mem. Arguelles, in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 18. *Martij* 1648. §. *concurrunt enim, coram R.P. D. meo Meltio, & in Meleuitana fideicommissi* 13. *Martij* 1651. §. *his non obstantibus, coram R.P.D. meo Bichio.*

Existentia fideicommissi, & bonorum identitatis, in dubium non fuerunt reuocatæ, & desumuntur *ex d. decis.* 8. *Iunij* 1648. §. *& de existentia, & §. nec etiam.*

Purificatio fideicommissi ad fauorem Ioannis Felicis, circa quam tota difficultas inuoluitur, ex verbis substitutionis factæ dicto Iacobo-Antonio, aliisque filiis hæredibus institutis depromitur, ibi: *Di modo che fra di loro li maschi siano sempre preferiti alle femine.* Idcirco cum hodie nullus extet masculus, nisi Ioannes Felix
2 descendens à Virginia, præferendus venit, † matri, & matertera viuentibus: Peregrin. *de fideicommiss. art.* 27. *num.* 5. *ad med. & seqq.* Fusar. *de substitut. quæst.* 379. *n.* 31. *&* 34. Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *n.* 1. *&* 2. Casanat. *consil.* 47. *n.* 67. Nec esse inconueniens, quod fi-
3 lius masculus † matrem excludat, pluribus relatis dixit Rota *in Bononien. successionis* 17. *Iunij* 1647. §. *idque facilius, coram R.P. D. meo Bichio.*

Quod eo magis affirmandum venit, attenta illa dictione, *semper*, quæ operatur, † vt mascu- 4
lis, licet in gradu remotiori, præferatur fœminis proximioribus, vt vltra Peregrin. Mantic. Fusar. Casanat. modo allegatos firmat Gratian. *discept. forens. cap.* 621. *n.* 14. *& seqq.* Rota *dec.* 9. *n.* 9. *part.* 1. *diuers.* Et denotat perpetuitatem *l.* 1. *ff. solut. matrim. l. semper in Ciuitate ff. de iur. immunit. l. Caio, §. Imperator, ff de alim. & cib. leg.* Castill. *lib.* 2. *contr. cap.* 21. *n.* 90. Barbos. cum *ibi* citatis *diction.* 361. *n.* 4. Rota *in Romana bonorum, seu fructuum* 4. *Maij* 1646. §. *sed quidquid, coram bon. mem. Arguelles.*

Habétque tractum in futurum, † sine tempo- 5
ris præfinitione: Barbosa *vbi proximè num.* 5. Caputaq. *decis.* 73. *n.* 9. *part.* 2. Mantic. *decis.* 39. *num.* 27. *vers. quartum adminiculum.* Et in fideicommissis operatur, vt fideicommissum † sit ab- 6
solutum: idem Barbosa *ibid. num.* 7. Curt. iun. *consil.* 22. *num.* 23. *& consil.* 161. *num.* 12. Boër. *decis.* 158. *n.* 1.

Nec huic resolutioni quidquam resistit, quod in dictis decisionibus bon. mem. Arguelles, prius fuerit resolutum fideicommissum purificatum fuisse ad fauorem Hilarij, & Claricis, & sic dum fœminæ vna cum masculis semel admissæ fuerunt, hoc semper veniat obseruandum.

Tum quia in prædictis decisionibus, non fuit discussus articulus prælationis, à cuius resolutione pendet purificatio fideicommissi, & decisiones, & sententiæ † à Clarice, & Hilario obten- 7
tæ tanquam inter alios latæ, Ioan. Felici, qui eo tempore in causa non aderat nocere non possunt, ex vulgari regula text. *in l. sæpè* 63. *ff. de re iud. cap. inter dilectos, §. in omnibus autem, vers. nec attestationes, de fide instr. & in tot. tit in rubro, & nigro, C. res inter alios, &c.* Rota *in Cesenaten. Iurispatron.* 26. *Iunij* 1648. §. *sed esto, & in Fanen. Præcedentiæ* 1. *Iulij eiusdem anni, §. accedit regula, coram bon. mem. Arguelles.*

Tum etiam in iis decisionibus Clarix, & Hilarius fuerunt admissi, quia non ab vna eadémque linea proueniebant, sed à diuersa; nam (vt fuit dictum in principio) Clarix à Curtio prouenit, & Hilarius à Fabio: quo stante masculus vnius † lineæ non excludit fœminam alterius li- 8
neæ, ad text. *in cap.* 1. *sub tit. de natur. success. feud.* & latè firmat Peregrin. *de fideicommiss. d. art.* 27. *num.* 13. *& consil.* 37. *eodem numero lib.* 3. Menoch. *consil.* 926. *num.* 34. Fusar. *d. quæst.* 379. *num.* 45.

Secus autem, quando (prout in præsenti) masculus, & fœmina sunt eiusdem lineæ, quia tunc præferuntur masculi † quamuis remotiores 9
fœminis eiusdem lineæ: Alexand. *consil.* 167. *lib.* 5. Rouit. *consil.* 57. *num.* 15. *lib.* 1. Peregr. *d. consil.* 37. *num.* 7. Barbat. *de fideicommiss. par.* 1. *cap.* 9. *n.* 43. Fusar. *cum ibi congestis vbi proximè, n.* 51. *vers. ampliatur autem.*

Quæ conclusio hic absque scrupulo procedit, cum ex supra adductis constet de voluntate Testatricis † præferendi omnes masculos, fœ- 10
minis: Hæc enim voluntas venit attendenda, cum in fideicommissis, ac dispositionibus totum faciat; *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. l. penult. ff de legat.* 1. *l.* 1. *Cod. de Sacr. Eccles.* Rota *in Firmana fideicommissi* 18. *Nouembris* 1646. §. *attamen, coram Eminentiss. Cardinali Ottobono.*

Minùs subsistit, quod eadem Testatrix contemplauerit agnationem, & proinde nomine masculorum

masculorum non veniant masculi ex fœminis, qualis est Ioannes Felix, & sic fideicommissum sit terminatum: Quoniam fuit responsum, quod
11 Testatrix non considerauit agnationem † dum fœminas post masculos vocauit: Bellon.inn.*consil.*12. *num.*29. Rota *coram Caualer.decis.*125. *n.*10.*coram Gregor.X V. dec.*433.*n.*11.
12 Nec præsumitur habita ratio † agnationis, quando Testator illam non expressit Rota *decis.*282.*n.*4. *part.*2.*recent. Romana locationis* 7. *Maij* 1635. *coram Reuerendissimo Terracinen. & prius Montis Falisci* 5. *Iunij* 1617. *coram. bon.mem.Coccino.*

Maximè, quando testamentum est conditum
13 à fœmina, † vt est casus noster, quæ in dubio non censetur velle agnationem conseruare, & odio prosequi suum sexum: Roland. *consil.* 76. *num.*9. *lib.* 3. Molin. *de primogen. lib.*3. *cap.*5. *num.*37. vbi Adden. Castill. *contr.lib.*2. *cap.* 4. *n.*143.Rota *in Romana fideicommissi de Togninis* 14.*Maij* 1646.§. *quia licet,coram bon.me.Arguelles.*

Atque ita, &c.

DECIS. LXXXI.

R. P. D. Bichio.

Meleuitana Feudi.

Mercurij 11. *Decembris* 1652.

SVMMARIVM.

1 *Læsio excluditur ex sententiarum validitate, & iustitia.*
2 *Sententiæ validitas processus ex reuolutione resultat.*
3 *Feudalitas ex coniecturis probatur.* *Declara, vt n.*5.*& n.*6.
4 *Coniecturæ non diuisim, sed simul considerandæ ad probandam feudalitatem.*
7 *Verba simul coniuncta in eodem sensu accipi debent.*
*Gratiosè concedimus, & donamus, non tollunt feudalitatem, n.*8.
9 *Dictio*, tamen, *est modificatiua præcedentium verborum.*
10 *Clausula*, dictum feudum, *facultatem alienandi restringit.*

Sine præiudicio trium conformium commissa mihi causa restitutionis in integrum; prout de iure dubitatum hodie fuit, an constet de causis restitutionis in integrum, & negatiuè responsum, quia sententiarum † validitas, & Iustitia
1 excludit læsionem omnino necessariam, vt restitutioni locus: *cap.*1.& *ibi* Abb.*num.*2.*de rest. in integr.* Rot. *decis.*1. *eod. tit.in nou. decis.*87. *num.*1. *part.*6.*recent. & in Romana deuolutionis Domus* 17.*Iunij* 1615. *coram clar.mem.Cardin. Fabr.Verospio.*

Validitas apparet ex reuolutione processus continentis omnia ad hunc effectum requisita
2 enunciata † in passim alleg. *decis.* 260. Caputaq.*part.*3.

Iustitia, quia concessionem Territorij de Budach, de anno 1397. pro tunc Reg. Siciliæ factam ad fauorem Ioannis de Olesia fuisse, & esse feudalem; prout sententiæ declarant, con-
3 uincitur ex multis coniecturis † additis *in decisione huius causæ, sub die* 26. *Maij* 1651. *edita coram R.P.D.meo Royas, in secunda Instantia;* necnon *in alia sub die* 21 *Iunij* 1652. *coram R. P.D.meo Verospio Iudice tertiæ Instantiæ*; nempe, ex quo concessio facta fuit tanquam de deuoluto ob rebellionem prioris feudatarij, cantat in feudum, & tale pluries in Inuestitura denominatur, concepta est pro Ioanne primo acquirente, & eius hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus imponit onus annuæ præstationis soluendæ Regiæ Cameræ, vna cum Seruitio personali, ac iuramenti fidelitatis: Reseruat Regiæ Cameræ minerias, salinas, aliàque huiusmodi, ac tandem ex quo semper à successoribus Territorium hoc tanquam feudale fuit recognitum.

Quæ coniecturæ approbantur à Doctoribus in dictis allegatis, quibus addi potest Ioseph Ramon.pleràsque enumerans *consil.*38.*num.*82. *& seqq.*Ronit.*decis.*72.*num.*6. *& seqq.* nec sunt diuisim accipiendæ, sed coaceruatim: † Ita vt 4
vna alteram coadiuuet, & vicissim fulciantur, iuxta gloss.*in l.*3.§.*eiusdem,ff.de test.b.*Roman. Crauet.Scrader.*de feud.* & alios quos in puncto refert,& sequitur Rota *decis.*310.*n.*48.*& duob. seqq.*vbi hoc ampliatur,quando vt in casu nostro versamur in antiquis *part.*6. *recent.* Rouit. *dict. decis.*72.*sub n.*8.

Non obstat, quòd in concessione adsint clausulæ, *quocumque iure, titulo, siue causa nobis pertineat, & cum omnibus suis iuribus, rationibus, proprietatibúsque, &c.* quia prima refertur ad concedentem, † ne concessio ad aliquem 5
ex pluribus titulis ei competentibus restricta ob insubsistentiam tituli expressi posset impugnari, vel euitari, vt alioquin sciuisset: Isern. *in c. moribus num.*2. *si de feud.defunct. milit.* Camer.*in l.Imp. fol.*56.*colum.*3.*vers.*11. *concl.* . . . *lit.O, & fol.*90. *col.*2. *vers. nam videmus*: Io. Franc.à Ponte *cons.* 16. *num.*11.*& seqq. consil.*131.*sub num.*119.*lib.*2.Camil.de Larat *cons.*5.*num* 134. aliíque plures allegati à Moder. Neapol. *contr. iur.lib.*2.*contr.*23. *num.*33.*&* 34. *& contr.*29. *num.*45.*&* 46.

In secunda, verbum, *proprietatibus*, non importat translationem directi dominij per alia verba, & coniecturas supra ponderatas retenti à concedente, † sed significat res ipsas concessisse 6
comprehensas, & quicquid aliarum proprium est, quod formaliter differt ab ipso dominio, vt probat text.*in l.proprietatis, Cod.probat.* aliíque allegati *in* 1.*decisione,*§.*pen. & in* 2.§. *hanc quoque, addique potest*; id fusè explicans Castill. *de vsufruct. c.*75. *num.* 37. *& seqq.* vbi signanter *num.*42.ponderat verbum hoc declarandum esse secundum subiectam materiam, quæ in casu nostro ex aliis pluribus feudalibus dignoscitur eò faciliùs, quia post verbum *proprietatibus*, subditur, *redditibus, prouentibus, ædificiis, aquæductibus, molendinis, &c.*

Hæc enim verba, † quæ singulas res non ea- 7
rum dominium directum perneceſsè significant, satis aperiunt in eodem sensu accipiendum esse verbum *proprietatibus* contextualiter, & in eodem casu ablatiuo adiecto: Ronit.*d.dec.*72.*sub num.*10.*vers.tanto magis*: Sanfelic. *decis.* 189. *num.*24.Capic.Latr.*decis.*70. *num.*16.*&* 17. Et sanè si partes intellexissent de proprietate expressiua dominij; prout est ius liberè de rebus disponendi, non apposuissent alia verba in casu ablatiuo, sed in genitiuo, dicendo videlicet de proprietati

prietatibus redditunm, ædificiorum, molendinorum, &c. vt ad sensum patet

Minùs obst t alia subsequens clausula, *gratiosè concedimus, & donamus*, quia bene respondet prima decisio *in §.nec afficit, & 2.in §. hinc ad excludendum*; quod etiam feudum di-
8 citur donatio, † non quidem vberrima qualis esset si concedens per viam allodij transtulisset tam vtile quàm directum dominium, sed temperantior, dum solum vtile transferatur, vt per hæc verba respondit in puncto Rot. *decis.* 310. *num.* 56.*vers.demum.& num.*57. *ac duobus seqq.* vbi ponde atur quod Oldrad. *consil.* 159. qui contrarium consuluisse videtur,non in hoc solùm figit pedes, neque ibi vrgebant verba, & coniecturæ pro feudalitate, *decis.* 344. *num.*10. *& quatuor seqq. pa t. 6. recent.*

Sic etiam Ioseph Ramon. *cons.* 38. *num.* 85. præsertim, quia statim subsequitur reseruatio feudalitatis, & seruitii personalis, ibi: *Tamen quod dictus Ioannes, &c. dictum feudum, &c. ab eadem nostra Curia recognoscat, & exinde seruire eidem nostræ Cameræ militari seruitio teneantur*; ponderando, tum dictionem, *ta-*
9 *men*, † modificatiuam, antecedentium verborum ad terminos subsequentes, *l.ita tamen,ff.ad Trebell.l.vbi adhuc,§.ita tamen,Cod. de iur. dot.* Barbos.*dict.*400.*n.*1. Buratt. *decis.*161.*n.*3.tum
10 verbum illud,*dictum feudum*, † quod pariter amplitudinem clausulæ præcedentis, & si regulariter liberam disponendi potestatem faceret, restringit, vt probat text.*in c.vnico de feud. non habentibus propriet. feud.* vbi initio disponitur esse transitoriam ad extraneos concessionem conceptam vt ipsi, & sui hæredes, & cui ipsi dederint, habeant, in fine verò id limitatur, si in vltima clausula sit facta mentio feudi: Io. Franc.à Ponte *cons.*2.*num.*5. *consil.*81. *num.*57. *lib.*1.*cons.*42.*num.*5.*lib.*2.Bellon.iun. *consil.*30. *num.*70.*vers.secundus casus*; sempérque præualent coniecturæ vrgentiores feudalitatis: Rot. *d.decis.*310.*n.*50.*part.*6.*recent.*

Et ita decisum informante tantùm Eminentissimo magno Magistro, sed Aduersario pluries citato.

DECISIO LXXXII.

R. P. D. Albergato.

Romana Societatis Officij.

Lunæ 27.Ianuarij 1653.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias ex statuto Vrbis obligari nequit.*
*Fallit, vt num.*2.
*Non obstante statuto potest se obligare in casibus à Macedoniano exceptis, n.*3.
*Ex quibus pro patre familias reputetur, num.*4.
*Amplia, vt n.*5.
*Si post obitum patris ratificat, eius obligationes reuiuiscunt, n.*6.
7 *Statuta annullantia contractus filiorumfamilias, resistunt ciuili obligationi, non autem naturali.*
8 *Singularitas testium adminiculatiua ipsis fidem non adimit.*
9 *Ratificatio est de his, quæ in animo consistunt.*
*Per testes singulares probatur, n.*10.
11 *Confessio extraiudicialis parte absente emissa probat.*

Relaxatis ad instantiam diuersorum creditorum ab A. C. pluribus mandatis contra hæreditatem iacentem Ioannis-Baptistæ Cataloni, & in specie ad fauorem Horarij Benigni eiusdem creditoris pro duabus Societ. Offic.cum illo sub die 15. Iunij 1647. & 31. Maij 1628. initis, per interpositas personas Margaritæ videlicet Capriatæ, & Marci Santuccij ab his omnibus ad hoc sacrum tribunal intercepta fuit à Curatore eiusdem hæreditatis appellatio, & causam hodie coram me dumtaxat prosequente, dubitaui, an mandatum ab ipso obtentum esset confirmandum, vel infirmandum, & DD. pro illius confirmatione responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia licèt huiusmodi obligationes per filiosfamilias factæ regulariter nullius sint roboris, & momenti, ex dispositione *stat.vrb.cap.*152. *lib.*1. † vt latè firmatum fuit 1
in Romana Societatis Officij 1.*Iulij* 1644.*coram Eminentissimo D.Card.Ottobono.*

Nihilominùs cum Ioannes-Baptista de eo tempore maior 25. annis, & I. V. D. se palam gereret pro patrefamilias administrando publica Officia diuersos contractus, † & alias Officij 2
societates tam actiuas, quàm passiuas celebrando, ac alia agendo eum pro patrefamilias arguentia, iuxta doctrinam Baldi *in l.* 2. *num.* 6. *vers.respondeo, C.si aduers. rem.iudic.* Vrsil. ad Afflict.*decis.*308.*n.*18.

Clara proinde intrat exceptio † in fine eius- 3
dem Statuti posita omnes casus reseruando, in quibus filijfamilias de iure communi efficaciter, non obstante Macedonian. obligantur; vt est is, de quo agitur per text. *in l.* 3. ibi: *Si quis paterfamilias ex. crediderit non vana simplicitate deceptus, nec iuris ignorantia:* sed quia paterfamilias plerisque videbatur, *ff. ad S. C. Maced.l.*1.*& 6.*Leo Æt. *in §.item si, num.*16. *inst.de excep.*& firmauit Rota *in Romana Societatis Officij* 21.*Februarij* 1639.*coram Reuerendissimo Terracinen. & in alia Romana Societatis Officij* 10. *Nouembris* 1641.*coram R.P.D. meo Peuting.*

Plerisque autem Ioannes-Baptista videbatur paterfamilias, vt præter depositionem vnius testis id expresè affirmantis, probant iuratæ eius attestationes, & conuincunt tot actus superiùs recensiti; adeò vt vana simplicitate dici non possit deceptus, qui ipsum habuerit pro patrefamilias, & ei pecuos crediderit, & eò fortiùs, 4
quia Petrus-Antonius eiusdem pater alia debita per ipsum contracta persoluit, ex quo proptereà cum censeatur filio consensum dedisse, vt similes iniret contractus,iuxta gloss.*in l.Zenodorus, verb.voluntariè,C.ad Maced.* Gomez. *var. resol.lib.*2. *cap.*6. *num.*2. *vers.*11. Limita ex eis ipsæ efficaciæ obligatus remansit, *l.si tamen* 14. *l.si filiusfamil.*18.*ff.ad S.C.Maced.l.fin. C.eod.* Gratian.*discept.*667.*n.*9. Mantic. *de tacit.lib.*8. *tit.*7.*num.*30.Burat.*decis.*584.*num.*7. *vers.secundò quia*; ad hunc enim effectum † satis etiam 5
esset patris scientia absque contradictione, *l.sed Iulianus,§.quamquam,l.*1. *C. ne filius pro patre, ff.ad Maced.* gloss.*in d.l.si tamen.ff.eo.*Gratian. *d.discept.*667.*n.*10.

Concurrit

Concurrit prætereà ratificatio ipsius Ioannis-Baptistæ, qui defuncto patre sui iuris effectus huiusmodi debitum agnouit, expresse declarando propriis se velle creditoribus satisfacere; exin-
6 de † enim omnes per eum initæ obligationes conualescuntur: *dict. l. sed Iulianus in fin. ff. ad Maced. si Zenodorus, Cod. eo*: Gomez. *dict. l. 2. cap. 6. num. 2. vers. 2. limita*: Mant. *d. lib. 8. tit. 7. num. 25.* Surd. *decis. 317. num. 4. & 5.* Rot. *decis. 527. num. 11. part. 1. recent. coram Seraph. decis. 1350. n. 3. coram Burat. decis. 584. n. 10.* & quidem pront ex tunc, quia cum similia statuta
7 contractus filiorumfamil. annullantia † resistant dumtaxat ciuili non aud. vniuersali obligatione ad text. *in l. natural. 13. ff. de cau. in dub.* & in terminis firmat Feuton. *d. cap. 152. num. 25. cum seqq. & num. 52.* Rota *decis. 527. num. 11. part. 1. recent. & coram Seraph. decis. 1351. n. 6.* ratificatio superueniens ad diem initi contractus debet retrotrahi, *l. fin. C. ad Maced. l. licet 56 ff. de ind.* Alexand. *consil. 78. num. 24. vol. 5.* Natt. *consil. 262. num. 11. decis. 245. num. 2.* Seraph. *decis. 1350. num. 5.* Rota *dec. 82. n. 12. part. 6. recent.*

Et quia non obstat absolutio à iuramento per eum petita, quia illa vsus non fuit, nec vti voluisse patet ex subsequuta debita agnatione de qua deponunt testes, eisque obiecta singularitas
8 obesse † non poterit, cum sit adminiculatiua; quæ etiam dictis fidem non adimit: gloss. & DD. *in l. ob carmen, §. 10. testes, ff. de testibus*, cum aliis adductis *in Anconitana dotis 4. Iulij 1641. §. primum enim, coram R. P. D. meo Cerro, & in Romana Pecuniaria, seu legati 11. Martij 1650. §. fin. coram me*; eóque magis, quia cum ratifi-
9 catio † sit de his, quæ pendent ab animo: Bald. *in l. mancipiis, C. de reb. alien. non alien.* Gratian.
10 *discept. 565. num. 50.* per testes † singulares probari potest: Aym. *consil. 73. num. 33.* Surd. *consil. 94. num. 45. consil. 414. num. 57.* Rota *coram Mant. decis. 313. num. 5.* & confitenti præiudi-
11 cat, si parte absente † emissa fuerit: *l. Pomponius, gloss. in potrop. la prima, ff. de neg. gest.* Alex. *in l. idem in duob. num. 4. in fin. vers. illud procedit, ff. de pact.* Bart. *in auth. Sacramenti, num. 13. C. si aduers. vend.* Ang. *in auth. de hæred. & falc. §. si verò expressim num. 15.* Abb. *in c. fin. num. 15. de confess.* cum aliis per Add. ad Capel. Tholos. *decis. 350. num. 1.* Afflict. *decis. 375. num. 4.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXXIII.

R. P. D. Peutingero.

Interamnen. Hæreditatis.

Luna 17. Martij 1653.

SVMMARIVM.

1 *Legitima per matrem prohiberi nequit.*
Debetur integrè masculus propter exclusionem fœminarum, n. 2.
Ob perceptionem fructuum redditur illiquida, n. 8.
3 *Soror exclusa propter masculos non facit partem in legitima nisi fauore masculi.*
4 *Dos quando succedat loco legitimæ si filiæ instituantur hæredes.*
5 *Filia à statuto exclusa, si à parentibus instituantur hæredes, reintegrata, an censeantur etiam ad legitimam.*
6 *Voluntas etiam ex actu nullo colligitur.*
7 *Obligationis Cameralis executio ex illiquiditate non impeditur.*

PEr appellationem à sententia A. C. locotenentis Meltij, pro executione mandati relaxati pro duabus partibus dotis Fabiæ, causa mihi commissa; dubio hodie proposito, an, & pro qua summa residui dotis sit relaxandum mandatum DD. responderunt pro integro residuo eiusdem dotis Fabiæ, contra Io. Alexandrum Mazzitellum, vti hæredem Ioannis Valentini pro residuo restitutionis dotis eidem à Fabia eius vxore persolutæ.

Quamuis enim informantes pro Io. Alexandro prætendant legitimam ipsi à matre debitam in † suis bonis, siue eius supplementum eandem 1
prohibere minimè potuisse *ex Modern. Foroliuien. de legit. lib. 3. tit. 3. quæst. 5. num. 1. & 2.* atque inter has partes sensit Rota *in Interamnen. hæreditatis 21. Iunii 1638. §. Iustitia, coram bon. mem. Merlino.*

Atque vigore Statuti Interamnen. exclusiui fœminarum † non propter dotem, sed propter 2
masculos Io. Alexandro videatur deberi, vt §. 1. *auth. de trien. & semiss.* integra tertia pars hæreditatis Fabiæ ob Claram sororem exclusam, vt fuit decisum *in Interamnen. vsusfructus 18. Iunij 1649. & 24. Martij 1650. coram R. P. D. meo Cerro*; quod soror † non faciat partem nisi fa- 3
uore masculi, & prout illi magis expedit: Honded. *cons. 1. num. 105. lib. 2.* Marescot. *variar. resol. lib. 1. cap. 28. num. 9.* cum aliis allegatis *in Romana de Marescottis 18. Iunij 1646. §. hoc enim, coram R. P. D. Herospio.*

Ita quod tota legitima competat Io. Alexandro stante dicto Statuto habente sororem pro extranea, etiamsi sit hæres vniuersalis à matre instituta, & facta expressa mentio legitimæ, vt in † puncto testamenti, in quo filia instituta erat 4
hæres vniuersalis, & filio masculo quid certum relictum: Rota *decis. 74. num. 9. & 10. apud D. Modern. de legitima*; idémque videtur Rota sensisse *in præallegata Romana de Marescottis, §. neque vrget in fine.*

Licèt enim ardua hæc sit quæstio, atque aliàs sæpe Rota dixerit quod pater, † seu mater fœ- 5
minas instituendo hæredes vniuersales à dispositione Statuti recessisse videantur, easdémque filias ad successionem de iure communi per voluntatem suam reintegrasse, vt dicitur *in decis. 565. num. 5. coram Greg. XV. decis. 32. n. 3. & 4. apud D. Modern. de legitima, atque in Romana hæreditatis de Fabiis 19. Iunij 1643. §. his positis, & seq. coram R. P. D. meo Bichio*; in quibus decisionibus respondetur omnibus contrariis, aliásque refert, & sequitur Cyriac. *controu. 284. num. 54. & duob. seqq.* vbi concord. allegat.

Nihilominùs tamen omnes decisiones, & Doctores volunt tantùm fœminam, si hæres condito à parentibus testamento instituta fuerit, & aliquæ aliæ concurrant coniecturæ talis voluntatis testatoris censeri reintegratam, etiam ad legitimam, vt tradit Brun. *super Statuto, Quod stantibus masculis, art. 13. quæst. 3. num. 38.* Socin. *cons. 75. num. 2. & seqq. lib. 3.* Castrens. *cons. 52. lib. 1.* Add. *ad decis. 32. littera A, vers. à qua*

 quidem,

*quidem, & ad decis.36.in princ.inter apud Modern. de legit.*aliique relati ab eodem *lib.1.tit.4. quæst.6.num.*17. qui est casus noster, cum Fabia testatrix nedum Claram filiam vniuersalem suam hæredem instituit, sed vlterius filium masculum exhæredauit, & sic cogitauit quod eidem legitima in præiudicium filiæ suæ vniuersalis hæredis institutæ præstanda non sit, vt idem Modern. *de legit.* eruditè tradit pluribus allegatis *lib. 1. cap.4.quæst.4. num.3.& 4.* Rota *decis. 64.n.4. part.1.recent.* Ponderando præsertim, quod ipsa testatrix expresse prohibuit masculo ne aliquid occasione legitimæ peteret, & licet prohibere
6 hoc minimè potuerit, tamen eius voluntas † ex hoc actu nullo colligi potest: Rip. *in l. re coniuncti num.*136.*ff.de legat.*3. Surd.*d.decis.*352. *n.*3.Rota *decis.*281.*n.*7.*part.*1.*recent.*

Remanet igitur pro Io.Alexandro pro legitima sua dimidium trientis vncia vna cum dimidia, quam petere potest, non tamen huius rationem executionem Cameralis obligationis suæ impedire, qua tanquam hæres patris tenetur dotem à suo patre habitam restituere, non impedire, cum hoc creditum Io.Alexandri illiquidum
7 sit, tam ratione quia ignoratur † ad quam summam priusquam statum hæreditatis firmetur ascendat, vt in puncto Rota respondet *in dict. Interamnen.hæreditatis decis.* 778. *num.*9. *vers. non obstat, & num.* 10. quam etiam ratione fructuum hæreditatis ab eodem Io. Alexandro
8 perceptorum, † qui vltra quantitatem legitimæ ei debitæ imputandi illam illiquidam reddunt: Caual.*decis.*439.*num.*5. Duran. *decis.*113. *n.*7. Rota *decis.*81.*num.*20.*apud D.Modern. de pignor. decis.*411. *num.*24. & 27. *part.*5. *recent.* atque *in Romana fideicommissi de Campagnolis 26.Iunij coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit

DECISIO LXXXIV.

R. P. D. CORRADO.

Romana deuolutionis Domus.

Lunæ 26. Iunij 1651.

SVMMARIVM.

1 *Dominium Ecclesiæ in emphyteusi, ex quibus probetur.*
Etiam contra tertios, n.2.
3 *Pactum caducitatis ob non solutum canonem omnino obseruandum.*
4 *Caducitas incurritur ob non solutos biennio canones.*
Amplia etiam si super emphyteusi lis penderet, n.5.
6 *Interpellatio non requiritur ad soluendum canones, vt caducitas incurratur.*
7 *Solutio canonis non præsumitur, sed ab allegante probanda.*

DOmum cum Apothecis anno 1589. in emphyteusim ad tertiam generationem, ac in defectum generationis ad tertiam nominationem à R. P. Abbate, & Monialibus Sanctæ Ceciliæ concessam Iulio Zoccolo, & Marthæ illius vxori, pro annuo Canone scut.12.monetæ; ac deinde per eundem Iulium anno 1596. venditam Simoni & Ioanni coniugibus de Bubalis, pro eis, earúmque hæredibus, & successoribus quibuscumque, reseruato consensu earundem Monialium, à quibus successiuè præstitus fuit consensus; censuerunt Domini deuolutam ob non factam, non solùm per biennium, sed per plures annos solutionem.

Siquidem desumitur directum Monasterij dominium, & bonorum identitas plenè probatur prout in hoc iudicio requiritur, ex publicis instrumentis, tam inuestituræ concessæ præfatis de Zoccolis, & effectuatæ, quàm venditionis à D.Iulio successiuè factæ illis de Bubalis, cum expressa illius mentione, ac reseruatione consensus dictarum Monialium, & ex alio instrumento approbationis, & consensus dictarum Monialium, & ex alio instrumento approbationis, & consensus earum, cum promissione annui Canonis, & actuali eorundem per plures annos, ac etiam laudemij solutionem à dicto Simone factam, vt in eo legitur celebrato 19.Septembris eiusdem anni 1596. & à præfata Ioanna eius vxore, ratificato die .... Quæ omnia † corroborant instrumentum dictæ concessionis, ac plenam constituunt probationem dominij præfati Monasterij: Bart.*in l.ad probationem, in princip. ibi, sed cum alijs sic, C.locat.* Rota *decis.* 591. *num.*1.*part.*4.*diuers.*& penès Gomitol. *dec.*51. *num.*1.*vers. de iustitia verò sententiæ, & seq.* Cardinalis Millinus *decis.*110.*sub num.* 1. *vers. moti fuerunt:* Cardin.Caualer.*decis.*105.*num.*2. *vers.tamen quod concurrant, & seq.ac decis.*269. *num.* 3. *vers. tamen tale instrumentum, & decis.*291. *num.*1. *vers. Dominium namque probatur, cum sequentibus*; & *ibi* Addent. *sub n.* 16. *vers. tamen secus est & in recentioribus dec.*290. *sub num.*1.*& seqq.& decis.*400.*sub num.*7. *vers. & quæ alias dicuntur, cum seqq. part.* 1. *ac decis.*325.*sub num.*1. *vers. regulariter autem; vbi sub num.*4.*vers.non obstat, decis.*5. contraria declarantur, *part.*3. *& decis.*597. *num.* 3. *vers. & nihil cum seqq.part.*4.*tom.*3.*ac decis.*79. *num.*7. *vers. attamen concurrentibus adminiculis, cum seqq.part.*6. *& in Regiens. Bonorum* 15. *Martij* 1630.*coram bon.mem. Coccino*, apud Posth. *de manutentione decis.*293.*num.*4. *vers. vnde licet, cum seqq.* ac *in Romana Domorum* 15. *Decembris* 1649. *in §. Dominium directum Ecclesiæ coram R. P. D. meo Bichio*; etiam contra tertios † possessores, præsertim verò ab inuestitis causam habentes: Rip. *in l. si rem aliquam, num.*42. *vers.intellige vt non probetur, ff.de acq. possess.* Paris.*cons.*104.*sub num.*81. *vers.& licet, cum seqq.lib.*6.*p.*6.Rota penès Cæsar de Grass. *dec.*10.*sub num.*7.*vers.& quia locatio, de causis possessoriis & propriet.& decis.*91.*& decis.*591. *part.*4.*diuers.*Card.Caualer.*d.decis.*105. *num.*4. *vers.quæ confessio penès decis.*105.Burat.*dict.decis.*602.*num.*2. *vers. præsertim vbi addentes, sub num.* 16. *vers. quo casu resultat probatio, cum seqq.& in recentioribus d.decis.*290. *sub num.*1. *& seqq.part.*2.*ac decis.*325.*sub num.*1.*part.*3.*& d.decis.*79.*sub n.*7.*part.*5.

Causa verò deuolutionis æquè iustificatur, tam ex pacto † in vtroque instrumento, tum inuestituræ, tum ex consensu Monialium specialiter conuento, quo casu si præfati Canonis solutio biennio prætermittatur, quod maximè seruari debet, *l.iuris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact.l.*2.*in princip. C. iuris emphyt.* Rota penès Crescent.*dec.*5.*de locat.& S.M.Greg.dec.*519. *num.*6.

num.16.vers.imo fuerat pacto conuentum, & seq. ac in recentioribus decis.347.sub num.10.par.4. Quam ex ipsa iuris communis dispositione, *cap.potuit, §. emphyteuta quoque de locatione, auth.qui rem, Cod.de sacrosanct.Eccl.ex auth. de non alienando,§.scire autem, &c.* & auctoritate, *de alien.& emphyteus. §.si vero qui clarius in §. emphyteusis, quaest.8. sub num.1. vers.si vero sit emphyteuta Ecclesia, &c.* Corbul. *de causis priuation. ob non solut. Canon.sub num.1.vers. & emphyteuta Ecclesia:* Mantica *de tacitis lib. 6. tit. 27. sub num. 1. vers. si verò emphyteusis sit Ecclesiastic.* Rota *decis.572.num.1.vers. Ecclesia enim.part.1.& decis.803.num.1.vers. & fuit per omnes Dominos resolutum,&c. & decis.808. ac decis.809.part.4. diuers.& in recent. dict.decis.400. num. 11. vers. quod non solutionem Canonis, part.1.& decis.509.num.2.vers.quo enim ad primum, ac decis.719.num.1.vers.quia quando versamur in emphyteusi Ecclesiastica,part.4. tom.3.* & penès Duran.*dec.402.n.5.vers.tertium & vltimum.*

Quae sanè conclusio locum habet, etiam si
5 lite super deuolutionem † pendente mora commissa fuit ad text. *in l. si rem alienam la prima, §.fin.ff.de pignor.act.* Capic.*decis.16. sub num.6. vers.primo quia:* Corbul. *d. tit. de causis priuationum ob non solutionem Canonum,ampliat.16. num.5. vers. & illud etiam certum est:* Mantica *de tacitis lib.22. dict. tit.27.sub num.2. vers.3. quod dictum est:* Rota penès Puteum *dec. 426. lib.3.& in correct.* Achill. *decis. 1. de locatione:* Verali.*decis.299.part.1.* Card.Seraph. *dec.958. num. 2. vers. vt in simili dicitur*, & saepe in aliis.

Atque etiam cessante huiusmodi interpella-
6 tione, † quia suppletur tam ex legis praecepto, quam ex die solutionis ab ipsis partibus in praefatis instrumentis praescripta, iuxta *l. magnam, Cod.de contrahen.& committen.stipulat.l.2.§.fin autem,C.de iure emphyt. dict.cap.potuit, in fine, vers.nec obstante, ibi:* gloss. *in verbo statuta de locatione:* Corbul. *d.tit. de caus. priuat. ob non solutionem Can. ampliat. 3.* Mantic. *de tacitis, lib. 22. tit. 4. num. 15. vers. 7. est differentia:* Rota penès Put.*d.decis.426. num.1. vers.de cuius natura est,lib.3.in correct.*

Nec obstat quod negatiua solutionis non factae probata non fuerit.

Nam vbi contentio est inter debitorem, vel causam ab eo habentes, & creditorem eius in-
7 tentionem super publico instrumento † fundantem, eo ipso etiam iustificatur praedicta negatiua, si ipse debitor siue illius successoris conuenti non probant solutionem, quae non praesumitur, *l.quingenta, vers.nam si creditum, ff.de probationibus, l.1. C. eodem tit. & in spe Notarij:* Gloss.*in dict. l. 2. in verbo repellere, vers. item quis probabit, Cod. de iur. emphyteotico:* Natt. *cons.569.num.1. vers.nam licet cum seqq.* Gabr. *com.concl. lib.1.tit.de probat. concl.6. sub n.15. vers.primo limita cum seqq.* Franciscus Herculanus *de proban.negat.sub num.35.ves.2.principaliter requiritur vestram limitat.* Becc. *cons.105. num.12. vers. nam respondeo:* Surd. *decis. 64. sub num. 29. vers. & facit regula cum seqq. & consil.82.num.18.vers.quod autem:* Corbul.*post tit.de caus. priuat. ob non solut. Canon. quaest.4.* Rot. penès Comitol. *decis.22. num.2. vers. nec obstat quod dicitur de negatiua, quaest.1. dec. 433. sub num.3. vers. creditum autem Rectoris, part.1.ac decis. 296. sub num. 4. vers. nec facit quod non probetur, & dec. 7. n.16. sub num. 2. vers. quod autem part. 1. ac decis. 725. num. 7. vers attamen, regula semper limitatur,cum seqq. part.4.tom.3.*

Et ita fuit conclusum informantibus tantùm Monialibus; altera tamen parte saepius citata & monita, diùque expectata.

DECISIO LXXXV.

R.P. D. CERRO.

Romana Census.

Lunae 28. Aprilis 1653.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum facit probationem probatam.*
Munitum obligatione Camerali proratam habet executionem, n.2.
Etiam quoad heredes, n.3.
Et etiam creditores, n.4.
5 *Apocha manu debitoris suscripta, ac eius sigillo munita crediti veritatem probat.*
7 *Solutio cadit in dissolutionem propriae non alienae obligationis.*
Ab allegante est concludenter probanda, num.7.
8 *Rota supponit decisiones in eadem causa emanatas.*

COmes Bernardinus à Porta vti haeres Comitis Hypoliti, olim mariti, & haeredis Vincentiae Thieniae creditricis Isabellae Gonzagae, ex causa dotis eiusdem Vincentiae in certis bonis assignatae, & posteà euictae, egit contra bona haereditaria Io. Georgij Ceparini debitoris eiusdem Isabellae pro fructibus census scutorum auri 2000. per illum impositi, & venditi dictae Isabellae 21. Ianuarij 1570. & ab A. C. impetrauit mandatum exequutiuum pro fructibus dicti census, ad effectum, vt sibi satisfieret de medietate dictae dotis, ac de fructibus, & damnis passis in totum ascendentibus ad scuta 8950. sed deuoluta mihi causa appellationis dubitaui, an, & pro qua summa sit relaxandum mandatum, & relaxandum esse pro summa inferiùs exprimenda Domini responderunt.

Creditum enim Bernardini aduersus Isabellam non controuertitur, illud verò ipsius Isabellae contra Ducem reum conuentum iustificatur ex publico instrumento impositionis dicti census, quod facit † probationem probatam, *cap.* 1
cum dilecti, vbi Abb.*num.3.de donat.*Bart. *in l. 1.num.8.ff.de nou. oper.nunc.* Bald. *in l.interest, num.2.C.de solut.* & tanquam Camerali obligatione munitum † paratam habet exequutionem: 2
Castr. *in l.post rem indicatam in fin. ff. de re iudic.* Gall.*de oblig.Camer. part.1. quaest.2. n.12. & 18.vbi* Zacch.*num.5. cum seqq.* Rota *coram Card.Seraphin.decis.736.n.1.& 2.& in Camerinen.Donationis 4.Maij 1640.coram bon.mem. Pirouano, §.quia D. Victoria*; tam fauore ipsius Isabellae, † eiúsque haeredum: Rota *in Bono-* 3
nien.obligationis Cameralis de Campegiis 12. Maij 1594. coram Robusterio, & in Romana Census 10. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Meltio apud Zacch. de oblig. Camer. decis.93. num.23.

*n.*23.*&* *dec.*253. *n.*2. quam fauore Bernardini,
4 † eius creditoris, qui propterea exercere potest omnes actiones eidem Isabell.suæ debitrici competentes: *l.nomen ibique communiter DD.C.quæ res pign.oblig.poss.*Bart.*in l.cum grege*, §.*cum pignori num*,3. ibique Salyc. pariter *num.* 3. *ff.de pignor.*Surd.*cons.*4.*num.*23. Thomat.*decis.Macerat.* 44. *num.* 11. *&* 12.cum aliis allegatis *in Romana Saluiani de Casalibus* 21. *Iunij* 1641. *coram me*, *penès Zacch. vbi suprà*, *decis.* 189. *num.*37.*&* 30.

Non obstat, quod dictus census impositus fuerit non præsente pecunia, sed ex credito contra expressam formam Pianæ Constitutionis, quia S.D.N.in plena signatura huiusmodi nullitatem sanauit cum clausula, *Constito de vero credito*, quæ verificatur ex apocha promissionis scutorum auri 4000. factæ ad fauorem dictæ Isabellæ pro supplemento suæ dotis per Iulianum Ceparinum Authorem dicti Io. Georgij illius propria manu subscripta, & proprio sigillo munita, summ. Bernardini *num.* 8. quæ proinde
5 crediti veritatem, & realitatem ostendit, vt in puncto huiusmet census latè firmatum fuit, *in alia Romana census inter ipsum Ducem Cæsarinum,& Franciscam Isabellam Malatestam*,24. *Ianuarij*, *&* 13. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Peuting. &* 14.*Iunij* 1652. *coram R. P.D. meo Meltio.*

Nec refert, quod Maximilianus Gonzaga pater dictæ Isabellæ persoluerit Theodoro Thieno illius viro, ex causa d.dotis consimilem summam scutorum auri 4000. in tot gemmis, & pecunia numerata; quia, vt optimè respondetur in prædictis decisionibus, huiusmodi solutio non est referenda in causam promissionis factæ à Iuliano Cæsarino, sed in causam propriæ obligationis ipsius Maximiliani soluentis, dum ipsa solutio de Iuliani promissione non loquitur; regulariter
6 enim † solutio cadit in dissolutionem propriæ, non autem alienæ obligationis: *l.& magis* 4.*& l.cum ex pluribus* 97.*ff.de solut.*Bald.*in l.*1. *circa finem*, *ff.eodem:* Menoch.*lib.*3. *præsumpt.* 136. *n.*8.*&* 9. Grat. *disceptat.*224.*&* 27. *& discept.* 962.*num.*40.*cum seqq.*

Ideóque stant simul, quod Theodorus anno 1565. receperit à Maximiliano supradictam pecuniarum, & gemmarum quantitatem, illámque penès se retinuerit, ac de ea dissoluerit propriam obligationem: & nihilominus in suo robore permanserit obligatio Iuliani, saltem pro dicta rata scutorum auri bis mille, pro qua fuit impositus census, dum concludenter non iustificatur, quòd Maximilianus persoluerit, & Theodorus receperit ad effectum illum liberandi à propria ipsius obligatione; satisque est, vt de hoc possit dubitari, ne dicta solutio illi, eiúsque hæredibus suffragari valeat: nam regulariter ab
7 allegante † plenè, & concludenter iustificari debet: Salyc.*in l.*2. *num.*15. *C. de iur. emphyt.* Natt.*consil.*126.*num.*3. Surd. *decis.*105. *num.*9. *san.mem.Gregor.decis.*139.*num.*1.*&* 2. Rota *in Romana census* 14.*Decembris* 1648.*coram R.P. D.meo Bichio*, §.3.*accedit.*

Cumque habeamus punctuales decisiones super hoc ipso censu emanatas, cum responsionibus ad allegatum solutionis obiectum, incidenter ab eis non est recedendum, sed ipsis inhærendum, † quia iuxta laudabilem stylum huius
8 Sacri Tribunalis veniunt supponendæ, vt responsum fuit coram Burat. *decis.*596. *num.*1. *& decis.*857. *num.*4.*ac in Bituntina census* 5. *Iulij* 1649.*coram bon.mem. Arguelles*, §.1. *vers.tum quia Rota.*

Fuit itaque resolutum relaxandum esse mandatum pro fructibus dicti census ad effectum, vt Comes Bernardinus ex eis pro nunc sibi solùm satisfiat de concurrenti quantitate scutorum 8000. pro quibus bona stabilia assignata fuerunt, & deinde euicta, non autem de prætensis fructibus, & damnis passis, occasione dictæ euictionis,cum ex hactenùs deductis adhuc ipsa iustificata non fuerint.

Et ita vtraque, &c.

DECIS. LXXXVI.

R. P. D. Zarate.

Placentina bonorum.

Lunæ 16. *Iunij* 1643.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur fideicommissario constito de existentia, purificatione, & identitate.*
*Ex Saluiano datur fideicommissario etiam contra tertios possessores, n.*2.
3 *Primogenitura qualiter dicatur ordinata.*
4 *Obitus sine filiis præsumitur.*
5 *Descendentia probatur ex testamentis.*
*Probatur ex fide Baptismi adminiculata, num.*6.
*Probatur ex positionibus pronunciatis pro confessis, n.*7.
*Vt probetur adminicula iunguntur, n.*8.
*Leuiori probatione contentatur, n.*9.
*Per gradus distinctos est deducenda, n.*10.
11 *Proximitas dicitur probata dum non constat de proximiori.*
12 *Primogenitus dicitur filius primogeniti maior natu.*
13 *Identitas probatur ex instrumentis.*
*Ex inuentario probatur, n.*20.
14 *Identitatis ad probationem duæ sufficiunt demonstrationes.*
*Ad probationem sufficit locus cum vno confine, n.*15.*&* 16.
17 *Fideicommissum probatur ex testamento.*
18 *Dictio*, inuicem, *expressam operatur reciprocam.*
19 *Reciproca substitutio inducitur vbi est facta pluribus in tota &, & vltima.*
21 *Hypotheca in bonis grauati pro reintegratione fideicommissi an competat.*

CVm Ioseph de Ferrariis anno 1557.in suo vltimo testamento hæredem instituisset Bartholomæum ex fratre nepotem, cui quandocumque decedenti substituisset eius Primogenitum, & ipsi quandocumque morienti Clementem suum consobrinum, & post eum primogenitum eiusdem Clementis, eique sine filiis decedenti secundumgenitum, & sic deinceps de primogenito in primogenitum, iisque deficientibus vocasset proximiorem de Domo, & familia de Ferrariis eodem ordine primogenituræ, etiam cum expressa, & perpetua prohibitione alienationis, vt *in Summ. illorum de Ferrariis, num.*1.

Ac

Ac similiter anno *1606*. Nicolaus etiam de Ferrariis Alphonsum fratrem, & Paulum nepotem ex alio fratre hæredes instituisset, illisque substituisset vulgariter, pupillariter, & per filium ipsorum filios respectiuè, eóque pari modo inuicem substituisset; Paulo autem sine filiis decedente vocasset Alphonsum, & eius descendentes masculos cum onere eiusdem fideicommissi, vt bona perpetuò conseruarentur in dictis hæredibus & substitutis, in infinitum prohibens alienationem sub pœna priuationis.

Et insuper dictus Nicolaus pro maiori decore, & sustentatione suæ familiæ constituisset duas primogenituras: Alteram super omnibus domibus, ædificiis, ac possessione, quam pro indiuiso tenebat cum dicto Paulo, ad quam vocauit omnes descendentes primogenitos, & in eorum defectum proximiorem ex dictis suis hæredibus, & post eum eiusdem filium primogenitum: Alteram super domo in loco Roueti, & possessione *della Casa delli Gobbi detti Alphonsi*, in qua post eundem Alphonsum nominatim voluit succedere Antoninum eius filium, & deinde illius primogenitum, vt *in dict. Sum. n. 4.* & post hæc defuncto ab intestato Alphonso, Paulus quædam bona alienasset, *dict. Sum. num. 6. & 12.* & reliqua locasset alteri Paulo, & Antonino de Ferrariis, *dict. Sum. num. 7.* controuersia fuit orta in partibus inter Bartholomæum Falconum successorem locatoris, & dict. Antoninum, & Paulum iuniorem, Falconius affictus dictæ locationis petebat; Antoninus & Paulus de fideicommisso dicti Nicolai super dictis bonis excipiebant; sed causa postmodum ad Rotam deuoluta, ad eam fuerunt admissi Nicolaus, Hieronymus, & Carolus de Ferrariis, qui immissionem in prædictis bonis prætendunt, videlicet quoad prædium suppositum primogenituræ Iosephi, & quoad alia bona pariter supposita primogeniturіs dicti Nicolai, solus Nicolaus-Hieronymus tanquam primogenitus, & vnicus successor in dictis primogenituris; quoad alia verò subiecta fideicommisso eiusdem Nicolai, immissio pro vtroque, scilicet Nicolao-Hieronymo, & Carolo prætenditur in medietate, vti repræsentantibus Antoninum communem patrem, cum altera medietas debeatur Paulo, & Antonino filiis Francisci Fratris Antonini prædicti.

Et vlterius dictus Nicolaus Hieronymus, & Carolus immissionem expostulant in bonis acquisitis per dictum Paulum pro reintegratione illorum quæ alienauit ex fideicommisso, super quibus hodie emanato dubio Domini sub distinctione immissionem concesserunt.

Quoad prædium enim nuncupatum *delli Gobbi* subiectum primogenituræ Iosephi senioris immissionem absque vlla hesitatione decrenere, † quia iustificanti extrema omnia pro eius 1
concessione videlicet existentia, purificatio, & identitas primogenituræ, quibus concurrentibus non solet denegari immissio, vel *ex remed. l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. toll. vel vtilus Saluiani:* Rot. *decis. 338. n. 1. & 2. part. 5. decis. 298. part. 6. decis. 88. n. 1. part. 7. recent. in Bonon fideicommissi de Pancaldis 11. Martij 1645. coram Cardinali Panzirolo, & in Bonorum fideicommissi 5. Decembris 1650. in principio, coram R. P. D. meo Celso*, quatenus agatur contra † tertium 2
possessorem, vt firmauit Rota *decis. 736. n. 1. coram Merlino, & in Romana fideicommissi de Alicornis 3. Iunij 1650. coram Reuerendissimo D. meo Decano*; & in terminis primogenituræ, Molin. *de primog. lib. 3. cap. 13. per tot.* vbi Adden.

Existentia autem primogenituræ à Iosepho erectæ patet ex eius testamento *dict. Sum. n. 1.* vbi hærede instituto Bartholomæo, eique substituto Clemente ordinauit bona deferri de primogenito in primogenitum, & in illius descendentes cum perpetua prohibitione alienationis; atque in eorum defectum ad proximiorem de domo, cum eadem primogenituræ ordinatione, ex qua testatoris dispositione † primogenituram 3
ordinatam colligi dixit Peregr. *consil. 34. num. 11. vers. 3. deficiente lib. 3.* Rot. *in Tiburtina fideicommissi 14. Ianuarij 1647. §. nec videtur necessarium coram bon. mem. Arguell.*

Purificatio autem huius primogenituræ ad fauorem Nicolai-Hieronymi apparet ex eo quòd Bartholomæo sine filiis masculis defuncto, successit Clemens, vt patet ex instrumento inuestituræ per eundem Clementem susceptæ, *dict. Sum. num. 2.* & Clementi successisse Iosephum eius nepotem ex Iulio-Cæsare filio, desumitur ex instrumento quietantiæ ipsius Iosephi *Sum. num. 3.* de cuius descendentia non constat, nec præsumitur, cum quis sine liberis † decessisse existimatur: Molin. *de primog. lib. 3. cap. 9. n. 22.* Rota 4
decis. 30. n. 3. part. 6. in Fanen. fideicommissi 19. Februarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, & in Interamnen. fideicommissi 28. Martij proxime præteriti coram me, §. legitimatio.

Constat autem Alphonsum fuisse filium Antonini ex quodam instrumento iustificationis testamenti *Sum. num. 8.* & ex testamento Nicolai sen. patris eiusdem Clementis, & respectiuè fratris Antonini *num. 9.* & vlterius liquet dictum Nicolaum-Hieronymum esse filium Antonini iun. primogeniti Alphonsi ex testamento Nicolai iun. *Sum. num. 4.* iuncto testamento huius Antonini patris *num. 10.* & in simul ex fide Baptismi *num. 11.* & positionibus pro confessatis habitis, *num. 13.*

Ex testamentis namque proculdubio consanguinitas, & descendentia † probatur ex traditis 5
per Surd. *decis. 149. n. 4.* Tob. de An. *consil. 88. num. 38.* Rot. *decis. 88. n. 6. coram Comitolo* Pedenasc. *consil. 62. num. 36.* qui etiam *num. 9. & 10.* antecedentibus tradit in antiquis probari ex enunciatiuis plurium instrumentorum, præsertim si emanauerint ab iis qui præsumuntur scire iura sanguinis, ex eo quod consanguinitas, & parentela sint res difficilis probationis; fides autem † Baptismi etiam ad probandam filiatio- 6
nem, & descendentiam iunctis adminiculis prodest, *c. maiores*, vbi gloss. *de Baptism. coram Caual. decis. 128. n. 2. decis. 1322. n. 16. coram Penia in Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. §. quod autem Franc. coram bon. mem. Arguel.*

Nec minùs conferunt prædictæ † positiones 7
pro confessatis habitæ iuxta tradita *in cap. 2. de confess. per Modern. Vrbinaten. tract. de position. cap. 32. n. 13. cum seqq.* Quæ omnia etsi singula de per se non sufficerent, vnita tamen, † & simul iuncta probant: Ruin. *consil. 83. num. 10.* 8
Menoch. *cons. 816. n. 9.* & alij allegati per Tedenasc. *dict. cons. 62. num. 30.* Eóque magis, cum ad hunc effectum etiam leuiores probationes pro idoneis † habeantur, vt pluribus relatis firmauit 9
Rota *in Reatinen. fideicommissi 28. Iunij 1652. §. vlterius, coram me:* vbi etiam notatur rectiùs procedere in iudicio possessorio immissio-

nis ex remedio *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. toll.*

Ex quibus constituta dependentia non vide-
10 tur in dubium reuocanda † maximè cum per gradus distinctos fiant deducta: Paris. *cons.* 51. *num.6.& seqq.lib.*2.Cyriac.*controu.*281.*num.*1. Rota *dec.*333.*n.*3.& 4.*coram Penia dec.*8. *n.*4. penès Duran.& *in d.Reatina fideicommissi,§.dependentia coram me.*

Proximioritas autem dicti Nicolai Hieronymi probatur ex dicto testamento Nicolai senioris *Sum.num.*4. ex quo apparet quod Antoninus senior pater Alphonsi fuit patruus Clementis,ob cuius defectum fuit vocatus proximior; vnde probata consanguinitate in certo gradu faciliùs
11 admittitur præsumptio proximitatis, † dum non concurrit alius qui contendat se esse proximiorem in gradu: Tiraq. *de retract.* §. 11. *gloss.* 1. *num.*26.Molin. *de primog.dict.lib.*2.*cap.*9. *n.*21. vbi Addent. Rota *coram Seraph. decis.* 1219. *num.* 1. *decis.* 1265. *in fine vers. quod dicitur de legitimatione*, penès Canal. *decis.* 575. *n.*7.& *Bononiens.fideicommissi de Pancaldis* 27. *Ianuarij eiusdem anni in principio, coram R. P. D.meo Peutingerio.*

Ex quo etiam constat dictum Nicolaum-Hie-
12 ronymum esse primogenitum, † cum ipsius pater Antoninus pariter fuerit primogenitus Alphonsi, & ipse primogenitus dicti Antonini,cum maiorem natu Carolo eius fratre se ostendat, secundùm Tiraq. *de iur.primog.quæst.*31.*num.*21. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *cum sequentibus.*

Identitas verò dicti prædij probatur ex instrumento inuestituræ susceptæ per Clementem *dict. Sum. num.*2. ex quo dicitur fuisse in bonis Iosephi senioris, & ex partitis librorum æstimi *Sum. num.* 12. & instrumento venditionis factæ per Iosephum iuniorem nepotem, & hæredem Clementis Paulo iun. *Sum.num.*14.& inuestitura ipsius Pauli *Sum.num.*15. & instrumento locationis per Paulum factæ alteri Paulo,& Antonino Aduersariis *dict. Sum. num.* 7. ex enunciatiuis namque diuersorum Notariorum, ac plu-
13 rium instrumentorum indentitas † rei probatur, quamuis inter diuersas personas emanauerint, vt per Maresc. *lib.*1.*var.cap.*10. *n.*41. *cum seqq.* & in specie in instrumento inuestituræ: Rota *in vna Fulginatens. emphyteusis* 20. *Iunii* 1622. *coram Vbaldo n.*4. relata per Modern. Fulginatens. *de iur.emphyt. sub.tit. de alienat. quæst.* 10. & de libro æstimi Redenasc. *consil.*31.*n.*4. Maresc.*vbi suprà n.* 46. *de instrumento venditionis:* Rota *in dict.Fulginatens.emphyt.d.n.*4. *de locationibus:* idem Marescot. *vbi suprà, num.* 47. *& sequent.*

In dictis autem instrumentis apparet dictum prædium descriptum vti acquisitum à Clemente, & cum qualitate quod est subiectum Plebano Momiliani, & quod ei respondet quot annis de Canone, ex quibus deducitur conuenientia plurium qualitatum, cum tamen ad identitatis pro-
14 bationem † duæ demonstrationes sufficiant iuxta theor. Bart. *in l. demonstratio* 14. *ff. de cond. & demonstr.* Redenasc.*dict. cons.*31. *n.*3. Rota *decis.*59. *n.*5. *part.*6. *recent. in Perusina bonorum* 14.*Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Cerro, & in dict. Bonon. fideicommissi de Pancaldis* 27. *Ian.* 1648.*coram R.P.D meo Peutingerio.*

Non obstat, quod in aliquibus instrumentis non denominetur exprefsè prædium *delli Gobbi*, sed Territorium Momiliani, & Roneti sub quo testatorem possedisse prædium *delli Gobbi* prætenditur, nam in aliis instrumentis exprefsè legitur istud prædium Iosephum seniorem in bonis habuisse, & quamuis sit controuersia, an sufficiat verificari locus, in quo res existit, vt dicatur identitas probata, in antiquis, † tamen suf- 15
ficit quod locus verificetur cum vno confine, vt pluribus relatis etiam de mente Rotæ tradit Maresc.*vbi suprà dict.cap.*12.*n.*45. Rot.*decis.*294. *n.*10.*coram Merlino.*

Sicut etiam sufficit, quod constet de possessione bonorum in loco, † in quo defunctus pos- 16
sidebat concurrentibus aliis demonstrationibus, coniecturis, & adminiculis, vt reprobato Peregr.*de fideic.* & pluribus allegatis DD.& Rotæ decisionibus testatur Redenasc .*dict. consil.* 31. *per tot.*& præcipuè *à n.*3. Rota cum *ibi* congestis *dec.*776.*n.*8.*coram Merlino.*

Quoad bona verò subiecta primogenituris dicti Nicolai pariter concedendam esse immissionem dicto Nicolao Hieronymo, Domini decreuerunt, cum ad eius fauorem tanquam primogeniti proximioris fuerit purificata vtraque primogenitura, tam ea relicta Paulo in defectum eius lineæ, quàm altera relicta Alphonso, vt in testamento *Sum. num.* 4. vbi etiam constat de dependentia, & proximitate, & quod ab Alphonso natus fuit Antoninus primogenitus:sicut etiam ex testamento Antonini de filiatione Nicolai-Hieronymi, & de eius primogenitura apparet, vt ex fide Baptismi *Sum. num.* 10. & 11. quapropter immissio denegari non debet, vt in superioribus fuit comprobatum.

Respectu autem bonorum quæ supposita fuerunt fideicommisso dicti Nicolai visum fuit immissionem dandam esse pro medietate dicto Nicolao-Hieronymo, & Carolo eius fratri, tanquam filiis Antonini communis patris cum alia dimidia videatur spectare ad Paulum, & Antoninum vti filios Francisci fratris dicti Antonini patris Nicolai-Hieronymi, & Caroli, & & proinde existentes in eodem gradu.

De existentia autem dicti fideicommissi non potest dubitari, cùm constet ex dicto † testa- 17
mento Nicolai, vt præter superiùs allegata probat text. *in l. ille à quo* 13.§.1. *ff. ad Sen. Cons. Trebell.l.fin.Cod.de edict. Diu. Adr. toll.* Rota *in Romana fideicommissi* 8. *Iunij* 1648. §.& *de existentia coram bon. mem. Arguel. &* 14. *Iunij* 1652. §. *siquidem existentia coram me.*

Purificatio etiam deducitur ex dicto testamento in quo fuit institutus Alphonsus cohæres Pauli, iisque substituti filii, & descendentes masculi in infinitum cum expressa reciproca ibi, eósque inuicem substituo, & Alphonso natus fuit Antoninus primogenitus, & Franciscus *Sum. num.* 4. ex Antonino Nicolaus-Hieronymus, & Carolus *num.*10.& 11. quibus existentibus iuribus resolutio rectè procedit ex superiùs allegatis, maximè cum in dicto fideicommisso inueniatur dicta reciproca expressa † per verba 18
inuicem substituo extra dictis per Alex. *cons.*22. *num.*11.*lib.*5.Gabr.*cons.*110.*num.*7.& 17. *lib.*2. Redenasc.*cons.*60.*num.*2.Rota *in Romana fideicommissi de Maximis* 28.*Ianuar.*1647.§.*nec obstare coram Eminentissimo Ottobono*; & quatenùs exprefsè non inueniretur;concurrunt illa tria
† requisita necessaria ad inducendam tacitam; 19
de quibus egregie Rota *in Romana fideicommissi de Zephiris* 5. *Iunij* 1646. & 8. *Febr.* 1648.

coram

coram R.P.D. Bichio, & postremò *in d. A sina fideicommissi 28. Iunij 1652. coram me.*

De identitate bonorum vtriusque primogenituræ Nicolai, & fideicommissi docetur ex inuentario facto à Paulo, & Alphonso primis hæredibus Nicolai *dict. Sum. num. 5.* & dictis portionibus pro confessatis habitis *num. 12.* & ex dicto instrumento locationis *num. 7.* quæ duo vltima documenta ad hunc effectum probare
20 superius fuit confirmatum, & ex † inuentario identitatem argui tradit Maresc. *dict. lib. 1. var. d. cap. 12. n. 48.* Rot. *dec. 736. n. 2. coram Merlino apud san. mem. Greg. XV. dec. 575. n. 2. & 3.* penes Caual. *dec. 357. n. 2. & in Perusina bonor. 30. Maij 1650. §. accedente coram R.P.D. meo Cerro*; præcipuè cum illi qui inuentarium confecerunt sint authores vtriusque partis litigantis: Cancer. *var. resol. part. 3. cap. 2. num. 4. cum seqq.*

Verumenimuerò in bonis propriis eiusdem Pauli visum fuit Dominis immissionem non esse concedendam pro reintegratione dicti fideicommissi, tum quia non apparet concludenter iustificatum, quod Domus in vicinia Sancti Iuliani per Paulum alienata ex instrumento relato *num. 6.* sub dicto fideicommisso comprehendatur: Tum quia non adeò explorati iuris est, quod pro bonis fideicommissi alienatis detur hypotheca contra bona alienantis, licet hanc partem
21 † tueatur Thesaur. iun. *quæst. 84. num. 5. lib. 2.* Cyriac. *contr. 282. num. 19. cum seqq.* cum hæc opinio non admodum tuta sit, ex traditis per Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 3. per tot.* Eáque per Rotam fuerit admissa; eo tamen casu quo concurrat mala, & dolosa administratio, vt declarando antecedentem decisionem *in Romana Saluiani 28. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Decano*, fuit responsum *in Romana fideicommissi seu Saluiani 26. Nouembris coram eodem R.D. meo Decano, §. nihilque facit.*

Atque ita, &c.

DECIS. LXXXVII.

R. P. D. Verospio.

Romana deuolutionis Domus.

Veneris 20. Iunij 1653.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex reuolutione Actorum dignoscitur.*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica in aliam Ecclesiam non transit.*

3 *Clausula pro hæredibus quibuscumque efficit emphyteusim Ecclesiasticam ad extraneos transitoriam.*

4 *Inuestitura emphyteusis, ex quibus concessio noua arguatur.*

5 *Hæredum, & successorum appellatione in emphyteusi Ecclesiastica veniunt tantùm hæredes sanguinis.*

6 *Bona Ecclesiæ in manus mortuas hoc est alias Ecclesias & loca pia prohibentur peruenire.*

7 *Alienationis prohibitio virtutem clausulæ ad habendum in inuestitura adiectæ adimit.*

Et clausulam, in perpetuum, *restringit ad personas in inuestitura comprehensas num. 8.*

9 *Clausulæ*, ad habendum, & in perpetuum, *concessionem emphyteusis non protrahunt, dum non constat de solemnibus.*

10 *Pensio fructibus correspondens arguit potius locationem, quam emphyteusim.*

Fallit, vt n. 12.

11 *Inuestituræ posteriores, & non prima quando attendantur, & n. 15.*

Posteriores diuersificantur à prima in expressis tantùm, n. 14.

13 *Laudemij solutio emphyteusi, & non locationi conuenit.*

SEntentiam immissionis, Moniales, ac Monasterium S. Luciæ in Silice de Vrbe in hoc Sacro Auditorio obtinuerant contra Hospitale Beatæ Virginis de Carauagio Mediolani, situm super Domo directo eiusdem Monasterij Dominio supposita, ac deuoluta ob lineam Angelæ vltimo loco inuestitæ terminatam; quam sanè sententiam ex vtroque validitatis, ac iustitiæ fundamento in gradu appellationis coram me hodie confirmandam esse Rota decreuit: Ipsius namque validitas † non reuocatur in dubium, & 1
benè ex actorum reuolutione dignoscitur, iuxta *decisionem Verall. 260. part. 3.* nunquam in hoc Sacro Tribunali reiectam.

Iustitiam verò concludit linea inuestitæ vltimo loco expirata, qua deficiente ad Monasterium, vti Dominum directum reuerti debuerat emphyteusis hæc Ecclesiastica, † non autem 2
poterat ad extraneos hæredes, siue ad manus mortuas, videlicet Ecclesias, seu loca pia transire, *§. emphyteusim, auth. de non alienan.* gloss. *in l. etiam, ff. solut. matrim.* Clar. *in §. emphyteusim, quæst. 28. vers. qua quidem concl. & vers. tertius casus*: Card. Mantic. *de tacit. lib. 14. tit. 19. n. 6.* Caldas *de nominat. emphyt. lib. 2. quæst. 33. n. 23.* Rota *in vna Bononien. bonorum emphyteuticorum 7. Iunij 1647. in vlt. §. coram R.P. D. meo Meltio*, successiuè confirmata coram me sub die 23. Martij anni sequentis 1648.

Et licèt in primo concessionis instrumento inuestitura concepta fuerit sub clausula pro se cæterata, extendi consueta pro se, successoribus, & hæredibus quibuscumque, † ac in hæredes 3
proinde extraneos eandem concessionem apta transferre, iuxta *decis. Seraph. 103. num. 2.* huius tamen primææ concessionis virtute intentata non fuit præfatæ Domus deuolutio, sed ex vi posteriorum hæredes dumtaxat, ac successores includentium, quæ tanquam nouæ iuxta formam antiquæ regulari non debent, vt responsum fuit in hac eadem causa sub die 25. Iunij 1652. *in §. elaborandum ergo non est, coram R.P. D. meo Bichio.*

Nouam verò præ se ferre concessionem successiuas † inuestituras plura argumenta in ante- 4
cedentibus decisionibus ponderata, necnon noua pacta in prima concessione non adiecta suadent; quippè quæ ob deuolutam ex culpa emphyteutæ alienantis Domum, ac in Canonum solutione cessantis apertam emphyteusim, non autem ob finitam lineam emanarunt; quinimò post subsequutam præfatæ Domus incorporationem, atque apprehensam à Monialibus ipsius possessionem successiuè Iudicis decreto, ac præuia pensionum receptione confirmatam.

Continent prætereà caducitatis incursum ob non solutum canonem intra biennium, ac facultatem capiendi auctoritate propria possessionem Domus, vna cum melioramentis in casu contrauentionis Monasterio attributam, solutionem laudemij, resolutionem contractus, quoties Angela inuestita Monasticam vitam assumeret, stipulationem pro se, hæredibus, ac successoribus sine clausula cœterata, canonis denique argumentum, quæ omnia deficiebant in prima inuestitura sub affrancationis tamen pacto concepta in sequentibus non apposito: Ex quibus inuestituram nouam omninò constitui not. Bal. *in l.4.in princ.* ibique Alex.*num.9. ff. de damn. infect.*Ang.*in l.quod dicitur, ff.de milit. testam.* Dec.*in l.lecta, num. 12. ff. de reb. cred.* Bursat. *cons.151. num.3. lib.3.* Modern. Rom. *discept. forens.cap.713. num. 19.* & plures alij relati per Modern. Fulginat.*de iur. emphyt. in tit. de contract.emphyt.quæst.9.n.12.*Rota *decis.160.n. 9. part. 2 diuers.* & coram Seraph. *decis. 1262. num.3.*

Hinc verò sequitur, vt Angela inuestita emphyteusim hanc Ecclesiasticam non potuerit ad Hospitale hæreditario iure transmittere, licèt enim pro hæredibus, & successoribus stipulata foret, non tamen includit extraneos, sed restrin-
5 gitur ad hæredes sanguinis † ac descendentes ab inuestitis, qui dumtaxat sub hæredum, ac successorum nomine in Ecclesiastica emphyteusi continentur, vt not.Imol.*in l.quod dicitur, ff. de verb.oblig.*Castr.*in l.etiam, num.4. ff. solut. matr.*Rip.*in l.cum bona n. 14. ff. de priuil.cred.* Gozad.*cons.39.num.6.* vbi testatur esse communem, ac plures alij relati per Clar. *in §. emphyteusim,quæst.28.num.5. §.tertius est casus:*Card. Mant.*de tacit.lib.22. tit.19. num.20.* Rota coram Seraphino *decis. 268. n. 1. & in Caietana Bonorum 3.Decembris 1646. in §. Iustitia verò, coram R.P.D.meo Cerro.*

6 Cum præsertim Ecclesiastica Bona † ad manus mortuas, hoc est ad alias Ecclesias, seu loca pia prohibeatur deuenire per text.*in c.1.de alienat.feud.* ibique Afflict. *in princ.n.4. & 5.* not. DD. *in cap.potuit post gloss. in verb.prohibeatur ext.locati:* Rot.*decis.603.p.1.recent. & in Ferrarien. Bonorum 9. Decembris 1611. coram bon. mem.Coccino, & coram Gregor. decis.520. n.11.* vbi latè Add.*n.14.* referunt concordantes; nec-
7 non alienationis prohibitio † in his posterioribus inuestituris cum sub vna dumtaxat negatiua contineatur, quæ clausula, *ad habendum*, in his concessionibus adiecta vim adimit, & licèt aliàs extraneos includere peraptam, restringit ad sanguinis hæredes, secundùm Afflict.*c.1. §.feudum ea lege n.35.si de feud.fuer.controu.int. Dom. & Agnat.*Caldas *de emphyt.lib.2. quæst.10. n.16.* cum aliis adductis *in Caietana Bonorum 3. Decembris 1645. in §. pro quorum comprobatione, coram R.P.D.meo Cerro.*

8 Necnon alteram in perpetuum † coërcet atque coarctat ad personas comprehensas in inuestitura de sui natura non transmissibili ad extraneos ad text.*in §.emphyteusim,auth. de non alienan. iuncto §. licentiam*, quæ ponderat Card. Mantic.*de tacit.& ambig.lib.22.tit.19.num.21.* Dec *in c.in præsentia n.53.*attestans de communi, *de probat.*Rota *decis.381. num.4. part. 5. & decis.211.n.7.part.6. recent.* vbi quod plus influit in emphyteusim alienandi prohibitio,quam præfatæ clausulæ generales, vt plurimùm de stylo à Notariis appositæ, deficientibus præsertim solemnibus, † nec impetrato, seu reseruato 9
beneplacito Apostolicò;quibus destitutæ eædem clausulæ concessionem non protrahunt vltra propriam emphyteusis naturam ex trad. per DD. *in cap. emphyteusim, auth. de non alien. & in l.etiam, ff.solut. matr. & in c. in præsentia de probat.* vbi inter cæteros Dec. *num. 153.* Felin. *n.27.*Abb.*n.29.* Aldobran.*cons.42.n.3.* Couar. *var.res.lib.2.c.17.n.5.*

Neque poterit Domus præfatæ transitum in Hospitale reddere licitum natura contractus locationi potius conueniens quam emphyteusi, ex quo pensio † in primo concessionis instrumen- 10
to decreta fructibus videtur respondere, ex trad. per DD.*in l.1. Cod.de iure emphyt.* ibique Bart. *num.45.* Bald.*in 2.lect. num.27.* Card. Mantic. *de tacit.lib.22.tit.2. num.9.* cæterisque relati per Buratt.*decis.334.num.1.* quoniam ad hunc effectum canonis coæqualis, non quidem prima concessio, sed posteriores † traditæ Domus in- 11
spici debent, quoties ex qualitatibus, & pactis omninò nouis, vt in casu proposito, posteriores inuestituræ nouæ esse noscuntur, ex not. *in Extrauag.Ambitiosè de reb.Eccl.non alienan.* Rota *coram Cæsar.de Graff. decis.4. num.1. cum seqq. eod.tit. & in Bononien. deuolutionis 15. Decembris 1621. coram bon.mem. Coccino, & in Gerunden. Scribaniæ 1. Iulij 1637. coram bon. memor. Merlino, inter impressas decis. 256. num.15.*

Adeóque ex facto corruit obiectio; posterioribus enim perspectis inuestituris pro annuo dumtaxat canone scutorum octo, Domus annui redditus scutorum centum, & vltra concessa dignoscitur: Prætereà nec correspondentia † Ca- 12
nonis fructibus traditæ rei, locationis probat esse contractum, quoties aliæ coniecturæ concurrant locationi non congruentes, sed emphyteusi, vt notat Gabr. *consil. 84. lib.2. num. 12.* Surd.*decis.198.num.23.& 24.* Card.Mantic. *de tacit.lib.22. tit.6. num.24.* Vinc. de Franc. *decis.191. num. 10.* inter quos potissima reputatur conuenta laudemij solutio † iuxta magis re- 13
ceptam DD. sententiam emphyteusi dumtaxat alienanti conueniens secundùm Mantic.*de tacit. lib.22.tit.3.num.15.*Capic.Latr. *decis.18.n.12.* Rota coram Burat. *decis.601.n.5. & decis.128. num.2. part.6.recent.* & in alis relatis iuribus *in Romana deuolutionis Vineæ 14.Maij 1646. in §.quæ sanè effectuatio coram me.*

Denique non vrget, quod in nouis licet inuestituris sub nouis pactionibus stipulatis, à prima inuestitura recessum solummodo censeatur,
† quatenus aliquid additum fuerit, vel in con- 14
trarium dispositum, vt responsum fuit *in Bonon. bonorum emphyteuticorum 18. Aprilis 1597. coram clar.mem. Hieronymo Pamphilio,* & penès Merlin.*decis.150. num.4. & decis.872.num.1. cum sequentib.* Quoniam in posterioribus alterata quoque legitur formula concessionis † in 15
his de hæredibus, & successoribus absque clausula, cœterata fit mentio, & Domus constructa conceditur, ac magni redditus pro modico tamen canone scutorum octo; vnde iuxta prædictarum decisionum tenorem à prima inuestitura censetur in proposito casu recessum, ac in sequentibus proinde hæredes dumtaxat sanguinis admissi, exclusique extranei, ad quos deficiente beneplacito, cæterisque solemnitatibus transferri non potuit, vt præter superiùs deducta

notat

notat Afflict. *decis.* 112. *num.* 54. Rota *in Portuen. Stagno 16. Decembris 1641. coram Cardinali Pancirolo in* §. *nec visum.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO LXXXVIII.

R. P. D. Cerro.

Rauennaten. Bonorum Emphyteuticorum.

Veneris 27. Iunij 1653.

SVMMARIVM.

1 *Identitas duabus demonstrationibus probatur.*
Partis confessione probatur, n. 2.
Ex vno confine particulari, & altero generali in antiquis probatur, etiam si caetera non conueniant, n. 3.
4 *Immissio vigore inuestiturarum in emphyteuticis conceditur adinstar* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

PRo adiudicatione trium corporum bonorum emphyteuticorum, quae olim possidebantur per Franciscum Donatum ad fauorem Io. Baptistae Gordij, responsum fuit sub die 27. Martij 1651. coram me, cui resolutioni acquiescebant informantes pro Antonio Donato: controuertebant tamen illorum identitatem vltro praetendentes ibidem comprehendi etiam acquisitiones bonorum liberorum: Ideò proposito à me dubio, super quibus bonis sit danda immissio, & & concedendam esse super dictis tribus corporibus emphyteuticis inferius exprimendis responsum fuit, quia ex sequentibus probatur illorum identitas.

Quo enim ad partem Domus posteriorem in petitione contentam probatur esse eadem, de qua dictus Franciscus inuestitus fuerat; ex quo non solùm concordat locus vbi est posita, nempè in Guacta S. Petri Maioris, sed etiam conueniunt tria confinia, seu demonstrationes, scilicet via publica à parte anteriori, bona eiusdem Francisci à posteriori, & iura Ecclesiae de Domo Ferrata Summario Informationis *num.* 2. Cum tamen
1 duae demonstrationes † sufficiant ad probandam identitatem iuxta theor. Bart. *in l. demonstratio falsa* 17. *num.* 14. *ff. de condit. & demonstr.* cum aliis allegatis *in Ariminen. fideicommissi* 14. *Martij* 1640. §. *quae probationes, & in Perusina Bonorum* 14. *Iunij* 1641. §. *idque efficacius coram me.*

Quinimò apertissimè conuincitur ex propria confessione ipsiusmet Antonij collitigantis, qui praetendens succedere vti proximior masculus dicti Francisci, non solùm in eius bonis liberis, sed etiam in emphyteoticis Ecclesiasticis adiuit mansionarios Ecclesiae Proprietariae, & ab eis reportauit inuestituram dictae partis Domus, sub expressione eorumdem confinium, & sub narratiua quod esset eadem de qua aliàs inuestitus fuerat dictus Franciscus *eod. Sum. num.* 3. Iden-
2 titas † concludentius iustificari non potest, quam per partis confessionem, vt in his terminis aliis relatis respondit Rota *in Bononien. fideicommissi de desideriis* 24. *Martij* 1626. *coram bon. mem. Merlino, decis.* 341. *n.* 3.

Petium terrae sub proprietate Abbatis S. Petri in vinculis positae in Villa Hostiani tornaturarum 20. circiter contentum in inuestitura facta Francisco 4. Iunij 1621. iustificatur pariter quoad ipsius identitatem; ex quo licet in dicta inuestitura non exprimantur certa confinia, nisi delatiuè ad aliam renouationem anni 1592. & haec pariter sit relatiua à diuisione anni 1587. *dict. Sum. n.* 4. 5. *&* 6.

Adsunt tamen in dicta diuisione pro confinibus via publica, bona Viandoli, & Villa S. Petri in Vinculis, concordátque numerus tornaturarum, nempè 20. circiter, quae adamussim sunt expressa in petitione relata *in dict. Sum. num.* 1. quae videntur sufficere quamuis vnum † confine 3
sit particulare, alterum verò generale, & alia non conueniant maximè in antiquis, vt responsum fuit *in Ferrarien. seu Comaclen. bonorum de Nasellis* 7. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Coccino in recent. decis.* 81. *n.* 17. *part.* 5.

Iuncta insuper possessione per eundem Antonium adepta post obitum dicti Francisci de eodem petio terrae, in cuius instrumento eadem confinia leguntur descripta *d. Sum. n.* 7.

Identitas denique vnius spatij terreni olim Hortiui: hodie verò Casamentiui probatur ex conuenientia duorum confinium expressorum in eius inuestitura, videlicet bona Nicolai Mercati, & à tribus lateribus bona dicti Francisci Donati *Sum. num.* 8. quae ad vnguem concordant, cum confinibus expressis in dicta petitione.

Probata itaque identitate competit immissio, † quae vigore inuestiturarum concedi solet in 4
emphyteuticis adinstar *l. fin. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen.* iuxta tradita *in recentior. decis.* 585. *n.* 22. *part.* 5. *dec.* 204. *n.* 6. *decis.* 214. *& dec.* 242. *num.* 3. *part.* 7.

Et ita vnica tantùm, &c.

DECISIO LXXXIX.

R. P. D. Cerro.

Licien. Administrationis.

Lunae 23. Iunij 1653.

SVMMARIVM.

1 *Commissio vltima est attendenda.*
2 *Arbitrium regulatur à iure remittendo de illius rigore.*
Amplia, vt n. 3.
4 *Iuramento in litem declaratur interesse aduersus admnistratorem ob non confectionem libri.*
5 *Ratio reddi potest sine libro, & tunc euitatur iuramentum in litem.*

PRaecedentibus duabus decisionibus editis 25. Februarij 1647. coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono, & 18. Martij 1652. coram R. P. D. meo Celso pronunciatum fuit Nicolaum Natalem non reddidisse sufficientem rationem haereditatis bonorum, & fructuum spectan. ad Matthaeum eius nepotem, sententiásque latas super non sufficienti redditione rationis esse confirmandas decernendo mandatum ad factum pro noua redditione rationis, & declarando eumdem Nicolaum teneri soluere duc. 523.

& tradere sextam partem certorum bonorum.

Appellauit Nicolaus, & signatura primo loco rescripsit quoad dictas duas vltimas partitas simpliciter, quo verò ad nouam redditionem rationis sine præiudicio trium conformium, sed deinde idem Nicolaus aliam impetrauit commissionem mihi directam cum facultate, & potestate etiam quoad dictum mandatum ad factum simpliciter, vel alias, prout iuris fuit arbitrio Rotæ supersedendi.

1 Vnde ad formam † huius postremæ commissionis, quæ venit attendenda, *cap. caterùm*, vbi gloss. & DD. *de rescript.* hodie dubitaui, an intret arbitrium, & Domini affirmatiuè responderunt ad effectum supersedendi in executione dicti mandati pro tempore Rotæ bene viso: Ar-
2 bitrium † enim licèt reguletur à iure; multum tamen remittit de iuris rigore, vt in proximis terminis ad effectum supersedendi in executione respondit Rota *decis.*435. *num.*2. *&* 15. *part.*8.
3 *recent.* Attenta præsertim † iusta, & rationabili causa: Burat. *decis.*442. *num.*1. quæ in casu nostro concurrit: Nam cum Nicolaus non recuset reddere rationem suæ administrationis, & eam reddat eo modo, quo potest, quamuis non sit sufficiens neque legitima, vt firmant decisiones, non est cogendus ad factum melioris redditionis si sibi sit impossibile, sed loco facti succedit eius obligatio ad interesse prudentis iudicantis arbitrio taxandum, & contra ipsum iurari potest in
4 litem † si actor proprium interesse probare nequiuerit, *l.* 3. §. *præterea ff. ad exhib.* Gloss. *in l.* 1. §. *offic. verb. tenebitur*, ibique Accurs. *ff de intel. & ration. distrah.* Rip. *in l. admonendi num.* 115. *ff. de iur. iur.* Plot. *in tract. de lit. iuran. seu in l. si quando num.* 237. 243. 246. *Cod. unde vi:* Socin. sen. *cons.* 46. *num.* 4. *vol.* 1. Rolan. *consil.* 49. *n.* 24. *vol.* 1. Ruin. *consil.* 29. *num.* 11. *in fin. & in vol.* 5. Escobar *de ratiocin. c.* 9. *n.* 17. *&* 68. Guttier. *de tutel. & cur. part.* 2. *cap.* 1. *sub num.* 19. *vers. idem probat, ac tenet*, & *num.* 27. Salust. *in prax. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 9. *cum tribus seqq.* Caputaq. *decis.* 157. *n.* 5. *&* 6. *part.* 2.

Eò faciliùs, quia de recenti dictus Nicolaus pro pleniori redditione rationis diuersas alias scripturas exhibuit priùs non productas, cum enim tutor etiamsi non confecerit librum ratio-
5 num; nihilominùs euitare possit iuramentum † in litem, si aliundè, quàm ex libro paratus est reddere rationem iuxta *cons. Calcan.* 93. *circa med. vers. ergo debebit*; quod secuta fuit Rota *in Romana tutelæ de Astallis* 16. *Decemb.* 1585. *coram Gypsio, & in Romana tutelæ de Masso* 27. *Ianuarij* 1586. *&* 23. *Ianuarij* 1587. *coram eodem*, apud Farinac. *cons.* 96. *num.* 52. *&* 53. *lib.* 1. vtique omnis æquitas exposcit, vt donec dictæ scripturæ discutiantur, supersedeatur in executione dicti mandati ad factum; ex illarum enim discussione forsan haberi poterit effectus dictæ redditionis rationis, & sic cessaret remedium dicti mandati; aliàs autem si ipsæ non sufficerent, tunc saltem intraret obligatio Nicolai ad interesse à Iudice liquidandum præuio iuramento actoris, si ille meliorem redditionem rationis facere non poterit ex iuribus suprà allegatis.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XC.

R. P. D. CERRO.

Meleuitana Territorij.

Mercurij 10. *Decembris* 1653.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non datur ei, qui nunquam possedit.*

2 *Continuatio possessionis in hæredem ex statuto, datur etiam in bonis fideicommisso subiectis, vbi clarè de fideicommisso constat.*

3 *Fideicommissarius quando dicatur contradictor legitimus ad impediendam immissionem hæredi.*

Non citato hærede potest possessionem capere, vbi non supersunt detractiones faciendæ, n. 4. *& n.* 6.

5 *Clausula*, constituti, *tacitè dat facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*

7 *Legitima per filium acceptata in aliquibus bonis non potest variare.*

Nec illius hæres, n. 8.

9 *Trebellianica censetur prohibita, vbi testator mandat totum restitui.*

A donatario non detrahitur, n. 10.

11 *Fideicommisso ex particulari æs alienum non detrahitur.*

12 *Hæres præsumitur reimbursatus æris alieni per eum soluti ex aliis effectibus hæreditatis.*

Potest restituere rem liberatam ab ære alieno, n. 13.

Declara, vt n. 14.

Etiam beneficiatus factum defuncti seruare tenetur, n. 16.

13 *Euictione de, quem tenet actio, agentem repellit exceptio.*

CVmulus Charitatis Melitæ obtinuit deintegrationem à Rota ad possessionem medietatis Territorij controuersi, eò quia tunc reuocatum extitit in dubium, an illa comprehenderetur sub fideicommisso in contractu donationis constituto per Franciscum Ferrum an. 1579. præsertim ex quo acquisita dicebatur per Gregorium iuniorem ipsius filium nomine proprio: Terminato autem dicto iudicio in possessorio quoad istam medietatem idem Cumulus petebat similiter reintegrari, seu potiùs immitti in possessionem alterius medietatis ad dictum Franciscum, dum viuebat spectantis, & sub dicto eius fideicommisso contentæ; verùm Cumulo nec reintegrationem, nec immissionem competere fuit resolutum.

Non competit siquidem reintegratio, quia ipse nunquam possedit † controuersam medieta- 1
tem: Rota *decis.* 556. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* Nec possessionem educere potest ex constitutione Regni Siciliæ continuatiua possessionis defuncti in hæredem, quia cessat huiusmodi constitutionis effectus in bonis fideicommissi, quando, pro-
vt hic, † fideicommissum est clarum, vt firma- 2
tum fuit in decisione huius causæ super altera medietate 3. *Decembris* 1649. *coram Eminentissimo D. Cardin. Ottobono*, §. *nec releuat*, & prius

in

in Terracinen. fideicommissi 14. *Decembris* 1643. *coram eodem D.* Nec statutum, vbi allegantur concordantes, nec in terminis huius constitutionis Milanen. *decis.* 3. *n.* 245.

Nec debetur immissio, quia Fabritius Testaferrata, & litis consortes rei conuenti, ad quorum fauorem fideicommissum purificatum fuit,
3 sunt legitimi contradictores, † cum in continenti doceant de iure suo, possideant sine vitio, & nihil sit detrahendum ex doctrina Bart. *in l. final. num.* 22. *& seqq. C. de edict. Diu. Adr. toll.* sæpissimè per Rotam comprobata, & signanter *in Amerina Castri Guardiæ* 10. *Martij* 1611. *coram Reuerend. Tarraconen.* §. 1.

Quod in continenti doceant de iure suo euidenter patet, quia fideicommissum cuius vigore fuit capta possessio, est clarum litterale, eiúsq; pariter purificatio clara est ad fauorem reorum, nec de identitate bonorum dubitatur, quod respectu huius medietatis ab agentibus pro Cumulo nunquam fuit reuocatum in dubium, & de præsenti absolutè admittitur.

Indéque cum nullæ competant detractiones, vt inferiùs probabitur, potuerunt Fabritius, & consortes sine vitio spolij illius possessionem ap-
4 prehendere, † etiam non citato hærede grauati, vt dicit Rota *in Senogallien. fideicommissi* 22. *Maij* 1606. *coram Card. Sacrato, in Romana de Capizucchiis* 1. *Iunij eiusdem anni, coram Lancellotto*, & in aliis allegatis *in Bononien. fideicommissi de Blanchis*, 28. *Iunij* 1647. *coram Reuerendissimo Tarraconen.* §. *nil obstat, vers. vlterius*, quia præsertim cum in dicto contractu donationis, & fideicommissi adsit clausula *Constituti Summario* Fabritij, & Consortum, *num.* 3.
5 ex quo tacitè videtur data facultas † capiendi possessionem propria authoritate: Alex. *in addit. ad Bart. in l.* 1. *ff. quor. legator.* Cuman. *consil.* 61. *in fin.* Odd. *cons.* 78. *n.* 22. *& seqq. lib.* 2. Menoch. *de adipisc. remed.* 2. *num.* 77. Argel. *de legitim. contradict. quæst.* 10. *n.* 22. *& seqq.*

Et sic licet fideicommissario absque alia citatione, † vel decreto Iudicis ingredi possessionem, vt admittitur in alia decisione huius causæ *coram me* 3. *Iunij* 1650. §. *nec huiusmodi*, & præter authoritates ibi allegatas tenuit Rota *in Reatina successionis* 27. *Maij* 1642. *coram R. P. D. meo Peutingerio*, §. *non obstat, vers. quia conclusio*, *& in d. Amerina Castri Guardiæ coram Reuerendissimo Tarraconen.* §. *tum, &c. vers. stante itaque.*

Non competunt detractiones: nam legitima, & Trebellianica ab Actoribus non prætenduntur, & ex abundanti legitima iam fuit assignata
7 in aliis bonis, † & assignatio per Gregorium filium acceptata *dict. Sum. num.* 4. Cuius acceptationis vigore sicut ipse filius non posset variare: Pic. *in l. in quartam num.* 183. *ff. ad l. Falcid.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 24. *n.* 18. *&* 19. Card. Seraph. *decis.* 1365. *num.* 6. *&* 20. *san. mem.*
8 *Greg. decis.* 186. *num.* 4. Ita nec Cumulus † eius hæres, *l. cum à matre, C. de rei vindic.* Trebellianica verò ob præceptum fideicommissi de restituendo Territorium totum, integrum, &
9 non diminutum † *d. Sum. num.* 3. respectu medietatis tantùm, de qua in præsenti agitur, censetur prohibita: Rip. *in l. Centurio num.* 130. *vers. contrarium, ff. de vulg. & pupill.* Menoch. *consil.* 1084. *num.* 20. *&* 21. *& cons.* 1145. *sub n.* 18. Card. Seraph. *decis.* 1023. *num.* 7. Rota *in rec. decis.* 453. *sub num.* 3. *part.* 1. *& in Bononien. successionis* 17. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *his positis, vers. & gratis*; vt potuit etiam filiis primi gradus: Ias. *consil.* 89. *num.* 5. *lib.* 1. Dec. *cons.* 495. *num.* 22. *& seqq.* Alex. *consil.* 29. *num.* 2. *lib.* 5. Rota *decis.* 318. *num.* 3. *part.* 1. *decis.* 185. *num.* 13. *decis.* 226. *num.* 14. *& dec.* 330. *num.* 24. *part.* 5. *recent.* Nedum expressè, sed etiam tacitè, vt articulo plenè discusso respondit Rota *in Perusina de Alfanis* 27. *Martij* 1626. *coram clar. mem. Coccino in rec. decis.* 651. *num.* 3. *cum seqq. part.* 8.

Vltra quod Trebellianica non detrahitur cessante qualitate hæreditaria † cum adiuncta 10
fuerit fauore vltimæ voluntatis, & sic non competit ei, qui prout hic, grauatus fuit restituere per fideicommissum non vt hæres, sed vt donatarius: *l. mulier* §. *vt Trebelliano, ff. ad S. C. Trebell.* cum cæteris in puncto allegatis *in Perusina Bonorum* 14. *Iunij* 1647. *coram me*, §. *final.*

Æs autem alienum, vt asseritur, solutum creditoribus, siue Gregorij senioris, siue Francisci fideicommittentis non est detrahendum ex hac medietate particulari fideicommisso subiecta, dum apparet ex inuentario bonorum hæreditariorum eiusdem Francisci relato *in dict. Sum. num.* 6. ipsum reliquisse quamplura bona libera, † tam stabilia, quàm mobilia, & ingentem 11
pecuniarum quantitatem: *l. cum pater*, §. *libertus*, ibíque gloss. *verb. ne id alienarent, ff. de legat.* 2. Peregr. *de fid. art.* 40. *num.* 22. Molin. *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. *& sub n.* 10. *vers. non autem*; vbi Fusar. *de substit. quæst.* 541. *num.* 19. *& seqq.* Rota *in Romana fideicommissi de Zuccaris* 4. *Februarij* 1650. *coram Reuerendissimo D. meo Decano* §. *detracta igitur, vers. & præterea*; *& in Meleuitana Census* 5. *Decembris eiusdem anni*, §. *tollitur* 3. *&* 19. *Ianuarij* 1652. §. *vltimo, coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Cumque Gregorius iunior donatarius grauatus pro maiori parte dicta bona libera alienauerit *dict. Sum. num.* 5. ac reliqua penès se retinuerit ex eis vtique integrè † reimbursatus præsu- 12
mitur, donec melius contrarium probetur, de prætenso ære alieno per ipsum soluto ad sent. *in l. Marcellus*, vbi communiter DD. *ff. ad Trebel.* Alex. *cons.* 3. *num.* 4. *& seq. lib.* 3. Peregr. *de fideicommiss. art.* 39. *num.* 2. *in fine*: Rota *decis.* 680. *n.* 7. *part.* 1. *diuers. coram Card. Caual. decis.* 130. *n.* 4. *in recent. decis.* 449. *n.* 6 *part.* 1. *& coram bon. mem. Merlino decis.* 707. *n.* 4.

Nec refert, quod solutum fuerit æs alienum contractum super hac ipsa territorij medietate, quo casu grauatus † super illud potest deducere, 13
vel eandem rem simili onere denuò grauare, ex Molin. *d. cap.* 10. *n.* 25.

Hoc enim est intelligendum, nisi adsint alia bona, ex quibus soluere potuerit, aut † debuerit, 14
& nisi ex illis fuerit, vel præsumatur reimbursatus, vt præsumitur ex supra firmatis: nulla enim æquitas patitur, vt petere valeat quod intus habet; & insuper cum Franciscus donator promiserit euictionem *dict. Sum. dict. num.* 3. Gregorius illius hæres, † seu Cumulus eius successor repel- 15
litur exceptione, *l. vindicantem, ff. de euict.* quamuis fuerit beneficiatus cum adhuc teneatur seruare illius factum † quousque suppetunt vires 16
hæreditariæ: Menoch. *consil.* 84. *n.* 4. *san. mem. Greg. decis.* 418. *n.* 6. ibíque Adden. *n.* 15. Assertio autem quod satisfacta imperia fideicommittentis

vxore

vxore de sua dote ex dictis pecuniis in illius hæreditate repertis, cætera bona libera, vel essent propria filiorum, vel non sufficerent pro integra satisfactione dicti æris alieni, meliorem iustificationem exposcit.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XCI.

R. P. D. PEVTINGER.

Bonon. Fideicommissi.

Veneris 16. Ianuarij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Matri non debetur legitima filiis defuncti superstitibus.*
Amplia, vt n. 2.
Vsusfructus imputatur in legitimam, n. 3.
Amplia, vt n. 4.
5 *Mater promittens restituere hæreditatem censetur acceptare legitimam in fructibus sibi relictam.*
6 *Hæredis appellatione venit etiam institutus in re certa, & n. 7.*
8 *Verba*, de iure faciendis, *qualificant etiam legitimam.*
9 *Transactio inita in euersionem fideicommissi non sustinetur.*
10 *Scientia prohibita alienationis an requiratur.*
Fideicommissi ex coniecturis resultat, n. 11.
12 *Detractiones faciendæ in quantitate, & non in quota, non requirunt fieri statum hæreditatis.*
13 *Confessio quamcumque probationem superat.*
14 *Identitas bonorum probatur ex Inuentario contra conficientem, & habentes causam ab eo.*

SEntentia Rotalis coram R.P. D. meo Celso, canonizans fideicommissum Prosperi, de quo agitur, purificatum ad fauorem Pompeij Bolognetti fuit confirmata sub die 23. Iunij 1653. coram me, sed per Annibalem de Sartis, & Consortes obtenta noua Audientia, Domini cum rationibus in decisione deductis in decisis permanserunt; non obstantibus motiuis ab informantibus pro recessu deductis, quia detractionibus, quibus ad hunc effectum adhuc insistebant satisfecerunt decisiones Mercurij 28. Iunij 1651. & Lunæ 17. Iunij 1652. emanatæ coram R.P.D. meo Celso.

Signanter ad detractionem legitimæ prætensam ex persona Elizabeth matris Prosperi fideicommittentis subsistunt responsiones datæ in dictis decisionibus, quòd nimirum Elizabeth
1 matri † cum superesset Vincentius filius eiusdem Prosperi non debebatur: Crass. *in §. legitim. quæst. 4. num. 1.* non obstante quod dictus Vincentius esset illegitimus, dum fuit legitimatus in
2 amplissima forma † absque clausula, *sine præiudicio venientium ab intestato*, & sic habilitatus ad succedendum, non secus, ac si fuisset ex legitimo matrimonio natus: Buccafer. *cons. 55. n. 13.* Vel ex præcepto eiusdem testatoris Elizabeth tanquam hæres in vsufructu teneatur imputare fructus ea hæreditate perceptos, & percipiendos, qui licèt semper, vt ex aduerso prætenditur non fuerint percepti, donec liquidentur, remanet saltem illiquidum creditum legitimæ, & proptereà inefficax ad immissionem Pompeio competentem retardandam tanquam fideicommissario, ex allegatis in prædictis decision ibus.

Non obstat, quod legitima relinqui in fructibus non potuerit, quia præter quod hic agitur de vsufructu, † quem præsertim dum versamur 3
in matre in legitimam imputari, dixit Rota coram Seraphino *dec. 1365. n. 2. & 7.* Hoc forsan procedere posset, si mater † testamentum Pro- 4
speri non acceptasset, vt in his terminis respondit Rota *decis. 186. num. 3. & 4. coram san. mem. Greg. X V.* vbi Addent. *num. 6. & in decis. 290. num. 6. part. 7 recent.* Attamen acceptatio in casu isto semper pro constanti habita fuit, ac resultat, etiam ex eo quòd eadem Elizabeth promisit omnia bona finito vsufructu † restituere, 5
sub qua promissione vniuersali, aut acceptatio imputationis includitur, aut renunciatio detractionis legitimæ, vt in simili tradit Alex. *cons. 133. num. 4. lib. 5.* Rota *in Bonon. dotis 7. Febr. 1620. coram bon. mem. Manzanedo.*

Minùs obstat, quòd præceptum testatoris de imputando fructus in legitimam directum sit ad hæredes institutos, qualis negatur fuisse mater, cum solùm in vsufructu fuerit instituta, quia & ipsa fuit in vsufructu hæres vniuersalis, & quatenus dici posset hæres † in re certa, adhuc 6
venit appellatione hæredis: Alex. *consil. 22. n. 5. & seqq. lib. 5.* Castrens. *cons. 9. n. 9. & seqq. lib. 1.* Honded. *cons. 54. num. 21. lib. 1.* maximè ponderata dictione in præcepto apposita, *ibi dictis hæredibus institutis*, quæ repetit hæredes superiùs institutos, † qualis est in verbis mater respectu 7
vsusfructus: *l. qui liberis, §. hæc verba ff. vulg. l. fin. C. instit. & substit.* Rota *in proximis terminis decis. 495. num. 5. coram san. mem. Gregor. X V.* & in fortioribus terminis fuit decisum *in Fulginaten. Alimentorum 24. Ianuarij 16 4. §. Quia in decisione coram bon. mem. Pirouano.*

Neque transactio, quæ inter Vincentium, & Angelam facta fuit, & concedit ipsi ex persona matris, etiam detractionem legitimæ obstat immissioni Pompeio debitæ, quia etiam in hoc capite benè respondent supradictæ decisiones, quod nimirum venit casus resolutionis transactionis iuxta pactum resolutiuum in ea appositum; in quem casum licèt in fine transactionis partes conuenerint quod bona reuertantur ad Vincentium detracta tertia parte bonorum legitimæ pro Elizabeth, id tamen non conuenerunt simpliciter, sed additis verbis *de iure faciendis*, † quæ cum sint posita in eadem 8
oratione qualificant, nedum alias detractiones, sed etiam legitimam, iuxta regulam text. *in l. iam hoc iure, ff. vulg. pupill. substit.* cum aliis allegatis *in Romana electionis Puellarum 17. Nouembr. 1624. coram bon. mem. Pirouano.*

Maximè, quia eadem ratio militat in legitima, quam in aliis detractionibus: Rot. *dec. 350. num. 7. part. 1. recent.* Et in omnem casum transactio Vincentij in hac parte erronea, cùm vt dictum fuit *suprà*; legitima non debebatur, non noceret Pompeio vocato ad fideicommissum ex propria persona, ex allegatis *in 1. decisione in §. nec alienatio, coram R.P.D. meo Celso.* Et gratis etiam allegatur, quod eadem transactio † fue- 9
rit facta bona fide cum appareat inita in totalem euersionem fideicommissi ad commodum transigentium; itaut benè procedant deducta *in* Bonon.

Bonon. fideicommissi de Blanchis 10. *Aprilis, &* 14. *Decembris* 1646. *coram Reuerendissimo Tarraconen. allegat. in decisionibus R. P. D. mei Celsi.*

Nihil releuante quod Pompeius reportauerit cessionem iurium à Vincentio; quia nedum vtitur dicta cessione cumulatiuè, & citra præiudicium propriorum iurium eisdem facta, sed etiam nititur propriæ vocationi purificatæ ob alienationes factas à Vincentio, vt ponderarunt omnes decisiones in hac causa factæ, & scientia eiusdem Vincentij quoad prohibitionem alienandi iniunctam à testatore quatenùs requiretur;
10 † prout negatiuè videtur, dum agitur à fideicommissario contra extraneos, in quos bona fuerunt alienata: Rota *decis.* 268. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* apertissima est ex tota serie testamenti narrata in ipsamet transactione; & tamen satis esset
11 scientia † elicita ex coniecturis, & præsumptionibus: Rota *in Bonon. fideicommissi de Vizar.* 15. *Iunij* 1643. *&* 15. *Ianuarij* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Quo verò ad alias detractiones in quantitate, esto etiam quod ascendant ad libr. 16000. tamen consumptæ apparent in præcedentibus alienationib. & exactionibus firmatis coram R. P. D. meo Celso, in summa libr. 8024. & in aliis libr. 5000. perceptis ex retrouenditione census, vt *in decis. præterita coram me, §. alia denique*; quamuis addendæ sint aliæ libr. 3000. quas de anno 1627. ex censu hæreditario exegit Angela, vt ostenditur *ex hodierno Sum. Pompeij num.* 2. quæ in totum excedunt libras 16000. prætensas iunctis,ptæterea pecuniis in hæreditate repertis, mobilibus argenteis, & aliis pretiosis in Inuentario descriptis, & æstimatis; ac etiam creditis peruentis ad manus Elizabeth, & Angelæ, vt *in* 2. *decisione R. P. D. mei Celsi, §. Pro reliqua verò summa:* Adeò quod neque ampliùs opus sit fir-
12 mare statum † hæreditatis, dum non agitur de detractionibus in quota, sed in quantitate; prout fuit decisum *in Perusina Bonorum* 30. *Maij* 1640. *coram R. P. D. meo Cerro*; & satis est probare quod per alienationes, & exactiones factas ab hærede grauato, siue à prætendentibus detractiones, ac ex aliis bonis supradictis fuerit ex hæreditate percepta eadem quantitas, quæ ex causa detractionum prætendi potest.

Et quoad difficultatem prætensam circa mobilia, quæ negatur peruenisse ad manus Angelæ id negari non potest, dum Elizabeth eius mater, & nutrix vti hæres vsufructuaria præsens fuit Inuentario, atque mobilia finito vsufructu restituere promisit vna cum ipsa Angelica fideiubente, atque vlterius in instrumento transa-
13 ctionis fassa fuit † eadem Angela habuisse vniuersam hæreditatem; quæ propterea confessio superat quamcumque probationem, *l. generaliter, C. de non. numer. pecun. cum vulg. iurib.* vnde cum identitas bonorum ex ipso Inuentario de
14 ordinatione testatoris confecto † iustificata remaneat, & probet contra conficientes Inuentarium, & alios ab eis causam habentes, ad text. *in l. final. C. arbitr. tutel.* Rota *in Bonon fideicommissi* 16. *Maij* 1640. *coram R. P. D. meo Bichio*; aliáque omnia ad immissionem requisita fuerint satis probata, Domini in decisis permanserunt, vtraque parte informante.

Decis. S. R. R. ad I. P. Melium.

DECISIO XCII.

R. P. D. BEVILAQVA,

Romana hæreditatis.

Veneris 30. *Ianuarij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Laudum à partibus solemniter omologatum transit in transactionem.*
2 *Transactio extinguit litem, & parit effectum rei indicatæ, & n.* 6.
Super re clara non sustinetur, n. 3. *& n.* 4. *& num.* 5.
Facta à minore requirit causam, n. 7.
Requirit in minore causam veram, & non damnosam, n. 8.
Vt valeat lis requiritur, & quod vtrinque detur, aut remittatur, n. 10. *& n.* 11.
9 *Filij æqualiter patri succedunt.*
12 *Testamentum patris valet, si filio aliquid relinquit iure institutionis, & n.* 21.
Patris est nullum ob præteritionem filij, n. 13. *& n.* 17. *&* 18. *& n.* 19. *& n.* 24.
Patris ex defectu voluntatis rumpitur, num. 14.
Patris vt valeat filius in aliqua parte institutus intelligitur in legitima, n. 15.
Amplia, vt n. 16.
20 *Correspectiuo vno sublato, & alterum cadit.*
22 *Sanch.* in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 32. num. 33. *declaratur.*
23 *Sententia non tribuit ius, sed antea competens declarat.*

Dominicus Maria Religionem Sanctorum Ioannis, & Pauli, ingressus bonis paternis, maternis, aliisque iuribus, & successionibus sibi quomodolibet deuoluendis in fauorem Claudij patris renunciauerat, qui viceuersa in huiusmodi renunciationis recompensam quolibet anno donec vixerit scuta 30. ei soluere promisit, & in casu prædecessus hanc annuam præstationem ad scuta 80. augeri iussit; prout illinc ad paucos menses decedens, declarato vniuersali hærede Paulo altero filio eundem Dominicum Mariam tunc professum in prædicta quantitate hæredem instituit, sed cum postmodum idem Dominicus Maria obtinuisset declarari nullam, & inualidam eius professionem tanquam vi, & iussu patris emissam, & successiuè renunciationem præfatæ violentæ Professionis consequutiuam, Religionem deseruit.

Et hinc orta controuersia inter ipsum, & Paulum circa paternam successionem fuit desuper factum compromissum, & ab arbitro latum laudum, quo pleno iure Dominico Mariæ medietas totius hæreditatis conceditur, vt in eius *Sum. num.* 6. laudo verò prædicto approbatione, & illius effectuali exequutione, non obstantibus concordiam inierunt, qua mediante Dominicus Maria receptis Bibliotheca æstimata pro scutis 2599. duobus locis montium, ac scutis 200. infra certum tempus persoluend. Paulo fratri suo; cætera alia bona ex eadem hæreditate paterna sibi prouenientia, cessit, & dimisit: Huius autem concordiæ cognita tandem per Dominicum Mariam deceptione, iudicium in

Tribunali Eminentissimi Vrbis Vicarij super illius rescissione instituit, vbi pro eiusdem transactionis obseruantia in fauorem Pauli sententia emanauit: Sed Rota ad quam causa per appellationem fuit deuoluta hodie contrarium censuit, illam scilicet non obstare, ex defectu litis, & causæ transigendi motæ.

Defectus siquidem litis patet, ex ipsa facti serie, dum post annullatam professionem Dominicus Maria, & Paulus dissidentes super hæreditate paterna, ac volentes à litibus, & causis recedere, eas compromiserunt in arbitrum communiter electum; & is laudum tulit, determinans bona per Claudium relicta ad Dominicum
1 prædictum pro medietate spectare, † quod laudum posteà à Paulo cum solemnitatibus approbatum transiuit in vim pacti, & transactionis: imò dicitur, & est vera transactio, iuxta tradita per Gloss. & DD. *in l. 2. C. com. vtriusque iud. & in auth. si verò contigerit, C. de iud.* Socin. sen. *cons.* 85. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Dec. *consil.* 60. *n.* 3. *circa med. vers. tamen:* Bald. *consil.* 415. *num.* 2. *lib.* 1. Rota *decis.* 588. *num.* 1. *part.* 2. *decis.* 516. *num.* 1. *& decis.* 574. *num.* 2. *part.* 3. *recent. & in Bonon. transact.* 25. *Februarij* 1639. *coram bon. mem. Merlino inter eius impress. dec.* 799. *n.* 12. *&* 13.

Et consequenter talis transactio inita, præuio arbitratoris laudo, Iudicis decreto, & causæ cognitione adhibita super iuribus in controuersiam
2 deductis † non est ambigendum, quin extinxerit omnem litem, & adinstar rei iudicatæ habeatur, vt ab ea recedi non possit: *c. finem litibus* 5. *de dol. & contum. l. fratris* 10. *& l. quamuis* 39. *Cod. de transact. l. properandum* 12. *C. de iudic.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 38. Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 354. *& num.* 1. *& apud bon. mem. Merlin. decis.* 480. *n.* 1. *& trib. seqq. & d. decis.* 799. *n.* 14. *& d. dec.* 516. *num.* 1. *part.* 3. *rec.*

Vnde infertur, quod attendi non debeat hæc posterior transactio, quia nulla lis aut quæstio aderat inter Dominicum, & Paulum, super qua esset ad concordiam deueniendum, sed quæcumque controuersia ex antecedenti laudo fuerat composita; quapropter deficiente lite, vel probabili litis timore, ac stante clara, & aperta præcedentis laudi dispositione, quæ nullam recipiebat dubitationem; transactio † vti super re
3 clara, & omni dubio carente emanata non valuit: *l.* 1. *ff. de transact. l. præses, l.* 12. *& l. si causa cognita* 32. *C. eodem l. pactum Curatoris* 22. *de pact.* Mantic. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *num.* 14. *vers. accedit Modern.* Maut. *contr.* 3. *num.* 2. *& contr.* 237. *num.* 5. & in istis terminis dixit Rota *in Alexandrina funeralium coram bon. mem. Merlino decis.* 490. *n.* 2. *repetita in* 5. *parte recent. dec.* 410. *& decis.* 809. *n.* 13. *coram eodem.*

Videtur enim per dolum, & calumniam extorta huiusmodi transactio, dum ex antea promulgati laudi, & illius acceptationis publico instrumento apparebat de iuribus Dominico Mariæ super paterna successione: quo fit, vt transa-
4 ctio † reddatur ipso iure nulla: *l. in summa* 65. *ff. de condit. in deb.* Alexand. *in l. si quis cum aliter* 36. *num.* 11. *ff. de verb. oblig.* Natta *cons.* 543. *n.* 35. Cancer. *var. resol. part.* 1. *cap.* 13. *de empt. & vendit. n.* 39. Rot. *decis.* 271. *n.* 19. *part.* 6. *recent.* Merlin. *dict. decis.* 490. *num.* 3. Mantic. *vbi suprà num.* 15.

Nec calumniæ nota euitari potest ex assertione facta in transactione quod extabat lis, ideircò ad eam sedandam deueniebatur ad concordiam, quia laudum promulgatum, & omologatum insubsistentem reddit huiusmodi expressionem. Ad hunc namque effectum partes fingendo litem, quæ verè non extat, non faciunt quod sustineatur transactio, † sed potiùs super temera- 5
ria, & calumniosa lite fundata, ac suppositis difficultatibus conficta, eandem inefficacem reddit: *l. cum hi* 8. *§. si cum lis:* vbi Ang. *ff. de transact.* Dec. *cons.* 351. *num.* 3. Surd. *consil.* 501. *num.* 9. *& decis.* 185. *num.* 10. *&* 11. Cyriac. *controu.* 350. *num.* 15. Cancer. *loco superius citato, n.* 38. Mantic. *de tacit. d. lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 14. Rota *dict. decis.* 271. *num.* 22. *part.* 6. Merlin. *in dict. decis.* 490. *num.* 4. *& seq.* 799. *num.* 11. *&* 809. *num.* 10.

Si enim permissum esset per secundam transactionem recedere à prima, sine noua causa, posset etiam ab hac posteriori, & quibuscumque subsequentibus recedi, & sic facile lex eluderetur, & nunquam lites terminarentur, nec transactio † suum sortiretur effectum, qui solus est, vt litem 6
tollat: *c.* 1. *de lit. contex. in* 6. Seraph. *decis.* 1157. *n.* 1. Caual. *decis.* 550. *n.* 2. *& in d. dec.* 799. *n.* 15. *coram Merlino.*

Ex defectu causæ (& hoc est alterum resolutionis fundamentum) visum quoque fuit transactionem corruere: nam cum inita fuerit à Dominico Maria tunc in minori ætate constituto ex forma statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 15 r. requirebatur vt Iudici in scriptis vlteriùs in ipso instrumento causa exprimeretur, † & plenè discute- 7
retur: Rota *decis.* 370. *num.* 12. *&* 13. *part.* 4. *tom.* 2. *rec. & coram Buratto decis.* 410. *sub n.* 6. Illámque non solùm oportebat esse † veram, 8
sed vltrò ipsi minori, non damnosam, vt fuit dictum *in Romana Domorum* 11. *Decembris* 1645. *§. quæ autem, coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Domuncularum* 10. *Februarij* 1648. *§. subsistit pariter, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Neque pro causa transigendi suffragari potest id, quod dicitur in instrumento transactionis, quod propter difficultates in contingentia facti existentes de iuribus Dominici Mariæ adeò dubitabatur, vt potiùs ipsi expediret transigere, quam iura experiendo succumbere: Titulus enim iste studiosè ad colorandam concordiam depræhenditur adhibitus damnum, & læsionem Dominici transigentis præ se ferentis: Quoniam de eo tempore obitus Claudij patris erat certus, & de inualiditate professionis, & renunciationis dubitari non poterat ex sententiis in iudicatum transactis; indéque satis liquebat Dominicum Mariam consequi debere medietatem bonorum relictorum in hæreditate patris, cum duo tantùm essent filij, qui æqualiter succedere deberent † de iure communi iuxta formam 9
dicti laudi ab vtraque parte cum specifica mentione, & approbatione sententiarum solemniter approbati: *l. maximum vitium* 4. *Cod. de lib. præter. auth. in success. C. de suis & legit. hæred. §. intestator. instit. de hæred. qui ab intest. defer. Auth. defuncto Cod. ad Tertul.* Hond. *consil.* 65. *num.* 58. *lib.* 1. Rota *decis.* 175. *num.* 16. *part.* 7. *recent.*

Minùs pro causa deseruire potest recompensa, quam Dominicus Maria habuit in Apotheca, locis montium, pecunia, & aliis in concordia expressis, quia huiusmodi recompensa non fuit

fuit causa finalis transactionis, sed effectus, & emolumentum, quod ex ea Dominicus reporta-
10 uit: Nam ad sustinendam † transactionem, duo copulatiuè requiruntur, existentia litis, vel illius probabilis timor, ex iam deductis; & quod pars, quæ aliquid remittit, in recompensationem aliud, *l.1.ff.de transact.l. transactio 38.C.eodem:* Greg.*decis.311.num.14.*Rot.*in dict. decis.271. num.21. part. 6.* & hoc secundum requisitum respicit effectum, & emolumentum proueniens ex transactione, ne detur claudicatio, & altera pars lædatur.

Inuerisimile quidem prorsùs est, imò hebetis
11 ingenij † fuisset Dominicus Maria, si pro consequendo exiguam quantitatem bonorum duas vncias non excedentem tanquam pro causa finali hanc concordiam inire voluisset, dum absque illa semissem totius hæreditatis iam assecutæ poterat retinere, & maiorem recompensam recipere, vt in istis terminis arguit Rot. *in dict. Bonorum transactionis decis.799. sub num. 9. & 10.& decis.809. n.14. & duob.seqq. coram bon. mem.Merlino.*

Cui resolutioni nec obstare dicebatur testamentum paternum, vbi Dominico Mariæ fuit relictum legatum annuum scutorum 50. titulo
12 institutionis, † quod sufficit ad illius validitatem secundùm Clar.*in §.testamentum,quæst.38. n.8. vers.numquid etiam*, quia testamentum fuit ipso
13 iure nullum, † cùm in eo fuerit ignoranter præteritus dictus Dominicus Maria, & propterea ibi disposita corruunt: *instit. de exhæred. lib. in princ.§.hæc autem, vt cum de appell. cognosc. l. inter cætera 70.ff.de lib.& posthum.l.filio 17.ff. de iniust.& init.testam.* Maresc.*var.resol. lib.2. cap.105.num.40. & 47.* Rot.*decis.526.num.2. part.1.decis.74.n.10.part.5. & decis.205.n.1. part.7.rec.*

Præteritio autem satis resultat ex ipsomet testamento, in quo ideò Claudius-Paulum filium hæredem vniuersalem instituit, non verò Dominicum Mariam, quia hunc in Religione professum nunquam ad sæculum rediturum putabat; quo casu non tantum dicitur ignoranter præteritus, sed testamentum rumpitur ex defectu sub-
14 stantiæ, † hoc est voluntatis disponentis, quippè, qui præsumptio est quod non sic disposuisset, si filium verum Religiosum non credidisset: Bald. *in l.si cum vel in vtero 10. num.1. Cod. de testam.milit.*Gaill.*pract. obser.lib.2. obser. 113. num.2.*Cancer.*var.resol. part.1. c.4. de testam. num.42.*Rota *in Romana fideicommissi de Agallaris 12. Decembris 1644. §. at quando, & §. attamen, coram R.P.D.meo Peuting.*

Nec ex eo quod legatum fuerit Dominico Mariæ factum titulo institutionis desumi potest argumentum validitatis testamenti, quasi quod si filius in aliqua parte hæres instituatur, beni-
15 gniùs interpretetur institutio, † itaut ipso iure intelligatur institutus in legitima, vt valeat testamentum: *§.aliud quoque capitulum, & §. cæterum, in auth.vt cum de appell.l.simus 36. C.de inoff.testam.*

Quod adeò longiùs producitur, vt procedat
16 quamuis filius † in illa portione etiam minori quam sit legitima sibi de iure debita, institutus fuerit, vt hic, à testatore prohibitus plus petere, nam adhuc valet institutio, & competit legitimæ supplementum: *l. omnimodo 30. C. de inoff. testam.*Bald.*in l.si quando 35. §. & generaliter, n.1.eod.tit.* Mantic. *de coniect.vlt.volunt. lib.4, tit.3.num.26. & 27.* Gomez *var. resol. cap.11. num.23.lib.1.*Rot.*decis.367.num.1.& 2.part.7. recent.*

Quia præteritio non tantùm oritur, quando nulla fuit facta mentio in testamento illius, qui de iuris necessitate debuerat institui, sed etiam vbi nominatus fuit institutus † in re, quam non 17
accipit vigore institutionis, & realiter inutilis est ipsi instituto: Bertram. *consil. 250. num. 1. tom.2.*Rot.*decis.370.num.1.& 8. part.4. tom.2. & decis.74.num.10.part.5.recent.* Cum vtroque casu dicatur priuatus † hæreditate, & legitima 18
paterna, *l. quamuis 8.§.si conuenit, ff.ad Senat. Cons.Vell.* Bald.*cons.93. num.7. lib.3.* cum aliis allegatis *in Romana de Marescottis 21. Decembris 1615.*quæ est *decis.770. part.2.rec.* confirmata 18.Maij 1646.*coram Reuerendissimo Terracinen.§.contra supradictam.*

Et proinde semper intrat nullitas † testamenti 19
ex causa præteritionis: Gloss.*in l.3. §.sed vtrum in verb.Patrimonium in fin. ff.de min.* & alij adducti *in dict. Romana de Marescottis coram Reuerendissimo Terracinen. & in dict. fideicommissi de Agallariis 12.Maij 1644.§.quia Camilla,& in ead.19.Iunij 1647.in princ.coram R.P.D.meo Peuting.*

Quod autem Dominicus Maria fuerit inutiliter institutus in prædictis summis colligitur ex eo quod illæ non leguntur simpliciter, & absolutè relictæ, sed testator habuit expressam relationem ad instrumentum renunciationis, in quo fuerũt eidem Dominico Mariæ assignatæ intuitu professionis, quibus de medio sublatis, † & in- 20
ualidis declaratis consequitur, quod nulla, & irrita remansit eadem promissio, & vti illis correspectiua deficit: *l. alumnæ 30. §. Seia, & l.filio 31.§.matri,ff.de adim.legat.* Cyriac. *contr.535. num.3.& seq.*Giurb.*decis.85.num.20. vers.ideò:* Rota *decis.428.n.7.part.1.recen.*

Ad euitandam igitur præteritionem Dominici Mariæ, & nullitatem testamenti vltra annuam præstationem ex alia causa obuenientem, erat aliquid noui in illo eidem relinquendum, † quia 21
tunc illud ex testamento consequeretur, & sufficeret ad effectum, vt non diceretur præteritus; prout in istis terminis loquitur Rot.*in dec. 367. n.2.vers.vnde part.2.recent.*

Quibus non contradicit Sanchez *in præcept. Decalogi † lib.7.cap.32. num.33.* vbi post Ful- 22
gos.*in l.fin.num.5. C.de Episc. & Cleric.* distinguit, & vim facit, quod si Frater Minor professus non instituatur à parentibus, factus posteà Episcopus, vel ad aliud Monasterium capax translatus non rumpit testamentum, si capacitas illa sequatur post parentis mortem, secus si ea parentis mortem præcedat: Quoniam habilitas ad succedendum in Dominico Maria non superuenit post mortem patris, quamuis post eam emanauerit sententia super nullitatem suæ professionis, per quam sententiam † aliquod nouum 23
ius successionis non fuit Dominico Mariæ tributum, sed solummodò declaratum, & apertum semper fuisse succedendi capacem; quia nunquam fuit verus Religiosus, ob nullitatem dictæ professionis: *l. sicuti 7. §. sed si quæratur*, vbi gloss.*in verb.declarari:* & ibi Alberic. *n. 4. ff si seruit. vendit.* Gratian. *discept. forens. cap.464. num.18.*

Atque ideò versamur in posteriori parte distinctionis traditæ per Sanchez, quod si tempore mortis, quo succedendum est, filius † sit succes- 24

sionis capax, si præteratur, habet ius rumpendi testamentum ex authoritatibus suprà allegatis, & tradit Post. Imol. *conf.* 131. *num.* 11. 179. *n.* 14. *&* 207. *num.* 8.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XCIII.

R. P. D. Celso.

Cæsenaten. fideicommissi.

Veneris 30. Ianuarij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio fit ex coniecturis fideicommissi conditionalis.*
Facilius inducitur, quam vocatio, n. 2.
Non cessat, licèt testator aliquos proprio nomine vocauerit, n. 23.
3 *Coniectura etiam leues in descendentibus operantur transmissionem.*
Simul vnita pro transmissione sunt consideranda, n. 22.
4 *Fideicommissum transmittitur ex positione filiorum in conditione.*
Amplia, vt n. 5.
Ex substitutione proximior transmittitur, num. 9.
Ex vocatione expressa in alia parte testamenti transmittitur, n. 16. *& n.* 17.
Causa seruandæ æqualitatis transmittitur, num. 18.
6 *Legitimitatis qualitas expressa in substitutionibus, censetur in aliis repetita.*
7 *Coniectura transmissionis resultat ex positione filiorum, in conditione cum qualitate legitimitatis.*
8 *Mantic.* decis. 125. *& Seraphin.* decis. 1014. *in quibus terminis procedant.*
10 *Transuersalis melioris conditionis esse non debet, quam descendens, & n.* 12.
11 *Extranei possibilitas admissionis operatur transmissionem in descendentes.*
13 *Digressio ad plures substitutionum gradus transmissionem inducit.*
14 *Ius accrescendi vnitum cum substitutione inducit transmissionem.*
Et de ratione, n. 15.
19 *Testatricem voluisse se conformare dispositioni iuris præsumitur, & n.* 20.
21 *Dubitationi in claris non est locus.*
24 *Testator vocando filios, ex Titio, hæc verba sunt demonstratiua.*
25 *Dictio, ex, aliquando causam mediatam significat.*
26 *Proximior in successione præfertur.*
27 *Repræsentationis iure nepos est in eodem gradu cum patre, & n.* 28. *& n.* 29.
Ius non excluditur ex vocatione proximiorum num. 31.
Amplia, vt n. 32. *&* 33.
30 *Textus* in l. cum ita, & l. peto, ff. de leg. 2. *qualiter procedant.*

FVit hodie renouata disputatio, an constet de fideicommisso ad fauorem Pauli-Antonij, & aliorum de Ramponibus pro rata ad Isabellam spectante, & confirmata fuit decisio aliàs coram me emanata sub die 4. Aprilis 1650. quia ex coniecturis, totóque testamenti contextu apparet, Lucretiam testatricem voluisse, quod fideicommissum conditionale † transmitteretur: 1
Quo casu, locum esse transmissioni, & esse recedendum à regula contraria tradit Bero. *in cap. Raynutius num.* 365. *de testament.* Socin. *in l. in conditionibus*, §. 1. *num.* 4. *ff. de cond. & demonstr.* Mantica *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 8. *vers. quin etiam, & num. seq.* Gabr. qui plures cumulat *de hæred. instit. concl.* 2. *num.* 15. Ios. Ludou. *decis. Perus.* 102. *num.* 1. 6. *& seqq.* Viuu. *dec. vltim. in fin.* Rota *coram san. mem. Gregor. decis.* 56. *n.* 1. *&* 2. *& decis.* 551. *num.* 3. *& seqq.* vbi quod ex voluntate testatoris fit transmissibile, quod sui natura non est tale: Ias. *in l. nemo potest n.* 33. *vers. item adde. ff. de leg.* 1. Socin. *in l. hæredes mei* §. *cum ita sub num.* 9. *vers. secundo quia, ff. ad Trebell.* Decian. *consil.* 88. *num.* 65. *lib.* 2. Giouagn. *consil.* 79. *num.* 60. *vers. quamobrem, lib.* 1. vbi quod ista tacita voluntas colligitur ex iisdem coniecturis, ex quibus elicitur vocatio.

Imò ex leuioribus, vt *num.* 42. & tradit Aym. *conf.* 62. *num.* 16. *consil.* 663. *sub num.* 6. *vers. tertia coniectura, & conf.* 776. *num.* 12. *&* 13. Nam ea, quæ non sufficiunt ad effectum vocationis, exuberant ad effectum transmissionis, vt tradit Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 10. *part.* 2. *num.* 42. Noal. *de transmiss. cas.* 1. *num.* 117. *& seq.* & firmauit Rota coram Buratto *decis.* 568. *num.* 11. *&* 12. Ea ratione, † quia transmissio 2
faciliùs inducitur, quàm vocatio: Mart. *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 24. *art.* 5. *num.* 3. Cancer. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 268. Rota *coram Gregor. dict. decis.* 551. *num.* 9. & dictum fuit *in Bonon. fideicommissi de Fornasariis,* 1. *Aprilis* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio.*

In præsenti verò casu plures concurrunt coniecturæ, & quidem vrgentes ad effectum inducendi transmissionem, cum tamen leuiores sufficerent, ex quo † versamur in descendentibus: 3
Aym. *in l. cum filio num.* 356. *vers. licèt faciliùs, ff. de leg.* 1. & de veriori, & receptiori testatur Ludou. Bell. *conf.* 167. *n.* 12. *& seqq. & conf.* 188. *num.* 8. *&* 9. Ramon. *conf.* 74. *num.* 28. Rota *coram san. mem. Gregor. dict. decis.* 56. *num.* 10. *& coram Buratto decis.* 568. *num.* 5. *& in Nucerina fideicommissi* 1. *Iulij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio.*

Prima autem coniectura ex eo desumitur, quod isti de Ramponibus fuerunt positi in conditione, vt patet ex illis verbis: *E morendo li figlioli di d. mi Fabritio senza figlioli, e descendenti sostituisce li più prossimi, &c.* Vnde esto quod non dicerentur vocati, † adhuc ad 4
eos est facienda transmissio ex doctrina Bald. *in l. si pater in quæst.* 4. *num.* 26. *C. de instit. & subst. & in l. vnic. num.* 10. *C. de his qui ante apert. tab.* Socin. *in dict. l. hæredes mei*, §. *cum ita sub num.* 10. *&* 11 *ff. ad Trebell.* Odd. qui dicit hanc opinionem esse communem, & ab omnibus approbatam *in tract. de compend. part.* 6. *num.* 13. *limit.* 6. Crass. *in* §. *fideicommissum quæst.* 68. *n.* 3. vbi de communi & consulti responderunt Socin. iun. *conf.* 141. *num.* 25. *& seqq. lib.* 2. Cephal. *conf.* 16. *num.* 42. vbi præcipuam hanc coniecturam dicit Fab. de Anna *consil.* 10. *num.* 13. Bellon. iun. *conf.* 6. *num.* 18. *& consil.* 86. *num.* 20. Fusar. *conf.* 31. *num.* 7. *conf.* 54. *n.* 39. *& consil.* 104. *num.* 12. vbi reprobatis contrariis firmat hanc opinionem esse magis receptam, optimáque ratione fulcitam: Et hanc coniecturam concurrentibus

rentibus aliis amplexa fuit Rota *in dict. Bonon. fideicommissi de Fornasariis* 1. *Aprilis* 1650. *coram R.P.D.meo Verospio, & in Bituntina fideicommissi* 21 *Martij* 1651. *coram R. P. D.meo Albergato.*

Maximè cum non semel tantùm, sed bis dicti nepotes fuerint positi in conditione, quæ ger-
5 minatio † magis enixam testatricis voluntatem demonstrat ex notatis per Ias. *consil.*52.*num.*22. *vers. & est aduertendum lib.* 3. & in fortioribus terminis Corn.*consil.*74.*n.*5.*lib.*2. cum aliis per Rot. *coram Burat.d.dec.*568.*n.*8.

Quinimò fuerunt positi in conditione cum qualitate, quod sint legitimi, & naturales: Nam cum eadem qualitas fuerit expressa, tam in præ-
6 cedentibus, quàm in subsequentibus substitutionibus censetur etiam in hac parte repetita, iuxta text.*in l.qui filiabus* 17.*ff.de leg.* 1. & latè probat Ruin.*cons.*92.*num.*14. *lib.*3. Alex. *consi.*94. *num.*1. *lib.*1. vt bene firmauit Rota *in Bonon. fideicommissi Bartholomæi, & Io. Mariæ de Bologninis* 8. *Iunij* 1648. *coram Reuerendissimo Terracinen.*

7 Et propterea ex illa resultare † coniectura transmissionis dixerunt Giouagn. *cons.*79.*n.* 60. *lib.* 1. Fusar. qui plures cumulat *quæst.* 490. *num.*162. & firmauit Rota *in dict. Bituntina fideicommissi* 20. *Martij* 1561. *coram R. P. D. meo Albergato.*

Nec resistunt authoritates in contrarium adductæ, & præsertim *decisio* 125. coram Manti-
8 ca, & *decisio* 1014. † coram Seraphino, quia loquuntur quando coniectura huiusmodi est sola, vel aliæ leues concurrunt, vt notat Mart. *de success.legal.part.*1.*quæst.*24. *art.*5. *num.*28. & declarat Rota *coram eodem Mantic. decis.*120. *n.*9.*& in rec.decis.*142.*n.*4.*in fin.part.*4.

Hic autem adsunt aliæ quidem vrgentes: Etenim concurrit secunda desumpta ex substi-
9 tutione proximiorum deficientibus † istis filiis, quam ad effectum transmissionis ponderauit Alexand.*in l si pater num.*3.*ff.de vulg.& pupill.*
10 Ne melioris conditionis sit transuersalis,† & extraneus, quàm sint descendentes: Intringliol. *de substit.quæst.*47.*num.*21. Trentacinq.*eodem tract.part.*4.*cap.*14. *num* 7. Pegner. *decis.*100. *n.*11.Rot.*decis.*782.*n.*15.*part.*1.*diuers.& coram Burat.decis.*568.*n.*6.

Quæ coniectura non cessat ex eo quòd hodie
11 non agatur de admissione extranei, † quia sufficit sola possibilitas, vt probat Ramon. *consil.*74. *num.*15.*& seqq.cons.*76. *num.*24. *& per totum, & cons.*77.*à num.*12. Et dum testatrix de trans-
12 uersalibus cogitauit, † multò magis descendentes censetur voluisse admittere: Bart. *in l. heredes mei, §.cum ita in fin.ff.ad Trebell.* Paris. *consil.*77.*n.*22.*& seqq.lib.*2. & plures cumulat Fusar. *de substit.quæst.*490.*n.*100.

Tertia, ex digressu ad plures substitutionum gradus: nam testatrix primo loco vocauit Ludouicam, cui substituit Fabritium, & alios filios nascituros: Istis verò substituit nepotes, quibus deficientibus sine filiis substituit proximiores æqualiter, & æquis portionibus, quam conie-
13 cturam esse † valdè vrgentem pro inducenda transmissione tradit Paris. *cons.*73. *num.*5.*lib.*2. Grat. *consil.*101. *num.*4. *eod.lib.* Fusar.*consil.*54. *n.*34.& firmauit Rota *decis.*142. *num.*4.*part.*4. *recent.*

Quarta, quia substitutio coniuncta fuit cum iure accrescendi: nam filij Fabritij æqualiter, & æquis portionibus fuerunt inuicem substituti, & re, & verbis coniuncti; quando autem ius accrescendi † est vnitum cum fideicommissaria 14
substitutione semper fit transmissio, licèt aliàs non deberet fieri, vt probant text. *in l.qui patri* 59.*ff.de acquir.hered.& in l.si ex pluribus* 9. *ff. de suis & legit.*& notat Ias.*in l.huius §.fin. n.*12. *ff.de vulg. & pupill. & in cons.*154. *n.*13. *vers.* 4.*principaliter lib.*4. Menoch. *consil.*95.*n.*111. Fusar.*d.cons.*54. *num.*32. *& in tract. de substit.* vbi innumeros cumulat, & testatur de magis communi *quæst.*490.*n.*95.*& seqq.*

Nam sicuti transmittitur ius accrescendi,† ita 15
etiàm substitutio fideicommissaria vt eadem determinatio æqualiter omnia determinet, ex notatis per Alex. *consil.*20.*num.*7. *lib.*1. Giouagn. *cons.*79.*num.*53.*& seqq.eod.lib.*Grass.*in §. fideicommissum quæst.*68.*num.*4. dicens ab hac communi non esse recedendum: Vinn. *decis.* 398. *num.*15.21.*&* 22.& sequitur Rota *decis.* 319. *num.*9.*&* 10.*coram Mantic. san. mem. Gregor. decis.*551.*n.*8.Pen. *decis.*1000.*n.*6.

Accedit quinta, quòd Ramponi Isabellæ filij vocati fuerunt in legato prædij, quam coniecturam † pro transmissione fideicommissi adduc- 16
cit Bald.*in l.si pater num.*26. *C.de instit. & substit.*Peregr.*de fideic.artic.*31.*num.*10. & probat Mart. *vot.* 85. *num.* 15. cum rectè arguatur de vna substitutione ad aliam, vt notat Ruin. *consil.*156.*num.*5.*vers.atque ex alia lib.*2.Odd.*consil.*37.*num.*9.Gabr.*de hered.instit.concl.*2.*n.*34. & in fortioribus ad effectum vocationis quod huiusmodi coniectura sit valdè potens † quando 17
iidem filij in alia parte testamenti reperiuntur vocati, firmauit Rota *coram san.mem.Gregor.decis.*315. *num.*3. *in recent. decis.*133. *n.*2.*& decis.*146. *num.*3. *&* 4.*part.*1. *& coram Merlino decis.*83.*num.*9.

Concurrit sexta, quod testatrix voluit seruari æqualitatem inter substitutos, quæ vtique non seruaretur, † si portio Isabellæ esset deferenda 18
Camillo, vt tenet Zanch.*in l.heredes mei §. cum ita, num.*344.*ff.ad Trebell.* Peregrin. *de fideic. art.*31.*num.*9.*vers.tacita autem voluntas:*Bellon. iun.*cons.*6.*num.*22.*&* 23. *& cons.*95. *num.*4. Et hanc coniecturam amplexa fuit Rota *in dict. Bonon. fideicommissi de Fornazariis* 1. *Aprilis* 1650.*coram R.P.D.meo Verospio.*

Septima demum, quod Ramponi successissent ab intestato Ludouicæ Auiæ, quæ vltimo loco decessit,† & Lucretię Proauiæ,quæ fecit fi- 19
deicommissum, & sic est verisimile, quod testatrix voluerit se conformare cum dispositione iuris communis per text.*in l.Gallus, §. quidam rectè ff.de liber.& posth.* Quam coniecturam † ad 20
transmissionem inducendam ponderat Honded. *cons.*70.*num.*20.*& seqq.lib.*1.Pedroch. *cons.*40. *num.*350.*& seqq.*Giouagn.*cons.*79. *n.*47. *lib.*1. Noal.*de transmiss.cas.*1.*n.*184. Rota *coram san. mem.Greg.d.decis.*56.*n.*4.*&* 5.

Et ex his cessat obiectum, quod in dubio sit iudicand. non esse locum transmissioni, quia stantibus coniecturis † prædictis res videtur cla- 21
ra, nec est locus dubitationi, vt inquit Fusar. *cons*54.*num.*45.*vers.*2.*respondetur.* Et licèt singulæ de per se possent pati difficultatem, tamen
† simul iunctæ ponunt rem in tuto ad text. *in l.si* 22
*seruus plurium,§.vlt.ff.de leg.*1. Rota *coram Buratt.decis.*568.*num.*14. *& in dict. Bonon. fideicommissi de Fornasariis* 1. *Aprilis* 1650. *coram R. P. D. meo Verospio, & in Bitunt. fidei-*

commissi 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Albergato.

Coniecturæ verò deductæ in contrarium parum vrgere videntur: Nam quod filij Fabritij, & filij filiorum vocati fuerint nomine proprio,
23 & sic non sit agendum de transmissione, † quæ non habet locum, vbi adest expressa vocatio, cessat ex facto, & ex lectura testamenti, in quo vocatio apparet facta per nomen appellatiuum, non autem proprium; cum tamen etiam in dictum casum attentis coniecturis, habeat locum transmissio, iuxt. not. Alexand. *in d. l. qui patri, n. 13. & 14. ff. de acq. hæred.* Menoch. *cons. 209. num. 27. & seqq.* Cyriac. qui latè materiam tractat, *contr. 302. à num. 32.* & probant quamplures relati per Fusar. *de substit. quæst. 490. num. 56.* & per Altograd. *cons. 65. num. 34.* & dixit Rota *decis. 56. n. 6. in fin. & num. seqq. coram san. mem. Gregor.*

Quòd testatrix vocauerit filios natos, & nascituros ex Fabritio, & Ludouico non excludit nepotes, nec restringit vocationem ad filios
24 primi gradus, cum illa verba † stent demonstratiuè ad indicandas personas parentum, vt aduertit Bart. *in l. Gallus, §. instituens sub num. 2. & 3. ff. de liber. & posth.* Rot. *in recent. decis. 6. num. 34. & 35. part. 5. & in Bonon. successionis 4. Martij 1646. coram R. P. D. meo Bichio.*

Hinc quoque cessat obiectum ex 5. deductum, quòd si viuente Fabritio extitisset nepos ex altero filio Ludouicæ præmortuo, iste non potuisset prætendere transmissionem, & concurrere cum eodem Fabritio, ex quo prima substitutio restricta fuit ad filios primi gradus, attentis verbis ab ipsa, & ex ipsa totaliter personalissimis: Nam dicta verba non semper denotant
25 causam proximam, † & immediatam, sed etiam mediatam, & remotam secundum subiectam materiam, text. *in l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. & naufr.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 18. n. 62.* Cefal. *cons. 649. n. 45.* & dixit Rot. *in Interamnen. fideicommissi 11. Febr. 1642. coram R. D. meo Decano.*

Demum non obstat, quòd de tempore obitus Ludouicæ solus Camillus existeret in rerum na-
26 tura, qui tanquam proximior † debebat omninò præferri per text. *in l. cum ita, §. in fideicommisso, & in l. peto §. fratre, ff. de leg. 2.* Quia dum Ram-
27 poni subingressi fuerant † in locum matris ob priuilegium repræsentationis non dicuntur remotiores, sed in eodem gradu cum Camillo patruo, *§. cum filius instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt*; & firmatum fuit *in decis.* quæ reuidetur *in §. fin. & not.* Fusar. *de substit. quæst. 485. num. 8. vers. respondit tamen*; vbi quod quando filius succedit in locum patris, tunc succedit
28 tanquam pater, † non tanquam filius, licèt semper ex persona propria, non autem ex persona patris: Bart. *in l. 1. §. si sit nepos à princ. ff. de collat. dotis, & in l. 2. C. de lib. præter.* Ias. *consil. 159. num. 4. vers. & est aduertendum lib. 4.* Roland. *consil. 68. num. 23. lib. 1.* Et tali casu gradus re-
29 præsentatus † non corrumpitur: Fusar. *vbi suprà num. 3. vers. vnde dicatur*: Honded. *consil. 70. num. 49. lib. 1.* Gabr. *cons. 130. n. 32. lib. 2.* Benintend. *decis. 88. n. 1. ad med.* & firmauit Rota *decis. 426. n. 5. part. 4. diuers.*

Text. verò *in d. l. cum ita, & in l. peto*, proce-
30 dunt, † quando quis est proximior, non solùm respectu sanguinis, sed etiam ratione ordinis succedendi, quæ prærogatiua successionis præsertim attendi debet, vt declarat Fusar. *dict. quæst. 485. num. 3. vers. & respondetur*: Peregr. *de fideic. art. 21. n. 9. & 16. in fin.* Alex. *cons. 26. num. 13. lib. 3.* aliique plures relati per Altograd. *cons. 65. n. 37. & seqq.*

Nec valet replicatio, quòd ex vocatione proximiorum excludatur ius repræsentationis, † quia 31
contrarium esse veriùs firmant adducti per eundem Altograd. *d. cons. 65. num. 25.* Peregr. *de fideic. art. 21. & 17.* & probat Fusar. *de substit. quæst. 485. sub num. 3. vers. Respondetur quod nepos.*

Vnde cum prædictæ coniecturæ, & aliæ ex aduerso adductæ, vel non subsistant in facto, vel sint leues, non veniunt attendendæ, præsertim quia hodie non agitur † de excludendo Camil- 32
lo à sua portione, in quibus terminis procedit *decisio 100. part. 1. recent.* sed à portione Isabellæ matris Pauli Antonij, & aliorum de Ramponibus, † prout benè per Honded. *cons. 70. n. 26.* 33
& 27. lib. 1. & dixit Rota *in d. Bonon. fideicommissi de Fornasariis 1. Aprilis 1630. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita decisum partibus hinc indè acerrimè informantibus.

DECISIO XCIV.

R. P. D. Bichio.

Vrbeuetana Census.

Luna 23. Februarij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Soluens notabilem summam pro aliquo præsumitur soluere de illius mandato, & pecuniis.*
2 *Quasi possessio ex vnica exactione acquiritur.*
3 *Cessio in incorporalibus habet vim traditionis.*
4 *Consentiens cessioni sui iuris censetur cedere.*
Principali etiam consequutiuo consensisse censetur, n. 5.
6 *Possessio in incorporibus semel acquisita semper censetur animo retenta, nisi fuerit impedita.*
7 *Census in vita alienatus in hæreditate non cadit.*
8 *Iudicis factum partis factum reputatur.*
9 *Citationes in extraiudicialibus, in actis non rediguntur.*
10 *Citandus non est, cui nulla defensio competit.*
11 *Reseruatarius bonorum soluendo constituit creditorem in quasi possessione.*
12 *Manutentio est concedenda, dum disputatur super decreto irritanti.*

ETiam in gradu appellationis per Comitem Marcianum interpositæ à Decreto Rotali manutentionis ad fauorem Camilli Bonauenturæ; Rota hodie censuit eidem Camillo dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi fructus census, cuius aliàs Comes Ludouicus de Marciano moderni Comitis author fideiussor accessit.

Suffragatur enim Camillo quasi possessio Lauiniæ

Lauiniæ matris, & proptereà illius, quia ex datis *in Sum. num.* 2. apparet de anno 1599. & 1604. solutos fuisse Iulio vti marito, & procuratori Lauiniæ fructus census à Ioanne-Francisco Monaldensi de Cerutaria principali debit. procuratore, qui stante præcedenti obligatione
1 Monaldensis, † & quod quantitas soluta est considerabilis præsumitur habuisse sufficiens mandatum: Mant. *de tacit. lib* 7. *tit.* 6. *num.* 3. Gratian. *disceptat.* 296. *num.* 21. Rot. *decis.* 275. *num.* 3. *coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 261. *n.* 5. *coram bon. mem. Buratt. dec.* 509. *n.* 2. *& seqq. inter impress. apud Modern. Perus. de manut.*

Eadémque solutio cum licet vnica constitue-
2 rit Lauiniam in quasi possessione † exigendi: Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina n.* 91. *de caus. poss. & propriet.* Roman. *cons.* 311. *num.* 7. Seraphin. *decis.* 436. *num.* 1. *decis.* 1411. *num.* 2. Buratt. *decis.* 542. *num.* 1. prodest Camillo, in quem translata fuit quasi possessio Lauiniæ vigore ces-
3 sionis ab ea reportatæ, quasi cessio † in corporalibus vim habet traditionis ex allegat. in decisione huius causæ edita *in prima Instantia sub die* 26. *Iunij* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato,* quibus additur Gratian. *discept.* 310. *num.* 2. & 3. Molin. *decis.* 309. *num.* 2. Rota *recent. in terminis manutentionis decis.* 241. *num.* 2. *part.* 1.

Probatur autem huiusmodi cessio ex publico instrumento primogenituræ, fauore Camilli constitutæ a Iulio Bonauentura super bonis stabilibus, & censibus annuis redditibus scutorum mille cum expressione, quod talia bona, & census intelliguntur ex tunc dismembrata è corpore hæreditatis paternæ & maternæ; cui instru-
4 mento omnibúsque in ea contentis † cum Lauinia mater consenserit perinde est, ac si ipsamet censum ex propria substantia dismembrasset, & Camillo primogenito cessisset: Menoch. *consil.* 58. *num* 24. *& seqq. cons.* 1095. *n.* 23. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 6. *n.* 28. Gratian. *discept.* 730. *num.* 10. Gabr. *cons.* 72. *num.* 1. Decian. *cons.* 105. *num.* 2. *lib.* 3. Eugen. *consil.* 76. *num.* 101. *& seqq. lib.* 2. Rota *decis.* 463. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

Neque obstat, quod in dicto instrumento primogenituræ nulla sit facta specificatio censuum illi assignandorum, quia satis est fuisse posteà in executione eiusdem instrumenti, hunc censum specificè assignatum à Iulio, vt potuit
5 absque alio nouo consensu Lauiniæ: † nam consensus ab ea, vt *suprà* præstitus, quod census ex propria substantia dismembraretur, vt porrigitur ad dismembrationem, & assignationem primogenito consecutiuè factam, vt per Camet. *in repet. cap. Imperialem litt. V, fol.* 11. *de prohib. alienat. per Federic.* Io. Franc. à Ponte *consil.* 76. *num.* 6. *& seqq. cons.* 77. *num.* 2. *lib.* 1. *consil.* 72. *num.* 10. *cons.* 157. *n.* 30. *lib.* 2. Duran. *decis.* 156. *num.* 15. Rota *in Auern. Vicarij* 1. *Iulij* 1652. §. *præsumptio verò coram me*; iuncto præsertim, quod Lauinia nusquam impostertim fructus census exegit; sed imò illi, vt *infrà* dicetur, fuerunt exacti de anno 1634. ab ipso Camillo.

Rursus non obstat, quod possessio Lauiniæ fuerit amissa per lapsum plurium annorum, in quibus fructibus non probantur exacti, quia in incorporalibus possessio semel quæsita censetur
6 semper animo retenta, † & nusquam amissa nisi ex aduerso probetur fuisse terminos fructuum successiuè decursos à creditore petitos, & à debitore negatos, creditorémque denegationi acquieuisse, vt notat Innoc. *in c. querelam n.* 3. *de elect.* Abbat. *ibidem n.* 2. Gratian. *discept.* 113. *num.* 21. *& seqq.* Mantic. *decis.* 172. *num.* 5. Rota *decis.* 86. *num.* 8. impressa apud Modern. Perus. *de manut.* & in aliis relatis *in Sipontina Pensionis* 8. *Aprilis* 1647. §. *non obstat coram R. P. D. meo Peutingerio*; concurrente maximè exactione fructuum à Camillo Lauiniæ cessionario facta de anno 1634. de qua *infrà* dicetur.

Tandem non obstat, quod Lauiniæ tres fuerint hæredes, ideóque Camillus petere non possit manutentionem in totum, quia Camillus non agit vti hæres, sed vti cessionarius, & hic census per contractum inter viuos è substantia Lauiniæ extractus † sub eius hæreditate non 7
cadit: *l. seruo elect.* §. *final. ff. legat.* 1. Cephal. *cons.* 516. *num.* 22. Surd. *consil.* 113. *num.* 14. & *decis.* 11. *num.* 10. Rota *decis.* 375. *sub n.* 2. *part.* 1. *recent.* eundémque Camillum vti cessionarium agnouerunt alij fratres, curando sibi tanquam illius creditoribus consignari pecunias ad eum ex causa fructuum huius census spectantes.

Suffragatur pariter, vt dicebam Camillo possessio propria, quia de anno 1634. de mandato Domini D. Beneuisij tunc Cameræ Apostolicæ Clerici, & à Congregatione Baronum in causa deputati exegit pro fructibus census decursis, & non solutis scut. 1472. prouenientia ex pretio Castrorum Monaldensis principalis debitoris à dicta Congregatione venditorum, ad instantiam Montistarum, & aliorum creditorum ipsius Monaldensis; exinde enim Camillus constitutus fuit in quasi possessione exigendi; non secus, ac si ipse debitor soluisset, quia factum † Iudicis 8
reputatur factum partis ea non protestante: Rota *decis.* 196. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. decis.* 241. *n.* 16. *part.* 1. *recent. decis.* 319. *sub num.* 3. *coram Caual. & in decisione huius causæ coram R. P. D. meo Albergato* §. 1. *in fine.*

Nec obstat nullitas dicti mandati Congregationis, eo quod non fuerit tunc citatus Monaldensis debitor: quia citationis huiusmodi defectus stantibus facultatibus, *in Bulla fel. recor. Clem. VIII. inter eius impress.* 41. §. 3. §. 8. & *seq.* dictæ Congregationi concessis ad satisfactionem creditorum ex pretio à bonis venditis retracto procedendi, capta etiam extraiudiciali informatione non probatur aut probari potest, cum in extraiudicialibus citationes † in actis non 9
redigantur: Sarmient. *select. interpr. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 3. Rot. *decis.* 210. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Imò in extraiudicialibus non requiritur citatio: Felin. *in c. cum olim, num.* 1. *&* 6. *de re iudic.* Socin. sen. *in l. si quis arbitrat. num.* 29. *vers. sed Gulielmus, ff. verb. oblig.* & *ibidem* Ias. *num.* 21. *vers. contrarium*: Ferret. *cons.* 82. *n.* 1. Rot. *d. decis.* 210. *n.* 3. *part.* 1. *recent.*

Eo minùs, quia eadem Bulla *in* §. 9. tollit debitoribus omnem defensionem, & potestatem impugnandi, vel retardandi venditionem bonorum, & consignationes pretij creditoribus faciendas, *ibi: Domicellos, &c.* subhastationem, deliberationem, venditionem, & adiudicationem, & alia prædicta impugnare, impedire, vel retardare non posse, nec aduersùs ea, aliquo modo se tueri.

Tritissima namque est conclusio, quod citari † non debet is cui nulla competere potest de- 10
fensio: Felin. *in d. c. cum olim n.* 10. *vers. non est citandus de re iudic.* Ias. *in d. l. si quis arbitratu, num.* 23.

num. 23. *ff. verb. oblig.* Aym. *conf.* 83. *num.* 5. Natt. *consil.* 232. *n.* 5. Add. *ad Capell. Tolos. quaest.* 408. *sub num.* 5. Barz. *decis. Bonon.* 85. *num.* 13. Surd. *decis.* 22. *n.* 9. Rota penès Merlin. *dec.* 682. *n.* 6. satis ergo fuit citasse alios creditores, & montistas; maximè, quia *in* §. 3. *Bullæ Clement.* realis actualis, & corporalis possessio bonorum super quibus fuit facta executio transfertur. penès Cameram Apostolicam ad commodum, & vtilitatem creditorum penitúsque abdicat. à debitore administratio bonorum, & Congregationi siue personis ab ea deputandis tribuerit, & sic ipsi ac
11 Congregatio † tanquam habentes veram bonorum possessionem, & administrationem priuatiuè ad debitorem consignandique, vt in proximis terminis dixit Rot. *decis.* 508. *n.* 3. *in fin. part.* 2. *rec.* quam refert, & sequitur Add. *ad S. M. Gregor. X V. decis.* 275. *num.* 23.

Non obstant assertæ nullitates census, eiúsque extinctio, quia vt respondit 1. *decisio* huius causæ, *in* §. *final.* reiicienda sunt ad petitorium super quo iam fuit subscriptum dubium prope diem disputandum; & donec constet esse locum
12 decreto irritanti † apposit. in Constitutione Piana, datur manutentio possessori, ex sola insistentia facti: Caputaq. *decis.* 325. *num.* 8. *& seqq. part.* 1. Seraphin. *decis.* 1471. *num.* 5. *&* 7. Caual. *decis.* 8. *num.* 4. Molin. *decis.* 57. *num.* 9. & in puncto census decisum fuit *in Assissien. censu* 23. *Ianuar. proximi* §. *fin. coram me.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

DECISIO XCV.

R. P. D. DVNOZET DECANO.

Meleuitana redditionis rationis

Mercurij 4. *Februarij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Relationi peritorum standum est.*
2 *Interesse non debetur sine mora.*
3 *Testes de auditu non probant, & n.* 6.
4 *Retentio datur creditori de peruentis ad eum sui debitoris.*
5 *Depositarius citra depositum regulare, disponit de deposito.*

RESolutum fuit sub die 24. Maij anni præteriti Augustinum Borg. sufficientem reddidisse rationem de frumento, & pecuniis, de quibus agitur, ipsúmque remanere creditorem Communitatum, Ciuitatum Vallettæ, Victoriosæ, & Senglæ Insulæ Melitæ in scutis 1999. 2. 1. 3. Eo præsertim fundamento, quia relatio primi periti, in cuius executionem fuerat capta resolutio, quod idem Augustinus earundem Communitatum remansisset debitor in summa scutorum 1191. 3. & salmarum 363. frumenti fuit detecta erronea per subsequentem rationem factam à nouo perito electo de ordine Rotæ, quam etiam in hodierna repositione esse attenden-
1 dam fuit resolutum, † quia illa apparet magis distincta, & melioribus fulcita probationibus, iuxta text. *in l.* 3. *C. fin. regun.* Abb. *in c. proposuisti, num.* 4. *de probat.* Rot. *coram san. mem. Greg. decis.* 161. *num.* 7. *&* 8. *& in rec. decis.* 393. *num.* 2. *&* 3. *part.* 4. *& coram Merlin. decis.* 468. *num.* 1. *& in decis. vlt.* quæ reuidetur; vbi etiam firmatur non esse locum electioni alterius periti stante discordia eorundem peritorum, ex quo hoc procedit, quando discordant periti electi à partibus; secùs quando fuerunt electi à Iudice, ne detur processus in infinitum ex iuribus *ibi* allegatis.

Non obstat, quod Augustinus retinuerit pecunias earundem vniuersitatum, & frumentum emere neglexit, & propterea teneatur ad damna passa per easdem vniuersitates, quæ illud emere cariori pretio fuerunt coactæ, quia vltra responsionem datam in prima decisione, videlicet quod ad effectum, vt Augustinus teneretur ad augmentum dicti pretij, esset probandum, quod ipse habuerit occasionem illud emendi viliori pretio, & quod illud emere dolo omiserit, quod nullibi iustificat. sufficit quod iurati per reiteratas litteras datas *in Sum.* 4. *&* 5. mandatum reuocauerint, præcipiendo illi, ne absque nouo ordine ad aliam emptionem frumenti deueniret: Vnde donec de dicto nouo ordine ex aduerso doceatur, non potest dici quod Augustinus fuerit in mora, † sine qua interesse non debetur: *l. lecta, ff. si cert. pet. l. si traditio, Cod. de act. empt.* 2
Honded. *conf.* 36. *num.* 29. *lib.* 2. & fuit dictum *in Romana Census* 11. *Decembris* 1617. *coram bon. mem. Manzanedo.*

Nec releuat quod Augustinus non obstante dicto ordine negotiatus fuerit proprio nomine cum pecuniis dictarum Vniuersitatum, quia præter quod hoc non probatur nisi ex testibus de solo auditu, † qui nullum probationis gradum 3
faciunt: *c. licet causam de testib. l. testium, Cod. eod. tit.* Alexand. *conf.* 1. *num.* 16. *lib.* 2. Rota *coram Seraph. decis.* 2. *num.* 2. *&* 4. & eidem Augustino licuisset illas retinere † in computum 4
maioris quantitatis sibi debitæ per vniuersitates: Surd. *decis.* 46. *num.* 9. Put. *decis.* 277. *in fin. patr.* 3. Rota post Zacch. *de oblig. camer. decis.* 130. *num.* 6.

Certum est, quod de iure citra depositum regulare depositarius † siue administrator non 5
est prohibitus negotiari nomine proprio cum pecuniis alienis absque præiudicio mandantis, seu deponentis: *l. die sponsalium, l. Lucius Titius, l.* 1. *ff. deposit.* Pacian. *conf.* 150. *num.* 21. Peg. *decis.* 38. *num.* 6. Ant. de Amat. *resol.* 20. *num.* 2. cum aliis allegatis à Modern. Tudert. *de depos. caus.* 2. *n.* 2. *& à Modern. Auen. quæst. ciuil. cap.* 8. *n.* 3.

Denique non obstat, quod dicatur Augustinum consueuisse supponere personas ad emendum vili pretio, deinde finxisse carius ab illis emisse, nedum, quia id non probatur nisi per testes de auditu, † qui ex deductis nihil pro- 6
bant: Verùm etiam, quia contrarium apparet, non modò ex eo quod iurati collaudarunt diligentiam negotiationis Augustini, declarando se bene satisfactos, vt in eorum Epistola *Sum. num.* 3. Sed etiam ex quo Augustinus in effectu vtilius se gessit pro ipsis Vniuersitatibus, quam cæteri omnes, cum ipse emerit viliori pretio frumentum, quàm fecerint eodemmet tempore Eques Carolus Aldobrandinus, & ipsæmet Vniuersitates, vt ponderatur *in dict. vltima relatione.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO

DECISIO XCVI.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 4. Februarij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Vsura dotales soluto matrimonio per mortem vtriusque coniugis exigi amplius non possunt.*

2 *Dictio*, super, *importat hypothecam*, & *num.* 3.

4 *Datio in solutum pro dote soluto matrimonio resoluitur.*

5 *Alendi necessitas patri, & ascendentibus, non autem fratri incumbit.*

6 *Census reseruatiui requisita, quæ.*

7 *Æquitas*, l. curabit, C. de act. empt. *creditori non suffragatur.*

Venditori fauet, n. 8.

Militat solùm quoad fructus exactos, *num.* 9.

10 *Pensiones domorum debentur quatenus fuerint locatæ, aut inhabitatæ.*

11 *Fructus stabilium ad rationem quinque pro centenario taxatur.*

COnstantia filia, & hæres Elizabethæ manutentionis iudicium instituerat super pensionibus Domus per eandem vnà cum Gratiosa matre, ac Faustina sorore distractæ in scutis annuis triginta exigendis, pro cuius se solutione astrinxerant Guicciardi mediati Domus emptores, donec scuta quatuor centum in partem pretij accollata eidē Elizabethæ numerassent, in quo sanè iudicio super manutentionis articulo per me proposito dubio cum Domini mandassent, vt de bono iure Constantiæ consulerem per duas successiuè decis. in negatiuam partem inclinarunt; quia annuus ille redditus post dissolutum per
1 obitum Elizabethæ matris, † eiúsque viri matrimonium, absque vsurarum labe ex titulo dotis amplius exigi non poterat à Constantia ad text. *in cap. salubriter de vsur.* vbi not. Iun. *num.* 1. & 2. Hostiens. *num.* 5. & 6. Abb. & Ioan. Andr. *num.* 4. cæteríque communiter.

Ea quippe assignatio non insolutum crediti dotalis, sed pro fructuum dotalium assecuratione à Hieronymo fratre super pensionibus Domus facta dignoscitur Elizabethæ sorori, ac matri
2 respectiuè Constantiæ, ex dictione illa † *super*, designante hypothecam, vt notat Rip. *in rubr. de pignor. n.* 5. Rot. *decis.* 259. *n.* 1. & *decis.* 260. *num.* 2. cum aliis per Modern. Rom. *discept. forens. cap.* 683. *n.* 5. adeóque assecurationem dum-
3 taxat, † seu simplicem hypothecam importans, secundùm Imol. *in l. factas* §. *si hæres n.* 12. *ff. ad Trebell.* Socin. *cons.* 37. *n.* 13. *lib.* 4. Dec. *cons.* 99. *num.* 4. Surd. *cons.* 145. *num.* 29. & *cons.* 452. *n.* 14. Bec. *cons.* 109. *num.* 35. Rot. Ianuen. *decis.* 2. *n.* 26. cum aliis relatis à Mod. Rom. *discept. for. cap.* 264. *num.* 31. & 527. *num.* 3. vnà cum credito fructuum per obitum vtriusque coniugis disso-
4 luta expirauit, † vt in terminis assignationis factæ pro dote, non autem insolutum respondit Rota *in Romana Saluiani* 31. *Ianuarij* 1628. *in* §. *nec releuat, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Neque poterit exactio sustineri ex titulo alimenti, vti spectantis ad Constantiam ex eodem matrimonio superstitem, dum hæc alendi necessitas † patri dumtaxat, ac ascendentibus de- 5
feratur à iure, non autem fratri germano, ac proinde extraneo: *l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscend. l. qui liberos,* §. *vlt. ff. de rit. nupt. l. fin.* §. *ipsam autem, C. de bonis quæ liber.* aliísque relatis iuribus respondit Rota *in Romana Saluiani* 4. *Decembris* 1645. *in* §. *hac verò alimentorum ratio, coram me.* Siuè etiam pro fructibus census reseruatiui, † seu retentiui deficientibus 6
in casu proposito requisitis ad hunc effectum necessariis, relatis per Cenc. *de censib. part.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *num.* 5. & 6. siue denique compensatiuorum † vice fructuum ex æqui- 7
tate *l. curabit, Cod. de act. empt.* competentium, dum eiusdem legis auxilium Domino rei venditæ dumtaxat opitulatur, nec poterit proinde suffragari Constantiæ, seu Elizabethæ matri, quæ se creditricem dumtaxat Hieronymi pro dote probauerat, vt responsum fuit *in Perusina spolij* 5. *Maij* 1603. *coram Cardinali Mellino inter impress. decis.* 378. *n.* 3.

Cum verò decisionis vtriusque fundamenta impugnarentur ex aduerso repropositio per me dubio animaduerterunt Domini prioribus in suo robore permanentibus vltimum in facto corruere, ex quo à decisis proinde recessere: Siquidem ex instrumento venditæ Domus nuper exhibito eandem ad Petrum Blondum olim pleno iure spectasse conuincitur ad Elizabetham ipsius filiam, atque hæredem, vnà cum Faustina sorore, ac Gratiosa matre destruxisse tanquam Dominam: quæ propterea vti poterit æquitate † *legis* 8
curabit, ad fauorem Dominæ rei venditæ militantis, ac ipsius hæredem quoties emptor pretium conuentum cum iactura creditoris in totum vel partem; prout in casu proposito retinet, vt expressa eiusdem legis verba testantur, & probat text. *in l. fructus, C. eod. tit.* not. Gloss. *in l. Iulianus,* §. *ex venditione, ff. de act. empt.* Bal. *in l.* 2. *num.* 7. Castrens. *num.* 1. *C. de vsur.* Surd. *cons.* 101. *num.* 23. & 28. Cephal. *cons.* 609. *num.* 4. *lib.* 4. Rota *coram Gregor. decis.* 347. *num.* 3. & *coram bon. mem. Coccin. decis.* 320. *n.* 3.

Hos tamen fructus compensatiuos eidem Constantiæ Domini decreuerunt pro tempore dumtaxat Domus † locatæ, seu ab ipsis emptori- 9
bus inhabitatæ, à quo prædia vrbana fructus reddidisse dicuntur ad text. *in l. Iulian.* §. *ex vendito, ff. de act. empt.* Natt. *cons.* 384. *num.* 2. Rot. *decis.* 304. *num.* 15. *part.* 5. *recent.* & *in Romana reintegrationis* 17. *Maij* 1645. *coram Reuerendissimo Peutingerio*, & *in Baren. seu nullius Pecuniaria* 24. *Ianuarij* 1646. *in* §. *quia eum adiudicatur coram R. P. D. meo Cerro,* cum præfatæ legis æquitas emptorem pro eorundem † so- 10
lummodo exactorum restitutione compellat, vt not. Cyr. *in l. minor. num.* 3. *C. in quibus causis restit. in integ.* Cagnol. *in d. l. curabit num.* 29. *C. de act. empt.* Socin. *cons.* 159. *num.* 3. *lib.* 1. Rot. *decis.* 315. *num.* 58. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *coram Gregor. decis.* 290. *num.* 11. & 347. *num.* 5. ibíque Add. *num.* 11.

Eos præterea fructus ad rationem † quinque 11
pro centenario in singulos annos vti consonum iuris dispositioni taxarunt relatæ per Gloss. *in Authent. perpetua, C. de sacrosan. Eccles.* & per Iason. *in l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat.* 1. *num.* 5. Paris. *cons.* 61. *num.* 29. aliísque relatis

relatis authoritatibus respondit *in Bononien. Pradij 21. Maij 1640. coram Reuerendissimo Terracinen.*

Neque vrget exceptio possessionis non iustificatæ ex hoc recompensatiuorum fructuum titulo pro parte Constantiæ, quæ ex eadem proinde causa manutentionem nequeat obtinere, quia de manutentione non agitur in proposito dubio, sed de bonis ipsius iure ex Doctorum rescripto simpliciter inspiciend. de quo constare ex suprà deductis à decisis recedendo Domini responderunt.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XCVII.

R. P. D. MELTIO.

Romana fideicommissi de Cuppis.

Luna 2. Martij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Possidenti de tempore litis mota datur manutentio.*

2 *Possidens cum fratre pro indiuiso, eo mortuo, totum possidet absque vitio.*

Partem rei indiuisibilis totum possidere dicitur, num. 3.

4 *Possessionis concludens probatio ex locatione cum exactione pensionis resultat, & num. 5.*

6 *Confessio omne genus probationis superat, & num. 23.*

7 *Possessio probatur per confessionem partis.*

Instrumentalis alio non existente in possessione suffragatur pro manutentione, n. 8.

Capi debet per fideicommissarium de manu hæredis, n. 9. & 10.

Iunior clandestina præsumitur, n. 12.

Non citato possessore non suffragatur, n. 15.

Posterior non est manutenibilis, n. 16.

11 *Fideicommissarius potest propria authoritate possessionem capere, si non adsit hæres.*

13 *Possessione pro semper præsumitur.*

14 *Possessor posterior antiquiori possessionem impedire nequit.*

17 *Manutentio datur anteriori possessori.*

18 *Clausula*, sine præiudicio, *præseruat alterius possessionem.*

19 *Manutentionis in iudicio nulla admittitur exceptio.*

Saltem turbida, n. 20. & 21.

In iudicio sola detentio sufficit, n. 22.

24 *Testatoris dispositione iuuari nequit non habens requisita.*

CEnsuerunt Domini mandatum de manutenendo esse concedendum Patri Andreæ de Cuppis in possessione portionis bonorum relictorum per quondam Ioseph. de Cuppis eius germanum fratrem, quia constat de illius possessione
1 † de tempore motæ litis, quia subsistenti manutentio non solet denegari: *l. 1. in §. interdictum autem, ff. vti possidetis, §. retinendæ instit. de interdict.* Rota *decis. 160. n. 1. & decis. 458. n. 1. coram Greg. X V.*

Possessio autem dicti Patris Andreæ satis concludenter probata visa fuit, quia ipse pro indiuiso possedit cum eodem Iosepho fratre medietatem Palatij, & aliorum bonorum fideicommissorum Cardinalis de Trano; vnde secuto obitu dicti Iosephi bene potuit continuare possidere totum † absque alia apprehensione, & 2
non dicitur vitiosus possessor respectu totius, iuxta doctrinam Paris. *cons. 153. num. 110. vers. nam ipse, lib. 3.* Lancell. *de attent. part. 2. cap. 4. limit. 1. num. 8. & seqq.* cum aliis relatis per Adden. ad Greg. X V. *decis. 206. sub num. 10.* & in rebus omnibus indiuisibilibus continuis, ac connexis, is qui nactus est possessionem † partis 3
videatur totum possidere, si illud de iure communi tenere, & possidere potest, declarat Cuman. *in l. locus, num. 1. ff. de acq. possess.* Socin. *in l. si quis cum totum num. 2. ff. de except. rei iudicat.* Maresc. *var. resol. lib. 2. c. 140. num. 34. cum seq.* Ponte *de spol. lib. 2. cap. 14. num. 121.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 26. sub n. 60.* Scacc. *de iudic. cap. 9. n. 247. & seq.* Grat. *discept. forens. cap. 126. num. 22.* Giouagn. *cons. 8. num. 129.* Rota *dec. 14. aliàs 277. num. 1. 2. de restit. spol. in nou.* Caual. *decis. 641. n. 11. & 12.*

Quod autem pro indiuiso idem Pater Andreas possederit cum Iosepho Palatium, super quo præsertim cadit controuersia, apparet ex locationis instrumento de illo facto cum Eminentissimo Cardinali Homodeo sub die 27. Septembris 1652. in quo tam D. Ioan. Dominicus de Cuppis, quam idem Pater Andreas ac Ioseph propriis nominibus tanquam successores in fideicommisso Cardinalis de Trano, illud locauit *Sum.* dicti Patris Andreæ *num. 1.* & successiuè affictus receperunt: † concurrentibus enim istis 4
duobus requisitis locationis, & exactionis pensionis, vt ex his reddatur circa possessionem perfecta, ac concludens probatio, firmat Rota post Pacific. de Salu. *decis. 133. n. 7. & decis. 291. n. 2. & dec. 214. n. 3. inter impress. apud Moder. Perus. de manut.* Licet enim istà locatio esset vnica † nihilominus sufficeret dum effectum 5
sortita fuit mediante solutione affictus: Roman. *consil. 70. num. 11.* cum relatis per eundem Modern. Perus. *de manut. obseru. 18. n. 7.*

Tamen dantur aliæ etiam locationes, & signanter vna facta ab eodem Ioan. Dominico de Cuppis, qui partem dicti Palatij locauit Reuerendiss. D. Archiepiscopo Capuano sub die 20. Decembris 1652. & asseruit illud locare, tam nomine suo proprio Patris Andreæ, ac Iosephi, pro quibus promisit de rato, vt *in eodem. Sum. num. 3.*

Hæc enim partis confessio † tollit quamcumque difficultatem, ac superat omne probationis 6
genus, *vulg. l. cum precum, C. de liber. caus. l. finali, Cod. de numer. pecun.* Crauet. *cons. 217. num. 9.* Verall. *dec. 107. n. 2. part. 3.* neque est dubium, quin possessio † probari possit per confessionem 7
partis: Dec. *cons. 101. num. 1.* Angel. *in l. ab emptione, num. 4. ff. de pact.* Tiraq. *in tract. de const. part. 1. ampl. 1.*

Faciliùs prædicta procedunt, dum idem Pater Andreas ad cautelam & iura iuribus addendo sub die 3. Octobris 1653. de nouo dicti Palatij possessionem accepit, vt *in d. eius Sum. num. 5.* quæ licèt instrumentalis † tamen ad effectum 8
manutentionis optimè illi suffragatur, ex quo de eo tempore illa vacans reperiebatur, inxta text. *in l. prædia,* vbi Bart. & DD. *ff. de acquir. possess. l. non idcirco,* & ibi Bald. *Cod. de fide instrum.* Rota *decis. 188. num. 1. & decis. 2401. num. 1. part. 7.*

part.7.recent. vt fuit dictum *in Sarsinaten. Parrochialis* 27. *Aprilis* 1621. *coram Vbaldo seniore*, *& in Fauent. Iuris. de Valle* 26. *Iunij* 1624. *coram Remboldo:* Menoch.*de adipisc.remed. vlt. num.* 4. cum pluribus aliis relatis per eundem Modern. Perus. *de manut. obseruat.*21. *num.*25.

9 Nihilque refert, quod Pater Andræas possessionem † acceperit dicti Palatij tanquam fideicommissarij dicti Cardinalis de Trano, quod facere non potuit, cum illam accipere teneretur de manu hæredis grauati, vel ipso citato ser.ser. ex decreto Iudicis ad text.*in l. cohæredi*, *ff. de vulg.& l.restituta.ff.ad Trebell.*Seraph.*dec.*371. *num.* 2. & possessio aliter capta reddatur vitio-
10 sa, † ac minimè manutenibilis: Rota *in Meleuitana Territorij* 2.*Maij* 1649.*coram Eminentissimo D.Cardinali Ottobono*, §.*verum his omissis,decis.*115.*num.*3.*part.*1.*recent. & decis.*520. *num.*1.*cum seq.part.*1.*diuers.* quia prædicta conclusio locum habet si hæres adsit: illo autem non
11 existenti, vt isto casu fideicommissarius † potest propria auctoritate possessionem apprehendere, vt bene distinguendo docet Bald. *in l.extraneus n.*3.*&* 4. & Ias.*num.*5.*ff.de hæred.instit.*Peregr. *de fideicommisso art.* 47. *num.* 11. Addent. ad Gregor. X V. *decis.* 206. *num.* 10. *vers. posset etiam:* Mantic.*decis.*211.*num.*2. Pen. *decis.* 80. *num.*2.

Non obstat quod idem D. Ioan. Dominicus accesserit, & ipse possessionem huius controuersi Palatij sub die 17. Octobris 1653. cum mandato secundi Collat.vt in eius *Sum. num.* 2. quia cum Pater Andræas sit antiquior respectu possessionis dicti Ioan. Dominici tanquam iu-
12 nior † præsumitur turbatiua, clandestina, & vitiosa, *c.licet causam de probat.* Menoch. *de retinend.remed.*3.*num.*171.Mohed.*decis.*12. *de restit.spol.*Rota *decis.*15.*num.*2.*&* 3.*& decis.*103. *num.*5.*& decis.*116.*num.*1. *&* 2. post dict. Modern. Perus. *de manut.* qui propterea non potuit
13 antiquiorem † possessorem priuare sua possessione, maximè cum pro ea semper præsumatur: Pasett.*cons.*15.*num.*5.*& seq.& cons.*16.*num.*10. & quod actus possessorij turbatiui non sint habendi in aliqua consideratione declarauit Rota coram Canal.*decis.*181.*sub num.*1. præsertim ad impediendum mandatum de manutenendo ad fauorem habentis anteriorem, si habens ante-
14 riorem prosequatur iudicium, † & sic suam possessionem, vel quasi tueatur, vt in hoc casu fecit Pater Andreas: Mantic. *decis.* 172. *in fin.* vbi in terminis, quod possessor posterior prætendebat prohibere exactionem anteriori possessori.

Accedit, quod neque Iudex rectè processit in concedendo immissionem D. Ioan. Dominico super toto Palatio, dum non fuit citatus Pater Andreas, qui iam in illius possessione respectu medietatis reperiebatur; vnde talis posses-
15 sio † neque illi suffragatur iuxta gloss. *in c. licet Episcopus*, *verb.te non vocato*, *vers. sint est. de præbend.in* 6.Crescent.*decis.*7.*de restit.spol.*Rot. *in rec.decis.*426. *num.*3. *part.*1. & explorati iu-
16 ris est, vt possessio † posterior primo possessore non citato dicatur clandestina, & per consequens non manutenibilis: Put.*dec.*372. *num.*1. *&* 2.*part.*1.*recent.* etiamsi capta fuit de mandato Iudicis, cum hoc nihil operetur; sat enim est, quod Pater Andreas possideret vt citandus esset
17 tamen, & quod nunquam se pro spoliato † ha-

buerit, vt ipse, non autem D. Ioan. Dominico sit danda manutentio: Put. *decis.* 419. *in fine lib.*2.Rota *coram Seraph. decis.*1041 *num.*3. & alibi passim.

Præterea ponderatum fuit etiam per Dominos dictum mandatum Iudicis continere clausulas sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, & dummodo possessio sit vacans; existente autem in possessione † dicto Patre Andrea non potuit tale mandatum aliquid operari: 18
Rota *coram Durano decis.*84. *num.*10. Addent. ad Gregor. X V. *decis.*332. *num.* 6. *vers. & in his, & decis.*14.*num.*15.*& seq.inter impress.*post eundem Perus.*de manut.*

Ad impediendam huiusmodi manutentionem pro ineleuanti habita fuit incapacitas obiecta Patri Andreæ, quæ resultare præsupponitur ex fideicommisso Cardinalis de Trano; quia in iudiciis possessoriis,† & præsertim in summariissimo manutentionis nulla admittitur exceptio: 19
Cassad. *decis.*1. *num.*1. *de restit.spoliat.* Put. *decis.*197. *num.*3. *lib.*3. Rota *decis.* 510. *num.*5. *part.*3.*diuers.& dec.*215.*num.*16.post Modern. Perusin. *de manuten.* saltem quæ sit turbida,† & 20
egeat discussione, seu requirat altiorem indaginem, vt requirit ista apposita eidem Patri Andreæ: Bart.*in l.*3. §. *ibidem*, *ff. de re iudic.* Roman.*cons.*323. *num.* 5. Rota *decis.*103. *num.*5. *part.*1.*diuers. decis.*583.*num.*2.*& decis.* 614. *in fine*, *part.* 1.*recent.* cum aliis diffusissimè relatis per eundem Modern.Perus.*de manut. obseru.*42. *num.* 67. *& seq.* cum respiciant merita causæ, † nec fuerint in continenti probata,dicitur alie- 21
na ab hoc iudicio, vt firmauit Rota *in Romana fideicommissi de Ep.*4.*Aprilis* 1631. *coram bon. mem. Cardinali Hieron. Verospio*, quæ est *decisio* 295.post Posth.*de manutent.sub num.*4. & reiicienda venit ad petitorium, & ad iudicium plenarium: Rot. *decis.*507.*in fine*,*part.*1.*diuers.* ac sæpissimè fuit decisum; & ratio est,quia possidens † in hoc summariissimo iudicio manuten- 22
tionis non tenetur docere, quo titulo rem possideat, cum sufficiat sola detentatio: Castrens. *in l.Actil.num.*5.*vers.habet tamen.ff.de donat.*Neuizan.*cons.*80.*num.*3. Couar. *pract.qq. cap.* 17. *n.*5. *vers. sic sanè*, cum aliis congestis per Menoch.*de retinen.rem. vlt.n.*18.

Eóque minus huiusmodi incapacitatis exceptio allegari potest ab eodem D. Ioanne Dominico, dum ab ipso Pater Andreas fuit agnitus pro successore † ad assumptum fideicommissum, 23
necnon in Condominium, atque possessorem admissus, vt constat ex prædictis locationibus, ac confessionibus, factis per eundem Ioannem Dominicum,quæ contra illum bene probant: Rota *diuers.decis.*101.*num.*2.*part.*2.*diuers.decis.*237. *n.*4.*part.*6.*rec.& coram Greg. X V. decis.*357. *num.*3.

Denum non afficit eundem Patrem Andream quod idem Cardinalis in suo testamento commiserit facultatem administrandi suam hæreditatem maiori natu laico filios habenti cum onere distribuendi fructus inter alios cohæredes, quia cum Dominus Ioannes Dominicus vsque adhuc filios non habeat; imò nec etiam vxorem duxerit ex defectu requisitorum † iuuari minimè po- 24
test in hac dispositione: Ias.*in* §. *actionum n.* 88. *instit.de action.*Surd.*cons.*248. *num.*19. Rota *in Ferrarien.manutent.*14.*Iun.*1641.*coram bo.mem. Pirouano, vers.præterea idem onus.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

DECIS. XCVIII.

R. P. D. Meltio.

Meleuitana Pecuniaria.

Veneris 6. Martij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cum hypotheca verificatur ex subsecuta euictione.*
2 *Hypotheca afficit bona præsentia, & futura, non autem præterita.*
Expressa posterior tacitè anteriori præfertur, num. 4.
Dotis non præfertur alteri priuilegiatæ, n. 5.
3 *Cessionarius anterioritate cessionis vtitur.*
6 *Priuilegium dotis quoad prælationem in hypotheca transit in filios tantum.*
7 *Dotandi filios onus ad patrem spectat.*
8 *Dotis promissio facta à matre intelligitur in subsidium.*
Amplia, vt num. 9. & 14.
10 *Decoctio ex quibus excludatur.*
11 *Bona subiecta fideicommisso non veniunt in generali bonorum obligatione.*
Fideicommissi pro dote constituenda alienantur, n. 12.
Remanent libera restituta dote, n. 16.
13 *Auth.* res quæ, C. com. de legat. *an habeat locum in grauatis ex contractu.*
15 *Dispositio generalis vbi non domino concessa est facultas disponendi.*
17 *Iactare suum nemo præsumitur.*

FVerat sub die 10. Feb. 1653. resolutũ dandam esse immissionem cumulo in possessionẽ controuersarũ terrarum Talcattara nuncupatarũ, cui resolutioni non acquiescente Vincentia dd. terrarum posseditrice, ac impetrata per eam de nouo accidentia, hodie ad ipsius instantiam dubitaui, an esset standum, vel recedendum à decisis, & DD. in decisis persistendum esse censuerunt; quia adhuc solita requisita pro obtinenda immissione ex remedio Saluiani visa fuerunt abunde, in proposito casu concurrere.

Creditum cum hypotheca patet ex promissione euictionis ab Ambrosio Surdo & Ioannella Iugalibus ad fauorem cumuli in instrumento dationis in solutum terrarum Tabbaïada & purificata mediante euictione † earundem terrarum secuta ad instantiam Claudiæ tanquam hæredis fideicommissariæ prædictæ Ioannellæ: *l. 1. ff. qui potior. in pignor. habean. l. pignori, ff. quæ res pignor. oblig. poss.* cum aliis alleg. *in decis.* quæ reuidetur, *sub §. creditum.*
1

Possessio antiqua Ambrosij principalis debitoris, & moderna Vincentiæ Teæ conuentæ probatur ex dictis Testium, aliisque iuribus ponderatis in eadem decisione, §. *quod Ambrosius.*

Non obstat quod prædicti Ambrosius, & & Ioannella coniuges de anno 1589. & ita longè ante dictam promissionem euictionis, quæ solum sequuta fuit de anno 1599. assignauerint pro dote Hieronymæ communis filiæ terras Talcattara, vnde non potuerit super istis dari immissio cumulo ex remedio Saluiani, tum ex
2 defectu hypothecæ † quæ capit tantum bona præsentia & futura, non autem præterita, & in alios translata, iuxta text. *in l. qui balneum, §. Titia, ff. qui potior. in pignor. habean.* Bald. *in l. fin. §. & si præfatam, num. 4. C. de iur. deliber.* Negusan. *de pignor. in 3. memb. 2. part. num. 52.* tum quia stante præcedenti assignatione controuersi prædij in causam dotis Hieronymæ illud non erat amplius in bonis Ambrosij: sicque deficit cumulo vnum ex extremis necessariis ad Saluianum, quod est possessio debitoris de tempore obligationis, vel posteà.

Pro sufficienti enim responsione fuit per Dominos ponderatum quod licet datio in solutum facta fuerat, solùm de anno 1599. attamen illa cessit in extinctionem debiti anterioris, quod Ambrosius contraxerat fauore cumuli tam ex causa administrationis bonorum per dictum Ambrosium susceptæ vsque de anno 1588. quam ex impositionibus censuum de anno 1578. ad fauorem diuersarum personarum, à quibus cum deinde cumulus reportauerit cessionem, † inde 3
fit vt eadem authoritate, qua vti possent creditores censuum fieri possit etiam cumulus illorum cessionarius: *l. venditor actionis, ff. de hered. & act. vendit. l. si Prior, §. à Titio, & §. si Tertius, ff. qui potior. in pignor. habean.* Bald. *in l. quo stipendia, in princip. ff. de Procurator.* Gratian. *discept. forens. cap. 459. num. 24. & 25.* Rota coram Duran. *decis. 60. num. 5. in recent. decis. 189. num. 4. part. 6. & in Romana depositi 24. Aprilis 1648. coram R. D. Cardinali Ottobono, §. nam cum ex tenore.*

Neque refragatur quod hypotheca dotis Hieronymæ vti expressa; licet posterior † præferenda tamen sit anteriori tacitè resultanti ex administratione Ambrosij, iuxta text. *in l. qui assiduis, Cod. qui potior. in pignor. habean.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 935. num. 38. versic. eo quod dicitur:* nam omisso quod hic agitur de debito occasione administrationis bonorum loci Pij; & ita de causa priuilegiata: Vnde huiusmodi hypotheca dotis † præfertur alteri priuilegiatæ secundùm veriorem ac magis receptam ab omnibus opinionem, vt bene per Mantic. *de tacit. & ambiguit. lib. 11. tit. 11. num. 6. & 7.* Gratian. *disceptat. forens. dict. cap. 935. num. 39. & 40.* adhuc cum Vincentia non veniat ex persona propria; sed ex persona Hieronymæ eius Auiæ, vtique non valet ex illius dote priuilegium prælationis prætendere; † quia huiusmodi priuilegium est personale, nec personas filiorum egreditur, ad text. *express. in dict. l. qui assiduis, C. qui potior. in pignor. habean.* ibi: *Non enim aliis dedimus, & damus hoc priuilegium, aut hæredibus aut creditoribus, sed solis filiis.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 26. num. 5.* Gait. *de credit. cap. 4. num. 1589.* Rota coram Buratt. *decis. 639. num. 21.*
4
5
6

Non etiam controuerti potest existentia censuum quorum cessionem reportauit cumulus; quia satis illa comprobata remanet ex instrumentis impositionum eorumdem censuum in actis productis, vt firmatum fuit *in praeced. decis. sub §. denegari.*

Pariter subsistere minimè visa fuit alia prætensio metiendi ad affectum anterioritatis hypothecam, non à die constitutionis dotis Hieronymæ, sed à die dotis Ioannellæ, ex quo & ipsa in dote promissa eidem Hieronymæ communi filiæ accessit sub obligatione omnium suorum bonorum: nam placuit responsio iam data in decisione quæ reuidetur *sub §. nec habita fuit;* quod

quod scilicet cum Ioannella promiserit dotem
7 vnà cum † Ambrosio viro ad quem onus dotandi filiam particulariter spectabat: *l. neque mater* 13. *Cod. de iur. dot. l. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos*, *ff. de rit. nupt.* Dec. *in auth. prætereà, num.* 17. *&* 161. Curt. iun. *num.* 19. *Cod. vnde vir & vxor.* Rota *decis.* 28. *num.* 1. *&* 3. *& decis.* 58. *num.* 1. *part.* 5. *rec.* talis promissio intelligitur
8 facta † in subsidium quamuis bona patris non adessent, *in l. complures §. penult. in verbo, alio patre ff. de admin. tutor.* Surd. *cons.* 88. *num.* 21. Corn. *consil.* 316. *num.* 3. *lib.* 4. Faber *in C. lib.* 5. *tit.* 6. *diffinit.* 7. vbi ampliat id procedere quamuis
9 mulier specialiter † & in solidum obligasset, cum aliis adductis *in prima decisione*, §. *neque habita.*

Neque valet dicere vt Ambrosius pater tunc temporis adeò debitis inuolutus fuerit vt pro decocto reputaretur, quia vltra quod ad hunc effe-
10 ctũ probãda esset actualis illius latitatio, † & fori cessio de tempore promissionis dotis, vt pluribus allegatis firmatum fuit *in decisione* in hac causa emanata super remissoria *sub die* 4. *Iulij* 1653. adhuc omnis prætensa inopia excluditur, ex quo de an. 1599. & sic post decennium à die promissionis dotis dedit in solutum cumulo Terras pro pretio scutorum 800. & aliorum Terras donauit Leonardo filio de anno 1589.

Prætereà prætensio anterioris hypothecæ ex iuribus Antonellæ, tanto magis irreleuans detegitur, quia cum de eiusdem Ioannellæ consensu fuissent per Augustin. patrem illius bona subiecta fideicommisso fauore descendentium vtique
11 non potuerunt † deinde illa venire generali obligatione omnium bonorum facta ad fauorem Hieronymæ filiæ in præiudicium vocatorum ad fideicommissum, iuxta text. *in l. qui assiduis, C. qui pot. in pign. hab.* Oldrad. *cons.* 114. *in fin.* Riminald. sen. *cons.* 115. *num.* 12. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *n.* 88. Rota *decis.* 449. *n.* 3. *part.* 1. *diuers. & in priori decis. §. fin.*

Nihil obstante, quod etiam bonorum fidei-
12 commissariorum licita sit † alienatio pro dote constituenda, *ex auth. res quæ, C. communia, de legat.* quia quid sit, an *dict. auth.* intret, quando prout hic pater alienationem prohibuit, & ad
13 restituendum † prouocauit, non in testamento, sed per viam contractus ad tradita per Socin. sen. *cons.* 75. *n.* 9. *versic. contrarium tamen lib.* 1. Peregr. *de fideicom. dict. art.* 42. *num.* 58. certum est, quod illa non habet locum nisi in subsi-
14 dium, † & ita cum de tempore dotationis ipsius Hieronymæ adessent bona patris non potuerunt pro illius dote obligari bona fideicommissaria matris, *l. neque mater. Cod. de iur. dot.* Gabr. *consil.* 119. *num.* 2. *& seqq. lib.* 2. Rota *decis.* 457. *num.* 1. *part.* 4. *diuers.* & fuit dictum *in Auenionen. Vrbeuetana legati* 4. *Maij* 1648. *coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Lucridotis* 1. *Apr. lis* 1650. *coram R. P. D. meo Albergato*, §. *& omnis.*

Non etiam obstat, quod Augustinus Cumbo dum dotauit Ioannellam filiam de anno 1564. ac ordinauit fideicommissum fauore descendentium eidem Ioannellæ factionem dederit disponendi de vnc. 400. in dotem illi assignatis ad fauorem vnius ex filiis; in quo infertur quod dicta Ioannella obligando se pro dote Hieronymæ filiæ voluerit vti dicta facultate, ac ad illius fauorem de dictis vnc. 400. disponere, quia vltra quod huiusmodi generica obligatio non videtur impertare dispositionem, iuxta facultatem sibi attributam, † cum ad hunc effectum specifica 15
potius quam generica requireretur dispositio ad tradita in his terminis per Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 10. *num.* 68. quod nec etiam intentionem habuerit vtendi huiusmodi facultate clarè ex eo elicitur, quia dos fuit constituta à sola Ioannella, sed insimul cum Ambrosio eius marito, & super illius propriis bonis, atque ita semper apparet, quod obligatio Ioannellæ fuit potius facta in subsidium, & fideiussorio nomine relinqui tenebatur dotare filiam, quam animo vtendi d. facultate sibi concessa.

Vlteriùs quòd remouere videtur omnem difficultatem, est, quia dos Ioannellæ fuit iam restituta Claudiæ nepti, atque illius fideicommissariæ, & ita si Vincentia vllum ius super ea prætendit, tenetur ius suum experiri, atque actionem dirigere contra dictam Claudiam, non autem sub hoc prætextu impedire valet immissionem Cumulo super bonis propriis Ambrosij
sui debitoris † quæ libera ab hoc debito reman- 16
serunt mediante dotis restitutione: *l. nomen, Cod. quæ res pign. oblig. poss.* cum aliis *in dict. decis. super remissa.* §. *neque obstat*; & facta dotis semel restitutione quis non præsumitur, nec debet iterum eam soluere, quia hoc esset iactare suum
contra † vulgares regulas: Rota *decis.* 690. *n.* 2. 17
& 3. *part.* 4. *recent. tom.* 3.

Non obstat denique prætensa iniustitia euictionis ex eo deducta, quod donatio cuius causa prætendunt bona fuisse per Claudiam euicta non fuerit valida in præiudicium Hieronymæ primo loco ad fideicommissum vocatæ, & cui dicta bona anteà hypothecata reperiebantur per obligationem à Ioannella factam in actu constitutionis dotis: nam omissis aliis obiectum de facili remouetur ex facto animaduertendo quod Hieronyma decessit prim. Ian. 1609. sicque ea defuncta bene fieri potuit Claudiæ nepoti ex facultate concessa Ioannellæ in dicto fideicommisso restituendi viro ex descendentibus vocatis.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO XCIX.

R. P. D. PEVTING.

Beneuentana, seu nullius iurisdictionis.

Mercurij 11. *Martij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis ex releuantia articulorum conceditur.*
In dubio est concedenda, n. 6.
Contra scripturas non conceditur, n. 9.
2 *Immemorabilis habet vim tituli.*
Debet esse canonizata per tres conformes, num. 3.
Declara, vt n. 4.
Requirit vt nil vnquam in contrarium fuerit actum, n. 7.
5 *Verbum*, habet, *etiam ad præteritum refertur.*
8 *Probatio probationem non excludit.*
10 *Visitationes factæ ab Episcopo post Concilium Tridentinum non constituunt in*

quasi possessione iurisdictionis ordinaria.
12 *Enunciatiua inuicem contracta conquassantur.*
Amplia, vt n.12.
13 *Forum in loco commissi delicti quis sortitur.*

COmmissa mihi hac causa per appellationem à sententia R.P.D.mei Zarate, probata super iurisdictione locorum controuersorum inter Reuerendissimum D. Archiepiscopum Beneuentanum, & D. Archidiaconum eiusdem Metropolitanæ vigore duarum decisionum: Prima decisio huius causæ Lunæ 13.Maij 1652.& altera 27. Ianuarij 1653. Qui Archidiaconus immemorabilem consuetudinem exercendi iurisdictionem in dictis locis in gradu appellationis articulauerat coram me, petita super hoc re-
1 missoria † in partibus quam Domini concedendam esse dixerunt ex tritis satis regulis, quando versamur in materia prophana, & articuli sunt releuantes prout *in casu l.Iudices, & Auth. apud eloquentissimum, Cod. de fid. instr.* quibus etiam concurrentibus semper Rota remissoriam concessit *coram M. Greg. X V. tunc Rota Auditore, inter impress. decis.* 483. *num.* 2. & 3. etiam ex releuantia vnius articuli: Rot.*dec.*677. *num.*1.*part.*1.*recent.*& *in Vercellen.aquarum.*10. *Martij* 1653.*§.fin.coram R.P. D. meo Zarate,* & passim in aliis pluribus.

Quod verò articuli Archidiaconi dati sint releuantissimi, probatur ex antiquissimis Constitutionibus anno 1353. *Sum.num.*1.ex attestationibus Archiepiscopi Palumbariæ, cum sex Vicariorum *Sum. num.* 2. ex Pacentibus Ordinum, & inter alias 21. Maij 1644.enunciatiuas Moderni Archiepiscopi *Sum. num.*3. ex testibus alias per Archidiaconum datis, in quibus prætenditur ipsum in dictis Castris; prout eius antecessores exercuisse iurisdictionem, & ideò im-
2 memorabilis † probata cum suis requisitis, prout fuit articulata habet vim tituli: Rota *decis.*150. *num.*5.& 6.*part.*5.*recent.* quæ veritas probatur etiam ex verbis statuti, ibi: Item habet Archidiaconus Diœcesim distinctam à Diœcesi Archiepiscopali.

Non obstat requiri, quod immemorabilis sit
3 canonizata † per tres conformes, vt dicitur *in §.immemorabilis decis.*2.*coram R.P.D. meo Zarate,* quia *in §. seq.præterea,* subdit, & intelligendum est iuxta declarationes Sacræ Congre-
4 gationis † Concilij ibi enunciatas, nec refert quòd lis aliàs fuerit cœpta de anno 1601.atque ita requirantur testes centenarij, quia erat restricta super bono iure visitandi, vt legitur *in Summario Archiepiscopi num.* 7. ibi visitare voluit, & de facto visitauit, & infrà ibi, vt in præmissis, &c.

Neque concessionis remissoriæ repugnat, quod constet de initio iurisdictionis Archidiaconi ex constitutionibus vt *suprà* per Archiepiscopum Pinum editis de anno 1355. de quibus agitur, quia negari saltem non potest, quin ver-
5 bum,† *habet*,referri etiam possit ad tempus præteritum, ex allegatis *in* 2.*decis.R.P.D. mei Zarate, in §.nec magis,* & sufficit vt de hoc possit
5 dubitari, † ne ex hoc capite denegat. remiss. Cocc. *decis.* 20. *num.*4. Rota *in Toletana decimarum* 16.*Maij* 1648. *coram R.P.D. meo Celso in Interamnen. fideicommissi* 20. *Iunij* 1652. *coram R.P.D.meo Bichio, & in Regien. Beneficij* 19. *Ianuarij* 1664. *coram R. P. D. meo Benilacqua.* Et difficultas restringitur ad actus iurisdictionales in his Castris ab Archiepiscopis Beneuentanis pro tempore exercitos, per quos excluditur, quod nunquam contrarium fuerit seruatum, & sic alterum ex necessariis ad impedien.immemorabile requisitis; ideò dicatur rectè euerti, † quod nihil vnquam fuerit factum in 7
contrarium, vt fuit dictum *in dict.§.immemorabilis coram R.P.D.meo Zarate, & in Marsicen. Iurisdictionis* 18. *Februarij* 1647. *§. tandem, in fin. &* 17. *Iunij eiusdem anni, §. his aliisque, coram R.P. D. meo Bichio*; quia cum pro parte Archidiaconi dentur plures responsiones ad singulos actus, † hoc sufficit ad effectum ne 8
impediatur remiss. probata enim sua intentione videbitur, quæ probatio magis releuet, vt dixit Rota *coram Greg. X V. decis.* 163. *num.* 9. ibi not.Addent.*littera C,* atque fuit dictum *in Brixinen.iurisdictionis* 19.*Nouembris* 1638. *coram Reuerendissimo Salam. & in Hispalen. decimarum* 16.*Iunij* 1647.*coram Eminentiss.D. Card. Corrado.*

Alij verò actus probari per scripturas, contra quas non conceditur † remiss. Seraphin. *decis.*1460. *num.* 3. quatenus respiciunt iustificationes factas ab Archiepiscopis, quia omnes emanarant ab anno 1573. & sic post publicationem Concilij Tridentini concedentis Ordinariis tanquam delegatis Apostolicis ius visitandi, non augent † neque constituunt Archiepiscopos in quasi possessione centenaria, quæ est intentio Archidiaconi: Rot.*decis.*578. *inter impressas apud Modern.Perusin. & in Aquilan. iurisdictionis coram Sanctissimo D.nostro impress. apud Marches. de commiss. part.* 1.*fol.* 39. *sub num.*4. & *in Barchinonen. iurisdictionis* 4. *Iulij* 1646.*§ tandem, &* 8. *Aprilis* 1647. *§. omissis, coram R.P.D.meo Bichio.*

Verũ quidẽ est,quod vltra visitationes dentur pro Archiepiscopo concursus ad Parochiales horum Castrorum: sed id euenit, quia Archidiaconus non habet examinatores Synodales, dantur etiam dispensationes matrimoniales in vim litterarũ Apostolicarum:sed hæc quoque fieri potuerunt iure delegato in eisdem litteris,dantur etiam enunciatiuæ plurimæ, † quod Castra sint Diœcesana ciuitatis Beneuentanæ, sed è contra dantur plurimæ enunciatiuæ ipsorummet Archiepiscoporum, quod eadem Castra sint Archidiaconal. Vnde neutræ ex dictis enunciatiuis sunt attendendæ: Rota *decis.*160. *num.*12. *part.*1. *recent.* Eò minùs dum principaliter † probatur de 12
enunciato: Rota *decis.*405.*num.*5.*eadem par.*1. *recent.* cum pluribus aliis allegatis *in Gerunden. Prioratus* 14. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Bichio*, & in his terminis *in supradicta Brixinen.Iurisdictionis,coram Reuerendiss.Salamantino, §. penult.*

Solutiones factæ pro Seminario referri possunt ad dispositionem Concil.Trident.*de reform. cap.*18.*sess.*23.

Fabricatus processus contra Thomam Gisardum ratione delicti commissi in carceribus Archiepiscopi non viget; quia etiamsi reus † sit 13
subditus Archidiaconi; potuit subiici foro Archiepiscopi ratione loci delicti, iuxta allegata *in decis.*324.*num.*5.*par.*5.*rec.* Idémque respondetur ad querelam porrectam contra Andream del Tocco Tessæ Cercelli, cuius delictum non constat,vbi fuerit commissum,& sufficit dubitari posse de loco delicti; ne denegetur remissoria,

ad

ad quam concedendam satis est articulus relenant. ex *suprà* allegatis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

DECISIO C.

R. P. D. Cerro.

Comen. Funeralium.

Lunæ 16. *Martij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ex quibus dicatur Collegiata.*
2 *Cura animarum in Cathedrali spectat ad Achipresbyterum.*
*In Collegiata ad Capitulum habitu, n.*3.
*Animarum habitualis ex quibus probetur, num.*6.*&* 7.
4 *Funeralia spectant ad Capitulum in Collegiata.*
5 *Partitis extractis è libris Capitali contra Capitulares creditur.*
8 *Præpositus nominatus cum cæteris de capitulo ad diuisionem emolumentorum Parochialium non consequitur dimidiam, sed virilem,& n.*11.
9 *Referens non probat non exhibito relato.*
10 *Cura exercitium simplex habens curam animarum habere dicitur.*
12 *Concursus omnium Canonicorum in actu præiudiciali requiritur.*
*Nec sufficit maior pars,& n.*13.
13 *Contemptus à non vocato ad electionem & eius successoribus dumtaxat allegari potest.*
14 *Beneplacitum Sedis Apostolicæ, vel Episcopi requiritur in transactione inita inter personas eiusdem Ecclesiæ.*
*Ad præsumendum requiritur obseruantia annorum triginta,n.*15.

DIssidebant inter se Capitulum, & Præpositus Ecclesiæ Sancti Fidelis Comen. circà perceptionem emolumentorum funeralium, illorum scilicet, quæ debentur Rectori ratione sepulturæ, & similium tanquam fructus Curæ, non tamen Ruralium nempe funerum extra Ciuitatem, quæ integra deberi Præposito ratione sui à Capitulo non controuertebatur, disputato itaque dubio cui, & pro qua rata debeantur prædicta emolumenta funeralium Domini responderunt deberi Præposito, & singulis Canonicis pro virili.

Præmisso enim quòd dicta Ecclesia sit Collegiata, vt partes conueniunt, atque conuincitur ex longo exercitio actuum qualitatem Collegialitatis necessariò præseferentium;nempe communis sigilli, communis Archæ, communis Massæ, & Syndici, ac communis seruitij, & si-
1 milium, † quæ recensentur per Hostiens. *in cap. nobis,col.*2.*vers.& notandum de Iurepatr.* quem aliis plenè allegatis sequuta fuit Rota *in Massanen. Archiep.* 3. *Ianuarij* 1648.*coram Eminentiss. D. Cardinale Corrado*, §.*quod autem Ecclesia sit Collegiata.vers.vel ex longo.*

Inde sequitur, quod de iure communi, licèt
2 secus sit in Cathedrali † in quibus terminis loquitur Decisio Alexandrina funeralium 1. Iulij 1630. *coram bon. mem. Merlino inter eius impress.*480. *n.*5. *cum seqq.* Cura Animarum spectet habitu ad Capitulum,†vt firmant Calderin. 3
*cons.*18. *post med.& per tot.de prabend.* Oldrad. *cons.* 67. *sub num.*1. *vers. Ergo dicam:* Roman. *cons.*325. *num.*3. Gabr. *cons.*190. *num.*7. *lib.*2. Lap. *alleg.*5. *num.*7. *vers. Et solùm in Collegiata*, Put. *decis.*280. *per tot. lib.*1. *in corr.* & Rot. *in rec.decis.*340.*n.*1.*vers. In Ecclesia autem*, *p.*2. *& in Romana Vicariæ*, 8. *Nouembris* 1621. *coram bon.mem. Coccino part.in recent. decis.*316. *n.*1. *&* 3. *part.*8.

Atque ideò ex eadem iuris communis dispositione non soli Præposito, sed ad † Capitulum 4
spectant funeralia, *cap.ex parte, & cap.cum super de sepult.in punct.* Gabr. *dict.consil.*190.*n.*8. *lib.*2. quem admisit Rota *in Romana funeralium* 14.*Decembris* 1620.*coram bon.mem. Coccino*;& in indiuidualibus terminis sequuta fuit *in Romana Iurium Parochialium* 4. *Decembris* 1651. *coram R.P.D. meo Celso*,§.*hoc posito.*

Comprobantur præfata ex partitis extractis è libris Capituli, quibus contra † Capitulares, 5
prout est Præpositus plena fides adhibetur, licèt secùs contra extraneum, vt notat Anchar. *consil.*44.*num.*6. Menoch. *consil.*512. *num.*1. Rota *coram Buratt.decis.*539.*num.*3.*& decis.*598.*sub num.*16.*in rec.decis.*491.*in fin.part.*8.*& in dict. Romana iurium Parochialium*, §. *maximè cum illorum.*

Ex illis enim apparet, quòd ab antiquissimo tempore controuersa emolumenta percepta fuerunt à Ministro Capituli, & repartita inter Præpositum, & Canonicos pro virili *Sum. Capituli num.* 9. *&* 10. ex qua quidem perceptione, & coæquali repartitione eò magis fundata remanet intentio Capituli, tam respectu curæ habitualis, † quàm de consequenti respectu pertinentiæ 6
eorundem emolumentorum, vt in terminis ponderauit Rota *coram Cardin. Seraph. dec.*839. *sub num.* 4. *vers. ex quibus omnibus in dicta Romana Iurium Parochialium*, §.*constat autem*, *&* §.*prout etiam.*

Et tantò certius dictas partitas librorum Capituli in proposito attendendas, esse dixerunt Domini, quia corroborantur adminiculo testium eandem perceptionem factam à Ministro Capituli, & virilem repartitionem affirmantium, *dict. Sum. num.*11. *visitationum:* In quibus ipsi Capitulo iniunctæ fuerunt expensæ curam animarum respicien. *eod. Sum. num.*1. prout ab ipso actualiter factæ fuerunt *num.* 8. quarum expensarum † onus optimè arguit ad fauorem illius 7
pertinentiam curæ habitualis, iuxta *prædictam decisionem Card. Seraph.* 834. *num.*1. *&* 2. Ac demùm aliorum instrumentorum, in quibus explicitè enunciatur funeralia, de quibus agitur spectare ad Capitulum *eod. Sum. n.*2. *&* 3.

Et quamuis in dictis instrumentis priùs nominatus fuerit Præpositus, & deinde Canonici, attamen cum id euenerit ob præeminentiam personæ, non arguit in Præpositi medietatē iuris, sed ipsum † tanquam vnum de Capitulo fuisse con- 8
templatum, iuxta theor. Bart. *in l. si seruus communis* 167. *sub n.*4. *vers. nam ille vnus. ff. de stipul. seru.* quam in proximis terminis sequuta fuit Rota *in Montis Alti Beneficij* 28. *Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Bichio*, §.*verùm.*

Non obstat, quod de anno 1569. Canonici fassi fuerint curam animarum, tam in præsentia Præpositi, quàm in absentia ad ipsum spectare.

Quia

Quia præter quod tam dicta confessio, quàm d. sententia desuper emanata, vtpotè relaxatiuæ ad
9 certum † instrumentum inuestituræ anni 1498. non videntur attendendæ, nisi exhibito relato ad notata *in Auth. si quis in aliquo, Cod. de eden.* Burat. *decis.* 1. *num.* 10. *& decis.* 754. *num.* 3. Dum ex tot aliis apparet, curam habitualem esse penès Capitulum eadem confessio, & sententia in-
10 telligendæ sunt de cura actuali, † vt benè ad propositum respondit Rota *coram eodem Burat. decis.* 214. *num.* 6. *in dict. Romana Vicariæ coram bon. mem. Coccino in rec. decis.* 316. *num.* 9. *&* 10. *part.* 8. *& in Barchinon. Vicariæ* 17. *Maij* 1624. *coram bon. mem. Merlino inter eius impress. decis.* 115. *num.* 10.

Exinde tamen quod cura actualis sit penès ipsum, & ab eo dumtaxat actu exerceatur præ-
11 tendere non potest integra emolumenta, † sed repartienda sunt in capita inter ipsum, & Canonicos, cùm isti cætera munera exequantur, recitando Horas Diuinas, celebrando Missas, & canendo, in quorum recompensationem dicta emolumenta ipsis debentur, vt optimè probat Gabr. *d. cons.* 190. *num.* 8. *cum seqq. lib.* 2. Rota *in d. Romana Iurium Parochialium coram R. P. D. meo Celso, d. §. hoc posito.*

Non obstat transactio anni 1629. quæ dimidiam Præposito tribuit.

Quia non afficit successores, tum ex defectu
12 consensus omnium Canonicorum † omninò necessarij in actibus voluntariis, quando (vt in casu nostro) vtiles non sunt, licèt secùs sit concurrente vtilitate, vt tradunt Abb. Butr. & alij allegati in decisione huius causæ; edita super manutentione *coram R. P. D. meo Meltio* 7. *Iunij* 1651. *§. prima autem*, præsertim cum non
13 appareat, omnes † Canonicos fuisse conuocatos, vt debuit ex allegatis *in Cauallicen. Canonicatus* 4. *Martij* 1616. *coram Cardinali Sacrato sub* §. 1. qui propterea siue eius successores bene dare possunt de contemptu: Innoc. *in c. inhærenti* 55. *num.* 8. *vers. istis computatis*, ibique Abb. *num.* 10. *de elect.* Calder. *consil.* 11. *de iure patr. per tot.* Lambertin. *de iure patr. lib.* 2. *par.* 2. *art.* 19. *n.* 15. *&* 16. Gonzal. *super reg.* 8. *gloss.* 56. *num.* 79. Rota *coram Burat. decis.* 351. *num.* 4. *& in Sulmon. beneficij* 25. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Peuting.* §. *penultimo.*

Tum etiam, quia confirmata fuit à solo Vicario, quod non sufficit, sed requiritur auctoritas
14 Sedis Apostolicæ, † vel Episcopi, licèt non agatur de alienatione extra Ecclesiam, vt in his præcisis terminis respondit Rota *in dicta Alexandrina funeralium* 29. *Nouembris* 1630. *coram bon. mem. Merlino inter eius impress. decis.* 490. *num.* 8. & repetita *in rec. decis.* 410. *iisdem numeris part.* 5.

Non attentis authoritatibus allegatis *in dicta decis. Domini mei Meltij* §. *fin.* quia ibi conclusio non firmatur, & cautè: cumque ageretur in iudicio manutentionis subditur sufficere posse de hoc dubitari, ne interim retardari possit manutentio Præposito; cumque dicta concordia celebrata fuerit de anno 1629. non adest obseruantia tanti temporis, quæ sufficiat ad præsumen. Beneplacitum Apostolicum, nempe 30. annorum, ex allegatis per Add. ad Greg. *dec.* 354. *sub n.* 18. *vers. minus*, quam sequuta fuit Rota *in Romana deuolutionis Domus* 4. *Decembr.* 1651. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *vlt. in fine.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CI.

R. P. D. Celso.

Eugubina Emphyteusis.

Lunæ 20. *Aprilis* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Papa narratiua motu proprio facta probat.*
2 *Pars vna scripturæ aliam declarat.*
3 *Emphyteutica status Vrbini adinstar allodialium fuit redacta, ideóque in extraneos alienantur.*
4 *Renouationem inuestituræ petendi ius est hæreditarium.*
Inuestituræ petendi ius durat triginta annos, quando fuit inuestitus extraneus, num. 8.
5 *Bart.* in l. 1. §. permittitur, ff. de aq. quot. & æst. *declaratur.*
6 *Scientiam emphyteusis finitæ, qui allegat alium habere probare tenetur.*
7 *Annus renouationis petendi non incipit, nisi à die scientiæ.*

Cvm per obitum Isabellæ, & Lauiniæ filiarum Ioannis-Francisci de Bonieronymis prædium controuersum deuolutum fuerit ad Monasterium, & Monachos Sancti Paterniani Ciuitatis Fani, ipsique de anno 1628. renouauerint inuestituram in personam Catharinæ, pariter dicti Ioannis-Francisci filiæ, stipulantis pro se, eiúsque filiis, & nepotibus masculis, & fœminis, & cum clausula, *ad habendum, &c.* Ideò defuncta eadem Catharina sine filiis, & nepotibus, instituto sibi hærede Dominico Balleono; dubitaui, an Ecclesia, quæ Andream Mariottum iam inuestiuerat, teneretur eidem Balleono dictam emphyteusim renouare, & teneri, responsum fuit.

Siquidem in statu Vrbini omnia ferè bona sunt emphyteotica: non quidem concessa Laïcis per Ecclesiasticos, sed quæ ipsi Laïci submiserunt dominio Ecclesiæ ad euitandam illorum deuastationem, & confiscationem, propter inimicitias, & bella tunc vigentia; & si quæ fuerunt ab initio per Ecclesiasticos Laïcis prædictis concessa, illa tunc erant sterilia, & inutilia, & infructuosa, & propriis expensis per eos ad culturam redacta: Adeò vt inoleuerit consuetudo faciendi huiusmodi renouationes ad fauorem proximiorum, seu hæredum emphyteotæ, vt habetur in Breui san. mem. Vrbani VIII. cuius narratiua † tanquam emanata motu pro- 1
prio optimè probat, vt dixit Rota coram Seraph. *decis.* 388. *n.* 1. vbi etiam si illa facta fuerit cum clausula *(sicut asseritur:)* Duran. *dec.* 154. *n.* 4. *in recent. decis.* 656. *n.* 3. *part.* 2. & firmatum fuit *in Oriolen. Beneficiorum* 15. *Decembris* 1645. *coram R. D. meo Decano.*

Vnde cum dictum Breue expressè percipiat, quod quicunque Domini directi, ad quos bona emphyteotica status Vrbini deuolui contigerit, non possint illa pro se retinere, sed teneatur iuxta antecedentes concessiones renouationem concedere illi, vel illis, siue masculis, siue fœminis, qui de iure, vel æquitate à Iurisprudentibus considerata in renouatione præferendi sunt, huiusmodi verba intelligi debent de proximioribus, vel

de

de hæredibus, vt *suprà* dictum fuit, cum vna
2 † pars scripturæ aliam declaret: *l. qui filiabus, ff. de legat.* 1. Menoch. *consil.* 1. *num.* 186. Rota *diuers. decis.* 327. *num.* 1. *part.* 4. *& in recent. decis.* 587. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 3. Et verba antecedentia recipiant interpretationem ex subsequentibus: Rota *coram Buratto decis.* 872. *sub n.* 4. *& decis.* 930. *num.* 6. *& in recent. decis.* 323. *num.* 74. *part.* 6. *& decis.* 120. *num.* 14.

Malè igitur per Abbatem, & Monachos facta fuit concessio ad fauorem Mariotti: Nam cum adesset Balleonus hæres Catharinæ, ille omninò debebat præferri; Tum vigore dicti Breuis, in quo expresè disponitur, quod possit emphyteuta tam primus, quàm secundus, vel etiam vltimus ex comprehensis bona emphyteotica de consensu aliorum vocatorum, vel sine eorum præiudicio alienare, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & aliàs quomodoli-
3 bet disponere in fauorem cuiuscumque, † & quòd Dominus directus satisf. ei de Canonibus, & Laudemio alienationi, & dispositioni huiusmodi consentire, vel aliàs quomodolibet acquirenti inuestituram facere teneatur, à quibus verbis bona prædicta dicuntur redacta ad instar Allodialium, vt in terminis Bullæ Bonifacianæ, adinstar cuius Papa reduxit Bona status Vrbini, firmat Mircobrun. ab Anguill. *cons.* 26. *num.* 256. Laderch. *cons.* 19. *num.* 10. *vers. vlt.* in terminis Rota coram Duran. *decis.* 254. *num.* 5. *& in recent. decis.* 319. *n.* 1. *&* 2. *p.* 5.

Tum etiam de iure, cum ius petendi renoua-
4 tionem † sit quid hæreditarium, vt dicit Gloss. *in l.* 1. *§. permittitur, verb. Impetrabile, ff. de aqu. & quot. & æst.* Anchar. *cons.* 134. *num.* 3. *vers. & istud*, Ias. Paris. *cons.* 22. *num.* 36. *circa med.* vbi firmat Dominum directum teneri concedere renouationem filiæ defuncti, vel hæredi ipsius, & illi potius gratificare, quàm alteri: *& consil.* 28. *num.* 5. *lib.* 1. Aldobr. *cons.* 21. *num.* 5. & ibi: vbi ait nulli dubium esse, quòd extraneus præferendus sit extraneo non hæredi: *& num.* 19. *lib.* 2. cum aliis per Caldas *de renouat. emphyteut. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 24.

5 Nec viget Doctrina Bart. † *in d. l.* 1. *§. præmittitur:* Quia procedit quando adsunt descendentes, qui petunt præferri, secùs verò eis deficientibus, vt benè declarat Aldobr. *d. cons.* 21. *n.* 5. *vers. Aliquando, & num. seq. & n.* 10. *&* 37. vbi reddit rationem *lib.* 2. Bero. *cons.* 98. *n.* 16. *versic. non obstat, lib.* 1.

Minùs facit, quòd idem Balleonus inuestituram intrà annum non petierit: Nam cum ipse
6 non habuerit notitiam, † quòd emphyteusis esset finita, prout ex aduerso probari deberet: Bald. *in cap. Ex parte, il* 2. *num* 38. *de appellat.* Corbull. *de caus. priuat. ob non petit. inuestitur. num.* 10. cum pluribus relatis per Gratian. *c.* 758. *num.* 9. Non impeditur quo minus illam etiam
7 post annum petere possit, cum annus † non incipiat, nisi à die scientiæ, vt habetur *in cap.* 1. ibique Gloss. *verb. per annum si de feud. def. cont. sit inter Dom. & Agnat. Vassal. gloss. in cap.* 1. *verb. vltra annum. Quo tempore miles inuest. pet. deb.* Alexand. *consil.* 79. *sub num.* 11. *vers. Item dictum tempus, lib.* 1. Ias. *in l.* 2. *num.* 23. *C. de iur. emphyt.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 35. *gloss.* 4. *num.* 12. Rota coram Seraph. *decis.* 610. *num.* 7. *&* 8. *& decis.* 630. *num.* 1. & plures cumulat Gabr. *de iur. emphyt. conclus.* 1. *num.* 11. qui
8 *num. seq.* subdit, quòd quando extraneus † est

inuestitus, talis facultas durat spatio 30. annorum: Dec. *cons.* 395. *in fin. vers. & hoc procedit:* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 32. *num.* 8. *vers. diuersum est*, Maresc. *variar. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 18. *&* 19. Gratian. *cap.* 88. *num.* 33. *& cap.* 758. *num.* 6. Valasc. *consult.* 101. *num.* 30. *& consult.* 123. *num.* 5. Rota *in Ferrarien. bonorum de Schianchis impress.* post Cinac. *controu.* 205. *num.* 7. *&* 8. *& in Imolen. bonorum coram Coccino*, post Fenson. *ad statut. Vrb. decis.* 66. §. *neque obstat*, coram Durano *decis.* 431. *num.* 3. & latè firmatum fuit *in Callien. bonorum* 8. *Aprilis* 1647. *coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ita, &c.

DECISIO CII.

R. P. D. MELTIO.

Romana Societatum Officiorum.

Mercurij 29. Aprilis 1654.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex actis colligitur.*
2 *Filiifamilias pro patribus quando habeantur.*
Ex quibus probentur patresfamilias, n. 3.
Dicuntur renunciantes eorum priuilegio, n. 4.
Declara, vt n. 5.
Non dicuntur habitare cum patre dum separatim etiam in eadem domo commorantur, n. 6.
Mandatum tacitum à patre quando haberi præsumantur, n. 7.
Effecti sui iuris conualidant obligationes. Declarant illas se velle obseruare, n. 10.
8 *Consensus tacitus patris ex sola scientia sine contradictione inducitur. Patris ex præterito præsumitur in futurum, n.* 9.
11 *Testes singulares probant voluntatem.*

MAndatum exequutiuum ab Auditore Cameræ relaxatum ad fauorem Venantij Benigni contra hæreditatem iacentem quondam Ioannis Baptistæ Cataloni pro duabus societatibus officij, fuit per sententiam Rotalem confirmatum præuiis duabus decisionibus emanatis. *Vna sub* 27. *Ianuarij, & altera sub die* 12. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato:* ab hac sententia interposita appellatione, & commissa mihi causa hodie dubitaui, an dicta sententia esset confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmandam esse responderunt. Quia illius validitas
† non controuertitur, cum ea reuolutione Actorum appareat de commissione causæ, mandatis procuræ, citationibus, ac aliis necessariis pro sententiarum validitate, de quibus per Caputaq. *decis.* 260. *part.* 2. Iustitia etiam satis manifestè detegitur ex dictis decisionibus, in quibus rectè firmatum fuit dd. societates officij, quamuis initas à præfato Ioan. Baptista tempore, quo filiusfamilias existebat nihilominus sustineri, non obstante statuto Vrbis: *lib.* 1. *c.* 152. quia ibi postquam dispositum est obligationes initas per filiosfamilias nullius roboris, ac momenti esse excipiũtur casus, in quibus filiusfamilias de iure valide obligatur non obstante Macedoniano. † De 2
iure autem communi illi efficaciter pro patribusfamilias habeantur, si accedente consensu Patris

contraxerint, vel sui iuris facti debitum agnouerint: at text. *in cap. 2. C. ad Maced.* & omnes isti tres casus, seu limitationes visæ fueri nt optimè proposito huic casui applicari.

Nam quod dictus Ioannes-Baptista publicè pro patrefamilias haberetur, elicitur ex pluribus actibus ponderatis *in 1. decisione coram R.P. D. Albergato, sub* §. 1. & signanter ex administra-
3 tione † publicorum officiorum diuersis contractis societatum officij, tam actiuis, quàm passiuis per eum initis, iunctis iuratis illius assertionibus, quod esset paterfamilias in pluribus instrumentis repetitis, ac depositione vnius testis idem attestantis, quæ ad hunc effectum superabundant iuxta doctrinam Bald. *in l. 2. num. 6. vers. Respondet, Cod. si aduersus rem iudicatam,* cum aliis allegatis *in d. 1. decis. emanata coram R. P. D. meo Albergato,* §. 1.

Neque obstat, quod stante renunciatione fa-
4 cta per dictum Ioannem-Baptistam, † nedum beneficio, *l. 1. & 2. C. quod cum eo*; sed omnibus statutis, & priuilegiis ad fauorem filiorumfamilias competentibus, inde deducatur, Venantium sciuisse dictum Ioannem-Baptistam tunc temporis fuisse sub patria potestate, iuxta firmata *in Romana Societatis officij 1. Iulij 1644. coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono*; quia admisso quòd ex tali renunciatione elici possit scientia Venantij, vt Ioannes-Baptista esset filiusfamilias; non inde tamen excluditur, quod
5 ille haberi pro patrefamilias, † & vti talis publicè negotiari, ac contrahere valeret, & hoc ad validitatem obligationis sufficit, cum credulitas, quæ *in l. 1. Cod. ad Macedon.* desideratur paterfamilias, quàm quod habeatur pro tali, & pro persona solita publicè negotiari, & apta se obligare, quia in vtroque casu militat eadem ratio saluandi publicum commercium, & bonam fidem, vt etiam aduertit *2. decis. R.P.D. mei Albergati, sub §. non obstat.*

Minùs vrget, quod vltra dictam credulitatem, & publicam reputationem copulatiuè etiam requiratur habitatio seorsum à patre, quia huiusmodi etiam requisitum hic non deficit, dum ex depositionibus testium habetur Ioannem-Baptistam, quamuis in eadem domo patris habitaret mansionem tamen, seu appartamentum separa-
6 tum † habuisse, ac separatim ab eo vixisse: Tali namque casu, vt filiusfamilias non dicatur cohabitare cum patre, firmat Bald. *in l. 1. num. 10. Cod. de legatis*; quem in his terminis sequuta est Rota *in Recent. decis. 527. sub num. 6. vers. nam quoad primum, part. 1.* cum aliis per Adden. *ad san. mem. Gregor. XV. decis. 182. n. 2. vers. è conuerso autem,* & dictum fuit etiam *in decis.* in hac causa emissa *sub die 12. Maij 1653. §. nec vrget, coram R.P.D. Albergato.*

Subsistit etiam secundò, liminatio statuti deducta ex tacito patris consensu: Etenim cum Petrus-Antonius pater persoluisset alia debita
7 filij, † & signanter societatem officij contractam ad fauorem eiusdem Benigni sub nomine Marguaritæ Cuspiatæ, vtique de tali solutione orta fuit iuxta credulitas quod huiusmodi societates officij inirentur tacito patris consensu: Bald. *in l. Iulianus ait. ff. qui satisdar. cog.* Afflict. *decis. 308. n. 5. cum seqq.*

Neque obstat, quod ex dicta solutione deduci non possit consensus paternus ad societates officij, ac alia debita, quæ ex post contracta fuerunt, ex regula, quod consensus non trahitur vltra id quod ex ipso actu de necessitate infertur: Tum quia regulariter tacitus patris consen-
sus † ex sola scientia absque contradictione inducitur, *l. sed Iulianus, §. interdum tamen, ff. ad Maced.* Afflict. *d. dec. 308. n. 5.* Tum stante expressa approbatione præcedetis contractus societatis officij per actualem illius solutionem Venantius habuit iuxta causam sequēdi fidem semel à patre approbatam, † & per consequens præsu- 9
mendi illius consensum etiam in futuris contractibus, *l. si tamen, & l. si filiusfamilias, ff. ad Macedon.* 8

Neque in facto subsistit, quod dicta solutio facta fuerit ad satisfaciendum magnatibus, qui se interposuerant ad hoc vt filius, qui latitabat à creditorum molestiis liberaretur, ac rediret ad bonam frugem, quia nullæ molestiæ illatæ fuerunt pro dicta societate officij, & solutio fuit vndique libera ac spontanea.

Præterea concurrit etiam tertia liminatio statuti posita in agnitione debitorum facta per ipsummet Ioannem-Baptistam, postquam sui iuris effectus † fuit: nam defuncto patre ex- 10
presè declarauit velle suis creditoribus satisfacere, qua declaratione & noua agnitione sequuta, tollitur omnis exceptio prætensæ inualiditatis obligationis: *ad l. sed Iulianus in fin. ff. ad Maced.* Mantic. *de tacit. lib. 8. tit. 7. num. 25.* Surd. *decis. 317. n. 4. & seqq.* Rota *coram Seraph. decis. 1350. n. 2. & 3.*

Non obstat demum absolutio à iuramento obtenta per dictum Ioannem-Baptistam pro impugnandis dictis contractibus, quia dicta absolutione vsus non fuit, nisi contra illos creditores, qui illam iudicialiter molestarunt, contra illos autem, qui vrbaniter cum eo se gesserant, inter quos connumerantur dicti Venantij, nedum non mouit iudicium super inualiditate obligationis, vt potius morti proximus, publicè professus fuerit velle illis satisfacere, vt deponunt testes, qui quamuis singulares † possunt proba- 11
re eius voluntatem: Aym. *consil. 83. num. 3. vers. in causa*: Surd. *consil. 94. num. 47.* Socin. iun. *cons. 178. num. 6. vel. 2.* Aldobrandin. *consil. 32. num. 31. & seqq. lib. 1.* Gabr. *de testib. conclus. 2. num. 54.* Rot. *post 2. vol. cons. Farinac. decis. 299. num. 3.*

Atque ita, &c.

DECISIO CIII.

R. P. D. Cerro.

Mantuana Bonorum.

Lunæ 16. Maij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio feudi dicitur clara, mortuo vassallo sine filiis.*

2 *Feudalitas, & Dominium Ecclesiæ ex inuestituris per octuaginta annos continuatis probatur.*

3 *Libertas bonorum, seu allodialitas per triginta annos præscribitur.*

4 *Protestatio impugnata non suffragatur.*

5 *Errorem tollit facti veritas.*
Ad excludendum sufficit posse dubitari, num. 8.

6 *Feudalium valor in tertia parte diminuitur.*

7 *Exequutoris*

7 *Exequutoris assertio circa vtilitatem Ecclesiæ non attenditur, quando constat de contrario.*
9 *Feudalia ex consuetudine Mantuana sunt alienabilia.*
Veniunt in generali hypotheca, n. 10.
11 *Fraus ex quibus excludatur.*
12 *Instrumenta dictis testium preferuntur.*
13 *Confessio feudalitatem probat, etiam contra habentem causam à confitente.*
14 *Annotationis omissio inuestituræ non præiudicat, quando instrumentum producitur.*

Constare de bono iure Mensæ Episcopalis Mantuæ Domini respondetunt, quia cum Comes Vincentius Castinus, cui anno 1647. à Reuerendiss. Domino Episcopo Mantuano in feudum per viam renouationis concessæ fuerunt pro se, suísque hæredibus ex eo legitimè descendentibus vniusque sexus terræ, de quibus agitur, sitæ in loco *dell'Angelo*, Bubulcarum
1 230. circiter, sine filiis decesserit, † & sic defecerint omnes in inuestitura comprehensi, clara vtique remanet deuolutio earumdem terrarum ad fauorem Mensæ Episcopalis Dominæ directæ: §. *emphyteusim, Authent. de non alien. reb. Eccles.* Castrens. *cons.* 68. *num.* 1. *lib.* 2. Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 42. *sub num.* 1. *vers. tertio modò finitur:* Card. Caual. *decis.* 564. *num.* 1. Rota *in recent. decis.* 390. *num.* 2. Fabri *decis.* 36. *n.* 1. *& decis.* 121. *num.* 18. *part.* 8. *in Rauennaten. Domus* 14. *Iunij* 1649. *&* 17. *Martij* 1651. *coram Reuerendissimo Domino Tarraconen. & in Romana Casalis veteris* 5. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato.*

Non obstat quod anno 1555. prænio beneplacito Apostolico, & sententia illius Executoris dictæ Terræ, vnà cum aliis in totum bubulcarum 1300. à vinculo feudalitatis liberatæ fuerint, solutis Mensæ Episcopali ducatis 433. in bubulcis 29. terrarum *Sum. Comitissæ, num.* 1. *&* 2.

Quoniam dictam liberationem non habuisse effectum ostendunt successiua inuestiturarum instrumenta ab anno 1569. citra, in quibus terræ controuersæ tanquam feudales à Mensa concessæ fuerunt primus filiis Hieronymi Piperarij, qui dictam liberationem obtinuerat, ac deinde aliis, & signanter Domino Comiti Vincentio Authori Dominæ Comitissæ Castrobarchæ collitigantis, *Sum. Mensæ n.* 1. *&* 2.

2 Huiusmodi enim inuestituræ † sæpius iteratæ, & recognitionibus inuestiturarum suffultæ spatio circiter triginta annorum prætensum libertatis statum excludunt, ac dominium Mensæ, ac feudalitatem ad omnem effectum iustificant, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam, *in l. ad probationem, Cod. locati:* Ripa *in l. si rem aliquam, num.* 39. *ff. de acquir. possess.* Dec. *cons.* 146. *num.* 14. Rota *decis.* 91. *num.* 1. *& per totam, & decis.* 591. *num.* 1. *&* 2. *part.* 4. *diuers. in recent. decis.* 290. *num.* 1. *&* 4. *part.* 1. *decis.* 79. *num.* 4. *cum quatuor seqq. & decis.* 359. *num.* 7. *part.* 5. *& decis.* 164. *num.* 4. *&* 5. *cum seqq. part.* 6. Card. Caual. *decis.* 269. *num.* 3. *vsque in fin.* Burat. *decis.* 602. *num.* 2. ibique Addent. *num.* 25. *cum seqq. in Portuen. Stagni* 10. *Iunij* 1637. *coram Cardin. Pancirolo,* §. *quanta ex successiuis, cum seq. & in Auximana prædij* 15. *Maij* 1645. *coram R. D. meo Decano,* §. *Dominium verò,*
Decis. S. R. R. ad R. P. Melium.

Illámque legitimè præscriptam ostendunt, ad quem † effectum sufficit solus cursus triginta 3
annorum cum bona fide, *l. si quis emptionis, Cod. de præscript.* 30. *annor.* & in puncto Aluar. *in c. si quis per triginta, num.* 2. *cum seqq. si de feud. fuerit controu.* Rosental. *de feud. tom.* 1. *cap.* 6. *conclus.* 77. *num.* 9. *& conclus.* 81. *num.* 1. Rota *in Regien. bonorum* 15. *Martij* 1630. *coram bon. mem. Coccino, apud Modern. Perusin. de manut. decis.* 393. *n.* 9. eóque magis contra Comitissam habétem causam ab inuestito, qui in vltimo statu bona controuersa tanquam feudalia acquisiuit; vnde qualitatem istam feudalem quam eius Author agnouit, & facto ipso approbauit, negare non potest: Odd. *cons.* 6. *n.* 30. Decian. *cons.* 78. *num.* 41. *lib.* 3. Valasc. *de emphyt. quæst.* 9. *n.* 15. cum aliis allegatis *in Auenionen. Saluiani* 10. *Februar.* 1651. *coram R. P. D. meo Bichio,* §. *eò magis, in fine.*

Et licèt protestatus fuerit dictam inuestituram recipere citra præiudicium iurium quorumcumque suorum, præsertim dictæ liberationis, similis tamen protestatio † per Episcopum infeudantem admissa non fuit, sed expressè reiecta, dictúsque Vincentius ab eo facto ipso recessit, eum dictæ reiectioni acquieuerit, inuestituram receperit ad formam antiquarum, & subsequentibus annis canones persoluerit, tanquam de bonis feudalibus nulla amplius adhibita protestatione; ideóque quidquid in verbis dictum fuit factum præualet, & attenditur, vt post Bald. & alios respondit Rota *apud Modern. Perus. de manut. dec.* 275. *n.* 16. *cum duob. seqq.* 4

Nec turbat, quod stante dicta liberatione subsequentes inuestituræ, & recognitiones fuerint erroneæ: error enim excluditur animaduertendo, quòd inuestituræ non emanarunt ob ignorantiam dictæ liberationis, quo casu posset error allegari: sed ob illius nullitatem, tam in supplici libello pro obtinenda prima inuestitura à filiis dicti Piperarij porrecto, ibi: *Attero che la liberatione fatta è nulla.* Et ibi: *Non essendo la corte predetta liberata legitimamente, Sum. Comitissæ num.* 8. *&* 9. quàm in alia subsequenti, quæ Erasmo Abduce illius creditori anno 1570. concessa fuit narrata in ventre dicta liberatione, & inhærendo illius nullitati in prima expressè *eodem Sum. num.* 10. facti † enim 5
veritas tollit omnem errorem: *l. si seruum,* §. *fin. ff. de legat.* 1. Dec. *cons.* 116. *n.* 4. Rota *dec.* 548. *num.* 3. *part.* 5. *rec.*

Nullitas autem enunciata prouenire possit ex modicitate pretij, seu recompensæ datæ pro ea obtinenda: nam pro terris ascendentibus ad bubulcas 1300. solùm datæ fuerunt bubulcæ 29. & tamen dari debuissent saltem 260. † valutata 6
feudalitate ad rationem quintæ partis, iuxta stylum status Mantuani, de quo testatur Cyriac. *controu.* 162. *num.* 20. Non obstante sententia executoris declarante dictam liberationem esse vtilem Ecclesiæ, dum re ipsa iniusta apparet, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic.* Card. Caual. *decis.* 467. *num.* 2.

Sufficitque de hoc posse dubitari ad excludendum assertum errorem; quippe qui requirit † concludentes, & necessarias probationes, vt 7
notant communiter Scribentes, *in c. vltimo, de confess. & in l. si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iudic.* Rota *decis.* 128. *n.* 13. *part.* 6. *recent.* Burat. *decis.* 200. *n.* 3.

Neque etiam obstat quod inuestitura impetrata

trata fuerit in fraudem creditorum dicti Piperarij qui decesserat non soluendo.

Quia omissis exceptionibus, quæ dantur iuribus ad hunc effectum per Comitissam adductis cessat, stante nullitate antecedentis libera-
8 tionis, † quæ dedit causam nonæ conuersioni,
9 & vlterius ex quo in statu Mantuano bona † feudalia ex antiqua consuetudine sunt reducta adinstar allodialium, vt refert Dec. *consil.* 586. *num.* 2. Paris. *cons.* 13. *num.* 27. *part.* 1. Bursat. *consil.* 3. *num.* 47. Modern. Marr. 192. *num.* 14. referens Manent. *cons.* 106. Moder. Mantuan. *controuers.* 324. *num.* 1. *cum seqq.* & sic alienabilia in extraneos, quæ propterea veniunt sub generali
10 hypotheca, & † obligatione bonorum, vt aliis relatis dictum fuit, *in dicta Auenionen. Saluiani* 20. *Martij* 1650. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *certus hypotheca*. Ideoque cum sciuisset, creditoribus dicti Piperarij ex ipsius bonis, satisfieri, quamuis feudalibus, vt signanter obtinuit dictus
11 Erasmus Abdua vnus † ex creditoribus necessariò excluditur fraus per ea, quæ in similibus terminis traduntur per Aym. *consil.* 319. *ante n.* 10. *vers. Ideò in actu.* Surd. *decis.* 30. *num.* 37. *&* 38. Gregor. *decis.* 195. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 459. *num.* 8. *&* 9. Rota *decis.* 413. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* *& in Tudertina donationis* 17. *Iunij* 1652. *coram me*, §. *vltimo.*

Nec obstant testes vltimo loco examinati deponentes de libertate bonorum quoad terras sitas in locis nuncupatis *bosco dell' inferno, e bosco della Caccia*, comprehensus in eodem instrumento liberationis, ex quo inferebatur libertas etiam quoad controuersas.

Quia vltrà quoad acta remissoriæ non fuerunt integrè transportata; contrarium deprehenditur ex prædictis publicis inuestiturarum instrumentis de iisdemmet terris *dicto Summ. Mensæ*,
12 *num.* 2. dictorum testium † depositionibus præferendis: *l. census, ff. de probat.* Card. Caual. *decis.* 294. *num.* 1. *bon. mem. Coccino*, *decis.* 235. *num.* 17. & in terminis Rota *decis.* 310. *num.* 61. *part.* 6. *recent. & in Melu. feudi* 26. *Maij* 1651. *coram Reuerendissimo Domino Terraconen. in fin.* & quamuis dictæ inuestituræ factæ fuerint à Marchione Gonzaga possessore Curiæ Podij: Ipse tamen ibidem asserit, illas facere auctoritate renouatæ concessionis in feudum sibi factæ à Mensa Episcopali cum facultate subinfeudandi relata *in dicto summ. num.* 25. & sic ex ipsamet subinfeudantis confessione iustificatur originale dominium Ecclesiæ infeudantis, quæ qui-
13 dem confessio † contrahentibus aliis ab eis causam habentibus præiudicat, & contra ipsos plenam facit probationem, Ruin. *cons.* 50. *num.* 11. *& seqq. lib.* 1. Surd. *cons.* 449. *num.* 38. cum aliis in his terminis allegatis *in dicta Portuen. stagni coram Cardinali Panzerolo*, §. *secunda ex quo, cum seqq.*

Nihilque refert, quod ex diligentiis factis in libris Mensæ Episcopalis inuestituræ non repe-
14 riantur adnotatæ: quia omissio adnotantis † illas non vitiat, dum exhibentur publica, & clara instrumenta, ad text. *in l. si librarius, ff. de reg. iur.* Rot. *decis.* 502. *num.* 10. *part.* 1. *recent.* Boratt. *decis.* 10. *sub num.* 10. *& decision.* 932. *num.* 2.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CIV.

R. P. D. ZARATE.

Tusculana Saluiani.

Veneris 22. *Maij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in possessorio super re profana inter laicos vigore constitutionis Ægidianæ excluditur.*
Fallit si iniustitia sit notoria, n. 3.
2 *Constitutio Ægidiana ligat in toto statu Ecclesiastico.*
4 *Summa certa in iudicio Saluiani exprimi debet.*
Certa dicitur, si ex instrumento crediti constet, num. 5.
6 *Census impositus super emphyteusi prohibita alienari sustinetur ratione meliorامentorum.*
7 *Melioramenta inseparabilia à terreno assumunt eius naturam. Distingue, vt n.* 8.
9 *Dictio, cum, copulat accessoriè.*
10 *Commoditas fructuum emphyteusis prohibita alienari in hypothecam cadit.*
Fructuum Emphyteusis hæreditaræ obligatur per primum acquirentem etiam in præiudicium successorum, n. 11. *&* 12.
13 *Emphyteusis alienata cum assensu transit cum suo onere.*

IMposito censu per Ioannem Baptistam Leonardum de anno 1635. in sorte personali scutorum 92. super eius domo, ad fauorem Marci Antonij Fucili, & Hieronymæ coniugum eadem Domus posteà à dicto Leonardo fuit in solutum data Antonio de Alexandris contra quam cum Leonardus in solutione fructuum deficeret, actum fuit interdicto Saluiani, & concessa immissio Marco Antonio Fucili ab A. C. pro dimidia portione: Vndè appellationis causa mihi commissa cum clausula, *Constito quod sit locus Ægidianæ*, & ad normam communis proposito dubio an esset locus Ægidianæ? DD. affirmatiuè responderunt ea ratione quod iudicium † intentatum sit merè possessorium, & agatur de re pro- 1
fana ac inter personas laicas, quo casu appellatio suspensiua cui tutè Ægidianæ constitutionis excluditur; vt pluries resoluit Rota *coram Veral. decis.* 141. *part.* 3. apud Seraph. *decis.* 1415. *num.* 1. *in Rom. Saluiani* 14. *Iunij* 1641. *coram Cardin. Pancirolo, & in Romana Fideic. de Spiritibus* 14. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Cerro*, quæ † locum habet in toto statu Ecclesiastico, 2
ex dispositione fel. rec. Pauli III. vt animaduertit Rota *decis.* 278. *num.* 16. *& decis.* 260. *n.* 4. *part.* 6. *recent.* cum aliis adductis per Modernum Cortonen. *in prax. iud. p.* 2. *c.* 6. *n.* 139.

Cuius constitutionis vigor eludi non potest nisi nullitate, aut iniustitia tali quæ sit notoria,
† nec vllo velamine valeat offuscari, iuxta Corn. 3
cons. 10. *num.* 3. *lib.* 4. Rota *decis.* 80. *num.* 2. *&* 21. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. In Romana Saluiani seu attentatorum* 19. *Iunij* 1647. §. 2. *erat appellabilis, coram bon. mem. Arguelles*, qualis non fuit habita nullitas opposita scilicet, quod sententia lata fuisset absque summæ † alicuius 4
specificatione, quæ in Iud. Saluiani exprimi debet,

ber, vt per Grat. *discept. for. cap.* 22. *num.* 1. Pacif. de Salu. *inspect.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. Nam ex instru-
5 mento census constabat de quantitate † fructuum annuatim soluenda; quo casu nulla alia specificatio requiritur, cum in Saluiano tunc desideretur, cum ignoratur pro qua quantitate bona, quæ vocantur sint hypothecata quomodo loquuntur Roland. *consil.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. Grat. *discept. forens. d. cap.* 22. *n.* 1. Rota *dec.* 328. *coram Card. Merlino.*

Nec magis vitio iniustitiæ oppugnari valet ex defectu, nimirum hypothecæ, super qua cen-
6 sus † consisteret, cum impositus fuisset super emphyteusi prohibita alienari: nam alienatio solùm prohibita fuit de situ, & terreno, vnde sub tali prohibitione superficies, & melioramenta non censentur comprehensa, & consequenter in eis rectè census sustinetur: Modern. Forolinien. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 40. *& seqq. & quæst.* 11, *num.* 46. Modern. Fulgin. *de iure emphyt. de meliorat. quæst.* 8. *num.* 2. Modern. Hispan. *labyrinth. cred. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 35. *cum seqq.* Rota in terminis *decis.* 349. *num.* 4. *part.* 4. *rec.* Add. *ad S. M. Greg. X V. decis.* 225. *num.* 16. *vers. imò si nullam absque eo*; quod re-
7 pugnet melioramenta † tanquam inseparabilia à Terreno censeri, cuius etiam naturam assumunt prohibita alienari, vt tradit Gabr. *consil.* 168.
8 *num.* 88. *lib.* 1. quia illorum æstimatio † est separabilis, ratione vtilis dominij, & vt propria meliorantis habetur, ac tanquam talis obligari, & hypothecari potest, vt in specie respond. Gabr. vbi proximè tradit Rot. *decis.* 349. *num.* 5. *part.* 2. *rec.* & optimè distinguendo apud Merlin. *decis.* 546. *n.* 20. *cum seqq.*

Vnde nihil refert, quòd pœna deuolutionis fuisset adiecta casu, quo Terrenum cum melioramentis alienari contingeret: nam prædicta pœna non comprehendit alienationem tantum melioramentorum, remanente situ penès inuestitum, cum Dominus alienationem Terreni, & melioramentorum de per se, vt colligitur ex di-
9 ctione. † *Cum*, quæ copulat accessoriè, *l.* 1. *& 2. ff. de pecul.* Bald. *in l. quoties, num.* 5. *Cod. de suis & legit.* Paris. *cons.* 12. *n.* 17. *lib.* 5. Surd. *dec.* 8. *num.* 8. *& seqq.*

Sed & respectu commoditatis percipiendi fructus dubitatum non fuit, quin sustinetur hy-
10 potheca cum ipsa commoditas, † & sine licentia D. directi sit hypothecabilis: nam licèt per huiusmodi obligationem, & hypothecam non constituatur aliquod ius in ipsa emphyteusi, in præiudicium Domini directi; constituitur tamen ius quoddam illam commoditatem afficiens, & ius percipiendi fructus distinctum, & separatum ab ipsa re, quod tanquam proprietas, & fundus est hypothecabile, & venit sub generali obligatione bonorum, ac super eo hypotheca est exercibilis etiam ad effectum Saluiani, absque eo quòd contraueniatur prohibitioni alienationis, vt per Bart. *in l. Codicillis, §. instituto num.* 4. *ff. de leg.* 2. Modern. Fulginaten. *de emphyt tit. de alienat. quæst.* 1. *num.* 309. *& seqq.* Pacif. de Saln. *inspect.* 3. *c.* 3. *n.* 12. *cum seqq.* Modern. Hispan. *labyrinth. Cred. dict. p.* 3. *cap.* 3. *num.* 47. *cum seqq.* Camer. *in respect. & l. Imperialem, fol.* 19. *littera C, de prohib. feud. alien.* vbi etiam Montan. *in princip. Specul. de primo decreto §.* 3. *num.* 8. & pl... de ... articulo: Rota post Zacch. *de oblig. Cam. decis.* 238. & apud Modern. *de pignor. decis.* 57. comprobatus *in Romana Vineæ* 4. *Maij* 1643. *coram R. P. D. meo Peutingerio in Romana nullitatis deliberationis* 27. *Aprilis* 1644. *coram Reuerendissimo Terracinen. §. demum, vers. at quia, & in Romana Saluiani* 27. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio, §. fin. vers. circa tale obiectum.*

Nec obstat, quòd obligatio, & hypotheca dictæ commoditatis tandiu duret, quandiu durat vita hypothecantis, & quod eo defuncto expiret, & res libera ad alios deferatur, quia obiectum procedit in emphyteusi ex pacto & prouidentia, non autem in emphyteusi hæreditaria, qualis est de qua agitur acquisita à laicis pro se & hæredibus, titulo oneroso: in ista enim primus acquirens, † seu eius cessionarius qui in 11
eius locum succedit, potest illius fructus nedum eius vita durante, sed perpetuo obligare, & hypothecare in præiudicium quorumcumque ab eo causam habentium, vt consuluerunt Ias. *consil.* 123. *num.* 3. *vers. sed præmissis non obstantibus, & num. seq.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 9. *cum duobus seqq.* & alij allegati *in dict. decis. Romana Saluiani* 9. *Decembris* 1644. *§. quia iterum, coram R. P. D. meo Cerro*; quæ quidem facultas non solùm procedit in hærede, etiam in successore singulari † causam immedia- 12
tè habente ab emphyteuta, cùm ipse causatiuè arctetur ad debita sui authoris, vt propterea super ipso iure, & commoditate contra eum detur immissio, ex traditis per Surd. *decis.* 102. *num.* 14. Rota *in allegata Romana Saluiani, sub §. placuit enim, vers. cum itaque, coram R. P. D. meo Cerro.*

Minus autem refragatur, quod per census impositionem, & alienationem absque consensu Domini directi res dicatur ad Dominum reuersa, & per ipsum denuò concessa ob consensum ab eo præstitum dationi insolutum factæ ad fauorem Antonij de Alexandris, quia huiusmodi consensus non importat nouam concessionem, nec immutat naturam ipsius emphyteusis antiquæ, quæ transiuit in Antonium cum suo onere,
† vt tradunt Guidop. *decis.* 585. Boër. *decis.* 181. 13
num. 6. *& 7.* Osasc. *decis.* 156. *num.* 14. & alij quamplures allegati per Cenc. *de censib. quæst.* 22. *num.* 9. & in terminis Rota *in rec. decis.* 294. *num.* 11. *part.* 7.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CV.

R. P. D. PEVTING.

Meleuitana Viridarij.

Lunæ 8. *Iunij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non recipit aliquod grauamen.*
2 *Legitimam filius consequitur, non ex iudicio testatoris, sed ex legis prouidentia.*
3 *Legitima vt dicatur renunciatum, requiritur specialis expressio.*
Vt dicatur renunciatum cautela, n. 5.
4 *Grauamen à legitima ipso iure reiicitur, & num.* 6.
7 *Hypotheca competit in solidum.*
8 *Immissionem in Saluiano non retardat exceptio requirens altiorem indaginem.*

Y 3 9 *Tutrix*

9 *Tutrix alienando non praeiudicat pupillis.*
10 *Assignatarius facit fructus suos in totum.*

DOmini in hac causa etiam hodie transierunt cum fundamentis decisionis in eadem die 2. Maij 1653. coram me deductis, dicendo non intrare compensation. ad fauorem Mariae, immissionem cumulo haeredi Petri Pauli pro legato vnciarum 400. ei relicto à Ioan. Paulo patre
1 pro legitima, † vt firmat Decisio: nam legitima libere debetur, neque recipit aliquod onus, vel grauamen omnimodo: *l. si quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. testam.* Rota *decis.* 21. *num.* 8. *decis.* 342. *num.* 4. *& 6. part.* 5. *& decis.* 87. *num.* 8. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* ac fuit dictum *in Romana successionis* 18. *Maij* 1646. *coram Eminentissimo*
2 *Cardinali Corrado*; & filius † consequitur legitimam non ex iudicio testatoris, sed ex legis prouidentia: *l. si arrogati, ff. de adopt. § prohibemus in fine de trient. & semiss. §. aliud quoque, auth. vt cum de appell. cognosc.* Rota *in Romana fideicommissi de Palarrellis* 1. *Septembr.* 1617. *coram bon. mem. Manzanedo.*

Nec refert acceptatio, quòd filius egerit vigore dicti legati, cum illa acceptatio fuerit generica, non autem specifica: ideò ipsi non
3 praeiudicat in petitione legitimae, † ex quo de illa specialis mentio fieri debet: *l. si quando, §. & generaliter, Cod. de inoffic. testam.* Gabr. *de legit. conclus.* 8. *num.* 1. Peregr. *var. tract. lib.* 6. *num.* 46. *ad fin.* Rota *coram Greg. X V. decis.* 489. *n.* 21. ibique Adden. *num.* 27. Caual. *decis.* 316. *num.* 7.
4 Etenim grauamen † ipso iure reiicitur à legitima ministerio legis, *dict. l. quoniam in prioribus, & l. simus* 36. *Cod. de inofficios. testam.* Rota *dict. dec.* 342. *n.* 4. *part.* 4. *rec.* proindéque agendo filius, seu illius haeres pro consecutione dicti legati sibi non praeiudicat circa imputationem, & alia onera, & si non declaret, cum omnia onera iam sint legis ministerio sublata: Anch. *consil.* 152. *num.* 8. Merlin. *de legit. l.* 3. *tit.* 2. *quaest.* 13. *n.* 8. *cum seqq.* Rota *decis.* 111. *n.* 8. *p.* 4. *recent.*

Vnde cum testator non disposuerit quod nolente filio huic oneri imputationis supradictae consentire, tali casu illum in sola legitima insti-
5 tuebat, † quo acceptando simpliciter sibi praeiudicasset, vt notant Adden. *ad Gregor. X V. decis.* 486. *num.* 27. *vers. & vt filius*: Gratian. *cap.* 983. *num.* 3. Rota *in Romana fideicommissi de Ceulis* 16. *Maij* 1642. *coram Reuerendissimo Salamantino, & in Bononien. legitima* 8. *Februarij* 1647. *coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono*; ex quo sequitur, vt cumulus agat vi-
6 gore † hypothecae sibi competentis, ex dicto legato reiecto omni onere, ex allegatis per Gratian. *cap.* 731. *n.* 5. *& seqq.* Rota *coram Buratto decis.* 115. *n.* 5.

Non obstat, quod pro legato quantitatis non competat hypotheca insolidum contra plures haeredes, quia id non procedit, quando agitur in Saluiano ad vnam rem haereditariam contra vnum ex haeredibus, qui illam possidet; non
7 enim potest excipere, † quod pro parte cohaeredum agatur contra alias res, quia hypotheca competit insolidum: Castr. *in l.* 1. *num.* 1. *vers. & hoc vult, Cod. commun. de legat.* Surd. *consil.* 209. *num.* 8. *& seqq.* Rota *decis.* 541. *num.* 4. *&* 11. *& seqq part.* 5. *t.* 2. *rec. & in Romana legati* 11. *April.* 1622. *coram bo. me. Vbaldo, & in Viterbien. castror.* 10. *Maij* 1624. *coram b. m. Coccino.*

Minus releuat, quod P. Paulus tanquam haeres vna cum cohaeredibus imposuerit census, & diuersas fecerit alienationes, ac etiam cumulus, vt illius haeres exegerit fructus dictarum domorum, longo tempore, & sic ante redditam rationem † non possit agere pro dicto legato; tum 8
quia ista exceptio requirit altiorem indaginem, & sic non potest retardare immissionem, vt *in* 10. *decis. §. fuit responsum*; tum quia Catharina mater, quae erat tutrix, † & vsufructuaria fecit dictas alienationes, & impositiones, quae 9
propterea filiis imputari non debet: Rota *in Romana fideicommissi de Epis,* 22. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Verospio*; etiam dictas pecunias in satisfactionem aeris alieni testibus erogatas fuisse, quocum ad DD. placuit, responsio data *in* 1. *decis. §. non obstante*; quod scilicet cumulus, imò Dominij vigore assignationis, & rei indicatae fecit fructus suos, non pro rata, sed integrè, & in totum, quia assignatio loquitur de dombus, † non de rata cum alij fratres Petri 10
Pauli eorum partem bonorum acquisitorum constanti matrimonio plenè consecuti fuerint, vt fuit resolutum *in Meleuitana Saluiani coram me die* 4. *Februarij praeteriti.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CVI.

R. P. D. Bichio.

Romana Laesionis.

Veneris 12. *Iunij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum si causa appellationis non committitur intra biennium.*
2 L. 2. C. de rescind. vendit. *dispositio habet locum etiam in deliberatione iudiciali.*
3 *Statutum vrbis* cap. 154. *non ligat Ecclesiasticos.*
4 *Laesio in sexta parte sufficit in iudicio.*
Secus in contractu, & de ratione, n. 5.
6 *Valor stabilium per biennium non praesumitur mutatus.*
Rei non minuitur ex implicatione pretij pro securitate, num. 11.
Per peritos probatur, n. 13.
7 *Deliberatario satis cautum dicitur ex promissione euictionis, & num.* 9.
8 *Fideicommissi sub onere non cadunt dos materna, nec legitima.*
10 *Venditor de euictione etiam non promissa tenetur.*
12 *Pretium diminuitur, quando res subhastatur absque promissione euictionis, & debitor est alius debitis implicitus.*
14 *Periti non debent aestimare cementa, sed quanti res vendi potest.*
15 *Relationem peritti à se electi, qui acceptauit illam impugnare nequit.*
16 *Emptor ob laesionem condemnatur ad supplendum pretium, aut rem dimittendam. qua electione omisso subintelligitur, n.* 17.
18 *Clausula, omni meliori modo, facit, vt sententia sustineatur eo meliori modo, quo potest.*

SIbi de anno 1640. deliberatam domum Thadaei Massae pro pretio scutorum 1165. RR. Moniales

Moniales Sanctæ Luciæ in Sylice, & Pomponio Fusco anno 1642. vendiderunt Archiconfraternitati Sancti Hieronymi nuncupati de Chari, pro pretio scutorum 3427. vnde præfatus Thadæus agnita enormi læsione deliberationis, intentauit de anno 1644. iudicium ex remedio, *l.2. Cod. de rescind. vendit.* & obtinuit sententiam; qua deliberatio vti læsiua rescinditur, & ipse ad possessionem domus, siue pretij, in locis montium inuestiti immittendus pronunciatur solutis scut. 1166. Monialibus, & prædicto Fusco; idque ipsum decreuit R. P. Oddus per sententiam diffinitiuam in secunda Instantia lata de anno 1652. aduersus quam, cùm nunquam fuerit commissa causa appellationis, sed tantùm nuperrimè causa restitutionis in integrum mihi vti Prælato, proposui hodie iuxta præscriptum Reformationis sanctæ memoriæ Pauli V. *sub rubr. de Audit. Rot.* §. 7. seruari solitum, etiam in causis extra Rotam alicui Auditori commissis: An constet de re iudicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum, & affirmatiuè prima pars, negatiuè secunda decisa fuit.

Nam pro re iudicata sufficit causam appella-
1 tionis non fuisse commissam † infra biennium: *Auth.ei qui, & l.fin. §. illud, Cod. temp. appell.* Vestr. *in praxi lib.7.cap.vlt.num.9.* Cassad. *decis.6.num.8.de appellat.* Crescen.*decis.8. num.8. eod.tit.* Put. *decis.311. lib. 2.* Rota *inter recent. decis.156.num.1.part.2.* dum de cætero sententiæ validitas non impugnatur, & institia con-
2 uincitur † ex dispositione text. *in dict. l.2. Cod. rescind.vend.* quem habere locum etiam in deliberatione iudicialiter facta si læsiua sit tradit Alex.*consil.117. sub num. 11. vers. & quamuis nonnulli, lib.7.* Aym.*consil.29. sub num.4.* Surd. *cons.39.num.3.* Arrius Pinellus *in dict.l.2.par.2. cap.2. num.25.* ac de veriori, & receptiori sententia Canaler.*decis.187.n.1.decis.358. num.3.* Burat.*decis.675.n.8.*

Læsio autem, quam circumscripto statuto vr-
3 bis *lib.1. cap. 154.* non comprehendente † Ecclesiasticas personas, vt in puncto respondit Rota *decis.69.col.3.vers.non obstat,* quod statutum inter impressas apud Modern.*ad statut.vrb.* sufficere in sexta parte pretij, quando agitur de rescindenda deliberatione, seu venditione facta
4 à Iudice; licet in dimidia † requiratur, quando venditio fuit facta ab ipsomet Domino videtur sensisse Bart. *in l.societatem 77. §. arbitratorum, num.25. vers. quod est notandum, ff. cont. emen. empt.* quem sequitur Valasc. *in prax. partit. cap.39.num.9.& 10.* Cyriac.*contr.325.num.28.* Morott.*de iur.offer.num.25.* Ioan.Franc.à Ponte *de potent.Proreg.tit.4. §. 5. num.6. & seqq.* vbi dicit rationem diuersitatis, quia in venditione voluntaria maior læsio requiritur; ex quo ven-
5 ditor sibimet imputare debet, † si rem maioris valoris viliori pretio distraxit, quod non limitat in venditione necessaria facta mediante subhastatione, cum in ea non concurrat consensus Domini; imò ipso reluctante res distrahatur, & Iudex non habet tam absolutam dispositionem rei, quam habet ipse Dominus. Anell.de Amat. *cons.87.num.3.* Lucas Pet.*in prax. lib.8. cap. 2. num.46.* Mastrill.*decis.84.num.6.lib.1.* Vincent. de Franc. *decis. 120. num. 7.* & *ibi* Fl. Amond. *num.15.& decis.224. num.20.* Noguer. *all.18. num.61.* aliique quos refert, & sequitur Moder. Pisaurien. *de subhast.quæst.28.num.20.* Modern. Perus. *eod.tract. quæst. 51. num. 21.* Anton. de Amat. *resol.tom.1.resol.38.num.21.* vbi quod est magis probata opinio.

Euidens in casu nostro est vltra dimidiam, cum domus deliberata fuerit Monialibus, & Fusco pro scutis 1166. & ab ipsis Monialibus, & Fusco prævia Peritorum æstimatione, deinde vendita pro scutis 3427. biennio post, † qui 6
valor præsumitur fuisse initus etiam de tempore deliberationis, quia in stabilibus per biennium: nam præsumitur mutatus, nisi doceatur de aliqua causa extrinseca mutationis: Surd.*cons.151. sub num. 7.* Adden. *ad san. mem. Gregor. XV. decis. 553. num. 15.* & in puncto ad effectum rescindendi venditionem: Cagnol. *in dict. l. 2. num.238.in fin.C.rescind.vendit.* Rota apud Canal.*decis.338.n.4.*

Non obstant quæ ad minuendum rei valorem ex aduerso adducuntur: nam asserta melioramenta iuxta sensum partis aduersæ non excedunt summam scut. 55. census scut. 1300. quo domus grauata reperiebatur aderat, tam de tempore deliberationis, quàm secundæ venditionis, & satis erat cautum Monialibus deliberatariis per promissionem de euictione † cum obligatio- 7
ne omnium bonorum Thadæi facta à Iudice in actu deliberationis, vt per Osasc. *decis.24. n.1.* Seraphin. *decis. 321. sub num. 13.* lis quæ ante deliberationem pendebat super retractu domus vigore Bullæ Gregorianæ ad instantiam eiusdem Archiconfraternitatis Sancti Hieronymi non detrahebat de valore rei, quia iuxta formam Bullæ retrahens idem pretium soluere tenebatur, & experientia docuit fuisse occasione dictæ litis auctum pretium vltra medietatem cum retrahens soluerit Monialibus, & Fusco scut. 3427.

Prætensum fideicommissum non probatur, & probatum non releuat, tum quia excluditur ob æs alienum dotis maternæ, & legitimam in bonis fideicommittentis debitam Thadæo, † quæ 8
sub onere fideicommissi non cadit: *l. quoniam in prioribus, Cod.in offic.testam.* Rot. *decis.449. num.2.& 4.part.1.recent.* Tum etiam, quia eo non obstante Moniales, & Fuscus domum vendiderunt dimidio plus quam emerant, & promissio de euictione facta vt suprà à Iudice nomine † Thadæi vtrumque emptorē de fideicom- 9
misso dubio tutum reddebat: Bald. *in l. ex his prædiis num.2.Cod.euict.* Osasc. *decis.24. n.13.* Afflict. *decis.241. num.5.* ibique Vrsill. *num.1.* Rota *decis.15.sub n.2.* apud Modern. Pisaur.*de subhastat.*

Nihil tandem officit, quod Moniales, & Fuscus pretium inuestiuerint in locis montium sub vinculo euictionis domus, & loca vinculata minùs valere dicantur.

Primò, quia obiectum bene procederet, si loca montium habuissent aliud vinculum, sed in casu nostro non aliud habebant, quàm illud posteà adiectum pro securitate emptoris, & euictione, quæ concurrere posset, ad quam † Mo- 10
niales, & Fuscus etiam de iure tenebantur: *l. dubitatur, & ibi* Bald.*Cod.euict.* Bart.*in l. exempto num.3.ff.act.empt.* Dec. *consil.483.num.15.* Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis. 25. num.3.* Cumque in solutum non receperint loca montium sed pecunias, & ex forma Bullæ Gregorianæ non tenerentur illas inuestire, sed solum cauere de euictione, vt legitur *in §.15. Bull.impress.in Bullar. tom.2. fol.390.* Eò minus exinde domus valor † minui potest, vt in simili respon- 11
dit Rota *in Romana rescissionis transactionis 16.*

Iunij

Iunij 1651. §.*quia cum ille coram Eminentissimo Cardinali Corrado*. Nec vrget quod similem cautionem Moniales, & Fuscus non reportauerint à Thadæo, quia reportarunt promissionem
12 de euictione, † qua stante, dum non probatur Thadæus tunc debitis obrutus, ob non reportatam cautionem de euictione, non dicuntur carius emisse: Burat.*decis*.675.*n*.10.*&* 12.

Secundò, quia valor domus nedum probatur ex pretio conuento in actu secundæ venditionis, sed etiam ex præcedenti æstimatione facta à Pe-
13 ritis † hinc inde electis, qui domum æstimarunt absque vllo onere inuestiendi, & vinculandi pretium, & plenè valorem probant Bald.*in dict. l*.2.*num*.25.*Cod.rescind.vendit*. Cagnol. *ibidem num*.238. Hondéd. *cons*.35.*num*.45.*lib*.1. Gratian. *discept.decis*.600.*n*.21. Rota apud Seraph. *decis*.665.*num*.2. *&* 7. apud Caual. *decis*.358. *num*. 1. Nec obstat, quod Periti æstimauerint
14 cementa, non † autem quanti domus vendi posset, vt requiri dictum fuit *in Romana domus* 24. *Nouembris* 1642. *coram Reuerendissimo D.meo Decano*; quia cum fuerint electi ad effectum videndi quanti res vendi posset, idem implicitè retulisse videntur & Moniales, quæ pro pretio æstimato vendiderunt, ac relatione Periti à se
15 electi acceptarunt, † eam hodie impugnare non possunt: Rim.iun. *consil*.562.*num*.34. Decian. *cons*.78.*num*.4.*lib*.13. Menoch. *cons*.347. *n*.39. Rota *decis*.384.*n*.2.*part*.2.*recent*.

Vltimum obiectum contra sententias eo quod Thadæo primo venditori immissionem conce-
16 dunt in possessionem rei, † siue pretij restitutione, nec dant electionem emptori supplendi iustum pretium, vt competere probat text. *in cap. cum causa de empt.& vendit*. & tradit Pinell. *in dict.l*.2.*p*.3. *cap*.3. *num*.34.*& num*.36. corruit, quia cum hæc facultas competat emptori ex be-
17 neficio legis, non censetur à Iudice † sublata, quamuis de ea non fiat mentio in sententia, vt ex textu notabili *in l*. 4. §. *si quis condemnatus*, ibi; *repletur ergo ex lege, quod sententiæ deest, ff.rei indic*. tradit in puncto Cagnol. *in dict.l*.2. *sub num*.229. *vers.quinimò, Cod. rescin. vendit*. Præsertim, quia in sententia adest litteralis præseruatiua iurium competentium emptori, necnon
18 clausula, † *& omni meliori modo*, qua sustinetur sententia eo modo meliori, quo de iure valere potest: Hon ed. *cons*.44.*num*.25.*& sequent. lib*. 2. Cyriac. *controuer*. 105. *num*. 217. *& sequent*.

Et ita decisum vtraque parte informante resolutum fuit.

DECISIO CVII.

R. P. D. Cerro.

Romana Vineæ.

Lunæ 22. *Iunij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Dominium coniecturis probatur, quando de eo incidenter agitur ad effectum solutionis canonum, & recognitionis ab Ecclesia ex solutionibus canonum per triginta annos etiam ad effectum deuolutionis probatur, num*.6.

2 *Additio hæreditatis ex possessione bonorum defuncti resultat*.

3 *Termini susceptio ad soluendum canones facit adminiculum pro probatione dominij*.

4 *Enunciatiuæ, & promissiones canonum deseruiunt pro adminiculo ad probandum dominium*.

Etiam contra successores, n.5.

7 *Solutiones canonum per plures annos conducunt ad probationem dominij Ecclesiæ ad effectum obligationis inducendæ in posterum*.

8 *Sententia iniusta non transit in iudicatum*.

9 *Præscriptio per citationem ad soluendum canones interrumpitur*.

Durante pupillari ætate non incipit, n.10.

Et cœpta dormit, n.11.

12 *Ignorantia in hærede præsumitur*.

13 *Restitutio in integrum aduersus tricennariam præscriptionem hæredi propter ignorantiam datur*.

PRætendentes DD. Felix, & Christophorus fratres de Cinciis, ipsorum Authores indebitè fuisse spoliatos canonibus Vineæ, de qua agitur, Iudicium reintegrationis introduxerunt coram A. C. Caballeto, à quo fauorabilem sententiam reportarunt, vnde in gradu appellationis dubitata 10. Iunij 1652. An ipsi essent reintetegrandi ad Canones decursos, & non solutos, & Domini ad rei veritatem melius indagandam mandarunt, videri de bono iure, super quo assumpta hodie disputatione resolutum fuit constare de eorum bono iure.

Præmisso enim, quod vbicumque non agitur de dominio, † prout hic ad effectum illius cano- 1
nizationis, & deuolutionis, sed tantùm incidenter ad solum effectum recognitionis, & perceptionis canonum, exactæ non requiruntur, sed leuiores probationes sufficiunt ex notatis per Bart. *in l. quidam in suo n*.4.*vers*.2. *casu, ff.de cond. indeb*. DD. communiter *in l.iudicia, Cod.de rei vindic*. Socin.sen. *cons*.112.*num*.23. *lib*.4.Gratian. *discept*.912.*num*.3.Rota *in Romana prætensæ deuolutionis* 28.*Iunij* 1610.*coram Patriarcha Manzanedo in recent.decis*.249.*num*.2.*part*.1.*coram Buratto decis*. 788. *sub num*.3. *coram bon. mem. Merlino decis*. 253.*num*.4. *in Portuen. Stagni* 19. *Iunij* 1637. *coram Cardinali Pancirolo*, §. *cum autem, in Romana Vincarum* 10.*Iunij* 1639. §.*nam se fundarunt, & in Romana Saluiani, seu Attentatorum* 29. *Maij* 1641. §. *Vineam verò, vers. maximè cum non agatur, coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana domorum* 13.*Martij* 1643.*coram Reuerendissimo Terracinen*.§.1.

Sufficientes visæ fuerunt ab Actoribus ad hunc effectum exhibitæ; Celsus enim de Scutis olim possessor vineæ controuersæ anno 1526. recognouit se debitorem Authorum de Cinciis occasione canonis iam decursi, asseruitque illam esse sub ipsorum proprietate, & futuros canones soluere promisit *Sum.Actorum num*.12. cumque de anno 1543. conuentus fuisset pro solutione decursorum deuenit ad transactionem, in qua præmissa enunciatiua eiusdem proprietatis Canones hactenus decursos soluere se obligauit infra certum tempus remissa quadam portione *d.Sum. n*.13. Ac successiuè 1548. vineam vendidit Lucę Centofanti sub eadem enunciatiua dictæ proprietatis.

prietatis, & sub expresso onere respondendi Cinciis annuum Canonem, quem actualiter Lucas emptor soluere promisit *eodem Sum. num.* 14.

Prædicto Lucæ successit Antonius nepos, qui ab eo institutus hæres vniuersalis *Sum. num.* 16.
2 ex subsequuta eius bonorum possessione, † de qua *in eodem Sum. num.* 20. illius hæreditatem adiuisse præsumitur, §. *pro harede instit. de hared. qualit. & differen.* Bald. *cons.* 272. *sub num.* 2. *vers. tertia ratio est lib.* 5. Aym. *cons.* 33. *num.* 14. *san. mem. Gregor. decis.* 7. *n.* 5. Iste verò anno 1565. imponendo super dicta Vinea annuum censum scutorum decem venditum Francisco Nardo illam asseruit sub dicta proprietate existere *dict. num.* 20. ac reliquit Marguaritam vnicam filiam, quæ nuptias contrahendo cum Bernardino Lucatello de anno 1591. illi in dotem tradidit eandem vineam præmissa eademmet enunciatiua dictæ Proprietatis *Sum. num.* 2. Bernardinus verò maritus anno 1596. super illa alium imposuit censum scut. 22. cum dimidio; idémque asseruit *num.* 21. & pulsatus eodem anno à Lauinia Cincia cessionaria Francisci Cincij, pro solutione canonum decursorum ad illos soluendum terminum suscepit *n.* 22.

Similes enim nedum enunciatiuæ dominij, & proprietatis, sed actuales promissiones soluendi canones per publica instrumenta iureiurando celebrata, & susceptio termini agnitionem, & confessionem debiti præ se ferunt, quæ dominium ad hunc effectum optimè probant, vt de
3 susceptione † termini est textus *in l. ad solutionem*, ibique Bald. ac Salyc. *C. de re iudic.* Buratt. *decis.* 144. *num.* 6. *& decis.* 887. *eodem num.* 6. Ac
4 de enunciatiuis, † & promissionibus in his terminis probat Bart. *in l. cum falsa num.* 7. *vers. prodest tamen, Cod. de iur. & fact. ignor.* Ruin. *cons.* 31. *num.* 1. *lib.* 4. Aym. *consil.* 20. *num.* 11. *& consil.* 157. *num.* 6. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 226. *num.* 186. *in fin. & seq.* Card. Seraph. *dec.* 1387. *num.* 4. *&* 5. *& decis.* 1424. *num.* 3. tam contra
5 enunciantes, † & promittentes, quàm contra illorum successores: Ruin. *cons.* 50. *num.* 13. *lib.* 1. *& consil.* 128. *num.* 16. *lib.* 2. Rota *decis.* 200. *num.* 2. *part.* 1. *decis.* 193. *num.* 2. *part.* 2. *& decis.* 261. *num.* 1. *part.* 5. *in dicta Romana Saluiani, seu Attentatorum coram Reuerendissimo Salamantino*, *dict.* §. *vineam verò*, etiam singular. Rota *decis.* 776. *n.* 1. *part.* 1. *diuers. & dec.* 249. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Et sic tantò magis contra Andream, & alios de Boanis reos conuentos, qui ex persona Lucretiæ ipsorum matris, & Philippi Lucatelli patrui titulo vniuersali successerunt dictis Margaritæ, & Bernardino coniugibus *eod. Sum. n.* 17. 18. *&* 19.

Accedentibus præcipuè solutionibus cano-
6 num per viginti saltem annos † *d. Sum. num.* 1. Quamuis enim ad effectum deuolutionis necessaria videatur iustificatio integri lapsus triginta annorum per text. *in l. si quis emptionis, C. de prascript.* 30. *annor.* quem in his terminis comprobauit Rota *in recent. decis.* 290. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 359. *num.* 11. *part.* 5. Ad effectum tamen
7 solutionis † canonum sufficiunt breuioris temporis, vt respondit Rota *in Neapolitana Domus* 16. *Decembris*, 1616. *coram Ottembergo*.

Non obstat, tum sententia Capitulina absolutoria à dicta solutione, quæ tanquam lata de anno 1597. asseritur in iudicatum transacta,

tum præscriptio ex lapsu temporis ab inde citra decursi desumpta.

Sententia enim cum ex prædictis detegatur iniusta in rem † iudicatam transire non potuit: 8
DD. *in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic.* Card. Seraph. *decis.* 1123. *num.* 6. Rota *in Terracinen. fideicommissi* 21. *Iunij* 1649. *coram me*, §. *tertiò quia ad alios*: Præscriptio verò cum interrupta fuerit † de anno 1642. per citationem ad sol- 9
uendum canones, *l. cum notissimi in principio, & §. imò, Cod. de prascript.* 30. *annorum*: Rota *decis.* 208. *num.* 4. *part.* 4. *recent.* cum cæteris allegatis *in Auenionen. Saluiani* 8. *Iunij* 1648. *coram R.P.D. meo Bichio*, §. *non adest*.

Non est completa per lapsum 30. annorum; nam sunt subducendi duo circiter anni, quibus fiscus bona Francisci possedit, necnon subducendum est tempus minoris † ætatis Actorum, 10
contra quos, cum tunc essent pupilli durante pupillari ætate, præscriptio incipere non potuit, *l. sicuti vers. sed pupillari atate, Cod. vbi proximè*: Gloss. *in l. final. in vers. final. Cod. in quib. cas. in integr. restit.* cum aliis relatis per Rotam *coram Buratto decis.* 774. *num.* 3. *& in dicta Auenionen. Saluiani*, §. *neque sublata vers. subducto etiam*; Et cœpta † obdormiuit: Balb. *de prascript.* 11
part. 6. *part. princip. num.* 33. *vers. fallit in prascriptione*, *& num.* 34. Tob. Non. *cons.* 2. *n.* 22. Marescot. *var. resolut. cap.* 67. *num.* 24. *vers. sed quamuis lib.* 2. Rota *decis.* 298. *n.* 1. *&* 2. *part.* 4. *diuers. coram Buratto decis.* 410. *num.* 12. *&* 17. *ac in Romana, seu Veliterna Pecuniaria* 1. *Februarij* 1649. *coram me*, §. *nec obesse poterit, vers. huiusmodi enim.* Ac in omnem casum propter probabilem ignorantiam, † quæ semper in hæ- 12
rede præsumitur: Bart. *in l. A milite* 39. *num.* 5. *ff. de maior.* Surd. *cons.* 226. *num.* 10. *& seqq.* Eugen. *consil.* 95. *num.* 23. *lib.* 1. Duran. *decis.* 426. *num.* 9. Aduersus dictam tricenariam præscriptionem competeret restitutio † in integrum, vt 13
latè probat Tob. Non. *dict. cons.* 2. *num.* 23. Rota *decis.* 387. *num.* 1. *part.* 1. *diuers. coram Duran. dict. decis.* 426. *num.* 12. *in Bononien fideicommissi* 22. *Iunij* 1639. *coram R.P.D. meo Bichio*, §. *finali, & in Beneuentana Domus* 13. *Nouembris* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Ottobono*, §. *neque releuat*.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CVIII.

R. P. D. Cerro.

Bonon. fideicommissi Ioannis-Mariæ de Bologninis.

Veneris 26. *Iunij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Attentata cessant, quando non adest contemptus Iudicis.*
Sine dolo non committuntur, n. 6.
2 *Restauratio comprehenditur aliquando sub verbo* fieri.
3 *Testatoris dispositio relatiua ad aliud testamentum operatur, vt omnia disposita in testamento relato censeantur disposita in referente.*
4 *Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus.*

5 *Confessio*

Iunij 1651. §. *quia cum ille coram Eminentissimo Cardinali Corrado.* Nec vrget quod similem cautionem Moniales, & Fuscus non reportauerint à Thadæo, quia reportarunt promissionem
12 de euictione, † qua stante, dum non probatur Thadæus tunc debitis obrutus, ob non reportatam cautionem de euictione, non dicuntur carius emisse: Burat. *decis.* 675. *n.* 10. & 12.

Secundò, quia valor domus nedum probatur ex pretio conuento in actu secundæ venditionis, sed etiam ex præcedenti æstimatione facta à Pe-
13 ritis † hinc inde electis, qui domum æstimarunt absque vllo onere inuestiendi, & vinculandi pretium, & plenè valorem probant Bald. *in dict. l.* 2. *num.* 25. *Cod. rescind. vendit.* Cagnol. *ibidem num.* 238. Honded. *cons.* 35. *num.* 45. *lib.* 1. Gratian. *discept. decis.* 600. *n.* 21. Rota apud Seraph. *decis.* 665. *num.* 2. & 7. apud Caual. *decis.* 358. *num.* 1. Nec obstat, quod Periti æstimauerint
14 cementa, non † autem quanti domus vendi posset, vt requiri dictum fuit *in Romana domus* 24. *Nouembris* 1642. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*; quia cum fuerint electi ad effectum videndi quanti res vendi posset, idem implicitè retulisse videntur & Moniales, quæ pro pretio æstimato vendiderunt, ac relatione Periti à se
15 electi acceptarunt, † eam hodie impugnare non possunt: Rim. inn. *consil.* 562. *num.* 34. Decian. *cons.* 78. *num.* 4. *lib.* 13. Menoch. *cons.* 347. *n.* 39. Rota *decis.* 384. *n.* 2. *part.* 2. *recent.*

Vltimum obiectum contra sententias eo quod Thadæo primo venditori immissionem conce-
16 dunt in possessionem rei, † sine pretij restitutione, nec dant electionem emptori supplendi iustum pretium, vt competere probat text. *in cap. cum causa de empt. & vendit.* & tradit Pinell. *in dict. l.* 2. *p.* 3. *cap.* 3. *num.* 34. & *num.* 36. corruit, quia cum hæc facultas competat emptori ex be-
17 neficio legis, non censetur à Iudice † sublata, quamuis de ea non fiat mentio in sententia, vt ex textu notabili *in l.* 4. §. *si quis condemnatus*, ibi; *repletur ergo ex lege, quod sententiæ deest, ff. rei iudic.* tradit in puncto Cagnol. *in dict. l.* 2. *sub num.* 229. *vers. quinimò, Cod. rescin. vendit.* Præsertim, quia in sententia adest litteralis præseruatiua iurium competentium emptori, necnon
18 clausula, † *& omni meliori modo*, qua sustinetur sententia eo modo meliori, quo de iure valere potest: Honded. *cons.* 44. *num.* 25. & *sequent. lib.* 2. Cyriac. *controuer.* 105. *num.* 217. & *sequent.*

Et ita decisum vtraque parte informante resolutum fuit.

DECISIO CVII.

R. P. D. Cerro.

Romana Vineæ.

Lunæ 22. *Iunij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Dominium coniecturis probatur, quando de eo incidenter agitur ad effectum solutionis canonum, & recognitionis ab Ecclesia ex solutionibus canonum per triginta annos etiam ad effectum deuolutionis probatur, num.* 6.

2 *Additio hæreditatis ex possessione bonorum defuncti resultat.*

3 *Termini susceptio ad soluendum canones facit adminiculum pro probatione dominij.*

4 *Enunciatiuæ, & promissiones canonum deseruiunt pro adminiculo ad probandum dominium.*

Etiam contra successores, n. 5.

7 *Solutiones canonum per plures annos conducunt ad probationem dominij Ecclesiæ ad effectum obligationis inducendæ in posterum.*

8 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*

9 *Præscriptio per citationem ad soluendum canones interrumpitur.*

Durante pupillari ætate non incipit, n. 10.

Et cœpta dormit, n. 11.

12 *Ignorantia in hærede præsumitur.*

13 *Restitutio in integrum aduersus tricennariam præscriptionem hæredi propter ignorantiam datur.*

PRætendentes DD. Felix, & Christophorus fratres de Cinciis, ipsorum Authores indebitè fuisse spoliatos canonibus Vineæ, de qua agitur, Iudicium reintegrationis introduxerunt coram A. C. Caballeto, à quo fauorabilem sententiam reportarunt, vnde in gradu appellationis dubitata 10. Iunij 1652. An ipsi essent reintegrandi ad Canones decursos, & non solutos, & Domini ad rei veritatem melius indagandam mandarunt, videri de bono iure, super quo assumpta hodie disputatione resolutum fuit constare de eorum bono iure.

Præmisso enim, quod vbicumque non agitur de dominio, † prout hic ad effectum illius cano- 1
nizationis, & deuolutionis, sed tantùm incidenter ad solum effectum recognitionis, & perceptionis canonum, exactæ non requiruntur, sed leuiores probationes sufficiunt ex notatis per Bart. *in l. quidam in suo n.* 4. *vers.* 2. *casu, ff. de cond. indeb.* DD. communiter *in l. indicia, Cod. de rei vindic.* Socin. sen. *cons.* 112. *num.* 23. *lib.* 4. Gratian. *discept.* 912. *num.* 3. Rota *in Romana prætensæ deuolutionis* 28. *Iunij* 1610. *coram Patriarcha Manzanedo in recent. decis.* 249. *num.* 2. *part.* 1. *coram Buratto decis.* 788. *sub num.* 3. *coram bon. mem. Merlino decis.* 253. *num.* 4. *in Portuen. Stagni* 19. *Iunij* 1637. *coram Cardinali Pancirolo*, §. *cum autem. in Romana Vincarum* 10. *Iunij* 1639. §. *nam se fundarunt, & in Romana Saluiani, seu Attentatorum* 29. *Maij* 1641. §. *Vineam verò, vers. maximè cum non agatur, coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana domorum* 13. *Martij* 1643. *coram Reuerendissimo Terracinen.* §. 1.

Sufficientes visæ fuerunt ab Actoribus ad hunc effectum exhibitæ; Celsus enim de Scutis olim possessor vineæ controuersæ anno 1526. recognouit se debitorem Authorum de Cinciis occasione canonis iam decursi, asseruitque illam esse sub ipsorum proprietate, & futuros canones soluere promisit *Sum. Actorum num.* 12. cumque de anno 1543. conuentus fuisset pro solutione decursorum deuenit ad transactionem, in qua præmissa enunciatiua eiusdem proprietatis Canones hactenus decursos soluere se obligauit infra certum tempus remissa quadam portione *d. Sum. n.* 13. Ac successiuè 1548. vineam vendidit Lucę Centofanti sub eadem enunciatiua dictæ proprietatis.

prietatis, & sub expresso onere respondendi Cinciis annuum Canonem, quem actualiter Lucas emptor soluere promisit *eodem Sum. num.* 14.

Prædicto Lucæ successit Antonius nepos, qui ab eo institutus hæres vniuersalis *Sum. num.* 16.
2 ex subsequuta eius bonorum possessione, † de qua *in eodem Sum. num.* 20. illius hæreditatem adiuisse præsumitur, §. *pro harede instit. de hared. qualit. & differen.* Bald. *cons.* 272. *sub num.* 2. *vers. tertia ratio est lib.* 5. Aym. *cons.* 33. *num.* 14. *san. mem. Gregor. decis.* 7. *n.* 5. Iste verò anno 1565. imponendo super dicta Vinea annuum censum scutorum decem venditum Francisco Nardo illam asseruit sub dicta proprietate existere *dict. num.* 20. ac reliquit Marguaritam vnicam filiam, quæ nuptias contrahendo cum Bernardino Lucatello de anno 1591. illi in dotem tradidit eandem vineam præmissa eademmet enunciatiua dictæ Proprietatis *Sum. num.* 2. Bernardinus verò maritus anno 1596. super illa alium imposuit censum scut. 22. cum dimidio; idémque asseruit *num.* 21. & pulsatus eodem anno à Lauinia Cincia cessionaria Francisci Cincij, pro solutione canonum decursorum ad illos soluendum terminum suscepit *n.* 22.

Similes enim nedum enunciatiuæ dominij, & proprietatis, sed actuales promissiones soluendi canones per publica instrumenta iureiurando celebrata, & susceptio termini agnitionem, & confessionem debiti præ se ferunt, quæ dominium ad hunc effectum optimè probant, vt de
3 susceptione † termini est textus *in l. ad solutionem*, ibique Bald. ac Salyc. *C. de re iudic.* Buratt. *decis.* 144. *num.* 6. *& decis.* 887. *eodem num.* 6. Ac
4 de enunciatiuis, † & promissionibus in his terminis probat Barr. *in l. cum falsa num.* 7. *vers. prodest tamen, Cod. de iur. & fact. ignor.* Ruin. *cons.* 31. *num.* 1. *lib.* 4. Aym. *consil.* 20. *num.* 11. *& consil.* 157. *num.* 6. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 226. *num.* 186. *in fin. & seq.* Card. Seraph. *dec.* 1387. *num.* 4. *&* 5. *& decis.* 1424. *num.* 3. tam contra
5 enunciantes, † & promittentes, quàm contra illorum successores: Ruin. *cons.* 50. *num.* 13. *lib.* 1. *& consil.* 128. *num.* 16. *lib.* 2. Rota *decis.* 200. *num.* 2. *part.* 1. *decis.* 193. *num.* 2. *part.* 2. *& decis.* 261. *num.* 1. *part.* 5. *in dicta Romana Saluiani, seu Attentatorum coram Reuerendissimo Salamantino, dict.* §. *vineam verò*, etiam singular. Rota *decis.* 776. *n.* 1. *part.* 1. *diuers. & dec.* 249. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Et sic tantò magis contra Andream, & alios de Boanis reos conuentos, qui ex persona Lucretiæ ipsorum matris, & Philippi Lucatelli patrui titulo vniuersali successerunt dictis Margaritæ, & Bernardino coniugibus *eod. Sum. n.* 17. 18. *&* 19.

Accedentibus præcipuè solutionibus cano-
6 num per viginti saltem annos † *d. Sum. num.* 1. Quamuis enim ad effectum deuolutionis necessaria videatur iustificatio integri lapsus triginta annorum per text. *in l. si quis emptionis, C. de prascript.* 30. *annor.* quem in his terminis comprobauit Rota *in recent. decis.* 290. *num.* 4. *part.* 1. *& decis.* 359. *num.* 11. *part.* 5. Ad effectum tamen
7 solutionis † canonum sufficiunt breuioris temporis, vt respondit Rota *in Neapolitana Domus* 16. *Decembris*, 1616. *coram Ottembergo.*

Non obstat, tum sententia Capitulina absolutoria à dicta solutione, quæ tanquam lata de anno 1597. asseritur in iudicatum transacta, tum præscriptio ex lapsu temporis ab inde citra decursi desumpta.

Sentientia enim cum ex prædictis detegatur iniusta in rem † iudicatam transire non potuit: 8
DD. *in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic.* Card. Seraph. *decis.* 1123. *num.* 6. Rota *in Terracinen. fideicommissi* 21. *Iunij* 1649. *coram me*, §. *tertiò quia ad alios*: Præscriptio verò cum interrupta fuerit † de anno 1642. per citationem ad sol- 9
uendum canones, *l. cum notissimi in principio, & §. imò, Cod. de prascript.* 30. *annorum*: Rota *decis.* 208. *num.* 4. *part.* 4. *recent.* cum cæteris allegatis *in Auenionen. Saluiani* 8. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *non adest.*

Non est completa per lapsum 30. annorum; nam sunt subducendi duo circiter anni, quibus fiscus bona Francisci possedit, necnon subducendum est tempus minoris † ætatis Actorum, 10
contra quos, cum tunc essent pupilli durante pupillari ætate, præscriptio incipere non potuit, *l. sicuti vers. sed pupillari atate, Cod. vbi proximè:* Gloss. *in l. final. in vers. final. Cod. in quib. caus. in integr. restit.* cum aliis relatis per Rotam *coram Buratto decis.* 774. *num.* 3. *& in dicta Auenionen. Saluiani*, §. *neque sublata vers. subducto etiam*; Et cœpta † obdormiuit: Balb. *de prascript.* 11
part. 6. *part. princip. num.* 33. *vers. fallit in prascriptione, & num.* 34. Tob. Non. *cons.* 2. *n.* 22. Marescot. *var. resolut. cap.* 67. *num.* 24. *vers. sed quamuis lib.* 2. Rota *decis.* 298. *n.* 1. *&* 2. *part.* 4. *diuers. coram Buratto decis.* 410. *num.* 12. *&* 17. *ac in Romana, seu Veliterna Pecuniaria* 1. *Februarij* 1649. *coram me*, §. *nec obesse poterit, vers. huiusmodi enim.* Ac in omnem casum propter probabilem ignorantiam, † quæ semper in hæ- 12
rede præsumitur: Bart. *in l. A milius* 39. *num.* 5. *ff. de maior.* Surd. *cons.* 226. *num.* 10. *& seqq.* Eugen. *consil.* 95. *num.* 23. *lib.* 1. Duran. *decis.* 426. *num.* 9. Aduersus dictam tricenariam præscriptionem competeret restitutio † in integrum, vt 13
latè probat Tob. Non. *dict. cons.* 2. *num.* 23. Rota *decis.* 387. *num.* 1. *part.* 1. *diuers. coram Duran. dict. decis.* 426. *num.* 12. *in Bononien fideicommissi* 22. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. meo Bichio*, §. *finali, & in Beneuentana Domus* 13. *Nouembris* 1648. *coram Eminentiss. D. Card. Ottobono*, §. *neque releuat.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CVIII.

R. P. D. Cerro.

Bonon. fideicommissi Ioannis-Mariæ de Bologninis.

Veneris 26. *Iunij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Attentata cessant, quando non adest contemptus Iudicis.*
Sine dolo non committuntur, n. 6.
2 *Restauratio comprehenditur aliquando sub verbo fieri.*
3 *Testatoris dispositio relatiua ad aliud testamentum operatur, vt omnia disposita in testamento relato censeantur disposita in referente.*
4 *Trebellianica prohiberi potest etiam filiis primi gradus.*

5 *Confessio plenè probat contra confitentem, & habentes causam ab eo.*

7 *Clausula,* deductis deducendis, *executionem suspendit.*

DEcisionem coram me editam 4. Februarij præteriti, hodie Domini confirmarunt, quia siue in causis Ecclesiasticis, siue in profanis at-
1 tentata cessant, † quando non adest prout hic, contemptus Iudicis, vt præter authoritates ibi allegatas in terminis causæ prophanæ respondit Rot. coram Card. Caualerio *dec.*499.*num.*6. *vers. & vbi, & in recent. decis.*500. *sub num.*5. *versic. vltrà quod, part.*1. *& decis.*768.*num.*13. *part.* 3. *& in Meleuitana Attentatorum* 14. *Martij coram Reuerendiss. Dom. meo Decano, sub* §. *similémque declarationem, versic. & in specie.*

Contemptus siquidem iudicis cessat ex deductis in decisione, & partis præiudicium, super quo consistit totum huius causæ momentum, in proposito non adesse latè etiam probatur *in eadem decisione*, quia Palmeriis, & consortibus prætensa attentata passis nullæ competunt detractiones, & sic euanescit ipsorum interesse: Supponebatur enim consistere assertas detractiones in bonis Francisci Patris Ioannis Mariæ fideicommittentis in debitis per grauatos persolutis, atque in legitima, & Trebellianica.

Sed Bona Francisci cùm prouenient ex alio antiquiori fideicommisso quondam Ioannis Senioris illius Patris ad fauorem ipsiusmet Thadæi de Bologninis purificato ex vice illius ad ipsum spectant, & licet replicetur quod præter Bona paterna Franciscus reliquerit aliqua propria, & signanter Palatium habens inscriptionem, *Franciscus fieri fecit:* Attamen præter quod istud iam antea extabat in Bonis Ioannis, & sic dicta
2 Inscriptio † ad restaurationem per necesse refertur, quæ aliquando venit sub verbo *fieri*, vt probat text. *in l. prima, ff. de mort. inferen. & sepulcr. ædifican.* ibi: *ædificare autem non solùm, qui nouum opus molitur intelligendus est, verùm etiam is quoque qui vult reficere,* cum Franciscus relatiuum in omnibus, & per omnia fecerit fideicommissum ad illud Ioannis Patris hodierno *Summ. Thadei, num.* 3. huius relationis vigore omnes substitutiones in paterno fideicommisso
3 comprehensæ † perinde habentur, ac si ad fauorem eorumdem vocatorum de verbo ad verbum in referente scriptæ, & repetitæ fuissent: *leg. Posthumis*, §. *Si Paganus, ff. de iniust. sup. & init. testam. l. prima, Cod. de Codicillis,* Nat. *consil.*483.*num.*2. Rot. *decis.*386.*num.*2.*part.*4.*diuers. & decis.*470.*num.*1.*part.*3.*recent. ac in Romana fideicomm. de Maximis* 15. *April.* 1644. *&* 17. *Maij* 1645. *corm R. P. D. meo Peuting. &* 26. *Ianuarij* 1647. *coram Eminentiss. D. Cardin. Ottobono.*

Debita autem persoluta licet in decisione suppositum fuerit ascendere ad libras 51337. hodie tamen clarè liquet non excedere libras 14586. quia secunda partita continens pactum francandi librarum 2000. non est accepto ferenda, ex quo non constat de solutione: sexta verò, nona, decima, & vndecima constituentes libras 35751. præter quod pari modo nonnullæ non probantur solutæ, non spectant ad hæreditatem Ioannis Mariæ, de qua agitur, cum non doceatur dictas summas ad eius manus peruenisse. Detractis autem à dictis libris 14586. tribus partibus Camilli, Fuluij, & Pirri, pars Æmilij communis fratris, & auctoris illorum de Palmeriis non excedit libras 3646. 10. Cui contrapositis alienationibus factis per eumdem Æmilium, & Ioannem Ludouicum eius nepotem ascendentibus ad libras 13230. *d. sum. n.* 1. *littera D,* alienationes superant dictam portionem debitorum in libris 29584.

Indéque penitùs consumptæ remanent legitima, & Trebel. Portio enim legitimæ est quarta pars trientis totius hæreditatis ascendens ad libras 26984. Nam valor integræ hæreditatis fuit librarum 323812. 15. iuxtà notulam relatam *in dicto Summ. num.* 1. & sic triens est librarum 107937. quo diuiso in quatuor partes, quot erant filij Masculi Ioannis Mariæ, nempe prædicti Camillus, Fuluius, Pirrus, & Æmilius, cum fœminæ ex municipali dispositione Statutorum Bononiæ, *lib.*4. *rubr. de success. libert. patr. vel matr. vel aliis ascenden. morient. ab intestat.* §. *declarantes insuper:* non computentur in numero liberorum ad augēdam legitimam, quando, prout hic, ab intestato, vel ex Testamento, à successione repelluntur; Quarta pars Æmilij constituit dictas libras 25984. à quibus detractis libris 8994. pro tertia parte à Ioanne Ludouico relicta Claræ matri *d. sum. num.*7. quam cessit ad fauorem Thadæi, *num.*8. residuum dictę portionis legitimæ reducitur ad libras 17986. & sic remanentes alienationes illud trascendunt in libris 11598.

Trebellianica verò est tertia pars bonorum fideicommissi vniuersalis, quia ex particula restator expressè illam prohibuit † *dicto sum. num.*9. 4
quod à iure permissum etiam in præiudicium filiorum primi gradus iuxta opinionem quam seruat Rota comprobatam coram Card. Seraphino *decis.*570. *num.*1. coram S. M. Greg. *decis.* 421. *num.*10. ibíque Adden. *littera D, in rẹcent. decis.*330. *num.* 24. *part.* 5. *& in Reatina success.* 21. *Maij* 1642. *coram R. P. D. meo Peuting.* §. *Nam quoad Trebellianicam.* valor autem bonorum fideicommissi vniuersalis est librarum 182107. 13. 4. *eod. sum. num.*1. *litt. F,* quarum quarta pars ascendit ad libras 45526. 18. ex quibus demptis tribus portionibus dictorum Camilli, Fuluij, & Pirri, portio Æmilij remanet librarum 11381. ex quibus deducta tertia parte relicta eidem Claræ, & cessa Thadæo, reliqua non excedit libras 7587. 6. 10. & sic adhuc supersunt alienationes in libris 4011. circitẹr.

Quod autem ad Palmerios non pertineat nisi quarta pars dictarum detractionum, in dubium reuocari non potest, quia non habent causam nisi mediatam à dicto Æmilio ex persona dicti Ioannis Ludouici illius Nepotis ex Lelio filio legitimato per rescriptum. Reliquæ verò tres partes aliorum fratrum spectant ad Thadeum, iuxta ipsorum testamentarias dispositiones relatas *in eius Sum. addit. num.*1.

Nec subsistit quod Bona per Æmilium, & Ioannem Ludouicum alienata non probentur fideicommissaria Ioannis Mariæ.

Quoniam Apotheca in via Aurificum librarum 1600. medietatis possessionis Grauaroli librarum 200. & melioramenta super bonis emphyteoticis aliarum librarum 6000. non controuertuntur fuisse propria Ioannis-Mariæ; creditum verò cum hæreditate Bartholomæi, quod dempta portione Æmilij ascendit ad libras 4180.

ab

ab illis exactum fuit iuxta ipsorum confessio-
5 nem, † quæ contra Palmerios ab eis causam habentes plenè probat, vulg. *l. cum à matre, C. de rei vindic.* cum cæteris *in decis.* allegatis, *sub §. quoniam illa tria in fine*; Domus denique in Via Hyerusalem librarum mille, & Creditum Morellon. librarum 450. si demantur ab alienationibus, adhuc istæ superant assertas detractiones debitorum legitimæ, & Trebellianicæ in libris 2561. quod exuberat; præsertim quia respectu legitimæ, & Trebellianicæ non est opus integram satisfactionem ostendere, sed sufficit aliqua alienatio, vt iuncta omissione Inuentarij integrè consumptæ censeantur, vt latè firmatum fuit *in Perusina Bonorum 30. Maij 1650. coram me relata, in decisione §. cum itaque*; eòque magis additis fructibus annorum 30. à die motæ litis per reos conuentos perceptis, & considerato valore mobilium solidæ materiæ, qui verisimiliter aderant in hæreditate fideicommittentis familiæ Nobilis, quæ magis illiquidum reddunt, prætensum creditum detractionum.

Nec refert, quod Fuluius alter ex dictis quatuor fratribus, nil prorsùs alienauerit, quia Thadæo satis est iustificare quod alienauerit Æmilius, & Ioannes-Ludouicus eius nepos, authoritates collitigantium; ex quorum persona prætendunt detractiones; aliæ autem debitæ, tam Fuluio, quàm Camillo, & Pirro, aliis fratribus ad ipsummet Thadæum pertinent, vti illorum hæredem fideicommissarium, ex *suprà* probatis.

Denique executio non potest dici attentata sub prætextu difformitatis sententiarum, & commissionis mihi directæ, cum clausula, *sine præiudicio trium conformium in eo, in quo sunt conformes*, quæ cum sententiæ de partibus non reseruauerint simpliciter detractiones, sed addiderint detractis detractionibus deducendis, quod intelligatur quatenùs competant de iure, eò ipso quod *coram R. P. D. meo Celso*, ex professo discussum, decisum, ac sententiatum fuit nullas competere detractiones, vltima sententia non discordat, sed concordat cum primis; quia istæ
6 censentur denegare detractiones, † si de iure non competant; atque ideò cessat dolus Victoris in exequendo, qui attentatis in esse solet, vt per Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 4. limit. 27. num. 1. & 5.* Rota *coram Buratt. decis. 59. num. 14.*

Nec obstant decisiones in hac causa emanatæ *coram Reuerendissimo Salamantino, & bon. mem. Merlino*, firmantes, quod stante dicta
7 clausula *deductis deducendis*, † non potuerit procedi ad executionem, nisi prius constiterit nil esse detrahendum, quia non propterea negant posse ad eam deueniri facta discussione; vnde cum in præsenti casu discussio iam facta fuerit, & capta resolutio negatiua, dictæ decisiones non repugnant, sed fauent: Nec fuit opus tribus sententiis conformibus declarantibus detractiones non deberi; quia sufficit, quod hoc implicitè contineant, quodque de eo fuerit cognitum ante executionem: etiamsi deinde coram me non præcesserit disputatio dubij particularis cum ex forma dicti rescripti sine præiudicio trium conformium in eo, in quo sint conformes, satis iustificata remaneat libertas partis exequendi pro illa parte bonorum, in qua sententiæ conueniunt, vt factum fuit, iuxta decisiones factas *coram D. meo Celso*. Et ita, &c.

Decis. S. R. R. ad I. P. Melium.

DECISIO CIX.

R. P. D. Meltio.

Salisburgen. Iurisdictionis.

Veneris 26. Iunij 1654.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad probandum contrarium eius, quod in scripturis continetur.*
Et de ratione, n. 2. & n. 15.
3 *Obseruantia tribuit robur scripturæ etiam informi.*
Amplia, vt n. 4.
Ex quibus probetur, n. 5.
Remota non suffragatur, n. 7.
Limita, vt n. 8.
Remota, vt dicatur, lapsus 40. annorum requiritur, n. 9.
6 *Approbatio scripturæ ex illius productione resultat.*
10 *Comparatio litterarum non admittitur, nisi in subsidium.*
11 *Recognitio formalis scripturæ in antiquis non requiritur.*
12 *Antiquitatem scripturæ data non probat.*
Fallit, vt n. 13.
14 *Enunciatiuæ quando probent.*
16 *Episcopus intra fines suæ Diœcesis ordinariam exercet iurisdictionem.*
19 *Visitandi ius pendet à iurisdictione Episcopi.*

EX eisdem rationibus, & fundamentis quibus aliàs Rota *sub die 1. Iulij 1643. & 22. Maij 1645. coram Reuerendissimo Tarraconen.* & vltimo loco *sub die 16. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Verospio*, denegata fuit remissoria D. Abbati S. Lamberti, visa fuit etiam hodie deneganda scilicet ob resistentiam transactionum inter Reuerendissimum Archiepiscopum Salisburgen. & Dominum Abbatem initarum de anno 1420. & 1493. cum subsecuta confirmatione Alexandri VI. de anno 1512. in iis namque firmata legitur existentia Monasterij S. Lamberti intra limites Diœcesis Salisburgen. & cum hodie contrarium articuletur ab eo, quod in dictis transactionibus contineretur, non est concedenda irremissoria, † frustra namque illa pe- 1
titur ad probandum id cuius contrarium per scripturas eliditur: Felin. *in cap. 1. sub num. 7. de appell.* Seraph. *decis. 1460. num. 3. vers. præterea:* Caual. *decis. 67. num. 1.* Rota *coram Duran. decis. 196. num. 4. vers. & in omnem casum in recent. decis. 589. num. 1. vers. vnde cum per dictas sciptura:* Et ratio est euidens, ac manifesta, quia authentica monumenta præualent dictis testium, † atque ita futura probatio redderetur 2
penitus irreleuans, & inefficax: *l. in exercendo, Cod. de fid. instr.* Rota *coram Mant. decis. 24. num. 5. recent. dict. decis. 589. num. 2. part. 2.* & fuit dictum *in Firmana pensionis 22. Maij 1642. §. 3. coram R. P. D. meo Bichio.*

Neque dictæ transactiones visæ fuerunt impugnari amplius posse prætextu quod illæ non sint in forma probanti, sub quo fundamento Rota receden. à prioribus resolutionibus firmauerat *coram R. P. D. Tarraconen. sub diebus 26.*

Iunij & 16. Octobris 1652. dandam esse prætensam ab Abbate remissoriam, quia ex iuribus posteà ad instantiam Reuerendissimi Archiepiscopi compulsatis, & in actis productis visa fuit abundè iustificata dictarum transactionum ob-
3 seruantia, quæ perinde, † & quatenus opus esset robur illis daret, & scripturarum etiam informium defectum suppleret: Aym. *consil.*101. *num.* 4. *vers.vis tota consil.*158. *num.*1. breuiter puto, & *cons.*274.*num.*7. *vers.*4. videndus idem de antiquitate temporum *part.* 1. §. 4. *limitat. num.*14.*cum seqq.* Felin.*in cap.sicut nobis, n.*29. *vers. fallit* 3. *de sentent. & re iudic.* Grammat. *decis.*106.*num.*9. Rota *coram Seraph. dec.*928. *num.*2.*vers.obseruantia verò, decis.*980.*num.*13. *vers.cum ea decis.*1232.*num.*3. *& in rec.part.*1. *decis.* 349. *num.* 5. *& coram Penia decis.* 837. *num.*7.

Idque etiam procedit, quamuis dictæ transactiones in omnibus effectuatæ minimè appare-
4 rent, nam & tali casu obseruantia † robur transactioni tribuit, ex quo in similibus magis vniuersalibus causa actus quam ipsius actus exercitium attendi solet: Rota *decis.*569.*num.*2. *in fine, part.* 4. *diuers. & coram Gregor. X V. decis.*469.*num.*7. *& decis.* 557. ibique Adden. *num.*1.

Talis autem obseruantia incontrouertibilis redditur ex pluribus actibus *in vltima decisione R.P.D. mei Verospij ponderatis,* & signanter ex sæpiùs petita facultate per Abbates pro tempore Sancti Lamberti à Reuerendissimis Archiepiscopis Salisburgen. absoluen. à casibus reseruatis, curámque animarum exercend. Istæ namque facultates ex quo apparent ab Abbatibus pro tempore petitæ, vtique ab Archiepiscopis respectiue concessa ad formam, & in executionem præcedentium transactionum, ac illæ sunt plures, & continuatæ ab an.scilicet 1495.vsque
5 ad annum 1623. vtique obseruantiam † transactionum plenè & concludenter probant: Contard.*de moment.possess.in notabili num.*18. Rota *decis.*375. *num.*4. *part.*1. *diuers. coram Buratt. decis.*478.*num.*10. *in recent.decis.*175. *num.*11. *part.*5.

Eóque magis contra ipsos Abbates, qui dict. transactiones expresse approbarunt: Peregr.*consil.*64.*num.*19.*vers.*4. *lib.*1. Approbatio autem clara apparet, dum à Moderno Abbate Breuia producta fuerunt à suis antecessoribus obtenta, in quibus adsunt plures enunciatiuæ, & confessiones dictorum Abbatum, quod eorum Monasterium, ac Ecclesiæ illi annexæ sint Diecœsis
6 Salisburgen. ex productione † enim, & visu assertorum Breuium deducitur illorum approbatio, & ratificatio, *c.cum venerabiles de exceptionibus:* vbi Abb.*num.*8.*vers.nota quod:* Alex. *consil.*112. *num.* 5. *in fine lib.*5. Bald.*consil.*14. *num.*8.*lib.*5.

Nihil refragatur prætensio illa, quod dicta obseruantia tanquam nimis à tempore initæ
7 concordiæ remota † non sit magni facienda ex firmatis per Rotam *coram Greg. X V. dec.*325. *num.* 1. & ibi Adden. *num.* 26. quia vltra quod
8 etiam obseruantia remota suffragatur, † quando prout illa ex concursu aliorum adminiculorum innatur: Rota *coram Gregor. X V. decis.* 325. & ibi Adden.*num.*26.*in fine, coram Buratto decis.*10. *num.*35. *vers. hac tamen limitatio,in recent.decis.*482.*num.*10.*par.*1.

Cessat etiam obiectum ex facto dum prima facultas exercendi curã animarum, & absoluendi à casibus reseruatis petita per Abbatem ad formam concordiæ, non distat à tempore dictæ concordiæ quam per biennium quod tempus non sufficit, vt obseruantia † remota dici possit, 9
cum ad hunc effectum lapsus 40. & amplius annorum requiratur, vt firmauit aliàs Rota *in recent.decis.*105. *num.* 12. *part.*7. & resolutum fuit *in hac eadem causa sub die* 16. *Iunij* 1653. *coram R.P.D.meo Verospio* §.*fin.*

Minus impugnari potest eadem obseruantia prætextu defectus recognitionis iurium compulsatorum, ex quibus probatio obseruantiæ deducitur, quia de tali recognitione satis constat per testes deponentes habere notam, vel manum, vel sigillum in scriptura recognita appositum; & licet nonnulli deponant per comparationem de vno ad aliud, qui modus recognoscendi tanquam subsidiarius † non admittitur,ni- 10
si vbi alius melior modus non suppetit,& quando constat de certitudine scripturæ cum qua fieri debet comparatio: Rot.*decis.*199.*num.*29. *&* 30. *part.* 5. *recent.* tamen ex quo hic agitur de scripturis antiquis metam centum annorum excedentibus formalis recognitio † non requiritur, sed proceditur leuiore probatione: Rota *coram* 11
*Seraph.decis.*1481.*num.*2.qui loquitur in instrumento 60. annor. tantum Adden.ad Greg.X V. *decis.*3. *sub num.* 8. & fuit latè firmatum *in Tiburtina Castri Sancti Angeli* 26. *Iunij* 1641. *&* 7.*Februarij* 1642.*coram R.P.D.meo Pentingerio, & vltimo loco in hac causa coram R.P.D. meo Verospio,* §.*præterà in fin.*

Neque antiquitas scripturæ excluditur ea ratione, quod de ea non constet aliundè quam ex sola data, † qua regulariter illam non pro- 12
bat Rot. *decis.* 439. *lib.* 1. *& decis.*186. *lib.* 3. Quia fallit conclusio concurrentibus prout hic, pluribus † aliarum scripturarum obseruantiæ, & 13
antiquarum enunciatiuarum adminiculis: Rot. *coram Caual.decis.*518.*num.*2. *vers. & quamuis antiquitas, & in recent.decis.*114. *num.*4. *in fin. part.*4.

Cæterùm tanto magis visa fuit deneganda petita ab Abbate remissoria, quia seclusis etiam dictis transactionibus adhuc prætensa futura probatio inefficax redderetur ex pluribus enunciatiuis ponderatis tam *in decis.emissa sub die* 1. *Iulij* 1643.*coram Reuerendissim. Tarraconen. in principio quam vltimo:* Rota *in decis. R. P. D. Verospio sub* §.1. *ad medium.* Dictæ enim enunciatiuæ † cum sint numero plures emanatæ in 14
diuersis scripturis, & à diuersis personis imò ab ipsismet Abbatibus, & ampliùs antiquissimam omnium memoriam excedant vtique vim famæ obtinent, & situationem tam Monasterij,quam Ecclesiarum illi annexarum intra limites Diecœsis Salisbuergen. optimè concludunt: Rota *in Beneuentana Iurisdictionis* 13. *Maij* 1652. *coram R.P.D.meo Zarate.*

Vbi de more plures cumulantur doctrinæ, adeout mediante petita remissoria non possit haberi æqualis, aut æquè potens probatio per testes † cum semper illis prænalere debeant 15
publica, & authentica documenta: Cæsar de Grass. *decis.* 1. *num.* 6. *de dilat.* Rota *decis.* 714. *num.* 1. *part.* 1. *recent. & coram Penia decis.* 1281. *num.* 1. & dictum fuit *in Calaguritana Beneficij de Cornado* 31. *Maij* 1647. *coram Eminentissimo Ottobono.*

Denique nulli ius releuantiæ habitum fuit, quod

quod ab informantibus pro Abbate particulariter in præsenti disputatione ponderabatur ad effectum obtinendi petitam remissoriam, scilicet datos esse articulos additionales, in quibus articulata fuit omnimoda Abbatis exemptio à iurisdictione Archiepiscopi Salisburgen. in concernentibus regularitatem, & huius respectu, cum nullus actus contrarius detur, nec minus quidquam contrarium in transactionibus contentum legatur: ideo ex huius articuli releuantia concedenda sit remissoria super omnibus aliis: Domini enim pro responsione ponderarunt, quod vel Abbas, & Monasterium intendunt probare illorum exemptionem circa ea quæ concernunt vitam claustralem, & personas Monachorum, & superflua visa fuit talis probatio, quia non controuertitur hæc exemptio, imò illa expresse reseruata legitur in ipsamet transactione, vel prætendunt omnimodam exemptionem à iure visitandi aliisque actibus iurisdictionalibus,
16 quos Archiepiscopus † secundum suam ordinariam iurisdictionem habet, & exercere potest in Ecclesiis positis intra limites suæ Diœcesis ad text. *in cap. conquerente, de Officio ordinarij*, & huic prætensioni obstant transactiones, aliáque omnia superiùs ponderata pro exclusione petitæ remissoriæ.

Nihil obstante, quod de huiusmodi iure visitandi transactio specialiter non meminerit.
17 Quia adhuc & dictum ius sub ea † comprehenditur virtualiter cum sit effectus resultans ex iurisdictione, quam tenet Felin. *in cap. super litteris, num.* 20. *de rescript.* Mandell. *consil.* 122. *num.* 24. *& seqq.* Lother. *de re beneficiat. lib.* 1. *quæst.* 25. *num.* 26. *&* 27. & hoc idem firmauit prima decisio huius causæ emissa *coram Rereuerendiss. Taracon. sub* 1. *Iulij* 1643. vbi quod ex præseruatione authoritatis circa Curam animarum facta in transactione intelligatur præseruatum etiam ius visitandi tanquam ius necessariò annexum illi parti iurisdictionis, cui dicta cura Animarum subiacet.

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO CX.

R. P. D. Bichio.

Veliterna Tenutæ Schiti.

Merc. 1. *Iulij* 1654.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percipere spectat ad vsum rei.*
2 *Pœnæ sunt fructus iurisdictionis.*
3 *Testium numerus supplet eorum defectus.*
4 *Edicta, & banna prohibentis probant possessionem.*
Amplia, vt num. 5.
6 *Sententiæ acceptatio resultat ex non appellatione.*
Præiudicat Communitati, num. 10.
7 *Iurisdictionis quasi possessio probatur ex gratiis effectum sortitis.*
8 *Communitas allegare non potest ignorantiam sententiæ contra eius Consules latæ.*
Repræsentatur in personis eius Officialium, num. 9.
Permittens animalia eius baronis in pascuis, ex beneuolentia id facere censetur, n. 12.
Declara, vt n. 13. *&* 14.
11 *Possessio ex quibus probetur.*
15 *Exceptio recipiens petitorium in possessoria non admittitur.*
16 *Vsus vnius est compatibilis cum possessione plenaria alterius.*
17 *Statutum communitatis cum auctoritate Ducis factum, ipsius Ducis dicitur, & n.* 18.
19 *Licentia pascendi, & colligendi ligna per Communitatem concessa ius non tribuunt.*
20 *Quasi possessio in corporalibus requirit scientiam, & patientiam aduersarij.*
Prohibendi acquiritur ex non contradictione prohibiti, n. 21.
Ex actibus æquiuocis non acquiritur, n. 22.
23 *Testes Vniuersitatis pro ea non probant.*
Numero plures præferuntur paucioribus, num. 24.

Saluo iure pascendi in tenuta Schiti competente Communitate Sermonetæ ex Statuto loci *lib.* 4. *cap.* 22. *& lib.* 5. *cap.* 10. decreuit A.C. manutenendum esse Excellentiss. Dominum Ducem Sermonetæ in possessione eiusdẽ Tenutæ & hodie in gradu appellationis ad ipsum respondit Rota particulari dubio *suprà* proposito.

Probauit enim D. Dux primo per tredecim testes se, ac Duces Antecessores pascui tenutæ pro Animalibus propriis fuisse vsos, † & ligna 1
cuiuscumque generis ibidem incidi fecisse, venationemque Palumbarum vẽdidisse, ac aliis prohibuisse, circa quæ cum versentur fructus Tenutæ eiusdem possessores DD. Duces esse conuincitur, non secus, ac ex fructuum perceptione: Intrigliol. *decis.* 6. *num.* 7. Rota *decis.* 156. *sub num.* 1. *decis.* 498. *num.* 3. *inter impress.* apud Modern. Perus. *de manut.* & in aliis allegatis ab eodem Modern. *obser.* 13. *n.* 24. *& seqq.* eo magis, quia signanter Octauus Testis deponit vlterius DD. Duces prohibuisse aliis ne ligna incidant, & pœnas contra demãdantes exegisse etiã à Sermonetanis, quod etiam deponit quartus Testis de visu, & certa scientia: Imò de facto proprio, cum esset Baroncellus loci, & contrauenientes
mancipauerit carceribus, † nec duodecimus Te- 2
stis *Summ. D. Ducis, num.* 7. & ex actibus huiusmodi probari possessionem prohibentis, quia ad possessorem pertinet: tradit Pontan. *de spol. lib.* 2. *cap.* 16. *sub num.* 154. Rota *decis.* 300. *n.* 1. *post* 2. *vol. cons.* Farinac. *decis.* 26. *num.* 2. *apud Coccin.* nec obstat quod quatuor ex dictis Testibus sint subditi Ducis; quia quatenus opus sit
hæc qualitas suppletur † ex numero aliorum no- 3
uem Testium, vt *infrà* dicendum aliis probationibus: Alexand. *cons.* 5. *num.* 7. *lib.* 1. Cæs. de Grass. *decis.* 5. *num.* 80. *& de sponsal.* Rota *decis.* 351. *num.* 4. *&* 5. *coram san. mem. Gregor. X V.*

Secunda probauit plurima bannimenta contra ligna incidentes, & deferentes illuc animalia, vel glandes, aliósque fructus colligentes
† sine licentia edidisse, quod est argumentum 4
possessionis: Butat. *decis.* 427. *num.* 8. Rota *decis.* 215. *n.* 3. apud Modern. *de manut.* aliósque refert idem Modern. *obseru.* 28. *num.* 1. iuncta præser-
tim exactione pœnarum † per plurimos annos 5
probata *Summ. D. Ducis. num.* 10. quam magni fecit Rota penès Buratt. *decis.* 739. *n.* 2.

Et licèt hic ponderanda valde est sententia contra ipsosmet Priores Communitatis Sermone-

tæ lata de anno 1633. ex quo possessionem Domini Ducis turbare tentauerunt impediendo eius Assictuariis, ne hac sylua vterentur *Sum. Ducis num.* 11. quam iisdem Priores successiuè acce-
6 ptarunt, † tam non appellando: Menoch. *præsumpt.*94.*num.*5.*lib.*2.Mantic. *decis.*95.*num.*5. cum aliis allegatis *in Anconitana hereditatis* 11. *Martij* 1616. *coram bon. mem. Vbaldo senior.* quam applicando pro habilitatione, & emancipatione *dict. Sum. num.* 12. per cuius habilita-
7 tionis gratiam † à Duce concessam clarius elucet, quod ipse Syluam possidebat, vt per Giouagn.*cons.*10.*in princ.lib.*1. Mascard. *de probat. conclus.*947. *num.*15. *&* 16. Burat. *decis.* 427. *num.* 4. cum aliis allegatis à Modern. Perus. *de manut.obseruat.*31.*num.*8.*&* 9.

8 Neque communitas † allegare potest sententiæ ignorantiam: Dec.*cons.*356.*num.*4. *vers.*2. *responderi*: Grammat.*decis.*36.*num.*3.*vers.*quod quando: Rota *in Romana Spolij* 22. *Februarij* 1603. *coram Ortembergo*, *& in Marsicen. iurisdictionis* 17. *Iunij* 1647. *coram me*; & affi-
9 ciunt † ipsam vnitatem in personis Priorum repræsentatam, vt fuit dictum *in Firmana Pecuniaria* 4.*Decembris* 1651.*sub* §.*final. coram me*; & prius *in decis.* 331. *num.* 25. *apud Modern.* Perus.*de manut.* Itaut hæc sola acquiescentia,& paritio sententiæ sit pro victoria contra Com-
10 munitatem, † quia nedum includit illius scientiam, & patientiam, sed vltro importat agnitionem possessionis penès Ducem existentis: *c. ex ore vers.pro hoc de his, quæ fiunt à maior.par. Capit.* Dec.*cons.*106.*num.*7. *vers. vbi exhibens*, *in Treueren. Archidiaconatus* 13. *Iunij* 1644. *coram R.P.D. meo Cerro*, *& in Cracouien. iuris respondendi* 28. *Iunij* 1651. §. *neque in fine, coram me.*

Tertiò, D. Dux, tam per testes, quàm per publicum instrumentum deducit se vendidisse ligna syluæ, & pretium ab emptoribus exe-
11 gisse: † nec refert, quòd instrumentum emanauit de anno 1650. quia nondum hæc lis mota fuerat, & testes deponunt de antecedentibus venditionibus,quæ possessionem probant: Menoch.*de retin.remed.*3.*num.*563. *& seqq.* Rota post Modern. *de manut. decis.* 20. *num.* 3. *de c.*322.*num.*1.

Gratis verò dicitur tot actus possessorios *suprà* recensitos præsumendos esse iure familiaritatis, & ex beneuolentia Communitatis erga suum
12 Domicellum † per ea, quæ tradunt alleg. ad Modern. Lucan.*de grauam. Vassal. tom.* 1. *grauam.*27.*num.*13.*&* 14.*& tom.*2.*prælud.*3. *n.*3. *& seqq.* Tum quia id excludit † multiplicitas
13 † actuum: Adden.ad Gregor. X V. *decis.* 573. *num.*8.Rota apud Modern. *de manut. decis.*32. *num.* 9. *decis.* 419. *num.*5. & supra memoratæ coërcitiones contra turbantes possessionem emanatæ etiam contra Priores Communitatis: Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 55. *de caus. possess.& propr.*Menoch.*præsumpt.*67.*num.*1. *& seqq.lib.*6.Add.ad Gregor.X V. *decis.*162.*lit.C*, *num.*1.Pæn.*decis.*135.*num.*9. Rota *in Pampilonen.Iurisnominandi Vicarium* 15. *Maij* 1644. §. *quia hoc coram R.P.D. meo Peuting.*

Tum etiam, quia in contrarium allegat. & Burat. *decis.* 312. *num.* 2. loquuntur, in casu quo constaret rem super qua Baro actus possessorios exercuit, esse in Dominio Communitatis, quod vt infrà dicam nullatenus constat in casu
14 nostro, & sufficit de hoc posse dubitari, † ne actus possessorij referantur ad titulum familiaritatis,timoris,vel beneuolentiæ, vtque pro manutentione suffragentur:Adden.ad Greg.X V.*dict. decis.*162. *num.*15.*in fine*: Rota *Bonon. diuers. decis.*138.*num.*58.*&* 59. Seraphin. *decis.*323. *num.* 3. & fuit dictum *in Maioricen. celebrationis Missarum* 28. *Iunij* 1652. §. *verum coram me.*

Non inquam Communitas probauit huius te-
nutæ ad se spectare, cuius exceptio † cum respi- 15
ciat petitoriũ in hoc possessorio discutienda non est:Bart.*in l.naturaliter* §. *nihil commune*, *n.*3. *ff. acquir.possess.*Natt.*cons.*419.*num.*5.Menoch. *de retinen.remed.*3.*num.*675. Rota *apud Modern. de manut.decis.*41.*num.*12. Imò nec probauit se hanc syluam possidere, nisi quoad vsum pascui singulorum ciuium pro certo numero Belluarum præfinito à statutis initio allegatis, qui vsus com-
patibilis est † cum possessione plenaria Ducis 16
quoad cætera omnia: Rota *decis.* 382.*sub n.*2. *vers.siquidem*, *& n.*3.*part.*4. *diuers. decis.*632. *n.*2.*vers.ideò part.*3.*recent.*

Nihil suffragantibus actibus pro ea adductis: nam statutum *lib.*4.*cap.*22. quod à Populo Sermonetæ conditum enunciatur in proœmio, ibi: *Visum est populo*, *&c.* quia paulò infrà apparet
factum de voluntate Ducis, † tantùm abest 17
quod probet Communitatis dominium, quod imò illud excludit, quia Ducis auctoritate Populus non eguisset, si sylua ad Communitatem spectaret: Bart. *in l.omnes Populi num.* 26. *vers. prædicta verò*, *ff.iustit.& iur.*Surd.*cons.*65.*n.*2. *& in puncto*: Burat.*decis.*312. & authoritas in-
terposita Ducis efficit, † vt ab ipso conditum 18
statutum censeatur. Roman. *consil.*98. *num.* 1. Honded.*cons.*5.*num.*43. *lib.*2. Rota *decis.* 452. *num.*10.*part.*1. *diuers.decis.*249. *num.*10. apud Pacific. de Saluian. Maximè, cum aliud subsequens statutum *lib.*5.*cap.*10. prohibens Sermonetanis retentionem animalium in tenuta præter tres vacchas emanauerit à solo Duce *Sum. Ducis num.* 18. itaut consensus Populi adhibitus in primo statuto præsumatur ob interesse pascuorum Populo competentium.

Licentiæ à Communitate concessæ diuersis personis colligendi syluæ fructus, & incidendi arbores non fructiferos relatæ *in Sum. Communitatis num.* 7. non merentur attendi: Primò,
quia † non probantur effectuatæ, vt oportet: 19
Rota *decis.*165.*num.*5.*part.*4.*diuers. decis.*667. *num.* 15. apud Modern. *de manut.* Secundò, quia incipiunt ab anno 1622. & sic posteriores sunt actibus possessoriis Ducis longè anteà ceptis, & semper continuatis, quibus Communi-
tas per supradictas licentias † præiudicare non 20
potuit absque Ducis licentia, & acquiescentia ad id necessaria, vt notant omnes *in c. cum Ecclesia Sutrina de caus.possess.& propriet.*Mantic. *decis.*40. *num.*9. Seraphin. *decis.* 1463. *num.*5. Burat.*decis.*691.*n.*6.Rot. *diuers.dict.decis.*165. *num.* 5. *part.* 4. omniúmque licentiarum huiusmodi virtus euacuatur successiua licentia anni 1633. plectente, vt *suprà* Priores Communitatis, qui possessionem Ducis turbare præsumpserant, & executioni demandata per carcerationem Priorum, eorundémque ex gratia habilita-
tione ipsis supplicantibus, † & acquiescentibus 21
quod sufficeret Domino ad acquirendam possessionem contra Communitatem: dixit Rota apud Burat.*decis.*312.*num.*9. Vbi Adden.*litt.S. alleg.concordantes.*

Rescriptum

Rescriptum bonæ memoriæ Patriarchæ Alexandrini *Sum. Communitatis num.6.* fauet Duci, quia infligit pœnam ei, cuius animalia in sylua fuerant depasta; & quatenus subdit quod orator circa damnum agat cum Prioribus intelligendum, id est respectu interesse pascuorum Communitati, ex præcitatis statutis competentium, & sufficit de hoc posse dubitari ne actus
22 † huiusmodi tanquam æquiuocus noceat Duci: Cyriac. *contron.* 10. *n.61.* Gonzal. *super regul.* 8. *Cancell. gloss.* 45. §.1. *n.39.* Gratian. *discept. forens.* 450. *n.41.*

Testes tandem pro Communitate firmiter examinati vno excepto sunt eiusdem membra, & aliqui interuenerunt mandato Procuræ à Communitate dato ad hanc litem, vnde fidem
23 non † merentur: Rota *decis.* 204. *num.* 9. *& decis.* 210. *num.* 1. *&* 7. *post* 2. *vol. cons. Farin. decis.* 312. *num.* 13. apud Modern. *de manut.* Præterea tertius & quartus ex dictis testibus relatus *Sum. Ducis n.* 14. & quintus *Sum. ibidem n.* 15. deponit Duces fecisse incidere ligna syluæ carcerari, qui ibi sine licentia animalia retinebant condemnasse illic venantes, quodque si quis reperiretur lignorum incisor plecteretur à Duce: Et in omnem euentum, quia testes Ducis sunt
24 numero plures, † & adminiculantur bannimentis, & sententia superiùs recensitis prænalent Aduersariis: Buratt. *decis.* 317. *num.* 3. *&* 14. Gregor. XV. *decis.* 100. *num.* 3. & in aliis allegatis *in Romana Census* 28. *Aprilis* 1653. *coram Reuerendiss. D. meo Dec.*

Et ita, &c.

DECISIO CXI.

R. P. D. Bichio.

Romana, seu Veliterna affictus.

Lunæ 15. Martij 1652.

SVMMARIVM.

1 *Locator habet specialem hypothecam super fructibus rei locatæ.*
2 *Descriptio in Banco denotat translationem Dominij.*
3 *Hypotheca etiam specialis non importat Dominij translationem.*
4 *Dominium rei suæ amittere absque facto proprio graue est.*
5 *Impleuisse non dicitur, qui consensit cum clausulis impertinentibus.*
Non dicitur qui tradidit vni, quod alteri tradere tenebatur, n.13.
6 *Fides de auditu nihil probat.*
7 *Factum quando habetur respectus ad effectum iuris non attenditur, nisi sequatur effectus à partibus contemplatus.*
8 *Restitutio fieri nequit de eo, quod quis distraxit.*
9 *Clauium traditio à non Domino nihil operatur, & n.10.*
11 *Continuatio in possessione præcedentem præsupponit.*
12 *Confessio præponderat testibus.*
14 *Implementi ex defectu à transactione non receditur.*
15 *Transactio fuit adinuenta ad dirimendas lites.*
Rescinditur quando nequit adimpleri, n.18.
Et quando est nulla, n.19.
16 *Promissio vnius habet tacitam conditionem, si alter promissa adimpleat.*
17 *Pactum nudum de iure canonico ponit obligationem.*
20 *Mandatum speciale requiritur ad transigendum.*
Fallit, vt n.21.
Cum libera sufficit ad transigendum, n.24.
Declara, vt n.25. & n.26.
Ex societate non resultat, nisi ad vtilia, num.27.
22 *Reintegratio in spolio debetur vsque ad vltimum quadrantem.*
23 *Onus graue est vendere non posse, cuique emere volenti.*
28 *Ratificatio speciale mandatum in Procuratore requirit. Scientiam in ratificante requirit, n.29.*
Non resultat ex actu, qui fieri potuit alio nomine, quàm ratificationis, n.31.
30 *Rem ad se spectantem ab alio occupatam Dominus hypothecare potest.*
32 *Ratificare non dicitur qui recipit, quod omnino erat recepturus.*
Amplia, vt n.33.
34 *Scientia in ratificante requiritur.*
Declara, vt n.35.
36 *Supplicatio an præsumatur porrecta ab eo, vel de mandato illius, qui orator nominatur.*
37 *Narratiua concordiæ intelligitur de facto, non vt valida.*
38 *Precum conclusio attenditur potiùs, quàm narratiua.*

Pessumdata spe Transactionis, hortante Rota, diu, sedulóque tentatæ, rediit examen antiquæ, ac sub die 28. Iunij 1647. desuper editæ decisionis, quam hodie reuocandam esse Domini censuerunt, ob defectum implementi ex parte Capituli, ac potestatis ex parte Martellij, qui procuratorio nomine Affictuariorum transegisse asseritur.

Implementum Capituli deficit: Primò, quia reuocationem sequestrorum, ac inhibitionum ad eius instantiam contra debitores DD. de Sannesiis, Arrigiis, & Venturinis exequutarum, non consensit simpliciter ad effectum pecunias exigendas deponendi in Banco S. Spiritus, exinde non amouendas, nisi Capitulo integrè satisfacto, vt in asserta concordia conuentum fuerat *Summario impress. Capit. num.* 4. Sed adiecit conditionem, quod debitores sequestratarij soluant in dicto Banco ad creditum Capituli, & non aliàs, aliter, nec alio modo, *Summario impress. Affictuar. num.* 8. quod longè differt à conuentis: Nam primo casu pecuniæ à sequestratariis exactæ manebant in dominio Affictuariorum ac depositum † præ se ferebat solum quandam se- 1 curitatem locatoris vigore specialis hypothecæ de iure competentem: Bald. *in l. Ædem num.* 3. *vers. in Colono puto, C. locat.* Menoch. *de adipisc. remed.* 3. *num.* 116. Mantic. *de tacit. lib* 5. *tit.* 6. *num.* 13. *ad fin.* Thesaur. iun. *quæst.* 29. *num.* 5. *lib.* 2.

Altero verò casu dominium pecuniarum, nec momento temporis est penès Affictuarios, † sed 2 statim ac immediatè è manibus sequestratariorum euolat ad Capitulum, cum hoc importet

descriptio

descriptio in Banco ad eius creditum: Rota *decis.1-9.in princ.apud Modern.Perus.de manut. decis.377.num.5.part.1.rec. & in Romana Spol. 4.Iulij 1641. coram Reuerendiss. Terracinen.*

3 Id quod hypotheca, quantumuis † specialis non præstat, *l.rescriptum* 41. ibi, *quia in dominio manet debitoris.ff.distract.pign.Auth.hoc ita Cod. pignor.* & in corpore vnde sumitur *Auth. de litig.* Rota *decis.759. num.3. part.2. recent. decis.109.num.1.coram Durano:* Et valde nocet

4 Affictuariis, tum quia graue † est rei suæ absque facto proprio dominium amittere, *l. id quod nostrum, ff. de reg. iur.* & pati quod locator illud sibimet priuata auctoritate adiudicet, contra dispositionem text.*in l.Creditores in fin. Cod.pign. l.1.& 3.C.Iur.domin.impetran.*Gloss.*in l.Creditor 'a 2.verb.Testato, C. distract.pignor.* Cynus *ibid.circa med.vers.1.casu:* Castr. *in l. si conuenerit num.3.ff.pignor. act.* Tum etiam quia ipsis aufertur facultas alio modo soluendi, non sublata in prima concordia, ac disponendi de pecu-

5 niis absque nouo consensu Capituli, † qui primo casu necessarius non fuisset, sed satis erat ostendere Capitulum aliunde esse satisfactum,& è conuerso Capitulum potest de pecuniis ad libitum disponere, etiam inuitis vel insciis conductoribus, quod iuxta terminos concordiæ permissum non est, vnde respectu eiusdem concordiæ perinde est, ac si Capitulum reuocationi sequestrorum non consensisset, *l. si quis stipulatus §.si quis ita, ff. verb. oblig. l.Constitutionibus in fin.ff.ad munic.* Surd. *consil.3.num.25.*Minsing. *obseru.91.num.2.cent.1.*& magis in term. quod non dicatur impleuisse, qui consensit cum clausulis non pertinentibus: Rota *decis.162.sub n.3. p.1.recent:*

Secundò, conuentionem, ibi: *Che il detto Reuerendiss. Capitolo dia à detti Sig. Venturini il conto dell' affetti di d.Casale distratti dal giorno della vendita fatta da esso*, non adimpleuit Capitulum, exhibendo notulam non exaratam à se, vel à Francisco-Antonio de Comitibus, in quem eosdem effectus distraxerat, sed à quodam Ministro, asserente fecisse diligentias pro habenda distractionum à Francisco Antonio factarum notitia, *Summ. impress.Affict. num.7.*

6 quia notula huiusmodi † resoluitur in simplicem dicti Ministri fidem de auditu, quæ nil probat, *cap.licet ex quodam,cap.super litteris, de testib. l.testium,C.eod.*Caputaq.*dec.279.p.1.*

Eo minus, quia idem Minister protestatus fuit id facere absque consensu Franc. Antonij, & quod illi præiudicium inferre non valeat,& cum facultate augendi, minuendi, & variandi partitas, vt Francisco-Antonio visum fuerit, & sic vaga alterius, incerta & imperfecta est, cumque non præstet effectum à partibus contemplatum,

7 † liquidationem videlicet integram quantitatis ac valoris rerum à Francisco-Antonio distractarum, & è credito Capituli proportionabiliter demendarum, vt conductores reliquatum sciant,& soluant, non efficit vt conuentio de tradendo notulam dicatur impleta: Bart. *in l.quid ergo, §. cum autem, in prima solutione, ff.his qui not. infam.* Roman.*cons.199.num.2.& 3.* Surd.*cons.3. num.20.*

Deficit pariter Capitulum in restitutione promissa,& signanter frumenti existentis in horreis & area Casalis Campi mortui,quod imò nec

8 restituere poterat, † quia illud vna cum aliis omnibus effectibus vendiderat, tradiderátque Francisco-Antonio de Comitibus successori in afficti, vt ad propositum ponderauit Rota *in Auenionen.Saluiani 28. Martij 1650. coram me §.1.in fin.*

Nec releuat, quod Benedictus de Benedictis vice & nomine Francisci-Antonij claues dictorum horreorum Casalis consignauerit Horatio Santorio Capituli ministro, & hic Francisco Sfortiæ institori conductorum *Sum. impress.Capit.n.16.*quia stante præcedenti translatione dominij & possessionis in Francisc. Antonium, vt dominium & possessio cōductoribus redderetur,

† satis non est consignatio clauium facta à Capitulo, qui possessor aut dominus non erat,*l.clauibus 74.& ibi Gloss.fin.ff.contrah.empt.*Gloss.*in l.qua ratione §. Item si quis merces,verb.proprietatem, ff.acquir.rer.domin.* Ioan.Harprect. *in §. Item si quis, sub num.3. vers. si modo instit. de rerum diuis.* vel à Francisci-Antonij † famulo, 10

quem non constat habuisse mandatum speciale ad consignan. Capitulo claues, animo dimittendi dominium ac possessionem frumenti ibi existentis,vt requiritur: Gloss.*in l.Procurator cui,in fin.*Bart.*in princ.ff.procur.* Abbat. *in cap.petitio, num.1.in fin. eod.tit.* Feder. de Senis *consil.177. num.1.& 4.*Dec.*cons.402.n.9.*Rota *d.377.n.5. in fin.p.5.rec.*

Quin è conuerso constat Franciscum-Antonium nunquam voluisse dominium ac possessionem dimittere: nam paulò post certioratus de clauibus traditis Institori conductorum,quodque Institor eum in libera fruitione frumenti turbabat, protestatus de hoc fuit, tam contra Capitulum, quàm contra conductores, petendo hos à turbatione desistere, & ab illo impedimenta remoueri,*Sum.impress.Affict.n.11.*

Et reuerà dominium frumenti nec possessionem fuisse aliquando à Francisco Antonio dimissam, probat apertissima confessio Capituli in memoriali porrecto *sub die 4. Maij ann. 1646. Sum.impress.Affict.n.12.*resultans ex assertione, quod Franciscus-Antonius post lapsos 20. dies conductoribus ad soluen. in concordia præfixos, continuauit in possessione effectuum Casalis,

continuatio † namque supponit in necessarium 11

antecedens præcedentem, ac nunquam interruptam eiusdem Francisci-Antonij possessionem: Alex.*cons.99.num.5.lib.5.*Dec.*cons.103.num.2.* Lancellot.*de Attent. p.2.cap.4. lim.1. num. 79. 81.& seqq.*Rota *decis.196. num.4. apud Mod. Perus.de Manut.*

Vt proinde protestationes Francisci-Antonij de turbatione, impedimentis, ac molestiis sibi illatis à conductoribus, quas prima decisio ponderat ad eliciendam conductorum possessionem, illam non probent, maximè quia molestiæ huiusmodi referri possunt ad prætensiones conductorum occasione spolij adhuc non purgati, & originalis locationis; fidémque aliquam non

mereantur testes deponentes † de restitutione 12

effectuum casalis facta Institori conductorum *Sum. impress. Capituli num. 15.* quia præualet contraria confessio Capituli: Aym. *consil.61. num.3.*Gabriel.*de Testib.conclus.4.num.77.* Burat.*decis.317.num.8. & 377. n.4.* Præter quod testes ad inuicem contrariantur in substantialibus, nempe in persona, cui factam aiunt restitu-

tionem, quæ in omnem euentum, † quia effe- 13

ctus adhuc remanebant sub dominio & possessione Francisci-Antonij, promissæ à Capitulo restitutionis implementum non præstat: Rota *decis.162.*

decis. 162. num. 3. vers. non implementum, decis. 242. sub num. 4. part. 1. recent. vbi alleg. concord.

Non obstat, quod ex capite non implementi
14 non possit agendo à transactione recedi,† ac agi primæua actione, quam transactio extinxit, sed agendum sit ad implementum transactionis, l. actione 4. l. si pro fundo 33. l. quamuis 39. l. vbi pactum 40. C. transact. vbi Curt. iun. notat, speciale esse in hoc contractu, quia fuit adinuen-
15 tus † ad dirimendas lites: Suar. alleg. 19. n. 22. Cyriac. contr. 130. num. 4. & seq. Natt. cons. 333. num. 88. Surd. cons. 447. num. 39. & cons. 480. num. 18. & decis. 266. num. 12. Rota decis. 131. num. 4. in fin. part. 3. recent. decis. 136. num. 1. & 2. part. 5.

Hæc enim conclusio tres recipit declarationes: Alteram vt procedat quando transactio fuit inita mediante stipulatione vel acceptilatione, vel munita iuramento, secus si (vt in casu nostro) pacto nudo, & absque iuramento: Ratio diuersitatis est, quia primo casu transactio parit actionem, at secundo non nisi exceptionem, & reo excipienti de transactione replicatur de dolo, ob non impletam transactionem, nec fides seruanda est eam non seruanti, habétque vnius
16 promissio † tacitam conditionem, quatenus altera pars promissa adimpleat; text. sunt expressi ita distinguentes in l. vt responsum 15. l. cum proponas la seconda. Ibi si tibi stipulatione non prospexisti, l. sine apud acta 28. Cod. transact. vbi Bart. num. 14. & 15. dicit rationem diuersitatis, quia primo casu transactio est vestita; at secundo oportet vestiatur interuentu rei, id est implemento, & soluit iura in contrarium allegata: ibidem Alex. num. 6. vers. & quomodo: Ias. n. 8. & 13. Fulgos. num. 2. Barbos. num. 6. idem Bart. in l. si pro fundo num. 1. ibíque Ang. num. 2. circa med. vers. vbi vero non adimpleuisset, Cod. eod. tit. Castr. plenè, consil. 412. num. 1. lib. 1. Cuman. consil. 179. num. 2. ad fin. vers. sed praecedens: Rimin. iun. cons. 102. num. 26. Bursat. cons. 101. n. 13. & trib. seqq. Surd. cons. 359. num. 9. Mant. de tacit. lib. 26. tit. 7. sub num. 14. vers. rem autem, & num. 15. Canc. var. resol. tom. 1. cap. 18. sub n. 44. vers. & idem: Ambrosin. decis. Perus. 3. num. 37. ante fin. Larrea remissiuè, alleg. fiscal. 26. n. 45. & hanc opinionem videtur amplexa Rota penès Mohed. decis. 3. col. 1. ibi, si concordia est valida & impleta per allegantem, de transact. decis. 393. n. 3. & 7. apud Peniam.

Cuius declarationis, seu limitationis veritas inconcussa est de iure ciuili, non ita forsan de iu-
17 re canonico, † quia ex dispositione text. in c. 1. & cap. qualiter, vbi notant omnes, de pact. etiam pactum nudum absque stipulatione vel alio vestimento parit actionem, vt notat Ang. in §. alteri vers. sed an de Iure Can. inst. inut. stipul. Couar. in cap quamuis p. 2. §. 4. num. 9. vers. 10. de pact. in 6. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 36. num. 3. Rota decis. 476. num. 14. coram bon. mem. Buratto decis. 58. num. 4. & 5. part. 6. rec. vbi signanter num. 27. & seq. ad statut. Vrbis 42. lib. 1. mandans in vrbe Romæ seruari Ius Ciuile, vbi statutum aliquid non determinat, respondetur illud non habere locum in promissore Ecclesiastico, quale est Capitulum.

Sed quicquid sit de hoc, subest altera declaratio, seu verius obiectæ conclusionis limitatio,
18 quando scilicet transactio non potest † impleri, tunc enim supervacaneum est agere ad implementum, & deficiente causa finali transactionis illæsa manent primæua iura, ne præsertim actor, ex defectu implementi à reo promissi, damnum patiatur: sic Suar. in ex. citata allegatione 19. sub num. 22. vers. Ad limitationem: Mant. de tacit. lib. 26. tit. 7. num. 15. infr. med. vers. diuersum est: Larrea alleg. fiscal. 26. per tot. & signanter num. 24. num. 32. & seq. vbi id ampliat, quamuis aliquid fuerit impletum, si maior pars impleri non possit: Rota decis. 676. num. 7. p. 2. rec. qui est casus noster, quia ob distractionem, & consumptionem effectuum Casalis à Capitulo restitui promissorum, impossibile est, quod Capitulum ex parte sua assertam concordiam adimpleat.

Tertia est limitatio, quoties transactio † est 19
nulla, l. interpositas, C. transact. Cancer. var. resol. tom. 1. cap. 18. num. 44. Nullitas in casu nostro est euidens ex defectu potestatis Benedicti Martellij, cum quo procur. nomine conductorum fuit transactum † (quod est alterum decisionis 20
fundamentum:) Habebat enim ille mandatum ad lites, quod non sufficit, l. transactionis, Cod. transact. prout nec generale ad neg. sed speciale requiritur, l. mandato generali, ff. proc. Rota decis. 414. num. 2. p. 2. & decis. 529 num. 1. part. 4. recent. decis. 54. num. 4. coram Burat. vbi Add. littera B, alleg. concord. Et quidem ab omnibus conductoribus, l. 1. §. cum igitur, Cod. transact.

Vtilitas autem transactionis ponderata in prima decisione, ad euitandam specialis † mandati 21
necessitatem, cum supposito quod transactio tantùm dederit conductoribus, quantum sententia ipsa Iudicis dare potuisset, ex doctrina Anchar. in cap. qui ad agendum num. 3. de procur. & aliorum ibi alleg. visa est ex nouiter deductis euanescere penitus, quia per sententiam in iudicio spolij per eos moto ferendam, consequuti conductores fuissent integram, & liberam omnium effectuum Casalis possessionem, † absque 22
aliquo vinculo aut conditione in instrumento locationis non expressa, & in eo statu, quo erant tempore commissi spol. cap. conquerente, vbi DD. omn. de restit. spoliat. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 2. ampl. 1. num. 9. & cap. 31. n. 178. Rota decis. 539. num. 1. coram Card. Caual. decis. 54. num. 1. & duob. seqq. apud Modern. Pisauren. de Subhastat. vsque ad vltimum quadrantem: Curt. iun. cons. 41. sub num. 16. Rota decis. 15. de restit. spoliat. in nou. decis. 100. num. 1. apud Modern. Perusin. de subhastat. ac etiam expensas, & damna passa, cap. grauis, de restit. spol. Bald. in d. cap. conquerente, n. 1. cum aliis alleg. dec. 693. n. 6. coram Penia.

At in transactione nec verbum quidem de expensis ac damnis huiusmodi, & effectus Casalis quoad animalia non fuit conuentum quod restituerentur conductoribus, sed quod manerent in manibus eorum, penès quos reperiebantur, hoc est Franciscum-Antonium nouum conductorem, eiúsque ministros; quo verò ad frumentum adiecta fuerunt vincula liberæ eius di-
spositioni, † prius competenti, omninò repu- 23
gnantia, quod nimirum horrea frumentaria duabus clauderentur clauibus, quarum altera penès Capitulum maneret, quod frumentum vendi, & ab horreis extrahi non valeat, nisi per emptorem depositato pretio in Banco S. Spiritus, non exinde amouendo ante satisfactum Capitulum, quod in emptione siue frumenti, siue cum eis

alterius effectus Capitulum pro eodem pretio habeat præfationem, quæ efficit, vt difficilius reperiantur emptores, & cum auferat potestatem vendendi personis bene visis à iure concessam, *l. Dudum, C. contr. empt. cap. constitutus de Relig. domib.* reddit onus nimis graue & odiosum: Tiraq. *de vtroq. retract. in præfat. n.* 60. *& seqq.* Rolan. *cons.* 22. *n.* 12. *lib.* 2. Salon. de Pac. *cons.* 30. *num.* 13. Rota *decis.* 184. *sub num.* 11. *part.* 1. *rec.* nec de iure locator super fructibus rei locatæ à solo separatis habet prælationem in emptione aut dominio, sed solum in hypotheca aduersus alios creditores, vt bene explicat Peregr. *cons.* 80. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 3.

Ex quibus inanis est vtilitas, quam afferre solet recessus à lite, dum ille tanti emitur, & quod plus est facilem in ea lite Victoriam per se ferebat euidens bonum ius conductorum, vt patet ex duabus decisionibus desuper antea editis, & iuxta stylum supponendis.

Hinc etiam pro Capitulo gratis expenduntur clausulæ mandati procuræ in personam Martellij: Ibi, *& generaliter, &c. promittens, &c. Sum.*
24 *impress. Capit. n.* 18. *in fine*, importantes † mandatum cum libera: Rota *decis.* 374. *num.* 33. *&* 36. *part.* 5. *recent.* quod sufficit ad transigendum: Gloss. *in l. transactionis verb. derogat. Cod. transact. & in cap. qui ad agendum, verb. concessa, de procur. in* 6. Decian. *cons.* 103. *num.* 10. *lib.* 3. Alexand. *cons.* 4. *n.* 10. *lib.* 5. Rota *decis.* 414. *sub n.* 3. *p.* 2. *recent.*

Quia intelligendum hoc est de transactione vtili ac super iure dubio, non autem quando ius
25 est clarum, † & graue præiudicium transigendo infertur: Cyriac. *controu.* 278. *sub n.* 59. *&* 60. Alexand. *consil.* 22. *num.* 8. *& seqq. lib.* 1. Surd. *cons.* 431. *sub num.* 37. *&* 38. Rota *in punct. mand. specialis ad transigendum, decis.* 696. *sub num.* 4. *part.* 2. *rec.*

Estque vlterius aduertendum primò, quod clausulæ ex aduerso ponderatæ non cadunt super mandato ad negotia, & administrationem bonorum, sed ad lites, ad quas mandatum cum libe-
26 ra † non præbet transigendi facultatem, nisi simul demandata fuerit libera administratio omnium bonorum, & totius causæ, vt egregiè *in l. mandato* 60. *ff. de procur.* declarat Bart. *sub n.* 1. Castr. *in l. Procurator* 58. *num.* 6. *ff. eod.* Card. Zabarel. *cons.* 59. *num.* 1. facit Cyriac. *contr.* 278. *num.* 57. *&* 58.

Secundò, quod Martellius non fuit constitutus procurator ab omnibus conductoribus, qui
27 etsi † conduxerunt insolidum, & hoc modo socij videantur; ex societate tamen non resultat mandatum, nisi ad gerenda vtilia: Ias. *in l. stipulat. non diuid. sub num.* 9. *vers.* 2. *ff. verbor. obligat.* Surd. *cons.* 43. *num.* 9. Monac. *decis. Bononien.* 45. *num.* 7.

Asserta verò omnium conductorum ratificatio, quam prima decisio eruit ex traditionibus clauium horreorum, aliisque actibus gestis cum ipso Martellio, aut aliis conductorum ministris;
28 laborat eodem defectu potestatis, † quæ sicut specialis requirebatur ad transigendum, ita ad transactionem absque speciali mandato factam ratificandum: Gloss. *in cap. nonnulli verb. sine speciali, de rescript.* Iason. *in l. licet, numero* 10. *limit.* 4. *Cod. procur.* Gabriel. *consil.* 194. *num.* 6. *lib.* 1. Ceph. *cons.* 442. *num.* 82. Honded. *cons.* 28. *num.* 27. *lib.* 1. Vltra quod
29 alios ministros scientiam † transactionis habuisse non probatur, vt debet: Rota *decis.* 265. *n.* 8. *p.* 1. *recent.*

Quæque ratificatio de nouo affertur ex gestis ab ipsismet conductoribus, videlicet quia in instrumento mutui celebrato cum Excellentissimo Principe Principe Sulmonis ei hypothecauerunt nominatim frumentum de an. 1645. (qui est annus spolij ac transactionis) recollectum in Casali Campi mortui, & reconditum in eiusdem Casalis horreis, ac fassi fuerint clauium illorum alteram penès se, alteram penès Dominos Canonicos reperiri, quod fuit in transactione dispositum *Sum. impress. Capit. num.* 14. *in fin.* Necnon quia in memoriali porrecto Pontifici D. nostro narrauerunt tenorem transactionis *Summ. ibid. num.* 22.

Caret fundamento, nam citra ratificationem transactionis, conductores potuerunt frumentum, cum vigore locationis ad ipsos † spectaret, 30
quamuis ab aliis occuparetur, sub spe illius recuperationis, hypothecare Domino Principi ex alleg. per Modern. Foroliuien. *de pignor. lib.* 2. *quæst.* 65. *& lib.* 4. *quæst.* 156. *per tot.* Et confessio existentiæ clauium vt suprà, quia etiam ante concordiam claues eodem modo † retinebantur, 31
vt probant testes dati in calce tertiæ responsionis facti pro Venturinis, approbationem concordiæ non concludit per necesse & vniuocè, vt oportet: Surd. *cons.* 28 *num.* 18. Cancer. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 104. Cyriac. *contr.* 139. *n.* 35. Rota *dec.* 535. *n.* 13. *p.* 1. *rec.*

Eo minus, quia mentionem concordiæ non facit, & esto quod post illam conductores clauem aliquam horreorum recepissent à Capitulo, quia potuerunt recipere, † non in acceptatione 32
concordiæ, sed vt minus perderent, haud exinde resultaret acceptatio concordiæ, vt ex Innoc. Ant. de Butr. Zabar. Bart. & aliis, distinguendo inter sponte aliquid soluentem, ac recipientem tradunt Lanar. *cons.* 33. *num.* 11. Vinc. de Franch. *d.* 200. *num.* 21. *&* 22. Reg. Galcott. *controuers. iur. lib.* 2. *controu.* 47. *num.* 52. *&* 53. Vbi subdit, quod non dicitur ratificare, qui percipit, quod in omnem casum, & euentum erat percepturus: Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis.* 311. *num.* 17. præsertim non probata in † recipiente 33
omnium qualitatum concordiæ indiuidua scientia ad id requisita: Decian. *consil.* 5. *num.* 26. *lib.* 5. Rota *decis.* 95. *num.* 4. *part.* 1. *recent. d. decis.* 311. *num.* 16. *coram san. mem. Gregor.* ibique Add. *num.* 21.

Nihil suffragante præsumptione quod Martellius Proc. conductores de qualitatibus concordiæ certiorauerit, vt ponderat prima decisio, quia ea præsumptio restringitur ad personas, quarum Martellius erat procurator, & ob notabile præiudicium, quod concordia parit, scientia præsumpta † non sufficit: Cyriac. *controu.* 278. 34
num. 62. *contr.* 289. *num.* 3. Lacellot. *de attentat. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 84. *& seqq.* Rota *decis.* 301. *num.* 2. *part. rec.* & in puncto *decis.* 430. *num.* 4. *in fin. part.* 4. Licet secus sit in non præiudicialibus † in quibus terminis loquitur *decis.* 197. 35
num. 9. *&* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. alleg. in prima decis.*

Memoriale Sanctissimo quis porrexerit, non apparet, cumque plures ibi nominentur Oratores, † non omnium mandatum præsumitur: 36
Add. ad Gregor. *decis.* 331. *num.* 19. Rota *decis.* 1220. *num.* 8. *coram Penia, & in Firmana Domus* 22. *Maij* 1631. *coram clar. me. Coccino:*

Sed

Sed prætereà ex quo conductores narrauerint Sanctissimo tenorem concordiæ, non sequitur quod illi consenserint, quia narratiua intelligi potest de concordia, vt facta à non legitimo
37 procuratore, † non vt valida & iuris effectum habente, vt in puncto de eo, qui in supplicatione narrauit pensionem reseruatam, quod ei consentire non ideo censeatur, comprobat Rota *decis. 341. num. 4. & seqq. coram bon. mem. Merlino inter eius impress. & in Meliten. Pensionis 7. Iunij 1630. §. 1. coram bon. mem. Coccino, in Conchen. Pensionis 21. Maij 1649. §. 2. quia, coram Emin. D. Cardinali Corrado*; & in fortioribus terminis Cyriac. *controu.* 278. *n.* 63.

Facilius in casu nostro, quo non fuit supplicatum Papæ vt concordiam factam seruari mandet, sed imò allegando dictæ concordiæ ex parte Capituli inobseruantiam, petitur vt mandet terminari negotium per aliam concordiam,
38 vel per Iudicem delegandum, & sic † narratiua manauit ad effectum prorsus alienum à ratificatione primæ concordiæ, quod ponderauit Rota *in dict. Conchen. Pensionis, §. 1. quia, coram Eminentissimo Cardinali Corrado*; eámque prorsus excludit memorialis conclusio, quæ potius quàm narratiua debet attendi: Bald. *in l. Domum, sub num. 1. Cod. reiuind.* Ang. *cons.* 36. *num.* 3. Natt. *consil.* 120. *n.* 22. Giouagnon. *resp.* 22. *n.* 19. *lib.* 1. Menoch. *de recup. remed.* 15. *n.* 248.

Et ita decisum, vtraque parte sæpius & acerrimè informante, omisso an post concordiam nouum spolium fuerit commissum, cum satis sit, non fuisse sublatum primum per assertam concordiam à Capitulo non adimpletam, & à conductoribus nec demandatam, nec ratificatam.

DECISIO CXII.

R. P. D. Bichio.

Romana, seu Veliterna affictus.

Veneris 30. Aprilis 1655.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pro alio tenetur pro non exacto à mutuatariis.*

2 *Paria sint frumentum consequi, vel eius pretium.*

3 *Spoliatus est restituendus ad rem, vel ad pretium, & n. 4.*

5 *Nomina debitorum distracta, & successiuè recuperata non dicuntur esse penès spoliatorem eo iure, quo prius erant.*

6 *Expensæ recollectus sunt faciendæ à percipiente fructus.*

7 *Fructuum quantitas probatur iuramento.*

8 *Retentio datur spoliatori pro credito eius liquido.*

Amplia, vt n. 9.

10 *Facultas ingrediendi possessionem propria authoritate tribuit retentionem, etiam si possessio esset nulla.*

11 *Libro magis standum est, quam testibus.*

12 *Testis dictum debet reduci ad terminos libri reiecto excessu.*

Fides diminuta circa vnum, diminuitur etiam circa aliud, n. 13.

Depositio super interoogatoriis magis attenditur, quàm super capitulis, n. 14.

Decis. S. R. R. ad I. P. Melium.

Decisa sub die 24. Nouembris 1653. coram me, rursus hodie disputationi exposita Domini confirmarunt, excepta quantitate frumenti recollecti de anno 1645. quam pro nunc liquidarunt in rubris 2221. à Francisco-Antonio de Comitibus in notula exhibita, necnon ab Informantibus pro Capitulo confessatis.

Frumentum etiam vetus de tempore spolij à DD. Canonicis commissi ascendisse ad rubra 421. cum dimidio, ipsi etiam hodie fatentur, sed detrahenda ex hac summa prætendunt rubra 63. à Venturinis mutuata diuersis personis, negantes † illa exegisse à mutuatariis, & teneri vltra 1
id quod exegerunt, & ad eorum manus peruenit iuxta textum *in l. sed si lege* 28. §. *quod autem ait Senatus, ff. de petit. hered.* Rot. *dec.* 424. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Verùm dicta quoque rubra 63. peruenisse ad manus Capituli probatur ex quo illa vna cum aliis effectibus vendidit Francisco-Antonio de Comitibus ab eo pretium † exegit, paria enim 2
sunt habuisse frumentum, vel eius pretium, *l. cum fundo, §. si fundus ff. iur. dotium*: Gloss. *in l. Labeo v. pretium, ff. de verb. signif.* Bart. *in rubr. ff. solut. matrim. num.* 20. Alex. *cons.* 124. *n.* 10. *lib.* 4. Castil. *decis.* 133. *n.* 6.

Et ob eandem rationem tenetur Capitulum ad restitutionem scutorum 6828. quot important nomina debitorum, quæ pariter vendiderunt dicto Francisco-Antonio de Comitibus pretio ab eo recepto, † quia perinde est, ac si 3
exegisset ab ipsis debitoribus, cumque pro hac summa à Francisco-Antonio soluta effecti fuerint locupletiores ex dictis nominibus occasione spolij contra Venturinos commissi, eodem debent ipsis restituere: Bald. *in cap. conquerente, num.* 1. *de restit. spol.* Socin. sen. *consil.* 12. & 13. *vers.* 3. *predicta, & num.* 15. *lib.* 1. Roland. *consil.* 53. *num.* 25. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 758. *num.* 15. & 16.

Estque in potestate spoliati † agere, vel con- 4
tra nomina debitorum per Capitulum distracta, quatenus etiam hodie extent vel ad pretium à Capitulo receptum: Peregr. *de fideicom. art.* 45. *num.* 15. *art.* 46. *n.* 16. Fusar. *de substit. quæst.* 576. *num.* 22. *quæst.* 558. *num.* 1. Merlin. *decis.* 831. *n.* 2. Rota *in Bononien. successionis* 4. *Maij* 1646. §. *nam pro rata, coram me.*

Etiam si eadem nomina per retrocessionem Francisci-Antonij rediissent ad Capitulum, quoniam non ideo extincta fuisset actio ex actu distractionis, & receptionis pretij quæsita spoliato contra spoliatorem ad solutionem pretij recepti, nec nomina huiusmodi † dicuntur esse apud spo- 5
liatorem eo iure quo prius erant: *l. à me, ff. ad Falcid. l. Meuius* 68. §. *fundo, ff. leg.* 2. *l. rogo ff. fideicom. libert. l.* 1. §. *si rem depositam, ff. de posit.* Rot. *Ianuen. decis.* 101. *n.* 2.

Valor pariter frumenti visus fuit bene taxatus *in* 1. *decis.* distributiuè in singulos menses incipiendos à recollecta anni 1645. vsque ad totum mensem Iunij 1646. recollectæ autem tempus dixerunt intelligi debere completo mense Septembris, quo testes mensuram in area fuisse absolutam, deponunt ex rationibus *in* 1. *decis.* deductis.

Nihil obstante quod Venturini premerentur ære alieno, quia vt fuit alias responsum pro eo soluendo alios effectus poterant distrahere, ac nomina debitorum exigere, & maluerunt recipere sub cambiis scut. 11000. quam frumentum

 vendere,

vendere, quæque modica pars vendita fuit sub hasta ad instantiam operariorum non conuincit Venturinorum ægestatem, quam tunc illi non possidebant, sed omnes fructus percipiebantur à Capitulo spoliatore: vnde non mirum si passi fuerunt tam modicam frumenti quantitatem, quæ nec apud illos erat, subhastari pro expensis
6 † recollectæ faciendis, ab eo qui fructus percipiebat; ad text. *in l.1. Cod.fruct. & litis expens. l.fruct. l.diuortio, §.impendi, ff.solut.matrim. l.si à Patre, vel Domino fructus, ff. petit. hæred.* Olasc.*decis.*82.*n.*10.*infra med.* Burat.*decis.*618. *num.*1.

Ciceris, & aliorum fructuum *in prima decisione, §.item fabarum,* enumeratorum valor probatur ex computo exhibito à DD.Canonicis, & relato *in Summ.Venturinorum,num.*14.circa fœni verò valorem poterit quatenus opus sit deferri
7 iuramentum † in supplementum plenæ probationis: Bald. *cons.*223.*num.*4. *versic.sed super fructibus non liquidatis,lib.*2.*in l.si fundus,in fin. eodem rei vendic.* Roman. *in l.admonendi,n.*53. *vers.item probatur quantitas fructuum, ff.de iure iur.* Buratt. *decis.*173.*num.*8.

Placuit etiam plerisque ex Dominis, quod capitulo competat retentio pro concurrenti quan-
8 titate sui crediti † scutorum 16500. quod non redditur illiquidum per fructuum perceptionem, dum eorum quantitas probata à Venturinis prætenditur, & repetitur, vt per Scapuc.de Saluiano *lib.*3. *quæst.*13. *in fin.* Rota *decis.* 220. *num.*2. *coram san. mem. Gregor. X V. decision.* 161. *num.*28.*&* 29.*part.*6. *recent.* & etiam in spolio iudiciali dari retentionem pro eo credito pro quo
9 fuit spoliatiuè concessa immissio, † quando vt in casu nostro fuit processum parte citata: dixit Rota coram bon.mem. Canall.*decis.*539.*num.*8. & 10.*decis.*453. *num.*4. *& in Senogallien. Saluiani* 7.*Februarij* 1653. *§.denique coram me,* & tradit Grat. *discept.*706. *num.*11. *& seqq.* Ciriacus *controu.*180.*num.*20.*& seqq.* Surd.*decis.*46. *num.* 7. *& per tot.* Quo magis attenta facultate
10 competente capitulo ingrediendi † possessionem propria auctoritate, vt ponderauit Rota *decis.* 157. *num.* 7. *inter impress.* post Pacific. de Saluiano.

Quo verò ad quantitatem frumenti noui vltra rubra 2221. Domini nihil firmarunt, quia depositio secundi testis nuncupati Ioann. Maria, cui præcipuè innititur prima decisio debili-
11 tatur ex liberculo, † quem eius manu fuisse conscriptum probant plures testes nuper examinati ad instantiam capituli; asserentes insuper ipsum non interfuisse vbi frumentum mensurabatur, sed Casali, cuius erat Custos *summ.Capituli, n.*2. *&* 3. Vnde vel magis standum est dicto liberculo: *l.cens. ff. probat.* Duran. *decis.*206. *n.*19.
12 vel eius dictum † reduci debet ad terminos liberculi reiecto excessu: Bald. *cons.*270.*prope finem,lib.*1. Rota *decis.*24.*num.*9. *part.*4. *recent.* Præter quod etiam de varietate, & mendacio idem testis redarguitur.

Quod efficit vt eius fides minor sit etiam cir-
13 ca augmentum † mensuræ, Grat.*disceptat.*171. *num.*11. san.mem.Gregor.X V. *decis.*61.*num.*2. maximè quia licet super articulis dixerit se fecisse experimentum, tamen de auditu tantum
14 deponit super interrogatoriis, † quæ potius debent attendi, cum in articulis præsumatur voluisse fauere inducenti, Rot.*decis.*774.*num.*3.*par.*3. *recent. & in Bononien. Pecuniaria* 19. *Ianuarij* 1646. *§.minus vrgent coram me,* neccon quia prædictus testis deponit frumentum in Aream fuisse mensuratum mensura leui, vulgo dicitur rasa *Summ.Capituli,num.*6.

Et ita, &c.

DECISIO CXIII.

R.D. DVNOZET DECANO.

In causa Romana census.

Veneris 30. *Aprilis* 1655.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio excessiua nullum tribuit ius deliberatario.*
2 *Solutio in præteritum præsumitur ex vltima solutione triennali.*
*Præsumitur ex coniecturis, n.*3.
4 *Ianuenses in exigendo solliciti præsumuntur.*
5 *Cambia non debentur, nisi pro terminis decursis.*
*Non debentur, nisi purificata conditione, num.*6.
*Sine interpellatione non debentur, n.*7.
*Amplia, vt num.*8.
*Vt debeantur, transmissio litterarum ad nundinas requiritur,num.*9.
10 *Pactum quod cambiis stetur assertioni creditoris,intelligitur quatenus sint realia.*
11 *Simulatio arguitur ex qualitate personarum.*
12 *Exceptio excessiuitatis deliberationis etiam à creditore debitoris passi deliberationem opponi potest.*
*Nullitatis potest opponi etiam ab hærede creditoris,num.*13.
*Exclusiua intentionis agentis potest opponi etiam à tertio,num.*14.

Receptissima est iuris conclusio deliberationem excessiuam nullum tribuere ius † deli- 1
beratario super re deliberata, neque quoad possessionem, neque quoad dominium, *l.*4. *§.condemnatum, ff. de re iudic.* Bart. *in l.si in sortem, §.si centum,num.*7.*ff.de cond.indeb.* Crauett.*consil.*819. *sub num.*22. *vers. ex Fulgos.* id significantius Hier. Leo *decis.Valent.*109.*num.*7.Rota *decis.*411.*num.*26.*part.*5.*recent.decis.*112.*n.*17. *& seqq.* penes Posth. *de subhast.* Gregor. *decis.* 198. *num.*1. vbi Addent. *& decis.*373. *num.* 2. & in terminis Census *decis.* 153. *num.* 7. post Cenc. de Cens. *& in Romana Censuum* 16. *Martij* 1646. *coram Reuerendiss. Terraconen.* Hinc Domini resoluerunt non esse exequendum mandatum A. C. ad fauorem Saulij, & Bezzij deliberatariorum ratæ scutorum quindecim mil. census in maiori summa scutorum 50. mil. vt à prædictis prætenditur, debiti per DD.Ducem,& Fratres de Sfortiis Alexandro Pallauicino, quia dicta deliberatio ab excessiuitatis labe saluari non potest, dum fuit obtenta pro scutis 8645.& tamen ex calculo dato pro parte D. Ducis apparet creditum dd. Saulij, & Bezzij cum bon. mem. Ducissa Sforzia occasione Cambij scutor.10. mil. in quo erat obligatus dictus Pallauicinus pro solutione annuorum scutorum 1200. tunc ascendisse tantummodo ad scuta 3966. quamuis, & hæc etiam post deliberationem à

DD.

DD. de Sfortiis soluta prætendantur.

Nec ex dicto calculo sunt expungendæ tres primæ paghæ sub diebus 10. Maij, & 10. Nouembris 1629. ac 10. Maij 1630. in totum constituentes summam scutorum 1800. de quibus non exhibentur quietantiæ, quia cum dentur quatuordecim subsequutæ solutiones continuatæ de semestri in semestre scutorum 600. pro
2 qualibet, intrat † legalis præsumptio solutionis pagharum antecedentium deprompta *ex l. quicumque C. de Apoch. public. lib.* 10. & notat Bald. *ibi num. 9. vers. item quæro :* Socin. *cons.* 118. *n.* 3. *lib.* 4. Menoch. *præsump.* 139. *num.* 13. *lib.* 3. Grat. qui alios cumulat *cap.* 716. *num.* 12. *& seqq.* Carol. de Grass. *except.* 25. *num.* 13. Gabriel. *de præsumpt. concl.* 11. *num.* 14. *vers. contrarium :* Rota *decis.* 3. *de locat. in nouis. Et in Maceraten. Censu* 22. *Iunij* 1646. *§. secundo deducebatur coram bon. mem. Arguelles* ; quæ procedit etiam in contractu censuali : Bald. *in cap. litteris num.* 10. *de dilation.* Rota *decis.* 92. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & in Bononien. de Carnalibus impress. post Marches. de commiss. par.* 2. *n.* 8. *fol.* 545.

Et admittitur ad impediendam executionem obligationis Cameralis: Matthæus Coler. *de process. execut. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 129. *&* 130. Gratian. *decis. March.* 152. *in addit. num.* 5. *& seqq.* imò dicta præsumptio dicitur liquidissima probatio, vt in terminis per Gratian. *d. decis. Marches.* 152. *num.* 3. Et habet locum etiam si statutum, vel lex requirerent probationem instrumentalem : Bald. *in d. l. quicumque num.* 1. Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius vers. si absque liberis moreretur, el secondo num.* 86. *de testam.* Sadel. *in l.* 1. *num.* 10. *Cod. de fideiuss.* cum aliis per Menoch. *dict. præsumpt.* 139. *n.* 23. Caroc. *de locat. part.* 4. *fol.* 223. *ampl.* 8. *n.* 25.

Adminiculatur efficacia dictæ præsumptionis attenta taciturnitate tot annorum, & receptione
3 multarum pagharũ absque vlla † protestatione, seu reclamatione ; non enim est verisimile, quod Saulius, qui pecuniis egebat, tanto tempore distulisset petitionem prædicti crediti ad not. per Paris. *cons.* 83. *num.* 27. *lib.* 1. *& cons.* 137. *num.* 12. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 715. *num.* 4. *lib.* 7. Rota *decis.* 224. *num.* 8. *part.* 6. *recent. & in Romana Dotis* 5. *Iunij* 1748. *coram R. P. D. meo Celso.*

Et fortior redditur eadem præsumptio, ex quo Thomas Saulius frater creditoris, illiúsque procurator ad exigendum morabatur domi Ducissæ Eleonoræ principalis debitricis sua negotia gerendo, & in actu solutionis, quæ de semestre in semestre in maiori summa fiebat ab Alexandro Pallauicino debitore eiusdem Ducissæ Eleonoræ dictus Thomas erat solitus detrahere summam suo fratri, & Bezzo debitam ex ea dicti cambij; prout etiam defuncta d. Ducissa ipsi Saulius, & Bezzus per quatuor annos subsequentes semper eandem summam adamussim exegerunt vigore mandatorum executiuorum, quæ certè obtenta fuissent pro tota quantitate si in maiori summa
4 creditores extitissent; mores † enim patriæ Ianuensis summam diligentiam in exigendo suadent Rota *Ianuen. decis.* 139. *num.* 9. Merlin. *decis.* 714. *num.* 22. Quare in hoc fuisse supinos non est præsumendum : Afflict. *decis.* 13. *n.* 29. Surd. *decis.* 105. *num.* 2. Cyriacus *controu.* 516. *num.* 14. Et ex abundanti, quando etiam mora respectu alicuius termini potuisset considerari (cum tamen nulla prorsus concurrat) vtique
5 quantitas illius termini potuisset sub † cambiis rigorosis transmitti, non autem tota summa cambij, comprehensis etiam terminis quorum dies solutionis non cesserat, vt est text. clarus *in l. Seia* 12. *ff. de vsur.*

Insuper dictus calculus inutiliter impugnatur, ex quo debuissent poni cambia rigorosa, stante expressa conuentione contenta in instrumento cambij scutor. 10. mil. cum Ducissa celebrato sumendi summam debitam per D. Ducissam ad cambia currentia in casum morositatis Pallauicini delegati in soluendis annuis scutis 1200. Quia cum dicta facultas cambiandi non sit pura, sed conditionalis † in casu moræ, & hæc 6
non probetur contracta ob non purificatam conditionem, sub qua fuit concessa, euanescit, nec cambia rigorosa debentur : Burat. *dec.* 151. *num.* 1. *&* 2. *& in Cremen. seu Ianuen. pecuniaria* 1. *Iulij* 1648. *§. nec dicatur, coram Reuerendiss. Tarraconen.* imò mora prorsus excluditur ob dictas solutiones, vt suprà probatas, & cum D. Ducissa non cessauerit in solutione conuenta scutorum 1200. annuorum, non poterat grauari in cambiis, & recambiis, † quæ in om- 7
nem casum requirebant interpellationem ad hoc vt D. Ducissa sciret debitum esse sub vsuris rigorosis, & mediante solutione posset se ab illis liberare : Rota *decis.* 52. *per totam part.* 2. *rec. & decis.* 60. *n.* 6. *penès Salgad.*

Non obstat, quod esset data facultas sumendi ad cambium absque vlla intimatione : Nam licet non requireretur intimatio, vt pecunia debita poni posset sub cambiis ob renunciationem, intimationis (quatenus in instrumento fuerit apposita) attamen postquam pecunia fuerat girata sub cambiis rigorosis, vt debitor certò sciret suum † debitum esse sub vsuris grauioribus, & 8
ab illis se posset eximere essentialiter requirebatur intimatio non obstante illius renunciatione, vt firmat Rota *in Romana cambior.* 24. *Iunij* 1618. *coram bon. mem. Manzanedo, & in Anconitana cambiorum* 10. *Martij, &* 2. *Apr.* 1649. *coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Præterea cessant prætensa cambia cum non constet legitimè de transmissione litterarum ad nundinas, † quo casu illa non debentur : Rota 9
decis. 775. *num.* 1. *par.* 4. *diuers. & coram Mellin. decis.* 12. *per totam*, cum aliis adductis per Adden. ad Burat. *decis.* 532. *num.* 8. Nihil refragante pacto, quod de cambiis stetur assertioni, & partitis creditorum, quia pactum † huiusmodi 10
habet tacitam conditionem, quatenus cambia sint realia : Decius *cons.* 216. *num.* 96. *vers. secundò respondetur :* Rota *decis.* 559. *in fine part.* 1. *recent.* Capic. Latr. *decis.* 106. *num.* 46. cum aliis, quos in puncto refert, & sequitur *decisio in Romana cambii* 17. *Februarij* 1652. *§. ad secundum coram R. P. D. meo Bichio.*

Et assertæ litteræ exhibitæ laborant suspicione fraudis ex fidibus plurium personarum affirmantium nunquam adfuisse in ciuitate Lugdunensi mercatorem nuncupatum Iosephum Oliuerium, ad quem litteræ cambij transmissæ figurantur, & augetur suspicio † ex qualita- 11
te personarum, quas fecisse alios contractus simulatos constat *ex decis. Merlin.* 714. *per totam.*

Nec hæsitandum est prædictam exceptionem excessiuitatis, & nullitatis † deliberationis 12
posse opponi per DD. Ducem, & fratres de Sfortiis, quia sicut posset opponi à Pallauicino, qui passus fuerat deliberationem, ita potest dari

ab eisdem, qui vti hæredes Ducissæ matris habent hypothecata omnia iura Pallauicinorum occasione alterius census scutorum 50. mil. & propterea omnia iura, & exceptiones competentes Pallauicino vtiliter exercere possunt, non secus ac ipse Pallauicinus posset directo, *l. sicut l.penult.Cod.de non. numer. pecunia*. Barbosa *in l.1.part.6.num.37.ff.solut.matrimon.* Cæsar Manent. *cons.*124. *num.* 34. aliique allegati à Moderno Neapolitano *de credito cap.* 4. *quæst.*11. *n.*1770.*& seqq.*& per Salgad. *in labyrinth. credit.part.*1.*cap.*40.*n.*10.*& seqq.*

Tum quia eorum interest dare de iniustitia
13 deliberationis vti emanatæ † pro debito matris, cuius sunt hæredes, ne alias eneruet censum maternum integre ad illos vti hæredes spectantem: Gratian.*discept.*691. *num.* 18. Rota *decis.* 175. *num.*11.*part.*1.*recent.& decis.*189.*num.*37. post Zacchiam *de oblig. Cameral. & in Romana Domus* 25. *Februarij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Eóque facilius cum exceptio sit exclusiua
14 ipso iure intentionis agentis † propter excessum, & vsurariam prauitatem, & alias rationes superius firmatas, & propterea bene etiam per tertium opponi potuisset: Surd.*cons.*415.*num.*16.*à vers.*2.*respondeo,& n.*17. Menoch. *consil.*395. *num.*66.*&* 91.*lib.*4.*& cons.*665.*num.*11. Muta *decis.* 20. *n.*17.*in fin.* & dixit Rota *coram me in Romana Saluiani* 4.*Iulij* 1640.

Et ita fuit decisum mandatum A. C. non esse exequendum vtraque parte informante, &c.

DECISIO CXIV.

R. P. D. ZARATE.

Bonon. fideicommissi de Victoriis.

*Merc.*5.*Maij* 1655.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio ad effectum succedendi in fideicommisso est concludenter probanda.*
*Amplia, vt n.*2.
*Ex tractatu patris probatur, n.*3.
*Declara, vt n.*4.
*Et de ratione, n.*5.
*Contra tertium ex illius admissione probatur, num.*6.
*Contra vnum probata non probat contra alium venientem ex propria persona, num.*7.
*Legitimationis ex productione probata non dicitur, n.*9.
*Adulter non probatur ex accessu ad mulierem, sed præsumitur ex parte viri, num.*24.*&* 25.
8 *Reseruatio iuris nouationem impedit.*
10 *Productio quoad vnum effectum non nocet quoad alium.*
11 *Sententia super statu obtenta faciunt ius quoad omnes.*
*Fallit, non citato habente ius coæquale, num.*12.
13 *Testes examinati ad perpetuam memoriam non probant.*
*Non bene informati nullam fidem merentur, num.*14.
*Inimici reiiciuntur, n.*15.
*De auditu à principali non probant, n.*16.
*De fama ante litem motam deponere debent, num.*17.
*De fama deponere debent, à quibus ortum habuerit, n.*18.
*De fama non probant in materia adulterij obiectiua, n.*19.
20 *Testis dubitatiuè deponens non probat, de credulitate non probat, n.*21.
22 *Præsumptionem habens contra se grauatur maiori probatione.*
23 *Coniecturæ imperfectæ non iunguntur, vt probent.*
26 *Præsumptio legitimitatis ex matrimonio oriens est iuris.*
27 *Impotentia, aut absentia mariti tollit præsumptionem, quod filius interim natus sit ipsius.*
28 *Filium susceptum ab vxore habitante cum adultero esse mariti, qui asserit accessum mariti probare tenetur.*
29 *Contrarij vnius ingressus, alterius contrarij probat egressum.*
30 *Tempus probari debet ab eo, qui se fundat in tempore.*
31 *Epistola contra scribentem probat.*
*Per comparationem dicitur recognita, num.*33.
32 *Falsitas ex re iudicata pro veritate tollitur.*
34 *Subtractio scripturæ præsumitur facta ab habente interesse.*
35 *Iuramentum post examen susceptum non attenditur stante iuramento in examine præstito.*
36 *Confessiones patris in vltimo vitæ spiritu emissæ circa illegitimitatem filij plurimi fiunt.*
37 *Testamenti existentia probatur contra allegantem erroneè confectum fuisse.*
38 *Descendentia probatur ex pluribus enunciatiuis in pluribus instrumentis emissis.*
*Amplia, vt n.*39.
*Probatur ex testibus, qui cognouerunt parentes, & habent notitiam matrimoniorum, n.*40.
*Est probanda per gradus distinctos, n.*41.

IN vltimis tabulis Leonellus senior de Victoriis proximiores masculos de illius agnatione, casata, & familia vocauit, quando eius filij hæredes instituti, & descendentes substituti sine filiis decederent.

Vltimus ex descendentibus masculis, qui sine filiis è vita migrauerit, Andreas fuit, ob cuius obitum Dominus Eq. Horatius de Victoriis, tanquam proximior de agnatione, casata, & familia testatoris, prætendens fideicommissum ad sui fauorem purificatum, petebat immitti in possessionem bonorum per dictum Andream relictorum, & à Domino Benedicto de Victoriis vti proximiore agnato possessorum, sed Auditor Generalis, & deinde Rota Bonon. coram quibus causa actitabatur pronunciarunt D. Equitem non esse immittendum: Hinc per eundem appellatione interposita, causa ad hoc sacrum Rotæ Auditorium deuoluta, & dato dubio, an Equiti Horatio danda sit immissio: Domini negatiuè responderunt, ea ratione, quia d. Eq. qui tanquam proximior immissionem consequi contendit,

tendit, per imperfectas, & irreleuantes coniecturas deducit, Galeatium, à quo ipse descendit, fuisse filium Dionysij de Victoriis, & tamen hanc prætensam filiationem iustificare debuis-
1 set † per concludentissimas probationes, dum eam affert ad effectum succedendi in fideicommisso, *l. 3. Cod. de alen. lib.* Bursat. *cons.* 88. *sub n.* 5. *circa med. lib.* 1. Rot. *coram san. mem. Greg. X V. decis.* 223. *num.* 2. *vers. & filiatio, in Romana filiationis* 1. *Iulij* 1639. *coram Reuerendiss. Compostellano, §. ea moti ratione, &c. in Romana fideicommissi de Amonius* 23. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Bichio, §. casui nostro vers. præsertim, &c. & in Farfen. Bonorum* 23. *Ianuarij* 1647. *§. hac tamen, &c. coram Eminentiss. Corrado.* Et pri-
2 uandi † bonis tertium possessorem: Corn. *consil.* 78. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 3. Socin. iun. *consil.* 86. *num.* 43. *lib.* 2. Decian. *cons.* 40. *sub num.* 1. *circa med. vers. & præcipue cum agatur, &c. vol.* 5. Mascard. *de prob. concl.* 787. *num.* 17. Rota *decis.* 164. *num.* 9. *vers. atque hac, &c. part.* 3. *recent.*

Quod autem hæ coniecturæ sint imperfectæ, & irreleuantes, patet, singulas examinando: Siquidem admodum leuis videtur ea, quod Dionysius Galeatium vti filium tractauerit, eundem
3 legitimauerit, & hæredem instituerit: † Quoniam licet filiatio per hosce tractatus probetur: Gloss. *in cap. transmissæ verbo nota, qui filij sint legitimi:* Castr. *in l. non nudis in fine C. de probat.* Aldobr. *cons.* 36. *num.* 6. *& consil.* 80. *numero etiam* 6. *lib.* 1. Rota *decis.* 289. *num.* 6. *part.* 1. *rec.* Id intelligendum quoad præiudicium patris hu-
4 iusmodi actus gerentis, † non autem tertij: Marcabr. *cons.* 13. *n.* 98. Mascard. *de prob. concl.* 789. *num.* 36. Rota *decis.* 409. *num.* 30. *decis.* 597. *n.* 8. *part.* 5. *recent. & in allegata Farfen. Bonorum. §. cætera coram Eminentiss. Corrado.*

5 Ea optima ratione, † quod non debet esse in potestate vnius facere aliquem sibi filium, & sic per nominationem, & tractatum mutare veritatem facti, *l. neque professio, Cod. de testam.* Paris. *cons.* 11. *n.* 20. *& seqq. vol.* 2. Barz. *cons. vnico post suas decisiones Bononiæ num.* 56. Mascard. *de prob. concl.* 788. *num.* 15. Lotth. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 88. *num.* 6. *& seq.* vbi quod educatio, nominatio, & tractatus sunt à remotis, cum vel à falsa causa, vel etiam à credulitate originem habere possint: Reuerendiss. Eugub. *decis.* 177. *num.* 107.

Nihil facienda est altera coniectura, quod Leonellus iun. Constantius, & Andreas, à quo Dominus Benedictus causam habet mediante donatione admiserint Galeatium vti filium Dionysij in pluribus Epistolis ad Alexandrum de Victoriis conscriptis: Quoniam prædictæ Epistolæ Leonelli iun. Constantij, & Andreæ nihil operantur, cum ortum habuerint à principio infecto, scilicet à patris nominatione, & tractatione, propter quam ij facile potuerunt halluci-
6 nari in hoc deferentes iudicio paterno: † vnde non elicitur deliberata filiationis Galeatij admissio in tertij præiudicium: Paris. *consil.* 12. *num.* 107. *vol.* 2. Pacian. *cons.* 1. *num.* 38. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 89. *num.* 72. *& præsumpt.* 53. *num.* 23. *lib.* 6. Rota *d. decis.* 597. *num.* 12. *cum seq. part.* 5. *recent.* Præterquam quod eæ admissiones præiudicare non possunt D. Benedicto, qui non tam ex dictorum Leonelli iun. Constantij, & Andreæ donatoris, quàm ex proprio iure
7 tanquam proximior agnatus venit; ideò eorum confessiones impugnare potest: Natt. *cons.* 470. *num.* 13. Cranet. *cons.* 200. *num.* 7. cum aliis per Fusar. *de subst. quæst.* 557. *num.* 8. *& in adducta decis.* 597. *n.* 15. *&* 16. *part.* 5. *rec.*

Eóque facilius, cum citra nouationem, & præiudicium antiquorum iurium sibi competentium ex maiorum fideicommissis, imò cumulatiuè non extinctiuè ad primæua iura donationem acceptauerit, † adeout omne ius ipsi com- 8
petens tutum sibi reddidisse censeatur: Cyriac. *controu.* 46. *num.* 10. *& controu.* 211. *num.* 14. Surd. *decis.* 163. *num.* 17. Rota *in Bonon. fideicommissi de Guidottis* 23. *Ianuarij* 1649. *§. præterquam coram bon. mem. Arguelles.*

Nec ex eo quod ex parte Benedicti fuerit producta legitimatio in qua Galeatius filius Dionysij asserebatur, † dici potest eundem Benedictum 9
vti talem approbasse: Doctores *in cap. cum venerabilis de except. & in l.* 1. *§. editiones, ff. de eden.* Ista enim legitimatio producta fuit pro Eq. Horatio, nec reperiebatur illius tenor referens Galeatium filium adulterinum, & ad probandam hanc qualitatem per procuratorem eiusdemmet Benedicti fuit exhibita in parte tamen, & partibus, † & non animo admittendi quic- 10
quam, quo pars coadiuuari posset, ac proinde productio non est apta præiudicare Benedicto: Rota *decis.* 29. *num.* 49. *& decis.* 56. *num.* 23. *part.* 7. *recent.*

Sententiæ verò ab Eq. Horatio contra creditores Fabij de Victoriis obtentæ, & pro tertia coniectura adductæ, † licet super statu proba- 11
re, & ius quoad omnes facere videantur, *l. ingenium ff. de stat. hom.* Rota *coram Comitolo decis.* 102. *num.* 2. *& in Asina fideicommissi* 28. *Iunij* 1652. *§. vlterius coram me:* Attamen nullum afferre valent præiudicium Benedicto, & quia in compromisso fuit expresè conuentum, quod ex aduerso gerenda contra creditores eidem Benedicto non nocerent, † & quia coæ- 12
quale ius habens non fuit citatus: Abb. *in cap. quamuis num.* 19. *de re iud.* Alexand. *in l. sæpè num.* 16. *& seqq. ff. eod.* Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *C. quib. res iud. non noc.* Rot. *in Britinorien. fideicommissi* 24. *Martij* 1642. *§. & quamuis coram R. P. D. meo Bichio.*

Parui quoque momenti est quarta coniectura elicita ex dispositionibus testium, quibus Alexander Eq. Horatij pater vsus fuit, vt in Equestri ordinatione Sancti Stephani adscriberetur, quia eorum depositiones receptæ fuerunt ad perpetuam rei memoriam, † parte non citata, & 13
lite pendente, *cap.* 2. vbi DD. *de testib. l. si quando, Cod. eod.* Rota *in Sancti Seuerini fideicommissi* 18. *Iunij* 1649. *in fine, coram bon. mem. Arguelles, & in Interamn. fideicommissi* 27. *Nouembris* 1652. *§. oculariter coram R. P. D. meo Bichio.*

Et ij non informati deteguntur, naturalem enim referunt Galeatium, † quem tamen adul- 14
terinum Dionysius prætensus pater in legitimatione expresserat: Rota *decis.* 20. *n.* 3. *decis.* 371. *num.* 6. *part.* 2. *recent. penès san. mem. Greg. X V. decis.* 578. *num.* 11. *& coram Buratt. decis.* 42. *n.* 6. Et cæteri testes, qui fuerunt formaliter inducti reiiciuntur, † vel tanquam inimici: Rota 15
coram Merlino decis. 54. *num.* 5. *penès Buratt. decis.* 726. *num.* 7. *dec.* 261. *num.* 16. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Vel tanquam de auditu ab ipso Dionysio, & Galeatio; vnde non plus † probationis, 16
quam illi constituunt, *d. cap. licet ex quadam de*

Testib.

Testib. Surd.*cons.*135.*num.*96.*lib.*1. latè Farin. *de Testib. quæst.*69. *numer.*85. Rota *in Romana nullitatis matrimonij* 19. *Ianuarij* 1646. §. *nec aliquid vers.tamen cum sint de auditu coram.bon. me. Arguelles.*

Vel quia allegatam famam super controuersa
17 Galeatij filiatione non probant, † cum minime deponant, talem famam ante motam litem extitisse, *d.cap.ex quodam de Testib.*Rota *coram Verall.decis.*9.*part.*2.*& decis.*170.*n.*17.*part.*6.*rec.*
18 Eamque ab interesse † non habentibus originem sumpsisse, Grat. *discept.for.cap.*78.*num.*39. Mascard.*de pro.conl.*849.*num.*14. Rota *decis.*739. *num.*35.*part.*4.*tom.*3.*recent.* Præterea cum versemur in materia obiectiua, nempe de probando
19 adulterio, † non est satis depositio Testium de fama affirmantium.Bald.*in cap.tam literis num.*1. *de Testib.Reuerendiss.Eugub.decis.*173.*num.*45. Rota *coram Cas. de Grass.decis.*184.*alias* 2.*n.*2. *de Accusat.& coram san.mem. Gregor.X V. decis.*322.*num.*2.

Nullaque vis fieri potest in quinta coniectu-
20 ra, quoad Testes à Benedicto inductos, † cum primus dubitatiuè deponat, ibi, *Fu figl olo si ben mi ricordo Galeatio di Dionysio*, *&c.* Lancel. Gall. *cons.*32.*n.*24. Menoch. *cons.*111.*n.*13. *lib.*2.Farin.*de Testib.quæst.*68.*num.*8. Rota coram Buratt.*decis.*538. *num.*10. *&* 12. Secundus
21 † verò solum moueatur ex propria credulitate; & opinione, quod Galeatius esset filius Dionisij, ibi, *Al mio credere di me, io credo di si*, Ias. *in rubr.ff.de iur.iur.n.*2.Socin.*iun.cons.*86.*n.*36. *vol.*2. Decian.*cons.*40.*sub.num.*12.*vers.similiter vol.*5. Aldobr .*cons.*125.*num.*33.*lib.*2. Rota *coram Comitolo decis.*7.*num.*4.*& decis.*71.*n.*12.

Minus attendenda sexta coniectura ex publicis documentis,& aliis,in quibus Galeatius enuncia-
22 tur filius Dionisij: † Cum enim illi resistat præsumptio *l.miles §.defuncto,ff.ad leg.Iul.de adult.* de qua inferius, insufficiens reputatur, & ad probandam tali casu filiationem apertissimæ probationes desiderantur, *l.vltima vbi gloss.ff.quod met.caus.* Galiaul. *in l.centurion.*307. *ff.de.vulg. & pupill.* Menoch. *lib.*1. *præsumpt.*31.*n.*5. *Reuerendiss.Eugub d.decis.*174.*num.*59.

Quapropter cum singulæ ex coniecturis allatis sint imperfectissimæ, non possunt coniungi,
23 † ita vt si non diuisæ,saltèm vnitæ probent.Alex. *cons.*11.*num.*3.*&* 5.*lib.*4. Gabr.*de prob.concl.*1. *num.*33. Rota *coram Mantic. decis.*307. *n.*11. *& in Florentina,seu Bononien.de Barbadoriis* 25. *Iunij* 1640.§.*tandem coram Coccino.* Eo minùs, cum plures in contrarium longe vrgentiores pro exclusione filiationis Galeatij à Dionisio certatim concurrant. Quarum prima, & quidem po-
24 tissima est, quod de tempore conceptionis, † & natiuitatis Galeatij adhuc viuebat Aloysius Anguillaria Catharinæ matris maritus, & ideo intrat certissima iuris præsumptio in *d. l. miles §. defuncto, ff.ad leg.Iul.de adult. & l.filium, ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.*quod scilicet Galeatius censeri potius debeat filius Aloysij mariti quam Dionisij adulteri. Bero. *cons.*161. *num.*7. *lib.*2.Natt.*cons.*205.*num.*1. Eugen.*cons.*52.*n.*5. *lib.*1.Rota *coram Achil.de Grass.decis.*1.*num.*1. *qui fil.sint legit.decis.*138. *num.*1.*coram Merlino,decis.*488.*n.*15. *& decis.*797. *num.*etiam 15. *coram Merlino.* Etiamsi dicta Catharina eodem
25 tempore † commercium carnale cum Adultero habuisset, *vt ex d.l.miles §.defuncto*, Paris.*cons.* 20.*num.*83.*& cons.*29.*num.*97.98.*& seqq.lib.*2. Pereg.*decis.Patau.*9.*num.*2. Mart.*vot.Pisan.*26. *per tot.*Reuerendiss.Eugub.*d.decis.*174.*num.*48. Rota *decis.*164.*num.*1.*part.*3.*recent.*

Et quamuis prædicta præsumptio,quæ ex matrimonio exoritur secundum communiorem DD. sententiam sit iuris præsumptio † admittens pro- 26
bationes in contrarium Gozad. *cons.*13.*num.*62. Decian.*cons.*1.*num.*127. Menoch.*de arbitr.iud. cas.*89.*num.*24. Reuerendiss.Eugub. *d.dec.*174. *num.*40. Rota coram Achil. de Grass. *d.decis.*1. *num.*4.*d.decis.*164.*num.*2.*part.*3. *recent. & post* 2.*vol.cons.Farin. decis.*171.*num.etiam* 2. Attamen est adeo efficax, vt semper inconcussa permaneat, quoties euidenter non probetur, de tempore conceptionis Aloysium maritum ob grauem infirmitatem Catherinam † vxorem cogno- 27
scere non potuisse, vel fuisse absentem, vel liberum ad eam accessum non habuisse. *dict. l.filium, ff.de his qui sunt sui, vel alien.iur.* Socin. iun.*cons.*86. *num.*44.*& seqq.lib.*2. Reuerendiss. Eugub. *d.decis.*174. *n.*42. Rot.coram Coccino *decis.*7.*n.*3. *& d.decis.*597. *num.*2. *&* 9.*part.*5. *recent.* Quæ tali casu certè forent probanda per Equit.Horatium, † qui asserit Galeatium fuisse 28
filium adulterinum: Paris. *cons.*64. *num.*5.*&* 6. *vol.*3. Brun. *consil.*15.*num.*2. Petra *de fideicom. quæst.*11.*num.*361. Reuerendiss. Eugub.*dict.decis.*174.*num.*14.

Nec vrget asserta probatio absentiæ Aloysij deprompta ex depositione Laurentiæ eius secundæ vxoris affirmantis illum viuente Catherina altera vxore Patauij moratum: quinimo depositio hæc retorquetur contra Equit. Horatium, dum ista mulier per hæc verba deponit, *Messer Luigi mio marito mi disse, che egli, e detta Caterina sua moglie habitauano nella Citta di Padua*, *&c.* Ex quibus absentia Aloysij à Catherina non verificatur, sed ex opposito remanet probata cohabitatio in Ciuitate Patauij, &exclusus accessus Dionysij ex vulgari regula contrarij † vnius ingressus, alterius con- 29
trarij operatur egressum: *cap. cum renunciatur* 32. *quæst.*1. Reuerendiss. Eugub. *dec.* 69. *num.*11. Præterquam, quòd nec prædicta mulier, nec etiam Testes à Benedicto inducti, qui affirmant, Aloysium consueuisse per mundum vagari, dum deponunt de absentia, non percutiunt præcisè tempus conceptionis, cum tamen huiusmodi tempus in primis inspiciendum sit ad agnoscendum, an quis sit ex legitimo matrimonio natus,† & proinde idem tempus in quo tota 30
vis consistit indiuidualiter esset probandum ex traditis per Castr. *in l.Mania, §.fundus, num.*4. *ff. solut. matrim.* Rota *decis.*141. *num.*7. *coram Durano, & in Romana Domus* 29.*Maij* 1645. §. *præterea coram Reuerendiss. D. meo Decano*, Cum aliàs insufficiens probatio exoriatur ad not. *in l.mater.C.de prob.* Surd.*cons.*407.*n.*14. Rota *in Bonon.Census* 28.*Martij* 1639. *in fin. coram Coccino.*

Alia coniectura excludens prædictam ex Dionisio filiationem resultat ex Epistolis Galeatij ad Aloysium Anguillariam scriptis, ibi, *Vostro figliolo Galeatio Vittorij* †. Hinc enim destruitur 31
prætensa filiatio, & descendentia à Dionysio, quia istæ Epistolæ contra scribentem probant. *l.Publia* 26. §.*fin. ff. Depos. l. cum indebito* 25. §.*fin.C.de prob.* Menoch. *de arbitr. iud. cas.*94. *num.*9.*& seqq.* Rota post Modern. Perus. *in addit. ad tract. de subhast. decis.*179. *num.*13. Et quamuis eædem Epistolæ vsque ab anno 1581.

tanquam

tanquam falsæ impugnatæ fuerint, nihilominùs cum statim Leonellus Iun. obtinuerit duas sententias conformes † imponentes perpetuũ silentium, perperam deducitur asserta falsitas, ex traditis *in l. si cui 7. §. iisdem, ff. de accus. cap. de his, 6. eod. tit. l. licet 6. §. fin. ff. naut. caup. stab.* Prout nec ex defectu recognitionis redargui possunt, cum constet, † easdem à Peritis electis fuisse per comparationem recognitas, *l. comparationes, Cod. de fid. Instr.* Ruin. *consil. 70. num. 4. vol. 4.* Rota coram Buratt. *decis. 143. num. 28.*

32 (at "tentias conformes")
33 (at "possunt")

Nec quidquam officit, quod ipsius recognitionis relatio non reperiatur, † cum subrepta fuerit, & subreptio præsumitur ex causa interesse habentis, Bald. *in l. ultim. post num. 5. vers. item quod illa res subtracta, ff. de quæst.* Mascard. *de prob. concl. 831. num. 12.* Farin. *de fals. & simul. q. 153. n. 209.*

34

Istis accedit attestatio dictæ Laurentiæ secundæ vxoris dicti Aloysij asserentis audiuisse ab eius viro, quod Dionysius adoptauerat Galeatium in filium, & hoc idem vlterius audiuisse ab eodem Galeatio: cuius assertionis robur non eliditur ex eo, quod completo examine prædicta mulier dixerit se iurasse in animam Locumtenentis, & Notarij, † quia cum ante examen congruè iurasset tale iuramentum post depositionem, etiamsi incontinenti fuisset præstitum, nunquam attenditur, iuxta veriorem sententiam, quam tuetur Salyc. *in l. iusiurandi num. 3. vers. ego puto, Cod. de Testib.* Bellam. *in cap. de Testibus, num. 11. 13. & seqq.* Abb. *num. 8.* Aret. *post. num. 5. de Testib.* Farin. *de Testib. quæst. 74. n. 39. & seq.*

35

Postrema coniectura prouenit ex Testamento Dionysij anno 1552. condito, in quo ipse expressè pro exoneratione eius conscientiæ fatetur, Galeatium non esse suum filium, seque ex falsis Catherinæ matris suggestionibus coactum quodammodo fuisse ad illum legitimandum, & hæredem instituendum, quæ declaratio in eo supremo vitæ actu cum † emanauerit, contra assertam filiationem plurimi est facienda, *l. 5. C. Famil. hercisc.* Aym. *consil. 6. num. 51.* Decian. *dict. cons. 40. num. 16. vol. 5.* Farin. *in prax. crimin. de indic. & tortur. quæst. 46. n. 4. 5. & 6.* Rota cum ibi cogestis *decis. 684. num. 20. & 21. coram Merlino.*

36

Neque ab Eq. Horatio in dubium reuocari potest d. testamenti existentia: Hanc enim ipse satis est confessus, † dum articulauit illud fuisse erroneè confectum; allegando ex eadem ratione erroris à dicto Dionysio reuocatum, atque ita ostenditur illius existentia ad text. *in l. decem 117. ff. de verb. oblig. l. 4. §. condemnatum 6. ff. de re iud. l. nec vtilem 20. ff. ex quib. caus. maior. cum similibus.* Cum igitur Eq. Horatius descendentiam à Dionysio non probauerit, omissa est discussio aliarum exceptionum, quas Benedictus proposuerat.

37

Cæterùm Benedicto possessori iure proximitatis gratis obiicitur eum deficere in probatione eius descendentiæ ab Andrea de Victoriis communi stipite: Ostenditur enim Antonium dicti Benedicti abauum fuisse filium Andreæ ex instrumento emptionis factæ anno 1497. per Thomam filium quondam Andreæ de Victoriis ementem pro se, ac Leonello, Antonio, ac Dionysio fratribus, ac filiis dicti quondam Andreæ de Victoriis.

Item ex instrumento emptionis alterius domus factæ anno 1493. per Leonellum, & Thomam fratres, & filios olim Andreæ de Victoriis ementes tam suo nomine, quam etiam vice, & nomine Antonij, & Dionysij suorum fratrum: rursus ex instrumento depositi facti anno 1497. per Leonellum quondam Andreæ de Victoriis, occasione emptionis domus aliàs factæ per Thomam nomine proprio Leonelli, Antonij, & Dionysij suorum fratrum.

Ab Antonio ortum fuisse Benedictum proauum apparet ex instrumento emptionis petiolæ terræ factæ anno 1546. per Benedictum quondam Antonij de Victoriis: Insuper ex instrumento absolutionis factæ anno 1523. per Andream quondam Dionysij de Victoriis occasione depositi librarum 480. facti ad fauorem Benedicti quondam Antonij de Victoriis: Certum est enim, † quod enunciatiuæ plures emanatæ in diuersis instrumentis, & antiquæ descendentiam probant: Noguer. *alleg. 25. n. 258.* Rota *coram Buratt. decis. 709. num. 3. decis. 405. in fine part. 1. rec. & in Bonon. fideicom. de Pancaldis 16. Februarij 1640. coram Card. Panciroto, §. quod autem*; præsertim vbi, † vt hic, emanauerint ab iis, qui præsumuntur scire iura sanguinis: Mascard. *de prob. concl. 812. n. 17.* Modern. Cremonen. *cons. 62. num. 16.* Rota *in Placentina Bonorum 19. Iunij 1653. §. ex testamentis coram me.* 38 39

Et tandem à dicto Benedicto descendisse Andream auum, & ab isto Vincentium patrem Benedicti, † qui hodie possidet, constat ex depositionibus Testium in præsenti causa formiter, & cum interrogatoriis partis examinatorum: Rota *coram Caual. dec. 46. n. 4. & in dict. A. sina fideicommissi 28. Iunij 1652. §. descendentia coram me.* 40

Atque ideò hic vbi nulla concurrit iuris resistentia remanet probata descendentia cum scilicet ex prædictis instrumentis, & Testium depositionibus, & quidem per gradus † distinctos euidentissimè deducatur, *dict. cap. licet ex quadam 47. de Testib.* Rota *decis. 185. num. 4. par. 1. diuers. coram Duran. decis. 8. num. 5. penès Peniam decis. 1559. num. 2. apud Buratt. decis. 147. num. 2. coram Comitolo decis. 141. num. 3. & in precitata Placentina Bonorum, §. ex quibus coram me.* 41

Et ita vtraque parte, &c.

DECISIO CXV.

R. P. D. CERRO.

Bonon. fideicommissi.

Ven. 14. Maij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio fideicommissi in transactione illius remissionem impedit.*
2 *Dictio, vltra, extendit.*
3 *Capitulis in contenta partes in instrumento alterare possunt.*
4 *Capitula, & non instrumentum, quando attendantur.*
5 *Coniecturæ in claris non attenduntur.*
6 *Vtilitas præsens cum futuro periculo compensanda.*

7 *Intentio contrahentium in transactione magis attenditur, quam veritas.*

SEntentiam Rotalem latam à Reuerendiss. D. meo Decano confirmatoriam alterius R. P. D. Celsi super immissione Com. Ioan. de Pepulis in possessionem bonorum subiectorum fideicommisso conuentionali tanquam validam, & iustam censuerunt Domini confirmandam; validitas enim est actorum reuolutione comprobata ab informantibus pro hæredibus Com. Francisci in dubium reuocata non fuit. Iustitia verò liquet ex sex decisionibus præcedenter editis luculenter comprobantibus dictum conuentionale fideicommissum, eiusque purificationem & bonorum identitatem, atque optimè occurrentibus repetitæ exceptioni transactionis & detractionum.

Transactio siquidem non obstat, quia in ea expressis verbis dictum fideicommissum eiusque iura præseruata fuerunt altero decedente sine filiis capacibus; ideóque sequuto obitu Francisci nullis relictis liberis potest Ioannes bona fideicommissaria in dicta transactione eidem Francisco obuenta ex præfato fideicommisso recuperare cum illius explicita reseruatio quamcunque
1 prætensam remissionem † & renunciationem excludat præfato casu eueniente, vt in terminis respondet Rot. *in rec. decis. 116. n. 24. part. 5. in Bonon. fideicommissi 22. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio sub §. Renunciationem, vers. Tum denique in Romana Casalis Aguzzani 27. Aprilis 1644. coram Reuerendissimo D. Terracinen. §. vltimo & 26. Nouembris 1649. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. Ac demum*: cum cæteris allegatis *in decisionibus huius causæ. 16. Aprilis 1649. §. 1. & 26. Martij 1650. §. Tum etiam cum seq. coram R. P. D. meo Celso.*

Non obstat quod in Capitulis à Transigentibus antea firmatis dicta fideicommissi reseruatio restricta fuit solum ad tertios, cum expressione quòd nunquam operari possit ad præiudicium Francisci eiusque hæredum, & successorum, ibi: *Che nella presente Capitulatione s'intenda, e s'habbi per expressa ogni preserua delle sue raggioni delli fideicommiss. &c. e questo però solamente contro à Terzi, e non mai contro al S. Conte Francisco, ò suoi haredi, ò successori.* Siquidem omissis responsionibus alias datis & subsistentibus ex lectura instrumenti desuper confecti, apparet transigentes voluisse fideicommiss. reseruare etiam inter se ipsos, casu quo alter decederet sine filiis capacibus; sic enim conuincunt verba instrumenti. ibi: *Quam Capitulorum scripturam & contenta in dictis Capitulis, dicta, & infrà scripta partes cupientes, & omnino volentes obseruare, & ad alia infrascripta deuenire*, ibi: *Et cum protestationibus, & declarationibus, & præseruationibus, de quibus in dictis Capitulis, & infra dicendis*, & ibi: *Et cum expressa declaratione vltra prædicta quod per transactionem, & diuisionem quæ fit, rebus sic stantibus, salua sint iura fortasse purificanda ad fauorem alterius dd. DD. Transigentium, altero decedente sine filiis capacibus fideicommissor. &c.* dicta enim verba, & ad alia infrascripta deuenire, & infradicendis, atque vltra prædicta toties geminata, & repetita vnix am aperiunt contrahentium voluntatem, nedum exequendi contenta in Capitulis, sed etiam ad alia deueniendi, ampliorемque reseruationem in Capitulis non contentam addendi. Id enim præ cæteris demonstrat dictio, *vltra*, † vltimis verbis adiecta, quæ de sui natura 2
ampliatiua est, atque dispositionem extendit ad casus antea non expressos. Ioanne-Baptista Cost. *cons. 66. n. 4.* Peregr. *cons. 77. num 19. lib. 5.* Grat. *discept. 116. num. 41.* Rota *in Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641. coram Cardinali Pancirolo, sub §. Præterea*, vbi subditur quòd separat vnum Capitulum ab alio in eadem dispositione contento; *& in Bononien. Legati 3. Iulij 1645. §. Verum Domini, & 18. Maij 1646. §. Iterum enim, coram me*, quæ loquitur de simili dictione, *Vlterius.*

Potuerunt autem contenta in Capitulis ampliare, & vltra ea disponere, vtriusque partis † accedente consensu ad Text. *in l. pacta nouissima, C. de pact. & in l. nihil tam naturale 76. ff. de reg. iur.* Idque in his terminis admissum fuit *in Romana Vineæ 26. Iunij. 1645. coram R. P. D. meo Bichio, sub §. 1. vers. quibus in instrumento*, licet enim regulariter instrumentum confectum in exequutionem Capitulorum non debeat augere, 3
nec ampliare ea, † quæ in ipsis Capitulis inter 4
partes conuenta fuerunt, vt dixit Rota *dec. 114. num. 4. part. 1. recent.* repetita *in par. 3. decis. 108. sub num. 2.* Regula tamen procedit quando partes restrictiuè voluerunt instrumentum conficere ad formam eorumdem Capitulorum, nihil addito, vel diminuto; secus autem vbicumque, prout hic explicitè declararunt velle quidem obseruare in Capitulis contenta, sed alia noua addere, diuersámque facere dispositionem; hoc enim casu dubitari nequit, quin instrumentum, possit angere, & ampliare formam Capitulorum, illúdque est attendendum quemadmodum dicitur de instrumento referente: quod licèt regulariter, & restringatur ad terminos dispositionis, & scripturæ relatæ, fallit tamen, quando expressè apparet, disponentes aliter in illo disponere voluisse, vt tradunt Peregr. *de fideicommiss. art. 16. sub num. 111. vers. limita nisi*; Addent. ad Buratt. *decis. 52. num. 13.* facilius autem ex quo iidem transigentes in Capitulis conuenerunt quod super istis quantò citiùs celebraretur instrumentum ex deductis *in Romana quarti dotalis 17. Aprilis 1646. §. nec Comiti Fabio coram me.*

Neque ad eliciendam diuersam transigentium voluntatem recurri potest ad coniecturam eductam ab inæqualitate partium, ex quo Comes Franciscus adscripsit Com. Ioanni bona propria libera receptis è conuerso bonis fideicommissariis.

Quoniam coniecturæ cessant vbi voluntas, & verba † sunt clara: *l. fin. §. fin autem, ff. de bon. quæ liber.* Rota *decis. 130. num. 3. part. 1. recent.* & coram bon. mem. Buratt. *decis. 73. num. 9.* imò in casu nostro coniectura desumpta ab inæqualitate partium contra reos conuentos retorquetur: Nam Comes Ioannes recepta medietate bonorum liberorum valoris lib. 123000. tradidit Com. Francisco medietatem bonorum fideicommisso subiectorum valoris 219000. 477. ad quod ipse tanquam legitimatus adspirare non poterat, & vlterius illi remisit nedum fructus ex dictis bonis fideicommissariis per plures annos ab ipso receptos; sed etiam legitimam sibi debitam in bonis Com. Iacobi Aui, & Comitissæ Gentilis Auiæ, & sic portio obuenta Francisco, vltra præfatos fructus, & prædictas legitimas longè excedit portionem obuentam Ioanni. 5

Vnde

Vnde si in transactione remissum fuisset, vt prætenditur fideicommissum, euidens esset excessus respectu Com. Ioannis, ad quem euitandum censetur transigentes voluisse præseruare iura fideicommissi, iuxta casum in transactionis instrumento expressum, & illam maiorem quan-
6 titatem † Francisco obuentã tradere ad compensandum periculum futuri euentus, vt ponderatum fuit *in decis. edita coram Reuerendissimo D. meo Decano 13. Iunij 1652. sub §. vltimo*; & præter auctoritates ibi allegatas tradunt Alciat. *in l. qui Romæ 122. §. duo fratres num. 34. & sub n. 36. vers. mihi placet, ff. de verb. obligat.* Bursatt. *cons. 173. num. 37.* Becc. *cons. 24. num. 30.* Menoch. *cons. 87. num. 94.* Fachin. *contr. iur. lib. 6. cap. 68. in 6. conclus. vers. dum tamen*: Gratian. *discept. forens. cap. 234. num. 8.* cum aliis relatis *in Romana diuisionis 28. Nouembris 1653. coram R. P. D. meo Beuilacqua, §. ipse enim, & §. fin.*

Et in proposito ponderandum quoque videbatur, quod si Comes Franciscus suscepisset filios legitimos; potuissent isti, non solùm impedire reuersionem portionis ad Comitem Ioannem; sed casu quo Comes Ioannes decessisset sine filiis capacibus, potuissent prætendere illius portionem, quia cum ipse admiserit Comitem Franciscum illegitimum pro medietate ad dictum fideicommissum, sustulisse videtur omnem maculam illegitimationis, & sic filios illius fuisse capaces, quod clarius indicat reseruatio conuenta non solùm in casu, quo Comes Ioannes decederet sine filiis capacibus, sed casu etiam, quo vterque, nempe ipse, & Franciscus obirent, siue alter ipsorum obiret sine talibus filiis, & sic admiserunt, quod Franciscus posset habere filios capaces, nempe natos, vel nascituros ex legitimo præcedenti matrimonio.

7 In ista enim materia † magis attenditur contrahentium intentio quam ipsa veritas, vt ex Bald. *in l. quo loco, num. 1. vers. nota, ff. de hæred. instit.* aliisque adductis bene concluditur *in prædictis decisionibus R. P. D. mei Celsi 16. Aprilis 1649. §. nec dicatur, & 28. Martij 1650. §. nec potest reuocari*: Vnde tantò minus illius hæredes conqueri possunt quod tradiderit bona libera, & receperit fideicommissaria.

Quò verò ad exceptionem detractionum placuerunt Dominis responsiones traditæ *in decisionibus dicti R. P. D. mei Celsi 5. Decembris 1650. §. non obstant prætensæ vsque ad finem, & 16. Iunij 1651. §. etenim prima cum seqq.* & signanter ex quo in transactione adest explicitum pactum prohibens quascumque detractiones, vltra summam librarum 7000. iam consignatam, & satis consumptam; gratisque dicitur pactum huiusmodi esse restrictum; cum imò generale sit, & indefinitum, ibi: *Dichiarando ancora che si debba cauare dalla massa de beni stabili del d. già Signore Con. Giacomo à fauore del d. S. Conte Francisco la somma de lire 7000. e questo per tutto quello che hauesse potuto pretendere il S. Con. Francisco per debiti, e legati pagati, non ostante che ascendessero à maggior somma delle d. lire 7000. & il Conte Francisco non possa pretendere altra detratione per qualsiuoglia capo, ò caso.*

Huiusmodi enim verba ita generaliter concep-
8 ta † capiunt omnem & quemcumque titulum detractionum, etiam si summa non esset æquiualens, & proportionata, sed longè inferior, cum reliquum censeatur remissum ad text. *in cap. 1. de transact.* cum cæteris adductis *in dict. decis. die 16. Iunij 1651. §. etiam vltra prædicta.*

Et ita, &c.

DECISIO CXVI.

R. P. D. Celso.

Melphiten. litterarum Cambij.

Veneris 24. Maij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Debitore non soluente contra ipsum laxatur executio.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur constito de numeratione.*
3 *Verba*, per altri, e tanti riceuti in contanti, *important numerationem.*
Pro totidem cambiatis numerationem non important, n. 4.
5 *Reuelationes non probant.*
Amplia, vt n. 6.
7 *Simulatio non præsumitur.*
Per plenas, & concludentes probationes est probanda, n. 8.
Sine causa non inducitur, n. 9.
Excluditur constito de reali numeratione, num. 10.

Mandatum pro scutis 2500. contra Dionysium, & alios de Boctinis ab A. C. relaxatum ad instantiam hæredum Ioannis Baptistæ de Alexandris, censuerunt Domini esse iustum, & iustitiam resultare ex eo, quia in Apocha, seu litteris Cambij per eos subscriptis, & sibimet ipsis directis promiserunt per totam diem primam Maij 1652. soluere præfatam summam: Vnde cum illam hucusque non soluerint, rectè † propterea fuerunt condemnati, iuxta text. *in l. quoties 59. ff. de verbor. obligat.* & dixit Rota *decis. 472. in princip. part. 4. tom. 2. recent. & in Romana Cambij 8. Martij 1652. coram R. P. D. meo Cerro.* 1

Non obstat exceptio non numeratæ pecuniæ: nam illa non admittitur, † quando constat de vera, & reali numeratione, vt notat Cyn. *in l. generaliter num. 1. Cod. de non numer. pecun.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 14. gloss. 8. n. 6.* & vltra plures cumulatos per Gratian. *forens. discept. cap. 8. num. 22. & seqq.* firmat Ricc. *dec. 55. num. 13.* 2

Numeratio verò concludenter probatur ex illis verbis, *per altri, e tanti † riceuti contanti*, quæ veram, & effectualem solutionem important, vt probat Paschal. *de virib. patr. potest. part. 1. cap. 8. num. 76.* vbi secus † si fuisset dictum pro totidem Cambiatis: idem Gratian. *loco proximè citato num. 1. & 23.* Rota Genuen. *decis. 44. per tot.* & firmatum fuit coram Boratt. *decis. 199. num. 1. & coram Coccino decis. 302. num. 5.* 3 4

Nec obstant assertæ reuelationes, nam vltra quod sunt extraiudiciales, & non citata parte, quæ ideò nullum † gradum probationis faciunt: Rota *coram Duran. decis. 212. num. 15. & decis. 329. num. 1. & in rec. decis. 154. num. 13. vers. nec etiam part. 4. tom. 2.* adhuc cum non fuerint in actis productæ, † non sunt habendæ in con- 5 6

siderat. Rota *coram eodem Duran. decis.* 409. *num.*7.*& penès san.mem.Greg.decis.*224.*n.*5.& ibi Add.*n.*6.

Minus facit exceptio simulationis, quia illa
7 non præsumitur, † nisi probetur ad text. *in l. quamuis:* vbi Bald. *Cod. si quis alteri, vel sibi:* Ias.*in l.si post diuisionem, sub num.*2. *vers.& dicit, Cod.de iur.& fact.ignor.*Abb.*cons.*9.*num.*5. *& seqq.*Rom.*cons.*227.*num.*2. & dixit Rota *decis.*413.*num.*1. *part.* 2. *rec.* Et quidem per ple-
8 nas, & concludentes † probationes: *l. sed si maritus* 14.*ff.qui & quib.* Castr.*cons.*74.*num.*2. *vers.nam tales simulationes lib.* 2. Aymon. *consil.*145. *sub num.*2. *vers.& ibidem:* Caput. *decis.*163.*n.*5.*& seqq.part.*3.cum aliis *in dec.*151. *num.*1.*part.*2.*rec.*

Hinc autem nec constat de causa simulandi,
9 sine qua etiam cum coniecturis † simulatio non inducitur, iuxta consilium Bart. 65. *num.* 3. *vers.sed ad hoc lib.* 1. Pen. *decis.* 125. *num.*16. *decis.*168.*num.*2.*& decis.*415. *num.*1. Coccin. *decis.*408.*num.*2. *&* 3.Burat. *decis.*365.*num.*3. cum pluribus per Add. ad Gregor. *decis.* 157. *num.*27.

Imò illa expressè excluditur, dum constat de
10 vera reali, & effectiua numeratione, † etiam per partis confessionem, vt notat Aymon.*cons.*145. *num.*7.& dixit Rota *decis.*792. *num.*1. *part.* 4. *diuers.in recent.decis.*555.*num.*4. *&* 5. *part.* 5. *coram Gregor. decis.* 195. *sub num.* 3. *vers.hinc etiam, & coram Merlin.decis.*609.*n.*4. *&* 5.

Ex quibus pro iustitia mandati resolutum fuit vtraque parte informante.

DECISIO CXVII.

R. P. D. BEVILACQVA.

Spoletana fideicommissi.

Lunæ 24. *Maij* 1655.

SVMMARIVM.

1 *Filius per vulgarem anomalam succedit in locum matris.*
2 *Testamentum patris ex præteritione filij rumpitur.*
3 *Filij & nepotes instituti vocati censentur ordine successiuo.*
4 *Substitutio vulgaris per aditionem expirat, & num.*5.
*Facta alicui, & eius filiis, est vulgaris, num.*7.
6 *Verbum,* instituit, *est directum, nec potest obliquari.*
8 *Substitutus vulgariter vlterius non censetur grauatus, & n.*9.
10 *Agnationis conseruandæ ratio restricta ad casum delicti non extendit fideicommissum ad alios casus, & n.*11.
12 *Clausula,* codicillaris, *fideicommissum non extendit.*
13 *Confirmatio ad limites confirmati restringitur.*

QVia Comes Hieronymus Petronius prætendebat ad eius fauorem euenisse casum fideicommissariæ substitutionis ordinatæ in testamento Iuliani, Vincentius verò, & Nicolaus de Plancianis opponebant de antiquiori fideicommisso Francisci eiusdem Iuliani patris; ideò in gradu appellationis causa mihi commissa dedi dubium, an constet de fideicommissis.

Et quod attinet ad fideicommissum Iuliani, clarum & literale adesse Dominis visum fuit: nam ille condito testamento post multa legata diuersis personis relicta, vniuersalem sibi hæredem instituit Ioannem-Baptistam filium suum, cui si in pupillari ætate, vel posteà quandocumque sine filiis decederet vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit Athalantam ipsius Testatoris filiam, & filios ab ea nascituros, sine quibus eidem similiter præmorienti substituit dictum Ioannem-Baptistam, & eius liberos; prædictis verò omnibus pariter quandocumque obeuntibus cum dicta clausula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum,* pro æquali portione substituit Triuultiam, Iuniperam, & Veronicam suas sorores, & successiuè eorum filios in stirpes, & non in capita; cumque præmortuis Athalanta, Triuultia, & Iunipera, & vltimo loco sine filiis decesserit dictus Ioannes-Baptista hæres institutus, vt constat ex fide obitus; & probant testes dati *in Sum. num.*3. superstite Comite Hieronymo Veronicæ filio, proculdubio ad eius fauorem apertum est fideicommissum, ex quo † per vulgarem anomalam suc- 1
cessit in locum matris per ea quæ tradit Peregr. *consil.*52. *num.*3. *lib.*1. Magon. *decis. Florentina* 134.*num.*9.

At non censuerunt constare de fideicommisso Francisci fauore fratrum de Plancianis hæredum præfati Ioannis-Baptistæ; quandoquidem in testamento quo decessit, & dato *in Sum. num.* 1. ita disposuit, suum hæredem vniuersalem instituit, esse voluit, & ore proprio nominauit supradictum eius filium legitimum, & naturalem, & dicti Iuliani filios masculos, & naturales natos, & nascituros ex legitimo matrimonio, &c.

In qua dispositione cum concurrat nedum ordo charitatis, & affectionis, sed etiam necessitatis, ex quo pater saltem necessitate causatiua tenetur eius natos, & nepotes instituere, ne alioquin † vitio præteritionis rumpatur testa- 2
mentum: *l.inter cætera* 70. *ff. de liber.& posth. l.posthumorum* 13. *ff. de iniust.rupt.testam.* per talem institutionem filij & nepotes censentur vocati ordine successiuo, vt primò admittatur filius, & deinde si ipse quacumque ratione 3
non sit hæres, dicantur instituti illius filij, & testatoris nepotes, *ex cons. Galli Aquilij in l. Gallus* 29. §.*quidem rectè*; *& ibi* Gloss.*in verb. non exprimat,ff.de liber.& posthum.* Corn. *consil.*17.*num.*1.*& cons.*159. *num.*5.*lib.*4. Rebuff. *cons.*175.*versic.tertius casus:* Crauet.*consil.*22. *num.*2.Menoch.*consil.*85.*num.*77. Honded.*consil.*65.*num.*1. *&* 2.*lib.*1. Mantic. *de coniect.vlt. volunt. lib.*4. *tit.*9. *num.*1. Cancer. *var.resolut. part.*1.*cap.*1.*de substit.num.*103. *& duob. seqq.* vbi quod hæc est vera, & communis opinio: Fusar. *de substitut. quæst.* 476. *à num.* 1. *vsque ad* 5.vbi quod ab hac sententia non est in iudicando, nec consulendo recedendum.

Ex qua præmissa conclusione iustificatur alia conclusio, quod Iuliani filij intelliguntur vocati, & admitti debent per vulgarem substitutionem, id est in defectum ipsius Iuliani patris casu,quo ipse non potuisset,vel noluisset succedere, tunc eius liberi admitterentur, vel essent directi hæredes,† sed dum ille hæreditatē adiuit institu- 4
tio

tio Ioann. Baptistæ eius filij, & Auctoris colli-tigantium extincta remanet: *l. post aditam 5. C. de impuber. & aliis substitut.* Dec. *cons.* 205. *n.* 5. Aym. *d. consil.* 22. *num.* 3. Menoch. *consil.* 85. *num.* 79. & 80. Rimin. iun. *in cons.* 162. *num.* 7. Mascambr. ad Anguil. *cons.* 61. *num.* 1. Cancer. *loc. supra cit. num.* 117. *&* 118. vbi quod ista vti communis opinio vbique seruatur: *Modern. Mantuan. in contr.* 522. *n.* 93. Thesaur. *decis.* 127. *num.* 8. Magon. *decis. floren.* 71. *num.* 13. *& d.* 137. *num.* 6. eamdemque in terminis substitutionis factæ de Patre, & Filiis amplexa fuit Rot. *coram Cardin. Caualer. decis.* 469. *num.* 1. & seq. *& in Romana fideicommiss. de Drusolinis* 12. *Iunij anni præteriti* §. *non obstat coram R. P. D. meo Cerro*: atque ideo dictus Iulianus Pater

5 † non dicitur grauatus per fideicommissum restituere filiis, sed potuit de Bonis ex paterna dispositione obuentis ad libitum disponere Batt. *in d.* §. *quidem*, recte Dec. *in d. consil.* 205. *num.* 5. Aymon. *consil.* 131. *num.* 4. Honded. *d. consil.* 65. *num.* 4. Cancer. *in dict. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 47.

Rursus inductam esse vulgarem tantum substitutionem suaderi dicebatur ex eo, quia testator

6 vsus fuit verbo *Instituit*; † quod vti directum obliquari non potest, nec ad fideicommissarium trahi: Dec. *in sæpe citato consil.* 205. *num.* 5. *& consil.* 253. *num.* 3. Peregr. *consil.* 69. *num.* 7. *lib.* 5. *vers. sed contra*, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 3. Cancer. *pariter d. cap.* 1. *de substit. p.* 1. *fol.* 122. Rot. *coram san. mem. Gregor. X V. decis.* 207. *num.* 1. Nullaque alia verba visum fuit adesse quæ ex eiusdē diponentis mente tractum temporis successiuum habeant, quo casu etiam si vocatio facta fuisset per nomen

7 collectiuum, † & filij non essent nati tempore conditi testamenti, adhuc intelliguntur vocati per salā vulgarem non autem fideicommissariam ex congestis per Cancer. *ibid. num.* 122. Rota coram Cardinal. Caual. *d. decis.* 496. *num.* 4. *&* 5. *& decis.* 357. *num.* 2. 3. *&* 4. *part.* 1. *recent.*

Nec fideicommissum huiusmodi desumi potest ex subsequenti substitutione reciproca ordinata inter filios filiorum: quia debet intelligi

8 facta in casu quo supra fuerunt substituti, † & sic in casu mere vulgaris, si filij nempe noluissent, vel non potuissent adire, non autem in casu quo Parentes & filij testatoris hæreditatem adiuissent, prout adiuerunt, vt tradunt Cuman. *consil.* 119. *num.* 1. *versic. verius tamen arbitror.* Alex. *cons.* 24. *n.* 5. *vers. modo redeundi, cum seq. lib.* 3. Dec. *d. cons.* 205. *num.* 8. Ruin. *cons.* 96. *num.* 8. *lib.* 2. Petr. August. *cons.* 72. *num.* 3. *ad med. & seq. lib.* 6. Decian. *cons.* 26. *num.* 39. *versic. primò, quia lib.* 2. Peregr. *cons.* 29. *num.* 12. *lib.* 2. Osasc. *cons.* 74. *num.* 35. *lib.* 1.

Minus est facienda vis quod testator habuerit rationem conseruandi agnationem, ex quo propterea desumi debet argumentum illum ad omnes respexisse, & sic inter eosdem voluisse induce-

9 re fideicommissum: præter quod enim † in istis terminis rationem prædictam non deseruire firmat Osasc. *dict. cons.* 74. *num.* 43. *in fin. versic. minus obstat, & seq.* Peregr. *d. cons.* 29. *n.* 15. 16. *&* 20. fuit etiam pro responsione animaduersum, quòd ratio conseruandæ agnationis depre-

10 henditur restricta ad casum delicti, † & ideò non operatur, vt extra eum casum inducatur fideicommiss. nec præcedentem dispositionem illius exclusiuam restringit, vt pluries dixit Rota & signanter *in decis.* 368. *num.* 7. *&* 8. *part.* 5. *recen. in Romana Census* 12. *Iunij* 1651. §. *fin. coram Eminentiss. D. Cardin Ottobono, in eadem* 11. *Martij* 1652. §. *vlt.* 14. *Februarij* 1653. §. *non obstat, in fin. &* 30. *Ianuarij* 1654. §. *ratio autem coram R. P. D. meo Cerro*: præsertim quia non continet nouas personas, sed est restricta ad specificatas in institutione & substitutione, quo

casu indubitanter † non extenditur fideicommis- 11
sum vltra illos ex plene deductis *in Romana fideicommissi de Ceronis* 28. *Ianuarij*, *&* 12. *Iunij* 1651. *coram eodem R. P. D. meo Cerro.*

Non obstat clausula *Codicillaris* apposita in testamento Francisci per quam vulgaris substitutio ad fideicommissariam trahitur; quia dicta clausula solummodo confirmat voluntatem testatoris, non autem alterat, nec extendit prout extenderet in proposito casu, si filij Iuliani inuitati

per vulgarem † præsentis admitterentur etiam 12
per fideicommiss. contra intentionem dicti fideicommittentis qui noluit dd. filiis aliquid relinquere: Dec. *in alleg. cons.* 205. *n.* 9. *& cons.* 286. *&* 290. *vbique, num.* 3. Surd. *cons.* 211. *num.* 20. Fusar. *de substitut. quæst.* 382. *num. final.* Cyriac. *in dicta controu.* 522. *num.* 93. *in fin.* Gratian. *discept.* 536. *num.* 43. Rota *decis.* 357. *num.* 9. 10. *&* 11. *& decis.* 519. *num.* 6. *part.* 1. *& decis.* 97. *num.* 14. *part.* 4. *recent.*

Vltimò non obstat, quod Iulianus in eius testamento confirmauerit & approbauerit in omnibus, & per omnia paternum fideicommissum,

quia confirmatio non est † apta ampliare dispo- 13
sitionem confirmatam, sed quod iam tributum est roborare & ad eius limites restringitur: *l. Aurelius* 29. §. *testam. ff. de liberat. legat.* Bald. *in l. aduersus* 3. *in fin. C. si aduer. rem iudic.* Rota coram Comitol. *decis.* 136. *n.* 14. apud Buratt. *decis.* 170. *num.* 15. *&* 16. *& in rec. decis.* 597. *n.* 2. *p.* 3. *& decis.* 177. *num.* 53. *part.* 5.

Ex quibus DD. concluserunt constare de fideicommisso Iuliani non autem Francisci informante Comite Hieronymo Plancianis sæpius citatis, &c.

DECISIO CXVIII.

R. P. D. Priolo.

Beneuentana Saluiani.

Luna 20. *Maij* 1655.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum competit ex iniustitia causante læsionem.*
2 *Reintegratio competit spoliato.*
3 *Saluianum non datur sine hypotheca.*
4 *Hypotheca contracta ab emptore resoluta emptione extinguitur.*
5 *Iure datoris resoluto, ius quoque acceptoris resoluitur.*
6 *Euictio amplissime promissa debetur, etiamsi molestia non essent iusta.*
7 *Fructus census extincti propter euictionem fundi debentur ratione damnorum, & interesse.*
8 *Venditione resoluta perinde est, ac si retrofacta non fuisset.*
9 *Spoliatus non tenetur respondere in petitorio ante sibi factam possessionis restitutionem.*

CEnsuerunt DD. constare de causis restitutionis in integrum, & Paulo dandam esse reintegrationem. Quia sententiæ concedentes immissionem Cosmo super Massaria controuersa ad effectum sibi satisfaciendi de fructibus census super ea impositi à Vito Colle, manifestam continent iniustitiam, qua stante locus est in in-
1 tegrum restitutioni † ob læsionem ex ea resultantem, vt dicit Roat. coram Card. Seraph. *decis.*251.*num.*2. coram Burat. *decis.*452. *num.*7. *& decis.*604.*n.*17. *ac in recent. decis.*50. *num.*1.
2 *part.*7. & integr. competit spoliato docenti † de sua possessione ex petitione eiusdem immissionis, iuxta *decis.* Caputaq.186.*part.*3.san.mem.Gregor. *decis.*43. *num.*2. *decis.*105. *num.* 5. *& decis.*336.*num.*2.*& seq.* Duran.*decis.*113. *num.*5. ac sæpe in aliis.

Iniustitia resultat, quia immissio fuit concessa post extinctam hypothecam super fundo cen-
3 suali à Vito contractam, sine qua † non datur Saluianum ex adductis per Pacif.de Salu.*insp.*1. *cap.* 5. *num.* 75. Rota coram Burat. *decis.* 252. *num.*14.*decis.*286.*num.*13.*& decis.*774.*num.*7. siquidem constat quod annis 1593. & 1594. Massaria fuit euicta per Iulium, & constantiam Colle, & Camillam Gyptiam ex causa necessaria habente originem ante obligationem.

Quapropter resoluta remansit hypotheca in-
4 termedia per Vitum emptorem † super ea contracta, iuxta Gloss. *in l.Bouem,* §. *pignus, ff. de edilit.edict.* Bartol. *in l.*2.*num.*43. *C.de rescind. vend.* Negusant.*de pignor.part.*5.*membr.*1.*n.*43. Card.Mantica *de tacit.lib.*1.*tit.*31.*n.*68. *& seq.* Dalim. *tit.*9.*quæst.*42.*sub num.*16.*versic.non obstat, cum seq. & decis.*286.*n.*10. *& seq.* Ciriac. *contr.*55.*num.*17.*&* 18.*& contr.*425. *num.*73. Merlin. *de pignor.lib.*5. *quæst.*13.*n.*1. *cum plur. seq.* Rota coram san. mem. Gregor. *decis.*227. *num.*9.*vers.tertiò,& seq.*

Sicque census remansit extinctus per re-
5 solutionem iuris impositoris † hypothecantis ad text.*in l.lex vectigal. ff. de pignor. l.si res ff. quibus mod.pign.vel hypoth.l.si.ex duobus* §.*sed & marcellus, ff.de in diem adiect.* Cenc. *de cens. q.*116.*num.*1. *& seq.*Rota *apud eum decis.*548. *&* 549. *vtrobique n.*2.*& coram bon.mem. Merlino decis.*639.*num.*1.*ac decis.*748.*num.*2.

Nec dubitari posse visum fuit de iustitia euictionis dum Vitus pretium rehabuit, illudque acceptauit postquam venditoribus fuerunt intimatæ molestiæ *d. sum. num.*2. *&* 3. præsertim cum pactum fuerit conceptum in casu molestiarum quomodocumque, & qualitercumque
6 † *eod. sum. n.*1. quod non exigit illas esse iustas ex tradit. per Couar. *var.resol.lib.*3.*cap.*17.*n.*7. Osasc. *decis.* 48. *sub num.*8. Mangil. *de euict. q.*180. *num.*14. *& seq.* Rota *decis.*18. *num.*22. *part.*4.*tom.*2. *rec.*

Non obstat quod impositor teneatur nihilo-
7 minus ad fructus dicti census † loco damnorum, & interesse, vt fuit dictum *in Romana census* 10.*Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro & in Romana saluiani* 20. *Maij* 1651.*coram R.P.D. meo Verospio.*

Quia non inde sequitur quod Cosmus agere
8 potuerit ex remedio Saluiani † super dicta Massaria quæ transiuit ad euincentem libera ab omni onere hypothecæ per dictum Vitum impositæ perinde ac si illam nunquam possedisset ad text. *in l.si hominem, ff. de vsucap.* Tabien.d. Monte *de empt. & vend.q.*8. *principaliter n.*3. *Franc.decis.*64.*num.*11.*& seq.* Ciriac.*d.controu.* 55.*n.*32. *cum seq.* Rot. *decis.*92.*num.*6. *& seq. part.*7.*recent.*

Nec subsistit quod Paulus habeat causam à dicto Vito impositore, quia contrarium conuincitur ex instrumento acquisitionis ab eo factæ, ex quo apparet illum habere causam à Mascambruno, vti hærede Fœlicianæ sororis *d. Summ.num.*6.

Demum non releuat, quòd Paulus receperit scuta 150.à Galletia, idcoque censeatur elegisse actionem contra eum.

Quia huiusmodi exceptio tanquam de non iure agentis non potest opponi † ad retardan- 9
dam spoliato restitutionem, iuxta text. *in cap. in litteris,de restit.spol.*Bellamer. *decis.*36.*sub n.*1. *vers.circa hoc,*Gabr.*de restit.spol.concl.*1.*n.*144. sed ad petitorium est reiicienda: Rot.*decis.*365. *num.*10. *part.* 1. *recent.* coram san. mem. Greg. *decis.*105. *num.*26. & coram bon. mem. Buratt. *decis.*731.*num.*6.

Et ita vtraque,&c.

DECISIO CXIX.

R.P.D. BEVILAQVA.

Romana Domus.

Lunæ 31. *Maij* 1655.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nulliter contrahit sine solemnitatibus à statuto requisitis, & n.*2.
*Ex statuto in contractu adhibere tenetur proximiores ne decipiatur,n.*6.
*Impugnans contractum ob non interuentum proximiorum quid probare debeat, n.*7.
3 *Citatione de forma non adhibita, actus corruit & n.*4.*&* 5.
*Proximiorum indicat illorum existentiam, & facultatem interessendi,n.*8.
9 *Causa vtilis, aut necessaria in contractu mulieris prohibita à statuto contrahere requiritur: si falsa est corruit, contractus, num.*10.
*In parte falsa in totum vitiat contractum num.*12.
11 *Vxor non tenetur pro viro.*
13 *Pecunia si stare debet pro fundo dotali necessario est inuestienda.*
14 *Venditio damnosa mulieri non est permittenda.*
15 *Contractus nullus ex obseruantia non sustinetur non concurrente scientia nullitatis.*

EX capite nullitatis,& ex defectu causæ visum fuit DD. non sustineri venditionem domus à Clerio pretio scut.4200. Balduccio factam pro persona ab ipso nominanda. Inualiditas deducitur, quia Cleria contraxit non adhibitis solemnitatibus statuti Vrbis *lib.*1. *cap.*151. quo cautum est mulieres non posse se obligare, nec aliquem contractum, nec distractum facere sine solemnitatibus ab eo requisitis, quo casu absque difficultate † contractus extitit nullus ex disposi- 1
tione statuti: Bart. *in l. si quis pro eo* 58. *sub num.*11.*vers.si verò prohibitio, ff. de fideiuss. & in l.*2. *in fine, C. ne fideiussores dent*, Menoch. *cons.*819. *num.*4. Acta coram Burat. *decis.*410. *num.*1.

*num.*1. *& 2. decis.*924. *num.*1. *& in recent. decis.*594.*num.*32.*&* 33. *part.*5.

Non fuisse adhibitas necessarias solemnitates patet ex eo, quia instrumentum venditionis celebratum fuit cum interuentu solummodo Octauij, & tamen vltra illum Cleria duos alios consanguineos habebat, quorum alter erat saltem
2 adhibēdus † cum ex forma statuti interuen. duorum concurrere debeat, & ea non seruata dicatur ipso iure inducta nullitas contractus, vt tradunt Gabr. *cons.*1. *num.6. vers. necessitat.* Picard. *ad d.Statut.Gloss.*17.*num.*1. Fenzon. *ibid. num.*13. Verall. *decis.* 205. *in princip. part.* 3. Borgin. *decis.*20.*num.*33.34.*&* 62.*part.*3. Rot. *in recent.decis.*203.*num.*1.*& decis.*370.*num.*12. *part.* 4. *tom.*2. *& in Romana successionis de Comitibus* 23.*Iunij* 1642. §.*defectus, coram R. D. meo Decano.*

Nec fuit satisfactum statuto per deputationem curatoris factam loco alterius coniuncti ad interessendum citationi, & non comparentis, siquidem in citatione expresè continetur, quod contractus erat stipulandus coram Reuerendissimo Bichio: Tunc A. C. locumtenente, & in eius propriis ædibus, & nihilominus legitur posteà confectus coram diuerso Iudice, & in alio loco, quam expresso in citatione, nempe domi ipsius Cleriæ venditricis: quapropter deputatio curatoris, & contractus ipse nullus, & inefficax remansit.

3 Citato enim tali casu † debebat esse præcisa respectu Iudicis, loci, & temporis, vti de forma substantiali dante modum adhibendi solemnitates consanguineorum, adeò vt illa non adimpleta contractus censeatur sine citatione celebratus, & proinde non valeat sustineri: Alex.*consil.*50. *num.*5.*lib.*5.Felin.*in cap. consuluit num.* 3. *ff.de offic.delegat.& in c.*1.*num.*22. *de iudic.* Picard. *ad d.statut.gloss.*11.*n.*2.*& seq.*Osasc.*d.Ped.*165. *num.*16. *&* 17. & in puncto aliis allegatis dixit Rota *in dict. decis.*203. *vers.*11. *& seq.part.*4. *tom.*2.*rec.*

Quæ quidem forma attendi debet, non obstante quod possit stipulari contractus coram diuerso Iudice ab illo, coram quo fuit executa citatio, ac pariter in loco non intimato; quia id procedit retentis iisdem terminis, vt scilicet postquam electus fuit Index, & locus, si velit recedi huiusmodi voluntatis mutatio est consanguineis
4 interueniendis notificanda, † ad hoc vt sciant ad quem locum debeant accedere, ad text. *in cap.fin.de rescript.* Alex.*consil.*71. *num.*5. *lib.*7. Roland.à Valle *cons.*94. *num.*26. *&* 27. *lib.* 2. Pic. *ad stat. gloss.*19. *num.*25. Marant. *in prax. tit.de citat.num.*64.& ibi Add.aliàs *num.*11.tali casu non declaretur; & iterum notificetur lo-
5 cus in quo iudex reperiatur, † & velit confici instrumentum non dicerentur moniti consanguinei ad comparendum: *l.aut qui alit.*5. *&* §.1. *ff. quod vi aut clam:* Ruin.*in cons.*150. *num.*5. *& 6.& 7.lib.*5.Roland.*in dict.cons.*94.*num.*26. & de facili eliderettur mens statuentium, & di-
6 spositio statuti præsentiam proximiorum † requirentis pro indemnitate mulieris, ne detrimentum patiatur: Contar. *decis.*46.*n.*9. Buratt. *decis.*724.*num.*12.

Hincque etiam cessat, quod dicebatur non fuisse à Cleria contractum impugnante proba-
7 tum, † quod haberet consanguineos, tempore celebrationis contractus habiles, ad præstandum consensum, & qui vlteriùs commodè interueni-re potuissent prout necessum, etiam ait Alex. ad Bart.*in l.si tertius in princ.ff.de aqua plu.arcend.* Grat.*decis.Marchiæ* 9.*num.*7. *& dec.*38.*num.*2. Gregor.*decis.*459.*num,*10.*&* 161.Add.*num.*12. quia satisfacit eadem responsio superius data, quod dum electa fuit via citandi, proximiores inserendi † citationem illis transmissam in in- 8
strumento vtique ex huiusmodi citatione remanet probata existentia proximiorum, & habilitas ad interessendum, & cessat omnis alia præsumptio, quæ stat pro Iudice, eo ipso quòd inefficax, & minus legitima detegitur dicta citatio, vt in puncto huic obiecto occurritur *in citata decis.*203.*num.*19.*part.*4.*tom.*2.*rec.& in Romana successionis de Comitibus* §.1. *& seq. coram R. D.meo Decano.*

Ex defectu causæ, & hæc est alia resolutionis ratio; dictum fuit alienationem corruere, quia statutum *in dicto Capitulo* 151. copulatiuè requirit solemnitates, & causam, † quæ Iudici in 9
scriptis exprimatur, insinuetur, & plenè discutiatur: Rot.*apud Buratt.decis.*410. *sub num.6. &* 924.*n.*11.*coram bon.me.Merlino, decis.*540. *num.*1.*& in decis.*370.*num.*13. *& seqq. part.*4. *tom.*2. *& decis.* 594. *num.*34. *& seqq. part.* 1. *recent.*

Causa autem, quæ hic fuit Iudici narrata, & in instrumento expressa, ea est, quod Cleria remanebat debitrix residui dotis viro promissæ; ad effectum igitur illud soluendi, domum de qua agitur, vendebat, & tamen ex lectura apochæ matrimonialis, de qua *in Sum.* 4. depræhenditur dotem non esse liberè soluendam, sed reinuestiendam in tot locis montium, censibus, vel stabilibus, quæ stare debent pro fundo dotali: quod si fuisset Iudici specificatum, absque dubio licentiam vendendi non dedisset †; & sic 10
liquet ex iis causam soluendæ dotis fuisse omninò falsam, quæ propterea reddit alienationem, & Iudicis decretum, desuper interpositum, ipso iure nullum: *l.magis puto,* §.*æs alienum, ff.de reb. cor.l.*1.§.*hac verba, ff.ne ius fiat ei:* Rot.*coram bon.mem.Merlino d. decis.*540. *num.*3. *&* 575. *num.*1.*in eadem decis.*594. *num.* 43. *part.*5. & post Pacific.de Saluian. *decis.*56.*sub num.*11. *in Romana domunculorum* 26.*Iunij* 1648. §.*instit. & tribus sequentib. coram Reuerendissimo D.meo Decan, & in Romana locorum montium* 19. *Iunij* 1651. *falsitas autem coram R. P. D. meo Meltio.*

Quatenus verò subiungitur in dicto venditionis instrumento Cleriapro posuisse soluere scuta 3000. quibus vir vti posset pro soluendis debitis, & ex pignorandis nonnullis bonis, nec minus causa iusta fuit sufficiens, vt domus venderetur, quia præterquam ad ipsam huiusmodi expignoratio non pertinebat, cum vxor † non 11
teneatur pro marito: Socin.*in cons.*31.*num.*19. *lib.*1.Grat. *discept.forens.cap.*669. *per tot.* Rota *decis.*123.*num.*15.*part.*2.*diuers.* satis eo responsum fuit causam fuisse falsam, † saltem quoad 12
primam expressionem soluendæ dotis, vt in totum obligatio mulieris reddatur nulla, propter decreti Iudicis indiuiduitatem: Bald. *in l. si non autem,* §. *si censum, in princip. de cond. indebit.* Rota *in dict.decis.*540. *num.*15.*&* 575. *eodem num.coram Merlino.*

Non subsistit, quod scuta 10000. ex causa d. dotis soluendæ, post obitum Dominici Cleriæ patris in pecunia numerata, seu bonis stabilibus, vel censibus, non essent reinuestiend. quan-

quam

quam contrarium legitur *in dicta apocha, seu capitulis matrimonialibus*, ibi: *Quali scut. 10000. da pagarsi pro parte di ditta settimia doppo la morte ditto Dominico, &c. quali sian similmente pro partita rata fondo dotale, &c.* Si enim ex inita conuentione hæc pecuniarum
13 quantitas † stare debebat pro fundo dotali ex necessario antecedenti erat reinuestienda, ex traditis per Grat. *in dist. 435. num. 25. & trib. seqq.* Rot. *coram Card. Caual. decis. 37. per tot. & in rec. decis. 287. part. . . . per tot. & 297. à num. 3. vsque ad 7. part. 3.*

Nec refert, quod in causa pretij domus venditæ, emptor accollauerit in se censum sortis principalis scutorum 1200. quia non inde deueniendum erat ad alienationem domus valde maioris æstimationis, ex cuius pensionibus fructus dicti census plusquam commodè venditrix sol-
14 uere poterat: Idcirco vti damnosa talis † venditio non erat permissa: Grat. *in mox citato cap. 435. num. 29. & seqq.*

Denique non obstat ratificatio dictæ alienationis deducta ex petitione pretij, tum quia huiusmodi petitio non suffragatur, cum ex prædictis
15 constet de contractus, & obligationis † nullitate, & sic de veritate principij infecti, vt fuit dictum *in allegata decis. 540. num. 18. Merlin.* Tum quia nullibi constat instantiam fuisse factam per ipsam Cleriam, vel procuratorem legitimum, qui haberet certam nullitatis scientiam; prout opus est ad approbationem inducendam, vt dixit Rota *in sæpe citata decis. 540. sub dict. num. 18. & 575. num. 10. & seq. coram Merlin.* Burat. *in ead. decis. 410. num. 10. & 11.* & ibi Add. *n. 15. & in d. Romana domuncularum 26. Iunij 1648. §. fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

DECISIO CXX.

R. P. D. ZARATE.

Romana dotis de Lancellottis.

Lunæ 14. Iunij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Dos detrahitur de fideicommisso contra expressam prohibitionem testatoris.*
Declara, vt n. 2.
3 *Bona libera adesse fideicommissarius probare tenetur*
Intricata non impediunt regressum ad fideicommissaria, n. 4.
5 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*
6 *Sententia vulnerat obligationem Cameralem.*
Fallit, vt num. 7.
8 *Attentatum non purgatur per subsequentem remissionem.*
9 *Dotis excessiuitas est probanda à fideicommissario.*
10 *Scriptura producta contra producentem probat.*
11 *Dote in constituenda attenditur consuetudo.*
Etiam familiæ, n. 12.
13 *Dotes quotidie augentur.*
Ex diuersitate circumstantiarum diuersæ constituuntur, n. 14.
15 *Fratres non tenentur ad dotes erga sorores, nisi in subsidium.*
16 *Cautela nocere non debet, & n. 17.*

NVpsit mense Ianuario 1631. Marchionissa Claudia Torres, Marchioni Scipioni Lancellotto: Causa dotis in solidum bon. mem. Cardinalis Torres, Marchio Gaspar Ludouicus, & R.P.D. Ioannes de Torres polliciti fuerunt scuta 14000. monetæ intra duodecim annos à die sponsalium persoluenda, & interim fructus ad rationem quinque pro centenario, cum obligatione omnium bonorum; & peculiariter hypothecarunt Palatium in Platea Agonis, singuláque bona stabilia, & iura in Vrbe, vel statu Ecclesiastico vigore cuiusuis fideicommissi, vel primogenituræ ad eosdem spectantia, & oppida Pizzoli, Cagnani, & Baretti in regno Neapolitano, aliáque bona stabilia, & iura eorumdem oppidorum, ac Territorij, & ad Primogenituram pertinentia, & promiserunt impetraturos derogationem Apostolicam, & assensum Regium, quemadmodum obtinuerunt.

Hinc pro sorte, & fructibus à R.P.D. Melch. A.C. locumtenente anno 1651. relaxato mandato, citato D. Marchione Ferdinando iuniore prædicti Gasparis filio, & hærede fideicommissario, à quo obtenta oris apertione aduersus derogationem Apostolicam à Sanctissimo, & deinde à dicto R. P. D. Melch. sententia absolutoria, causáque in hoc Sac. Rotæ Auditorio commissa, datóque dubio, an, & quæ actio, contra quos, & super quibus bonis competat: Domini censuerunt actionem executiuam competere contra D. Marchionem Ferdinandum iuniorem super bonis fideicommissi ascendentium sitis in vrbe.

Ratio resolutionis fuit, quia D. Marchionissæ Claudiæ descendenti pro consequutione suæ dotis benè competit actio contra bona fideicommissaria † Ferdinandi Torres proaui, ex disposi- 1
tione *Auth. res quæ, Cod. com. de leg.* Admodum consentanea patri, vel etiam aui voto, & congrua mulieris pudicitiæ, vt *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell.* ibi: *Dixi non posse dici in euersionem fideicommissi factum, & mulieri pudicitiæ, & patris voto congruebat:* Publicæque vtilitati proficua ad liberorum vbertatem propagandam, vt propterea iure optimo primaria sit habenda dotis causa, & anteponenda priuatis placitis hominum, qui adeò per ingeniosas legum ambages fideicommisso bona tueri, & quasi æternitati commendare studuerunt, vt *in dict. Auth. res quæ, in fin. Cod. com. de leg. & in Auth. restit. & ea quæ parit in 11. mens. §. sancimus:* Modern. Cremonen. *cons. 72. num. 7.* Rot. *coram Merlino decis. 657. num. 1. & 884. n. 4. & 5. in Romana donationis propter nuptias 27. Ianuarij 1646. §. subsistere coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Et profectò tanti ponderis est huiusmodi publica vtilitas, vt nihil facienda sit dispositio testatoris, vel etiam expressè alienationem prohibentis in casu dotis constituendæ, ex allegatis per Modern. Cremonen. *dict. cons. 72. à n. 29.* Peregr. *de fideic. art. 42. num. 6. & seq.* Modern. Vrbinaten. *de fratribus part. 3. cap. 33. num. 11.* Rota *coram Mantic. decis. 152. num. 2. in Romana dotis 23. Iunij 1645. §. Tum etiam quia, coram Eminentissimo*

Eminentissimo Ottobono in Anconitana Dotis 5.Iunij 1651. §.*non obstat.&* §.*seq.coram R.D. meo Decano.*

Nec suffragatur obiectum, quòd dispositioni
2 *d.Auth.res quæ*, tanquam subsidiariæ † locus sit duntaxat, bonis liberis non extantibus, vt per scribentes *in dicta Auth.res quæ, C.comm.de leg.* Rota *decis.*478.*num.*1.*part.*3.*recent. Æsina fideicommiss.* 28. *Iunij* 1652. *sub* §. *dotis tamen solutioni, coram me.* Quoniam existentiam bo-
3 norum liberorum † Ludouici Patris Marchionissæ Claudiæ, ex quibus ipsa filia dotari posset non docuit d.Marchio Ferdinandus Iunior,& tamen ipsi tanquam hæredi fideicommissario hoc probationis onus incumbit. Peregr.*de fideicommiss. d. art.*42.*num.* 23. Modern. Vrbinaten. *de fratribus loco supra citato, num.*16. Rota *decis.* 66.*num.*4. *part.*1. *recentior. & in Roman. hæreditatis* 14.*Decembris* 1646.§.*& licèt coram bon. mem. Arguelles.* Præsertim in dote iam constituta à Rota *in Bonon. fideicommissi de Rubeis* 15. *Ianuarij* 1620. *coram Vbaldo Seniore in Rom. Casalis Aguzzani* 27.*Iunij* 1640. §.*Detractio, coram Reuer. Tarraconen. in citata Æsina fideicom.sub d.*§.*dotis tamen,& in Fanen. bonorum* 4. *Decembris* 1654. §.*nec valet responsio, coram me.* Et probatio illa desumpta ex inuentariis Marchionis Ludouici Patris, & Cardinalis Torres, & Gasparis Patruorum redditur insufficiens, cum bona dd. Cardinalis & Ludouici consistant in mobilibus, & suppellectilibus, quæ absorpta fuerunt ab ære alieno. Bona verò Gasparis existunt penès D. Marchionem Ferdinandum Iuniorem eius hæredem, qui licet illa exhibere teneatur, nihilominus assignauit d.Marchionissæ Mariæ Serlupiæ eius matri in computum dotis suæ. Cúmque etiam ista, aliáque bona prædicta
4 sint implicata,† remedium *d. Authen.res quæ*, excludere minimè possunt: Rota penès Mantic. *decis.*152.*num.*5. coram Durano *decis.*145. *in fine, in dicta Romana Dotis* 23. *Iunij* 1645. §. *Demum coram Eminentissimo Ottobono*, cum aliis congestis in præcitata *Æsina fideicommissi*, §.*nec valet,coram me.*

Quapropter in dubium reuocari non potest, quin dd.Coniugibus hæc competat actio,& quidem executiua contra d. bona fideicommissaria Ferdinandi Proaui respiciendo instrumentum promissionis dotis, cum præcipua hypotheca
5 omnium bonorum sub obligatione † Camerali paratam executionem habente etiam contra successores in fideicommisso, dum vt in proposito bona fuerunt obligata: Rota coram Merlino *decis.*657.*num.*9. & post Zacch. *de obligat. Camer.*232. *num.* 17. cum aliis enumeratis *in Anconitana dotis* 10. *Decembris* 1653. *in princip. coram R.P.D.meo Verospio.*

Nec dicatur per sententiam R.P.D.Melchio-
6 nij viam executiuam vulneratam † fuisse: Rota *decis.*611.*n.*2. *coram Caual. in Vercellen. Aquarum* 10.*Martij* 1653.*sub* §.3.*quod stante coram me*;quia cum prædicta sententia emanauerit post
7 concessam, inpersessoriam † ab Eminentissimo Sign. Præfecto remansit nulla, & attentata: Vant. *de nullit.tit. de nullit. & defect. iur ord. num.*128. & 157. Marches. *de Commis. part.*1. *cap.*1 *num.*59. *fol. mihi* 9. Rota *in Perusina bonorum* 4. *Iunij* 1642. §. *nulla autem fuit coram R. P. D. meo Cerro*, & proindè huiusmodi vulnerationem inducere non potuit: Rota *dec.*302. *num.*6.*part.*6.*recent.*post Zacch. *de obligat. Camer.decis.*4. *num.*8. *& decis.*95. *num.*2. Et nullitas, & attentatum, † non fuerunt sublata per 8
remissionem causæ ad eundem R. P. D. Melch. subsequens enim remissio præteritum attentati vitium non abrogat: Lancellot.*de attentat. p.*2. *cap.* 20. *limit.* 3. *num.*26.

Cæterum non excessiuæ dotis probatio in casu, de quo res agitur distrahendæ dotis à fideicommisso spectat † ad Marchionissam Claud. 9
Rota *in d.Romana hæreditatis* 14.*Decem.*1646. §.*Et licèt, versic.qualitas autem illa, coram bon. mem. Arguelles*, benè elicitur. Primò ex dicti Proaui fideicommittentis patrimonio in scutor. 12000. quemadmodum in narratiua Ferdinandi Patrui Marchionis Iunioris, dum pro imponendo censu fideicommissi derogationem obtinuit, & hodie per eundem D. Marchionem iuniorem productam,† vt proinde,contra ipsum 10
producentem quoad dictam summam indubitatam probationem constituat: Cyriac.*contr.*178. *num.*49.*tom.*1. Modern. Perus.*de manut.obseru.* 97. *n.*38. *vers.aliàs nunquam:* Rota *decis.*219. *num.*6.*part.*4.*recent.*

Deinde ex Regionis consuetudine. Etenim in more propositum est in Vrbe similes dotes constitui inter nobiles, † in quorum numerum me- 11
ritò adscribi possunt dd. Marchionissa Claudia Torres, & Marchio Scipio Lancellotus Coniuges: quæ consuetudo, nonobstante constitutione fel. rec. Sixti V. quoad præscriptam dotem in scutis 500. cui passim derogatur, bene ostenditur in pluribus sacræ Rotæ resolutionibus, vt *in decis.*433.*in fin. coram Mellino:* vbi pro puella familiæ de Cinciis fuit reputata congrua dos scut.12000. *in decis.*63.*coram san.me. Gregor.X V.*in prædicta quantitate scut.12000. assignata fuit puellæ familiæ de maximis, *& in decis.Romana dotis* 29.*Ianuar.*1652.*confirmata* 10.*Martij* 1653. *coram R. P. D meo Verospio*, dictum fuit, dotem alteri puellæ de maximis taxatam in scut.13000. esse congruam,& non excessiuam, & tandem *in decis.*49.*num.*2. *part.*6. *recent.* similis dos scut. 14000. tanquam solita in Vrbe data fuit in familia Paluzia.

Tertiò, ex consuetudine earumdem familiarum de Torres,& de Lancellottis, quia Marchio Gaspar Marchionis Ferdinandi iunioris Pater Marchionissam Mariam Serlupiam in vxorem duxit cum dote scut. 35000. Marchio verò Tiberius Pater Marchionis Scipionis hodie in causa contraxit matrimoniũ cum D.Laura Marsciana habita dote scut. 14000. Ex huiusmodi enim consuetudine † comprobatur,con- 12
gruam esse dotem istam: Mordern. Cremonen. *cons.*29.*num.*115.*vers.cæterum.* Rot. *decis.*249. *num.*17.*& decis.*293.*sub num.*1.*coram Merlino in Auximana dotium* 24.*Ianuarij* 1653.§.*eòque magis, coram R.P.D.meo Albergato, in Romana bonorum, seu vsusfructus* 5.*Martij eiusdem anni*, §. *Inspecta insuper, &c. coram me.* Maximè cum dotes † in dies potiùs augeantur, quàm di- 13
minuantur: Grat. *decis. Marcb.decis.*19. *n.*37. *in fin.* Rota *in mox allegatis decisionib.*Modern. *Vrbinaten.de fratribus,part.*3.*cap.*3.*num.*19.vbi reddit rationem; quia humani generis, & præcipuè mulierum luxus in dies incrementum sumit ab eodem tempore, quod eò longius procedit, ille se latiùs protendit.

Nihil releuante, quod D. Laura soror dictæ Marchionissæ Claudiæ data fuerit in matrimonium cum dote scut. 5000. Id enim euenit, quia

quia ipsa admodum iuuenis, nobilis, venustissima, tradita fuit viro septuagenario extra Vrbem commoranti, & hac dote contento; Marchionissa verò Claudia data fuit Viro iuueni, nobili, ditissimo, & in Vrbe, quapropter nil mirum si ex
14 diuersitate circumstantiarum † diuersæ quoque dotes constituantur, satisque est eumdem sortiri effectum, quod omnes sint æqualiter benè nuptæ, attenta consuetudine Regionum, & Familiarum, & qualitate Virorum, vt egregiè in his terminis, quòd non attendatur diuersitas dotis datæ alteri sorori: Dec. *cons. 26. n. 4. post med. vers. non obstat, quòd aliis filiabus vsque ad finem numeri*, & latè prosequitur Ruin. *cons. 56. n. 16. cum seq. lib. 3*. Rota coram san. mem. Greg. XV. *decis. 63. num. 23. & in dicta Romana Casalis Aguzzani 27. Iunij 1640. §. minus obstat, quod alteri sorori coram Reuered. Tarraconen.*

Nec considerabilis fuit visa obiectio, quod executioni contra Marchionem Ferdinandum locus
15 factus non sit, dum extant fratres † coobligati; contra quos hæc executio priùs esset dirigenda, quia isti fratres tanquam transuersales dumtaxat in subsidium tenentur, & fideicommissario nomine promisisse censentur: Faber *in suo C. lib. 5. tit. 6. defin. 3.* Gomez. *ad ll. Taur. 40. num. 75.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 2. cap. 15. num. 68.* Rota *in Meleuit. Pecuniaria 10. Februarij 1653. §. neque habita, & 6. Martij 1654. §. pariter coram R. P. D. meo Meltio.* Præterquam quod ex eiusdemmet D. Marchionis Ferdinandi confessione elicitur prædictos fratres non possidere bona vllius valoris, vt super eis fieri possit executio.

Exceptiones verò nullitatis, & subreptionis contra Breue derogatorium fideicommissi ad retardandam dotis detractionem adductæ non fuerunt habitæ in consideratione, quia cum de iure dos non extantibus bonis liberis capi possit ex bonis fideicommissariis ascendentium absque alia deregatione ex supradictis, eàque petita fuerit ad cautelam nullitatis, aut subreptionis,
16 vitium non est considerabile, † ne aliàs sint detrimenti ea, quæ ad solam cautelam parata sunt: *l. testamentum, C. de testam. l. solent, ff. de reg. iur.* Rot. *in Anconitana Pecuniaria 15. Maij 1654. §. iniustitia in fin. coram me.*

Minúsque vrgeret responsio, quòd vitium nullitatis, vel subreptionis considerabile sit ex eo, quòd Breue, licèt non necessarium, cùm fuerit ex communi consensu impetratum redditur quodammodò necessarium, quia cum ad eandem
17 cautelam † fuerit obtentum, inferri minimè potest huiusmodi necessitas. Rota *in Ferrarien. Pensionis 2. Martij 1646. §. sicut pariter coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita vtraque parte audita, &c.

DECISIO CXXI.

R. P. D. ZARATE.

Bonon. hæreditatis de Pepulis.

Veneris 18. Iunij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus in testamento non abolito, immittitur in possessionem.*
2 *Appellatio suspendit effectum sententiæ.*
3 *Exceptio spurietatis illiquida impedit immissionem.*
4 *Infans nonnisi cum tutore legitime citatur.*
5 *Infantem citandi practica.*
6 *Tutor non datur matre non citata.*
7 *Testes verisimiliora deponentes præferuntur.*
Debent precisè deponere circa tempus, quando agitur de reprobando alios testes, num. 8.
9 *Affinitas oritur ex copula cum muliere.*
10 *Mulier prius cognita, tardius, quam altera concipere solet.*
11 *Testis vnicus de auditu non probat.*
Vilis, ac pauperrimus nihil probat, n. 12.
Singularis non facit fidem, n. 13.
Qui ex sua depositione commodum attendit, non probat, n. 15.
14 *Probatio concludens requiritur in iis, quæ sapiunt delictum, & tendunt ad pœnam.*
16 *Copula carnalis probatur ex assertione partium in earum odium.*
17 *Possibilitas in contrarium excludit concludentem probationem.*
18 *Filiatio non præsumitur quando assertus pater non curat assertum filium educari.*
19 *Masculus à patre plus diligitur, quam fœmina.*
20 *Talis vnusquisque præsumitur; quales sunt illi, cum quibus conuersatur.*

COmmissa fuit hæc causa R. P. D. meo Peutingerio, apud quem pluries proposita, sed nondum decisa, tandem coram me in eius locum propter ipsius aduersam valetudinem suffecto fuit resolutum dd. Antoniæ & Margaritæ sororibus de Pepulis dandam esse immissionem, quæ quidem dd. sororibus competere visa fuit; quia cum fuissent à Comite Alexandro Maria eorum patre hæredes vniuersales institutæ in vltimo testamento, † quod exhibetur non abolitum, nec cancellatum vtique illis suffragatur 1
huiusmodi institutio, vt in possessionem bonorum hæreditatis immitti debeant, iuxta *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Rota *coram Mant. decis. 295. num. 1. part. 5. decis. 524. etiam num. 1. part. 4. tom. 3. & dec. 408. pariter num. 1. part. 5. recent.* Et passim in aliis, adeout prædictam immissionem impedire non valeant sententiæ in præcedentibus instantiis prolatæ super petitorio: Nam cum adhuc pendeat iudicium appellationis † ab eis interpositæ, cuius vigore suspen- 2
sus fuit earum effectus: *l. 1. §. final. ff. ad Senat. Consult. Turpill. l. furt 6. §. 1. ff. de his qui not. infam.* Rota *decis. 1309. num. 7. coram Penia in Romana legati 29. Ianuarij 1652. in fine coram me:* non possunt intereà impedire immissionem, vt benè probat Menoch. *de retinen. possess. remed. 3. sub num. 849. versic. secundus est casus, cum seqq.* Marescot. *variar. resol. lib. 1. cap. 36. n. 2. & 3. cum seqq. & sub num. 16. versic. secus si sententia, & seqq.* Rota *decis. 55. n. 16. vers. præsertim cum seqq. coram Penia.*

Nec magis nocere debet exceptio spurietatis à Comite Roderico dd. Antoniæ & Margaritæ obiecta, cum ex depositionibus testium non fuerit legitimè probata, vel saltim ex contrariis probationibus illiquida † remanserit: 3
quo casu retardare non debet immissio hæredis scripti, vt per text. *in l. 2. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*

tollen. Bero. cons. 57. sub num. 6. vers. & si dicatur, cum seqq. per tot. lib. 2. Argel. de leg. contrad. quæst. 2. art. 2. num. 56. & 57. & de acq. possess. quæst. 3. num. 511. & 545. Modern. Auenionen. quæst. ciuil. cap. 53. num. 4. & 5. Bart. decis. 46. num. 28. vers. non obstant exceptiones cum seqq. Rota in Bononien. de Pepulis coram Oradino, relata per Contard. ad l. vnicam, limit. 12. num. 19. versic. & hæc limita, cum seqq. C. si de moment. possess. decis. 387 num. 4. vers. nec obstat cum seqq. part. 1. decis. 524. num. 7. versic. attamen certum est, part. 4. tom. 2. recent. & in Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis 12. Maij 1645. in §. fin. coram Reuerendissimo Terracinen.

Testes namque deponentes Dominicam sororem Dianæ matris puellarum prius cognitam fuisse per Comitem Alexand. earum patrem nulliter constat examinatos fuisse, cùm examen
4 processerit contra infantes, † curatore tantùm ad litem adhibito, dum cum tutore legitimo procedi debuisset, eóque citato: ad tradita per Afflict. decis. 262. num. 2. vers. secundò dicitur: Olasch. decis. 89. num. 1. cum seqq. Mastril. decis. 73. num. 1. & deputato prædicto curatore
5 non citata matre † vel auo materno, vt de stylo seruan. esse tradunt Neuizan. consil. 17. num. 29. Gail. obseru. 107. num. 7. versic. 2. casu: Scacc. lib. 1. cap. 50. num. 23. vers. & ita seruat de iudic. Quinimò dum mater extabat,
6 tutor alius dari non poterat nisi ea citata, † & audita etiam post quadrimestre pariter elapsum: ad tradita per Alexand. consil. 160. num. 4. & seq. Guttier. de tutel. part. 1. cap. 16. num. 22. vers. nihilominus: Surd. decis. 48. num. 11. vers. 2. respondetur.

Maximè, cum ex prædicto examine maximum præiudicium pupillis fuerit irrogatum ex omissione interrogatorij necessarij ad distinguendum prætensum concubitum, & iustificandam copulam, & conceptum ex quodam Ioanne Tubertino cubiculario Comitis Alexandri Mariæ, vt aliqui testes deposuerant, quos repetere neglexit curator ad causam datus.

Et quamuis alias validum esset examen; nihilominus nulla clara ex dd. depositionibus probatio desumi valet; quia prædicti testes plures patiuntur exceptiones, tam in personis, quàm in dictis; ac propterea inuerisimiles omninò redduntur, atque etiam eliduntur eorum depositiones ex aliis testibus pro iisdem Antonia, & Margarita inductis, qui tanquam honestiores, ac longe verisimiliora deponentes, ac pro exclusio-
7 ne impudicitiæ, atque delicti † sunt præferendæ: iuxta text. in cap. nostr. de testib. Farinac. cum ibi citat. de testib. quæst. 57. sub num. 36. & seqq. quæst. 65. sub num. 150. cum pluribus seqq. & n. 193. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 239. n. 2. decis. 552. n. 26. part. 5. tom. 2. recent. in Romana hæreditatis, de Gratian. 7. Februarij 1642. in §. minus obstat, quod probatio filiationis coram Reuerendiss. Tarraconen. & in Romana executionis laud. 14. Iunij 1647. §. non obstat, coram bon. mem. Arguelles.

Præterea iidem testes præcisè non excludunt Com. Alexandrum Mariam rem habuisse cum
8 Dominica sorore Dianæ † antequam ipse Comes istam cognouisset, itaut eo tempore præcedentis affinitatis eo pacto contractæ interfuisset impedimentum, vt necessarium esset: iuxta leg. cum actum 17. ff. de negot. gest. l. sed & si 7. §. Publicana tempus 14. ff. de pub. act. l. matrem 17. C. de probat. cap. super eo, de eo qui cognouit consanguin. vxor. suæ: Ruin. cons. 67. num. 5. versic. & est regula, vol. 1. Negusant. de pignor. part. 5. membr. 2. num. 44. vbi quod non sufficit qualibet temporis probatio, sed oportet, vt sit præcisa, & limitata ad illud tempus quod fuit in iudicium deductum: Rota penès san. mem. Gregor. XV. decis. 290. num. 5. & decis. 264. sub n. 47. vers. & præterea, part. 5. recent. siquidem in præsenti tres tantum testes sunt pro huiusmodi antecedenti copula probanda. Primus scilicet, tertius, & septimus à Domino Comite Roderico producuntur.

Primus est quædam mulier nuncupata Tadæa, quæ non aliud in substantia deponit, quàm actus honestati non consentaneos cum Dominic. præcedentes, atque illam peperisse priusquam Diana prægnans visa fuerit, † quæ sane non 9
conuincunt per necesse præcessisse, vt requiritur, copulam, atque cognitionem carnalem, ex qua orta fuerit affinitas cum Dominica: Gemin. consil. 33. num. 7. vers. tacuit, & Sacr. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 4. vbi Barbos. Cum mulier prius cognita tardius concipere ac parere, quam altera postea cognita possit, † & soleat 10
Ideoque nulla infertur concludens copula antecedentis probatio: Socin. Iun. cons. 86. sub n. 14. versic. quinimo, lib. 5. Nogueroll. alleg. 23. n. 90. & aliis relatis Rota coram Seraph. decis. 893. sub num. 13. versic. ex quibus apparet, cum seqq. Et nihil refragatur dictum istius mulieris circa assertum partum etiam ex alio, videlicet, quia est vnica † de auditu ab ipsa Dominica, & sine 11
conteste: Alex. cons. 20. num. 3. vers. & sic huc vsque, lib. 4. Rota decis. 830. num. 5. coram Penia. Præterquam quod huic fœminæ omnis fides abrogatur ex eo quia est simul vilis, † ac 12
pauperrima, vt deponunt testes à sororibus dati: Marc. Anton. var. resolut. lib. 1. resol. 28. num. 8. Barbos. in vot. decis. lib. 3. vot. 93. num. 11. Rota coram Seraphin. decis. 1330. n. 3. penès Peniam decis. 671. in fin.

Pari ratione nihili facienda est depositio tertij testis, cum & ipse deponat solummodo de actibus ab honestate alienis & copulam non concludentibus, idémque vilis sit & pauper, ac proinde militant eædem quæ de Tadæa altera teste exceptiones præpositæ sunt.

Quemadmodum, & depositio septimi testis nomine Iuliæ de Sanctis non est habenda in vlla consideratione; quia, & eadem vilis est & pauperrima, & deponit quidem Dominicam prius peperisse, sed de auditu ab ipsa Tadæa, in quo singularis † redditur: cap. causa, de probat. cap. 13
cum dilectus, de accusat. Nogueroll. dicta alleg. 23. num. 88. Rota in Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. §. Insuper coram bon. mem. Arguelles.

Potissimè verò nulla vis fieri potest in iis depositionibus, quia in causa grauissima, & vbi res agitur de probando crimine incestus † ad 14
declarandum statum personalem dd. sororum, eásque excludendum ab opulenta hæreditate paterna, & contra testamentum Patris plena, certa, concludens, quinimò & indubitata probatio desideratur: l. fin. Cod. de probat. Rota coram Seraph. decis. 1356. num. 1. & penès Penia

*decis.*581.*num.*2.*decis.*611.*sub num.*11.*& decis.*119.*num.*1.*& seqq.*

Insuper nullius sunt momenti assertiones Dominicæ à Testibus Comitis Roderici relatæ, quia cum Dominica propriam causam ac interesse ageret cum Diana sorore, contendens de prætenso matrimonio cum Comite Alexandro,
15 Maria contrahendo nihil probat† iuxta *l.nullus, ff.de testibus, C.odem tit. cap.*3. *de præs. cap. de illo, & cap.super eo,de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ:* Rota coram lan.mem.Gregor. XV. *decis.*42.*num.*2.& tales attestationes dum-
16 taxat ipsi † asserenti non autem aliis præiudicare possunt, ex latè congestis per Farinac. *de delict. carn. quæst.*136.*num.*51.

Nec aliqua sufficiens probatio huius prioris copulæ elici potest etiam si Dominica perperisset vt prætenditur gemellos in lecto eiusdem Comitis: quoniam exinde non remaneret probatum quòd isti essent filij Comitis Alexandri Mariæ, cum & alij eodem tempore rem habere potuerint cum dicta Dominica, vt habuisse deponunt testes Comitis Roderici: Et hæc so-
17 la possibilitas † requisitam concludentem probationem excludit: Socin.Iun. *cons.*36.*num.*36. *vers.dico,quod non agitur,l.b.*2. Peregr. *cons.*16. *num.*14.*lib.*5. Modern.Perus.*in suis cons.crimin. cons.*393. *num.*5. *vers.quamobrem cum possibile.* Imò in proposito casu extant præsumptiones pro exclusione dictæ assertæ prioris copulæ,dum isti gemelli non fuerunt vllo modo tractati vti filij ab ipso Comite Alexandro Maria,quinimò ad Hospitale expositorum eiecti; & verisimiliter si eius filij fuissent,domi aluisset,vestimenta, alia-
18 que ad vitam necessaria præbuisset, † vel etiam hæredes instituisset,veluti huiusmodi alia quæ filiationis certissima argumẽta in filias Dianæ præstitit: Gloss. *in c.transmissi vers.nota qui filij sint legitimi*: Decian.*cons.*40.*num.*19.*vol.*5.Galeot. *de not. expur. cap.*22.*sub n.* 1. Rota *decis.*289. *num.*6.*part.*1.*recent.* Præcipuè cum inter istos gemellos ex Dominica ortus masculus qui si fi-
19 lius ipsius Comitis fuisset † facilius in eum vti Masculum quàm in filias Dianæ amoris sui documenta dedisset: Ias. *in l.qui filiabus num.*21. *ff.de leg.*1. Melchior.de Valen. *Illust.Iur.tract. lib.*3. *tit. de filio hæred. iur. & success. cap.*3. *num.*13.

Demum ad excludendum diffamationem & vulgarem Dominicæ & Dianæ libidinem DD. considerarunt quod istæ mulieres frequenter cum Marchionissa Diamãte Pepula eiusque filiabus morum & vitæ probitate conspicuis tractabant,quod vtique non fecissent si earum violati honoris fama in publico prodiisset, ipsisque in eadem domo commorantibus potius quam aliis
20 hoc exploratum fuisset: talis enim vnusquisque præsumitur, quales illi sunt, cum quibus conuersatur: *l. eum qui, C. de Episc.& Cleric.* vbi notant Bald. *cap.inter sollicitud. de purgat. Canon.* Tiraquel. cum ibi citatis *in* 5. *l.connub. glos.*1.*part.*5. *n.*29. Iacob. Simancas *de cathol. instit.tit.*50.*n.*14.

Et Ita,&c.

DECISIO CXXII.

R. P. D. Cerro.

Romana Pecuniaria.

Veneris 18. *Iunij* 1655.

SVMMARIVM.

1 *Executiuè agitur vigore obligationis Cameralis.*
2 *Copia cum originali auscultata fidem meretur prout originale.*
*Simplex iunctis adminiculis in antiquis plenè probat,num.*3.
4 *Statutum laicale non comprehendit Ecclesiasticos.*
*Amplia, vt num.*5.
*Laicorum fauorabile trahitur etiam ad Clericos si eo vti volunt,num.*6.
*Declara,vt num.*7.
8 *Præscriptio ex lite interrumpitur.*
9 *Instantia de iure Canonico est perpetua.*
10 *Desertio per taciturnitatem quando inducatur.*
*Ex sententia Iudicis super ea inducitur, num.*11.
12 *Restitutio in integrum aduersus lapsum temporis competit hæredi ob præsumptam ignorantiam.*

NVpsit Essilia de sancta Cruce anno 1563. Francisco Cincio cum dote scutor. 5000. monetæ, quam infra quinquennium proximum illi soluere promiserat sub obligatione Camerali bon. mem. Prosper de sancta Cruce tunc Episcopus Chissanens. sponsæ Patruus, sed elapso quinquennio, & dote non soluta egit Franciscus coram A. C. & anno 1572. contra promissorem ad Cardinalatus apicem euectum, mandatum executiuum obtinuit pro scutis 1500. sine præiudicio residui. Verum interposita appellatione, & causa commissa, prout in prima bon. mem.Card. Mellino tunc Sacræ Rotæ Auditori, cum facultatibus A. C. nuper Dominus Christophorus Cincius, vti Cessionarius fisci illam reassumpsit, coram me in illius locum suffecto, tam pro consecutione scutorum 3500. occasione residui sortis principalis dictæ Dotis, quàm pro fructibus decursis quousque matrimonium durauit, & citato Domino Marchione Tarquinio de S. Cruce, hærede mediato eiusdem promissoris obtinuit dari dubium; An, & pro qua summa sit relaxandum mandatum? cui responderunt DD. mandatum esse relaxandum pro residuo sortis reseruato, vt de fructibus particulariter videatur; Cùm enim instrumentum promissionis factæ per Cardinalem contineat obligationem Cameralem *Summ.num.*2. habet executionem paratam vulgatis iuribus, & eius vigore procedi potest executiuè † ad relaxationem, 1
mandati contra bona hæreditaria illius, dum ex commissione relata *sub n.*5.communicatæ fuerũt facultates A.C. vt *in Portuens. Affictus* 4.*Martij* 1652. *coram R. P. D. meo Bichio*, §.1.*Pars:* vbi allegantur concordantes.

Non obstat, quòd dictum instrumentum non sit originale, sed copia,quæ regulariter non probat, præsertim quando pars, prout hic, opposuit in termino generalia contra.

Quoniam

Quoniam Notarius A. C. per cuius acta hæc
causa introducta, & agitata fuit attestatur in-
strumentum publicum, & originale ibi fuisse
productum, & producenti successiuè restitutum,
dimissa ista copia, cum eo collationata *Summa-*
2 *riolo Actoris, n. 1. & 2.* quæ propterea † facit fi-
dem sicut ipsummet originale: Rota coram Car-
din. Seraph. *decis. 1192. num. 3.* coram Buratto
*decis. 584. num. 5. & in Vercellen. vnitatis Capi-
tuli 24. Aprilis 1643. coram R. D. meo Deca-
no, §. nam quoad scripturam:* Præcipuè cum
adminiculetur tum ab effectuatione matrimonij
eisdem, anno, mense, & die sequenti, iuxta for-
mam dicti instrumenti *d. primo summario sub di-
cto num. 30.* Tum ab expressa ratificatione post
aliquod dies facta à Francisco Sponso *num. 3.*
Tum etiam ex iudicio post nouem annos ab eo
successiuè moto & fauorabiliter prosequuto per
relaxationem mandati executiui pro scut. 1500.
sine præiudicio residui *num. 4.* Certum enim est
3 quod etiam exemplum, copia, † & scriptura
alias in formis iunctis adminiculis, & præsertim
in antiquis plene probat Caputaq. *decis. 234.
num. 2. part. 1.* Rota *diuers. decis. 717. num. 5. vers.
non obstant in fine part. 4. in recent. decis. 198.
num. 2. decis. 310. num. 7. & decis. 650. num. 8.
in fine part. 1. & decis. 418. num. 5. part. 2.*

Nec refert quod per antiquum statutum vr-
bis annullentur quæcunque promissiones dotis
vltra summam scutorum 1500.

Quia huiusmodi statutum vti laïcale non
4 compræhendit Cardinalem † dotis promisso-
rem tamquam personam Ecclesiasticam: *Auth.
statuimus, C. de Episc. & Cleric.* Rota *in Romana
liberationis à fideiussione 4. Maij 1630. coram
bon. mem. Merlino, inter eius impressas decis. 901.
num. 1. in Romana Donationis de Castellanis 23.
Iunij 1631. coram bon. mem. Coccin. in recent.
decis. 58. num. 28. & 52. part. 6. in Romana suc-
cessionis de comitibus 15. Ianuarij 1640. §. &
videbatur cessare circa finem coram Reuerendiss.
D. meo Decano, & in Romana Dotis 21. Februa-
rij 1647. & in Romana Domorum 15. Decem-
bris 1649. in fine coram R. P. D. meo Bi-
chio.*

Et licet allegata fuerit decisio *in Romana Do-
tis 21. Februarij 1567. coram Robusterio, quæ*
in his terminis firmat præfatum statutum com-
prehendere etiam Cardinales: Attamen quic-
quid sit de legalitate huius decisionis, quæ cir-
cumfertur manu scripta fundatur in sola ratione,
quod vigore Apostolicæ Confirmationis statu-
tum sit Papale, quam rationem nisi statutum
loquatur in specie de Clericis, vel habeat verba
vniuersalia apta illos comprehendere, quæ hic
deficiunt, perpetuo Rota reiecit firmando Cle-
ricos alioquin in statutis quamuis confirmatis à
5 Papa ex certa scientia: & in forma specifica
non compræhendi, † & hoc non ex defectu
potestatis, quam tribuit confirmatio, sed ex
defectu voluntatis, vt respondetur in terminis
statutorum Vrbis *in dictis decisionibus supra
allegatis*, quæ comprobatæ fuerunt in casibus
aliorum consimilium statutorum *in Tudertina
successionis 29. Maij 1652. coram R. P. D.
meo Meltio, §. nihil. etiam facit, & in Bononien.
hæreditatis 28. Iunij eiusdem anni coram R. P. D.
meo Bichio §. nihil suffragante*, & in his ter-
minis egregiè Bald. *in cap. Ecclesia S. Mariæ
n. 14. & 15. de constit.* vbi loquitur his præcisis
verbis: *Si Papa approbat statutum laicorum su-
per rebus Clericorum, & Ecclesiarum, statutum est
seruandum tamquam statutum Papæ, quod in-
telligo si nominatim est facta mentio de Clericis,
& Ecclesiis, aliter non continentur in gene-
rali sermone, ex quo possit eorum libertas in-
fringi.*

Quatenus verò replicabatur Clericos posse
vti per modum priuilegij statutis laïcorum fauo-
rabilibus, † tamen, & de personis Ecclesiasticis 6
expressam mentionem non facientibus, ex alle-
gatis per modernum Episcopum Eugubinum
decis. 11. num. 9. 10. & sub num. 30. Card. Mel-
lin. *decis. 146. num. 6.* cum Concordantibus *in
Romana, seu Ianuen. locorum Montium 26.
Iunij 1648. coram me: §. hoc enim:* Responsum
fuit id procedere quando Clericus à principio
contractus declarauit velle vti statuto, tam-
quam priuilegio, secus autem si tunc huiusmo-
di declarationem non fecit, † sed id solùm al- 7
legat, quando vigore contractus conuenitur:
Hoc enim casu statutis laïcorum vti non posse,
nec minus per modum priuilegij optime distin-
guendo declarat Lambertengh. *de contract.
gloss. 2. in verb. mulierum num. 58. fol. 169.* & fir-
mauit Rota *in Senogallien. fructuum census 10.
Iunij 1644. coram R. Terracinen. sub. §. denique
non obstat:* vbi affert rationem, quia tempore
iudicij intempestiua est declaratio, cùm res non
sit amplius integra: Tantum autem abest quòd
Cardinalis ita declarauerit tempore contractus,
quòd imò dum nulla habita ratione præmemo-
rati statuti dictam dotem promisit in scut. 5000.
eo vti noluisse censetur, ne alias sponsum frau-
daret, quod præsumptum non est attenta præ-
sertim qualitate Ecclesiastica, qua pollebat.

Et hinc DD. dixerunt non esse opus quærere
an Cardinalis teneatur tamquam tutor, dum ex
prædictis validè conueniri potest ex obligatione
proprio nomine facta, cui non obstat obie-
ctæ præsumptionis exceptio, cùm interrupta
fuerit † anno 1572. ex dicta lite iudicialiter 8
mota, coram A. C. & Rotæ commissa anno
1592. *cap. fin. de præscript.* & quamuis ab anno
1593. quo emanauit citatio ad dicendum contra
commissionem, nihil postea spatio 60. & vltra
annorum actum fuerit in causa: Nihilominus,
quia de iure canonico † instantia est perpetua 9
cap. penult. de iudic. Cresc. *decis. 7. de caus. possess.
& propr.* Tunc demum similis & diuturna taci-
turnitas inducit desertionem, quando vel ex actis
constat de claro † non iure tacetis, vt declarando 10
decis. Achill. 7. vt lit. pendent. respondit Rota *in
Ropanen. Decimarum 24. Ianuarij 1642. coram
R. D. Episcopo Salamantino in fine, & in Auenio-
nen. legitima 30. Aprilis præteriti, coram R. P.
D. meo Priolo, §. vlt. & prius in Calagonit. Be-
neficii S. Ioan. de Molinar. 29. Maij 1652 co-
ram me, in fine,* vel super desertione, & re iudi-
cata lata est sententia iudicis, † alias secus, vt *in
Fanen. Capellaniæ 22. Iunij 1646. coram R. Tar-
raconen. §. nec dicatur: in Leodien. Beneficij 23.
Maij 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio si-
mili, §. nec dicatur in Auellina Canonicatus 16.
Iunij 1651. §. nec subsistit in dicta Calagonitana
Beneficii S. Ioannis de Molinar. §. Quoniam lis,
coram me*; & in omnem casum ob probabilem
ignorantiam, † quæ semper in hærede præsumi- 11
tur, competeret actori restitutio in integrum
aduersus lapsum temporis, vt ad fauorem illus-
met Domini Christophori firmatũ fuit *in Rom.
Vineæ 22. Iunij 1654. coram me, §. final.* vbi ad

istum effectum fuerunt etiam ponderata fisci impedimenta.

Et ita vtraque,&c.

DECISIO CXXIII.

R. P. D. Meltio.

Meleuitana Pecun.

Veneris 25. Iunij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Descendentium nomine veniunt Nepotes.*
2 *Consensum prestans alienationi rei sibi debitæ dicitur renuntiare sua iura.*
3 *Proximior succedit loco eius, qui successionem neglexit.*
4 *Iura, & actiones non veniunt appellatione mobilium, & stabilium.*
5 *Bona fideicommissaria in donatione non comprehenduntur.*
6 *Immissio pro credito vocati conceditur in bonis fideicommisso grauatis.*
7 *Clausula* ius, & iustitiam, &c. *facit, vt remedium magis proficuum censeatur intentatum.*
Omni meliori modo operatur vt actus omnino valeat, num.8.
9 *Grauatus habens facultatem disponendi potest vnum ex vocatis alteri præferre.*
10 *Exceptio, habes parem in gradu non impedit immissionem.*
Habes parem in gradu opponi non potest à possessore, num.11.
13 *Testes examinati ad perpetuam memoriam pendente lite non probant.*
14 *Electus dicitur cognoscere beneficium ab ordinante electionem, non autem ab ipso eligente.*
Non tenetur ad debita eligenti, n.15.
16 *Prohibitus petere vltra legatum in bonis matris, non prohibetur petere in bonis aui.*
17 *Supplementum legitimæ non potest grauari.*

ADuersus binas resolutiones in hac causa coram me emanatas sub diebus 10. Februarij 1653. & 6. Martij 1654. quarum vtraque firmat dandam esse cumulo immissionem ex remedio Saluiani ad possessionem controuersarum terrarum cum Vincentia Bologna productis nouis iuribus de nouo audiri obtinuisset, hodie reproposita per me causa omnibúsque ad trutinam reuocatis; adhuc DD. in aliàs decisis persistendum esse censuerunt; quia de credito cum hypotheca constat euictione terrarum alias cumulo in solutum sui crediti assignatum per Ambrosium, & Ioannellam coniuges & de vtraque possessione, tam antiqua Ambrosij debitoris, quàm moderna Vincentiæ reæ conuentæ quæ sunt necessaria Saluiani extrema ex dictis testium aliísque iuribus *in vtraque decisione* ponderatis.

Neque obstare visum fuit obiectum nouiter excitatum quod dicta euictio secuta ad Instantiam Claudiæ pro rata crediti dotalis Ioannellæ Auiæ scutorum mille iniusta prætendatur ex eo, quod cum Ioannella ex fideicommisso Augustini Cambo Patris niteretur limitata facultate restituendi dicta scut.1000. vni ex filiis non potuerit propterea dictam facultatem extendendo illa relinquere Claudiæ nepti, obiectum enim remoueri primo visum fuit ex ponderatione verborum ipsiusmet fideicommissi per dictum Augustinum ordinati, ex quibus apparet tributam fuisse facultatem ipsi Ioannellæ restituendi dicta scuta 1000. nedum dictis eius filiis, sed etiam omnibus ex ea descendentibus, sub istorum autem nomine † certum est quod etiam veniunt 1
nepotes: *l.final.C.de suis,& legitimis, l.Titius, ff.de hæred. institut.* Alex *.consi.18. num.17. ad med.lib.5.* Roland. *cons.97.n.19.lib.2.* Rot. coram Seraphin. *decis.939. n.5.* coram Caualler. *decis.454.n.11.*

Præterea pro maiori etiam huius obiecti irrelevantia consideratum fuit, quod Nicolaus Andreas vnicus Ioãnellæ filius consensit donationi, & restitutioni dictorum scutor. 1000. factæ per Ioannellam matrem fauore prædictæ Claudiæ ex cuius consensu d. donatio, & restitutio etiam admissa interpretatione, quod facultas disponendi de bonis fideicommissariis restricta esset ad solos filios, & non nepotes, adhuc sustineretur; quia per dictum consensum † dictum Nicolaum An- 2
dream remisisse omnia sua bona dicitur: *l.nihil, §.omnibus, ff.de legat.1.l.quoties ab omnibus, C. de fideicommissariis:* Crauet. *cons.24. n.8.& 9.* & sic locum apertum fuisse alteri † proximiori 3
in gradu successiuè vocato: *l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat.1.* Ibique Iason *n.32.* Bald. *cons.102.à num.1.cum seqq.lib.2.* Roman. *consil.457.in fine, versic.cæterum.* Peregrin. *de fideic.art.40. num.67.* cum aliis per ipsum *ibi* cumulatis.

Nec quidquam releuat, quod stante anteriori donatione per eundem Nicolaum Andream facta fauore Celidoniæ alterius eius sororis, iura fuissent prius ab eo abdicata, tum quia donatio non loquitur, nisi de bonis mobilibus, & stabilibus, quorũ nomine non veniunt iura,† & actio- 4
nes prout erat dict. creditum scut.1000. *l.Caius,* vbi Imol. *ff.de legat.2.* Bald. *in l.1. sub num.4. ff. de stat. hom.* Ias. *in l. stipulatio hoc modo concepta, in fine, ff.de verb.oblig.* Surd. *consil.450. num.53.vol.4.* Rota *in recent.decis.311.num.2. cum seqq. part.7.* tum quia ista tanquam fideicommissaria non debent dici in donatione comprehensa † cum etiam volens Nicolaus de illis 5
disponere id facere minime potuisset in præiudicium vocatorum ad fideicommissum: *l. Imperatores, ff.de transact. l.si suspect. §. fin. ff.de inoff. testam. l.à sententia, §.si hæres, de appell.* Natt. *cons.470.num.12. & 13.* Peregrin. *de fideicommiss.art.52.num.47.*

Vlterius pro iustitia euictionis pastæ à Claudia panderatum etiam fuit, quod illa superuixit Nicolao Andreæ, & aliis filiis Ioannellæ, vnde quatenus etiam donatio sibi facta per Ioannellam non sustineretur; potuit tamen eadem Claudia † ex fideicommisso fauore omnium de- 6
scendentium ordinato agere, & obtinere pro dictis scutis mille immissionem contra cumulum: Rota *in Rauennaten. bonorum prima Februarij 1647. in princ. coram Eminent. D. Corrado* confirmata *6. Nouembris 1648. coram Reuerendiss. Decano.*

Neque valet replicatio, quod actum fuerit vigore donationis, & non fideicommissi, ideoque euictionem titulo donationis iniustam non posse confirmari ex noua causa fideicommissi in libello non deducta, nec implicitè comprehensa.

Quia

Quia obiectum visum fuit ex facto ipso corruere attentis clausulis salutaribus in libello appositis † ibi *Ius & Iustitiam*, ac omni meliori modo,
7 quarum vigore censetur intentatum, atque in Iudicium deductum omne remedium Actori magis proficuum, iuxta doctrinam Bart. *in leg. vnum, ff. si cert. petat.* & Butr. *in cap. littera de dilat.* & in terminis clausulæ *omni meliori modo*,
8 vt ex ea sustineatur libellus, vel impetretur † eo modo quo fauorabilius iuuari potest intentum Actoris: tenuit Ruin. *cons.9.n.9.vers. Praterea, lib.1.* Roland. *consil.79. num.38. vers. vlterius, lib.1.* Turrett. *consil. 69. num. 65. & consil.74. num.50.& seqq.lib.1.* Rota coram Gregor. XV. *decis.204. n.19.*

Minus refragatur, quod de tempore donationis fine restitutionis dd. scut. 1000. viueret Celidonia soror Claudiæ ad illam tanquam in pari gradu existentem spectaret medietas bonorum fideicommiss. subiectorum. Vnde infertur, quod & d. scut. 1000. æqualiter inter ipsas essent diuiden-
9 da: nam licet fideicommissum † fuerit fauore omnium descendentium ordinatum, & ita iuxta hanc dispositionem inter æquales gradu, æqualis facienda esset diuisio; tamen ex quo concessa fuit vocatis facultas disponendi in vnum ex descendentibus potuit Ioannella vtendo dicta facultate Claudiam præferre, iuxta dispositionem text. *in l. fil. fam. 117. §. cum Pater, ff. de legat.* Decian. *cons.26. n.64. lib.2. vers. nam prohibitus.* Mena *consil.327. n.97. & 104. & seqq.* Socin. *cons.227. sub num.14. & 15. lib.2.* Ruin. *cons.101. n.14. & cons.117. num.27. lib.1.* Peregrin. *consil.108. n.1. lib.3.* Fusat. *cons.1. num.25.* Rota *in Bononien. domus 25. Iunij 1632. coram bon. mem. Card. Hieron. Vespio.*

Addito etiam quod etsi exceptio de existentia
10 Celidoniæ in pari gradu potuisset apponi, † & per Cumulum proposita fuisset, adhuc non valuisset immissionem Claudiæ ex remedio Saluiani cōcessam retardare, quia huiusmodi exceptiones non admittuntur in possessoriis: *leg. sicut, §. etsi quaratur, ff. de seru. vend. l. ille à quo, §. si de testam. ff. ad Trebell.* Alexand. *in l. fin. num.23. ante fin. vers. sed in hoc, C. de edict. Diu. Adrian. toll.* Ruin. *cons.129. n.8. in fine, versic. nec quantum, & seqq. lib.2.* Peregr. *de fideicomm. art.48. n.45. vers. item si allegaret.* Coccin. *decis.166. num.4. vers. sed cum hodie*, & fuit dictum *in Eugubina dotis 14. Februarij 1642. coram R. Dom. Salmantino:* & magis in terminis Rota coram Merlino *decis.761. num.12. & seqq. versic. quoniam neutra opinio:* & regulare est quod excep-
11 tio † existentiæ alterius in pari gradu non potest opponi à possessore, sed ab Agnato prætendente concurrere, qui nec etiam potest impedire Actorem, sed is bene potest iudicium prosequi præstita tantum cautione de admittendo ad partem cohæredem: Rota *in Perusina reintegrationis 10. Iunij 1648. coram R. Tarracon.*

Neque pariter refragatur prætensa iniustitia, euictionis ex eo deducta, quod cum Claudia, vt asseritur, consecuta iam fuisset medietatem bonorum fideicommissariorum ex diuisione facta inter ipsam, & Celidoniam alteram eius sororem, & vlterius habuisset vineam valoris scut. 2000. inde plene satisfacta remanserit de omni, & toto eo, quod ipsa prætendere poterat tam vigore fideicommissi, quam donationis sibi factæ à Ioannella, & per consequens non potuerit pro satisfactione debita iam extinctè euincere bona à Cumulo: DD. enim pro responsione animaduertebant, quod dicta prætensa satisfactio nullibi iustificatur non ex dicta diuisione; quia illa non apparet facta vniuersaliter de omnibus bonis, sed particulariter de aliquibus tantum bonis communibus, nec minus ex depositionibus testium, † quia tanquam exami- 12
nati lite pendente ad perpetuam rei memoriam nullum probationis gradum constituunt: Rota *in Pampilonen. alienationis 15. Ianuarij 1649. §. final. coram R.P.D. meo Bichio.*

Præterea semper cessare visa fuit quæcumque difficultas ex illa ratione, quod cum scut. 1000. quorum occasione secuta fuit euictio fuissent per Ioannellam sibi concessæ illa restituendi vni ex filiis, vtique illa non cadebant sub diuisione aliorum bonorum fideicommisso subiectorum, quapropter bene, & rectè potuit Claudia pro integro illius credito agere, atque immissionem obtinere: esto, quod Cælidonia alias habet prætensiones, quia pro illis poterit Vinc. eius hæ-
res † si validæ erunt iudicialiter contra Clau- 13
diam iura sua experiri, vnde ex hoc non sequitur quod euictio secuta pro dicto credito contra Cumulum iniusta dici possit: Rota coram Merlin. *d. decis.761. num.2.*

Nec etiam obesse videtur vt ex eo quod Ioannella se obligauerit vna cum Ambrosio eius viro pro defensione terrarum in solutum cumulo traditarum potuerit propterea idem cumulus repellere Claudiam euincentem, tamquam donatariam Ioannellæ quod cum facere neglexerit ex tali negligentia prætendatur euictionem fuisse iniustam atque secutam ex præuia culpa ipsius cumuli, quia Claudia non est donataria vniuersalis Ioannellæ, sed particularis pro scut. 1000. tantum, quæ nec etiam ab ea habuit ex iure suo proprio, sed ex facultate sibi tributa
† ab Augustin. Patre fideicommittente, restituen- 14
di vni ex descendentibus & ita Claudia quamuis cæteris prædilecta non dicitur habere dicta scut. 1000. à Ioannella restituente, sed ab Augustino fideicommittente cum ad hunc effectum non qui elegerit: sed qui eligendi facultatem concesserit attendi soleat *l. vnum ex familia §.1.* & ibi Accurs. Bart. *& alij, ff. de legatis 2.* Dec. *consil.143. num.7. in fine & num. 8.* Paris. *consil.47. num.4.* Surd. *consil.11. num.8. versic. & quando* Cyriac. *consil.57. num.55. & seqq.* Menoch. *cons.1107. num.1. versic. hoc multis rationibus.* Rota coram Buratt. *decis.755. num.4.* & post Modern. *de legitim. decis.116. ante fin. versic. quia 2. respondetur:* Et in iure receptum ha-
bemus, † quod sic electus non tenetur ad de- 15
bita, & grauamina eligentis, vt explicat Socin. *in l. verum §. cum quidam num.10. ff. de reb. dub.* Gomez *tom.1. variar. resol. cap.12. num.48. versic. Item adde quod talis.*

Denique non obstat quod Hieronyma mater dictæ Claudiæ in testamento per eam condito de anno 167. legatum eidem Claudiæ reliquerit cum onere nil aliud petendi de bonis suis. Vnde ea non potuerit agere pro dictis scut. 1000. contra formam d. prohibitionis. Quia dicta scut. 1000. non sunt de bonis Matris,
† sed Proaui, ideoque non cadunt sub dicta 16
prohibitione ad bona Matris tantum restricta: Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.10. tit.2. n.24.* Gutier. *de tutel. p.3. cap.5. n.64. ante fin.* & Rota *in Auximana fideicommiss. 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendissimo D. meo Decano §.2. & 3.*

Vltra

Vltra quod cum dictum legatum fuerit d.
17 Claudiæ relictum pro supplemento † eius legitimæ, nullum grauamen recipere potuit: *l.quoniam in prioribus, & l.scimus, in princ. & in §. cum autem, & l. omnimodo in princ. C. de inoffic. testam.* Rota *in Perusina Bonor.29. Maij 1648. §. alterum coram Eminentiss. D. Card. Corrado; & in Perusina fideicom. de Cinciis 15. Maij 1651. & in Meleuitana Viridarij 2. Maij 1653. & 8. Iulij 1654. coram R. P. D. Peut.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

DECIS. CXXIV.

R. P. D. Bichio.

Romana Apothecarum.

Veneris 25. Iunij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Scientia dicitur certa ex relatione ad aliud. Declara, vt num.2.*
Contentorum in instrumento arguitur ex illius approbatione, num.7.
3 *Dictio, seu, corrigit diem.*
4 *Plura vbi fiunt eodem tempore habentur pro vno.*
5 *Præsentia excludit ignorantiam.*
6 *Residuum partem significat.*
8 *Scire, & scire debere paria sunt.*
9 *Certus, & sciens non debet amplius certiorari.*
10 *Venditio non censetur facta, nisi de portione ad venditorem spectante.*
11 *Partis appellatione non continetur alia pars.*
12 *Auiamentum Apotheca est pretio æstimabile, & n.13.*
13 *Compensans minus soluere dicitur.*
14 *Expensæ factæ in defensione rei communis vnicuique ad ratam imputantur. Declara, vt num.15.*
16 *Error probatur si habita fuit relatio ad instrumentum, quod non contineat relatum.*
17 *Procurator potest vtilius contrahere.*

Sciuisse Lucam Aretusium quod Domus, & apotheca sibi venditæ die 1. Decemb. 1645. à Procuratore Cæciliæ Archilæ, & Thom. Fontanæ coniugum non spectabant ad venditores, nisi pro duabus ex tribus partibus, easque tantum emere intendisse constat euidentissimè ex verbis instrumenti venditionis. Siquidem in eius dispositiua venduntur Domus, & apotheca cum relatione ad earum mentionem *suprà* factam in prooemio, ibi, *dictas Domum, & Apothecam.* In prooemio autem contrahentes locuti fuerunt de Domo & apotheca prouenientibus ex fideicommisso Cæsaris Cæsarei, cuius duæ tantum tertiæ partes Cæciliæ, & Guido Antonio authori Thomæ Fontanæ vna cum dicta Cecilia venditori, & altera tertia pars Annæ Theresiæ adiudicatæ fuerant per mandata Rotalia, ad quæ cùm *in dicto prooemio,* expressè relatio habeatur, ibi: *prædictis sententiis, & mandatis Rotalibus ad quæ,* &c. perinde est ac si diuisio partium iuxta tenorem dicti mandati esset in eodem instrumento expressa etiam ad effectum probandi in emptore illius certam scientiam † qua bis di- 1
citur quæ resultat ex relatione ad aliud: Ruin. *cons.29. num.5. lib.2.* Bero. *cons.110. num.58. lib.2.* Rota *decis.1496. num.3. & 4. coram Serap. & inter recent. decis.504. num.5. part.3. decis.432. num.7. part.4. tom.2.* licèt secùs esset si mandatum † fuisset solum enunciatum, in qui- 2
bus terminis loquitur Rota *decis. 621. num. 5. part.1. recent.*

Eò magis, quia ne dum fuit facta relatio ad mandata Rotalia, sed etiam ad instrumenta inter Ceciliam & Thomam ex vna, & Guidum Antonium ex alia celebrata sub die 11. Octobris 1639. & 10. Iunij 1643. in quorum primo hæc bona diuisa fuerant in tres partes inter Ceciliam, Annam Theresiam, & Thomam, gratisque dicitur relationem restringi ad instrumentum rogatum die 17. Octobris, non autem die 11. quia cum nullibi constat aliud instrumentum, sub die 13. inter dictas partes rogatum fuisse; relatio intelligenda pernecesse est de rogato die 11. maximè, quia post enunciatiuam diei 13. subsequitur dictio *seu*, † &c. quæ verè diei 3
expressionem importat; ad text. *in cap.1. de stat. Regular. in 6.* Ias. *consil.64. num. 2. lib.1.* Menoch. *consil. 817. num. 7.* Barbos. *dict. 363. num.14.*

Neque vrget, quòd sub die 11. duo reperiantur instrumenta; vnum præfatæ decisionis, aliud in quo Cecilia tertiam partem sibi in diuisione eadem die facta obuentam assignauit Thomæ viro. Cum enim vtrumque stipulatum fuerit simul, & semel, & in continenti ibi: *eadem die 11. Octob. 1639. in continenti,* &c. coram eodem Notario, & testibus † vtrumque in relatio- 4
ne venit, cùm pro vno habeantur: Natt. *consil.115. num.1. in fin. vers. Nam ex quo sunt, & num.seq.* Surd. *cons.551. n.10.* Socin. *cons.273. sub num.4. lib.2. vers. secundo, quia Rota Romana pecuniaria 17. Martij 1645. §. quia cum, versic. quod si duo instrumenta, coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado.* Præsertim, quia secundum continet expressam relationem ad primum ibi, iuxta formam instrumenti assignationis hodie *per acta mei, &c. facta rogati ad quod,* &c.

In altero die 10. Iunij 1643. Guidus Antonius renunciauit Ceciliæ, & Thomæ coniugibus tertiam partem sibi in *suprà* memorata diuisione reseruatam, præuia ipsius instrumenti diuisionis sub dicta die 11. Octobris rogati mentione, & quod plus est huic 2. instrumento interuenit ipse Lucas Aretusius, & scuta bis centum recepit: vnde videtur quod prætendere non valeat, ignorantiam † diuisionis in hoc instrumento per ex- 5
plicitam relationem repetitæ, & eorum, quæ gesta ibi fuerint, ipso præsente, & interueniente: Bald. *in l. testium, in fin.* & ibi Salis *num.4. Cod. Testibus.* Menoch. *præsumpt.21. num.2. & seqq. lib.6.* Gonsal. *super Reg.8. gloss.48. n.21.* Rota *decis.41. num.10. part.2. diuers.* vel comprehensum fuisse in venditione, id quod non pertinere ad venditores apparebat ex instrumentis ad effectum, vt innotesceret, quod ius venditores super his Domo & apotheca haberent insertum relatiuè in instrumento venditionis, quod etsi loquatur ne dum de tertia parte assignata in instrumento dotali, sed etiam de residuo bonorum hæreditariorum Iulij Cæsaris, quia habet relationem ad d. instrumentum: anni 1643. ibi: *Residuum, &c. iuxta formam instrumenti de super dicta die 10. Iunij 1643. rogati ad quod, &c.*

intelligatur

intelligatur de residuo tertiæ partis in præcedentibus instrumentis, vt *suprà* reseruatæ Guid. Antonio; & in posteriori anni 1643. ab eo venditoribus donatæ, nec est nouum † quod verbum *residuum*, referatur ad partem: Seraph. *dec.* 617. *num.* 13. 6

Eadem scientia conuincitur, ex quo præcedenter de anno 1636. Anna Theresia vna cum Cicilia sorore, & Guido Antonio fratre domum, & apothecam locauerat ipsimet Aretusio & de anno 1640. Secundinis, & locationem anni 1640. hoc modo factam Aretusins nedum sciuit, sed approbauit in præfato instrumento anni 1643. acceptando pro reimbursatione scut. 200. quæ vt suprà soluit Guido Antonio assignationem pensionum ab ipsis Secundinis con-
7 ductoribus debitarum: ex approbatione † enim conuincitur scientia omnium contentorum in instrumento approbato Rota *decis.* 14. *num.* 4. *part.* 4. *rec.* cum aliis allegatis à Gratian. *discept.* 853. *num.* 51. *&* 52. & inuerisimile prorsus est, quod Aretusius in rebus suis diligentissimus
8 acceptauerit assignationem pensionum, † non viso priùs instrumento locationis, ex quo debebantur, vt notant Doct. *in Clem. vnica de concess. preben.* Ias. *in l. si res obligato num.* 48. *ff. leg.* 1. Roman *consil.* 481. *num.* 8. Caual. *decis.* 3. *num.* 2. *& seqq. & in proximis terminis* Rota *dicta decisione* 14. *num.* 4. *in fin. vers. nec verisimile part.* 4. *rec.*

His positis duo sequuntur, primò imputari non posse venditoribus, quod emptorem de tertia parte ad Annam Theresiam spectante non
9 certiorauerint † iuxta dispositionẽ text. *in l. quaro* 40. *ff. act. empt.* quia satis certioratus fuit per relationes ad suprà memorata instrumenta, ac mandata Rotalia, & cum Aretusius tantum ex præteritis instrumentis locationum factarum sibi & Secundinis, & alio anni 1643. cui ipse internenit certus esset, certiorari vltrò non debuit, *l.* 1. *in fin. ibi non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debet qui non ignorauit, ff. eodem tit. l. item veniunt §. pratium. ff. petit hared.* Menoch. *consil.* 20. *sub n.* 48. Ciriac. *controu.* 160. *n.* 37.

Secundò, quod venditio domus & apothecæ communis cum Anna Theresia, non censeatur
10 stipulata † nisi pro duabus partibus ad venditores spectantibus, vt in puncto: Bald. *in l. si domus*, *§. final. in fin. ff. leg.* 1. *aliique int. decisione huius causa coram me relati §. his consonat, id ampliantes*; quamuis descripti fuerint certi fines rei venditæ, tanto magis; quia in instrumento
11 venditionis † fecerunt mentionẽ partium ibi: *tam partem ad d. Ceciliam spectantem*, &c. vt per Ballon. *de iur. accresc. cap.* 7. *quaest.* 67. *n.* 152. Cresc. *decis.* 6. *per tot. de sent. & re iudicata.*

Nec non quia, vt ponderat prima decisio *in §. omnem*, pretium conuentum correspondet tantùm duabus ex tribus partibus, & quatenus replicatur inesse bonis venditis onera Canonum & Census valorem minuentia. Respondetur habendam esse rationem pro augen-
12 do valore † quod domus, & apotheca existunt in via Peregrini, & loco aptissimo negotiis Mercaturæ quod esse pretio estimabile traditur: Ceph. *cons.* 328. *sub. n.* 29. Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 6. *gloss.* 12. *part.* 1. *num.* 22. *in fin.* Grat. *discept.* 547. *num.* 17. Rot. *decis.* 540. *sub num.* 3. *part.* 3. *rec. & in Romana legati* 14. *Maij* 1644. *§. finali in fin. coram Reuerendiss. Episcopo Salamantino*, vt etiam docuit obseruantia, quia conductores vt præferrentur, soluerunt non modicam summam, vt vulgo dicitur † per 13
la buon vscita, & plures annatas anticipatas, ex quo colligitur bona esse pretiosa & magnæ æstimationis: Ceph. *d. cons.* 328. *num.* 40. *vers.* 60. *cum istud*: Ponderandumque pariter est, quod Aretusius non soluit pretium in pecunia numerata, † sed excomputauit suum prætensum 13
creditum, & sic minus soluisse dicitur ad text. *in l. minus* 204. *ff. de reg. iur.* Castr. *cons.* 397. *col. vlt. circa med. vers. quib. p.* 2. Ciriac. *controu.* 169. *num.* 28.

Non obstat coniectura comprehensionis totius domus & apothcæ educta vel ex mandatis procuræ ad vendendum prius dato à venditoribus continente facultatem vendendi tertiam partem competentem Thomæ, iure dotis Ceciliæ vxoris, necnon aliàs duas tertias partes ad eumdem Thomam pro indiuiso vna cum Cecilia spectantes, titulo donationis, ad eorumdem fauorem factæ à Guido Antonio socero, vel ex quo creditum quod Aretusius, vt *suprà* excomputauit in computum
† pretij tanquam verum in defensionem rei 14
communis, solui debebat etiam ab Anna Theresia posseditrice certæ partis: *l. ex parte, ff. fam herciscund.* Ruin. *consil.* 110. *in fin. lib.* 4 Serop. *decis.* 1012. *num.* 4.

Negatur enim debitum excomputatum fuisse commune Annæ Theresiæ, cum non proueniat solum ex mutuo facto Ceciliæ, ac Thomæ pro expensis litis vertentis super defensione bonorum fideicommissi communis, sed etiam pro aliis eorumdem coniugum necessitatibus, neque pro eo Aretusius haberet actionem contra Annam Theresiam quæ mutuum non recepit, quæque nec Ceciliæ, ac Guido Antonio quippe qui litem pro fideicommiss. prosequuti fuerunt ad propriam vtilitatem, † vt scilicet duas 15
illius partes consequerentur, tenetur reficere expensas, nisi probetur eius intuitu plus expensum quam alioquin pro defensione duarum partium opus fuisset: Rota *in Florentina expensarum de cambiis* 8. *Nouembris* 1627. *§.* 1. *& per tot. coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana expensarum* 15. *Decembris* 1653. *§. pen. coram me*: Et semper satis est, quòd nomine Theresiæ non fuerit facta venditio.

Mandatum verò procuræ loquens de duabus tertiis partibus competentibus vigore donationis factæ mandantibus à Guido Antonio declaratur ab ipsa donatione, quæ non continet, nisi tertiam partem ipsius Guidi Antonij eaque poterat aliquo mandato diuidi in duo, attenta dupplicitate tituli acquisitionis, quia nempè partem habebat ex persona propria, partem ex iure accrescendi ob pertinentiam Archangeli alterius fratris, vt narratur in instrumento diuisionis anni 1639. ad quod donatio explicite refertur;
† vnde ex ipsa donatione educitur Germanus 16
sensus dd. verborum, vel probatur illorum error: Alex. *consil.* 83. *num.* 1. *vers. modus autem, lib.* 5. Curt. *iun. consil.* 192. *num.* 21. *lib.* 3. Buratt. *decis.* 282. *num.* 2. cumque procurator in instrumento venditionis similem expressionem non fecerit, sed simpliciter domum, & apothecam (cuius duas tantum tertias partes ad venditores spectare emptor vt dicebam certo sciebat) vendiderit cum expressa relatione ad mandata Rotalia & instrumenta, alteram tertiam partem Annæ Theresiæ adiudicantia, hoc solum debet attendi;

17 attendi; maxime quia procurator † potuit vtilius contrahere: *l. si quis mihi bona §. sed 36. glos. 2. num. 59.* cum aliis alleg. à Modern. Scalen. *var. resol. forens. tom. 2. resol. 200. num. 94.*

Ex quibus DD. steterunt in decisis vtraque parte informante, &c.

DECIS. CXXV.

R. P. D. VEROSPIO.

Terracinen. Pecuniaria.

Veneris 25. Iunij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Actio acquiritur ei, cuius nomine contrahitur.*

2 *Obligationis Cameralis vigore hæredes possunt conueniri.*

3 *Obligatio Cameralis habet in ventre clausulam* pro omnibus, quorum interest.

4 *Adita simpliciter censetur hæreditas, dum non constat de inuentario, nec de alia causa possidendi.*

5 *Solemnitates non sunt necessariæ in contractu in executionem paternæ obligationes inito.*

Non requiruntur in declaratione veritatis, num. 7.

Amplia, vt num. 8.

6 *Minores mercaturam exercentes validè sine solemnitatibus obligantur.*

9 *Executio mandati in prima instantia obtenti non retardatur per productionem iurium in secunda, ad coadiuuandum probationes primæ instantiæ.*

10 *Productio iurium in secunda instantia impediens executionem mandati in prima non impedit relaxationem alterius mandati in secunda.*

MAndatum pro scutis 750. relaxatum ad instantiam Conuentus Sancti Bartholomæi, ex persona Patris Ludouici Zacchæi, contra Lidanum, atque Anselmum filios, & hæredes Francisci Pacioni exequendum esse hodie Rota decreuit; quia ipsius creditum iustificationem legitimam assumit ex instrumento obligationis sub forma Camerali per eumdemmet Franciscum stipulato, occasione Societatis cum Ambrosio Longo cōtractæ, quam non ad ipsum Ambrosium; sed ad Patrem Ludouicum spectasse concludunt plures testes, quorum primus præterea recenset Carolum Ambrosij fratrem, & Laurentiam filiam Patre Ludouico instante in articulo mortis Ambrosij pro declaratione societatis in sui fauorem, & ex propriis pecuniis contractæ respondisse declaratione non indigere, dum à nemine controuertebatur de suis pecuniis societatem fuisse contractam. Necnon idem comprobant plures Epistolæ super eadem Societate Patri Ludouico transmissæ, ac successiua denique declaratio Laurentiæ filiæ Ambrosij in transactionis instrumento sub Sacramento testantis, quod super eadem societate, Ambro-
1 sius Pater nudum dumtaxat † nomen obtinebat, eiúsque commodum, atque incommodum Patri Ludouico competebat: Pro cuius proinde crediti assecuratione, poterit Pater Ludouic. Francisci filios conuenire, perinde, ac si sibi, non autem Ambrosio foret restiturionis facta promissio ad text. *in l. asse, ff. de hæred. instit.* Alex. *cons. 132. num. 3. in fin. lib. 6.* Surd. *decis. 226. num. 1.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 9.* Rota *decis. 106. num. 2. part. 2. recent.* & coram Gregor. X V. *decis. 157. num. 2.* Cum præsertim sub obligatione Camerali concepta fuerit, cuius virtute ipsius Francisci filij, ac† hæredes poterant 2
conueniri post aditam Patris hæreditatem simpliciter, & sine beneficio inuentarij, vt aduertit Galles. *quæst. 4. num. 5. & 6. de obligat. Camerali*, ibíque Zacch. *num. 8.* Surd. *cons. 112. n. 69.* Rota penès eumdem Zachiam *dec. 222. n. 11.* & coram bon. mem. Merlino *decis. 103. num. 1. & in Bononien. Accollationis debiti 19. Ianu. 1612. § in genere, numero, coram R. P. D. meo Bichio,* non solum ab Ambrosio nominato in contractu, sed etiam à Patre Ludouico in eodem contractu habente interesse virtute clausulæ † *pro omnibus,* 3
quorum interest, in ventre obligationis Cameralis inclusæ, vt notat Zachius *de obligat. Camer. quæst. 5. num. 8.* Rota *decis. 97. num. 1.* post eumdem Zach. *& decis. 170. num. 12. & 13. coram bon. mem. Vrgellen. & in Romana dotis 31. Ianuarij 1652. in §. non obstat, quod Gaspar, coram R. P. D. meo Bichio,* aditam verò à filijs Francisci hæreditatem simpliciter, non autem cum beneficio inuentarij comprobatur per plures testes asserentes omnia bona paterna, necnon Capitale ipsum societatis per eosdem possideri: Inde enim adita sine beneficio inuentarij † probatur 4
hæreditas, donec illud exhibeatur, vel alia ex causa iustificetur eorumdem bonorum à filiis nacta possessio ad text. *in §. pro hærede institut. de hæred. qualificat. & differet.* Bald. *in l. 1. num. 40. Cod. qui admitt.* Bartol. *in l. genit. num. 21. ff. de acquirend. hæred.* Alex. *cons. 32. num. 2. lib.* Aim. *cons. 197. num. 4.* Natt. *cons. 140. n. 10.* Cardin. Mantic. *de coniecturis, lib. 12. tit. 12. num. 8.* Rota coram Gregor. X V. *decis. 7. num. 1. & in Romana Census 27. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Bichio*, cum aliis relatis *in Firmana Pecuniaria 1. Iunij 1654. in §. retardari verò, coram me.*

Hinc eiusdem Francisci filiis suffragari non poterit, quod instrumentum transactionis solemnitatibus appareat destitutum, interuentu videlicet proximiorum, quos de tempore stipulati contractus commode potuisse interesse plurium testium depositione probatur: Cessat enim solemnitatum † necessitas in hoc contractu tran- 5
sactionis, dum ibidem se se obligauerunt in executionem paterni contractus Camerali obligatione vallati, pro quo tanquam Patris hæredes non beneficiati poterant validè conueniri, vt notat Socin. *cons. 80. sub num. 25. & 26. lib. 4.* Gabr. *consil. 20. num. 43. & num. 50. lib. 2.* Rota *decis. 172. num. 40. & 41. part. 7. recent. & decis. 192. num. 15.* post Zach. *de obligat. Camer. & in Anconitana Marinæ 13. Maij 1644. §. prædicta verò, coram Eminentiss. Domino Cardinali Corrado*, vel quia eosdem filios tanquam publicos mercatores negotia exercuisse plurium testium depositione conuincitur, adeoque validè poterant † sine solemnitatibus obligari, vt tra- 6
dit Roman. *cons. 318.* Grat. *discept. c. 279. n. 46.* Rota *in Romana Negotiationis 5. Iulij 1576.* coram Robusterio post Marches. *de Commiss. par. 1. fol. 228. & in decis. 267. num. 2. in fin. p. 3. recent. & in adducta Anconitana Marinæ coram Eminentissimo D. Card. Corrado in 1. § & in*

in Romana Societatis Officij 27. Ianuarij §. ratio resolutionis, & 12. Maij 1653. in §. 1. coram R. P. D. meo Albergato.

Neque subsistit obiectio contra declarationem Laurentij, vt pariter sine solemnitatibus stipulata fuerit, dum non solum non concluditur hæc carentia solemnitatum, sed earum quoque necessitas cessabat in huiusmodi decla-
7 ratione præ se ferente speciem veritatis † ex aliis præfationibus supra deductis: Gabr. *consil.* 51. *num.* 15. *lib.* 2. Rota *coram Achill. decis.* 1. *de Confess. coram Seraph. decis.* 1443. *num.* 1. *& decis.* 177. *n.* 6. *part.* 2. *diuers.* quam propterea declarationem impugnare non poterunt filij Francisci tamquam tertij postquam maximè eandem in instrumento transactionis agnouerunt inni-
8 xam veritati † & sub proprio iuramento approbarunt, vt notat Surd. *dec.* 108. *num.* 3. Rota *coram Seraph. decis.* 256. *n.* 3. *&* 4. *& in decis.* 88. *num.* 7. *part.* 7. *rec. & in fanens. Dotis* 17. *Martij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro.* §. 2.

Neque visa fuit DD. retardanda executio mandati ex omissa iurium productione in prima instantia facta dumtaxat in secunda appellationis, in qua sub clausula, *si quid exequendum*, causa commissa fuit, & debet iustitia mandati ex eisdem, non autem ex nouis probationibus
9 iustificari. Quoniam noua iurium productio † ad corroborandum non autem iustificandum mandatum facta fuit, adeoque ipsius executionem retardare, seu impedire non valet, vt dixit Rota coram Cæs. de Graff. *decis.* 10. *n.* 10. *&* 11. *de probat. coram Vrgellen. decis.* 172. *num.* 7. *in Romana Mercium* 28. *Nouembris* 1607. *coram Ortemb. & in Romana Pecuniaria* 27. *Maij* 1651. *coram R. P. D. meo Celso, & in Perusina bonorum* 14. *Martij* 1640. *coram Reuerendissimo Terracinen.* Cùm maximè ad elidendas exceptiones modo deductas, non autem in prima instantia contra mandatum oppositas eorum-
10 dem iurium fuerit facta productio † quæ licet executioni mandati, iam relaxati posset obesse, non tamen poterunt nouam mandati relaxationem impedire, prout tali casu relaxare consueuit hoc S. Trib. vt *in Romana Pecuniaria* 27. *Maij* 1651. *in* §. *verum, &* §. *vlt. coram R. P. D. meo Celso, & in Beneuentana dotis* 27. *Iunij* 1653. *in vltimo* §. *coram R. P. D. meo Bichio, & in alis relatis in Firmana Pecuniaria* 1. *Iunij* 1654. *in primo* §. *coram me.*

Et ita DD. responderunt pro executione mandati, siue pro noua mandati relaxatione, vtraque, &c.

DECIS. CXXVI.

R. P. D. Meltio.

Mediolanen. prætensæ deuolutionis.

Prima Iulij 1655.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directi ad effectum deuolutionis est concludenter probandum, & num.* 4. *& num.* 11.
Amplia, vt num. 2.
Sine inuestitura non probatur, num. 3.
5 *Dominij quæstio potest refricari etiam ab eo qui causam habet à recognoscente Ecclesiam in Dominam per solutionem Canonis, & Laudemij.*
Et de ratione, n. 6.
7 *Emphyteuticam rem qui prætendit, eam esse talem probare tenetur.*
8 *Adminicula ex solutione Canonum, recognitione, & aliis admittitur ad probationem Dominij.*
Declara, vt n. 9.
10 *Censualis potius, quam Emphyteutica res præsumitur.*
12 *Decisiones* 290. part. 1. 164. part. 6. recent. & apud Mantic. *in quibus terminis procedant?*
13 *Clausula*, & pro singularibus successoribus, & cui, vel quibus dederit, *faciunt Emphyteusim Ecclesiasticam ad extraneos transitoriam, & n.* 19.
Operantur vt de Emphyteusi etiam fauore Monasterij testari possit, n. 14.
15 *Monasterium est capax Emphyteusis Ecclesiæ transitoriæ ad extraneos, ad effectum dumtaxat vendendi, & recipiendi æstimationem secluso pacto alienationis prohibitiuo.*
16 *Stylus ex fide Notarij non probatur.*
Qualiter probandus, n. 17.
18 *Decisio* 211. part. 6. recent. *declaratur.*
20 *Obseruantia declarat naturam Emphyteusis in defectum inuestituræ.*
21 *Credulitas excusat à caducitate.*
22 *Moram purgat Emphyteuta non soluens ex æquitate Canonica.*

PEr obitum quondam Ioannis-Baptistæ de Magistris sine filiis masculis, cùm prætenderetur factus locus deuolutioni cuiusdam domus subass. † dominio directo Capellæ Sancti Ambrosij in Metropolitana Mediolanensi existentis, Blasius Constantius dictæ Capellæ Titularis iudicium instituit super dictæ domus deuolutione contra Monasterium, & Moniales Sanctæ Catharinæ ad Rotam Ciuitatis Mediolani, hæredes testamentarios prædicti Ioannis Baptistæ & duas sententias fauorabiles in partibus reportauit, à quibus interposita pro parte Monasterij appellatione, causaque ad Rotam delata, ac mihi commissa dubitaui an locus esset deuolutioni, & Domini negatiuè responderunt, in eo præsertim se fundantes, quòd non constet de Dominio † Capellæ deuolutionem præ- 1
tendentis, prout ad hunc effectum plene, & concludenter illud probari debet, ad text. *in l. approbationem* 23. *C. locat.* ibi Bart. *in l. omnes, in fin. C. C. de probat.* Ruin. *cons.* 50. *num.* 1. *lib.* 1. *vers. nam quamuis*, amplians conclusionem procedere in Ecclesia † deuolutionem prætendente 2
contra ipsum Monasterium, vel causam ab eo habentem; & ita consuluit etiam Socin. Senior. *cons.* 167. *num.* 22. *lib.* 2. *versic. circa sextam quæstionem*, Rolan. *consil.* 82. *num.* 17. *lib.* 2. *versic. vbi tradit*, Crauet. *cons.* 157. *num.* 13. *ad med. vers. adeo*, Speculat. *tit. de ampliat.* §. *nunc aliqua, num.* 66. *vers.* 52. vbi tenet quod ad hunc effectum dominus directus tenetur iustificare titulum habilem pro acquisitione Dominij secundum ius gentium, vel ciuile: Menoch. *de arbitr. iud. casu* 554. *num.* 8. *vers.* 3. *est casus*, & ita semper firmauit etiam Rota, & signanter *in decis.* 723. *num.* 2. *part.* 4. *diuersor.* coram Martino Andræa *decis.* 65. *num.* 1. *&* 2. Seraph. *decis.*

1350.*num.*1. *vers.ista enim*, Caual. *decis.* 269. *num.*1. *&* 2. *vers. quod instrumentum*, Merlin. *decis.*11.*num.*8.*vers.vlterius*, Merlin.*decis.*117. *in princip. in recent. decis.*150. *num.*1.*cum duob. seqq.decis.*606.*num.pariter primo, part.*1. & fuit dictum *in Romana deuolutionis* 28.*Maij* 1625. *coram bon. mem. Pirouano in Romana Vineæ* 27. *Aprilis* 1646. *coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado in Romana bonorum* 5. *Decembris* 1647.*coram Reuerendissimo Tarraconen. & in Mediolanen. prætensæ deuolutionis* 15. *Februarij* 1650. *coram me,§.Turbiditas.*In quibus omnibus firmatum etiam fuit ad effectum probationis dominij in iudicio deuolutionis, nec sufficere instrumentum Concessionis iuncta solutione Canonum.

Fortius ergo, & indubitanter conclusio locum sibi vindicat in proposito casu, in quo, nec
3 etiam de instrumento inuestituræ † docetur, & ita certum est non posse dici constare de dominio Ecclesiæ ad effectum rei vendicationis, siue deuolutionis: Gloss.*in l.* 1. *& ibi* Bald. & Ias. *num.*61.*cum seqq. C. de iure emphyt.* Alexander *cons.*112.*in fin.lib.*1. Paris.*cons.*77. *num.*7. *lib.*3. Clar. *in* §. *emphyteusis quæst.*4. Maresc. *variar. resol.lib.*1.*cap.*85.*num.*7. Rota coram Caputaq. *decis.* 280. *num.*5. *part.*1. Seraph. *decis.*1453. *n.*1.*in recent.d.decis.*150.*n.*3.*part.*1.*& dec.*651. *num.*3.*&* 4.*part.*3.

Neque pro concludenti dicti dominij probatione visum fuit suffragari posse instrumentum venditionis factæ de anno 1589. de controuersa domo Francisco de Magistris patri, & authori Ioannis-Baptistæ, qui Monasterium hæredem instituit cum expressione quòd illa esset emphyteutica, & grauata annuo canone, *lib.*26. *& solid....* iuncta recognitione Capellæ in Dominam directam, & solutione dd. canonum, ac laudemij: Quia quicquid sit vbi de simplici solutione canonis,& laudemij ageretur, ad quem effectum probatio deducta ex dicta recognitione ab ipsa, absque solutione canonis, & laudemij sufficeret in proposito; in quo de rei vindicatione, ex capite deuolutionis agitur, dicta præsumptiua
4 iustificatio, † sufficientem non inducit probationem, cum plena, & exacta requiratur, iuxta doctrinam Alex.*consil.*10. *cum duobus seqq. l.*4. Caputaq.*d.decis.*280.*part.*1. Rota *coram Merlino d.decis.*11.*n.*8.*in recent. decis.*606. *num.*2. *in fine.*

Quod procedit etiam si deuolutio intenterur contra Monasterium causam habens à Ioanne-Baptista de Magistris, qui dictam Cappellam in Dominam directam recognouisse prætenditur, quia adhuc tali recognitione nonobstante potest Monasterium contra Ecclesiam, deuolutionem prætendentem quæstionem domi-
5 nij † refricare: Ita Ruinus *dict.cons.*50. *num.*1. *lib.*1.*versic.nam quamuis:* Socin.sen. *cons.*165. *num.*22.*lib.*2. *versic. circa quintam quæstionem:* Speculat.*tit.de emphyteot.* §. *nunc aliqua n.* 66. *vers.*52. vbi assignat eam rationem,† quod Ec-
6 clesia potuit aliquam concessisse rem alienam in emphyteusim: Cephal.*cons.*508.*num.*6.*lib.*4.& cum quælibet res in sui origine præsumitur libera, & seruitu à contrario non habeat causam naturalem,sed aut impositiuam,aut præscriptam;
7 inde fit, vt qui prætendit rem aliquam † esse emphyteuticam teneatur eam talem concludentur probare: Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 554. *num.*9.Rota *in recent.dict.decis.*150.*n.*3.*vers.& quoad effectum part.*1.

Neque releuat, vt etiam pro iustificatione dominij ad effectum deuolutionis admitti soleant adminicula desumpta † ex recognitionibus, so- 8
lutionibus canonum, aliisque similibus, iuxta *decis.*290. *num.*1. *cum seqq. part.*1. *recent.* quia conclusio procedit, vbi cum dictis adminiculis concurrit † inuestitura, seu concessio in em- 9
phyteusim; secus autem est, quando prout hic deficit instrumentum inuestituræ: nam tunc ex quo præsumi potest bona peruenisse ad possessorem non vigore contractus emphyteutici, sed potius simplicis locationis, vel contractus censualis; prout † ita etiam in dubio præsumitur: 10
Natt.*cons.*3.*num.*3.Berous *cons.*113.*num.*8.*lib.*1. *& cons.*49.*n.*7.*&* 8.*lib.*3. Crauet,*cons.*112.*n.*8. *& cons.*131.*num.*11.Rota coram Crescent. *decis.*3.*de præsumpt.& dec.*1.*de censib.& dec.*400. *num.* 7. *part.* 1. *in recent.* cum aliis per Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 11. *&* 17.

Sola hæc possibilitas sufficit ad reddendam æquiuocam probationem desumptam ex dictis adminiculis, & per consequens ad faciendam etiam eam irreleuantem † pro iustificatione do- 11
minij ad effectum deuolutionis, pro qua plena & exacta, vt dictum fuit, probatio requiritur,& ita in terminis dixit Rota *in recent. decis.* 606. *num.*2. *ad med. versicul. respondebatur etiam, part.*1.

Hinc patet non applicari decisiones † allatas 12
pro parte Cappellæ: nam *decis.*290.*part.*1. *rec.* supponit existentiam inuestituræ, & Rota super ea præcipuum fundamentum constituit; deinde super adminiculis, & sic *decis.*164.*par.*6.*recent.* deducit probationem dominij ex inuestituris, & posteà ponderat recognitiones pro adminiculis: Mantic. *decis.* 57. non loquitur in terminis probationis dominij ad effectum deuolutionis.

Tantò autem faciliùs Domini censuerunt locum non esse prætensæ deuolutioni, quia admissa etiam dominij directi iustificatione; adhuc ex quo emphyteusis, de qua in præsenti agitur apparet alienabilis, ac transitoria ad extraneos ex consensu per Rectorem Capellæ præstito venditioni controuersæ domus factæ de anno 1589. in personam Francisci de Magistris stipulan. pro se, suisque hæredibus, & singularibus † successoribus, & cui, vel quibus dederit, 13
quæ quidem clausulæ liberam alienandi facultatem important,& emphyteusim etiam ad hæredes extraneos transitoriam faciunt, vt benè per Roland.*cons.*55.*num.*40.*lib.*3. *vers.vbi feudum:* Crauet.*cons.*84.*sub num.*11.*vers.& eodem modo, & consil.*92.*num.*6. Curt.iun.*cons.*1. *& in princ.* Mantic.*de tacit.lib.*22.*tit.*19. *num.* 29. Cyriac. *controu.*148.*n.*11.Rota *coram Caual.decis.*293. *num.*2.*in rec. decis.*261. *num.* 4. *part.* 1. & fuit etiam resolutum *coram me in Romana domus* 17. *Februarij* 1647. propterea transire potuit titulo vniuersalis institutionis † à dicto Ioanne-Ba- 14
ptista testatore in Monasterium hæredem institutum: Berous *consil.*93. *num.*46. *&* 47. *versic. nam emphyteusis:* Bursat.*cons.*60.*num.*34.*lib.*1. *vers.vt ad Monasterium:* Gloss. *in Auth. ingress.verb.dedicant:* & *ibi* Bart. *num.*37. *versic. quæro ergo, circa hoc de sacrosanct. Eccles.* Innocent.*in cap.in præsentia num.*5.*versic. emphyteusis etiam transeunt:*& Hostiens. *n.*8.*post med. vers. emphyteusis de prob.* Anchar. *cons.*65.*n.*1. *vers.*

vers. si autem succederet : Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob mort. ciuil. fol.* 38. *sub n.* 6. *&* *sub n.* 8. *vers. quia cum Monasterium*, cum aliis relatis per Modern. Fulginaten. *de iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.* 1. *sub num.* 227. *in fin.* Grat. *discept. forens. cap.* 481. *num.* 61. *cum seqq. versic. quibus stantibus :* Rota *in recent. decis.* 261. *n.* 7. *vers. potuit etiam, part.* 7.

Nec aduersatur, quod regulariter sit prohibita alienatio rei emphyteuticæ in manum mortuam, quia quicquid sit, vbi cum prohibitione legis, concurrit etiam prohibitio hominis, & pactum expressum per quod impeditur acquisitio, cum in proposito casu de tali hominis prohibi-
15 tione non doceatur Monasterium, † optimè remansit capax, si non ad effectum retinendi, saltem ad effectum vendendi rem emphyteuticam, & illius æstimationem recipiendi, iuxta doctrinam Speculat. *lib.* 4. *tit. de emphyteut.* §. *nunc aliqua, quæst.* 117. *num.* 143. *communiter recept.* Ancharan. *cons.* 165. *num.* 1. *post medium, vers. sed ibi loquitur :* Grat. *discept. forens. dict. cap.* 481. *n.* 67. *cum duobus seqq.* Rota *in recent. decis.* 261. *n.* 7. *vers. & cessat difficultas part.* 1. *& in alia Mediolanen. bonorum coram Merlin. decis.* 649. *per tot.*

Vllius neque releuantiæ visus fuit prætensus stylus illarum partium apponendi in inuestituris similia pacta prohibitiua alienationis rei emphyteuticæ in manus mortuas, quia dum stylus
16 non probatur † aliundè quàm ex simplici fide Notarij, non est ei quicquid deferendum : *l.* 3. §. *decus, ff. de test. Auth. si quis in aliquo, Cod. de eden.* Gait. *de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 912. *cum duob. sequent.* Rota *in recent. decis.* 255. *sub n.* 3. *part.* 1.

Maximè, cum dicta fides non percutiat tem-
17 pus concessionis † nec concludat inuestituras aliter fieri non potuisse, vt in terminis probationis styli, & consuetudinis hoc requiri respondit Rota *coram Seraph. decis.* 1249. *num.* 1. *cum sequent. vers. neque obstat, & in Ianuen.* 4. *dotalis* 17. *Aprilis* 1643. *coram Reuerendissimo Terracinen.* §. *non obstant attestationes.*

Non etiam subsistit, quod clausulæ illæ, *pro hæredibus, & successoribus etiam singularibus, & cui, vel quibus dederit,* appositæ in dicto instrumento alienationis non faciant emphyteusim transitoriam ad extraneos, sed restringendæ veniant ad hæredes, & descendentes primi acqui-
18 rentis, † ex firmatis per Rot. *decis.* 211. *par.* 6. *recent.* quia ibi aderat expressa prohibitio alienationis in extraneos, per quam prohibitionem ita temperata remansit virtus dictarum clausularum, vt libera facultas disponendi per eas importata restringeretur ad solos descendentes, non autem ad extraneos extenderetur : At in proposita facti specie, nulla exhibetur inuestitura cum dicto pacto prohibitorio alienationis; vnde di-
19 ctæ clausulæ † debent suum operari effectum, qui est tradendi liberam disponendi facultatem, etiam in extraneos : *cap.* 1. *de feud. non habent. propr. nat. feud.* Cephal. *consil.* 400. *num.* 6. *&* 7. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 17. *vers. quarta conclusio*, ibi : *Eo quia, & idem dicendum erit :* Clar. *in* §. *emphyteusis, quæst.* 28. *vers. secundus casus, & vers. sed quæro. :* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 19. *num.* 24. *vers. tertio similiter.*

Idémque confirmandum venit etiam ex obseruantia : nam Domus de qua agitur transiuit à Camilla Barbauaria in familia de Magistris; hæc autem obseruantia † interpretatiua decla- 20
rat, qualis sit natura emphyteusis, de cuius inuestitura hodie non apparet : Socin. sen. *cons.* 66. *num.* 11. *versic. quod etiam confirmatur, lib.* 3. Honded. *cons.* 47. *num.* 28. *lib.* 1. Surd. *decis.* 134. *num.* 9. Rota *decis.* 571. *num.* 3. *part.* 1. *diuers. & coram Merlino decis.* 872. *num.* 11. *vers. omnémque.*

Denique non obstat alia prætensio ob non solutos fictus libellarios, seu Canones infra biennium; tum quia Cappellæ Rector requisitus ad recipiendum, renuit illos recipere, qua stante recusatione, Moniales sunt excusatæ; ac proinde deuolutio † excluditur, cùm ad hunc 21
effectum, quælibet causa etiam credulitatis sufficiat : Rota *in Romana Domus* 25. *Februarij,* 1647. §. *ex quibus, &* §. *sequent. &* 9. *Decembris* 1650. §. *minus deuolutio coram R. P. D. meo Celso :* Tum quia in omnem casum locus esset purgationi moræ, † quam ad effectum euitandi 22
pœnam æquitas Canonica facillimè admittit; *cap. tuam de pœn. cap. apud misericordem* 32. *quæst.* 1. Alexan. *in l. si quis maior num.* 7. vbi Ias. *num.* 26. & Iacob. de S. Georgio *num.* 43. *Cod. de transact.* Dec. *cons.* 138. *num.* 7. Rota *coram Penia decis.* 431. *n.* 4.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CXXVII.

R. P. D. ZARATE.

Interamnen. Dotis.

Veneris 27. *Aprilis* 1657.

SVMMARIVM.

1 *Mandati validitas desumitur ex actorum reuolutione.*

2 *Instrumentum facit probationem probatam.*
Fundat intentionem producentis, n. 9.

3 *Solutione obligatio extinguitur.*
Declara, vt num. 4.

5 *Instrumentum non seruata forma decreti non liberat.*
A debitore cum consensu creditoris est faciendum, n. 12.

6 *Maritus iura vxoris deteriorare non potest.*

7 *Censum extinguendi conuentio dummodo pecunia redigatur in emptionem stabilium facit, vt venditor non liberetur nisi probet versionem in illam causam.*

8 *Producens scripturam eam recognouit, prout iacet:*
Amplia, vt n. 9.

10 *Obligatus ad inuestimentum, si non adimpleat, ad fructus tenetur.*

11 *Vxore mortua fructus dotales non debentur, etiam si supersint filij.*

MAndata A. C. quibus Ioannes Alexander Mallitellus fuit condemnatus ad soluendum Claræ Mallitellæ, ex causa residui sortis dotis scuta quingenta, & fructus loco damnorum, & interesse esse exequenda DD. censuerunt : illorum enim validitas elicitur ex actorum reuolutione, iuxta vulgatam decis. Caputaq. 260. part. 2.

part. 2. & iustitia respectu mandati ex causa residui dotis est euidens, cum debitum clarum
2 resultet ex instrumento publico † pactorum matrimonialium, inter Ioannem Valentinum Mallitellum Patrem Claræ & Innocentium Ciamburlanum Patrem Gregorij Sponsi Claræ celebrato, obligatione Camerali vallato, quod probationem probatam & manifestam facit, *vulga. iuribus.*

Nonobstat quòd predicta scuta 500. fuerint soluta, cùm scilicet idem Ioannes Valentinus debitor de consimili quantitate depositum fecerit in monte Pietatis ciuitatis Interamnæ, quæ
3 quantitas deinde inuestita † fuit in quodam censu per Annibalem Castellum imposito, vt propterea ex debiti solutione extincta fuerit omnis obligatio: §. 1. *instit. quib. mod. toll. obligat. l. si rem §. omnis, ff. de pignor.* Quoniam id verum es-
4 set quoties solutio † emanasset, vt declarat Angelus *in dicto §. 1. instit. quib. mod. toll. oblig.* Rot. *coram Merlino decis. 77. num. 3.* quod vtique non contingit in solutione per Ioannem Valentinum facta: vigore enim decreti Auditoris cameræ dicta pecuniarum quantitas eroganda erat in emptionem censuum idoneorum, de consensu Innocentij, vel eo recusante cum decreto iudicis ciuitatis Interamnæ, sub nomine & ad commodū Claræ pro suis dotibus, & cum peculiari conuentione, quòd non possint francari, & extingui sine consensu dicti Innocentij, vel eo recusante sine decreto dicti iudicis, *Summario de Ciamburlanis num. 2.* Quapropter depositum, vel necessarium inuestimentum à solo Ioanne Valentino factum
5 † non seruata forma decreti, eum nullatenus liberat, adeo vt ipsius hæreditas obnoxia sit reiteratæ solutioni, vt docet Gloss. *in princ. instit. quibus mod. toll. oblig. verb. omnis obligatio*, ibique Aretin. *sub num.* 1. Ger. Spin. *consil.* 23. *num.* 20. *lib.* 1. Socin. Iun. *consil.* 116. *num.* 6. *ad med. & seqq. lib.* 2. Rota *cum ibi adductis in Romana fructuum census* 22. *Iunij* 1646. *&* 30. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec releuat quietantia super cassatione & annullatione dicti reinuestimenti, & etiam de scutis 1500. quam 25. Februarij 1613. Ioannes Valentinus à Gregorio marito Claræ consequutus est. Nam dicta quietantia ex qua oritur prætensa extinctio nullius fuit roboris vti proueniens à marito ære alieno grauato, & ad inopiam vergente; cum quemadmodum ex decreto iudicis à principio solutio dotis fieri non potest; ita nec retrouenditio, cum per indirectum recepisset pecuniam dotalem, quod erat ex dicto decreto iudicis prohibitum, præcipue sine con-
6 sensu Claræ vxoris, cui insuper iura † maritus deteriorare non potest text. est explicit. *in l. sex Iulia & per tot. ff. de fund. dotal.* facit text. *in l. quoties, ff. solut. matrim.* Negus. *in respons. quæst.* 526. *num.* 11. Molfes. *ad consuetud. Neap. part.* 8. *consuetud.* 1. *num.* 1. *&* 2. Præterquam, quod de quietantia, quamuis reiterata dolum quod ad modum, & machinationes Ioannis Valentini arguit in damnum Claræ eiusque filiorum, quibus dos est debita cum facto supradicto inuestimento cum Annibale Castello, statim idem Ioannes Valentinus ad eius fauorem, bonam fidem recognouerit, declarando censum ad eius fauorem fuisse impositum, & postmodum in cassatione & quietantia extorsit confessionem de recepto à Gregorio genero, cum assertione quòd ipse & eius fratres capitale census ante stipulationem ipsis solutum in proprios vsus conuertere intendebant, *Summario Mallitelli, num.* 11. itaque omnimoda repugnantia proficiscitur contra formam à iudice in decreto præscriptam, vt scilicet pecunia per Ioannem Valentinum nomine & ad commodum Claræ pro eius dotibus inuestiretur, † & propterea il- 7
lam Gregorio & fratribus libere persoluere pro ipsorum vsibus minime valuerit, vt præter authoritates supra allegatas in specie de extinctione censuum tradunt Molin. *de Pignor. lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 6. Roderic. *c. de ann. reddit. lib.* 2. *quæst.* 15. *num* 89. Grat. *discept. for. c.* 45. *num.* 2. 26. *&* 29. Cenc. *de censib. quæst.* 59. *num.* 35. *cum seqq.* Amat. *decis. March.* 90. *num.* 13. *cum seqq.* Giurb. *decis.* 79. *num.* 45. *cum seqq. ante fin. verb. sic quoque & num.* 46. *cum seqq.*

Minus officit, quod Clara quietantiam in iudicio contra maritum ad inopiam vergentem induxerit; quia non inde potuit sibi, suisque filiis præiudicare, & per dictam productionem
† illam recognouisse eo modo, quo erat, & sic 8
cum sua mala qualitate, non autem eam, approbasse censetur, vt responsum fuit *in Romana, seu Veliterna affictus* 13. *Ianuarij* 1653. *coram bon. mem. Bichio*, §. *nec releuat, quod Procurator:* præsertim, quia Clara habebat suam intentionem † fundatam in eius instrumento promis- 9
sionis & constitutionis suæ dotis, vt admisit Rota *decis.* 361. *n.* 3. *p.* 1. *recent.*

Respectu vero mandati pro fructibus relaxati iustitia pariter est indubitata, ex eo quod Ioannes Valentinus ex decreto Iudicis dotem reinuestire debebat in Censibus: hoc enim casu si ipse debitor, vel nullum reinuestimentum, vel inuali- 10
dum † fecit, dos in eius odium habetur, proinde ac si realiter ac valide reinuestita fuisset: vnde iure optimo condemnatur, cum ipse teneretur ad fructus loco damnorum & interesse, & ad illam præcisam rationem, quæ percepta fuissent, si inuestimentum validè præstitisset, vt responsum fuit *in Viterbien. dotis* 26. *Iunij* 1641. *coram R. D. meo Decano, in Bononien. Pecuniaria de Lambertinis* 3. *Iunij* 1647. *coram bon. mem. Bichio*, apud Zach. *de oblig. Camer. decis.* 279. *num.* 2. *cum pluribus seqq.* & plenius *in dicta Romana fructuum Census, coram R. P. D. meo Cerro*, §. *non obstat quod exceptis, cum sequenti confirmatione, coram bon. mem. Bichio* 15. *Ianuarij* 1652. §. *neque promissionem:* & exinde cessat obiectum, quod post mortem † vxoris 11
fructus dotales, &c. non debentur, stantibus etiam filiis; nec minus loco damnorum, & interesse nisi pro satisfactione: Castr. *in l.* 3. §. *fin. ff. de eo, quod certo loco*; cum non procedat quando, vt in præsenti, dos est inuestienda ex supradictis.

Quod autem onus inuestiendi spectaret ad Ioannem Valentinum debitorem dotis ostenditur ex ipso decreto; dum enim A. C. ipso Ioanne Valentino instante mandauit inuestien. summam ab Innocentio creditore & sponsæ socero petitam in tot censibus idoneis de consensu ipsius Innocentij, vtique declarauit inuestimentum esse faciendum ab ipsomet Ioanne Valentino debitore, † non autem ab Innocentio credi-
tore, qui solum consensum reinuestimento 12
præstare tenebatur, vt latè comprobatur in dicta Romana fructuum Census, *coram R. P. D. meo Cerro*, §. *quoniam p radicta, vers. secus autem.*

Et ita, &c.

DECIS.

DECIS. CXXVIII.

R. P. D. CERRO.

Mantuana Bonorum.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

SVMMARIVM.

1 *Ius feudalitatis æstimatur in tertia parte valoris feudi.*
2 *Valor bonorum tractu temporis mutatur.*
3 *Vtilitas Ecclesiæ aliunde probanda, quàm ex confessione concedentis, ac recipientis in feudum.*
4 *Bona feudalia ad Ecclesiam deuoluta, & de nouo concessa regulantur iuxta posteriorem inuestituram.*
Feudalia Ecclesiæ in statu Mantuæ reducta sunt adinstar allodialium, n. 10.
5 *Feudum finitum ad Ecclesiam reuertitur cum melioramentis ob pactum meliorandi.*
6 *Obseruantia contractus pro tempore, quo vixit Prælatus alienans in præiudicium Ecclesiæ non attenditur.*
7 *Fide à mala qualibet causa excusat.*
8 *Relatio ad instrumentum habet vim specificæ relationis illius.*
9 *Restituere quis non tenetur, nisi parte petente.*
11 *Clausula, saluo iure feudi, facultatem alienandi feudum ex pacto, & consuetudine restringit ad durationem inuestituræ.*

STeterunt Domini in decisis coram me 18. Maij 1654. quia clarum est bonum ius mensæ Episcopalis Mantuæ super deuolutione bonorum, de quibus agitur in loco *dell' Angelo*, ob mortem Comitis Vincentij Cassini vltimi inuestiti sine filiis, vel vlterioribus descendentibus, pro quibus tantummodò illorum inuestitura ipsi concessa fuerat, vt probant authoritates *in princ. decisionis allegatæ*.

Non obstat iterùm adducta liberatio à vinculo feudalitatis de anno 1555. quia fuit nulla, & non habuit effectum; nullitas enim educitur ex defectu euidentis vtilitatis Ecclesiæ: nam pro bubulcis 1300. datæ fuerunt Ecclesiæ solùm bubulcæ 29. & tamen iuxta stylum status Mantuani relatum à Cyriaco *controu. 162. sub num. 20.* feudalitas æstimatur ad rationem quintæ partis veri valoris, ad quam rationem Ecclesiæ ad minus debebantur bubulcæ 160. constituentes quintam partem dictarum bubulcarum
1 1300. Imò de iure † feudalitatis æstimari ad rationem tertiæ partis tradit Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune num. 9. ff. de acquir. possess.* quem sequitur Borgn. Cauale. *decis. 36. num. 5. part. 1. & decis. 1. sub num. 26. vers. vnde videmus, part. 2.* & ad istam rationem valutatur Canon, vt dictum fuit *in Romana simulationis Contractus 16. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Verospio, §. Denique supposita, versic. ac denique.*

Replicatio autem, quòd aliæ similes liberationes factæ fuerint per dictam Mensam pro sola recompensa tertiæ partis vnius Ducati pro qualibet bubulca, vt patet ex liberatione anni 1500. relata in *Sum. Marchionissæ num. 3.* & ex alia super qua scripserunt Gozzadin. *cons. 73.* & Dec. *consil. 409.* nullius est releuantiæ.

Tum quia sunt de annis longè antecedentibus, à quibus † inferri non potest ad valorem 2
currentem de tempore controuersæ liberationis de anno 1555. ad text. *in l. prædia rerum, §. vlt. ff. ad l. Falcid. & in l. 3. §. Diui, ff. de iur. feud.*

Tum etiam, quia non docetur, quòd bona in dictis liberationibus contenta eiusdem sint qualitatis, ac nostra, de quibus agitur; sufficitque esse possibile, quòd essent diuersæ qualitatis, vt non constituant plenam probationem validitatis controuersæ liberationis, à qua nec releuatur Marchionissa per assertionem executorum, quòd illa tenderet in euidentem vtilitatem Ecclesiæ; quia illi † non statur, sed aliundè concludenter 3
est probanda vtilitas præfata: Dec. *consil. 603. num. 14.* Menoch. *consil. 439. sub num. 28.* cum aliis allegat. *in Commen. dismembrationis 22. Iunij 1648. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, §. in proposito, vers. nec eiusdem, & in Cusentina Canonicatus 5. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Meltio, §. non sufficit.*

Nec refert, quòd tempore primæ concessionis dicta bona essent paludosa, inculta, & infructifera, vt propterea vtiliùs fuerit Ecclesiæ consequi dictas bubulcas 29. sitas in loco fertilissimo, fructiferas, & optimæ qualitatis, quia censuerunt Domini, attendendas esse subsequentes concessiones factas de dictis bonis, postquam meliorata, & ad fertilitatem redacta fuerunt: Cum enim post primam concessionem deuoluta fuerint ad Mensam, vnà cum melioramentis ob factam alienationem, tanquam de liberis, & ob non renouatam illorum inuestituram; qua deuolutione acceptata, alios iterùm de illis mensa inuestiuit anno 1537. nempè Hieronymam Piperarium; vtique non amplius † antiqua inuestitura, vel origo, sed posterior dicti 4
Piperarij facta tempore, quo bona fructifera erant, attendenda est, vt post Isern. & alios *in cap. 1. sub vers. dic ergo de vassall. decrep. ætat.* respondit Rot. *in Portuen. stagni 10. Iun. 1641. coram Cardinali Pancirolo, §. nec refragatur,* & aliis relatis *in Romana deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. sub §. ad pactum cum seqq. & 21. Iunij 1652. §. quapropter, coram R. P. D. meo Bichio, & 15. Iunij 1654. §. denique non obstat, coram R. P. D. Meltio.*

Et hinc etiam non refert, quòd stante primordiali illorum sterilitate effecta fuerint transitoria ad quoscumque hæredes etiam extraneos, ob melioramenta desuper facta; quia vt dictum est, attendendæ sunt subsequentes inuestituræ, quæ non continent rem sterilem, sed fructiferam, & melioratam; vltra quod stante † pacto 5
expresso de re melioranda, & restrictione nouæ concessionis ad certas personas, nempè descendentes sanguinis vtriusque sexus, allegata steritas nullius est momenti; quia finita concessione per deficientiam personarum vocatarum, feudum deuoluitur ad Dominum, vnà cum melioramentis, vt respondit Rota *in Romana deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Bichio, §. his positis, vers. paritèrque non meretur.*

Stante igitur prædicta nullitate adducta liberatio non habuit effectum; quia deinceps ab anno 1569. citra vsque in præsenti plures emanarunt successiuæ inuestituræ tanquam de bonis feudalibus, & signanter vltima ad fauorem Comitis

Comitis Vincentij Cassini Authoris Marchionissæ colligitantis: Inde enim *in prima decisione sub §. Quoniam*, duo desumpta fuerunt etiam hodie à Dominis comprobata: Alterum, quòd à dicto anno 1569. legitimè sit præscriptus status iterum impressæ feudalitatis,ad quem effectum sufficiunt 30. anni cum bona fide: Alterum quòd Marchionissa habens causam à dicto inuestito, qui in vltimo statu bona controuersa tanquam feudalia acquisiuit, eorumque feudalitatem agnouit, & facto ipso approbauit, illam controuertere non possit ex iuribus ibi allegatis.

Non obstat, quòd ab anno 1555. vsque ad annum 1569. seruata fuerit liberatio, quódque successiui infeudantes essent in mala fide,tam ob eius scientiam, quàm ob retentionem dictarum bubulcarum 29. quæ in illius recompensam datæ fuerunt.

Quoniam dicto tempore intermedio ab anno 1555. vsque ad annum 1569. vixit Prælatus, † qui alienauit; ideóque lapsus dicti tempo-
6 ris pro obseruantia dictæ liberationis attendi non valet in præiudicium Ecclesiæ admodùm læsæ, vt bene respondit Rota *coram bon. mem. Merlin.decis.*702. *num.*13. *&* 14.In Episcopis verò successoribus, qui subsequentes fecerunt inuestituras, tanquam de re feudali, considerari nequit aliqua mala fides impeditiua præscriptionis ob scientiam dictæ liberationis, quia potuerunt credere, vt declaratur in inuestituris, illam esse nullam; prout nulla fuit ex *suprà* probatis,
7 quod satis est, ne dicantur in mala † fide, à qua regulariter qualibet causa excusat: *l. igitur*, §. *qui potest*, *ff. de liberal. caus.* Dec. *consil.*452. *num.*4. Curt.iun.*consil.*19. *num.*5. *lib.* 1. Honded. *consil.*42.*num.*45. *lib.*2. Burat. *decis.*182. *num.*25.

Et quamuis huiusmodi declaratio respectu istius liberationis non legatur expressa in inuestitura facta anno 1570. Erasmo Abduæ, quia tamen ibi explicita relatio habita fuit ad præcedentem inuestituram concessam ann.1569.filiis Piperarij, in qua insertus est libellus totaliter fundatus super nullitate dictæ liberationis, hu-
8 iusmodi relatio † habet vim specificæ repetitionis illius, vt latè dictum fuit *in Romana Apothecarum* 8. *Iunij* 1654. *&* 25. *Iunij* 1655. *coram R.P.D.meo Bichio.*

Prædictas autem bubulcas 29. in recompen-
9 sam habitas dicti Episcopi † non tenebantur restituere, nisi parte petente: Gabr. *de transf. conclus.*1.*n.*51.Rota *decis.*810.*n.*2.*part.*1.*diuers.& in recent.decis.*315.*n.*15.*part.*5.

Demùm non refert, quòd in statu Mantuano
10 ex antiqua consuetudine bona feudalia † redacta sint adinstar allodialium, vt firmatur *in alia decisione*, §. *quia omissis*; quoniam exinde prætendi non potest, quòd finita inuestitura per mortem Vincentij sine filiis, vel descendentibus vtriusque sexus, potuerit ipse de eis disponere ad fauorem vxoris, eam instituendo hæredem vniuersalem; qualitas enim illa allodialitatis ex
11 præfata consuetudine † resultans procedit inuestitura durante, non autem ea finita, attenta præsertim clausula, *saluo iure feudi*,ibidem repetita,vt monet Burat. *cons.*137.*n.*13.*&* 14. Rota *decis.*167.*n.*43.*part.*5.*recent.*

Cæteris satisfacit prima decisio, cuius fundamenta visa fuerunt Dominis subsistere.

Et ita vtraque,&c.

DECIS. CXXIX.

R. P. D. Cerro.

Romana Dotis.

Lunæ 15.*Maij* 1656.

SVMMARIVM.

1 *Euictione de quem tenet actio, agentem repellit exceptio.*
2 *Hæredem se facit, qui bona hæreditatis possidet.*
3 *Hæredi inest onus soluendi æs alienum defuncti.*
4 *Conditionis expressio, quæ inest, non facit dispositionem conditionalem.*
5 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*
6 *Hæres conditionaliter institutus purificata conditione fingitur hæres ab initio.*
7 *Creditor consentiendo alienationi censetur remittere hypothecam.*
8 *Debitor in præiudicium creditorum ius suum deterius facere nequit.*
9 *Hypotheca extinguitur extincto iure hypothecantis.*
*Sequitur rem,& possessorem, n.*11.
10 *Dispositione facta expirat substitutio facta in casum non secutæ dispositionis.*
12 *Disponendi facultatem habens expresè disponere debet ad exclusionem substituti.*
13 L.si quis iuncta Auth.nunc autem, C.de secund.nupt.& l.si mihi 103.ff.de legat.1. *declarantur.*
14 Ruin. cons.147. num.16. lib.2. & cons.92. num.28.lib.3. *declaratur.*
15 *Voluntas vltima non debet pendere ab alieno arbitrio.*
16 *Substituere sub conditione à facto tertij dependente non est prohibitum.*

Hodie pro quarta vice iterum visum fuit Dominis Annam Crescentiam non fuisse hæredem Lauræ, sed Crescentij communis debitoris, & ideo ad sui fauorem non esse exequendum Instrumentũ dotale † eiusdem laureæ, 1
cum repellatur exceptione *l.vindicantem*, *ff. de euict.* qua repelleretur Crescentius eius auctor, si ageret ex rationibus comprobatis, *in tribus præcedentibus decision. aditis coram me* 15.*Iunij* 1643. 2. *Decembris* 1644. *&* 27.*Maij* 1647. Laura enim sibi instituit hæredem Crescentium fratrem, illique concessit liberam facultatem disponendi tam in vita, quam in morte de residuo suæ hæreditatis solutis debitis, & licet substituerit Annam, substitutio tamen huiusmodi non fuit pura, & libera, sed conditionalis, quatenùs Crescentius hæres institutus non disposuisset: vndè cum ipse vtendo d. facultate disposuerit de bonis Lauræ,instituendo in illis Annam filiam, defecit conditio, sub qua à Laura substituta fuit eadem Anna, & sic euanuit eius substitutio sub præfata conditione concepta, & consequenter ipsa successit Crescentio, † à quo 2
fuit instituta hæres particularis, eiusque institutionem acceptauit assequendo, & retinendo bona sibi relicta, quæ alio iure consequi non poterat: Bart. *in l. gerit num.*2. *ff.de acquir. hæred.*

red. & præter authoritates allegatas *in 2. decis.§.ea vero*; respondit Rota *coram Card.Mellin.dec.44.num.6. & 7. decis.231. num.1. & 2. & in Firmana Pecun.1. Iulij 1654. coram Reu. P. Domino meo Verospio,§. controuerti verò non potuit.*

Nec subsistit quod tam institutio Crescentij, quam facultas disponendi illi attributa, fuerint conditionales propter onus sibi iniunctum soluendi infra biennium omnia debita, in quibus Laura reperiebatur obligata.

3 Quia onus † huiusmodi de iure inest in hærede ab ipsa die aditionis hæreditatis, *l.cum heredes 23.ff.de acquir.poss.* Et propterea eius expressio eo modo, quo à iure præscribitur, non facit institutionem, nec dispositionem condi-
4 tionalem,† nec suspendit acquisitionem hæreditatis, *vt.prater adducta in 3. decis.§.vlt.* probat text. *in l.Cornelius, ff.de hered.instit. & in l.3.* vbi late exornat Rip. *in 1.notab. ff. de legat.1.* Oldr.*cons.223.num.3.* Gemin.*cons.84. num.19. vers. non obstat quod collationes, & consil. 106. num.12. vers. sed expressio* Rot. *coram S. M. Greg. decis.307.num. 21. & in rec. decis. 483. num.2.vers.& licet dispositum,p.3.& decis.638. num.2.part.4.* Cumque in casu contrario non fuerit adiecta pœna priuationis, nec datus Substitutus, vtique licet præfixus fuerit terminus biennij, nihilominus omittendo Crescentius solutionem debitorum,non cecidit proinde à commodo hæreditatis, nec amisit facultatem dispo-
5 nendi;† Sicut enim non cadit hæres non soluendo æs alienum hæreditarium, ad quod de iure tacitè tenetur, ita nec quando vt soluat, fuit expressè demandatum, cum expressio eius, quod tacitè inest, nihil operetur *ex allegat.* Decisiones autem *in Cesenaten. hereditatis 24. Martij 1651. coram Reuerendiss. D.meo Decano, & 10. Nouembris eiusdem anni coram R. P. D. meo Albergato,* non applicantur casui nostro, quia ibi testator in casu non implementi conditionis addidit pœnam priuationis hæreditatis, & dedit Substitutum, quæ hic non fuerunt adiecta.

Gratisque asseritur d. bona non venire sub generali hypotheca ante testamentum, & mortem Lauræ à Crescentio contracta, ex quo illorum acquisitio resolubilis, ac reuocabilis erat quatenùs ipse Crescentius in vita, vel in morte de illis non disposuisset.

Quoniam vt patet ex prædictis, institutio, & facultas disponendi erant puræ; conditio autem, seu reuocabilitas adiecta fuit in substitutione Annæ concepta, quatenus Crescentius in vita, vel in morte non disposuisset, & decessisset sine filiis; Vnde cum ipse præcisè de bonis & Iuribus hæreditariis Lauræ disposuerit in illis instituendo hæredem Annam, adimpleta, & purifi-
6 cata fuit d.conditio, † & sic euanuit substitutio, & grauamen illi iniunctum in casu non factæ dispositionis, per ea, quæ dixit Rot. *decis.75. num.9.part.2.rec. & coram S.M.Greg.decis.85. num. 25.* quæ propterea cadunt sub generali hypotheca, & obligatione Camerali per ipsum antecedenter contracta, quæ nedum bona, & Iura presentia, sed etiam futura regulariter comprehendit, vt respondit Rota *decis. 294. num.2.part.1. & decis. 419. num.2. part.8. recent. & in Sancti Seuerini dotis, seu Saluiani 4.Maij 1640. coram Reuerendiss. Domino meo* Decano, *apud Zach. de obligat.Cam.decis.187. num.3.*

Minúsvè subsistit quod hypotheca sublata, & resoluta remanserit siuè per d.institutionem ad fauorem Annæ à Crescentio expresse factam, siuè per eius mortem deindè subsequutam.

Quia prima pars obiecti procedit in creditore, qui disponendo ad fauorem debitoris de bonis sibi hypothecatis, vel consentiendo simpliciter illorum alienationi † remittere videtur hy- 7
pothecam ad sui fauorem contractam:in quibus terminis loquitur Natt. in contrarium allegat. *consil.474. num.29. & consil. 530. num.1.cum seqq.* Secus verò in debitore, † qui nullo modo 8
remittere, nec tollere potest hypothecam in præiudicium eius creditorum, *l.debitorum pactionibus, C.de pact. l.si vnus §.ante omnia, ff. eodem, & l.1.C.debitor, vendition. pignor. impedir. non poss.*Neguſ.*de pign.in 3.mem. 6.p.princip. n.11.* Burat.*decis.62.num.5.* Secunda verò pars obiecti procedit in hærede absolutè grauato alteri restituere, & sic domino reuocabiliter, quo decedente resoluitur,† & extinguitur hypothe- 9
ca per ipsum contracta, & bona ad fideicommissarium transeunt sine onere d. hypothecæ, vt probat text.*in l.fin.§. sin.autem C.comm.de legat.* Rota coram bon.mem. Merlin.*decis. 645. num. 3.* Ideóque non applicatur casui nostro, quo Crescentius non fuit hæres grauatus nisi quatenus non disposuisset, & fuit Dominus irreuocabiliter quatenus voluisset præcisè de bonis disponere,vt disposuit,† & consequēter per 10
eius obitum d. hypotheca non remansit esoluta dum fecit dispositionem, licentia enim disponendi compatibilis est cum substitutione ordinata in casum non sequutæ dispositionis, quia eadem substitutio dicitur habere tam expressam, quam tacitam conditionem quatenus Crescentius non disposuisset, facta tamen dispositione expirauit, vt præter allegata *in praced. decis.*responsum fuit *S. Seuerini fideicommissi 27.Maij 1647. coram. R. P. D. meo Verospio in princ.* & bona transierunt in Annam, cuius fauore fuit facta dispositio cum onere præcedentis hypothecæ generalis, † quæ regulariter sequitur rem 11
& quemcumque illius possessorem, *l. distractis, & l. pignoris C. de pignor. l. res C. de remission. pignor.* Rota *decis.301. num.17. part.1. rec.* & coram Buratt.*d.decis.62. num. 3.* Decisio autem *in Romana Scriptoria coram Card. Marquemont.5. Iunij 1609. impress.* apud Grat. *discept. 221. sub num. 10.* firmans generalem hæredis institutionem non comprehendere ea, † quæ ad 12
alium spectare debent casu quo de illis specialiter non disponatur, non aduersatur, cum Crescentius specialiter disposuerit de bonis Lauræ ad fauorem Annæ, ibi, *Item d.D.Crescentius testator iure Institutionis,&c. reliquit D.Anna. &c. omnia & singula bona mobilia ipsius Testatoris, &t.ac etiam omnia alia bona, actiones, & iura quæcumque per ipsum D. Testatorem reperta in hæreditate d. Laura Crescentia sua germana sororis, &c.* Quæ ab ipso Crescentio habente liberam facultatem disponendi ad fauorem cuius maluerit d.bona recognoscere debet, vt declarando text.*in l.vnum ex familia 67.§.si de falcid. ff.de legat.2.& in l.si sponsus §. si quis rogatus,ff.de donat.inter vir.& vxor.* latè responsum fuit *in primis duabus decisionibus huius causæ, comprobatis in Romana Emphyteusis 28. Nouembris*

uembris 1653. coram. Reuerendiss. P. Domino meo Ve:ospio.

Neque applicantur text. *in l. si quis, §. illud etiam iuncta authent. nunc autem, C. de secund. nupt. & in l. si mihi Sempronius 103. ff. de legat. 1.* Procedunt enim quando habens facultatem disponendi nullo modo disponit, vel disponit eo modo, quo testator dispofuerat, data autem prout hic difformitate dispositionum nil refert an dispositio facta fuerit ad fauorem personæ vocatæ à testatore, vel alterius, quia ipsa difformitas demonstrat eum noluisse obsequi voluntati testatoris, sed voluisse vti libera facultate ab eo concessa, cum paria sint ad istum effectum transferre bona in alias personas, vel in personam vocatam sub diuersis conditionibus; Crescentius enim Iure institutionis reliquit Annæ bona Lauræ vna simul, & copulatiuè cum propriis, atque adiecit onus illa distribuendi inter pauperes, quatenus Anna sine filiis decedat, quod in testamento Lauræ non legitur, ex quibus concludenter educitur disposuisse de illis bonis non tanquam spectantibus ampliùs ad hæreditatem Lauræ, sed vti proprio ipsius patri-
14 monio † vt deducitur *in 2. decis. §. vlt.* Cui non vrget Ruin. *consil. 147. num. 16. lib. 2. & consil. 92. num. 28. lib. 3.* Quia in suo casu dispositio fuerat facta in venientes ab intestato purè, sine alia conditione, & sic tamquam facta eo modo quo ineat, nihil operabatur.

Extra rem aut visa fuerunt ea, quæ subdebantur de nullitate facultatis disponendi tam-
15 quam importantis † dispositionem Lauræ in voluntatem hæredis, ex allegat. per Surd. *cons. 380. num. 25. cum seqq.* Quia ipsa non contulit dispositionem in voluntatem Crescentij, in quibus terminis loquitur Surd. & alij in contrarium ab eo allegati, sed Crescentium instituit, & substituit Annam, quatenus ipse de bonis non di-
16 sposuisset. Conditio itaque substitutionis, † non ipsa substitutio pendet à voluntate Crescentij. Prohibitum autem non est substituere sub conditione à facto tertij dependente, *l. si ita fuerit 12. ff. de manumiss. testam.* Rota *in d. Cesenaten. hæreditatis 24. Martij 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 10. Nouembris eiusdem anni coram Reuerendiss. Præside Domino meo Albergato.*

Denique non obstat repetitum obiectum quod Anna adierit hæreditatem Lauræ, & repudiauerit illam Crescentij. Quia ex prædictis non potuit adire, nec consequi bona Lauræ, nisi vti hæres Crescentij, qui nec præcisa, nec causatiua necessitate cogebatur illam instituere, quia habebat liberam, & amplissimam facultatem disponendi tam in vita, quam in morte, & proptereà eo ipso quod Anna hæc bona acceptauit, se hæredem Crescentij declarauit, cum ad ipsam alio Iure quam hæreditario ipsius pertinere non poterant, vt probant authoritates *supra in principio* allegatæ.

Et ita vtraque, &c.

DECIS. CXXX.

R. P. D. MELTIO.

Romana Census.

Veneris 23. Iunij 1656.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
2 *Census extinctionem solutio pretij de necessitate non infert.*
3 *Procurator fines mandati custodire debet.*
Amplia, vt n. 4.
Excedens fines mandati non liberat debitorem, n. 5.
Potest retrouendere censum, cùm sit venditio necessaria, n. 17.
Cum libera potest retrouendere censum, num. 23.
Non præsumitur abuti mandato, n. 25.
Excedens mandatum non obligat Dominum, nisi sciens ratum habeat, n. 26.
6 *Mandati procura verba strictam recipiunt interpretationem.*
7 *Mandatum non habere, vel habere insufficiens paria sunt.*
Habens ad aliquid dicitur habere etiam ad dependens, num. 12.
Cum libera ex quibus resultet, n. 15. & n. 16.
Cum libera quod operetur. n. 18.
Cum libera tribuit facultatem expediendi requirentia speciale mandatum, n. 22.
8 *Solutio facta nominato in instrumento liberat.*
Amplia, vt n. 9. & 10.
11 *Verba, immediatè adiecta recipiunt declarationem ab antecedentibus.*
Cedendi iura in procura posita dant facultatem extinguendi censum, n. 14.
Debent semper aliquid operari, n. 19.
13 *Antecedentia cui committuntur, subsequentia quoque censentur commissa.*
20 *Dictio,* occasione, *stat compulsatiuè, & denotat causam etiam remotissimam: occasione operatur, ne mandatum restringatur ad formalitatem expressam.*
Autem, *denotat casum diuersum, n. 24.*
27 *Disdicta in extinctione census requisita renunciari potest.*

VEnerabilis Domus Professa Societat. IESV de Vrbe, sub die 3. Augusti 1647. per acta Trotti Notarij A. C. mediante persona R. P. Augustini Oldouini Procuratoris imposuit annuum perpetuum censum scutorum 180. auri in auro stamparum, quem sic impositum vendidit D. Ioanni Andreæ Gentili absenti; ac in Ciuitate Genuæ commoranti, ac pro eo D. Paulo Hieronymo Mambillæ eius Procuratori, pro pretio scut. 4000. similium auri stamparum, sub pacto illum quandocumqne redimendi, præuia tamen intimatione Disdictæ per duos menses ante faciendæ iuxta formam Pij V. san. mem. illiúsque fructus soluere promisit eidem Paulo Hieronymo Mambillæ, vel alteri eius legitimo Procuratori sub obligatione Camerali, *vt in Sum. dictæ Domus Professæ, num. 20.* quæ fructus integrè persoluit

soluit Mambillæ, nec vllo vnquam tempore tractatum fuit cum Gentili principali.

Quia autem eadem Domus Professa inuenit pecunias ab aliis beneuolis personis sub vsuris minus rigorosis pro dicto censu, præuia extraiudiciali denunciatione Disdictæ de anno 1651. sub die 21. Augusti fuit extinctus per integram solutionem tam fructuum, quàm sortis principalis factam eidem Mambillæ, qui in instrumento huius extinctionis de nouo fassus fuit se Procuratorem ipsius Gentilis, & vti talis fecit finalem, quietantiam ad fauorem eiusdem Domus Professæ, vt *in eius Summ. sub n. 5.*

Post hæc verò ad instantiam D. Gentilis per acta alterius Notarij productum fuit coram R. P.D. Baranzono instrumentum impositionis census, cuius fructus de nouo fuerunt petiti: Vnde ab eo contrà eamdem Domum Professam relaxatum fuit mandatum pro fructibus; commissa autem appellationis causa Rotæ, dubitatum fuit an mandatum esset exequendum, & negatiuè per Dominos fuit responsum.

Quia cùm constet de extinctione dicti census, & omnium fructuum satisfactione per solutionem factam sub die 21. Augusti 1651. intrat satis vulgata iuris conclusio, quod solutione

1 † eius quod debetur extinguitur omne debitum, & obligatio, & cessant quæcumque acta, iuxta *§. primum instit. quib. mod. toll. oblig. gloss. in fin. in. l. cum plures, ff. de euict. l. 1. & 2. ff. quibus mod. pignor. vel hypoth. soluatur, l. nulla, Cod. de solut. l. pro eo, ff. eod.* Surd. *decis.* 308. *num.* 9. Rota coram Pen. *decis.* 327. *num.* 2. & coram Merlin. *decis.* 463. *n.* 14. *& decis.* 565. *n.* 1.

Non obstat quòd pretij solutio de necessitate

2 † non inferat census extinctionem, vt Rota firmauit coram Merlin. *decis.* 463. *n.* 15. & quod in hoc casu solutio dicatur facta Paulo Hieronymo Mambillæ non habenti à suo principali suf-

3 ficiens † mandatum pro extinctione huiusmodi census, qui propterea non potuit excedere fines sui mandati, cùm per ipsum illi diligenter essent custodiendi, ad text. *in l. diligenter ff. mandat. cap. qui ad agen. de procurat. cap. per tuas, de arbitr.* Rota *decis.* 82. *num.* 2. *part.* 6. *recent.* cum præsertim tale mandatum esset restrictum ad certum, & determinatum actum, nempè ad exa-

4 ctionem fructuum dicti census, † extra quam dictus Procurator quicquam non potuit facere, nec Gentilem suum principalem in alia obligare: *l.* 3. *§. vlt. l. potest, & ibi gloss. l. si Procurator, & ibi gloss. verb. potuit:* Bald. & Alex. *de procurat.* Rota *decis.* 20. *num.* 30. *& decis.* 79. *n.* 1. *part.* 6. *recent.* sicque per huiusmodi extinctionem factam cum dicto Mambilla, nulliter & inualidè præsupponatur, quod Domus Professa,

5 † quæ soluit nequaquam liberata remanserit ab eius obligatione, iuxta text. *in l. præterea, col. si quis pro eo, ff. mandat.* Bec. *consil.* 158. *num.* 28. *post princ. lib.* 1. Peregr. *consil.* 83. *num.* 18. *ad fin.*

6 *sub num.* 3. eóque magis, quia verba † mandati strictam accipere solent interpretationem; *cap. qui ad agendum, de Procurat. lib.* 6. Rot. *decis.* 13. *num.* 2. *eodem tit. in nouis:* Romanus *consil.* 33. *num.* 6. *& seq.* Vant. *tit. de nullit. & defect. mand. num.* 81. vnde stante hac

7 insufficientia mandati † perinde iudicandum veniat, ac si Mambilla nullum prorsus mandatum habuisset respectu huiusmodi census extinctionis secundum Doctrinam Bald. quam cæteri DD. sequuntur *in l. licèt, C. de Procur.* & notat etiam Abb. *in c. constitutus, n.* 2. *eod. tit. de procur.*

Hæc enim non applicantur huic casui, quia in instrumento impositionis dicti census, quod Mambilla stipulatus fuit fauore Gentilis, clarè, & expresse conuentum fuisse apparet quod solutio fieret, vel Gentili, vel eidem Mambillæ, eius Procuratori, vel alteri legitimæ constituto Procuratori, vt *in eodem Summar. Domus Professæ, num.* 2. Quapropter cum solutio facta fuerit personæ in instrumento nominatæ, † & cum qua 8 iam contractus fuerat initus, ea omninò suffragari debet soluenti: ad trad. per Surd. *decis.* 229. *sub num.* 8. *& seq.* Rota coram Caualer. *dec.* 345. *num.* 2. Adden. ad Buratt. *decis.* 2. *n.* 18. vbi applicatur hæc conclusio † etiamsi soluens sciat 9 pecuniam ad alium spectare, *& decis.* 174. *n.* 2. *& seqq. inter impress.* post Cinc. *de censib.* qui alios cumulat *in eodem suo tractatu, q.* 67. *sub n.* 51. Idque præsertim stante Gentilis absentia: † vn- 10 de eò magis censendum est PP. intellexisse quod solutio fieri deberet, vel Mambillæ, vel alteri legitimo Procuratori: ad tradita per Castrens. *consil.* 20. *num.* 3. *vers. tamen in casu nostro, lib.* 2. Socin. *consil.* 150. *num.* 17. *lib.* 2. & Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 39. *vers. sed Paulus.*

Nec refragatur quod dicta conuentio respiciat solummodo fructuum solutionem, quia ex verbis immediate subsequentibus PP. dictæ Domus Professæ data fuit facultas, & non obstante quauis longissimi temporis præsumptione, possent redimere, & recuperare supradictum censum scutorum 180. auri stamparum, pro eodemmet pretio scut. 4000. similium, † quæ sanè 11 verba vti immediate adiecta recipiunt suam declarationem ab antecedentibus. Ita vt intelligenda veniant cum eadem persona, cum qua contractus iam fuerat initus: Alex. *consil.* 90. *col. final. vol.* 3. Afflict. *decis.* 375. *num.* 1. Rota *in Romana Domus* 26. *Iunij* 1619. *coram sanct. memor. Innoc. X.* habens enim mandatum ad aliquod factum † dicitur etiam habere ad illud, 12 quod est annexum & dependens Castr. *in l. ad rem mobilem, ff. de Procurat.* Riminal. iun. *consil.* 11. *num.* 89. *& sequent.* Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 30. Rota *coram seraph. decis.* 1146. *num.* 2. Rota *decis.* 670. *num.* 1. *part.* 1 *diuers.* & cui committuntur antecedentia † censen- 13 tur commissa etiam subsequentia: Butr. *cons.* 34. *num.* 2. Rota *coram bon. mem. Cocc. decis.* 470. *num.* 3. prædictaque interpretatio, eo facilius ast admittenda cum in mandato Procuræ fuerint addita illa verba, cedendi, † & transferendi iura 14 & actiones, quæ vel similia aliàs Rota censuit importare facultatem, etiam retrocedendi censum; vt *in decis.* 186. *sub num.* 2. *inter impress.* post Cinc. *de censib.* concurruntque etiam aliæ clausulæ generales, quæ iuxtà solitam Notariorum extensionem important, vt Mambilla Procurator, posset omnia, & singula facere, quæ constituens facere poterat, etiam si talia essent, quæ requirerent speciale mandatum † & ideò 15 censetur illi demandata facultas absque vlla restrictione, sed cum libera administratione: Bartol. *in l. Procurator cui num.* 30. *ff. de Procurat.* Seraph. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 30. *num.* 11. *vers. Quinimo:* Afflict. *decis.* 305. *num.* 4. Mant. *decis.* 11. *num.* 2. *& decis.* 186. *num.* 2. post Conar. *de censibus.*

Nec vllo pacto huiusmodi clausulæ restringendæ ad solam fructuum, siue redditum exactionem, quia dum vigore sui mandati Mambil-

16 la facere poterat ea omnia, † quæ facere potuisset ipsemet constituens, quæ speciale mandatum exigebant, dicitur mandatum cum liber. Genuens. *cons.* 129. *num.* 6. *& seqq. versic. item est:* Alex. *cons.* 43. *in princ. lib.* 2. *& cons.* 133. *num.* 10. *lib.* 6. Cranet. *cons.* 924. *sub num.* 10. vnde bene
17 potuit procurator † retrouendere censum, cum sit venditio necessaria: Rota post Cenc. *de censib. decis.* 186. *sub num.* 2. *& in recent. decis.* 374. *num.* 33. *part.* 5.

Et licet mandatum cum libera restringatur ad personas præmissas, & non possit operari circa diuersas, tamen non restringitur per hoc libera facultas, quin circa res præmissas possit ea
18 omnia, † quæ possit principalis; licet non possit alias res diuersas, à rebus in mandatis contentis, vt declarat Bart. *in l.* 88. *Procurator, n.* 2. *ff. de procurat. & l. qui Romæ* 122. *§. Carlimacus, n.* 1. *&* 2. *ff. de verb. oblig.* Seraph. *decis.* 238. *n.* 4. Merlin. *decis.* 17. *n.* 19.

At magis vrgere visum fuit, quod à Gentile secundum mandatum factum fuit, in personam eiusdem Mambillæ rogatum sub die 24. Septembris 1650. duraturum per triennium; cum tamen adhuc non expirauerat primum iam datum sub 23. Aprilis 1649. quod pariter per triennium factum fuerat, & quia dictum secundum mandatum, nedum refert de verbo ad verbum primum, sed in secunda illius parte valde ampliatur, vtique per necesse dicendum venit, quòd principalis non voluerit stare in solis terminis primi mandati; sed intellexerit aliquid vlterius addere, & concedere: nam aliàs dicta pars subsequens redderetur vana, & superflua
19 contra iuris regulas, cum verba † debeant semper aliquid operari: *cap. si Papa de priuileg. in* 6. *cap. legebatur, & ibi* Gloss. *verb. aduentus de maior. & obed. l. si quando, ff. de legat.* 1. *l. cum antiquitas in princip. Cod. de testam.* Rota *coram Penia decis.* 267. *num.* 6. Et hoc argumentum in mandatis signanter validum esse firmauit etiam Rota *coram Seraphin. decis.* 124. *num.* 7. *& sequent.*

Et hoc comprobatur etiam, quia postquam Mambillæ data fuit facultas exigendi fructus censuus locorum montium officiorum, & similiter addita fuerunt hæc præcisa verba: Et quatenus pro prædictis, & occasione prædictorum contingat pecunias deponi in aliquo Banco, possit illas Mambilla exigere: Vnde cum Patres Domus Professæ soluerint actualiter summam scut. 4000. pro sorte principali census, non potest dici, quòd Mambillæ non licuerit illa exigere, quietare, ac debitores liberare, quia clausula
20 illa, *occasione* † *prædictorum* stat compulsatiuè ad præcedentia, & demonstrat causam etiam remotissimam ad text. *in l. habeo, ff. de iur. iurand. d. l. final. §. sed cum in secunda, Cod. de furt.* Bald. *consil.* 119. *num.* 9. *lib.* 2. Angel. Aretin. *consil.* 87. *num.* 54. *& sequentibus:* Castrens. *consil.* 333. *num.* 2. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 184. *n.* 11. *lib.* 1. Barbos. qui alios plures cumulat, *diction.* 236. *num.* 3. *& sequent.* Rota *decis.* 8. *num.* 10. *part.* 2. *diuersor. & in recent. decis.* 744. *num.* 17. *part.* 4. *tom.* 2.

Et operatur vt restringi non possit mandatum
21 ad formalitatem expressam, † sed extendit ad ea quæ proueniunt occasione expressorum, etiam Rota *dict. dec.* 8. *dict. num.* 9. *&* 10. *part.* 2. *diuers.* concordat Cocci. *dec.* 359. *n.* 5. *vers. nec restringuntur, & n.* 6.

Accedit, quòd in postrema parte secundi mandati, reperta etiam fuit clausula, *cum libera,* quæ aliquid operari debet, nec stare potest superfluè, ex *suprà* allegatis; vnde concludendum est, vt vigore illius Mambilla potuerit ea omnia peragere, † quæ potuisset facere ipsemet prin- 22
cipalis, siue Dominus census, etiam si requirerent mandatum specialem: Berous *cons.* 23. *n.* 8. *& seqq. vol.* 3. *coram Seraph. decis.* 358. *num.* 1. *&* 2. *& in recent. decis.* 194. *num.* 6. *part.* 6. cum aliis relatis *in decis.* 186. *num.* 2. *inter impress.* post Cenc. *de censib.* & signanter *decis.* 274. *num.* 23. *part.* 3. *recent.* vbi data facultate cum † libera 23
potest Procurator exigere sortem, censum retrouendere liberando debitorem, vt post gloss. vlt. *in l. non abstulit* 4. tenet ibidem Petr. Iacob. Butrig. Ioan. Faber, Bald. & Angel. *C. de nouat.*

Ponderarunt quoque Domini, quod in eadem postrema parte secundi mandati voluit dictus census ampliare facultatem Procuratoris, ac ponere casum diuersum à iam expresso respiciente tantùm exactionem redditaum, & fructuum stante clausula illa, *quatenus* † *autem*, quæ vt com- 24
prehendat casum prorsus diuersum declarat Bart. *in l. si pater filius num.* 5. *ff. de legat.* 3. Iason. *in l.* 1. *num.* 5. *ff. de acquir. hered.* Roland. *consil.* 71. *num.* 14. *lib.* 2. Menoch. *consil.* 200. *num.* 34. cum aliis congestis per Barbos. *dict.* 47. *sub num.* 7.

Omittendum neque est, quod Gentilis nunquam fuit conquestus de huiusmodi extinctione, nisi post sequutam decoctionem Mambillæ, qui cum semper fuerit vir summæ probitatis, & ingenuitatis, est plusquam inuerisimile, quòd fines sui mandati excedere voluerit illo abutendo, † sed potiùs credendum est, quod omnia fe- 25
cerit ex particulari instructione, quoniam negotiationes transmittere solent prioribus mandatis; quæ sanè circumstantia iuncta cum aliis, vt leuis non sit momenti, vt bene ponderat Seraph. *decis.* 1124. *num. fin.* & faciunt tradita per Rot. Genuen. *decis.* 8. *n.* 5.

Hoc autem vt intellexerit etiam ipsemet Gentilis ex eo colligitur, quia cum Mambilla à PP. Sancti Pauli de vrbe facta fuisset disdicta alterius census de ea certioratus Gentilis non solùm contradixit, sed illam habuit pro benefacta, & quam approbauit, vt constat ex eius Epistola, data *in Sum. Domus Professæ num.* 6. & hac igitur resolut. mandatum est eodem modo intelligendum pro PP. Soc. Iesv, cum in eadem Epistola dicatur hoc transire posse in exemplum, etiam respectu aliorum; quando enim quis scit aliquid fieri † ab aliquo nomine suo valde re 26
sua, si statim atque scit, non contradicit protestando, censetur approbare tanquam benè, & rectè factum: ad text. *in l. fin. ff. quod cum eo:* & declarant Oldrad. *consil.* 199. *num.* 33. Surd. *decis.* 209. *num.* 8. Rota *decis.* 132. *num.* 13. *vers. ad quartam partem* 2. *diuers. & coram Penia decis.* 244. *n.* 3.

Demum non obstat, quòd prætendatur nulla extinctio dicti census ex eo, quod non præcesserit illius disdicta, iuxta formam Constitutionis sanct. mem. Pij V. quia cùm retrouenditio sit actus necessarius, potest quis agnoscendo bonam fidem recipere pecunias sine † disdicta, 27
etiam gerendo negocium alienum, vt firmauit Rota *coram Burat. decis.* 126. *num.* 2. *& seq.* & fuit dictum *in Romana fideicommissi, seu Salniani* 26. *Nouembris* 1650. *coram Reuerendissime*

mo D. meo Decano, sub §. quemadmodum; & ratio est, quia disdicta inducta fuit fauore emptoris, vt intra illud bimestre prouidere possit de nouo inuestimento pecuniarum, vt dixit Rota coram Seraph. decis. 1413. num. 2. & Molin. de iust. & iur. quæst. 395. clauf. 10. Ideò potuit Mambilla nomine Gentilis remittere huiusmodi disdictam, siue denunciationem illáque omissa pecuniam recipere, ac censum extinguere, vt per Bocacc. de Censib. part. 2. num. 94. Seraph. dict. decis. 1413. qui sub num. 3. explicat, quod licet disdicta sit de forma, non tamen dicitur de forma substantiali; & sic talis forma seruari potest per æquipollens, & qui effectualiter soluit, pinguiùs adimpleuisse videtur.

Et ita, &c.

DECISIO CXXXI.

R. P. D. ALBERGATO.

Foroliuien. seu Nullius Castrorum.

Mercurij 14. Martij 1657.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur inuestito ex instrumento inuestituræ.*
Inuestito ex quibus concedatur, n. 2.
3 *Acquirens primus successoribus præiudicat.*
Fallit, vt n. 5.
Primus quis dicatur, n. 4.
6 *Feudum ob crimen læsæ Maiestatis aperitur Domino.*
Declara, vt n. 7. & n. 8.
Cuius contemplatione fuerit concessum attenditur, non ex cuius ære acquisitum, num. 9.
10 *Facultas disponendi inter comprehensos arguit prohibitionem disponendi in extraneos.*
11 *Vocati in solidum censentur simul grauati in inuestitura.*
Successiuè non possunt sibi ad inuicem præiudicare, n. 12.
13 *Verba, donec eorum, & cuiuslibet eorum linea durabit, operantur exclusionem Domini à feudo, donec aliquis ex lineis vocatorum extiterit.*
14 *Inuestitura posterior cum priori præsumitur conformis.*
Maximè attenta assertione Domini, n. 15.
Obseruantia subsecuta, n. 16.
Cum productione facta à Domino, n. 17.
Implicitum statum validitatis habens immissionis effectum producit, n. 18.
19 *Exceptio nullitatis inuestituræ turbida non impedit immissionem.*

CVm Eminentissimus Cardinalis Sacchettus, vti Abbas Ecclesiæ S. Hylarij de Galeata Castrorum Montis Veteris, & Sambuchetti Dominus directus, post diuturnam litem, illa suæ mensæ à fisco relaxari obtinuisset, & Comites de Bentiuolis eadem Castra sibi deberi contenderent: Causa mihi commissa de communi partium consensu proposui dubium, an DD. de Bentiuolis danda esset immissio; quod ideò affirmatiuè resolutum fuit, quia instrumen-
1 tum inuestituræ † non abolitum, nec cancellatum, neque in vlla sui parte vitium visibile continens, in quo ipsi sunt vocati, tribuit priuilegium immissionis ad instar l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. iuxta text. in cap. 1. §. inter fil. vers. defuncto si de feud. fuer. controu. inter Dominum, & Agnat. Borgnin. decis. 36. num. 452. part. 3. Surd. consil. 573. sub num. 4. vers. & in feud. Capic. Galeot. contr. 14. num. 65. lib. 1. & plures relati per Argel. de acquir. possess. quæst. 4. art. 7. num. 188. Rota decis. 204. num. 8. & 9. part. 6. recent. & in Curien. feudi 27. Aprilis 1648. §. assumpta, itaque coram bon. mem. Bichio, in Rauennaten. Bonorum Emphyteoticorum 27. Iunij 1653. §. fin. coram R. P. D. meo Cerro, & in Mantuana feudi 29. Nouembris 1655. §. 1. coram R. P. D. meo Verospio.

Et sine difficultate in præsenti, vbi de legitimatione personarum, & bonorum identitate, † non dubitatur, & comprehensio DD. de Bentiuolis est euidens, dum ipsi sunt filij Comitis Alexandri, qui nominatim continetur in inuestitura pro se, filiis & descendentibus concepta, quibus concurrentibus, immissio denegari non potest: Rota in Farfen. bonorum 9. Decembris 1644. & propterea coram Eminentissimo D. meo Card. Corrado, & passim in aliis. 2

Nec existimarunt DD. Eminentiss. Abbatem factum esse legitimum contradictorem, ex asserta deuolutione secuta ob delictum Com. Francisci, quasi quod iste tanquam primus acquisitor † potuerit de huiusmodi bonis non secus, ac de patrimonialibus in præiudicium comprehensorum quomodolibet disponere, ex adductis in Cesenaten. Emphyteusis 23. Ianuarij in principio, & 6. Iunij 1651. §. Quibus tamen, coram me. 3

Nam quomodocumque sit an fratres Com. Francisci dici possint primi † acquirentes ex quo pro eis nominatim etiam est acta stipulatio, vt voluerunt Iacobin. de S. Georgio in inuestitura feudali, in verbo dictique vassalli, n. 58. vers. 3. limitabis, Ioann. Thom. de Marin. de gener. & qualit. feudor. tit. de feud. ex pacto, & prouid. nou. sub num. 17. Rota coram Card. Caualer. decis. 219. num. 8. Reuerendiss. Eugubin. decis. for. ecclesiast. 72. num. 6. lib. 2. cum aliis per Modern. Fulginaten. de iur. emphyt. tit. de contract. emphyteut. quæst. 24. num. 27. versic. quia dicitur. 4

Tollitur difficultas; quia ex inuestitura, & litteris Card. Aldobrandini, de quibus infra constat Comites Alexandrum, & Georgium fuisse nominibus propriis expresse vocatos, & æqualiter contemplatos, & ipsi propterea habent ius ab aliis omninò independens, quia nominati nomine proprio censentur æquè principaliter contemplari, † & ideo cessat omnis quæstio de primo acquirente, qui aliis nomine proprio vocatis præiudicare non potest, vt in specie declarant, Isernia in tit. si vassallus feud. priuetur, n. 4. & in tit. de alien. feudor. patern. num. 11. vers. secus si nominasset, vbi Adden. Marin. de gener. feudor. sect. 2. tit. 2. num. 90. Loffred. consil. 52. num. 1. Giurb. de success. feud. prælud. 5. num. 44. Cephal. consil. 517. num. 40. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. §. vlt. vers. 1. Decian. cons. 389. num. 2. vers. quando enim filij: Clar. in §. emphyt. quæst. 16. vers. bene verum est. Laderch. cons. 1. sub n. 6. vers. & quæ vera est. Castrens. cons. 244. sub num. 3. post med. vers. & hoc expresse determinat, & vers. non est ergo, lib. 2. vbi quod non admittitur ad hunc effectum: An 5

quis sit primus inuestitus, sed solum an illi, quibus vult præiudicare sint exprefsè comprehensi in inuestitura, vel non: Berous *conf.77. sub num.42.lib.1.* Curt.Iun.*de feud.in 5.part.princ. n.4.* Mastrill. *de Magistr.lib.1.cap.28.num.17.* Valasc. *de iur. emphyt. quæst.49. n.11.* Gratian. *discept.345. n.5. & 7. verf.quod procedit etiam:* Merlin. *de legitim. lib.2. tit.1. quæst.5. num.19.* Zuccar.*de ciuil. Lucenf.25. n.2. & 8. Modern. Carpen.* qui loquitur in specie de fratre per nomen proprium vocato,*contr.158.num.1.& seqq.* Et in similibus terminis quod negligentia Patris nepotibus exprefsè vocatis præiudicare non possit: Rota *in Romana Dotis 18.Iun.1649.§.& cessat difficultas coram R. P. D. meo Cerro*, quam sequitur *Perusina reintegrationis 24. Maij 1652. §. non obstant ponderationes coram bon. mem. Peutingero*, & DD. Comites Alexandrum, & Georgium fuisse contemplatos principaliter patet ex Epistola ipsius Card. Aldobrandini, in qua asseritur, *Questi Signori sono miei amoreuoli, & i Bentiuogli in particolare*, & infrà, *mi farà piacere di consentire à nome mio, come Commendatario à questa vendita, e di concedere à Bentiuogli la noua inuestitura*; vt in Summar. D.Card.*num.1.*

Non obstat, quod saltem ex natura, & qua-
6 litate delicti læsæ Maiestatis † à Com. Francisco commissi feudum Domino fuerit apertum, vt pluribus probat Schrader. *de feud.part.9.cap.8. num.18.* Quia vltra quod eadem ratio prohibitiua præiudicij æquè militat in crimine læsæ maiestatis, ac in aliis cum stet à parte rei independenter à voluntate delinquentis; Responsum fuit quod quicquid sit de præiudicio quod ex crimine læsæ maiestatis per vassallum patrato fi-
7 liis illius, † ac aliis descendentibus generatur, certum est, quod in feudis ex pacto, & prouidentia (vt in præsenti) ad hæredes extraneos non transitoriis per tale delictum non affertur detrimentum fratribus, & aliis agnatis transuersalibus, quin post mortem delinquentis possint, & debeant excluso domino ad feudi successionem admitti iuxta distinctionem Bald. *in l.placuit 42. sub num.1. versic.considera, aut Felonia, Cod.de liber.cauf.* Isern. *in d.tit.si Vassallus feudo priuetur, num.7.verf.eo hoc videtur verius, & in d.tit. quæ sit prima causa benef. amitten. num. 49. in fin. & num. 50.* & ibi Afflict. *§.denique, num.4.* Frecc. *de suo feud. lib.3. Autorit.29. sub num.1.* Marin.*de gener.feud.part.2. tit.2. num.88.* Vulter.*de feud.cap.11. num.147.* Crauett. *consil.49.num.13.verf.secundo in quæst.* Vrsill.ad Afflict.*decis.28. num.21.* Curt. Iun.*de feud.in 5.part.num.5.* Menoch.*consil.304.n.34. & 35.lib.4.& consil.534. num.11. & 12.lib.6.* vbi quod hoc casu melior est conditio Agnatorum quam filij, *& conf.815. num. 34. & seqq. lib.9.* Loffred.*consil.1. num.43.* Artman. Pistor. *quæst.Iur.lib.2.q.15.num.32.& seqq.* Mart. *vot. Pisau. 97. num.15.* vbi ex aliis inquit ita fuisse iudicatum per Regiam Cameram Neapolis: quod comprobat Moder.Hispan.*de success.feud.part.1. q.7.art.2.num.8.& seqq.& num.15.* Et præiudi-
8 cium aliorum in terminis diuersis procedit, † quando scilicet qui condemnatus esset, quia in primum caput *l. Iul. maiestatis incidisset*, vt firmat Alciat.*lib.5.respons.132.num.42. verf.idem quoque:* Farinac. *de delict. & pœnis q.25. n.92.* Rol.à Vall.*conf.68 n.8.verf & similiter, & n.9. lib.4.* Gaill.*de pac.publ.lib.2.cap.13.num.16.*

Hinc titulus onerosus, & quo Castra pecuniis Comitis Francisci empta fuerint ad effectum, de quo agitur suffragari non potest, nam hoc non probatur, & probatum non releuaret, quia titulus solutionis non prodest, vbi aliis pro nominibus expressis sunt vocati, cum illis sit æque principaliter ius quæsitum, vt supra dictum est, & quia considerandum est pro quibus empta, † & respectiuè concessa fuerint, non cuius ære 9
acquisita ex quo contrahentium intentio præponderat præsumptioni ex solutione pecuniarum resultanti, & non attenditur cuius est pecunia, sed personæ in quas Dominus consensit, vt in specie ponderat Galeot. *contr.28.num.17. lib.1.* Capic. Latr. *decis.168. num.45. lib.2.* Intentio autem Commendatarij recipiendi omnes in Vassallos patet ex supradictis. Et cum in compensationem huius oneris fuerit Com. Francisco attributa facultas disponendi solummodo inter comprehensos, † hinc potius arguitur denegata 10
potestas illis quoque modo præiudicandi, Fontanell.*de pact. nupt. clauf.4. glof.9. part.1. n.12. fol. mihi 130. tom.1.* Rot.*in Viterbien. Castrorum decis.366. sub. num.2. verf. & prædicta voluntas part.4. rec. & in Romana census seu Saluiani 27. Iunij 1653.§. non obstat, quod primo requirenti coram bon.mem.Bichio.*

Neque applicatur obiecta distinctio hanc conclusionem procedere quando plures simul, secus quando successiuè sunt vocati, vt in præsenti casu, quod stipulatio per Com.Franciscum interposita, intelligenda dicitur in sensu simultaneæ acquisitionis exclusiuo; Quia successiua vocatio Com. Alexandri, & Georgij excluditur ex eo quod Instrumentum loquitur etiam principali nomine ipsorum, *Alexandri, & Georgij, & pro eorum, filiis &c.* Vlterius fundamentum dd. de Bentiuolis non consistit in tempore vocationis, sed in eo quod Comes Alexander eorum Pater æquè principaliter, proposito nomine, & insolidum vocatus fuit, vt constat ex supradictis, & ex datis Sum. Eminentiss. D. Card.*n.2. ibi Pariterque teneantur dd. Illustriss. Conductores, & eorum quilibet teneatur, &c. petere, & accipere cum effectu, &c.* quæ verba cum ratione oneris † insolidum iniuncti demon- 11
strent eos in Inuestitura fuisse insolidum vocatos, & post Ruin. *consil.159. sub.num.10. verf. sicuti ergo onus, lib.1.* Rot. *coram Card. Caual. d. decis.219. num.6.* Reuerendiss. Eugub. *d. decis.72.num.9.lib.1.* Ant. de Amat.*resol.84.n.22. part.2.* Etiam si successiua esset vocatio † onus 12
alteri delinquendo, vel aliter præiudicare non potuit.Rolan.à Vall.*consil.1. num.54.verf. vel si Inuestitura dicat lib.3. & consil.15.num.3. verf. quia ex istis verbis lib.4.* Farin.*d.q.25. num.93.* & præter ibi adductos.Paschal.*de Virib.patr.potest p. 5. cap.5. sub num.31. verf. secus quando:* Schrader.*de feud.part.9.cap.1.num.7.*

Maximè cum prædictis fratribus facta fuerit concessio *donec eorum, & cuiuslibet eorum linea durabit*, quæ verba † (licet regulariter feudi 13
concessio pluribus facta intelligatur pro virili) operantur, vt vno sine filiis præmortuo eius portio cæteris accrescat, nec ad dominum deuoluatur: Menoch. *consil.682.num.8.* Mandos. ad Rom.*conf.315.in verbo, feudo*, Mant.*de tac. lib.2.tit.34.num.28.* Ouid. de Amic. *de iur.emphyt.q.66.n.18.* Grat. *discep.707.n.8.& 9.* Ant. de Amat.*d.resol.84.n.25.lib.2.* Rota *coram Pen. decis.699.n.4. & in rec.decis.435. num.4. & 5. part.1.*

par. 1. vbi quod non est proprie ius accrescendi, sed est potius quædam successio ex pacto, vel inuestitura, *& decis.* 373. *n.* 11. *& seqq. part.* 4. *tom.* 2. Et Dominus directus non potest bona prætendere nisi deficientibus inuestitorum lineis, qui casus non potest dici euenisse, nisi post mortem omnium: Ruin. *consil.* 43. *sub num.* 11. *vers. in Contractibus lib.* 1. Honded. *consil.* 54. *num.* 26. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1063. *num.* 4. *lib.* 11. *de communi, & magis vera*: Grat. *discept.* 272. *num.* 14. *& seqq.* Corbul. *de caus. priuat. ob lineam finitam num.* 89. Rota *coram Seraph. decis.* 161. *num.* 1. *& in Romana fideicommissi de Soriciis* 11. *Maij* 1643. §. *prætereà, & seqq. coram Reuerendiss. D. Compostella.*

Nec releuat denique, quod inuestitura DD. de Bentiuolis tanquam alterata in præiudicium Ecclesiæ, ex admissione plurium personarum, quam in prioribus continerentur nullius sit roboris;
14 non solùm quia † ad euitandam nullitatem actus præsumitur, cum prima inuestitura conformis: Thesaur. *decis.* 227. *num.* 14. Bero. *cons.* 77. *n.* 28. *lib.* 1. Sed etiam, quia talis apparet ex eo quod huiusmodi Castra ab antiquissimo tempore fuerunt solita concedi plusquam duabus personis, vt ex Breui fel. record. Leonis X. vsque de anno 1518. in primo Sum. eorundem DD. de Bentiuolis.

Concurrentibus præsertim aliis facti circum-
15 stantiis, assertione † nempe Domini directi, quod hæc vltima inuestitura erat ad normam antiquæ, ex qua non mediocris præsumptio deducitur, vt tradit Menoch. *cons.* 745. *num.* 10. obseruantia subsecuta, quæ per annos 40. & vltra durauit, quo tempore inuestitura semper vti valida (etiam mutatis Dominis directis) fuit obser-
16 uata, † hinc namque optima insurgit interpretatio in materia feudali multum considerabilis: Brun. *cons. feud.* 127. *vers. quod si quartam assumamus lib.* 2. Menoch. *cons.* 331. *n.* 21. *vers. & in claris terminis*: Rota *coram Burat. decis.* 206. *num.* 27. *& in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. §. *demum obseruantia coram Reuerendiss. D. meo Dunozetto Decano*; & tandem approbatione
17 huiusmodi inuestituræ facta † per Eminentiss. Card. Sacchettum eam in Camera contra Fiscum producendo: Felin. *in cap. cum Venerabilis* 6. *num.* 22. *de except.* Rot. *dec.* 663. *sub n.* 23. *vers. & ista Breuia part.* 1. *recent.*

Quæ omnia operantur, vt inuestitura dicatur interim habere implicitum statum validitatis,
18 vt † effectum immissionis producere possit: Rot. *decis.* 623. *num.* 9. *part.* 4. *recent. tom.* 3. & in istis terminis *in Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione* 14. *Martij* 1646. §. *cætera autem coram R. P. D. meo Meltio.*

Vel saltem adeò turbidam reddunt nullitatis
19 exceptionem, † vt tanquam altiorem indaginem requirens petitam immissionem retardare non valeat: Gaspar. Ant. Thesaur. *quæst. forens.* 11. *num.* 6. *lib.* 2. Rouit. *consil.* 1. *n.* 44. *lib.* 1. Rota *dict. decis.* 204. *num.* 7. *part.* 7. *recent. & in dict. Fanen. seu Senogall. vbi supr. & in Mediolanen. prætensæ deuolutionis* 11. *Februarij* 1650. §. *Etenim certum est, versic. vnde quemadmodùm coram eodem R. P. D. meo Meltio.*

Et ita vtraque, &c.

DECIS. CXXXII.

R. P. D. DVNOZET DECANO.

Romana fideicommissi de Cæsiis.

Mercurij 14. *Martij* 1657.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio ex clausula*, constituti, *conceditur.*
Per exceptionem requirentem indaginem non impeditur, n. 28.
2 *Possessorio in summariissimo sufficit probatio possessionis per vnicum testem.*
Sufficit probatio per præsumptiones, n. 3.
In summariissimo non admittuntur exceptiones contra testes, n. 4.
In summariissimo non attenditur singularitas testium, n. 5.
6 *Testes domestici concurrentibus adminiculis probant plenè.*
7 *Scientia præsumpta ex consanguinitate, & cohabitatione cum fratre oritur.*
8 *Possessionis ratihabitio, alio non existente in possessione, sufficit ad manutentionem.*
Detentor eam transfert per constitutum, num. 13.
9 *Incapacitatis exceptio in iudicio manutentionis non attenditur.*
10 *Petitorij suspensio operatur, vt dici non possit constare de non iure.*
11 *Incapax successionis, non dicitur incapax possessionis.*
12 *Pœna in vna parte testamenti expressa in alia non dicitur repetita.*
14 *Fraudem facere non dicitur, qui iure permittente facit.*
15 *Constituti clausulæ effectus expirat per adeptam possessionem.*
Et de ratione, n. 16.
Contrarium affirmantes declarantur, n. 18.
17 *Possessio, vt transeat in secundum donatarium, aut fideicommissarium, requiritur, vt se constituant possidere nomine secundi.*
Alio possidente capta improbatur, n. 19.
Capta vigore mandati conditionalis non purificata conditione est nulla, n. 20.
Habens horam præfertur, n. 21.
Propria authoritate ab habente facultatem capi nequit alio in possessione existente, num. 22.
De manu fideicommissarij non est capienda per hæredem habentem ius detrahendi pro eius credit. n. 25.
A possessore eo non citato auferri non potest, num. 27.
23 *Legitimatio personæ citato possessore facienda est ab habente facultatem capiendi possessionem propria authoritate.*
24 *Detractiones hæredi grauato competere præsumuntur contra fideicommissarium, qui eo non citato possessionem adeptus est.*
26 *Donatio, an dicatur facta in adimplementum promissionis de donando, vel sit noua.*
29 *Possessionem recuperare differens per mensem non habetur pro spoliato.*
Dimittendi animus excluditur ex tractatu amicabili, n. 32.

30 *Moni*

30 *Monitorij spretus de spolio redargui potest.*
31 *Potentia aduersarij excludit animum dimittendi possessionem.*

CVm defuncto bon. mem. Cardinale Petro Donato Cæsio iuniore, inter Dominum Ducem Ceræ prætendentem se vocatum ad fideicommissa Card. Petri Donati senioris, & Angeli Episcopi Tudertini germanorum fratrum de Cæsiis, & D. Domitillam Cæsiam dicti Cardinalis iunioris germanam sororem, & ex testamento hæredem orta esset controuersia super possessione Castrorum, aliorúmque bonorum per annum, & vltra post obitum bon.mem. Marchionis Iordani, d.Card.iun.& D. Domitillæ communis fratris possessorum, fuit ab A. C. ad fauorem dictæ D. Domitillæ relaxatum mandatum de manutenendo in possessione dictorum bonorum, à quo interposita appellatione per D. Ducem, causáque mihi commissa, cum facultate manutenendi quem de iure: Proposui dubium, cui danda esset manutentio: & Domini, illi dandam esse D. Domitillæ, etiam super bonis fideicommisso subiectis, resoluerunt: quia, cum D. Cardinalis iunior post obitum dicti D. Marchionis dicta Castra, cæteráque bona pacificè possedisset, eandémque possessionem, me-
1 diante clausula, *Constituti*, † apposita in suis Codicillis factis sub die 29. Ianuarij 1656. ex tunc in dictam D. Domitillam, ab eo in Testamento vniuersalem hæredem institutam transtulisset, illius vigore eidem competit manutentio: Marta *de claus.part.1.claus.20. sub num.8. vers. sed Rota, & num. seq.* Rota *decis.549. num. 3. part.1. diuers.* Postius *obseru.20. num. 7. & 18.* & in terminis fuit resolutum *in Romana hæreditatis 19. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio.*

Non obstat, quod Testes deponentes de possessione dicti D. Cardinalis sint familiares dictæ D.Domitillæ: nam, cum in hoc possessorio
2 summariissimo, † in quo sufficit probatio facta per vnicum Testem: Seraph. *decis.624. in fin. san.mem. Greg.XV. decis.160. & ibi* Addent. *num.3.& decis.438. num.2.* Et etiam per præ-
3 sumptiones, † & per famam: Boccac. *de interdict.vti possidet.cap.14.num.24.*Giouagnon.*con-*
4 *sil. 14. num.72. lib.1.* non admittantur † exceptiones contra testes: Rota *coram Seraph. decis.392.num.2.* cum aliis relatis *in dicta Romana hæreditatis coram R. P. D.meo Meltio*; nec
5 attendatur, quod sint singulares, † seu de actibus singularibus deponant: Caualer.*decis.379. n.3.*cum aliis allegatis per Postium *obseruat.38. num.24.& seq.*

Multò minùs admitti debent exceptiones familiaritatis, & singularitatis in hoc casu in quo depositiones Testium versantur etiam circa factum proprium, & sunt verisimiles, cum non appareat, dicta Castra, aliáque bona post obitum Marchionis ab alio fuisse possessa, & comprobentur ex instrumentis, & diuersis exactionibus, tam à D. Cardinale, quàm ab eius Ministris, factis à diuersis personis, & etiam per medium publicorum Bancorum, & ex Epistolis, & Libro Computistariæ, quibus concurrenti-
6 bus, Testes domestici † plenè probant: Rota *decis. 323. sub num.2. post secundum vol. cons. Farinac. & decis. 122. num. 7. part. 1. recent.* cum aliis relatis per Postium *dict. obseruat.38. num.22.*

Prout visum fuit non obstare allegatus defectus scientiæ dictæ D. Domitillæ constitutariæ, & acceptationis possessionis in eam translatæ: nam vltra scientiam præsumptam, & deductam ex † consanguinitate, & cohabitatione cum 7
fratre, quam admisit Rota *in dicta Romana hæreditatis 19. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio*; constat etiam de illius scientia, & acceptatione expressa, dum 30. Ianuarij, statim Domino Cardinale defuncto,ante horam vigesimam primam cum tribus quartis, ipsa ratam habuerat possessionem † per Cardinalem in eam 8
translatam in Codicillis, quod sufficit ad acquisitionem possessionis, dum nec D. Dux, nec alius, post obitum D. Cardinalis, dictorum bonorum possessionem adhuc acceperat: Barbos. *de claus.claus.14.num.2.* Rota *decis.549. n.10. part.1.diuers.*Seraph. *decis.801.num.4.*cum aliis allegatis per Posth. *obseru.20. n.21.* & per Gratian.*discept.910.n.34.cum seqq.*

Nec allegata exclusio Clericorum à successione bonorum fideicommisso subiectorum potuit impedire, quominus D. Cardinalis dictam possessionem, mediante constituto, in D. Domitillam validè transferret: Quia, omisso, quod in fideicommisso facto à dicto Angelo Episcopo Tudertino in donatione rogata 12. Decembris 1590. ad fauorem filij secundogeniti Federici patris D. Domitillæ, & in testamento eiusdem, Clerici à successione non fuerunt exclusi, & prætermisso etiam, an exclusio Clericorum ordinata in alia donatione Castri Reschij facta ab eodem Episcopo Comiti Chiappino fratri D. Cardinalis iunioris, & in donatione facta à Cardinale seniore dicto Federico 8. Ianuarij 1583. & in testamento eiusdem intelligenda sit in concursu aliorum sæcularium eiusdem lineæ masculinæ Federici, dum exclusionem fecerunt ad fauorem laïci natu maioris, & proximioris Clerico excluso, non autem, quando per obitum omnium laïcorum eiusdem lineæ successio deferenda est ad aliam lineam non descendentem ab ista Federici, quo casu in omnibus istis dispositionibus Clerici tunc extantes fuerunt expressè vocati.

Responderunt Domini, quod cùm ista exceptio incapacitatis succedendi, † ex qua D.Dux 9
desumit defectū possessionis Cardinalis iunioris, dependeat ab interpretatione prædictarum dispositionum, quæ non sunt adeò claræ, vt non possint in dubium probabiliter reuocari, sed altiorem indaginem requirant, & exposcant maiorem discussionem; illa reiicienda est ad petitorium, nec attendi debet in hoc iudicio summariissimo manutentionis: Rota *coram Penia decis.865. num.11.*& in similibus terminis fuit dictum *in Pisauren. Administrationis Montis 27. Iunij 1650.coram R. P. D. meo Cerro, impress. post Salgad.in labyr. credit. decis.81. num.6. & seqq.* & in terminis manutentionis concessæ Religioso, qui prætendebatur incapax fideicommissi, fuit dictum *in Leodien. hæreditatis 16. Maij 1655. coram me, & in Romana fideicommissi de Cuppis 2.Martij 1654.coram R.P. D.meo Meltio.*

Quod facilius admiserunt Domini in præsenti casu, in quo pro parte D. Domitillæ fuerat suspensum petitorium, quæ suspensio † operatur, 10
vt dici non possit constare de non iure Cardinalis in summariissimo possessorio: Giouagnon. *cons.8.num.85.& consil.10. num.74.lib.1.* Rota

coram

coram Puteo decis. 276. num. 4. & seqq. lib. 2. & decis. 64. num. 5. part. 2. diuers. Vltra quod, etiamsi D. Cardinalis, tamquam Clericus clarè fuisset
11 redditus incapax successionis, † non ob id dici poterat incapax possessionis. Natt. *cons. 473. n. 7. vers. potest enim, & seqq.* Rota *coram Verall. decis. 345. n. 6. part. 2. & decis. 524. n. 15. part. 4 tom. 3. recent.*

Nec ista incapacitas possidendi desumi potest ex confessione Inuentarij bonorum fideicommissariorum Cardinali senioris à Cardinale iuniore neglecta, quod Informantes pro D. Duce ex dispositione eiusdem fideicommittentis contendebant, confici debuisse à quolibet vocato, antequàm bonorum fideicommissariorum possessionem acciperet. Quia obiectum facilè diluitur ponderando, quod Cardinalis senior in duabus Orationibus separatis rectis à duobus verbis duo praecepit. In prima enim mandauit, vt quilibet vocatus teneatur praestare iuramentum de obseruando contenta in suis dispositionibus, antequam bonorum fideicommissariorum possessionem accipiat sub poena caducitatis. In secunda vero Oratione inuentarium bonorum simpliciter, & absque repetitione poenae confici mandauit. Ideóque, dum in ea non fuit dictum,
12 † vt inuentarium confici deberet ante possessionis adeptionem, ista qualitas dici non potest tacite repetita, Giouagn. *consil 26. num. 10. lib. 1.* Grat. *discept. 937. n. 11.* san. mem. Gregor. XV. *decis. 225. num. 9.* Caual. *decis. 365. num. 4.* Sed potius censetur consultò omissa, Surd. *cons. 200. in fine*, Giouagn. *consil. 82. sub num. 128. lib. 1.* Rota *decis. 299. num. 5. part. 3. recent.*

Caeterum, quatenus etiam D. Cardinalis iunior habuisset solam dictorum bonorum fideicommissariorum detentationem, adhuc illam validè transferre potuisset in D. Domitillam per Constitutum, quia conclusio allegata pro D. Duce, quod scilicet sola detentatio non possit transferri in alium per Constitutum, procedit in praeiudicium veri possessoris à Detentore in Dominum recogniti, vt sunt Conductores, & similes; In praeiudicium autem alterius, qui non possidet, nec pro possessore fuit recognitus, prout D. Dux, quem D. Cardinalis nunquam in possessorem recognouit, non impeditur Detentor
13 † transferre possessionem per Constitutum, vt docuerunt Tiraq. *de Constit. part. 3. limit. 1. n. 26. & limit. 14. num. 3. & seqq.* Pontan. *de spol. lib 2. num. 109. post. med.* Verall. *decis. 202. incipien. praesenti causa Romana lib. 1. in manuscriptis.*

Nec ex eo quod Cardinalis dictam possessionem transtulit per diem ante obitum, censeri debet id fecisse in fraudem fideicommissarij, nam cum ipse in testamento restitutionem bonorum fideicommissariorum fieri mandasset, factis tamen prius omnibus detractionibus in beneficium suae haeredis; si posteà, comperto, quod D. Dux possessionem bonorum fideicommissariorum, & liberorum coeperat inuadere, codicillos fecit, & in illis in D. Domitillam bonorum per eum possessorum possessionem transtulit per Constitutum, censetur id fecisse, non vt D. Ducem frau-
14 daret, † sed vt iura sua, suaeque haeredis circa detractiones sibi competentes conseruaret. Ciarlin. *controuers. 193. num. 4. & sequen. lib. 2.* Giouagn. *consil. 45. num. 33. vers. si verò actus lib. 2.* Cancer. *variar. resol. cap. 11. n. 246. & 247. lib. 3.* Surd. *cons. 300. à num. 17. vsque ad finem lib. 2.*

Huic possessioni D. Domitillae non obstare, dixerunt Domini, anteriorem possessionem D. Ducis desumptam ex clausula Constituti apposita in fideicommissis ab eo praetensis in fauorem omnium Vocatorum; Quia in fideicommisso facto in donatione Angeli Episcopi 12. Decembris 1590. secundogenito dicti Federici, & in Testamento eiusdem talis clausula non legitur, & sic motiuum tollitur ex facto. In donatione verò Castri Reschi ab eodem Episcopo facta Comiti Chiapino, & in donatione Cardinalis senioris facta 8. Ianuarij 1583. ac in testamento eiusdem ad fauorem dicti Federici, in quibus legitur apposita dicta clausula † in beneficium omnium 15
vocatorum, illam D. Duci suffragari non posse, censuerunt Domini, ad effectum, de quo agitur cum illius virtus expirauerit per possessionem adeptam per Chiappinum, & Federicum primos Donatarios, & haeredes respectiuè, Guidopap. *decis. 512. per totam*, Bertrand. *in cons. 276. n. 4. vers. tum etiam quia lib. 1. part. 1.* Aret. *in l. quod meo, num, 11. ff. de acq. possess. & ibidem* Seisell. *ad finem vers. vltim. refert*, Corneus *cons. 173. n. 26. vers. nec etiam hodie lib. 2.* Siluan. *cons. 55. num. 19. vers. nec dicatur.* Natta *consil. 398. n. 33. in fine vers. respondetur*, Alciat *cons. 3. n. 3. & seq. lib. 8.* Tiraquell. *de constitut. part. 1. ampliat. 5. num. 2. & 3.* Franc. Veg. *consil. 51. num. 16. vers. & ex abundanti, & num. 21.* Ger. Spin. *consil. 52. num. 2. & seq.* Cabal. *consil. 142. num. 123. & sequen. lib. 1.* Giouagn. *consil. 34. num. 35. ad medium lib. 2.* Faber. *lib. 7. definit. 14 glos. 5.* Barbat. *de assistentia glos. 7. n. 90.* Rot. *coram Card. Caualer. decis. 5. num. 4. & in Ariminen. domus 22. Iunij 1640. coram bon. mem. Card. Panzirolo, & in Romana Palatij 3. Decembris 1546. coram R. P. D. meo Cerro*, impressa penes Merlin. *de Pignor. decis. 134. num. 4.*

Quae conclusio probatur etiam euidenti ratione, quando enim per Constitutum acquiritur possessio Donatario, possidet Donans, & sic potest constituere se possidere ad illius fauorem; Quando verò possessio transire debet à primo Donatario in secundum, vel vlteriorem vocatum, & tunc cum Donans amplius non possideat, sed possideat primus Donatarius, Donans non potest amplius cõstituere se tenere, † & pos- 16
sidere illa bona, quae per possessionem naturalem à primo donatario apprehensam, desierat naturaliter, & ciuiliter possidere, vt inquit Guidop. *d. decis. 512. num. 1. vers. tum etiam quia, & per totam*, & etiam aduerterunt Bertrand. *in d. consil. 276. n. 4. post. med. vers. tum etiam quia lib. 1. part. 1.* Alciat. *d. consil. 3. num. 3. & sequen. lib. 8.* Franc. Veg. *d. consil. 51. num. 16. vers. & ex abundati & num. 21.* Ger. Spin. *d. consil. 51. num. 6. vers. Bertrand. pariter.* Ideóque in casu isto ad hoc, vt possessio transire possit in secundum Donatarium, † vel fideicommissarium, opus est, 17
vt primus postquam possessionem acquisiuit, se constituat possidere nomine secundi, vt aduertit Giouagn. *d. consil. 31. vers. addatur praedictis in fine, lib. 2.*

Non obstant Doctores, † & decisiones ad 18
probandum contrarium allegati, nam Tiraq. *de Constitut. ampliat. 12.* Menoch. *cons. 139. num. 8. & 30.* Posth. *obseruat. 11. num. 10.* & Rota *decis. 445. num. 1. part. 4. recent.* firmant dumtaxat, quod possessio, quae fuit penes Constitutarium, suffragatur etiam illius haeredi, quod nihil commune habet cum casu, de quo agitur.

Decisiones verò 437.*num.*1.*coram Greg.X V. & in Romana Horti* 18. *Februarij* 1630. *coram bon.mem.Pirouano, & in Fanen. seu Senogallien. bonorum super immissione* 14. *Martij* 1646. *coram R.P. D.meo Meltio*, §. *Serenissima,in fine*, loquuntur in materia inuestiturarum feudalium, & emphyteuticarum, in quibus concurrit diuersa ratio, cum Dominus directus semper retineat penès se possessionem ciuilem, quæ emphyteuta, vel feudatario defuncto, ipso iure ad se trahit naturalem: Vnde non mirum, si constitutum appositum in inuestitura obligans omnes successores Domini directi, operatur suum effectum ad fauorem omnium compræhensorum in illa, cum id fiat virtute veræ possessionis ad Dominum directum reuersæ ipso iure per obitum emphyteutæ, vel vassalli in inuestitura comprehensi, quod non contingit vigore constituti appositi in donatione, vel testamento, cuius vigore post obitum Donatarij, vel hæredis possessio non reuertitur ad Testatorem iam defunctum, vel donantem, vt bene diuersitatem hanc considerauit Ger.Spin.*cons.*49. *n.*34. *& d.cons.*52. *n.*7.*vers. respondetur primo*.

Eadem ratione patet, non bene applicari in proposito casu decisionem *in Mediolanen. de Porris* 12. *Februarj* 1598. *coram Orano*; quia cum in illo casu donans sibi præseruasset possessionem naturalem, & vsumfructum, & donatarius, viuente donante, decessisset, clausula constituti bene potuit suffragari substituto, dum tempore obitus primi donatarij possessio adhuc residebat penès donantem, nec vsque tunc in aliam personam fuerat translata, prout translata fuerat in casu, de quo agitur: Vnde secundus donatarius ob prædecessum primi dici poterat primus, dum in eo constitutum adhuc non effectuatum prima vice suum effectum habebat, vt sensit Corn. *d.cons.*173.*sub n.*26. *ante fin. vers. Quod d. Rector lib.*2.

Hinc patet non posse fieri fundamentum in authoritate Cutelli *de donat. tr.*2.*discept.*1.*spec.*17. *num.*52. cum ipse se fundet in sola donantis, vel disponentis voluntate, & quæstio, de qua agitur, tota pendet à potestate: Postquam enim donans post adeptam possessionem per primum donatarium amiserat possessionem ciuilem, & naturalem, impossibile est, illam verè, vel fictè potuisse transferre in secundum, vt benè admonet Guidop. *dict. decis.*512. *vers. restat videre, vsque ad finem* quem secuti fuerunt alij *superiùs* allegati.

Nec anteriorem possessionem D. Ducem acquisiuisse, censuerunt Domini de bonis, quorum possessionem accepit, dicto D. Cardinale iuniore viuente, & possidente, scilicet 28. Ia-
19 nuarij: Tum quia talis possessio est † improbata à lege, *l.meminerint, & l.si quis, Cod. unde vi:* Rota *decis.*106.*num.*2. *part.*1. *recent.* cum aliis cumulatis per Gratian. *disceptat.* 571. *num.* 1. *cum sequentib. & disceptat.* 899. *num.* 2. *& sequent.* Tum etiam, quia mandatum, cuius vigore illam apprehenderat, erat conditionale, videlicet, cum clausula, *Dummodo possessio sit vacans, sine praiudicio possidentium, & habentium meliora, & potiora iura,& non alias,&c.* Quæ, cum non esset vacans, sed plena apud D. Car-
20 dinalem, † illius vigore D. Duci nulla possessio manutenibilis fuit acquisita: Rota *decis.* 513. *num.*3. *part.*1. *recent.* Gregor. X V. *decis.*332. *num.*4.*&* 5.& *ibi* Addent.*num.*6. *& decis.*144. *n.*5.apud Zacch.*de oblig.Cam.*Canaler.*dec.*629. *num.*9. cum aliis relatis per Posthium *obseru.*50. *num.*3.

Eisdémque rationibus suffragari non potuit possessio per eundem adepta post eiusdem Cardinalis iunioris mortem vigore mandatorum cum eisdem clausulis obtentorum: nam illa de maiori parte bonorum adepta sub diebus 31. Ianuarij, ac prima, tertia, & quinta Februarij, fuit posterior possessione acquisita D.Domitillæ ante horam vigesimam primam cum tribus quartis diei 30. Ianuarij, & sic tunc temporis possessio non erat vacans.

Alia verò capta eadem die 30. Ianuarij de Vinea, Palatio, Domibus, & Hospitiis ad Sanctam Mariam Maiorem, & de casalibus, cum animalibus in illis existentibus sitis extra Portam Flaminiam, ac de bonis Narniæ similiter erat plena, & apud eandem D.Domitillam, quod patet, tam ex appositione certi temporis, † quo 21
illa fuit acquisita, videlicet ante horam vigesimam primam cum tribus quartis, quod facit præsumi illam fuisse anteriorem possessione D. Ducis carente hora; Rota *decis.*49.*n.*2.*impress. post tract.de manutent.& coram Merlino dec.*14. *n.*3.Quàm etiam ex tempore, quo D.Dux notitiam habuit obitus D. Cardinalis iunioris, scilicet hora vigesima secunda circiter, vt probant testes pro eo examinati: Et cum post scientiam obitus in d.hora intercesserit aliud tempus, scilic. examinis istorum, & aliorum testium examinatorum super legitimatione suæ personæ, & purificatione conditionum fideicommissorum, petitionis mandatorum, illorúmque confectionis, & expeditionis, ac itineris ab officiis Banchorum, ad Sanctam Mariam Maiorem, ad dicta casalia existentia vltra primam portam, & ciuitatem Narniæ, impossibile redditur, possessionem D. Ducis adeptam de dictis bonis post Cardinalis obitum, præcessisse acquisitionem possessionis D.Domitillæ.

Nec possessio capta per D. Ducem sustineri valet in vim facultatis capiendi bona fideicommissaria propria auctoritate, quia in testamento, & donatione factis à dicto Episcopo † ad fauo- 22
rem Federici, & secundogeniti illius respectiuè talis facultas non legitur; illa verò in aliis donationibus concessa D.Dux vti non potuit.

Tum quia D. Domitilla hæres grauati iam adiuerat, & in possessione reperiebatur: Marescot.*variar.resol.cap.*1.*num.*29.*lib.*1.Rota *decis.*276.*num.*5.*part.*2.*recent.& coram Penia decis.*800.*n.*4.*& dec.*801.*n.*3.

Tum etiam, quia cum ex sola lectura donationum, & testamentorum non resultaret probatio notoria, circa legitimationem personæ D. Ducis, & euentum conditionis fideicommissi ad sui fauorem, sed egeret probatione extrinseca ab illis, talis probatio facienda erat, † citata D. 23
Domitilla hærede, & posseditrice, non obstante dicta facultate concessa vocatis: Aretin. *consil.*32.*num.*1.*&* 2. cum aliis alleg.per bon.mem. Argel. *de legitim. contradict. quæst.* 2. *artic.*10. *n.*246.*&* 267.

Tum demum, quia D. Dux non probauit negatiuam, quod scilicet D.Domitilla nullum alium titulum haberet in dictis bonis, nullæque illi competerent detractiones, saltem occasione impensarum, seu melioramentorum, solutionis æris alieni fideicommittentium, impensarum funerum, & similium, † quæ ad effectum manute- 24
nendi

nendi hæredem grauati contra fideicommissarium, qui, eo non citato, possessionem inuasit competere præsumuntur: Rot. *decis.* 5 20. *n.* 15. *& 16. part. 1. diuers.* Greg. *decis.* 105. *num.* 12. Marescot. *variar. resolut. dict. cap. 1. num.* 33. *& sequent. lib.* 1. Hodiern. *ad decis. Surd.* 333. *n.* 8. *in fine.*

Quinimò, cum ex pluribus instrumentis, & ex aliis iuribus ostensis pro D. Domitilla, datus fuerit magnus fumus de solutionibus æris alieni factis per Federic. hæredem grauatum in summa notabili de melioramentis, de emptionibus stabilium, propè bona, quæ prætenduntur fideicommissaria, de existentia, & introductionibus animalium omnium specierum, & mobilium, & suppellectilium in Castris, Tenutis, & Prædiis, de quibus agitur, factis pro tempore à granatis, à quibus D. Domitilla causam habet, per D. Ducem occupatis, iustum, & æquum non est,
25 quod D. Domitilla hæres illorum teneatur, † illa accipere de manu fideicommissarij: Paris. *consil.* 54. *num.* 50. *lib.* 3. Roland. *cons.* 78. *n.* 20. *vers. & eo magis lib.* 2. Surd. *decis.* 333. *sub n.* 19. *vers. oblatio item.*

Et vlterius ostensa quoque fuit anterior obligatio Cardinalis senioris, de donando liberè D. Federico patri D. Domitillæ, contemplatione matrimonij celebrandi cum D. Pulcheria Vrsina, Castrum iurisdictionale, & tot alia bona, libera ab omni onere, quæ redderent annua scuta 3000. & non minus, quæ obligatio, licet pro parte D. Ducis dicatur adimpleta, mediante donatione Casalium sitorum extra Portam Flaminiam ab eodem Card. seniore postea facta eidem Federico; nihilominus, cum valde dubitari possit, an dicta donatio postea facta, ex diuersa causa, de rebus diuersis, cum onere perpetui fideicommissi transitorij etiam ad extraneos, & absque vlla mentione præcedentis promissionis
26 de donando, dici possit facta in adimplementum dictæ obligationis de donando liberè, vel fuerit noua donatio, ex deductis *in decis.* 262. *num.* 1. *& 2. in fin. part. 2. diuers. & in Rom. Legati scut. 50. mil. 16. Ianuar. 1640. §. tertia oritur, coram me*; Interim possessio bonorum, per D. Cardi-
27 nalem seniorem obligatorum, † à D. Domitilla non citata auferri non poterat: Gregor. XV. *dec.* 185. *n.* 1. Mant. *decis.* 194. *n.* 6. Marescot. *var. resol. c. 1. n.* 35. *lib.* 1.

Nec releuat, quod iura pro iustificatione dictarum detractionum non fuerint producta in actis, illæque prætendantur consumptæ, vel illiquidæ, stantibus præsertim omissione Inuentarij, & alienationibus allegatis pro parte D. Ducis.

Quoniam satis esse, responderunt Domini, quod post purgatum spolium dicta iura possint produci, & de inuentario doceri, assertáque consumptio contrariis probationibus elidi, vt propterea detractionum incompetentia dici non
28 valeat indubitata, sed vti altiorem † requirens indaginem, post manutentionem discuti debeat; vt dictum fuit *in Romana fideicom. de Capizucchis 10. Aprilis 1606. coram Card. Lancellotto, impressa inter recent. decis.* 115. *sub num.* 12. *part. 1. & in eadem coram eodem, 5. Iunij eiusdem anni, impress. post controuers. Cyriac.* 12. *num.* 2. *& in Senogallien. successionis 29. Ianuarij 1652. §. penult. coram Eminentiss. D. meo Card. Corrado, & in Bonon. fideicom. de Barbettis 19. Iunij 1654. §. fin. coram bon. mem. Bichio.*

Decis. S.R.R. ad I.P. Melium.

Denique Dominis non visum fuit, subsistere, quod D. Domitilla se habuerit pro spoliata, ex quo, per mensem distulit recuperare possessionem naturalem bonorum, † quæ à D. Duce fue- 29
runt occupata; tum quia, stante lite contra eam incontinenti mota, non potest acquiescentia considerari: Rota *decis.* 78. *num.* 10. *in fin. par.* 6. *recent. & in Romana Domus 6. Februar. & 14. Iunij 1640. coram Car. Pancirolo.*

Tum etiam, quia dum D. Domitilla, post Monitorium ab eodem D. Duce obtentum, & contra eam executum, fuerat prohibita, ne ipsum in dicta possessione molestaret; ob reuerentiam, quam erga Iudicis præceptum habuit, donec, eo adito, manutentionem obtinuit, de negligentia redargui non debet

Maximè, cum dicti Monitorij † spretus de 30
vitio spolij notari forsan potuisset à D. Duce, vt dixit Rota *coram Puteo decis.* 8. *vt lite pendente, incipien. post Monitorium, &c. in Manuscriptis.* Lancellot. *de attentat. lite penden. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 150. *in præfationibus.*

Vltra quod, cum sola opinio, quam quis habet de maiori potentia sui aduersarij, excludat animum dimittendi possessionem † ex si- 31
lentio per aliquod temporis spatium præsumptum, vt ex Innocent. *in cap. querelam num.* 4. *de election.* & aliis dixit Rota *in Ciuitat. Plebis Pensionis, 5. Maij 1645. coram bon. mem. Bichio, & in Sipontina Pensionis 8. Aprilis 1647. §. non obstat, circa finem, coram bon. mem. Pentingero.*

Si Domina Domitilla vidua, orbata fratribus videns, à proximiori, & ditiori consanguineo se turbari, maiora damna timens, vias beneuolas Magnatum opera (vt etiam Dominis innotuit) pertractatas in dicti temporis interuallo fuit amplexa; non ex hoc dici potest, gestis per D. Ducem in sui præiudicium acquieuisse, cum non dicatur acquiescere, qui, cupiens lites euitare, amicorum vel Magnatum authoritate, quod suum est, vel sibi debetur, absque lite curat obtinere, quinimò potius ex his arguitur animus non dimittendi, seu renunciandi, qui nedum ex quolibet actu, sed ex sola opinione, licèt à veritate aliena elicitur, vt dictum fuit *in d. Sipontina Pensionis, §. non obstat, in fin. coram bo. mem. Pentingero.*

Et ita vtraque, &c.

DECIS. CXXXIII.

R. P. D. CERRO.

Mantuana Bonorum.

Veneris 25. Maij 1657.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutiones subfeudorum spectant ad immediatum, non autem mediatum dominum.*
2 *Admissio ad causam ex apparenti interesse conceditur.*
3 *Nullitas iam detecta à tertio potest allegari.*
4 *Inuestitura per superiorem concessa vassallo non præiudicant.*

DEfuncto sine filiis Comite Vincentio Cassino cui anno 1647. à Reuerendiss. D. Episcopo

scopo Mantuano per viam renouationis in feudum concessa fuerant bona, de quibus agitur in loco *dell. Angelo* bubulcarum 230. pro se suisque hæredibus, ex eo legitime descendentibus vtriusque sexus, orta fuit lis inter mensam Episcopalem prætendentem dicta bona ad ipsam fuisse deuoluta, ex quo defecerint omnes in præfata inuestitura comprehensi, & D. Comitissam Castrobaream vxorem dicti Comitis Vincentij eadem bona vti illius hæredem vniuersalem in testamento institutam retinere contendentem. Vnde causa mihi commissa sub diebus 18. Maij 1654. & 28. Ianuarij 1656. vtraque parte informante, resolutum fuit constare de bono iure mensæ Episcopalis, verum quia nuper serenissimus D. Dux Mantuæ obtinuit Commissionem admissionis ad causam, constito de interesse, proposito desuper dubio, Domini affirmatiuè responderunt.

Etenim hodie exhibitum fuit instrumentum inuestituræ ab antiquo Episcopo concessæ primo Duci Gonzaghæ anno 1332. de terris positis in insula Boueri, modo, Curia Pody, nuncupatis, in quibus compræhenduntur bona controuersa pro se, filiis, & liberis masculis & fœminis in infinitum cum clausula *ad habendum* & cum translatione omnium iurium, & actionum. Cumquè non controuertatur quod linea primi inuestiti adhuc duret in serenissimo Duce: inde prætenditur, quod deuolutio † non intret ad vtilitatem Ecclesiæ, sed ad commodum & vtilitatem ipsius Ducis Domini immediati iuxtà dispositionem textus *in §. illud quoque de prohibit. alien. per* Federic. Vndè satis videtur constare † de eius interesse vt admittatur ad causam, ad quem effectū sufficit quod aliqualiter etiam summario, & apparenter de eo doceatur: Innocent. *in cap. veniens, il 2. verb. incontinenti, de testib.* Felin. *in cap. cum super, num. 16. de sent. & re iudic.* Bisignet. *decis. 1. de rescript.* Rota *in Romana de Alexiis 29. Febr. 1644. & in Romana Census 23. Iunij 1653. coram me.*

Non obstat liberatio à vinculo feudalitatis de anno 1555. cum subsequentibus inuestituris ab Ecclesia concessis; quia *in dd. duabus decisionibus* fuit declarata nulla, & licet talis declaratio emanauerit ad fauorem mensæ ob defectum euidentis vtilitatis Ecclesiæ; attamen cum huiusmodi nullitas, † sit iam detecta, & valeat etiam ipsi Domino Duci esse proficua ab eo pariter allegari potest, vt respondit Rota coram Card. Caualer. *decis. 253. num. 5.* inuestituras verò subsequentes concessas non esse aptas † illi præiudicium inferre, deducebant Informantes ex Dec. *cons. 468. num. 26.* & ex aliis Iuribus super negotio particulari plenius discutiendis.

Et ita vtraque, &c.

DECIS. CXXXIV.

R. P. D. VEROSPIO.

Mantuana Feudi.

Veneris 25. Maij 1657.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ad feudum improprium succedunt excludendo masculos remotiores.*
Et concurrunt cum masculis in paritate gradus, num. 2.
In feudo pro masculis, & fœminis concesso, non admittuntur nisi post masculos, n. 8.
Fallit in feudo improprio, n. 9.
Ad feudum vocata intelligitur de fœminis primi gradus, n. 20.
Fallit, vt num. 21.
3 *Seruitia in feudo non reseruata censentur remissa.*
4 *Feudum non requirens seruitium personale dicitur improprium, ad quod fœmina vnà cum masculis succedunt.*
Dicitur improprium, siue pecunia, siue ex meritis comparetur, n. 5.
Ad instar allodialium redactum transit ad fœminas, & extraneos, n. 10.
Francum euadit ex absoluta alienandi facultate, n. 14.
In aliquibus alteratum, in reliquis feudi naturam retinet, n. 16.
Declara. vt n. 17.
Alienabile inter allodialia recensetur, n. 18.
Vt improprij naturam assumat, sat est quod in maiori parte alteretur, n. 19.
Ecclesia sub statuto laicorum non compreehenditur, n. 22.
Declara, vt n. 23.
6 *Merita, nisi aliud probetur, feudi valorem præsumuntur aquare.*
Impugnari non possunt ab eo, qui nititur concessione feudi emanata ex causa meritorum, n. 7.
11 *Alienationis prohibitio posita in renouatione inuestituræ contra naturam primæ, non attenditur.*
12 *Fidelitatis iuramentum indicat feudi proprietatem.*
Contra, n. 13.
15 Clausula, saluo iure feudi *adiecta feudo improprio, illud non alterat ob dictionem* prædicti.
24 *Obseruantia admittendi fœminas ad feudum simul cum masculis omnem circa illud remouet dubietatem.*
25 *Decisio* in Mantuana dotis 10. Iunij 1637. coram Coccino *declaratur.*

DEcreta fuerat immissio corā me Marchionissæ Frācisçæ Aloysij Gonzagæ germanæ sorori, ac ipsius ex testamento hæredi in portione feudi vulgò Curiæ Podij, quam idemmet Aloysius dum viueret possidebat, excluso exinde Marchione Iulio Cæsare fratre patrueli, tamquam in gradu remotiori: Super quo sanè articulo bis per me reproposito dubio, in decisis hodie Domini perstitere, dispositioni iuris innixi, præcipientis nimirum feudum † hoc sanè improprium 1 fœminis proximioribus in concursu masculorum remotiorum in gradu deferri, vt notat Angel. *consil. 311. num. 4.* Menoch. *cons. 65. num. 16.* Morot. *consil. 29. num. 7.* Rota *in Brixien. feudi 1. Iulij 1592. in princ. coram Cardinali Pamphilio:* Quinimò masculis in pari gradu extantibus cum fœminis † has æqualiter posse cum mascu- 2 lis ad feudum penitus improprium aspirare, iuxta Theor. Bal. *in l. quoties n. 3. C. de suis, & legit.* Paris. *consil. 4. num. 14. cum seqq. lib. 1.* Roman. *consil. 367. num. 12.* cum aliis *in præterita decis. relatis in primo §. propè fin.*

Huius verò feudi penitus improprij naturam suadet ipsamet concessio, nullum ab inuestitis seruitium

3 seruitium requirens personale: † omnia hinc enim à concedente specialiter non reseruata, remissa censentur iuxta text. *in cap. verum*, vbi not. Innoc. *num. 2. de for. compet.* Oldrad. *consil.* 324. *num.* 2. Paris. *cons.* 23. *num.* 32. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 361. *n.* 34. Rota *coram Seraph. decis.* 1105. *num.* 9. & Add. ad decis. Buratt. 206. *num.* 28. ac
4 feudum franci prorsus, † ac improprij, fœminas non secus ac masculos admittens, naturam assumpsit iuxta text. *in cap. si cui militi in extrauag. de feud. & benef.* quem refert, & sequitur Menoch. *cons.* 65. *num.* 16. Roman. *cons.* 367. *n.* 12. *vers. secundò fallit:* Ruin. *consil.* 18. *num.* 17. *lib.* 1. Grat. *discept foren. cap.* 736. *num.* 73. Franc. *decis.* 7. *num.* 1. & 2. Rota *coram Caualer. decis.* 172. *num.* 3. & *decis.* 214. *num.* 8. *part.* 7. *recent.* Cum maximè illud ex titulo oneroso quæsitum fuisse præsumatur, dum pro causa concessionis, tum aggerum refectio sumptibus Marchionis, vt Ecclesiæ bona ab aquarum alluuione præseruarentur, immunia spectata fuit, prout ex ipsomet concessionis instrumento conuincitur, quo Episcopus expensas dumtaxat pro defensione feudi à Marchione forsan peragendas, promisit restituere; tum & seruitia quampluria ab inuestito, eiusque maioribus erga Episcopos antecessores, nec non Episcopalem mensam exercita, quæ in specie recensita, titulum onerosum proinde constituunt; cum idem propemodum
5 sit, † siue mediante pecunia, siue ex meritis res ipsa comparetur iuxta text. *in l. Aquilius*, vbi glos. *not. in figurat. casus, ff. de donat. l. si vero §. non remunerandi, ff. mand.* Natt. *consil.* 475. *num.* 12. *lib.* 3. Galuan. *consil.* 8. *num.* 42. Menoch. *consil.* 309. *num.* 19. Rota *coram bon. mem. Merlino decis.* 699. *num.* 34. & 35. *in fin.* & aliis relatis iuribus responsum fuit *in Romana census, seu Saluiani 29. Maij 1656. in §. hanc vero post med. coram me:* Quæ sane merita iuris dispositione
6 perspecta † donec contrarium ex aduerso probetur feudi valorem præsumuntur æquasse, vt not. Schrader. *cons.* 39. *num.* 128. *cum seqq. lib.* 2. Rol. *consil.* 13. *n.* 64. *lib.* 3. Rota *coram Seraph. decis.* 518. *num.* 4. & *in dicta Romana census 29. Maij 1656. in §. hinc merita coram me*, vbi quod
7 nec eadem merita † à Marchione Iulio Cæsare ex eadem inuestitura agente poterunt impugnari.

Hinc vrgere non poterit, quod in inuesti-
8 tura concepta pro masculis, ac fœminis † hæ masculis dumtaxat extinctis, ad feudum valeant aspirare, iuxt. text. *in cap.* 1. §. *quin etiam tit. de feud. inter Episc. vel Abbat.* Peregr. *cons.* 25. *num.* 9. *lib.* 1. Paris. *consil.* 12. *num.* 33. *vers. & probatur etiam*, *lib.* 1. Curt. iun. *consil.* 140. *num.* 2. Clar. *in §. feudum quæst.* 73. *n.* 3. Rota *in Paduana feudi 26. Ianuarij 1604. in §. & facit regula coram Lancellotto.*

Non enim Marchionissa feudi improprietatem dumtaxat deducit ex concessione recepta pro masculis, & fœminis, sed ex successiua remissione
9 seruitij personalis † cuius virtute feudum redactum improprium fœminis existentibus in pari gradu cum masculis debet æqualiter deferri, vt not. Rom. *cons.* 367. *num.* 12. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 65. *num.* 16. & alij *supra* relati *in princip. decis.* concessione præsertim inspecta ex oneroso titulo, ac pro meritorum compensatiome recepta, quæ à recti feudi natura ex sola concedentis liberalitate prodeuntis recessum operatur, adeo vt
10 inter allodialia † bona adscriptum debeat proinde censeri, ac fœminas, & extraneos quoscumque hæredes, non secus ac masculos admittere, iuxta text. *in c.* 1. *quemadmod. feud. ad fil. pertin.* not. Iason *cons.* 57. *n.* 3. *lib.* 1. Thob. Non. *consil.* 1. *num.* 37. Surd. *consil.* 140. *num.* 42. Grat. *discept. Forens. cap.* 736. *num.* 79. & 80. *cum seqq.* Rot. *in Sarsinaten. feudi 22. Iunij, §. præterea in hoc feudo, & 18. Decembris 1645. in §. ex quibus verbis coram Reuerendissimo Domino meo Decano*; licèt in subsecutis postmodum inuestituris alienationis prohibitio † apposita fuerit; 11
Ipsius namque ratio nulla haberi debet, postquam dignoscitur in prima concessione posthabita, in cuius confirmationem, potiùs quàm derogationem subsequentes peractæ censentur, vt aduertit Signorol. *cons.* 60. *num.* 1. Bursat. *consil.* 150. *num.* 5. *in fin. versic. hinc dico*, Menoch. *cons.* 148. *num.* 32. Rota *decis.* 41. *n.* 5. *versic. non obstarent, part.* 1. *diuers.*

Neque iuramentum fidelitatis in concessionis instrumento adiectum poterit vrgere: Quippe quod † personale seruitium regulariter exquirens 12
feudum rectum videatur constituere, vt notat Schrad. *in tract. de feud. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 73. illud enim feudo omnino improprio cohærens, tamquam accessorium, † ipsius naturam immu- 13
tare non poterit, adeóque simplicem dumtaxat fidelitatem per fœminam, æquè ac masculum præstitam, non autem personale seruitium includit, vt not. Paris. *cons.* 12. *num.* 29. 30. & 33. & *cons.* 23. *num.* 33. & 34. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 151. *num.* 20. *cum pluribus seqq.* Menoch. *cons.* 65. *num.* 32. & 33. Rota *decis.* 41. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & in Asten. feudi 5. Decembris 1528. coram Rubeo*, & not. Add. *ad decis. Buratt.* 206. *num.* 28. *vers. hoc vltimum.*

Præterea dum instrumenti dispositiua, non solum clausulam ad habendum, adiecta fuit, sed etiam inuestito, nec non ipsius hæredibus omnimoda alienandi facultas, † Episcopo licet re- 14
luctante, expresè dignoscitur attributa, feudum francum pœnitus euasit, cum eius exinde distractio in fœminas æquè ac hæredes extraneos permissa censeatur à iure, vt not. Gabr. *cons.* 83. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. Grat. *discept. forens. cap.* 736. *num.* 75. Rota *coram Seraph. decis.* 1105. *num.* 1. & *coram Buratt. decis.* 87. *num.* 4. & in *add. Brixin. feudi 1. Iulij 1592. §. accedit quod illud, coram Cardinali Pamphilio*, licet clausula *saluo iure prædicti feudi* ibidem adiecta fuerit, ea quippe restrictionem assumit & dictione illud, † *prædicti*, adeoque dum feudum in antecedenti 15
concessionis parte existit improprium, poterit clausula prædicta, feudo dumtaxat improprio congruentia iura præseruare; non autem facultatem antecedenter super alienatione attributam coërcere: ad tradita per Bart. *in prælud. feud. num.* 27. Natt. *consil.* 44. *num.* 20. Peregrin. *consil.* 19. *n.* 21. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 378. *num.* 4. Decian. *consil.* 24. *num.* 98. Grammat. *decis.* 66. *num.* 7.

Non vrget quod feudum existens in aliqua 16
sui parte dumtaxat improprium, cæteris in partibus proprij feudi naturam retineat, vt not. Surd. *consil.* 502. *num.* 14. Rota penès Merlin. *de legit. decis.* 67. *num.* 18. Posset equidem obiectio admitti, quoties impropriatio accidentalia, seu fundi naturalia respiceret, † quæ ipsimet 17
feudo inhærent, vtpotè fidelitas, Canonis solutio, atque caducitas, in quibus terminis auctoritates in contrarium adductæ procedunt, &

successiuè distinxit:Rota *in Sarsinaten.feudi 22. Iunij 1645. in §.nec releuat responsio, coram R. D.meo Decano.*

Secus verò, si vt in proposito casu, ex eiusdem alienatione permissa in extraneos, substantia in omnibus alterata fuerit; tunc enim idemmet
18 feudum † legibus feudorum ampliùs subiacere non debet, sed inter allodialia recensetur, vt not. Bald.*in cap.1.§.feudum ex leg. num. 2. & 6. si de feud. controu. fuerit inter Dom. & Agnat.* Aymon.*consf.*256. *num.*4. Matt.*consf.*154. *n.*16. *& 17. cum seqq.* Rota *in addit. Brixien. feudi, coram Cardinali Pamphilio.*

Quinimò, vt feudum improprij naturam as-
19 sumat † satis esse censet, si pro maiori parte eiusdem natura alterata fuerit, vt aduertit Bero. *consf.65.num.*78. *lib.*1.& pluribus relatis iuribus responsum fuit *in addit. Sarsinaten. feudi 22. Iunij 1645.in §. nec releuat responsio, coram R. D.meo Decano.*

Neque poterit Marchionissa à feudi consecutione repelli, vel quia idemmet feudum iurisdictione præpolleat, vel quia in concessione pro
20 masculis, ac fœminis † recepta, fœminæ primi dumtaxat gradus includantur, vt adnot. Schrader.*de feud.part.7.cap. 4. num.43.& 44.* Iurisdictio enim ex libello pro obtinenda subinueftiendi facultate, ac laudemia exigendi à Marchionissa porrecto, nullatenus conuincitur; quinimò ex selectis per Episcopum, ac Serenissimum Mantuæ Ducem Iudicibus Commissariis pro causis in controuerso feudo existentibus decidendis, penitus remouetur; cum tamen eadem deputatio ab inuestitis expleta foret, quoties annexam iurisdictionem obtineret: Obiecta verò
21 restrictio ad fœminas primi gradus † feudo penitus improprio masculos, ac fœminas simultaneè admittenti omnino repugnat, postquam maximè prædicta concessio sub vnica oratione vtriusque sexus fauore concepta, dignoscitur sub dictione, *in infinitum,* quæ extensionem ad masculos, & fœminas cuiuscumque gradus operatur, vt adnot.Gabr.*consf.96.num.35.& 36.lib.*1. Castrens.*consf.*197.*n.*1.*ante fin. lib.*2.Riminald. iun.*consf.*556.*n.*18.Rota *in Romana fideicommissi 28.Martij 1653. in §. neque ex antiquiori coram mè.*

Non enim vrget, quòd licèt sub Mantuano statuto fœminarum propter masculos exclusiuo
22 feudum † hoc, ratione dominij Ecclesiasticum, nullatenus includatur, vt not. Dec. *in cap. S. Maria num.*218.*de Constit.* Ruin.*consil.*185. *num.*8.*lib.*2. Rot.*in Rauennaten. hereditatis 5. Iunij 1648. in §.tamen coram Eminentissimo D. Cardin. Otthobono*; eius nihilominus dispositio-
23 ni † conformis voluntas contrahentium existere præsumatur, vt respondit Rota *coram bon. mem.Merlino dec.*447.*n.*17.

Siquidem obiecta præsumptio ex instrumenti lectura feudum per se ferentis improprium, penitus arcetur, ad quod fœminæ in gradu pares vnà cum masculis simultaneè debent admitti; in totum verò si iidem in gradu remotiores esse noscantur, concurrente potissimum obseruantia fauore fœminarum elicita, tum ex admissione Giliolæ neptis Aloysij primi inuestiti ad portionem feudi patri delatam, masculis remotioribus inde exclusis; tum ex portione prædicti feudi post ipsius consecutionem à Polissenna distracta, tum denique ex donatione portionis controuersæ per Margaritam à viro cum effectu receptæ; Hinc enim, necnon ex aliis actibus in præterita decis. relatis obseruantia † cuiuscumque dubitationis prorsùs exclusiua consurgit, vt 24
not.Surd.*consf.*105. *num.*13. *cum seqq.* Rosental. *de feud. cap. 2. conclus.*63. *num.*2. Rota *coram Burat.decis.*206. *num.*22. *& 23. & in Sarsinaten.feudi 22.Iunij 1645.in §. demum obseruantia coram R.D meo Decano.*

Denique non vrget in contrarium allegata decisio *in Mantuana dotis 10.Iunij 1637.*† *coram bon. mem. Coccino*, in qua feudum contro- 25
uersum asseritur partionati, vel mixti naturam assumere, non obstante clausula, *ad habendum,* in instrumento concessionis adiecta, cum alienationem dumtaxat inter comprehensos præ se ferat: Siquidem attributa ibi facultas omnimodè disponendi de feudo restrictionem ad solos comprehensos in inuestitura nullatenus admittit, sed ad extraneos extenditur iuxta veriorem DD. sententiam: de qua per Grat. *controu.*75. *n.*75.& alios *superius* relatos *in §.Prætereà.*

Et ita, &c.

DECISIO CXXXV.

R. P. D. CERRO.

Romana census, seu Saluiani.

Veneris 25. Maij 1657.

SVMMARIVM.

1 *Locatio cum perceptione pensionis probat possessionem.*
*Præsertim in antiquis, n.*2.
3 *Prælegata regulariter veniunt in restitutione fideicommissi.*
Fallit, vt n.4. & 5.
6 *Saluianum non admittit exceptiones altioris indaginis.*
7 *Renunciatarius viuente grauato capax est fideicommissi.*
8 *Retentio creditori illiquido ex perceptione fructuum non datur.*

IMmissio super tribus corporibus aliàs petita à Piordiis tanquam creditoribus quondam Martini Coronæ, illisque denegata ex deductis *in decisione coram me edita 5.Maij 1655.* Iterum hodie petita fuit super Domo ad S. Marcum vti creditoribus quondam Anastasij patris dicti Martini, & esse concedendam, Domini responderunt, quia iustificantur omnia extrema in iudicio Saluiani necessaria.

Primum enim extremum creditum cum hypotheca iustificatum ex publico instrumento impositionis census sub die 27. Martij 1607. cum obligatione in solidum dicti Anastasij, & tertium recentis possessionis Petri-Pauli de Rosis rei conuenti comprobatum ex sustentatione litis non controuertebantur, sed solùm reuocabatur in dubium possessio Anastasij de tempore, vel post obligationem pro secundo extremo requisita, quæ tamen visa fuit concludenter probata ex instrumento locationis dictæ Domus ab ipso factæ, † anno 1602. cum perceptione pensio- 1
nis, quæ illius possessionem iustificat contra quosque, iuxta Gloss.*in l. qui Vniuersas, §.quod per Colonum, ff.de acqu.possess.* ibique Bart. *n.*1. Rota *coram Card. Canal. decis. 5. num. 1. & decis.*395.

decis.391.num.3.coram san.mem. Greg.dec.500. num.2. & in Rom. Palatij 3. Decembris 1646.
2 *coram me*, §.*Quantum enim*, præsertim † in antiquis, vt pluribus allegatis dictum fuit *in Auximana fideicommissi 13.Ianuar.1640.coram R.P.D.meo Decano,§.Quo vero,cum seqq.*Iniuncto etiam alio instrumento locationis peractæ anno 1609. quod licet sine perceptione inseruit saltem pro maiori corroboratione.

Nec turbat, si dicatur quod dicta Domus sit subiecta fideicommisso Simonis Coronæ, purificatum ad fauorem Sulpitiæ Annæ Mariæ de Rosis sororis, & Auctricis dicti Petri Pauli rei conuenti, quia prælegata fuerat ab eodem Francisco, & Melchiori, & hæredibus, & filiis dicti Anastasij, qui subinde ex causa ingressus in Religionem, amplissimam fecerunt renuntiationem ad fauorem eiusdem Anastasij eorum patris: Et quamuis regulariter prælegata hæredi-
3 bus † relicta ante fideicommissum veniant in restitutione ipsius fideicommissi subsequenter constituti, iuxta sententiam Gloss. competenter receptam, *in l.Marcellus quidam liberis,ff. ad Trebell.*

Id tamen non procedit, quando in substitutione dictum fuit, saluis vel exceptis legatis, vt legitur in Testamento Simonis, ibi: *In omnibus autem ipsius Testatoris bonis mobilibus, & immobilibus, &c. vbique existentibus, &c.exceptis superius vsufructu, & aliis, vt supra haeredes suos vniuersales fecit, &c. Ore proprio nominauit Martinum, Melchiorem, Paulum, & Franciscum ipsius Testatoris nepotes, ex dicto Anastasio fratre, ac omnes alios filios masculos dicti Anastasij nascituros, exceptis supra dictis vsufructu, &c. & aliis vt suprà voluit, & mandauit, vt bona prafata titulo vniuersalis institutionis relicta, & in quibus prafati eius nepotes instituti sunt semper, perpetuò, & in infinitum permaneant, & conseruentur in ipsa familia, & agnatione de Coronis, &c.*
4 Hoc enim casu † super residuo tantùm hæreditatis fideicommissum dicitur constitutum, vt monuit Bart.*in dict.l.Marcellus dict.§. Quidam liberis num.11.ff.ad Trebell.* Soc.iun. *consil.89. num.10. lib. 4.* Surd. *consil.253.num. 6. vers. Quibus tamen non obstantibus cum seqq.* Peregr. *de fideicom.art.7.num.13. & 36.* Thesaur. iun. *quæst.for.lib.1.quæst.14.ante num. 15. vers. quo fit vt inter cæteros*, cum aliis allegatis per Fusar. *de substit. quæst. 650. num.* 48. Præsertim vbi
5 prout hic sub fideicommisso † continentur aliæ personæ, quæ in prælegato non comprehenduntur, vt in terminis respondit Rota *in Viterbien.Castrorum 9.Decembris 1620.& 24. Maij 1621. coram bon.mem.Coccino, in rec. dec. 418. num.5. versic. secundo fuit responsum, cum seqq. & decis.421. num. 26. cum duobus sequentibus, part.5.*

Nec obstat, quod Francisc.& Melchior nunquam acquisiuerint istud prælegatum, cum non assumpserint nomen Testatoris, nec inhabitauerint dictam Domum, prout disponitur in Testamento: Ideóque Domus controuersa veniat in restitutione fideicommissi, ex quo prælegatum effectum fuerit caducum, quia cum valde dubium sit, an dictum onus assumendi nomen, & inhabitandi adiectum fuerit per viam conditionis, vel per viam modi, hanc exactionem
6 † vti requirentem altiorem indaginem Domini reiecerunt ab hoc iudicio Saluiani; prout aliam similem exceptionem reiecit Rota, *in recent. decis.387.num.7.& decis.559.num.7.part.1.& in Auenionens.Saluiani 8. Martij 1652. coram bon.mem.Bichio,§.hac eadem responsio.*

Nec releuat retentio pro præteritis creditis obiecta, & firmata *in præcedenti decisione*, quia vt ibi legitur,dicta credita pro maiori parte sunt contra Martinum, super quibus emanauit calculus de ordine Rotæ extraiudicialiter factus, & quæ iustificantur contra Anastasium sunt posteriora, signanter annua præstatio relicta, & respectiuè promissa Francisco.

Et licèt contra Anastasium duo alia credita opponantur, quæ anteriora sunt: Alterum scilicet census sortis principalis scutorum bis centum impositi anno 1604. & cessi Mariæ, prouidæ auctricis rei conuentæ translatiuè, & non extinctiuè, & alterum ex causa reintegrationis fideicommissi ob alienationem alterius Domus valoris scut.600.factam ab eodem Anastasio; nihilominus quia Petrus Paulus siue eius auctores perceperunt fructus omnium bonorum † dicti fideicommissi, qui spectabant 7
ad Anastasium, vti renunciatarium, & donatarium dictorum Francisci, & Melchioris eius filiorum vsque ad ipsam mortem naturalem, vt firmatum fuit *coram bon.me. Merlino dec.645. num. 9.* vtique ex eis vel satisfacti remanserunt,
vel saltem dicta credita † redduntur adeò illiquida, vt pro illis nullo modo competat allegata 8
retentio, vt aliis adductis respondit Rota *in Senogallien.Saluiani 7.Februarij 1653.coram bon. mem.Bichio, §.Tum quia ob fructus.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CXXXVI.

R. P. D. DVNOZET.

Romana fideicommissi de Capogallis.

Veneris 18. Iunij 1657.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in possessionem ex quibus conceдatur.*
2 *Filij in conditione positi ex statuto vrbis dicuntur vocati, & n.5.*
Etiam ad portionem patrui prædefuncto patri, n.4.
3 *Testamentum patris ob pupillarem est testamentum filij.*
6 *Bona primo loco alienata imputantur in detractiones.*
7 *Census super fideicommisso non subsistit.*
8 *Dos in subsidium detrahitur de fideicommisso.*
Fallit, vt n.9.
10 *Dotis congruitas à legitima regulatur.*
Congruitas ex portione successionis desumitur, n.11.
Congruitas ex solito familiæ arguitur, num.12.
Constituenda arbitrium habens secundùm leges arbitrari tenetur, n.13.
14 *Arbitrium intelligitur datum prout de iure.*
15 *Decretum Iudicis cum obligatione minoris ex causa non vera corruit.*

16 *Minoris*

16 *Minoris obligatio sine interuentu proximiorum non subsistit.*

IOannes Baptista Capogallus in suo vltimo elogio instituit sibi hæredem Ioannem Baptistam ex sorore nepotem cum cōditione assumendi cognomen,& insignia familiæ de Capogallis: eóque quandocumque decedente sine filiis voluit ipsius testatoris domum sitam prope Ecclesiam S. Mariæ super Mineruа deuolui ad societatem Sanctisimi Corporis Christi,& alteram ad ascensum Morforij ad Hospitale B. Mariæ de Consolatione, defuncto testatore Ioan. Baptista iunior effectus de familia Capogalla iuxta præceptum testatoris suscepit ex Hieronyma vxore quinque filios, conditóque testamento, Orinthiæ & Faustinæ filiabus iure institutionis reliquit dotes iuxta voluntatem, & declarationem Hieronymæ vxoris, qualitatem temporum & facultatem bonorum ipsius testatoris taxandas, hæredes verò vniuersales instituit Ioannem Petrum, Iacobum, & Marcum filios, illósque ad inuicem substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, & in casu obitûs alicuius ex eis, vel omnium sine filiis legitimis, & naturalibus eamdem substitutionem repetiit fauore filiarum fœminarum, etiam istarum fauore sororum ipsius testatoris, post cuius obitum successiuè decesserunt Marcus in pupillari ætate: Iacobus nullis relictis filiis, & vltimo loco Ioannes Petrus post se relictis Hortensia,& Alexandra, quæ per obitum patris prætendentes ad sui fauorem purificatum fideicommissum Ioannis Baptistæ iunioris earum aui, tam respectu tertiæ partis domus magnæ peruentæ in Marcum patruum ex hæreditate Ioannis Baptistæ senioris, quam respectu trium domuncularum ex hæreditate Ioann. Baptistæ iunioris prouenientium, & Ghisleriis possessarum, coram A. C. Iudicium immissionis super illis intentarunt, sententiámque fauorabilem reportarunt, sed ea vigore appellationis ad Rotam delata proposui dubium: An dd. sororibus super dd. domibus esset danda immissio, & fuit affirmatiuè resolutum quia constat de fideicommisso,illiúsque purificatione ad
1 ipsarum fauorem, † nec de bonorum identitate controuertitur, quibus concurrentibus eidem immissio, siue ex remedio *l.fin.C.de E.D.A.I.* siue ex Saluiano competit, vt firmauit Rota *decis.368.num.1.part.5.recent.* coram bon. mem. Merlin.*decis.312.n.1.& 2. In Fanen.Bonorum 19.Iunij 1648. coram bon.mem.Arguelles, & in Bonon. fideicommissi 5. Decembris 1650. coram Reuerendiss.P. Domino meo Celso,* & aliàs sæpe.

Respectu siquidem d.tertiæ partis domus magnæ clara est fideicommissi purificatio ad earum fauorem,quandoquidem testator quandocumque decedēti Io.Baptistæ iunioris sine filiis substituit Societatem Sanctissimi Corporis Christi, vnde cum ipse obierit post se relictis Ioan. Petro, Ia-
2 cobo, & Marco, vtique isti vti positi † in conditione censentur dispositiuè vocati ex statuto Vrbis *lib.1.c.142.*& dixit Rot.coram san.mem. Gregor. XV.*decis.575. n.1.& 10.*coram bon. mem. Merlino *decis.447. num.10. in recent. decis.185.num.1.& seqq. & decis.248.num.2.p.7.* cum aliis relatis *in Romana fideicommissi de Rodianis, & in Romana, seu Sabinen. fideicommissi 22. Maij 1656. coram me,* & per consequens tertia pars domus prætensæ vnicuique illorum fuit quæsita:quia verò d.Ioan.Baptista iunior dictos suos filios hæredes institutos ad inuicem substituit vulgariter pupillariter,& per fideicommissum, eamdémque substitutionem repetiit fauore filiarum fœminarum, casu, quo omnes filij masculi decederent sine filiis, vtique dum Marcus decessit in pupillari ætate, & Iacobus sine filiis, bene Hortensia, & Alexandra filiæ Ioannis Petri vltimo defuncti instant pro immissione in possessionem d.Marci patrui,cum per pupillarem pater dicatur testari pro filio, † & aliis sub- 3
stitutio capit non solùm bona patris, sed etiam bona ipsius filij, *l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff.de inoff.test.l.sed etsi plures,§.Ad substitutos, ff.de vulg.& pupill.* Hond.*consil.73.n.10. lib.1.* Surd.*consil.31.num.43.& cons.48.num.1. consil.212.num.19.& consil 240. num.2.* Fusar. *de substit. quæst.88. per tot.* Rota *decis.172. num.3. & decis.198. num.1. part.4. recent.* In nihilo releuante quòd filij in conditione positi censeantur dumtaxat vocati ad patris portionem,secus ad patruorum, † quia hoc cessat quo- 4
ties, prout in præsenti patrui prædecesserunt, illorum portio fuit in patre consolidata, cum eo casu non patruorum portio:sed patris appellatio ex fusè congestis per Gregor. *decis.337.num.3. & in Romana fideicom.de Maximis 15.Aprilis 1640. coram bon.mem. Peuting.*

Respectu verò domuncularum, quæ proueniunt ex hæreditate Ioan. Baptistæ iunioris illarum vocatis redditur incontrouertibilis,dum ipsæ tanquam positæ † in conditione haberi debent, 5
ac si fuissent dispositiuè vocatæ ex eodem statuto Vrbis, *lib.1. cap.142.* etsi sint fœminæ *l.1. C.de condit.insert.* Giouagn. *consil.11. num.11. lib.2.* Seraphin.*decis.880. num.1.* cum aliis cumulatis *in Fanen. substitutionis 27. Maij 1647. coram Reuerendissimo Terracinen.*

Nec pro impedienda huiusmodi immissione obstare videntur detractiones legitimæ & Trebellianicæ, quæ sunt debitæ in bonis fideicommittentis Ioanni Petro dd. Sororum patri, à quo causam habent Ghislerij, quia de illis d. Ioannes Petrus fuit plus, quàm satisfactus, ponderando, quòd status hæreditatis fideicommittentis à partibus approbatus deducto ære alieno vix ascendit ad scuta 6197. 65. quantitas vero legitimæ & Trebellianicæ debita in dictis bonis,attento numero quinque filiorum excedit scuta 939. 26. quibus si addantur alia scuta 150. pro legitima in bonis Marcinis, & medietatem quarti Dotalis ad ipsum reuersi, detractiones prædictæ constituunt summam scut.1494. 23. vnde vt ante alienationem dd. Domuncularum ab eodem Ioanne Petro fuerint distracta bona valoris scut.1618.50. procul dubio dd. detractiones remanserunt consumptæ, cum non sit dubium,† quin bona primò alienata 6
sint imputanda in legitimam,& Trebellianicam, *l. Marcellus, §. resque, ff. ad Senatusc. Trebell.* Peregrin. *de fideicom. art.39.num.4.* Mangill. *de Imput.in legitimam,quæst.136. num.50.* Rota coram Merlino *decis.39. num.9.* cum pluribus relatis *in Auximana fideicommissi 31. Ianuarij 1641. & in Ariminen. Castrorum 17. Iunij 1644. coram me, & in Romana fideicommissi de Candidis 26. Iunij 1647. coram R. P. D.meo Verospio.*

Nec super dictis domibus Ghisleriis competat aliqua prætensio occasione census scut. 200. impositi à Ioanne Petro cum obligatione Theodoræ matris dd. sororum; quia puta quod census

7 census † impositus super re fideicommissaria non subsistit: Rota *apud Cens. de censib. decis.* 43. *num.* 5. *decis.* 44. *num.* 5. *& seq. decis.* 59. *num.* 12. dum adsunt duæ aliæ partes dictæ Domus magnæ, quæ liberè spectabant ad eundem Ioannem Petrum, quas hodie Ghislerij possident, super illis dos Theodoræ recuperanda veniret, non autem super bonis fideicommissariis, quæ
8 nonnisi in subsidium † sunt obnoxia dotis restitutioni iuxta communiter notata *in auth. res quæ, Cod. com. de leg.* Per. *de fideicom. quæst.* 8. *n.* 459. Rota *decis.* 346. *num.* 7. *part.* 5. *& decis.* 504. *num.* 5. *coram bon. mem. Merlino*; & *in Romana census* 1. *Martij* 1641. *coram Reuerendissimo Terracinen.* & *in Romana dotis* 5. *Iunij* 1651. *coram me.*

Prout minus dicta retentio competere potest pro summa scut. 1500. soluta pro residuo dotis scut. 3800. à Ioanne-Petro promissæ Faustinæ sorori filiæ respectiuè fideicommittentis; quia cum reliquerit quinque filios, duas scilicet fœminas, & tres masculos, necnon patrimonium
9 scut. 6597.65. proculdubio d. dos † in scut. 3800. redditur excessiua, ita vt illa nullatenus sit attendenda in præiudicium alterius sororis, & multò magis masculorum, quibus aliàs nihil remaneret de fideicommisso: Rota *coram Mantic. decis.* 329. *num.* 5. *in Romana hæreditatis* 14. *Decembris* 1648. *coram Reuerendissimo D. Tarraconen. in Romana rescisionis transactionis* 29. *Maij* 1648. *coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado*, & in aliis adductis *in Romana Casalis Angullani* 26. *Nouembris* 1649. §. *Præterea coram me*; qui excessus, & idem in summa valde considerabili in præsenti non potest etiam controuerti, tum attenta portione legitimæ, & Trebellianicæ in scut. 934. dictæ Faustinæ debitæ, ad quam debet haberi relatio pro con-
10 gruitate dotis, † quando Paterfamilias illam competentem reliquit, vt pluribus congestis firmauit Rota *in dict. Romana rescisionis transactionis* 29. *Maij* 1648. §. *Quo vero ad aliam partem, coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado.*

Tum habito respectu ad quotam hæredita-
11 tis, † in qua secluso fideicommisso succedere potuisset, vt pro constitutione congruæ dotis admisit Rota *in Romana Dotis* 15. *Iunij* 1648. *coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Tum denique inspecto solito d. familiæ non re-
12 cipiendi, nec dandi † maiores dotes scut. 1200. vt ad dictum effectum fuit ponderatum *in Anconitana dotis* 5. *Iunij* 1651. *coram me.*

Non obstat, quod prædictæ dotis taxatio fuerit remissa arbitrio Hieronymæ vxoris fideicommittentis, quia dictum arbitrium debet restringi ad facultates bonorum ipsius Testatoris, vt expressè demandauit in illis verbis, *& facul-*
13 *tates bonorum ipsius Testatoris*; † Ideóque dicta Hieronyma non solùm tenebatur secundùm leges, & iura dotem arbitrari: ex Iason. *in l. sic legatum, num.* 22. *de legat.* 1. Paris. *cons.* 56. *num.* 5. *lib.* 1. Socin. iun. *cons.* 49. *num.* 16. *lib.* 2. Sed ampliùs æquitatem, & charitatem spectare, prout dixerunt Alex. *cons.* 33. *num.* 3. *lib.* 1. *consil.* 175. *num.* 7. *lib.* 6. Aym. *consil.* 190. *num.* 5. Gozzadin.
14 *cons.* 54. *num.* 10. & quod arbitrium † intelligatur datum prout de iure semper tenuit Rota *in recent. decis.* 38. *part.* 7. *decis.* 250. *num.* 1. *part.* 7. *decis.* 742. *n.* 13. *part.* 8. & aliàs passim.

Quo verò ad scuta 720. pro quibus prædi-

ctæ sorores fideiusserunt ad fauorem Pauli Ghislerij, pro emptione Domus magnæ, & Domuncularum ei venditarum per dictum Ioannem-Petrum, minùs retentio competere potest: nam cum de tempore dictæ fideiussionis altera illarum esset annorum decem, altera verò annorum 15. vtique ipsarum obligatio sustineri non valet; non solùm ex defectu causæ, cùm fuerit narratum Iudici dictas Domos non esse suppositas fideicommisso, † & pecunias debere inser- 15
uire pro cultura vineæ, quorum neutrum subsistit: imò de contrario constat, & sic decretum Iudicis tanquam interpositum ex causa non vera, nec subsistenti corruit, & in consequentiam etiam earundem sororum obligatio: *l. magis puto, §. si quis alienum, ff. de reb. eorum*: Bald. *in l. si non sortem, §. qui centum, ff. de condit. indebit.* Gratian. *discept.* 691. *num.* 32. *& seq.* Rota *in Romana Domuncularum* 10. *Februarij* 1648. *coram me*; *in Romana Domus* 31. *Maij* 1655. *coram R. P. D. meo Beuilaqua*; *in Romana Domus* 19. *Ianuarij, &* 12. *Iunij* 1656. *coram R. P. D. meo Verospio*; *&* 18. *Maij* 1657. *coram R. P. D. meo Celso*; sed etiam ex defectu interuentûs duorum proximiorum, quorum licet fuerit adhibitus curator; nihilominùs quia aderant consanguinei, † & citatio contra eos executa 16
est suspecta; talis deputatio non fuit sufficiens, sed illorum præsentia requirebatur: Rota *decis.* 203. *num.* 1. *& seqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Romana successionis de Comitib.* 23. *Iunij* 1642. *coram me*; vbi firmatur, quòd ad dictum effectum citatio requiritur legitimè facta cum expressione horæ, loci, & qualitatis contractus celebrandi.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CXXXVII.

R. P. D. Meltio.

Romana Census.

Mercurij 4. *Iulij* 1657.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, tollitur obligatio.*
Amplia, vt n. 2.
3 *Mandati fines non sunt excedendi.*
Fines nemo præsumitur voluisse excedere, num. 4.
5 *Mandatum procuræ non censetur limitatum, nisi probetur limitatio.*
Cum libera resultat data facultate faciendi id quod poterat Dominus, num. 10. *& num.* 16.
Procura per litteras probatur, n. 20.
6 *Census solui potest procuratori, cum quo initus fuit, & n.* 8.
Retrouenditio est actus necessarius, qui etiam sine mandato fieri potest, n. 14.
8 *Solui potest ei, cum quo quis contraxit.*
9 *Procurator constitutus cum verbis valdè amplis ad creandum censum, censetur etiam constitutus ad redimendum, & n.* 12.
Habens mandatum cum libera, potest exigere sortem census, n. 11.
13 *Antecedentia cui concessa sunt, censentur etiam concessa subsequentia.*

15 Super

15 *Superfluitas est vitanda.*
17 *Epistola plene probat contra scribentem.*
18 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
19 *Excessum procuratoris sciens, & non contradicens non potest postea dare de excessu.*

FVit resolutum in hac causa coram me sub die 23. Iunij 1656. mandatum relaxatum à R. P. D. Baranzono ad fauorem Domini Ioan. Gentilis, qui prætendebat nonnullos fructus census impositi vsque sub die 23. August. 1647. à Venerabili Domo Professa Societatis Iesu de Vrbe, ac ipsi venditi, non esse exequendum, quia constabat de extinctione dicti census & satisfactione omnium fructuum per solutionem factam tam sortis principalis, quàm dictorum fructum sub die 21. Augusti 1651. Paulo Hieronymo Mambillæ Procuratori eiusdem Gentilis, vt *in decisione, sub §. quia cùm constet.* Cui resolutioni cum pars dicti Gentilis acquiescere noluerit; illi concessa fuit noua audientia. Vnde hodie proposui causam super eisdem, & Domini steterunt in decisis moti ex rationibus, & fundamentis *in decisione* adductis, & præsertim ex eo, quòd dicta Domus Professa liberata remansit ab omni obli-
1 gatione & hypotheca, attenta solutione † illius, ad quod tenebatur: vt præter allegatas Doctrinas *in eadem decisione*, declarat etiam text. *in l. si Pupillus, ff. ad leg. Falcid. instit. quibus mod. tollit. obligat. in princip.* Surd. *consil.* 82. *num.* 1. *& consil.* 385. *paritèr, n.* 1. *lib.* 3. etiam si solutio
2 facta fuerit alteri quàm proprio creditori † cùm constet de eius mandato Procuratore, nec non de ratificatione, vt *infrà* demonstrabitur ad tradita per Bald. *in l. solutum, C. de solution.* & declarat text. *in l. si liber homo, ff. de negot. gest.* Imò duo mandata Procuræ apparent facta ab eodem Gentile in personam d. Pauli Hieronymi Mambillæ, & vtrumque eorum duraturum ad triennium. Primum scilicet die 10. Aprilis 1649. Alterum verò sub die 24. Septembris 1650. & sic de tempore quo durabat adhuc triennium primi, vt *in decis.* quæ reuidetur *sub §. At magis vrgere visum fuit.*

Vllius releuantiæ neque visa fuit prætensio dicti Gentilis, quòd nempè facultas concessa ipsi Mambillæ Procuratori sit restricta ad exactionem fructuum census tantùm, qui propterea ex-
3 cedendo fines † mandati in exequutione sortis non potuerit illi præiudicare; cum obligando contra, vel præter formam mandati, iuxta text. *in l.* 3. *§. vltimo, l. diligenter, & l. potest,* vbi gloss. *ff. mandat. l. si Procurator, Cod. de Procurat.* cum aliis allegatis, *in decis. sub §. non obstat*; quia
4 omisso quod mandati † fines nemo præsumitur voluisse excedere: Rota *decis.* 106. *num.* 12. *p.* 7.
5 *recent.* & mandatum limitatum † non censetur nisi probetur adiecta limitatio, *consil.* 748. *n.* 13. *versic.* 2. *cum dicitur*, Rota Genuen. *decis.* 76. *num.* 4. *ad fin. versic. nec dicatur*; animaduertendum est quod in instrumēto impositionis census, † quòd Mambilla stipulatus fuit fauore Gentilis inter cætera conuentum fuisse demonstratur, quòd solutio fieret, vel ipsi Gentili, vel eidem Mambillæ eius Procuratori, vel alteri legitimo Procuratori, vt *in Summario* Domus Professæ, *num.* 2. Propterea cum solutio facta fuerit Mam-
6 billæ † in eodem instrumento nominato, & cum quo contractus iam fuerat initus, vtique per huiusmodi solutionem liberata remansit Domus Professa: ad tradita per Surd. *decis.* 229. *sub n.* 8. *& seqq.* Conclusio est enim satis trita, & Generalis, vt rectè ei soluatur cum quo contractum fuit † etiam quòd alteri acquisiuerit; non autem 7
sibi, vt explicat Bartol. *in l. filius,* & *ibi* communiter DD. *C. de pact. & l. si Vrbana prædia, in princip.* vbi Ias. *num.* 4. *ff. de condic. indebit.* latè Gratian. *discept. Forens. cap.* 20. *à num.* 32. *vsque ad* 35. Rota coram Caual. *decis.* 345. *num.* 2. Adden. ad Buratt. *decis.* 2. *num.* 18. cum aliis adductis *in decis. §. hac enim.*

Nullo etiam pacto dici potest, quòd conuentio huiusmodi referatur solummodo ad fructuum solutionem, nam cum patribus dictæ Domus Professæ data fuerit facultas redimendi & recuperandi censum de quo agitur, quandocumque, *non obstante qualibet longi temporis præscriptione*, huiusmodi verba tanquam immediatè adiecta in eodem instrumento impositioni census † recipiunt suam declarationem à præ- 8
cedentibus, adeò vt intelligi debeant, quòd recuperatio, seu redemptio Census fieri posset cum eadem persona: cum qua contractus iam fuerat celebratus, vt declarat Alex. *cons.* 90. *col. final. volum.* 3. Afflict. *decis.* 375. *num.* 1. Rota *in Romana Domus* 26. *Iunij* 1619. *coram san. mem. Innoc. X.*

Accedit quòd dictus Mambilla fuit à Gentile Procurator constitutus cum facultatibus valdè amplis † vt *in decis.* quæ reuidetur, *§. refra-* 9
gatur, & signanter vt importent licentiam etiam retrouendendi censum: firmauit Rota *decis.* 186. *sub num.* 2. *inter impress.* post Cinc. *de censib.* Vltra quòd dum Mambilla, ea omnia facere poterat vigore sui mandati, † quod facere 10
potuisset ipsemet constituens & quæ speciale mandatum requirebat, dicitur mandatum cum libera: Rota *decis.* 528. *num.* 24. post Cinc. *de censib.* cum aliis relatis *in decis. sub §. neque vllo pacto*: data autem facultate cum libera † non 11
dubitatur, quin Mambilla potuerit exigere sortem, & retrouendere; Rota *coram Seraph. decis.* 238. *num.* 3. & *decis.* 528. *n.* 16. post Cinc. *de Censib.* & hoc eo magis procedere debet; quia dum Mambilla habuit mandatum † pro 12
impositione census & sic ad factum, dicitur etiam habere ad omne quod est annexum, & dependens, vt est retrouenditio; Mantic. *de tacit. lib.* 7. *art.* 15. *num.* 30. Rota *coram Seraph. decis.* 1146. *num.* 2. & *decis.* 670. *num.* 1. *part.* 1. *diuersor.* & regulariter cui concessa fuerunt antecedentia † censeri debent concessa etiam 13
subsequentia secundum Butr. *consil.* 44. *num.* 2. Rota *coram Coccin. decis.* 470. *num.* 3. maximè quod extinctio census est actus necessarius, † in 14
quo potest quis recipere pecunias, ac alienum agere negotium etiam sine mandato: Rot. coram Buratt. *decis.* 326. *num.* 2. *& sequen.* cum aliis *ibi* allegatis.

Maxima ponderatione dignum Dominis visum fuit etiam quod Gentilis dicta duo mandata procuræ fecit in personam ipsius Mambillæ: vnum scilicet sub die 10. Aprilis 1649. duraturum ad triennium: quo nondum elapso aliud fecit sub die 24. Septembris 1650. pari modo ad triennium duraturum. In hoc autem secundo, cùm non solùm referatur ad verbum *dispositio primi*, sed in secunda eius parte validè illud ampliatum reperiatur, vtique censeri debet, quod Principalis noluerit stare in solis puris terminis primi, sed intellexerit aliquid vlterius addere concedendo maiorem facultatem † ipsi Mambil- 15
læ

læ alias dicta secunda pars elusoria prorsus, & superflua esset; & ne talis reddatur, sufficit, quòd in aliquo operari valeat ad text. *in l. 1. in princ. ff. quod met. caus. l. 2. in fin. ff. ad munic.* Surd. *cons.* 127. *num.* 9. *lib.* 1. cum aliis adductis *in decis. §. & magis vrgere.*

Et hæc comprehendatur ex eo etiam, quia in postrema parte dicti secundi mandati fuit repetita clausula *cum libera*, quæ ne stet, & ipsa superflue tribuit Mambillæ facultatem peragendi
16 etiam ea, † quæ speciale mandatum requirebant, & quæ ipsemet Principalis, seu Dominus census facere potuisset, vt præter allegata *in decisione, sub §. Accedit quod postrema:* cum aliis *suprà* recensitis tradit etiam Bartol. *in l. creditor, §. huius, ff. mand. & in l. Procurator cum libera, ff. de Procurator.* Angel. *in Authent. de collation. §. ad hoc prohibemus*; & vt in virtute clausulæ, *cum libera*, siue à lege, siue ab homine concessæ omnia fieri possunt, quæ posset facere ipsemet Principalis etiam, quasi omnis potestas translata fuerit in Procuratorem, comprobat Gratian. *discept. Forens. cap.* 196. *n.* 12. *& seq.*

Existimarunt etiam DD. dicti census, extinctionem ampliùs impugnari non posse ex defectu, quod non præcesserit illius disdicta, iuxta formam *Constitutionis san. mem. Pij V.* Quia vltrà responsionem datam *in vltimo §. decisionis* ad tollendum huiusmodi obiectum hodie exhi-
17 betur epistola † scripta ab eodemmet Gentile ipsi Mambillæ Procuratori, sub die 12. Augusti 1652. quæ vt plenè probet contra scribentem est text. *in l. admonendi in repetitionib. num.* 139. & *ibi* Ripa *num.* 133. *ff. de iure iurand.* Rota coram Buratt. *decis.* 201. *n.* 4. 260. pariter *num.* 4. *&* 361. *num.* 5. ac alibi passim: in illa autem leguntur hæc præcisa verba: *In quanto all' intimatione fattali da Padri Giesuiti della Redentione del Censo delli scudi* 4000. *giache vedo li Padri si riducono à continuarlo ridotto però a* 4. *per cento; Prego Ill. S. per fauorirmi di procurare col Padre Oldonio Padre di d. Compagnia col buon mezzo che tiene con esso di ridurlo al meno a scud.* 4. *e vn quarto per cento, perche mi dò à credere sicuramente che habbino censi che paghino di auantaggio delli detti scudi quattro & vn quarto per cento, si che se il Padre Oldonio vorrà fauorirci son sicuro che si riuscirà con l'intento, mi farà gratia d'astringerlo, e auuisarmi del seguito perche li dorrò il mio sentimento circa il riscuotere detto Capitale, ò di abbassarlo, dimando per tanto li due mesi che habiamo di tempo a risoluersi*: Ex his enim clarè colligitur quòd à Patribus Domus Professæ debitoribus census, fuit facta illius disdicta, & quod de ea fuit certioratus Gentilis à Procuratore Mambilla, & dum ipse principalis non opposuit huiusmodi disdictam, non fuisse legitimè factam, sed potiùs illam approbauit & ratificauit cùm deinde rescripserit ipsi Mambillæ vt videret cum Patre Oldonio, si possibile fuisset reducere huiusmodi censum ad rationem scutorum quatuor, *e vn quarto*, pro quolibet centenario, alias quod aderat terminus duorum mensium, quem habebant ad resoluendum ex tali ratifica-
18 tione, † quæ æquiparatur mandato, ad text. *in l. final. C. ad Maced.* etiam in his quæ requirunt mandatum: Bald. *in l. Quod si de speciali* 27. *de minor.* Dec. *in l.* 3. *n.* 2. *notabil. ff. Quod quisque Iur.* Riminald. iunior. *consil.* 203. *num.* 51. & 52. *lib.* 2. Surd. *consil.* 60. *num.* 14. *lib.* 1. & *decis.* 231. *num.* 11. Deposuit Mambilla deuenire ad extinctionem dicti census, mediante solutione fructuum ac sortis principalis illi facta à Patribus Domus Professæ, & bene applicatur conclusio quòd quando constituens scit excedi fines mandati, † & tacet, nec contradicit, non possit po- 19
stea dare de excessu: text. est *in l. fin. ff. quod cum eo* Oldrad. *consil.* 199. *num.* 7. Alexand. *consil.* 80. *num.* 12. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 203. *num.* 23. Franciscus Becc. *consil.* 158. *num.* 23. Surd. *decis.* 209. *num.* 8. Rota *decis.* 132. *num.* 13. *versicul. ad quartum part.* 2. *diuers.*

Nihilque refert si dicatur solummodò constare ex dicta epistola; quia cum illa subscripta appareat ab eodem Gentile, sufficit: nam mandatum per litteras absque alia solemnitate optimè probatur: ad text. *in l. si Procuratorem*, vbi Gloss. *in verb. intelligendum, ff. de Procurat* Rota Ianuen. *decis.* 44. *num.* 1. & *decis.* 51. *num.* 4. Honded. *consil.* 55. *num.* 1. *lib.* 1. Caputaquen. *decis.* 183. *num.* 2. *part.* 2. Rota *decis.* 197. *num.* 8. *part.* 4. *recent. t.* 2.

Et ita resolutam fuit informantibus tantum Patribus Societatis Iesu Domus Professæ Vrbis, recusante informante Gentile, licèt pluribus intimationibus ab eisdem Patribus lacessito, &c.

DECIS. CXXXVIII.

R. P. D. ALBERGATO.

Ferrarien. Decimarum.

Veneris 11. Ianuarij 1658.

SVMMARIVM.

1 *Pontificis de potestate eximendi particulares à solutione decimæ dubitari non potest.*

2 Decimæ *verbum spirituales comprehendit, & n. 4. & 5. & n. 9.*

Verbum præcedente titulo oneroso, *intelligitur de spiritualibus, n.* 10.

Et de ratione, n. 11.

Ex verbis spiritualitatem importantibus, verbum ad spirituales extenditur, n. 13.

3 *Verba semper in proprio significatu sunt accipienda.*

6 *Obseruantia interpretatur priuilegium.*

7 *Interpretatio non est facienda, vt recedatur à proprietatè verborum.*

8 *Exemptio à decimis noualibus facillimè conceditur.*

12 *Onerositas tituli operatur, vt verba concessionis intelligantur, iuxta propriam significationem.*

14 *Decimæ spirituales in quota, laicales in quantitate soluuntur.*

15 Cap. nuper de decim. *habet locum in bonis decimari solitis, & n.* 17.

Illius dispositio quando non applicatur, num. 16.

EX duplici potissimum capite resolutum fuerat *sub die* 26. *Maij* 1656. *coram me*, Decimas deberi Eminentissimo Cardinali Pio Ferrariæ Episcopo, & Parochis cum ipso informantibus, quia scilicet derogatum non fuerat *cap. nuper*, & quia exemptio poterat intelligi de decimis temporalibus, & prophanis: Verùm hodie

die exhibito per Dominos de Bentiuolis toto contextu exemptionis, Domini recesserunt à decisis, existimantes priuilegium suffragari, quia
1 cum de potestate Pontificis † eximendi particulares personas à solutione Decimarum dubitari non possit. Henric. Boich. *in cap. peruenit* 5. *num.* 13. *de decim.* Menoch. *consil.* 276. *n.* 1. Couar. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 9. *&* admisit passim Rota *in decisionibus* recensitis *in Cracouien. Decimarum,* 21. *Maij,* *&* 4. *Iulij* 1640. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Eiusdem voluntas in præsenti desumi visa est ex lectura priuilegij, in quo Marchio Entius, & ab eo causam habentes, absolutè, & simpliciter à solutione decimarum eximuntur, & sic à decimis spiritualibus, cum verbum *Decimæ,*
2 † secumdum germanam, & propriam vocis significationem decimas spirituales importet, vt in his terminis tradunt Add. ad fan. mem. Gregorium *decis.* 404. *sub littera B. vers. propriè tamen loquendo,* Rota *in Ferrarien. Decimarum,* quæ est *decis.* 684. *num.* 2. *part.* 2. *decis.* 128. *num.* 7. & *decis.* 180. *num.* 17. *part.* 7. *recent.* Mediolanen. *rescissionis permutationis* 21. *Maij* 1591. *coram bon. mem. Cardinali Pamphilio,* & *in Albiganen. Decimarum* 25. *Iunij* 1627. §. *quia fuit, vers. Ex proprietate enim verbi Decimarum coram bon. mem. Cardinali Virili:* Ad differentiam laicalium, quæ verè non sunt Decimæ, sed decimationes propriè appellari debent, vt aduertit Bald. *consil.* 419. *sub num.* 1. *vers. Sed si descendunt lib.* 1. Battazol. *consil. ciuil.* 17. *num.* 16. *& seqq.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 121. *num.* 3. Rota *dicta decis.* 684. *num.* 2. *& in Toletana Decimarum de Capilla* 2. *Martij* 1648. §. *Vtrumque enim coram R. P. D. meo Verospio.*
3 Et verba † semper quando congruè fieri potest in proprio significatu sunt accipienda ad text. *in l. cum lege* 26. vbi notat Aretin. *ff. de testam.* Abb. *in cap. ex parte* 27. *num.* 3. *&* 4. *de decimis* Paris. *consil.* 22. *num.* 6. *volum.* 4. Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 5. *sub num.* 8. *in fine vers. sed tamen etiam in his*: Rota coram Buratto *decis.* 279. *num.* 11.

Concurrente præcipuè verborum generalitate, prægnantia, & geminatione, vt in indulto ibi: *A cuiusuis Canonis, Census, Liuelli, vsus taxati, quam non taxati, aut cuiusuis responsionis, recognitionis, ac media quarta Decimæ, aut alterius cuiusuis fructuum partis solutione, prastatione, & contributione, seu aliis quibuscumque, & quacumque etiam authoritate Apostolica, &c. etiam motu, scientia, & potestate paribus, & cum quibusuis clausulis, & decretis etiam irritantibus, & derogatoriarum derogatoriis, seu alias quomodolibet, & quauis causa etiam quantumuis pia, iusta, & rationabili factis, &c. penitus eximentes, & liberantes,*
4 *&c.* quæ sine dubio decimas spirituales † comprehendunt, iuxtà *consil.* Decij 113. *num.* 3. 4. *& per tot.* Ioann. Baptista Ferrett. *cons.* 102. *num.* 10. *& seqq.* Surd. *cons.* 140. *num.* 66. *lib.* 1. Guttier. *Canonic. quest. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 126. & *cons.* 5. *num.* 15. & *per tot.* Rot. *in Carthaginen. Decimarum apud Leon. Thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 27. *sub num.* 71. Et quod verbis vniuersalibus omnes decimæ comprehendantur *in Leodien. Decimarum* 22. *Aprilis* 1652. §. *non obstat quod Capitulum coram R. P. D. meo Meltio.*

Hæcque interpretatio tanto facilius fuit admissa, quia licèt in districtu Ferrariæ Decimas temporales existere probauerit Eminentissimus Cardinalis Pius, non constat tamen quòd in terris bonificatis tales Decimæ reperirentur; † Vnde priuilegium pernecessè debet in spiritualibus 5
verificari, vt aduertit Menoch. *consil.* 402. *n.* 18. *vers. & Canonicè nullas alias, in puncto* post Alciat. *consil.* 32. *sub n.* 3. *vers. secundo quia lib.* 1. Rota *dicta decis.* 684. *sub num.* 1. *vers. cum de tempore contractus part.* 1 *recent.* Et obseruantia subsequuta omnem remouet difficultatem, cum enim à tempore priuilegij nullæ fuerint exactæ decimæ in portione DD. de Bentiuolis, sed solum in alia parte, quæ prioribus Dominis fuit assignata, ex tali obseruantia concessioni proxima, † benè deducitur, qualis fuerit intentio 6
concedentis, & quid in priuilegio exemptionis fuerit comprehensum, vt in terminis decimarum post alios Menoch. *consil.* 276. *num.* 19. Cancer. *var. resol. lib.* 1 *cap.* 23. *de decimis sub n.* 34. *vers. verum quicquid,* Rota *in Sanctæ Seuerina Decimarum,* 28. *Iunij* 1647. §. *nihil obstat, &* 14. *Ianuarij* 1650. §. *Demum vers. prout subsequuta coram Reuerendissimo D. Tarraconen. & in Rauennaten. seu Ferrarien. Decimarum* 5. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio,* §. *Accedit etiam.*

Hinc euitatur ratio præteritæ resolutionis, quod exemptio tanquam odiosa strictè de solis temporalibus decimis sit intelligenda, quia vltra quod non ita restringenda est interpretatio, † vt 7
à propria verborum significatione recedatur: Dec. *dict. cons.* 113. *num.* 6. *&* 7. Surd. *d. cons.* 140. *num.* 65 *vers. & ideo dico:* Ferdin. à Castropalao *oper. moral. part.* 2. *tract.* 10. *disput.* 11. *de decim. punct.* 12. *sub num.* 5. *ad med. versic. neque argumenta*; vbi quod licet priuilegium sit interpretandum strictè, tamen verba priuilegij in rigore saluari debent, & explicari secundum suam significationem rigorosam.

Responsum fuit, id solum posse procedere in exemptionibus gratiosis, & generalibus super acquisitione omnium bonorum; secùs autem in onerosis ad certa bona restrictis, & pro publica vtilitate concessis, † & in noualibus, in quibus 8
priuilegium facile conceditur, cum nulli præiudicium inferatur, vt distinguit Abb. *in cap. dudum* 31. *sub num.* 1. *de priuilegiis,* vbi in specie ponderando exemptionem pro terris non adhuc ad culturam redactis inquit Papam de facili concedere tale priuilegium, quia non tendit in graue præiudicium: Rebuff. *de decimis quest.* 14. *sub num.* 32. *in fin. versic. secus in noualibus nondum factis:* Cancer. *var. resol. dict. cap.* 13. *sub n.* 15. *vers. Estque ratio:* Rot. apud Cassad. *decis.* 1. *sub n.* 2. *de priuilegiis.*

Ex facto etiam fundamentum illud remouetur cum expressè indultum fuerit quod verba non possint contra Marchionem Entium interpretari, sed quatenus dubia essent, in sensu fauorabili semper accipi debent, ibi: *Che li presenti Capitoli non si possino glosare contro li Bonificatori, mà s'intendino liberamente, come si leggono, & ne casi dubij, s'intendano sempre à suo fauore, &c.* Hinc enim sequitur Decimas † propriè de 9
spiritualibus ad fauorem Bonificatorum esse intelligendas, non autem impropriè de prophanis per ea quæ tradunt in similibus: Alex. *cons.* 45. *num.* 2. *& seq. lib.* 7. Rol. à Val. *cons.* 43. *num.* 47. *&* 48. *lib.* 4. & in proximis terminis de clausulis contrarium iudicari prohibentibus: Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 66. *num.* 35. *& seqq.* Valenzuel. *consil.* 151. *num.* 12. *lib.* 2. Rota *in Bononien. Archipresbiteratus* 23. *Martij* 1648. *coram Eminentissimo*

tissimo D. Cardinali Corrado, §. *Praesertim verò*.

Supradictis accedit causa exemptionis, quæ titulo valde onerofo concessa fuit in recompensationem bonificationis publicam vtilitatem præ se ferentis, pro qua ad finem deducenda, Domini de Bentiuolis ingentes expensas, & maximum æs alienum contraxerunt cum onere montis Sixti, quorum fructus soluere ipsi tenentur; præce-
10 dente autem titulo oneroso † priuilegium de decimis spiritualibus iure communi debitis interpraetari debet: Rota *coram Cardinali Seraphino decis.* 1293. *sub num.* 1. *&* 5. *vers. verum decimæ, & in Oriolen. decimarum* 16. *Martij* 1588. *coram Orano*.

Altàs sequi posset inconueniens, quod plus
11 dispendij, † quàm vtilitatis ex huiusmodi bonis consequerentur, vt considerat text. *in cap. consultationi* 33. *in fine de priuilegiis:* vbi gloss. *verb. indulg.* exemplificat, dicens puta propter magnas expensas, quas fecerunt, reducendo terram illam inutilem ad culturam, & aduertit *ibi* Abb. *sub n.* 1. *vers. in gloss. fin.* Rebuff. *de decimis quæst.* 14. *sub num.* 28. *vers. de quibus:* Nam hoc saltem
12 operari debet onerositas tituli, † vt verba concessionis iuxta propriam significationem intelligantur, nec sint restringenda, vt in concessione propter benemerita: Surd. *cons.* 140. *num.* 34. *& seqq. lib.* 1. Rota *in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij*, §. *præterea in hoc feudo in fine, &* 18. *Decembris* 1645. §. *ex quibus verbis coram bon. mem. Dunozetto.*

Non obstat, quod verbum illud Decimæ tanquam positum inter alia onera merè temporalia debeat à præcedentibus, & subsequentibus declarari, vt *in præcedenti decisione*, §. *hacque exemptionis*.

Nam apparet ex suprascriptis verbis priuile-
13 gij, quòd imò decimæ fuerant insertæ, † cum aliis verbis spiritualitatem denotantibus, ibi: *ac mediæ quartæ decimæ, vel alterius cuiusuis fructuum partis solutione*, quæ sunt verba canonica, vt aduertit Augustinus Bero. *in cap. Raynutius* 16. *num.* 162. *&* 168. *vers. decimoseptimo iure canonum de testam.* & onera spiritualia, vt per Lap. *de Canonic. portion. cap.* 2. *num.* 1. *& num.* 64. *inter tract. magn. tom.* 15. *part.* 2. *fol. mihi* 195. Nam quarta debetur Episcopo, & decima Parochis, iuxta dispositionem text. *in cap. conquerente* 16. *de offic. ordin. cap. de quarta* 4. *de præscript.* Ferret. *dict. cons.* 102. *num.* 3. Mart. *cons.* 12. *num.* 1 *&* 2. Menoch. *dict. consil.* 402. *num.* 21. *&* 22. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 86. *num.* 33. *& seqq. part.* 3. Rota *coram Cardinali Caualerio decis.* 648. *num.* 1. *& in Beneuentana quartæ* 24. *Ianuarij* 1650. *coram bon. mem. Dunozetto, in princip.* Et designant quo-
14 tam, † & sic propriè spiritualibus decimis conueniunt, quæ in quota soluuntur ad exclusionem laïcalium, quæ in certa quantitate præstari debent: Curt. iun. *consil.* 117. *num.* 6. Monet. *de decim. cap.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Rota *d. decis.* 684. *n.* 2. *par.* 1. *& dec.* 128. *n.* 7. *part.* 7. *recent.*

Et denique cum ante tempora priuilegij nullæ ex his bonis decimæ exigerentur, vtique ne-
15 cessaria non fuit derogatio *cap. nuper* 34. † *de decim.* cum illius dispositio habet locum in bonis decimari solitis, vt litteraliter apparet, ibi: *Decimas persoluant Ecclesiis, quibus ratione prædiorum anteà soluebantur*; & declarat ibidem Hostiens. *num.* 1. *ante fin. vers. soluebantur*; & contrarium nullo modo probatum fuit ex datis in Summario Eminentissimi Domini Cardinalis; Cumque in præsenti agatur de exemptione restricta ad certas personas, & bona specialiter expressa, ratione cuius tantum abest, quod Ecclesiæ Porrochiales læsæ fuerint, & grauamen receperint, vt in eodem text. dicitur, ibi: *Ne occasione Priuilegiorum suorum Ecclesiæ vlterius prægrauentur*; quod imò ex ingentibus expensis, ac immenso labore DD. de Bentiuolis locupletatæ pingues decimas ex ea parte bonorum bonificatorum, quæ prioribus Dominis fuerunt reseruata, perceperunt, & nunc etiam percipiunt, etiam ex hoc capite † non visa est appli- 16
cabilis dispositio, *dict. cap. nuper*, quia in Conc. generali, de quo ibidem fit mentio statutum fuit priuilegium Cistercensium, & Templariorum non habere locum pro bonis in posterum acquirendis, ibi: *Ne de cætero emant possessiones, de quibus decimæ debeantur Ecclesiis*; quia cognouit Concilium, quod multas acquirebant possessiones, & bona, & ob id grauissimum Ecclesiis Parochialibus præiudicium imminebat; † vnde priuilegium restrictum fuit ad pos- 17
sessiones, quas tempore Concilij possidebant, vt declarat. *ibi* gloss. & Rebuff. *de decim. d. quæst.* 14. *num.* 42. Emanuel. Roderic. *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 44. *art.* 4. *sub vers. tertium verò tempus.*

Ex quibus priuilegium vti iustum, æquum, & rationabile infringendum non esse, sed interpretandum vt comprehendat decimas spirituales; cum tam littera, quàm ratio ibidem expressa huic casui non applicentur, vt *suprà*, resolutum fuit, & recedendum à decisis vtraque parte acerrimè informante, &c.

DECIS. CXXXIX.

R. D. CERRO DECANO.

Aucnionen. Iurisdictionis.

Lunæ 11. *Martij* 1658.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria ad probandum actori in prima instantia semper conceditur.*
Ne denegetur, sufficit articulum vnum esse releuantem, n. 5.
2 *Articuli sunt admittendi, quando dubium est, an releuent.*
3 *Articulorum releuantia discutitur factis probationibus.*
4 *Inuestitus cum molendinis habet facultatem prohibendi subditis, ne accedant ad alia molendina.*

CVm prætenderet Dominus de Monreal, tam exemptionem à solutione annuæ recognitionis pro aliquibus bonis de directo dominio Ecclesiæ Archiepiscopalis Auenionen. ab ipso possessis, & solitæ recognitionis pro frumento, & pane molendo, & respectiuè coquendo in molendinis, & furnis ad eandem Ecclesiam spectantibus; quam etiam facultatem diuertendi aquas è fluminibus ad effectum irrigandi propria prata; ideò modernus Reuerendissimus D. Archiepiscopus Auenionen. summopere inuigilans conseruationi, & recuperationi,

iurium suæ Ecclesiæ contra illum in prima instantia introduxit causam in Curia, & ad effectum fundandi suam intentionem exhibuit in actis sex articulos pro examinandis testibus tam in Curia, quàm in partibus: propositóque hodie super hoc particulari dubio, responsum fuit dan-
1 dam esse Remissoriam † ex regulis satis vulgaribus, quod parti actrici in prima instantia causæ profanæ concurrente articulorum releuantia etiam sine fumo, nunquam denegari solet facultas faciendi suas probationes, vt respondit Rota coram san.mem.Greg. *decis.*403. *n.*1.2.3. & 4. & coram Buratt. *decis.*821. *num.*2. & 3. in quibus subditur, quod esset nimis durum, & absurdum, si causa primæ instantiæ discuteretur in Curia, & tolleretur facultas probandi in partibus.

Releuantia enim concurrit, nam in primis tribus articulis ponitur, quod Mensa Archiepiscopalis Auenionen. eiusque Archiepiscopi pro tempore vti Domini etiam in temporalibus inter cætera Loci Bituritarũ in eo, seu illius Territorio possederunt, & possident molendina, & furna priuatiuè quoad alios quoscumque quodque omnes inibi inhabitãtes, & bona possidentes in illis semper frumentum, & panem moleruut, & coxerunt respectiuè soluta consueta recognitione absque eo, quod alibi eorum frumentum molerint, siue panem coxerint; Necnon etiam quod nemo vnquam diuertit aquas sine licentia DD. Archiepiscoporum, quodque possessores bonorum de directo dominio Ecclesiæ soluerint solitum Canonem, responsionem siue libellum, & loco, & tempore laudemium.

In aliis verò tribus articulatur, quod collitigans in Territorio Bituritarum possidet multa bona stabilia, culta, & inculta, Prata, Vineas, & Domos, in quibus etiam fuit solitus inhabitare, cum ingenti familia, quodque ab annis 30. summopere ibi augumentauit suum Patrimonium, & ad effectum irrigandi eius Viridarium, & Prata constructis super terram nonnullis aquæductibus, incæpit diuertere aquas inseruientes molendinis Mensæ Archiepiscopalis.

Releuans enim Dominis visa fuit hæc materia pro concedenda remissoria, ad quem effe-
2 ctum † sufficit etiam dubitare de releuantia, vt dixit Rota coram Buratt. *decis.*28. *num.*3. & coram Cocc. *decis.*20. *num.*4. Nam concludentior
3 illius discussio ad definitionem causæ † post factas probationes refertur, vt dictum fuit in *Toletana Decimarum* 16. *Martij* 1648. *coram R. P. D. meo* Celso, §. *Cum igitur cum sequenti, in Mantuana Bonorum* 17. *Febr.* 1653. *coram me.* §. *quia generaliter, & in Toletana decimarum de Capilla* 12. *Iunij* 1654. *coram Reuerendissimo P. Domino meo Verospio*, §. *neque vrget in contrarium.*

Accedente præsertim veritatis fumo ex antiquissima Donatione huic Ecclesiæ facta ab Imperatore, & à Sede Apostolica confirmata de
4 Castris controuersis cum Vineis, Pratis, Aquis, Molendinis, † cæterisque regalibus *Summ. n.*1. cuius vigore præcipuè prætenditur Dominis Archiepiscopis competere ius prohibendi subditis nè ad alia molendina, vel furna accedere possint, minusuè aquas diuertere ex Surd. *cons.*313. *n.*102. *vers. Item si habent*, & aliis pro D. Inte allegatis.

dicatur quod ex scripturis ad Vrbem transmittendis forsan elidi possit materia articulata; Quia præter quod impediri non debet probatio actoris ex futuris, & incertis fundamentis rei conuenti adhuc speciem non deductis, neque in actis iustificatis; cum materia articulata ex ipsius lectura præseferat etiam ea super quibus non solent fieri scripturæ, hoc prorsus sufficit, vt super omnibus Remissoria concedatur, vt dixit Rota *in recent. decis.*196. *num.*9. *part.*6. *& in dicta Toletana decimarum de Capilla coram R. P. D. meo Verospio*, §. *& licet.*

Et ita vnica tantum, &c.

DECIS. CXL.

R. P. D. CERRO.

Romana Census, seu Saluiani.

Mercurij 27. Martij 1658.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex locatione, & exactione pensionis.*

2 *Prælegatum non venit in restitutione fideicommissi.*

Effectum caducum accrescit fideicommisso, num. 3.

Fallit, vt num. 4. *&* 5.

6 *Mora non incurritur sine interpellatione, vbi non adest dies certa.*

7 *Immissio ex Saluiano non impeditur exceptione turbida.*

DOmum ad S. Marcum de qua hodie agitur possessam fuisse ab Anastasio Corona debitore de tempore vel post obligationem, iustificant locationes in præterita Decisione deductæ, altera scilicet de anno 1603. cum reali & actuali perceptione pensionis, quæ amplius controuerti non potest ob assertum defectum mandati Procuratore illius, qui nomine Anastasij præfatam locationem fecit, & pensionem exegit, dum nuper in actis exhibitum fuit publicum instrumentum mandati antecedenter factum cum explicita facultate locandi omnia eius bona stabilia cuicumque personæ, illorumque redditus, & pensiones exigendi *hodierno summario actor. num.*2. Altera verò de anno 1609. quæ licet non probetur effectuata per consimilem exceptionem † pensionis: inseruit tamen pro 1
adminiculo, ita vt ex vtraque, simul iuncta concludens possessionis iustificatio eliciatur, ex allegatis per Rotam coram Andr. *decis.*12. *num.*5. & 6. cum aliis relatis à Posth. *de Manuten. obser.*24. *num.*31. & 32.

Exceptio autem antiqui fideicommissi quondam Simonis Coronæ *in eadem decis.* refellitur ex irrefragabili fundamento quod domus controuersa tamquam prælegata Francisco, & deinde Melchiori cohæredibus, qui Anastasio patri amplissimam renunciationem † fecerunt, non veniat 2
sub fideicommisso super aliis bonis constituto exceptis legatis, vt monuit Bart. *in l. Marcellus*, §. *Quidam liberis num.*11. *ff. ad Trebell.* cum aliis allegatis *in Decisione*, §. *nec turbat.*

Et licèt replicetur quod saltem contrauenientibus Prælegatariis præcepto testatoris assumendi nomen illius, & inhabitandi domum sesequd

reddentibus

reddentibus inhabiles ad illud implendum, per
3 ingressum in Religionem caducatum † remansérit legatum & sic per ius accrescendi domus sub fideicommisso vniuersali comprehendatur, ex Peregr. *de fideicommisso art. 9. num. 6.* & Surd. *decis. 269. per totam.*

Attamen replicatio cessat, siue quia testator non constituit fideicommissum vniuersale super omnibus aliis bonis suis simpliciter; in quibus terminis loquuntur Peregr. & Surdus, sed addidit
4 exceptis † legatis, vt dictum est, quo casu legata tanquam litteraliter excepta, nullo prorsus iure sub fideicommisso venire possunt; vt in fortioribus terminis respondit Rota *in recent. decis.* 418. *num.* 12. *part.* 5. siue etiam ex quo Francisco dumtaxat, cui primo loco Domus prælegata fuit, Testator iniunxit pœnam priuationis in casu non implementi dicti oneris, & voluit prælegatum deferri Melchiori, cui vlterior pœna non legitur adiecta; & propterea cum datus sit substitutus in casu primo contrauentionis, prælegatum non fuit caducatum fauore fideicommissi
5 vniuersalis, † sed apertum ad fauorem Melchioris substituti, qui proinde vel remisit caducitatem, consentiendo, vt Franciscus onera non impleret, vt potuit, iuxta decisionem Thesaur. 270. *sub num.* 17. *in fine, vers. crederem tamen*, quam refert, & sequitur Fusar. *de substit. quæst.* 447. *num.* 18. vel eam acceptauit, & deinde per denunciationem transtulit in patrem: Quod etiam ipsi facere licuit, non attento oneris non implemento, dum vt dictum est in casu contrauentionis, nulla pœna ipsi iniuncta legitur; præsertim
6 non accedente interpellatione, † & Iudicis monitione, ex plenè probatis per Modern. Altograd. *cons.* 84. *num.* 41. *cum seqq. part.* 1. Vltra quod satis est ad istum effectum quod præfata requirant altiorem indaginem, vt propterea impediri
7 non possit immissio † ex credito claro, & non controuerso, vt firmatum *in ead. decis.* §. *nec obstat*, vbi etiam reiicitur ab hoc iudicio obiectum, an dictum onus iniunctum fuerit per viam modi, vel conditionis.

Nec obstat, quod Franciscus, & Melchior ob expressam prohibitionem alienandi, non potuerint transferre in eius patrem bona fideicommisso vniuersali grauata, & alienari prohibita, quia cum hodie non agatur ad bona fideicommissaria, sed solùm ad dictam Domum prælegatam, quæ non cadit sub fideicommisso, sed sub dicta prohibitione, satis est respondere quòd sufficit actoribus dictam renunciationem, quoad Domum sustineri.

Exceptio denique retentionis pro duobus creditis anterioribus, altero scutorum 200. & altero scutorum 606. vel totaliter remouetur, vel saltem valde turbida remanet, ex fructibus bonorum debitoris in ingenti quantitate, à Petro-Paulo, eiúsque auctoribus perceptis: dicta enim credita vnà cum fructibus vsque in præsentem diem decursis, non excedunt scuta 1715. Illi autem perceperunt fructus in summa scutorum 5997. iuxta calculum ad partes datum.

Et ita responsum fuit standum esse in decisis 25. Maij 1657. coram me, vtraque, &c.

DECISIO CXLI.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Saluiani.

Veneris 5. Aprilis 1658.

SVMMARIVM.

1 *Immissio datur ex Saluiano constito de extremis, & n. 4.*
2 *Possessio probatur ex locatione cum perceptione pensionis.*
Ex litis sustentatione, & intimatione illius probatur, n. 3.
5 *Saluianum non datur posteriori contra anteriorem creditorem.*
6 *Personarum legitimatio in quolibet iudicio necessaria est.*

VT sibi satisfaceret de fructibus census impositi de anno 1618. sub fideiussione Alexand. de Maximis in sum. scut. 1200. ad fauorem quondam Curtij de Victoriis, D. Laurentius Robertus in vim vtilis Saluiani immissionem petebat in possessionem Domus positæ in Platea Agonis, ab eodem Alexandro fideiussore olim, & nunc ab Hospitali Sancti Iacobi Hispanorum possessæ; quam tamen non à se concedendam, DD. censuerunt, licet non admissum fuerit constare † de extremis in hoc iudicio neces- 1
sariis de credito: nempe cùm hypotheca ex instrumento impositionis census, in quo idem Alexander vti principalis principaliter, & insolidum accessit, & sub obligatione infra Cameræ fideiussit *Sum. dict. Laurentij num.* 1. Rota *in Romana Salu.* post Merlin. *de pignor. dec.* 108. *num.* 2. *& decis.* 133. *num.* 3. & passim in aliis.

Et de possessione Domus respectu aduersarij fideicommittentis: Tum ex alio censu ab eodem Alexandro super dicta Domo imposito, cum clausula, *const. eodem Sum. num.* 3. tum ex locationibus † apothecarum, & aliarum pertinen- 2
tiarum Domus, cum subsequenti pensionum perceptione, *num.* 4. Rota *in Romana Saluiani* 25. *Iunij* 1647. *sub* §. *vnde introduct. & 9. Decembris* 1650. §. *possessio, coram R. P. D. meo Celso.*

Respectu verò Hospitalis recens eius posses-
sio † probatur ex intimatione molestiarum facta 3
hæredibus venditoris, iuncta litis sustentatione: Rota *in Romana Saluiani 29. Nouembr.* 1655. *coram bon. mem. Dunozetto*, §. *possessio*: Denique quibus concurrentibus locum esse immissioni in
† vim vtilis Saluiani resolutum fuit post alios *in* 4
Licien. census 7. Maij 1655. coram R. P. D. meo Priolo, §. *ratio resolutionis, & in Romana Salu.* 25. *Iunij 1657. sub* §. 1. *coram R. P. D. Meltio.*

Adhuc tamen duplici ratione non esse dandam immissionem visum est Dominis: Primò, quia cum Domus fuerit vendita, & ex pretio eiusdem solutum æs alienum Hospital. & Dominic. de Maximis, qui erant creditores anteriores Alexandri pro dote Olympiæ de Cuppis eorum matris, pro qua se obligauerat Alexander vsque de anno 1572. quemadmodum enim si prædicti Hypolitus, & Dominicus Domum possiderent, in ea nullo pacto molestari possent, ita

ita vexari nequit Hospitale, in quod creditum anterius eorundem, vnà cum hypotheca in vim
5 solutionis translat. fuit, quia posteriori † creditori Saluianum non datur contra anteriorem, & habentem priorem hypothecam: Grat.*decis. Marchef.*127. *n.*1.*vers.contrarium tamen:* Rota *coram Buratt.decis.*844. *&* 858. *vtrobique n.*1. & in terminis de emente, & ex pretio creditoribus anterioribus soluendo, in quorum locum succedit: Mant.*dec.*67.*n.*1.*& seqq.Spolet. dec.* 69. *Salu.*2.*Aprilis* 1607. *coram fel. rec. Innoc. X.* vbi quod hoc procedit etiam si pretium solutum anterioribus integrum pretium rei non absorberet; & *in Romana census seu Saluiani* 5. *Maij* 1655. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, §. *sed ex quo.*

Secundò, quia censum fuisse impositum ad fauorem Curtij de Victoriis, constat ex supradictis, & tamen D. Laurentius qui hodie immissionem petit, non probat se esse hæredem Curtij, sed tantùm Bernardini de Victoriis; & ideò sine fundamento agit, & obtinere non potest,
6 cum non legitimauerit, † eius personam, vt necessarium est: Salust. Tiberius *in praxi lib.*1. *cap.*44.*num.*3.Add.ad san.mem.Greg. *dec.* 264. *num.*5.Rota *coram Burat. decis.*434. *num.*6. & de hac qualitate hæreditaria, *coram Eminentiss. Otthob.dec.*95.*n.*13.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CXLII.

R. P. D. Priolo.

Firmana Census.

Die 3. *Iunij* 1658.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas à statuto introducta omnino seruanda est.*
*Amplia, vt n.*2.
*In alienatione rei minoris demandata per testatorem, non requiritur, n.*19.
*Contra, n.*20.
*Sed declara, vt n.*21.
3 *Insinuatio ex constitutione Marchiæ requiritur.*
*Superueniens post nullitatem obiectam non iuuat, n.*6.
4 *Census impositio est species alienationis.*
*Debet constitui, etiam cum interuentu minoris, n.*9.
5 *Constitutio Marchiæ non impedit obseruantiam statutorum particularium.*
7 *Prohibitus alienare contrahendo, prohibetur etiam asserendo.*
8 *Causa alienandi rem minoris, debet esse specialis, & indiuidua.*
10 *Minor validè non contrahit, nisi vrgeatur.*
*Et constet de euidenti vtilitate, n.*16.
11 *Decretum Iudicis inducit præsumptionem, quod omnia solemniter gesta fuerint nisi causæ insufficientes expressæ fuerint.*
*Iudicis & contractus ex falsa causa corruunt, n.*13.
*Se referens ad instrumentum sine die, & anno non sustinetur, n.*14.
12 *Pater ad proprium sui commodum non potest authorizare personam filij.*
15 *Minorum stabilia pro extinctione æris alieni, vendi nequeunt, dum extant mobilia.*
17 *Versio probari debet ab eo, qui cum minore nulliter contraxit.*
*Amplia, vt n.*18.

DOmini dixerunt censum scutorum 130c. impositum per Hippolytam tutricem filiorum Vincentij de Lutiis Liberati ex defectu, tam solemnitatum, quàm causæ non sustineri: Respectu solemnitatum, quia non interuenerunt quatuor consanguinei proximiores, quæ solemnitas, cum per statutum mandatis Florum ad euitandam fraudem præsumptam in contractibus minorum fuerit introducta, † erat ad vnguem seruanda, per text. *in cap. cum dilecta de rescript.*Gozad.*consil.*73.*num.*2. Alex.*consil.*42. *num.*16.*lib.*1.Rot. *decis.*73.*num.*2. post Pic. *ad stat.orb.decis.*189.*num.*1. *part.*4. *diuers. & decis.*410. *num. eodem coram Buratto:* Præsertim cùm statutum ex non implet. contractus annullet, † & pro infectis haberi declaret, iuxta text. *in l.non dubium,C.de leg.* Rot. *in rec. decis.*678. *n.*2.*part.*1. cum aliis relatis *in d.decis.*410. *n.*1. *apud Burat.* 1 2

Et quia caret insinuatione ex constitutione Ægidiana, *lib.*5.*cap.* 25. in contractibus intra Marchiæ † prouinciam extensa: Rota *dec.*385. 3
§.1.*& 6.part.*2.*decis.*177.*num.*3.*part.*7. *recent. decis.*260.*num.*3.*apud san.mem. Gregor.*& alibi passim; quæ pariter cum fuerit edita causa publicæ vtilitatis, & ne minores directè, siue indirectè lædantur, omninò erat implenda in constitutione census huiusmodi, † in quo tanquam 4
specie alienationis, militat eadem ratio læsionis, per text.*in leg. fin. Cod.de reb.alien. non alienat.* Baldus *in cap.ad audientiam in l.* 2.*neque de rescript.*Rot.*apud Merlin.decis.*540. *num.*1. cum aliis relatis per Cenc.*de cens.quæst.*16. *num.*3.& apud Burat.*decis.*410.*n.*3.

Quod procedit, etiam si particularia statuta locorum illius prouinciæ seruata certa forma solemnitatum declarent contractus validos, & executioni demandandos: nam cum insinuatio non in ipso contractu, sed post illius celebrationẽ interuenire debeat, quoad solemnitates locorum † statuta seruantur, quoad insinuationem 5
constitutio prouincialis attenditur, vt in his terminis dictum fuit coram Gregor.*decis.*260.*n.*4. *& coram Pamph. decis.*8.*apud Pic.ad stat. orb. confirmata coram eod. decis.*285. *part.*2. *recent. & in Ariminen. legatorum* 16. *Iunij* 1625. *coram Manzanedo.*

Cuius defectus suppleri non potuit per subsecutam insinuationem, quamuis enim ea solemnitas tanquam requisita post celebrationem actus quandocumque apponi valeat: tamen cum in præsenti superuenerit † post nullitatem in iudicium deductam non suffragatur; ad tradita per Innocentium, *cap.*1.*num.*2. *vers. plenior intellectus est de confirmatione vtil. vel inutil.* Roman. *in l.Modest.num.*1. *ff.de donationibus:* Cyriac. *controu.*10. *num.*76. Angel. *consil.*179. *num.* 7. *post med.* Decian *cons.*60.*num.*3. *lib.* 4. Rot.*decis.*177.*num.*1.*part.*7. *recent. & in Romana seu Auximana bonorum* 28.*Iunij* 1656.*coram Reuerendissimo Præside Vallissoletan.* 6

Respectu verò causæ nulla datur probatio super illius veritate, nisi quod census fuit impositus

situs pro extinguendis aliis censibus constitutis sub vsuris grauioribus in summa scutor. 1052. partim à Vincentio Patre, partim post illius obitum ab Hippolyta matre ad sucurrendum indigentiis filiorum, nec non alia debita exsoluenda eadem occasione contracta, quæ simplex assertio, & enunciatiua attendenda non est in
7 præiudicium minorum, † quia sicut prohibitus alienare contrahendo preiudicare non potest; ita nec asserendo id per quod contractus redderetur validus: Rota *d. decis.*480. *num.*2. *in Romana fideicommiss.*7.*Iunij* 1652.*coram Reuerendissimo Præside Vallissol. & in Vrbinaten. Prædij* 23. *Maij* 1653. *coram bon. mem. Bichio*, §.*eadem respons.in fine*, eoque minus, quia existentia æris alieni, & causa necessitatis aliunde quam ex assertione contrahentium probari debet, ad text. *in l. magis puto*, *ff. de reb. eorum & l.ob æs alienum C.de prædiis minorum*: Rota *decis.*444.*num.*9.*&* 575.*num.*6.*&* 7.apud Merl. *& decis.*27.*num.*4.*&* 52.*num.*6. apud Cencium *de cens.*

Imò constat causam neque veram fuisse, neque necessariam; nam licet dictum fuerit censum imponi pro extinguendo ære alieno, quo filij premebantur, tamen præter censum per Vincentium ascendentem ad scuta 577. reliquos ad prædictos filios, nullo modo spectasse deprehenditur, ex instrumentis, *in summ. illorum de Zutiis num.*5.13. *&* 14.ex quibus apparet ab hæreditate Vincentij debitos non fuisse tot census, quot in notula descripti sunt, nec alia debita ab illo fuisse contracta, & alios census in summa scutor. 400. ab Hippolyta matre constitutos, pro reparandis necessitatibus domus & filiorum, aliisque debitis dissoluendis sustineri non posse; tum quia causa expressa non
8 fuit specialis & indiuidua, † sed generalis & nimis vaga, & consequenter inefficax, vt aduertit Pic.*ad statutum Vrb.lib.*1.*cap.*151.*gloss.*27.*n.*3. & dixit Rota *in Romana Pecuniaria, nona Iunij* 1636.*coram Merlin.inter eius impressas, decis.*714.*num.*35. & aliis relatis *in Romana Domus* 19.*Ianuarij, confirmata* 28.Iunij 1656. *coram R.P.D.meo Verospio, &* 14.*Maij* 1657.*coram R.P.D.meo Celso.* Tum etiam quia fuerunt
9 impositi absque interuentu filiorum † etiam seruata forma statuti montis florum, vt censuit Rota *decis.*678.*num.*3.*part.*1.*recent.* apud Merlin.*decis.*540. *num.*1. *& seqq.* & dictum fuit *in Bonon. de Beroys*, 28. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiss. Compostellana in Ariminen. computorum* 18. *Iunij* 1646. *coram Reuerendiss. Terracinen. & in Romana domus* 4. *Maij* 1648.*coram bon.mem.Bichio.*

Sicuti quoque necessaria non fuit, dum pro extinctione censuum minores † à creditoribus
10 non pulsabantur, vt inquit Rota *decis.*40. *n.*3. *&* 7. *part.*7.*recent.* apud Merlin.*decis.*444.*n.*5. *& seqq. & in Romana Salu.* 27. *Ianuarij* 1640. *coram bon. mem. Dunozetto*: nec cogi poterant cum census quoad emptorem debeat esse perpetuus, respectu verò venditoris sit temporalis vt respondit Rot. *decis.*539.*n.*3. coram Card. Caualler. *decis.*25.*num.*5.*& decis.*26.*num.*3. *& decis.*27.*num.*6.post Cencium *de censibus*, & alibi passim, &c.

Non obstat quod interuenerit decretum iudicis,ex quo oritur præsumptio causæ & censentur
11 omnia solemniter acta, † quia prædicta in contractibus interuenisse in dubio præsumitur, non autem quando prout hic in instrumento fuerunt expressæ causæ iniustæ, & insufficientes: Natt. *cons.*126.*num.*19.*&* 20. Roland. *consil.*7. *n.*66. *lib.*3. Rot. *decis.*136.*n.*2.*& seqq. & decis.*143. *eodem num. part.*3. *recent. & in Romana Domus* 14.*Ian.*1656.§. *hinc non vrget coram R. P. D. meo Verospio*: Præcipuè cùm ipsemet iudex habuerit interesse in vno ex censibus extinguendis, vt aduertit Natt. *consil.*162.*num.*21.*in fine*, quo
posito etiam Pater † vt suspectus recusatur ad 12
autorizandam personam filij,vt ponderauit Rota *decis.*218. *num.*7. *part.*2. *recent.* & *decis.* 575. *num.*16. *apud Merlin.*

Cumque appareat causam æris alieni præter summam scutor.577.in residuo fuisse falsam tam impositio census & obligatio filiorum, quam
decretum iudicis † corruunt in totum ratione 13
indiuiduitatis, vt in *d.l.magis puto*, §.*si æs alienum, ff.de reb.eorum*: Rota *decis.*575.*num.*10. apud Merlin.cum aliis relatis *in Viterbien.Prædij* 28.*Maij* 1653.*coram bon. mem. Bichio, in Romana Pecuniaria* 25. *Iunij* 1655. *&* 9. *Iunij* 1656.*coram R.P.D.meo Beuilaqua, & in Anconit.Pecuniaria* 27.*Iunij* 1657.*coram Reuerendissimo Præside Vallisol.*

His accedit quod in instrumento adnotatus non fuit dies & annus illorum censuum pro qui-
bus extinguendis † hic nouus imponebatur, vt 14
alias obseruatum fuit coram Merlin. *decis.*540. *num.*14. neque legitur allegatum fuisse quòd creditores vrgerent, vel immineret executio aliqua super bonis pro soluendis debitis, nec quòd Hippolyta tutrix, seu consanguinei, vti proximiores, adhibiti attestati sint de non existentia pecuniarum,aut mobilium,vel nominum debitorum ex quibus asserto æri alieno,satisfieri posset,
sicuti aderat prædiũ ex cuius † fructibus potuis- 15
set debitum extenuari, vt hæc omnia pro habenda diligenti causæ discussione iudex perquirere tenebatur:ita de mente textus *in l.*1.§.*si forte, & l.magis puto*, §.*nequam, ff.de reb.eorum consuluerunt*; Rolan.*consil.*33.*num.*4. *&* 5. *lib.*1. & decisum fuit à Rep. *consil. Neapolit.* apud Afflict. *decis.*249.*num.*1.*& seqq.*late dixit Rot. *d.decis.*444.*num.*5. *& seq.coram Merlino.*

Hinc causa vtilitatis desumpta ex eo quod census impositio facta fuerit ad rationem sex pro extinguendis aliis ad rationem septem, & octo frustratoria redditur & inutilis; constat enim ad sensum interusuria scut. 1300. longe excede-
re fructus scut. 577. quamuis sub grauioribus extent vsuris, vtilitas autem † ad validandum 16
contractus exacta euidenter indubitata esse debet, vt per Lamberten. *de contract. minorum tit.*8.*num.*17.Cenc.*consil.*243.*num.*3. *vers.præterea lib.*2.Rota *coram Seraph.decis.*1242. *n.*3. & apud Merlin.*d.decis.*540.*num.*18.

Et ad hunc effectum, quia census est nullus,
non est vlterius probanda versio in causam † ta- 17
lis extinctionis:ad text.*in l.si Prædium sibi*,Glos. *vers.probare*,*C.de Præd.missor.* & ita limitando regulam quod contrahens cum minore, ex causa vtilitatis non teneatur esse solicitus de versione: distinxit Rota *decis.*678. *n.*2. 7.*& seqq.part.*1. *recen. & decis.*18. *num.*29. *&* 30. *apud R. Vrgellen.& in dicta Rom. Saluiani* 27. *Iun.*1640. §.*minus obstat, coram bon.mem. Dunozet*: Maxime quia extinctio supradictorũ Censuum,non solum fuit deducta per modum causæ, sed vlterius per viam pacti & conditionis, ex instrumento ibi, *dummodo ex eis redimantur supra-dictis*

dicti census, & creditores cedant iura, &c. Ideo cum causa sit præcisa, & sub hac expressione
18 contractui decretum Iudicis † interuenerit, tenebatur Treuisanus esse sollicitus, vt in causa determinata pretium integrum conuerteretur: Grat. *discept*.45.*n*.2.& 555.*n*.7. Rot. apud Seraph. *decis*.338.*num*.7. *cum seq. decis*.178.*n*.13. *vers. demum nullitas, cum seq. part*.7.*rec. decis*.79. *num*. 6. & 7. *coram Matt. Anot. & decis*.696. *num*.4. & *seq. coram Perrico*.

Non suffragatur facultas alienandi per testato-
19 rè attributa Hippolytæ tutrici, † ratione cuius solemnitates in contractibus eorum cessare videntur, iuxta text. *in l*.1. *C. quando decret. opus non*
20 *est*, & *l. pariter* 1. *ff. de præd. minor*. quia † & hæc facultas non aliter concessa intelligitur, quã iuris solemnitate seruata: ad text. *in leg. si quod* 3. *C. de inoff. test*. Anchar. *in cap. gratum* 3. *de postulat. Prælator*. Grat. *discept*.5. *n*. 42. & *seq*. Riminald. *in cons*.79.*n*.88.*lib*.6. Castr. *cons*.65. *n*.4.*vers. Nam dispositio ista*: Surd. *cons*.241. *à num*.1. *cum seq*. Grat. *decis. Marchia* 131. *n*.4. & aliis relatis dixit Rota *decis*.31. *sub n*.5. post Merlin. *de pignor*. eo magis quia dispositio testatoris continet facultatem distrahendi solum, in genere, quæ solemnitates introductas ratione publicæ vtilitatis, non tollit; non autem mandatum
21 pretium alienandi † rem certam, nec determinatam speciem contractus in detractione seruanda; in quibus terminis in contrarium allegata, procedunt, iuxta declarationem Cagnol. *in l. fingular*.72.*ff. si cert. pet*. Zambertengh. *de contract. qui sine cert. solemnit. gloss*.1.*n*.3. Rolan *cons*.99. *n*.47. Paris. *cons*.85.*num*.50.*lib*.3. Surd. *cons*.191. *sub num*.18.*vers. ex his sublata sunt*, & *decis*.77. *n*.2.& *seqq*. Hodiern. *ad decis. eiusdem Surd. decis*.278.*num*.17.

Ex quibus dempta summa erogata in extinctionem censuum possessorum per Vincentium Zutium constituentium scut.233. in quibus Treuisanus remanet solummodò creditor: quod residuum mandatum A.C. non esse exequendum decisum fuit, vtraque parte informante, &c.

DECIS. CXLIII.

R. P. D. Celso.

Hydruntina exemptionis.

Veneris 24. *Maij* 1658.

SVMMARIVM.

1 *Bona peruenta in Ecclesiam eximuntur a b oneribus*, & *n*.16.
Et de ratione, num.2.
Amplia, vt num.3. & *num*.10.
Vt transeant in Ecclesiam cum onere quæ requirantur, n.4.
Transeunt cum onere in Ecclesiam si ita cum ipsa conuentum sit, num.9.
5 *Onera mere personalia, aut mixta non præstantur ab Ecclesiasticis*, & *n*.13.
6 *Denominatio partium circa realitatem onerum non attenditur*.
7 *Oneris personale, aut mixtum nequit pacto effici reale*.
11 *Pactum inter Principem & Ciues fieri nequit in præiudicium Ecclesiæ, vt omnia bona efficiantur tributaria*.
12 *Dictio, damò, excludit tempus præteritum, & demonstrat initium obligationis*.

In instrumento transactionis initæ de anno 1613. inter D. Ducem S. Donati, & Vniuersitatem, ac Homines dictæ terræ promiserunt præfati Homines soluere Decimam Oliuarum eidem Duci sub clausulis amplissimis, & in specie sub his præcisè verbis: *Sottoponendo damò liberamente le loro robbe possesse, & possidendo site nel territorio, & feudo predetto di detta Terra di S. Donato al peso, obligatione, e seruitù di detta Decima d'Oliue, ita que in quella sia peso reale, & infisso, & con detto peso, obligo, e promissione passi, & sia nelli loro Heredi, Successori, & possessori in perpetuum*.

Hinc cum plura bona è manibus Laïcorum peruenerint ad Ecclesiasticos prætendebat D. Dux, eosdem teneri ad solutionem præfatæ Decimæ, sed habito recursu ad S. C. Immunitatis fuit per duas vices, me referente, negatiuè responsum. Et iterum dubio in Rota proposito, Ecclesiasticos non teneri firmatum fuit.

Siquidem bona laicalia eo ipso, quod perueniunt ad Ecclesiasticos, statim eximuntur à dominio, & potestate laicorum, † nec considerantur amplius, vti Laicalia, sed tanquam Ecclesiastica iudicantur, ideoque omne, & quodcumque onus reiiciunt, nisi illud sit tale, vt infra dicetur, ita notant communiter Canonistæ *in cap. de Immunit. Eccles. in* 6. & pluribus rationibus exemplis, & authoritatibus comprobat Card. Alban. dicens hanc sententiam esse veriorem, & magis piam *in tract. de Immunit. Eccles*. impresso *in principio eius consiliorum, num*.8. *vers. tam qua contrariam*, & *num. seqq*. vbi *num*. 13. firmat hanc immunitatem fuisse simpliciter, & indistinctè à Deo institutam, eandemque sententiam amplectitur Bursat. *consil*.42.*n*.19.*lib*.1. Roland. *consil*.61.*num*.7.*lib*.4. Ferret. *consil*.167.*n*.11. *lib*.1. Bart. *consil*.180.*num*.3.*part*.1. Borell. *consil*.74.*num*.43. Felin. *in cap. Eccles. S. M. n*.7.*de const*. latissimè Suarez, qui respondet obiectis deductis in contrarium *in tract. defens. fid. lib*.4. *cap*.20.21.& 25. aliósque plures cumulat Ciarlin. *controu. forens. cap*.103.*num*.7.& *seqq*. vbi de veriori, & receptiori Donat. Anton. de Marinis *quotid. resol. cap*.47. *à num*.3. *ad fin*. Sperell. *decis*.35. *per tot*. & *decis*.36. *à n*.10. *vers. cæterum*, inquiens, *sub num*.32. hanc sententiam esse crebriorem, tutiorem, meliúsque iuribus, & rationibus fundatam, quam solidissimis fundamentis firmauit Rot. *in Brundusina, & Alben. Gabellæ*, coram Penia *decis*. 1079. & coram Merlin. *decis*.902. *per tot*.

Et sanè de hoc non est mirandum, quia sicuti bona, quæ ab Ecclesiasticis deueniunt ad laïcos efficiuntur obnoxia oneri Collectarum, & Gabellarum, † ita multò magis immunia illa fieri 2
debent, quæ à laïcis transeunt ad Ecclesias, vel Clericos, vt benè ratiocinatur Carol. de Grass. *de eff. Cleric. eff*.3.*n*.40. Sperel. *d. decis*.35. *num*.31. & 32. Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. lib*.1.*c*.39.§.5.*n*.59 Ciarlin. *controu*.103.*n*.9.& *seqq*. vbi adducit ationem; quia mutata conditione personæ, mutatur status, & conditio rei per text. *in l*.1.§. *cæteri verò, C. de imponen. lucrat. descript. lib*.10. & notat Bart. *d. cons*.180.*n*.3.*part*.1. Borel. *cons*. 94.*n*.43. Surd. *cons*.162.*sub num*.29.& 30. vbi quod consideratur qualitas noui possessoris, & dixit Rot. coram Merlin. *d. decis*.902.*n*.74.

Nec

Nec ex eo, quod Decima præfata fuerit exacta per plures annos in vim conuentionis initæ inter subditos, & D. Ducem potest dici, quod
3 bona remanserint tributaria, † & affecta huiusmodi oneri, quodque cum illo transierint ad Ecclesiasticos, iuxta doctr. Bart. loquentis in terminis statuti, *in l.rescripto 6.§.fin.num.5. versic. sed pro his, ff. de muner. & bonor.* quoniam idem Bart. dubitauit de dicta opinione, ideóque addidit se præfata dicere, salua correctione S. Matris Ecclesiæ; protestans, quod si aliud determinaret, ipse quoque aliter determinat, & postea *in l.placet sub num.35.Cod.de sacros.Eccles.* mutauit sententiam, & firmauit contrarium. Et nihilominus illius opinio in dicto loco communiter reprobatur, & pluribus rationibus, & argumentis eam impugnat Bald. *in d.l.placet num.*10. *Cod.de sacros.Eccles.& in l.omnes 3.num.*12. *& seqq.Cod.sine cens.vel reliqu.& in cons.*112.*n.*7. *& 8. lib.* 2. vbi dicit cautelam ab ipso traditam non † valere vnam fœstucam: & Iason. *in ead.l. placet num.* 2. firmat, quod dictum Bartoli est falsum, & damnatum per omnes; prout etiam contra ipsum sentiunt Felin. *in cap. Eccl.S.M. num.76.post med. vers.sed contra dictam opinionem de constit.* Azor. *inst.moral. lib.5.cap.13. in princ. vers. at consilium huiusmodi*; vbi quod consilium illius est reprobatum ab omnibus: Ruin. *cons.117.num.8.vers.Prætereà lib.*4. Mandell. *cons.8.num.4.& seqq.* Siluan. *cons.9. num.29. & cons.32.num.*11. Surd. alios referens *cons.*262. *num.* 31. Et de communi, à qua durum esset in iudicando recedere propter periculum excommunicationis testatur Thesaur. *decis. Ped.234. sub num.5. vers.sed aduerte*, cum pluribus, quos refert Rot. *d.decis.902. à n.43.coram Merlino.*

Ad effectum enim, vt bona transeant cum onere necesse est, quod plura copulatiuè con-
4 currant, † nempe quod onera sint realia infixa bonis propter bona, non autem propter personas, quódque sint certa, perpetua, & inuariabilia: Abbas *in cap.fin.ante num.13. versic.3.opinio, de vit.& honest.Cleric.* Gemin. *in cap.1. n.9. versic.tamen subdebat de immunit. Eccles. in 6.* Turrecrem. *in Can. si Tributum 11. quæst. 1. vers. alia ratio*; & vltra cumulatos per Barbos. *de Iur.Eccles.vniu.lib.1.cap.39.num.*57. & per Addent. ad Burat. *decis.780. sub num.19. versic. sed redeundo, plenissimè firmatum fuit in decis. 1079. num.....coram Penia, & decis.902. n.55. & seqq.coram Merlino.*

In præsenti verò casu dici non potest, quod Decima controuersa imposita sit bonis propter bona: nam ex lectura Concordiæ patet expressè illam fuisse impositam de consensu Ciuium, non ratione dominij, & propter bona, sed ob diuersas gratias, exemptiones, & priuilegia, quæ concernebant solùm personas eorundem Ciuium, ibi: *Che li Cittadini di S. Donato non possino esser trasportati in Lecce, ò in Andrano, ma li debba tener carcerati in detta Terra.*

Item, che gl'Officiali non possino imporre pena acciò vadino per forza à fatigare nella Terra di Andrano. Che li Cittadini non siano obligati dare alli Officiali, ne Case, ne letti, ne altre massaritie, &c.

Item, che per pleggiaria Ciuile, & Criminale non debbano pagare, se non Carlini cinque, & similia; & sic cum onera præfata essent merè
5 personalia, † vel saltem mixta non potuerunt

Ecclesiastici tanquam non subditi, & non subiecti iurisdictioni laicali vllo modo pro illis grauari, iuxta text. expressos, *in l.1. & 2. & auth. item nulla Communitas, Cod. de Episc. & Cler.* Gemin. *in cap.1.num.9 de immun. Eccles.* Natt. *consil.280 num.5.* Ruin. *consil.111.num.9. lib.5.* Becc. *consil.73.eod.num.in fin.lib.1*, Sanchez, qui loquitur in specie de onere inhærente rei ratione personæ, *cons.moral.lib.2. cap.4. dubit.57. n.3.* cum pluribus per Surd. *dict.cons.262.num.19. & seqq.* vbi *num.* 31. ex opinione Ioannis Andreæ, & Gemin. ampliat conclusionem procedere, etiam si bona sint allibrata, & descripta in æstimo, quia talis registratio obligat personam registrantem, sed non rem: & probat Felin. *in cap. Eccl.S.M.num.77.vers.2.nota de Constit.* Bart. *cons.180.per tot.lib.1.* Bellon. *consil.40. num. 2. & 3.* Guidop. *decis.381. à princ.* vbi recedit ab opinione, quam tenuerat ante *in decis. 79.* & firmatum fuit per Rot. *in Nouarien. Talearum 11.Decembr.1648.coram bon.mem. Pentingerio.*

Parúmque refert, quod in eadem concordia declarauerint partes onus esse reale, & infixum bonis, quia dum re vera est personale, tanquam subrogatum in locum onerum personalium non est attendenda denominatio † partium, sed cau- 6
sa, à qua descendit ad text. *in l. Tutor datus 70. ff.de fideiussor.* Bartol. *in l. si se non obtulit 4. §. actor num.2.ff.de re indic.* Petr. de Vbald. *de Collect.num.*21. Lancellot. Gall. *cons.43. num.*4. Bellon. iun. *cons.69.n.*48. & tradit Gayl. *pract.obseruat.cap.52.n.16.lib.2.*

Per pactum enim fieri non potest, quod onus personale, siue mixtum sit reale, sed tale indicari debet, † quale à sui origine esse conuincitur, vt probat text. *in l.2.ff.de vsufr.ear.rer.quæ vsu con-* 7
sum. Bald. *in l.fin.num.13.Cod.sine cens.vel reliq.* vbi quod mutare nomina appellatiua est impossibile, & implicat contradictionem, & eum refert, & sequitur Natt. *cons.447.num.16.* Sperel. *decis.36.num.23. & 24.* vbi reprobat opiniones Castrens. firmantis statutum posse id disponere, & *decis.41.n.81.& decis.43.n.4.*

Vnde non obstante pacto præfato; eo ipso, quod bona peruenerunt ad Ecclesiasticos, euanuit onus, † & eadem bona remanserunt libe-
ra, vt probat Antonell. *de regim. Eccles. Episc.* 8
lib.4.cap.5. num. 12. vers. quod procedit; & de communi testatur Ricc. *in praxi fori Eccles.par.3.resol.*130. hancque opinionem esse veram, & continuò practicari firmat Flores de Mena *pract. quæst.lib.2.q.21.n.*108.

Nec obstant authoritates in contrarium adductæ, quia poterunt fortasse procedere, quando contractus initus fuit cum ipsa Ecclesia, † vel quando in eo apponitur pactum, quod bona ei- 9
dem tradita, donata, seu relicta transeant cum aliquo onere, in quibus terminis loquitur Bald. *in l.neminem 11.num.2.Cod.de sacros.Eccles.* Ias. *in l.placet num.22.in fin.vers.dic tu, Cod.de sacros. Eccles.* Innocentius *in c. verum sub num.2. vers. dicunt autem de foro compet.* vbi reddit rationem, quia potest quilibet apponere rei suæ pactum sibi benè visum, per quam rationem idem firmat Sanchez *consil. moral.lib.2. c.4.dubit.57.num.8.* & quod tali casu teneatur soluere, vel rem dimittere; probat Antonel. *de reg. Eccl. Episc.d.lib.4.c.5.n.2.*

Secùs verò dicendum venit, quando agitur de contractu inito inter subditum, & Principem

sæcularem, & inter solas personas sæculares super solutione alicuius oneris, quia tunc attendi-
10 tur qualitas oneris præfati, † & non pactum, à quo Ecclesiastici nullatenus ligantur, vt in his terminis firmatum fuit *in Albiganen. Auena* 12. *Februar.* 1648. *coram Reuerendissimo Terracin.* & comprobat Antonel. *vbi sup. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 12. *& seq.* Carol. de Grass. *de eff. Cleric. eff.* 3. *num.* 276.

Et ratio est in promptu, quia si vigore similis conuentionis bona transirent in Ecclesiasticos
11 cum suo onere, † esset in arbitrio Principum sæcularium eludere immunitatem Ecclesiasticam conueniendo cum subditis laïcis, quod omnia bona essent oneribus subiecta, & sic per indirectum permitteretur, quod directè omninò reperitur prohibitum: *Auth. cassa, C. de sacros. Eccles.* Sperell. *decis.* 35. *num.* 33. & notant Addent. ad Burat. *decis.* 780. *littera A, sub vers. tertia autem species:* Rota *coram Merlin. dict. decis.* 902. *num.* 44. *& in Barchinonen. exemptionis* 16. *Decembris* 1647. *coram R. P. D. meo Verospio.*

Prætensio, quod Dux exigat præfatam decimam iure primæuo dominij, non autem in vim concordiæ, quæ solùm sustulit de medio litem à Ciuibus introductam super eorum exemptione nullo modo videtur subsistere, dum non docetur de huiusmodi asserto iure; imò apparet de contrario ex lectura ipsius concordiæ, quatenus in ea asseritur, quod soli forenses possidentes bona in Territorio ad onera erga Dominum teneantur, ibi: *Ci contentiamo di concederli la Decima dell'Oliue nella medema forma gli pagano li forastieri, &c. dalla qual Decima sono esclusi, e franchi quelli Cittadini, che comprano, e possedono possessioni d'Oliue in detto feudo*; quæ verba probant manifestè ante dictam Transactionem solùm forenses, & exteros soluisse; & clarius, ibi: *Sottoponendo da mò liberamente le loro robbe, &c. al peso, obligatione, & seruitù*
12 *di detta Decima d'Oliue*; quæ dictio, † *da mò*, nempe ex nunc est exclusiua temporis præteriti, & demonstratiua initij obligationis, vt tradit Marescot. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 25. *& seqq.* Valen. *consil.* 105. *num.* 20. *lib.* 2. & firmant relati per Gratian. *dict.* 74. *num.* 2. *&* 3. & per Barbos. *dict.* 117. *&* 230. *vtrobique num.* 1.

Ex quibus cum Decima præfata sit onus merè personale impositum à Laïcis super rebus propter personas censuerunt Domini ad illius
13 solutionem, † Ecclesiasticos nullo modo teneri, vt sunt text. expressi *in cap. non minus* 4. *& cap. aduersus* 6. *de immun. Eccles. cap. Ecclesia S. M.* 10. *de Constit. cap.* 1. *&* 3. *eod. tit. in* 6. *cap. quamuis de Censib. eod. lib.* Quod & prius etiam Ius Ciuile agnouit, vt habetur *in l. sancimus* 20. *Cod. de sacros. Eccles. & in auth. nulla Communitas, Cod. de Episcop. & Cler.* Et est communis opinio, quam passim sequuntur omnes Theologi, Canonistæ, & Iurisconsulti, & pluries amplexa fuit Rota, *vt in Valentina Gabella* 9. *Decembris* 1598. *coram Orano, in dicta Brundisina, & Alben. Gabella coram Penia, decis.* 1079. *& coram Merlin. decis.* 902. *in Barchinonen. Exemptionis* 20. *Iunij* 1636. *coram Coccino, impress. in recent. decis.* 159. *n.* 1. *& seqq. part.* 7. *confirmata* 13. *Iunij* 1646. *coram Eminent. Corrado, & in Nouarien. Talearum* 11. *Decembris* 1648. *coram bon. mem. Pentingero.* Et ita vtraque, &c.

DECISIO CXLIV.

R. P. D. ALBERGATO.

Narnien. Census.

Mercurij 26. *Iunij* 1658.

SVMMARIVM.

1 *Census sine pecunia fundatus est nullus, & fœneratitius.*
2 *Obligatio mulieris ex falsa causa est nulla. Et simul cum decreto corruit, & n.* 4. *Amplia, vt n.* 5.
3 *Statutum Narniæ inter solemnitates in contractibus mulierum adhibendas expressionem causæ non requirit. Narniæ casum iuratum non comprehendit, num.* 6.
7 *Iuramentum sine consensu non operatur. Contractus causa non existente vera non obligat, n.* 8.
9 *Dictio,* hinc est, *causam finalem importat. Maximè causam potentem fuisse expressam indicat, n.* 10.
11 *Præsumptio pro Iudicis decreto cessat ex contrariis probationibus.*

Census pro quo extinguendo in impositione alterius census ad fauorem illorum de Caldoris se obligauit Francisca, tanquam creatus mediante cessione aliorum censuum, † & non 1
præsente pecunia erat nullus, & vti fœneratitius substineri non poterat: Grat. *discept.* 853. *n.* 36. *decis.* 477. *part.* 3. *recent. & in Licien. Census,* 18. *Maij* 1654. §. *Pro aliis vero ducatis, &* 7. *Maij* 1655. §. *Posterioris verò, &* §. *verum ad primum, coram R. P. D. meo Priolo:* Et proinde cum dictis de Caldoris instarent pro solutione fructuum causâ per oppositionem ad sacrum hoc tribunal deuolutâ, me proponente responsum fuit obligationem Franciscæ non substineri, quia cum secundi census impositio facta fuerit ad effectum extinguendi alium sub grauioribus vsuris, & quia id Franciscæ magis expediebat, vt in instrumento impositionis eius *sum. num.* 2. & illorum de Caldoris, *n.* 4. Néque causa esset falsa, quia ex primo tanquam nullatenus imposito fructus de iure exigi non poterant, nec vtile erat mulieri pro extinguendo censu nullo alium validum imponere; hinc fit quòd † obligatio 2
tanquam ex falsa, & insubsistenti causa sustineri nequeat, & simul cum decreto Iudicis corruat: *l. si non sortem* 26. §. *si certum,* vbi DD. *ff. de cond. indeb.* plenè Grat. *discept.* 691. *num.* 31. *& seq.* Rota *in Vrbinaten. Pradij* 23. *Maij* 1653. *coram bon. mem. Bichio,* §. *non obstat Census in Romana Domus* 14. *Ianuarij, sub* §. *Et licèt, &* 12. *Iunij* 1656. *In princ. coram R. P. D. meo Verospio,* & nuper *coram me in Bonon. Pecuniaria, seu tertia,* 31. *Maij,* §. *& ex falsitate causæ.*

Nec obligatio validatur ex eo, quòd statutum Narniæ dati *in summ.* illorum de Calderis *num.* 6. Inter solemnitates, † in contractibus mulie- 3
rum adhibendas nullibi expositionem causæ requirat,

quirat, vt in terminis fuit ponderatum *in Bonon. Indemnitatis* 30. *Ianuarij* 1651. *coram me*, §. *nec obstare potest*, quæ tamen licèt non expressa hic adesse dicebatur, liberandi nempè virum à carceratione, quæ illi imminebat ex eo quòd Calderinus emptor primi census in casu nullitatis illius, ob regressum ad primæua iura sibi reseruatum mandata executiua obtinuerat.

Nam placuit Dominis responsio, quòd idem statutum requirit decretum Iudicis, quòd eum
4 ex eadem falsa causa † insuppositum fuerit, pariter corruere debet, & cum illo mulieris obligatio: Alex. *cons*. 69. *num*. 3. *lib*. 3. Dec. *cons*. 403. *num*. 20. Menoch. *consil*. 91. *num*. 49. Valenzuel. *cons*. 187. *num*. 82. 83. *& seq. lib*. 2. Rota coram Buratt. *decis*. 261. *num*. 2. *decis*. 408. *num*. 22. *p*. 6. *recent. & Romana fideicommissi de Capogallis* 18. *Iunij* 1657. *coram bon. mem. Dunozetto*, §. *Quo vero ad scuta*: vltra quod in omnem euentum sufficeret, quòd causa ex qua mulier inducta fuit ad contrahendam obligationem ex-
5 pressa fuerit, & successiuè falsa appareat, † & erronea ad hoc vt nullius roboris, & valoris ex defectu consensus sit eadem obligatio: nec ex alia causa substineri valeat: Gemin. *consil*. 53. *num*. 15. & post Petr. Duen. *reg*. 185. *num*. 2. Simoneell. *de decret. lib*. 1. *tit*. 1. *num*. 22. & in similibus terminis Rot. *decis*. 5. *num*. 14. *&* 15. *& decis*. 134. *num*. 21. *p*. 4. *rec. tom*. 2.

Minus super instrumento per Franciscam interposito fundamentum fieri potest, sub prætex-
6 tu quod statutum Narniæ † casus iuratos non comprehendat, vt per Rot. *decis*. 682. *n*. 24. *p*. 4. *recent. tom*. 3. Quia eadem falsitas causæ manifestum errorem præ se fert, quo stante deficit
7 consensus, † sine quo iuramentum nihil operatur: Castr. *cons*. 377. *sub num*. 2. *vers. ex quibus sequitur, lib*. 2. Menoch. *d. consil*. 91. *num*. 43. Valenzuel. *consil*. 11. *num*. 27. *lib*. 1. Card. Mantic. *de tacit. lib*. 26. *tit*. 2. *n*. 36. *& seqq*. Rot. coram Pen. *decis*. 60. *num*. 3. *&* 4. Caual. *decis*. 612. *num*. 45. Buratt. *d. decis*. 36. *num*. 3. Duran. *decis*. 373. *n*. 3. *& seqq. & in Romana dotis* 21. *Febr*. 1650. *coram Eminentiss. D Cardin. Corrado*, §. *fin. versic. neque iuramento Rauennat. Pecun*. 22. *Iun*. 1656. *coram R. P. Domino meo Meltio*, *sub* §. *Iustitia*
8 *etiam, in fine*, quia in eo tacita inest † conditio si narrata in instrumento sint vera, vt in specie respondit Dec. *d. consil*. 403. *num*. 22. *versic. secundo quoad iuramentum*: Rota coram Put. *decis*. 204. *sub n*. 4. *& seqq. lib*. 3. Pen. *d. decis*. 60. *n*. 13. *& duob. seqq*.

Controuerti autem nequit causam expressam fuisse principalem, & potissimã; quia inducta fuit Francisca ad se obligandum: tum quia adest di-
9 ctio *hinc est*, † quæ causam finalem importat: Barbos. *decis*. 134. *num. vlt*. Rot. *in Bonon. nullitatis concordia* 12. *Iunij* 1645. *coram R. D. meo Decano*, §. *nec dubitari*, tum & vlteriùs quia ex-
10 pressa fuit per dictionem *maximè*, † quæ demonstrat causam magis potentem, & præcipuam esse illam, quæ exprimitur: Bart. *in Constit. ad reprimendum, verb. & maximè, num*. 20. *ad med. vers. per hanc dictionem*: Rota *in dicta Romana Domus* 14. *Ianuarij* 1656. *coram R. P. D. meo Verospio*, §. *Altera vero causa*.

Hinc denique non obstat, quòd pro decreto Iu-
11 dicis præsumatur, † quia regula non habet locum quando adest validior probatio in contrarium deducta ex falsitate causæ: Paris. *cons*. 9. *num*. 15. *lib*. 1. & cum eo Rot. *decis*. 529. *n*. 2. *part*. 1. *diu. decis*. 143. *n*. 2. *in fin. part*. 3. vbi quod hæc probatio, tanquam desumpta ex eodem met instrumento est præferenda præsumptioni generali, quæ aliàs stat pro Iudice, *& decis*. 294. *n*. 13. *p*. 5. *recent*.

Et ita resolutum fuit obligationem Franciscæ non substineri vtraque, &c.

DECIS. CXLV.

R. P. D. BEVILAQVA.

Reatina Saluiani.

Mercurij 20. *Nouembris* 1658.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum, probatis extremis, intrat.*
Competit etiam substitutis in testamento, num. 7.
2 *Obligatio Cameralis continet hypothecam expressam.*
3 *Instrumentum facit probationem probatam.*
4 *Creditum iustificatum contra debitorem, probatum quoque dicitur contra eius creditores.*
5 *Clausula* constituti, *probat possessionem, translationem possessionis; probat etiam causam habentes à constituente.*
6 *Possessio, & identitas probatur ex litis supentatione.*
8 *Fideicommissum ex lectura testamenti probatur.*
Superstites ex vocatis consequuntur, n. 10.
9 *Obitus sine filiis præsumitur, dum quis filios non habuit.*
11 *Ius accrescendi habet locum etiam inter substitutos vniuersales, re & verbis coniunctos.*
Amplia, vt n. 12.
13 *Mater prohibita testari intelligitur quoad extraneos, secus quoad filios.*
14 *Immissio non retardatur per detractiones illiquidas.*

PRonunciauit A. C. Carolum & Angelam de Collinis fideicommissarios Egeriæ Auiæ Credritricis Alexandri, & aliorum de Sanctis immittendos esse ex remedio Saluiani in possessionem prædij per RR. PP. Sancti Dominici de Reate possessi, & hodie in gradu appellationis, id ipsum Rota censuit: Quia iustificantur omnia in hoc iudicio requisita; creditum nimirum cum hypotheca, Possessio Alexandri Debitoris de tempore contracti debiti; vel postea, † & 1
moderna possessio Patrum reorum conuentorum, quibus concurrentibus, certum est intrare Saluianum, *l*. 1. *& ibi Gloss. in verb. competit. in fin. C. de precan. & Saluian. interd*. Bart. *num*. 3. Gabr. *cons*. 141. *num*. 7. *lib*. 1. Roland. à Valle *cons*. 14. *n*. 13. *lib*. 1. Menoch. *de adipisc. remed*. 3. *q*. 29. *num*. 161. Rot. coram Greg. XV. *decis*. 491. *num*. 6.

Creditum enim cum hypotheca constat ex publico instrumento die 14. Iunij 1617. stipulato super venditione vnius domus per Egeriam, Alexandrum, & alios eius filios facta Annibali Vincentio, in quo prædicti Alexander & fratres hæredes Fabij Patris volentes dictam Egeriam matrem tutam reddere de sua dote, aliisque

creditis ad summam sibi singulariter expressis ascendentibus, ea omnia super omnibus, & sin-
2 gulis eorum bonis assecurarunt, † & cautelarunt ad fauorem dictæ Egeriæ, cum pacto constituti, & obligatione Camerali continente hypothecam expressam, vt dixit Rot. apud Buratt. *decis.*905. *num.*2. Quod quidem instrumentum
3 † facit rem claram, & probationem probatam, &c. cum dilectis 9. *de fid. instrum.* Bald. *in leg. Imperator* 18. *num.* 12. *ff. de stat. hom.* Rot. *decis.*13. *num.*15. apud Pacific. de Saluian. Duran. *decis.*40. *num.*1. *& decis.*59. *num.*2. *part.*6. *rec.* & quemadmodum ex eo remanet iustificatum creditum maternum, illiúsque assecuratio ab ipsa Alex. impugnari amplius non poterat: Ita pari ratione viget contra Patres Dominicanos singu-
4 lares successores † ex causa posteriori emptionis prædij super quo petitur immissio: Bald. *consil.*364. *sub num.*2. *lib.*2. Aym. *consil.*29. *num.*1. Grat. *consil.*42. *num.*12. *& seqq. lib.*2. Rota coram bon. mem. Coccino *decis.*98. *num. fin. & decis.*152. *num.*1. & post Merlin. *de pign. dec.*105. *part....num.*1.

Possessio anterior Alexandri probata quoque remanet ex prædicto venditionis instrumento,
5 adiecta clausula *constituti*, † ex qua indiuisione vera possessionis translatio constituentis aduersus causam ab eo habentes: Angel. *in l. quadam mulier, n.*2. *ff. de rei vend.* Ruin. *consi.*169. *in fin. lib.*1. san. mem. Greg. X V. *decis.*491. Reuerendiss. Vrgellen. *d. decis.*40. *num.*2. *& seq. & decis.*193. *num.*3. bon. mem. Merlin. *decis.*776. *num.*4. *& d. decis.*59. *num.*4. *part.*6. *recent.* Posterior demum possessio Patrum emptorum, &
6 prædij identitas non controuertebatur, † eáque probatur ex litis sustentatione: Rot. apud Duran. *in præcitatis decis.*40. *n.*5. *& decis.*193. *num.*4. & alibi passim.

Nec retardari potest immissio Collinis, ex quo illam petunt, & ab A.C. sententiam reportarunt non obtenta prius ab hærede grauati restitutione integrali fideicommissi. Nam cum ipsi iudicium Saluiani introduxissent tanquam hæredes substituti in testamento Egeriæ, & Iudex vti tales immittendos esse pronuntiasset, vt legitur *in dicta sententia*, relata *in illorum Summario, num.*5. Idque satis fuit, vt recta via, & absque alia verbali restitutione fideicommissi agere potuerint ad effectum à Tertiis possessoribus bona fideicommissaria vindicandi mediante immissio-
7 ne, & interdicto Saluiani, † huiusmodi enim pronunciatio, & immissio succedit loco restitutionis, & habet vim declarationis; quod apertum, & purificatum erat fideicommissum ad actorum fauorem, vt consuluit Gabr. *in consi.*44. *num.* 1. *cum seq.* Salust. *in praxi, lib.*2. *cap.*5. *num.*2. *ex sententia Rota in Romana hæreditatis de Comitibus coram Clemente VIII. ab eodem in fin. cap.* relata, quam sequuta fuit coram Cardinali Caualerio *decis.*357. *num.*1. & pluries respondit in aliis, & signanter coram Burratto *decis.*257. *num.*11. *decis.*326. *num.*2. *& decis.*494. *num.*2. *in Bonon. fideicommissi de Pancaldis* 10. *Maij* 1641. *coram bon. mem. Cardinali Panzirolo, in princip. & in eadem* 10. *Iunij* 1642. coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano, §. *Concurren. & in decis.*1. *num.*18. *decis.*112. *num.*3. *&* 4. *& decis.*242. *num.*5. *&* 6. inter impressas Eminentiss. Cardin. Ottoboni, *& in Bononien. hæreditatis* 25. *Iunij* 1657. §. *Decessit, coram me.*

De vocatione autem, & fideicommisso purificato ad eorumdem Caroli, & Angelæ fauorem satis apparere visum fuit ex lectura testamenti Egeriæ, † quæ dicto Alexandro hæredi instituto, 8
& quandocumque decedenti sine filiis masculis legitimis, & naturalibus substituit Liuiam filiam nuptam, & in futurum nubendas, & eorum filios Masculos, & fœminas: *l. ille à quorum, §. si de testamento, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat.*3. Peregrin. *de fideicom. art.*43. *num.*2. Rot. coram bon. mem. Merlin. *decis.*212. *num.*7. cumque euenerit casus obitus dicti Alexandri sine filiis, † vt præsumitur dum non do- 9
cetur, illos vnquam procreasse: *leg. ex facto* 7. §. *penult.* vbi Bart. *ff. ad Trebell.* Alex. *consil.*20. *num.* 12. *lib.* 2. Rot. coram Buratt. *decis.* 494. *num.*5. Merlin. *d. decis.*212. *num.*8. *& in recent. decis.*408. *num.*3. *part.*5. *& in d. Bonon. hæreditatis coram me:* Et Liuia relictis post se ipsos Carolo, & sorore, † vt probant testes *Summar.* 10
*num.*4. debent ad fideicommissum admitti, ac si essent hæredes instituti: Rot. *decis.*444. *num.*4. *in fin. part.*4. *recent.*

Non obstat, quod de omnibus filiabus substitutis, vna sine filiis decesserit ante mortem Alexandri hæredis: Altera vero effecta Monialis, quarum proinde portiones liberè remanserunt eidem Alexandro, itaut si locus est fideicommisso, non nisi in vna tertia parte spectante ad Liuiam, erit purificatum. Quia præter quod solas filias nuptas, & nubendas illarúmque filios vocatos esse prætendebant informantes pro Collinis obiectum cessare dicebatur ex tenore testamenti, in quo substituti leguntur vno verborum cõtextu comprehensi, & re, & verbis coniuncti, 11
† quo casu cæteræ portiones per ius accrescendi in ipsos Collinos filios Liuiæ superexistentes fuerunt translatæ: *l. cum triplici* 142. *ff. de verb. signif.* Bart. & Bald. *in l.*1. §. *interdum, ff. de vsufruct. accrescend.* Idem Bart. *in lege coniuncti, num.*16. *de legat.* Socin. sen. *consil.* 94. *ad fin. vers. sed quia, lib.*4. Hond. *consil.*49. *num.* 73. *lib.*2. Fusar. *de substit. quæst.*495. *n.*12. *&* 14.
& tamen vt intret ius accrescendi sufficit, quod 12
instituti sint verbis coniuncti, & re non totaliter disiuncti: *l. duobus*, §. *fin. ff. de legat.*1. Socin. iun. *consi.*139. *num.*20. *&* 21. *lib.*1. Grat. *disceptat. for. cap.*807. *n.*24. *cum seq.*

Quod autem deducebatur Egeriam de sola tertia parte suæ dotis potuisse testari, & fideicommissum ordinare: nam duæ aliæ partes debent liberè filiis remanere ex dispositione statuti Reatine; responsum fuit non vrgere in primis pro rata crediti extradotalis in statuto non comprehensi, cùm illuc simpliciter disponat, quod mulier habens filios, vel filias, vel nepotes ex filiis, & habens testamenti factionem, testari posset de tertia parte suæ dotis ad libitum suæ voluntatis, & in aliis duabus partibus succedant filij, vel nepotes, † talis facultas disponendi de ter- 13
tia parte intelligitur restricta ad casũ, quo disponere vellet fauore extranei, sed non censetur ei prohibitum quin integrum patrimonium valeat filiis, vel nepotibus relinquere, fideicommissum desuper constituere, vel aliàs inter eos inæqualiter testari, ad tradita per Cuman. *in consil.* 114. Castrens. *consil.*222. *vol.*2. *& cons. fin. lib.*2. Angel. *consil.*81. *num.*2. *& cons.*82. *num.*1. Merlin. *de legit. lib.*3. *quæst.*24. *tit.*1. *n.*17.

Tandem non obstat detractionum exceptio: nam credita Egeriæ longè excedunt summam scutorum

scutorum 1027. 50. pro qua fuit decreta immissio, & modo petitur: Inde fit, vt in remanenti quantitate possint fieri quæcumque detractiones, quatenus faciendæ veniant: Interim verò æquitas non patitur, vt impediri debeat immis-
14 sio † in possessionem huius prædij; prout nunquam retardari, quando remanent bona, super quibus possit de oppositis detractionibus satisfieri: dicta Rota *coram Card. Caual. decis. 573. & in rec. decis. 47. num. fin. decis. 77. n. 6. & 16. & decis. 395. n. 5. part. 5.*

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

DECISIO CXLVI.

R. P. D. Priolo.

Imolen. Census.

Lunæ 27. Ianuarij 1659.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis actiuè, & passiuè transit ad hæredes.*
2 *Clausula*, si quid exequendum, *non suspendit executionem.*
3 *Hæres etiam beneficiatus, ratione non reddita, executiue conuenitur.*

MAndatum A. C. relaxatum pro fructibus census contra bona hæreditaria Iulij Pantaleoni, & exequitur contra personam, & bona propria Ioannis illius hæredis, Domini dixerunt esse vtrumque exequendum.

Nam respectu mandati contra bona hæreditaria, quia constat de obligatione Camerali facta per defunctum ex instrumento impositionis dicti census, cui accessit vti principalis particulariter & in solidum, vigore cuius agitur execu-
1 tiuè † etiam contra hæredes, iuxta tradita per Galles. *de oblig. Camer. quæst. 4. num. 13.* Ibique Addent. *num. 6. & 13.* Rota *in Rebinaten. restitutionis dotis 23. Iunij 1623. coram Manzanedo, & decis. 253. num. 2.* post Zacch. *vbi suprà, & in Sutrina dotis 26. Iunij 1658. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Nec remansit vulnerata per clausulam, *si quid exequendum*, positam in commissione mihi di-
2 recta, cum illa non tollat viam † executiuam, sed tantùm suspendat executionem, donec sit cognitum de iustitia, vel iniustitia mandati: Maresc. *var. res. lib. 2. cap. 121. num. 19.* Rot. *decis. 216. num. 2.* apud Cocc. & apud Millin. *decis. 362. num. 2. & 3. & in Romana Pecuniaria 7. Maij 1649. & 5. Iulij 1655. coram R. P. D. meo Celso.*

Respectu verò, exequatur contra personam, & bona propria hæredis, quia licèt ipse adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij,
3 cum tamen conuentus rationem non † reddiderit, A. C. ritè processit ad, exequatur contra eius bona, & personam, iuxta praxim in hoc Sacro Tribunali receptam; de qua *in Sancti Seuerini dotis, coram Pirouano dec. 39. n. 9. part. 6. rec. in Romana census 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Meltio, & in Bonon. fideicommissi de Rubeis 11. Martij 1648. coram bon. mem. Dunozetto.*

Et ita Monaster. S. Michaël. de Ruse tantum informante responsum fuit.

DECISIO CXLVII.

R. P. D. Meltio.

Romana Census.

Lunæ 10. Februarij 1659.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale requiritur pro retrouenditione census.*
Amplia, vt n. 2.
Habens ad exigendum fructus non potest extinguere sortem, n. 3.
4 *Procurator ad exigendum cum amplissimis clausulis, non potest diminuere redditum census.*
Habens mandatum, cum libera, & *aliis clausulis, potest exigere sortem, n. 9.*
Declara, vt n. 10.
Cum libera potest facere ea quæ principalis, num. 11.
Declara, vt n. 12.
Excedens mandatum nihil agit, n. 16.
Declara, vt n. 17.
5 *Census respectu creditoris est perpetuus, respectu debitoris redimibilis.*
6 *Dominus non dicitur creditor census, sed fructuum.*
7 *Solutio etiam capitalis census, fieri potest ei, cum quo quis contraxit.*
Contra, n. 8.
13 *Illatio ex diuersis fieri non potest.*
14 *Mandati facultas in dubio fauore mandantis explicatur.*
15 *Redemptio census, non præcedente disdicta, non dicitur legitimè facta.*
18 *Agentis animus colligitur ex obseruantia.*
19 *Contrahens cum aliquo, debet indagare eius facultatem.*

MAndatum ad instantiam D. Ioannis Andreæ, aliàs Gentilis, aliàs per A. C. contra venerabilem Domum Professam Societatis Iesu Vrbis, pro fructibus census relaxatum duabus præuiis decisionibus coram me editis, non esse exequendum, resolutum fuerat: Verùm hodie super dictarum decisionum viribus disputatione reassumpta, DD. ex nouiter deductis, ac diligenter examinatis facultatibus attributis Mambillæ Procuratori eiusdem Gentilis, cum quo extinctio controuersi census facta fuit, à decisis recesserunt.

Supposita namque vulgari regula, quod ad validitatem census retrouenditionis, † dum agi- 1
tur cum Procuratore mandatum speciale requiratur, vt consuluit Roman. *cons. 446. num. 7.* & dixit Rota *decis. 295. n. 1. & seq. part. 4. diuers. & decis. 373. num. 6. & 7. part. 1. recent. in Rauennaten. census 26. Aprilis 1641. §. non etiam in fine, coram bon. mem. Bichio:* Adeò vt mandatum quamuis † amplissimis verbis conceptum, 2
non sufficiat ex firmatis per Latream, *decis. Granatens. 19. num. 8.* Gimb. *obseruat. 69. num. 7.* Rota *coram Seraph. decis. 831. num. 1. & seq.* Cenc. *de censib. quæst. 109. num. 51. & seqq.* & Rota post eius tract. *decis. 186. num. 1.* Mambilla qui habebat mandatum Procuræ à dicto Ioanne Andrea creditore, ad exigendum solummodò † fructus 3
dicti census, non potuit obligationem mutare,

&

& excedendo suas facultates, sortem principalem exigere: *l. debitorem meum, & l. cui, ff. de nouat. l. quod stipulatus, ff. de solut.* Surd. *decis.* 229. *n.* 27. & in fortioribus terminis, quod Procurator habens mandatum ad exigendum, & transigendam super quacunque re, iure causa, & negotio emergenti, virtute solutionis, tam sortis principalis, quàm cursuum decursorum, cum
4 amplissimis clausulis, † non possit transigere super quacumque re, iure, causa, & negotio emergenti virtute solutionis tam sortis principalis, quàm censuum decursorum, cum amplissimis clausulis, non possit transigere super iure claro, nec censum impositum ad rationem decem pro centenario reducere ad rationem octo: Respondit Rota *coram san. mem. Greg. X V. decis.* 311. *n.* 1. *& seqq.* Merlin *decis.* 463. *n.* 3. *&* 4.

Fuisse autem ad solos fructus restrictam facultatem Mambillæ dare demonstrant illa verba adiecta in eius mandato Procuræ, ibi: *Petere, exigere, & recuperare quosuis fructus hactenus decursos, & non exactos, &c. Summario DD. de Gentilibus, num.* 2. Quæ sanè referri non possunt ad actum extinctionis; maximè, quia
5 census respectu creditoris erat perpetuus; † vnde repeti non poterat, à Procuratore; quamuis quoad ipsam Domum Professam debitricem redimibilis, & temporalis extaret, tam ex natura ipsius, quàm etiam ex constitutionibus Apostolicis, & præsertim S. mem. Pij V. super formam creandi census *in Bullar. nou. tom.* 2. *constit.* 79. *ord. fol.* 208. Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. *vers. secundo, & cap.* 9. *num.* 4. Gail. *pract. obseru. l.* 2. *obseru.* 2. *num.* 14. Rota *dec.* 56. *num.* 15. *part.* 1. Merlin. *dict. decis.* 463. *num.* 8. *& in Firmana census* 3. *census* 3. *Iunij præteriti §. præteriti, §. sicut quoque, coram R. P. D. meo Priolo.*
6 Dominus enim census † non dicitur propriè Dominus, & creditor sortis, sed fructuum tantùm, vt notat Mart. *vot. si num.* 6. Cenc. *d. tract. decis. cens. quæst.* 81. *num.* 1. *& seq.* Rota *coram. Seraph. decis.* 890. *num.* 3. cum aliis allegatis per Thomat. *dec. Maceratens.* 285. *num.* 6. & dixit etiam Rota *in Ariminen. fructuum* 16. *Ianuarij,* 1658. *§. secundo, quia sortes principales coram R. D. meo Decano.*

Hinc non applicatur, quod Domus Professa debitrix in vim reseruationis facultatis quandocumque d. censum redimendi potuerit eius Pro-
7 curatori, † cum quo contraxit illius sortem principalem restituere per text. *in l. filius*; vbi Barr. & communiter DD. *Cod. de pactis:* Iason. *in l. si vrbana prædia num.* 4. *ff. de condit. indeb.* Surd. *consil.* 43. *n.* 1. *&* 2. Rota *coram Caual. decis.* 345. *num.* 2. Add. ad Buratt. *decis.* 2. *num.* 180. Etenim hoc potest procedere, quoties verba obligatoria, & executiua respectu sortis fuissent etiam directa in Procuratorem stipulantem, quemadmodum facta dicitur respectu illius fructuum, quos dicta Domus Professa eidem Mambillæ Procuratori, seu alteri soluere promisit; in quibus terminis loquuntur Doctores in contrarium allegati: At secus est, quando contractus per Procuratorem stipulatus fuit ad fauorem absen-
8 tis, † vt in isto casu, in quo verba obligatoria fuerunt directa in Gentilem Genuæ commorantem, tunc enim soluendo debitor Procuratori liberari non potest, vt declarat Alex. *consil.* 40. *num.* 7. *lib.* 5. Beu. *consil.* 19. *num.* 8. Surd. *dec.* 229. *num.* 14. Rota post eundem *tract. de censib. decis.* 172. *n.* 6.

Nec quidquam ad huiusmodi extinctionem conualidandam operatur facultas in eodem mandato Procuræ contenta, nedum exigendi fructus, verùm etiam cedendi iura recipiendi deposita, aliáque peragendi, quæ ipsemet constituens facere potuisset, etiam addita clausula, *cum libera,* † & ex quibus videtur dicto Procuratori 9
concessa etiam facultas censuum extinguendi, ac illius sortem principalem recuperandi: Rota *decis.* 186. *num.* 1. *&* 2. post dictum tractatum Cenc. relata per Merlin. *dict. decis.* 463. *num.* 20. & fuit responsum *in Anconitana census* 30. *Ianuarij* 1659. *§. hinc perperam, coram R. P. D. meo Verospio:* Quia similes clausulæ vti appositæ hic in parte executiua † instrumenti restrin- 10
guntur ad species superius expressas, & circa eas solummodo Procuratoris facultatẽ augent; iuxta text. *in cap. qui ad agend. procurat. lib.* 6. *in Clem. non potest,* & *ibi* Scribentes, *eodem tit. §. etiam declarat:* Felin. *in cap. sedes, num.* 3. *prope fin. de rescript.* Cuman. *consil.* 148. *num.* 1. Ruin. *consil.* 59. *num.* 3. *lib.* 5. Cyriac. *controu. forens. cap.* 278. *num.* 54. *& seqq.* Rota *in Perusina fideicommissi de Rodulphis* 15. *Iunij* 1654. *§. verum repproposita, coram R. D. meo Decano,* & in terminis etiam clausulæ, *cum libera,* † quod li- 11
cet præbeat facultatem Procuratori ea omnia expediendi, quæ facere potest idemmet constituens, iuxta text. *in l. creditor, §. Titius, ff. mandati:* Rota apud Marchesan. *de commiss. part.* 1. *decis.* 2. *num.* 3. *fol.* 305. semper tamen restringatur ad contenta in mandato, † & non operetur 12
quoad diuersa, super quibus constituens non habuit intentionem concedendi mandatum, tradit Barbos. *de claus. claus.* 35. *num.* 2. Burat. *dec.* 661. *n.* 1. *& decis.* 754. *n.* 2. *part.* 2. *& decis.* 20. *n.* 30. *part.* 6. *rec.*

Idque clarius comprobant præcisa verba mandati quoad facultatem recipiendi deposita, ibi: *Quatenus autem pro prædictis, & occasione prædictorum deposita essent, seu deponerentur aliqua pecunia in quouis banco, seu bancis, &c. ipsas etiam petend. habend. exigend. &c.* quæ licet extendant huiusmodi facultatem circa modum exigendi, tam à debitoribus, quàm etiam à depositariis, & bancis, ratione tamen materiæ, nempe pecuniarum eam restringunt ad exactionem fructuum, & ad alia superius prædictum constituentem expressa, inter quæ facultas extinguendi non comprehenditur: & ideò tanquam res diuersa † ad illam inferri non potest: *l. Papinianus, ff. de minor.* 25. *ann.* Surd. *consil.* 150. 13
num. 94. *lib.* 1. Rota *decis.* 454. *num.* 9. *par.* 5. *& decis.* 255. *num.* 20. *part.* 6. *rec. coram bon. mem. Merlino, decis.* 598. *num.* 83. *& decis.* 685. *num.* 44.

Prætereà non releuat, quod cum Mambilla duo habuerit mandata procuræ diuersis temporibus facta, quatenus secundum ad receptionem, etiam sortis extendi non possit, superfluum redderetur ea ratione, quia sufficiẽs facultas exigendi fructus dicti census in antecedenti mandato concessa, adhuc durabat; fuit enim responsum, huiusmodi superfluitatem penitus cessare, tam ponderando, quod in primo mandato dicta facultas erat limitata ad triennium tantùm semper: in secundo verò ampliata fuit ad plures annos, quàm etiam habita ratione quantitatis redditnum, pro quibus dictum primò mandatum concessum fuerat, cùm in secundo esset superaddita facultas exigendi quoque fructus, ac emolumenta

lumenta portionum respectiuè, & aliorum officiorum, quæ in primo non continebantur; vnde
14 in dubio facultas mandati † semper fauore mandantis, & secundum illius mentem interpretari debet: *l. si quis intentione ambigua, ff. de iud.* Cyriac. *controu. forens. cap.* 278. *num.* 36. Cassad. *decis.* 1. *num.* 1. *de procuratoribus:* Larrea *dict. decis.* 19. *n.* 10. Rota *decis.* 8. *num.* 3. *par.* 2. *diuers. & decis.* 287. *n.* 10. *part.* 7. *rec.*

Verùm insufficientia prædicti mandati benè comprobatur ex Epistola responsiua scripta sub die 12. Augusti 1651. à dicto Andrea Gentile creditore eidem Mambillæ eius Procuratori, in actis producta pro parte Domus Professæ, vbi scribens, respondendo ad instantias sibi reiteratas, litteras factas à Mambilla super transmissione facultatis, ac mandati procuræ necessarij pro extinctione controuersi census, vt *in dicto Summario num.* 5. *&* 6. nedum illud non transmisit, sed imò suspendendo deliberationem suæ voluntatis respondit per sequentia verba: *Prego V. S. di procurare col P. Oldouino Procuratore di detta Compagnia di ridurlo al meno à* 4. *per cento, perche mi do à credere sicuramente habbino censi che paghino d'auantaggio di* 4. *per cento, si che se il P. Oldouino vorra fauorirci, sono sicuro, che si riunia col'intento, mi fauorira di restringerlelo, & auuirare del seguito, perche li diro il mio sentimento circa il sucedere detto capitale, e di abbassarlo, durando per li due mesi, ch'habbiamo di tempo à risoluersi, &c. dict. Sum. num.* 4. Hinc igitur colligitur facultatem ad actum retrouenditionis necessariam defecisse, & solùm circa hoc fuisse iniunctum onus Mambillæ certiorandi suum Principalem de voluntate Iesuitarum: Quapropter non iustificata tali certioratione, nec dato de altiori speciali mandato ad prædictum effectum, nullatenus ex superius allegatis extinctio aliter facta sustineri potest.

Accedente prætertim, quod illa facta reperitur ante lapsum bimestre, nulla præcedente legi-
15 tima disdicti, † prout necessario ad validitatem huiusmodi actus requirebatur: Alex. *consil.* 27. *num.* 1. *lib.* 6. Tiraq. *retract. lignag.* §. 36. *gloss.* 2. *num.* 27. *in fin.* Cenc. *dict. tract. de censib. quæst.* 103. *num.* 20. *& quæst.* 111. *num.* 1. & dixit Rota apud eundem *decis.* 276. *num.* 1. *cum seq.* Ac etiam contra formam mandati ipsius Gentilis, qui expressè denegauerat tam exactionem capitalis, quàm reductionem fructuum, dum declarauit, se durante bimestre, velle deliberare, an magis expediret sortem recipere, vel potiùs censum reducere, ex quo sequitur, quod etiam si actus iste respectu disdictæ valere posset: Ni-
16 hilominus attento excessu † talis facultatis, subsistere nequit in præiudicium mandantis: argum. text. *in l. dilig. ff. mandati, cap. cum delicta de rescript. & cap. Pisanis de restit. spoliat.* Rota *decis.* 74. *num.* 3. *&* 4. *part.* 6. *recent.* nisi constaret,
17 Dominum sciuisse huiusmodi excessum, † & tacuisse: Dec. *consil.* 457. *num.* 3. *vers. tertio etiam responder. potest:* Magon. *decis. Florent.* 3. *n.* 12. *& sequent.* cum aliis alleg. per Surd. *decis.* 209. *num.* 8.

Insuper concurrit pro exclusione dictæ facultatis manifesta differentia, quam præfatus Gentilis, respectu exactionis capitalis controuersi census habebat erga dictum Mambillam, dum in eadem Epistola respondendo, circa extinctionem alterius debiti à PP. S. Mariæ de Pace, subdit: *Circa l'oblatione, che fanno li PP. della Pace di redimere il censo, ch'habbiamo con detta religione: Io sono risoluto di prendere il denaro, quando pure faccino da douero, nel qual caso V. S. gli potra dire che depositino quando vogliono detto capitale nel Monte della Pieta, che saremo pronti riceuerlo.*

Ex hac igitur declaratione subsecuta, certius patet, constituentem non habuisse intentionem tam amplam authoritatem concedendi in mandato præcedenti: nam Agentis animus, † ex 18
subsequentibus actibus demonstratur: *l. quædam sunt, ff. de reg. dub.* Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 23. *num.* 32. *vol.* 1. Rota *coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono decis.* 230. *num.* 16 *& in Firmana fideicommissi* 22. *Martij* 1658. §. *& ad superiora, coram R. P. D. meo Taya.*

Quapropter PP. Iesuitæ vti diligentissimi in rebus propriis, ac bene informati, quod Dominus dicti census residebat penès dictum Gentilem, antequam ad illius retrouenditionem deuenirent, cautius legitimam præfati Procuratoris facultatem † indagare debebant, per ea, quæ di- 19
xit Rota *in Romana fructuum census* 22. *Iunij* 1646. §. *nec releuat coram Reuerendissimo D. meo Decano:* vbi declarando regulam, quod bene soluitur ei, cum quo contrahitur, firmat, debitorem soluendo Procuratori contrahenti non liberari, dum constat de contraria disponentis voluntate; & hoc idem fuit comprobatum *in eadem causa, sub die* 30. *Maij* 1653. *coram eodem.*

Et ex his cum clarè constet de nullitate huiusmodi retrouenditionis à decisis DD. vtraque parte informante recesserunt, &c.

DECISIO CXLVIII.

R. P. D. MELTIO.

Tiburtina Tutelæ.

Lunæ 10. *Martij* 1659.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datus in testamento etiam imperfecto confirmari debet.*
Qui erat inimicus patri remouetur, n. 2.
Habens litem cum pupillo de maiori parte bonorum remouetur, n. 3. *&* 5.
Limita, vt n. 4.
Absens à loco tutelæ non admittitur, n. 7.
Affectans tutelam repellitur, n. 8.
Non adimplens solemnia repellitur, n. 9.
Non inuestiens pecunias pupillorum remouetur, n. 10.
6 *Confessio superat omnem probationem.*
11 *Tutelæ validitas dum controuertitur, administrator deputatur.*

OBtinuerat Marcus-Antonius à Vicario Tiburt. tutelæ Vincentij, & Antonij de Petrucis administrationem sibi decerni, quam illorum pater in testamento Carolo Pasticæ, & in eius defectum Epiphanio Laurentio reliquerat: Vnde suborta controuersia inter eundem tutorem, & Benedictam dictorum pupillorum matrem, super huiusmodi tutelæ administratione fuit introductum iudicium coram A. C. qui senten

sententiam protulit ad fauorem ipsius Marci, à qua delata appellationis causa ad Rotam, ac mihi commissa, dubitaui, an sit locus remotioni ipsius Marci à tutela, & hodie dubio discusso affirmatiua fuit capta resolutio.

Ratio autem principalis ea fuit, quia dum pater alios tutores propriis filiis per testamentum reliquerat, vt *in Sum. Benedicta num.* 1. non poterat deueniri ad electionem alterius tutoris in quo testator non confidebat: sed illi qui
1 in testamento prædicto nominati † fuerant, per iudicem confirmari omnino debebant; quamuis testamentum imperfectum remanserit, vt ad litteram probant text. *in l.3. ff. de confirmat. tutor. vel Curat.* ibi: *Qui à patre tutor scriptus est, aut non iusto testamento, aut non vt lege præcipiebatur confirmandum est ad tutelam gerendam, perinde ac si, ff. ex testamento tutor esset, &c.* & *l.2. Cod. eodem tit.* ibi: Neque per Epistolam, neque ex imperfecto testamento tutorem rectè dari indubitati iuris est: Sed voluntas patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in his casibus à Iudice, ad cuius officium hæc res pertinet seruari debet: & ibidem notat Bart.*num.3.*& Bald. *num.1. in fin. & num.3. & 4.* vbi subdit, quod datrici expellunt legitimum etiamsi ille prius esset confirmatus, & *num.* 5. subiungit, quod dum pater dedit alium tutorem in testamento non videtur confidisse de legitimo: & idem probat Alexand. qui de communi opinione testatur, *consil.* 140. *num.4.lib.1.* Menton. *de tutelis c.13. num.5.* Et quod testamentarius tutor præferatur datiuo, ac legitimo tradit etiam Surd. *consil.* 159. *num.*1. Cyriac.*controu.forens.c.*411.*num.*14.*tom.*3.Rot. Maceraten. *coram Thomat. decis.* 213. *num.* 1. Balthazar Thomasius *de tut. & curat. tit.* 20. *num.*34.

Et eò faciliùs inclinarunt DD. in hanc sententiam, quia plures causæ concurrunt in proposito casu pro remotione dicti Marci ab huiusmodi tutela tanquam suspecti.

Prima, nempe desumitur ex indignatione, & aperta inimicitia, quibus adinuicem se pater pu-
2 pillorum, & præfatus Marcus † prosequebantur, vt patet ex attestatione relata *in dict. Summario num.*4. quæ vt sufficientem inducant suspicionem aduersus tutorem notant text.*in l.3. §. si tutor, ff. de suspect. Tutor.* & *ibi* notant Scribentes.

Secunda deducitur ex lite quam idem Marcus habebat cum testatore, & nunc etiam substituit contra dictos pupillos, patris hæredes super maiori parte bonorum iam in Rota commissa ac discussa, vt constat ex decisione super illa emanata, *in Romana fideicommissi de Arronijs 23. Iunij* 1642. *coram bon. mem. Bichio:*
3 Quotiescumque enim Tutor † habet litem cum pupillo super maiori parte bonorum, vti suspectus à tutela repelli, potest,iuxta text. *in Authentica vt is qui obligatur se habet prohib. minor.* & *ibi* Ang.*num.9.Auth.minor. debitor.* §.1. *c. qui dato Tut. vel Curat.* vbi notat etiam Salicet.*num.7.ad finem:* & Bart.*num.*8. Rota *decis.* 668.*num.*1.*part.*1.*recent.* Et hoc quamuis non
4 habeat locum in patre, matre, † vel auia secundum Bald. & alios *in auth. matri & auiæ, C. quando mulier tut.offic. fungi poss.* Afflict. *decis.*
5 207. *num.* 1. procedit tamen in extraneis †, ac etiam in transuersalibus, vt hic Bart. *vbi suprà num.4.*& Salic. *ibidem, num.7. versic. quæro 6.* Guttierez *de tutela & cur.part.1.c.20. num.11. vers.& addit Greg.* Grat.*discept.forens. cap.*28. *num.*28.

Tertia resultat causa ex eo quòd Marcus prædictus assiduè degit Romæ pro suis propriis negotiis, vt ipsemet fassus fuit coram eodem vicario Tubutto, *dicto Summario num.* 3. Quæ quidem confessio † ad dictum effectum superat 6
quamcumque aliam probationem, *l. cum te, la secunda, Cod. de transact. c.per tuas* 10. *de probat.*Rota *in Farfen.bonorum* 18.*Februarij* 1647. *§.nec est verum, coram Reuerendissimo Tarraconen.in Montis Politiani bonorum* 1. *Iulij* 1648. *§.non obstat, coram me, & in Meleuitana mercium* 29.*Ianuarij* 1649. *§. signanter coram bon. mem. Arguelles.*

Ideóque cum bona pupillorum, pro maiori parte existant in ciuitate Tuburtina, *Summario prædicto num.*10. nullo modo tutela de qua agitur dicto Marco stante eius absentia † ab illa 7
ciuitate decerni poterat: *l.Impuberibus, §.fin ff. de suspectis tutoribus, l. Diuus Marcus, ff. de tutor.& curat.dat.*Rota *dict.decis.*668.*sub n.*1. *vers.tum quia, part.* 1. *recent.* vt firmatum fuit *in Nepsina tutela* 2.*Martij* 1643.*§.vlterius,coram R.D.meo Decano.*

Et huiusmodi suspicio augetur in dicto tutore, tum ex nimia cupiditate quam ille præ se tulit in † affectando hanc tutelam, iuxta notata per 8
Corn. *consil.*288. *num.*8. *lib.*3. Gabr.*consil.*27. *num.*14.*lib.*1.Rub.*in adnot.ad decis.9.num.76. p.3. recent.* cum aliis relatis *in d. Nepsina tutela §. vltimo coram Reuerendissim.D.Decano;*vbi quod ex hac sola ratione tutor vti suspectus remoueri debet: Tum etiam, quia non confecit inuentarium tutelare, nec alia solemnia † adimpleuit, ad quæ ratione sui muneris tenebatur: 9
Maluas.*cons.*113.*num.*16.*cum seqq.* Afflict.*dec.* 207.*n.3.*Rota *decis.*275. *n.2. in fin.part.* 4. *recent.coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono, decis.* 144. *n.6. & 7.* Præsertim accedente etiam distractione & alienatione plurium bonorum spectantium ad dictos pupillos facta per ipsum tutorem, *eodem Summario num.6.* absque eo quod pecuniæ † retractæ ex talibus venditio- 10
nibus inuestitæ reperiantur ad commodum pupillorum: *l.3. §. qui pecuniam, ff. de suspect.tut.* Gloss.*in l.Tutor.*24. *verb.curabant, Cod. de administrat.tut.*Maluas.*d.cons.*113. *n.*21. Guttier. *vbi suprà part.*2.*c.*18.*n.*24.

Et ita Marcum remouendum esse à Tutela de qua agitur, & interim, vt pupillorum indemnitati consultum remaneat, donec vel confirmentur tutores dati in testamento imperfecto eorum patris, vel alteri legitimo tutori validè tutela decernatur † deputandum esse per modum pro- 11
uisionis aliquem administratorem sine tamen præiudicio iurium ambarum partium, iuxta text. *in l.cum quem 7. C.de suspectis tutor.* Rota *coram Eminentiss.Cardin.Ottobono d.decis.*144. *num.*11.& 12.

Resolutum fuit, vnica tantum parte informante, altera tamen pluries citata, ac expectata.

DECISIO

DECISIO CXLIX.

R.P.D. PRIOLO.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 16. Iunij 1659.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum cum facultate disponendi ordinatum per distractionem expirat, & num. 2.*
Ad bona non alienata restringi potest, n. 3.
4 *Rot.* decis. 103. à num. 17. part. 5. *declaratur.*
Decis. 168. num. 23. coram Burat. *qualiter procedat, num. 5.*
6 *Trebellianica & Falsidia prohibita detractione non fit extensio vbi fideicommissum non adest.*
7 *Disponendi facultatem habens per hæredis institutionem disposuisse censetur.*
Amplia, vt n. 8. & 13.
9 *Relatio fit ad proxima.*
Amplia, vt num. 10.
11 *Legato instrumento nomen debitoris in eo contentum censetur legatum.*
12 *Dispositio ne reddatur elusoria minimum sufficit.*
14 *Appellabilis euadit causa ob mixturam.*
15 *Hæredes non tenentur de iactura aliter, quam eorum culpa secunda.*

ANtequam Martha de Boncompagnis instituisset sibi hæredes Hippolytum, & Clementem germanos fratres, eisque sine filiis decedentibus, substituisset Petrum, & Petro Philippum nepotes, & in eorum defectum Congregationem Regularem PP. Bernabitarum, sic formaliter disposuerat: *Seguita la mia morte Don Pietro mio figluolo, con l'interuento degl'infrascritti hæredi, faccino vn simplice inuentario delli miei mobili, e detto Don Pietro lasci in mano degli hæredi le patenti de luoghi de Monti, che ne dispongbino à loro piacere*; Prædefuncto sine filiis Hippolyto, instituto hærede Clemente, deinde Clemente instituto hærede Philippo, Petrus obtinuit immitti in possessionem bonorum testatricis, & signanter locorum Montium, condemnato insuper Philippo ad iacturam trium locorum vocabilium, quæ vacauerant per obitum dicti Don Petri filij Testatricis sub cuius periculo vitæ existebant, vna cum fructibus. Deuoluta verò causa ad Rotam, & commissa proposui dubium iuxta commissionem, an esset locus Ægidianæ, & negatiuè responsum fuit.

Quamuis enim testatrix instituerit fideicommissum, in eius bonis, nihilominus quoad loca Montium data fuit facultas hæredibus disponendi ad eorum libitum, vnde cum Hippolytus, & Clemens vigore dictæ facultatis de illis disposuerint, non erat Petro concedenda immissio, quia per distractionem fideicommissum expirauerat, † cum eatenus censeatur constitutum, quatenus alienatio non sequeretur, *ad l. Titius, §. ad Trebell. Auth. contra rogatus, C. eodem*, Alciat. *consil.* 112. *num.* 23. *lib.* 9. Gabr. *consil.* 99. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 45. *&* 46. & latè fuit firmatum *in* S. Seuerini fideicommissi 25. *Iunij*, *&* 14. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Verospio, &* 27. *Ianuarij* 1651. *coram R. P. D. meo Celso*: Reiecta opinione Deciani *respons.* 99. *num.* 24. *lib.* 5. & Decij *consil.* 253. & aliorum, qui dissentiunt, quia minus veris, & communiter reprobatis argumentis cōsuluisse, responsum fuit *in d. Sancti Seuerini fideicommissi* 18. *Iunij* 1649. *coram bon. mem. Arguelles*, sicuti eos confutarunt Thesaur. *inn. quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 18. *&* 19. Fusar. *de substitut. quæst.* 650. *num.* 45. & contrariam communem esse pluribus comprobat Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 149. *num.* 37. *& seqq.*

Nihil referente, quod non data perpetuitate fideicommissi, substitutio facta fauore piæ causæ in defectum vocatorum nunquam verificari potuisset, quia cum dependeat ab eo casu quod hæredes non vtantur facultate alienandi, † sequuta alienatione quoad bona alienata, quasi defecta conditione totaliter expirat: Rota *decis.* 155. *num.* 20. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Romana Dotis* 15. *Maij* 1656. *coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana restitutionis dotis* 14. *Decembris* 1657. *coram me.* §. *ex quo contextu*, vbi etiam *in §. finali respondetur*, quod fauor piæ causæ non habetur in consideratione extra casum à testatore dispositum; Nec est inconueniens, quod hæredis arbitrio data sit facultas de bonis disponendi, & quod eadem bona fideicommisso subiaceant, nam sicuti testatrix potuisset fideicommiss. non facere, † ita sibi licuit illud restringere ad ea bona, quæ alienata non fuerint, vt sentiunt præcitati DD. & firmant Surd. *cons.* 395. *num.* 1. *&* 2. *& in Romana fideicommissi de Zephiris* 8. *Februarij* 1647. *coram bon. mem. Bichio.*

Decisiones autem in contrarium adductæ non applicantur, illa enim 103. *à num.* 17. *part.* 5. *recent.* loquitur de facultate data † Procuratori, 4 quæ intelligitur solum ad effectum administrandi, non autem disponendi in præiudicium fideicommissi. Alia verò Buratti 168. *num.* 23. loquitur incidenter, & de facultate tacita, † quæ 5 desumebatur ex proprietate similium verborum, quæ non est adeo efficax ad limitandum fideicommissum sicuti est expressa, de qua in casu nostro ad text. *in l. final. ff. de legat.* 1.

Nec obstat, quod fuerit prohibita detractio Trebellianicæ, & Falcidiæ, quia vtpotè accessoria ad fideicommissum, operatur solùm data purificatione, & existentia fideicommissi, † nec 6 extendi potest ad alium casum, & multò minùs ad casum contrarium Peregrin. *de fideicommiss. art.* 3. *num.* 122. Rota *decis.* 651. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Nec est dubitandum quin Hippolytus, & Clemens vsi fuerint facultate sibi concessa ex ex eo, quòd in testamento prædicta loca Montium non expresserint, quia ex generali institutione hæredis dicitur sufficienter de illis dispositū perinde, ac si fuissent particulariter expressa, † cum vniuersalis institutio æquipolleat particu- 7 lari expressioni, vt probat Paris. *cons.* 72. *n.* 60. 61. *& seqq. lib.* 3. Menoch. *cons.* 210. *n.* 32. *cum seqq. & cons.* 1130. *n.* 8. Fusar. qui plures cumulat *de substit. quæst.* 550. *num.* 10. *& quæst.* 593. *n.* 34. Grat. *discept. forens. cap.* 315. *num.* 8. *&* 9. Rota coram Seraphin. *decis.* 1303. *num.* 12. & penès Pacific. de Saluian. *decis.* 151. *num.* 5. Præsertim quia disposuerunt non solùm de bonis, sed etiam

8 de iuribus,& actionibus, † quo casu sub hæredi institutione comprehendi bona, de quibus quis poterat disponere vigore facultatis sibi attributæ, tradit Surd.*decis*.272.*n*.14.Menoch.*d.cons*.210. *n*.32.Fusar. *q*.444.*n*.8.& meliùs *d.q*.550.*n*.16.

Quòd verò dispositio referri debeat ad litteras patentes, non autem ad loca Montium, nullatenus subsistit, vltra quod, reuera, dispositio percutit ipsa loca Montium, quibus adiiciuntur illa verba: *Le Patenti de luoghi de Montium,*
9 *che ne disponghino à loro piacere*, relatio † enim fieri debet ad proxima, *l.si idem*, *ff.de iurisdictione omnium Iudic.* Rota *decis*. 62. *num*. 10. *part.6. & decis*.236.*num*.18.*part.7.recent*. Maximè si aliàs sequeretur absurdum prout hic, absurdum namque esset, quod dispositio loqueretur, de solis patentibus, quo casu omnino rela-
10 tio facienda est ad id, † quod immediatè fuit dispositum, iuxta Gabr. *conclus*. 9. *num*. 28. *de clausul*. Esto etiam, quòd intelligeretur de patentibus, adhuc tamen loca in eis contenta censerentur concessa non secùs, ac per simplicem
11 donationem, vel relictum instrumenti, † nomen debitoris in eo contentum, donatum, & relictum esse præsumitur, *l.seruum filij* 46. §. *cum qui, ff.de legat*. 1.*ibiq*. Ias. *post alios num*.3. & *l.qui Chirographam* 57.*ff.de legat*.3.

Nec pariter obstat, quod tota hæreditas consistat in hisce locis Montium, quia in nullo modo iustificatur, vt concludenter opus esset, & ne dispositio reddatur elusoria, sufficeret quòd in
12 hæreditate † possint adesse bona, vel iura, imò etiam quid minimum, vt dictum fuit *in Romana Cambij* 16. *Iunij* 1652. *coram Reuerendiss. Tarracon*.& nihilominùs cum à Testatrice data
13 fuerit libera facultas † alienandi & disponendi non implicaret, quod nihil remaneret iuxta *consil*. Ias.129.*lib*.4. *per totum, cum aliis congestis per Fusar. quæst*.546.*num*.1.& 3.*de substit*.

Ex quibus fuit resolutum non intrare Ægidianam, quoad loca Montium, quæ hodie existunt, sed multò minùs quoad ea, quæ vacarunt per obitum Don Petri, Tum quia sententia in hac parte continente condemnationem Philippi ad amissionem illorum implicat petitorium
14 cum possessorio, † sicque ratione mixturæ reddit causam appellabilem, Rota *coram Burato decis*.280. *num*.1. *in Romana fideicommissi de Spiritibus* 15.*Ianuarij* 1646. *coram Reuerendiss.D. meo Decano, & in Anconitana hæreditatis* 17. *Martij* 1649. *coram Reuerendiss. Tarraconen.* Tum quia cum illa posita essent super periculo
15 vitæ ipsius Petri, † non tenentur hæredes de tali iactura, quæ ex eorum culpa non processit: Cancer.*var.resolut.p*.1.*c*.2.*n*.138.Paris.*cons*.55.*n*.27. *lib*.2.Mangil. *de imput.q*.136. *sub.n*.78. & *seq*. Rot.*coram Cardinali Millino decis*.309.*n*.6.

Et ita Partibus informantibus decisum, &c.

DECISIO CL.

R. P. D. GASTALDO.

Romana Appaltus Gabellæ carnis.

Die 23. Octobris 1659.

SVMMARIVM.

1 *Gratia ex supposito non verificato, obtenta, est subreptitia.*
Ob causam requirit illius cognitionem,& n.5.
Causa est connexa, n.6.
Non suffragatur si causa non est vera n.7.
Nec executioni demandatur si causa non est vera n.8.
2 *Papa sub inuolucro verborum non præsumitur sibi præiudicare voluisse,& n*. 3.*n*.15.
Circumueniri potest in his quæ sunt facti, secus in his quæ sunt iuris,n.16.
4 *Executor merus obreptionis cognitionem habet.*
9 *Rescriptum habet conditionem, si preces veritate nitantur.*
10 *Obreptio non committitur per exprimentem alterius instantiam.*
11 *Impersonalitas debet reduci ad personam certam.*
12 *Concessio non irritatur in totum si est diuisibilis.*
Ex pluribus causis, si vna non subsistit, in totum corripit,n.17.
13 *Rescriptum deuians à iustitia non debet exequi.*
14 *Principum iussiones sunt intelligendæ prout de iure.*
18 *Gabellæ conductor pretendere nequit remissionem propter exemptionem concessam ante locationem.*
19 *Clausula*, sine præiudicio iurium vtriusque partis, *efficit actum conditionalem.*
20 *Contractus ex conuentione legem recipiunt.*
21 *Conductor Gabellæ non potest exigere vltra Tariffam.*
22 *Audiri non debet, qui tacuit per quatuordecim annos.*
23 *Appaltatori concessa facultas exigendi Gabellam pro Porco, & Porcastro ad ratam percipere potest pro medio Porco.*
Declara,vt num.24.
25 *Illatio non fit ex diuersis.*
26 *Locatio Gabellæ facta ad corpus, vt loquitur Tariffa, nulla habetur.*
Ratio ponderis, aut mensura iuxta obseruantiam facta censetur,n.27.
Intelligitur facta à patti vecchi,e modi vsati *iuxta Tariffam, n*.42.
28 *Consuetudo non probatur nisi probata acquiescentia ad contradictionem.*
Debet esse publica, & à Principe approbata,num.29.
Exigendi vltra Tariffam dicitur correctoria, & non subsistit,n.30.
Cessat vbi adest conuentio exigendi iuxta Tariffam, num.31.
32 *Facta rumpunt legem,& consuetudinem.*
33 *Dictio*, iuxta, *in contractibus refert, & limitat.*
Secundo, *limitat & restringit, n*.34.
35 *Verbum*, dourà, *importat necessitatem, & formam.*
36 *Dictiones taxatiuæ, & limitatiuæ implicant negatiuam, perinde ac si diceretur*, & non alias.
Non excludunt, quæ sunt generalis consuetudinis, n.37.
Excludunt, quæ sunt particularis consuetudinis,n.38.
39 *Verba generalia à verbis specialiter adiectis interpretationem recipiunt.*
40 *Media dicuntur eiusdem qualitatis extremorum.*

41 Co

41 *Copula denotat æqualitatem extremorum in copulatis.*
43 *Tariffa dat legem exactioni appaltus.*
Taxatum plus exigens restituere tenetur, num.44.
45 *Restitutio plus exacti contento in Tariffa cui fiat.*
46 *Bona fides excusat Gabellarium à restitutione plus exacti.*
*Contra, n.*48.
47 *Appaltator exigens vltra Tariffam punitur.*
48 *Alexand.* consil. 8. num. 4. lib. *6. declaratur.*
49 *Vsura vsurarum, nec ex consuetudine exigi possunt.*
50 *Iudicandum est legibus non exemplis.*
51 *Libellus in actis productus efficitur communis.*
52 *Vermigl.* consil. 136. & consil. 137. *declaratur.*
53 *Liquidatio qualiter fiat.*
54 *Clausula*, sola facti veritate inspecta, *operatur, vt leniores probationes sufficiant.*

PRætendente Domino Francisco Rauenna coram me Iudice Commissario causarum inclyti populi Romani sibi deberi scut. 59623. 65. monetæ pro solidatione computorum Appaltus Gabellæ carnis olim eidem concessi ab inclyto populo: Contendente vero Domino Fisci Cameræ Vrbis Patrono, Rauennam nullatenus esse creditorem, sed debitorem in maxima pecuniarum quantitate, & ob id conuentum fuisse ad reddendam rationem eius Appaltus, fuit à me supplicatum Sanctissimo Domino nostro pro duobus adiunctis in huiusmodi causa, mihique benignè concessis RR. PP. DD. meis Raspono, & Bulgarino, altero S. Consultæ Secretario, & altero A. C. Locumtenente, emanauit hodie resolutio ad fauorem inclyti populi fore relaxandum mandatum executiuum contra Rauennam pro scut. 17911.23. monetæ.

Ratio resolutionis fuit, quia, licet ex computis à Rauenna productis, & de more iuratis, appareat partitas ad creditum inclyti populi non excedere summam scut. 1577858.59. illas verò debiti ascendere ad scut. 1637482.24. & sic debitum superare creditum in dict. scut. 59623. 65. à Rauenna prætensis: Attamen, examinatis singulis partitis, visum fuit ad debitum inclyti populi non subsistere summam scut. 57884. 97. & proinde Rauennam, iuxta ipsius computa, remanere tantummodò creditorem in scut. 1738. 68. Verum vice versa teneri ad soluendum inclyto populo scut. 19650. pro totidem exactis, vt dicitur *per li tre quarti di Porco*, in eius appaltu non comprehensis, ex quibus detracto dicto eius credito scut. 1738. 68. liquidò, constat eundem debere scut. 17911.33.

Primo enim ex scut. 7500. in quindennio appaltus ad debitum inclyti populi positis annuatim cantantibus scut. 500. *per quello si fa buono al Macellaro di Palazzo, & altro in conformità del Chirografo di nostro Signore*, non iustificantur soluta nisi scut. 1312. 01. pro regaliis Officialium: Quoad reliqua verò scut. 6187. 99. non tenetur inclytus populus ex Chirographo S.M. Vrbani VIII. his verbis concepto: *Conseruatori della nostra Camera di Roma, hauendoci voi fatto esponere che Francesco Rauenna fa instanza, che gli sia dato supplemento alla Tabella della gabella della Carne, mancandogli scut. 500. per supplire à tutti esiti annui di detta Gabella per l'assegnamenti de Monti, pagamenti di Officiali, e sue regaglie, e per quello si defalca al Macellaro del nostro Palazzo Apostolico, ci contentiamo, che possiate supplire detta Tabella, è che gli facciate buoni detti scudi 500. à suoi conti, è così esseguirete perche tale e mente, e volontà nostra espressa dato, &c. questo di 15. Giugno 1644.*

Siquidem (omisso quod Chirographum prædictum nunquam fuit à DD. Conseruatoribus executioni demandatum) vtique effectum sortiri non debet, quia nihil erat supplendum annuis exitibus Gabellæ, nec deficiebant assignamenta Montium, neque pro solutionibus Officialium; prout constat ex Tabella, ac eisdem computis à Rauenna productis, minus quidquam ipsi erat concedendum pro exemptione Palatij à solutione Gabellæ, quandoquidem in instrumento appaltus *cap.* 4. fuerat expresse conuentum: *Che dal pagamento delle Gabelle, nisuno sia esente, eccetto il Palazzo di sua Santità, conforme si è vsato per il passato:* Quapropter ob insubsistentiam suppositorum ruit funditus concessio, † ex defectu intentionis Papæ, *cap. fin. de rescript. l. vlt. Cod. de diuers. rescript.* Rot. *dec.* 193. *n.*8. *p.*5. *dec.*32. *n.*11. *p.*6. *dec.*26. *n.*9. *p.*7. *rec.* & apud Burat. *dec.* 510. *n.*7. 1

Et sanè si Pontifex sciuisset, nihil fore supplendum exitibus Gabellæ, nec deficere assignamenta Montium, neque pro solutionibus Officialium: exemptionem verò Palatij fuisse pacto conuentam, † non concessisset dicta scuta 2
500. quolibet anno, ad debitum, & præiudicium eius Cameræ Vrbis, vt in specie tradunt Bald. *in cap. venientes, num.*4. *vers. sed quid si Princeps, de iur. iur.* Rot. *decis.*666. *sub num.* 8. *part.*1. *dec.*564. *ad finem, part.*2. *decis.*496. *n.*6. *part.*5. *recent. tom.*2. & hoc sufficit ad obreptionem, & inualiditatem † Chirographi, *cap. si* 3
proponente 42. *de rescript.* Paris. *de resinat. benef. lib.*10. *quæst.*2. *num.*7. Rota *decis.*435. *num.*1. *in fine, par.*3. *d. dec.*496. *n.*1. *part.* 5. *tom.*2. *dec.*204. *n.*43. *par.*8. *rec.*

Iudex autem, & si merus exequutor, de veritate precum inquirere debet, & † cognitionem 4
obreptionis habet, vt inquit text. expressus *in l.* 4. *Cod. si contra ius:* Eóque magis in præsenti, vbi gratia à Summo Pontifice non fuit concessa personæ simpliciter, sed personæ ob causas, quæ proinde fecit DD. Conseruatores exequutores mixtos, † & ad sui validitatem requirit verifica- 5
tionem causarum, ad tradit. per Valenzol. *cons.*9. *sub num.*1. *versic. verius est, & n. seqq.* Vermigl. *cons.*8. *num.*23. *& cons.*76. *num.*15. Causa enim concessionis gratiæ, † & ipsa gratia, inuice- 6
cem sunt connexæ, *Can. generaliter* 16. *quæst.* 1. *cap. Tua de Cleric. non resid. cap. Abbate, in fine, de verb. signific.*

Quamobrem dum causa non reperitur † ve- 7
ra, non suffragatur gratia: Eugen. *consil.* 4. *num.*11. *& seqq. lib.*1. Spada *cons.* 142. *num.* 3. *&* 4. Neque debet executioni demandari, † ad 8
tradita per Vermigliol. *cons.*423. *num.*3. præsertim, quia agitur de rescripto Papæ, in quo semper subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur, & Papam sub hac conditione concessisse, † quatenus preces sint veræ, & non alias, 9
cap. 2. *de rescript.* ibique gloss. & Doctores

communiter: Rota *decis.*245. *num.*18. *part.*6. *recent.*

Nec intrat partis obiectum quod obreptio fuerit commissa à DD.Conseruatoribus, prætextu quod Chirographum videatur ad ipsorum expositionem concessum; etenim ab illis fuit relata dumtaxat instantia Rauennæ non propria, & in hoc clara sunt verba Chirographi, ibi: *Conseruatori della nostra Camera di Roma, hauendoci voi fatto esporre, che Francesco Rauenna fa instanza, che gli sia dato supplimento alla Tabella della Gabella della carne, mancandogli scudi* 500.*per supplire à tutti gl'esiti,&c.*

10 Conseruatores † ergo nihil de ore suo exposuerunt, vel affirmarunt, quia non dixerunt Pontifici, quod ita esset, sed quod Rauenna ita instabat, iuxta distinctionem Bald. *in l. nullum, num.*3.*vers.sed quæro,Cod.de Testib. & in rubr. C.de fid.instrum. num.*29. *&* 30. quem sequitur Cephal.*cons.*113.*sub num.*16.*vers. debuit enim, lib.*1. & probauit Rota *in Romana census, seu depositi* 6.*Martij* 1641.*sub principio, versic.respectu verò, coram bon. mem. Dunozetto*: & euidenter patet Conseruatores non instetisse pro supplemento, nec supposuisse Pontifici deficientiam Tabellæ, sed tantummodo, retulisse instantiam Rauennæ, qui propter deficientiam assignamentorum, petebat supplementum: Instantia enim in verbis refertur ad Rauennam, & ideò ad eundem referri debet expositio deficientiæ, quia sub vnica oratione narratur instantia, & deficientia, ibi: *Rauenna fa instanza che gli sia dato supplimento alla Tabella della Gabella della carne mancandogli scudi* 590. ita quod totum refertur ad Rauennam instantem.

Et rationi congruit, vt qui instabat pro scut. 500. persuaserit Pontifici illorum concessionem, & exposuerit ea, quæ Principem mouere potuissent ad indulgendum: Verba autem impersonalia, reducuntur ad certitudinem, & perso-

11 nalitatem, † iuxta subiectam materiam, & referuntur ad eum, cui magis congruunt ex natura contractus, & rei gestæ: Bald. *consil.* 330. *num.* 2. *versic. Item verba, lib.* 3. quem refert Rota apud Greg.*decis.*511.*num.*4. *& in Romana Domorum* 1. *Iulij* 1647. *coram Reuerendiss. Royas, vers.nihil obstat.*

Nihilque releuat, quod Rauennæ deficerent assignamenta pro soluendis regaliis Officialium, quia nec ipsi datus fuerat exitus regaliarum in Tabella, sicuti nec aliis Appaltatoribus dari consueuit, quandoquidem regaliæ non sunt debitum Gabellæ, sed quædam spontanea largitio, quæ Officialibus vltra redditus Officiorum ex liberalitate, non ex necessitate soluitur; quatenus, deductis oneribus Gabellæ, assignamenta supersint, & ideò semper est verum, quod nihil Rauennæ deficiebat pro supplendis annuis exitibus Gabellæ.

Præterea, data etiam indigentia soluendi regalia Officialibus, licet pro istis assignamenta deficerent, & Summus Pontifex illa concedete voluerit; non ideò sequitur, quod ad debitum inclyti populi debeant admitti 15. partitæ scut. 500. pro qualibet, constituentes summam scut. 7500. quandoquidem iuri, & iustitiæ repugnat, vt pro regaliis Officialium, non excedentibus in toto quindennio Appaltus scut.1312.01. ipse recipiat scut. 7500. populus verò, plus debito soluat scut. 6187. 99. satisque videtur indemnitati Rauennæ consultum, dum ex scut.7500. ad debitum inclyti populi positis pro pluribus causis non subsistentibus, † sibi fuerunt admissa dicta scut. 1312. 01. in omnem casum discretiuè concessa ex causa vera, ad tradita per Cyriac. *contr.*198.*num.*15.*& seqq.* & dum alias Chiro- 12

graphum † deuiat à tramite Iustitiæ, non debet 13 à delegatis exequi, *cap.rescripta* 25. *quæst.* 2. *l. fin.Cod.si contra ius*: Rip.*in cap.si quando,n.*16. *de rescript.*cum aliis alleg.per Giurb. *decis.*7.*sub num.*1.*vers. Nam rescriptum*: Etenim commissiones Principum † semper intelliguntur, prout 14 de iure, *l.ex facto in principio*: vbi Ias.*num.*5.*ff. de vulgar.*Bald.*consil.*121.*num.*2.*lib.*1.& passim de commissionibus Papæ dixit Rota apud Achil.*decis.*162. *num.*1.*part.*1. *& decis.*227.*n.*4. *part.*2.Cæsar de Grass. *decis.*8. *num.*2. *de re iudic.& in rec.dec.*39.*n.*2.*p.*1.*& dec.*582.*part.*4. *tom.*3.*num.*8.

Hæc autem fortius procedunt in casu, de quo agitur, vbi nulla ratio suadet, quod Summus Pontifex pro scut. 1312.01. & quidem minutatim soluendis quolibet anno pro rata, voluerit Rauennæ concedere scut. 7500. eidémque sine causa donare scut. 6187.99. in euidens præiudicium inclyti populi; † Imò potiùs præsumitur 15 sub inuolucro verborum circumuentus ex aliis causis sibi expressis, in facto non subsistentibus: Dec.*in cap.cum omnes, in* 2. *lectur. num.*10. *de Constit.*Ruin.*consil.*30.*num.*1.*& seq.lib.*1. Rot. *diuers.part.* 2.*decis.*50.*num.*9.*& in recent.par.*8. *decis.*4.*num.* 2.

Nullius quoque releuantiæ videtur aliud partis fundamentum ex eo deductum, quod Palatium, de iure sit exemptum à Gabella, & nihilominus Pontifex voluerit etiam pro eius exemptione dd. scut. 500. quolibet anno Rauennæ concedere, nec ideo dicatur circumuentus, cum habeat omnia iura in scrinio pectoris: Etenim non potest quidem circumueniri Pontifex † in 16 his, quæ iuris sunt, secus verò in iis, quæ sunt facti:Alex. *cons.*212. *sub num.*5.*vers.sed in proposito,lib.*7. Natt.*cons.*636.*num.*191.Seraph.*decis.*1293.*num.*4.

Vnde, quamuis Palatium de iure sit exemptum, satis fuit commissa obreptio, satisque dicitur Papa circumuentus, dum illi non fuit expressum, exemptionem Palatij fuisse quoque pacto conuentam: Si enim hoc sciuisset, vtique nihil pro illius exemptione concessisset, vel saltem difficilius in præiudicium eius Cameræ Vrbis, & damnum inclyti populi ex supra allegatis; Vltra quod, quandò copulatiuè narrantur plures causæ, † & ex qualibet simul iun- 17 cta Princeps mouetur ad concedendum, si vna ex illis non subsistit, concessio corruit in totum: Rot. *in Romana locorum Montium* 19. *Iunij* 1651.*§.neque obstat, coram Reuerendiss. D.meo Meltio, & in Anconitana Pecuniaria* 25. *Maij* 1657.*sub § Vnde, coram R.P.D. Zarate, cum ibi allegatis.*

Secundò, visum fuit non deberi Rauennæ scut.165.65. ad debitum eiusdem inclyti Populi ad notata in quatuotdecim partitis ab anno 1641. vsque ad 1654. propter exemptionem à Gabella Iuliorum quatuor pro quolibet dolio vini, alias concessam Eminentiss.D.Card. Paloto; Siquidem exemptio prædicta fuerat Eminentiss. D. Card. concessa ante locationem Rauennæ factam,idcirco ex causa, † quæ iam aderat tem- 18 pore locationis, non fit remissio, quia imputan-

dum

dum est Conductori, qui sciuit statum, & conditionem rei, & nihilominus conduxit, *l. qui bona §. de illis*, ibi, *aut enim ab initio vitiosas ædes conduxerunt, & habent quod sibi imputent, ff. de damn. infect.* Bald. *consil.* 329. *num.* 2. *vers. aliquando Guerra impedit*, Alex. *consil.* 120. *num.* 4. *lib.* 1. Dec. *consil.* 310. *prope fin.* Calcan. *cons.* 24. *num.* 11. & 12. Gozzadin. *consil.* 74. *num.* 5. Præsertim verò attento cap. 7. Appaltus; in quo expressè fuit conuentum, vt non possit peti defalcatio, nisi in casibus absentiæ Summi Pontificis ab Vrbe, pestis, & Belli intra districtum, vt in terminis consimilis exemptionis, contra Appaltatorem pro inclyto populo, dixit Rota *apud Caual. decis.* 60. *num.* 1. & *seqq.* vbi responderur cæteris, quæ pro Appaltatore allegari possent.

Tertiò, Ad debitum inclyti Populi minimè spectant scut. 1331. 33. in computo ad partes sub anno 1641. à Rauenna descripta, *per tanti, che ne restano debitori Giuseppe, Francesco, Alessio, & Ambrosio Magnoni, per il Subappalto de vini di Borgo, spettante alla Dogana di Pescaria, douuti dal detto Popolo, che ne resta rimborsato à conto de quali il medemo Popolo ne fece mandato sopra Arrigo Arrigone di scudi 600. che non si sono potuti riscuotere.* Etenim (prætermisso, quod non constat Rauennam esse Creditorem illorum de Magnonis) vtique minus ad inclytum populum spectat huiusmodi debitum, quia, cum ille sit creditor eorumdem de Magnonis ex causa Appaltus Dohanæ Studij, & quidem potior, & anterior, egit aduersus Magnonos pro credito proprio, nec quicquam facit, quod DD. Conseruatores, in computum dd. scut. 1331. 33. dederint Rauennæ mandatum scut. 600. directum quondam Henrigo Arrigonio, ex quo prætenditur, eos agnouisse inclytum populum teneri ad illorum solutionem.

Fuit enim animaduersum quod DD. Conseruatores, vel non potuerint præiudicare Cameræ Vrbis, & sine causa inclytum populum obligare, vel quod mandatum prædictum eidem non præiudicat, quia legitur factum, sine
19 præiudicio iurium vtriusque partis, † quo casu nihil ponit inesse, dum alias inclytus populus ad solutionem debiti prædicti non tenetur, vt in terminis dixit Rota apud Coccin. *decis.* 58. *per tot.* vbi *in fine*, dicit, quod huiusmodi iurium præseruatio, non est contraria facto, vt per Put. *decis.* 115. *num.* 3. *lib.* 2. Clausula enim sine præiudicio, est nedum præseruatiua, sed etiam conditionalis, & reddit actum conditionalem, vt, quando adesset aliquod præiudicium sit perindè ac si actus factus non fuisset, vt ex pluribus Rot. decisionibus comprobat Mart. *de claus. p.* 4. *claus.* 8. *n.* 4.

Quartò, Non debet inclytus populus scut. 16000. ad illius debitum coacernata sub annis 1643. & 1644. in duabus partitis scut. 8000. pro qualibet, *per quanto possa importare il danno riceuuto nella detta Gabella per causa delle Guerre nello Stato Ecclesiastico*; Quandoquidem in cap. 7. Appaltus extat expressa conuentio, *Che detto Appaltatore non possa demandare defalco al cuno per qualsiuoglia causa, eccetto per l'absenza del Papa con la Corte da Roma per* 40. *miglia, &c. & anco in caso di Peste, ò timore di peste, tanto dentro di Roma, come fuori per* 60. *miglia, ouero per Guerra, che il Papa haueße con altri Potentati dentro il Distretto di Roma, ouero altri Potentati con il Papa, &c. dichiarando che non basti il rumore, e speditione de Capitani soliti farsi nella Città di Roma, ò suo Distretto.*

Vnde cum neuter ex Belli casibus exceptis euenerit, standum est conuentioni, ne Rauenna aliquod restaurum prætendere possit propter Bella vltra districtum in statu Ecclesiastico inter Summum Pontificem, & alios Principes gesta, quamuis ex illis passus fuisset damna, & alias de iure restaurum petere posset, quia pacta rumpunt leges, † & ex conuentione contractus 20
legem accipiunt, l. 1. §. *si conueniat, ff. de pact. l. contractus*, 25. *ibique glos. ff. de regul. iur.* & hinc pactum inter partes initum, lex priuata dicitur *l. legem*, 10. *C. de pactis*, tantaque vis conuentionis est, vt, si solutum fuisset, quod pacto fuerat remissum, competeret conditio indebiti, quasi indebitè solutum esset, quod, ob exceptionem pacti, re vera, & cum effectu exigi non poterat, *l. Creditori* 5. *in fine, C. de pact. si non sortem*, 26. §. *indebitum, ff. de cond. indeb.*

Quintò, deberi non videntur Rauennæ scut. 34200. ad debitum pariter inclyti populi posita in partitis x. ab anno 1645. vsque ad 1654. *per li Porcastri, cioè* $\frac{1}{2}$ *leuati in conformità dell' Editto di Monsig. Pallauicino Presidente della Grascia, e Monsig. Commissario della Reu. Cam. e Voto del Sig. Card. Capponi*: Etenim cum Gabella fuerit concessa Rauennæ ad habendum, & exigendum iuxta Tariffam in instrumento eius Appaltus insertam, sic loquentem, *Tariffa, secundo la quale detto Appaltatore dourà riscuotere per li Bestiami. Porco giulij* 17. *Porcastro b.* 85. edictum verò D. Grasciæ Præsidis emanauerit die 15. Februarij 1645. ex causa, in principio eiusdem edicti enarrata; ibi, *Hauendo l'Vniuersità dè Pizzicaroli, e Norcini fatto rappresentare alla Santità di N. Sig. Papa Innocenzo X. l'aggrauio che pretendono riceuere dal Stimatore della Dogana della Grascia intorno alla stima degl' Animali con esporre che il sudetto Stimatore procuri introdurre vn' abuso di vnire assieme due Porcastri grossi, e stimarli per vn Porco, e mezzo, ouero di vnire vn Porco, & vn Porcastro, e stimarli per due Porci, e conforme à tal stima esigerne la Gabella*, Ideoque ab eodem S. M. Innocentio X. fuerit iniunctum D. Grasciæ Præsidi, *Che non permetta tal nouità, anzi quella onninamente prohibisca, e faccia osseruare l'antica distincione, e Tariffa de Porci, e Porcastri*, nihilque aliud contineat Edictum in dispositiua, nisi quod in æstimatione Animalium, *si debba osseruare l'antica distincione, e Tariffa de Porci, e Porcastri, non essendo altrimento disposto nelli Capitoli fatti col Doganiero, e conseguentemente non esser licito al presente Doganiero, e successori, e loro Ministri, ò Stimatori di farre le suddette, e simili vnioni, anzi douere il Porcastro, benche grosso, purche non arriui al peso di vn Porco, stimarsi per vn sol Porcastro, e similmente il Porco à qualunque peso ascenda, stimarsi per vn Porco solo, ne potersi da loro sotto pretesto, che il Porco, ò Porcastro siano di peso straordinario, alterarsi la stima*: Hinc patet euidenter edictum emanasse ad tollendum abusum ab æstimatore inductum, gabellandi Porcos, & Porcastros ad gradus, ac proinde ad compescendum excessum, præcepisse dumtaxat obseruantiam Tariffæ, propter quod nihil

nihil fuit Rauennæ ademptum, vel diminutum, ex quo sibi debeatur prætensum restaurum *per li Porcastri, cioè* $\frac{1}{4}$ *leuati*; dum enim hac lege ipse contraxit, vt Gabbellam exigeret iuxta Ta-
21 riffam, † omnino illam seruare debebat, ad text. *l. si merces*, 28. §. *Conductor. ff. locat.* ibi: *Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet*, *l. legem* 16. *Cod. eod. tit.* ibi: *Legem quidem conductionis seruari oportet*, *l. Cæsar* 15. *cum ibi notat. ff. de public. & vectigal.* Quapropter eidem Rauennæ iustè prohibitum fuit, ne quid vltra illicitè exigeret, iuxta textum *in l. 3. Cod. vectig. nou. inst. non poss.* ibi: *Et exigi aliquid, quod illicitè poscatur competens Iudex vetabit*: Atque hanc iustitiam edicti, optimè agnouit ipse Rauenna, quia edicto paruit, & acquieuit, nulla
22 protestatione, † vel reclamatione proposita, propterea tempora non largiuntur hodie, vt post annos 14. debeat audiri, *l. fin. Cod. de temp. rest. in integr.*

Vlterius nec releuat potissima ratio ab informantibus pro Rauenna addncta, nempe, quod sibi concessa certa quantitate pro Porco, &
23 Porcastro, † fuerit pariter concessum exigere ad ratam pro mediis Porcastris, & aliis huiusmodi animalibus maioribus Porcastro, & minoribus Porco, ex notatis per Gloss. *in cap. 1. de decim. in fin.* Roman. *consil.* 434. *num.* 2. & 3. Franc. *decis.* 228. *per tot.*

Etenim præterquam quod gloss. *in d. cap.* 1. eatenus dicit primitias deducentis pecudibus etiam pro rata deberi de minori numero, in
24 quantum † primitiæ, tanquam debitæ exiguntur, sicut Decimæ, vt explicat eadem gloss. Decimæ verò soluuntur de omni fructu, & qualibet parte fructuum, *cap. ex parte* 21. & *cap. seq. de Decim.* Roman. autem *dict. cons.* 434. inquit, quidem quod promittens tot pro centenario exactori, teneatur illi ad ratam pro exactis infra centum, eo quia pro rata seruitij isti debet satisfieri, quemadmodum ipse pro rata exactionis commodum sentit; sic etiam Franch. *dict. decis.* 228. ait ciues obligatos dare Baroni duas oues pro singulis centum pascua sumentibus in eius Territorio, profectò teneri ad ratam æstimationis duarum ouium; si pro minori ouium numero vtantur pascuo, quia hoc ius Baroni soluitur ratione pascui, cuius vtilitatem, & fructum pro rata consequuntur habentes pauca animalia, quemadmodum, & qui plura, idque etiam procedit, quia quando certum quid ex certo numero debetur, tunc debitum stat correspectiuè ad numerum, & proportionabiliter iuxta numerum repartiri debet; numerus enim est expressus ratione demonstrationis quantitatis, quæ solui debet pro ouibus pascentibus, non autem taxationis quantitatis, pro qua solui debet, vt ponderat idem Franch. *sub n.* 4.

At in præsenti fuit Rauennæ concessa exactio ad rationem tot pro quolibet animali in capita, non autem ad gradus, vt in Tariffa, & nisi data multiplicitate animalium, nihil plus exigere ipsi fuit concessum, siue magnus, siue paruus fuerit Porcus, & Porcaster, quia Tariffa taxat vtrumque, & quantitatem, & pro qua solui debet, videlicet iulios octo cum dimidio pro quolibet Porcastro, & iulios 17. pro quolibet Porco:
25 Ideóque inter istum, & illos casus militat † diuersa ratio, neque ex vna ad aliam bene infertur, *vulg. l. Papinianus exul. ff. de minor.* Prætereà locatio gabellæ facta fuit Rauennæ ad corpus, vt loquitur Tariffa, non autem ad gradus ponderis, vel mensuræ, quando verò fit dispositio in contractibus ad corpus, nulla habetur ratio ponderis, vel mensuræ, † quia ista veniunt 26
sub eadem dispositione corporis, vt in fortioribus tradunt Gabr. *consil.* 64. *num.* 12. *& sequent.* Greg. *decis.* 104. *num.* 2. *ibique add.* & est conclusio verissima ab omnibus approbata, vt inquit Surd. *decis.* 64. *num.* 1. *& seqq.* vbi plures refert.

Eiusdem quoque irreleuantiæ videtur prætensa consuetudo exigendi gabellam per li. $\frac{1}{4}$ sub prætextu quod Appaltatores prædecessores,
† ac Reu. Cam. Apost. eodem modo exege- 27
rint, prout fecit Rauenna, vnde prætenditur locationem ipsi factam fuisse iuxta obseruantiam ad text. *in l. si de interpretatione, ff. de legibus*, & aliis pro eius parte allegatis: Hæc enim consuetudo non probatur ex attestationibus per fides extraiudicialiter factas ab olim Ministris ipsius Rauennæ; præsertim verò, quia in altera illarum dicitur Salsamentarios, & Nursinos conquestos fuisse, vt pariter innuit edictum D. Grasciæ Præsidis, in principio, & insuper de lite ab eisdem mota, constat in actis, & dum non apparet ipsos acquieuisse, † hinc fit consuetudi- 28
nem nunquam fuisse inductam: Grat. *disc.* 740. *num.* 23. Mar. Ant. Sabell. *var. resolut. cap.* 17. *num.* 25.

Nec releuaret dicta consuetudo, quia non docetur, illam fuisse publicè receptam, † & 29
quod Pontifex illam approbauerit formaliter, vel interpretatiuè, in iudicio: Guttier. *de Gabell. quæst.* 3. *num.* 14. vbi ait, non sufficere extraiudicialem Principis scientiam, & tolerantiam, ad hoc vt dicatur introducta legitima consuetudo interpretatiua in hac materia, vbi scientia Principis extraiudicialiter non releuat ad canonizandam consuetudinem, nisi immemorabilem, ex Farin. *de furt. quæst.* 173. *num.* 98. & aliis per eundem alleg. Scientia verò Pontificis non probatur, imò neque Conseruatorum; nec præsumitur, quia agitur de æstimatione animalium, & exactionibus factis à Ministris Appaltatorum, non autem à personis deputatis à Pontifice, vel Conseruatoribus, cum *in cap.* 5. *Appaltus*, caueatur expressè, quod electio Officialium, & Ministrorum Gabellæ pertineat ad Appaltatores.

Insuper huiusmodi consuetudo exigendi vltra Tariffam, † non esset interpretatiua, sed corre- 30
ctoria, & noui iuris inductiua, ex tradit. per Rot. apud Greg. *decis.* 162. *num.* 3. Vltra quod, cum Tariffa sit clara, non admittit interpretationem ab obseruantia: Castr. *in l. heredes palam*, §. *siquidem, post num.* 4 *ff. de Testam.* Grat. *disc.* 713. *num.* 56. *& disc.* 745. *num.* 80. Becc. *cons.* 3. *n.* 44. Surd. *cons.* 192. *num.* 33. *vol.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 9. Rota *dec.* 39. *num.* 11. *part.* 2. *& decis.* 319. *num.* 2. *part.* 6. *recent.* Vnde infert Larr. *alleg. fiscal.* 10. *num.* 21. *sub fine*; nihil obseruantiam nocere, si ex veritate tituli appareat aliquid in gabellis non fuisse concessum.

Cessaret etiam penitus consuetudo, legitimè inducta, dum in præsenti adest particularis conuentio, † quod exactio fieret iuxta Tariffam 31
Nat. *consil.* 384. *num.* 11. Becc. *consil.* 94. *num.* 28. *lib.* 1. Grat. *disc.* 722. *num.* 33. Pacta enim quamcumque legem, † & consuetudinem in contra- 32
rium rumpunt, *l.* 1. *Cod. de pact.* Rota *dec.* 301. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* Conuentio autem exigendi iuxta

iuxta Tariffam, est aperta, vt supra fuit ostensum, dum Gabella fuit concessa Rauennæ præsenti, &c. ad habendum, & exigendum iuxta
33 Tariffam, quippè illa dictio (*iuxta*) † in conuentionalibus, habet vim relatiuam, & limitatiuam, Bald. *consil.* 331. *sub num.* 1. *vers. Praterea hoc contingit vol.* 5. Cost. *de claus. conuent. claus.* 100. *num.* 1.

Potissimum quia Tariffa his verbis est concepta, *Tariffa, secundo la quale detto Appaltatore dourà riscotere*, & sic pariter illa dictio
34 (*secundo*) † est limitatiua, & restrictiua, ex traditis à *Dec. in l.* 1. *num.* 4. *C. de bon. possess. contra tabul.* ac aliis relatis per Barbos. *de edict. vsufreq. dict.* 358. *num.* 1. *&* 2.

35 Atque illud verbum (*dourà*) † importat necessitatem, & formam præcisè seruandam: Marsil. *consil.* 117. *numer.* 19. Bertaz. *consil. ciuil.* 99. *numer.* 2. *add. ad Stat. Agric. Vrb. cap.* 2. *litte-*
36 *ra C.* Ac omnes taxatiuæ, & limitatiuæ, † suapte natura implicant negatiuam in contrarium perinde ac si dictum esset, *& non alias*, Bald. *in l. qui ex consensu, numer.* 2. *vers. nam omnes dictiones taxatiuæ C. de Episcop. audient.* & alij congesti ab Amat. *decis. March.* 9. *à numer.* 18. *ad* 43. *vers. non obstat.* & quamuis
37 taxatiuæ non excludant ea, † quæ sunt consuetudinis generalis, vtrique ex contrahentibus notæ, ex Ias. *in l.* 1. *num.* 11. *limit.* 3. *ff. si quis ius dic. non obtemp.* Menoch. *consil.* 121. *numer.* 11. Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 22. excludunt tamen ea, quæ sunt consuetudinis par-
38 ticularis, † præsertim irrationabilis, contra legem contractus, alteri contrahenti minimè notæ, vt explicat idem Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 23.

In nihilo releuante cap. 6. Appaltus, in quo fuit Rauennæ concessum, *Che possa riscuotere le sopradette Gabelle da ciascheduno, che le dourà col braccio Regio, senza alcuna tela giudiciaria, e nell'istesso modo, e forma, che fino al presente si è vsato riscuoterle, con expressa conditione, che li Signori Conseruatori pro tempore, ne nessun'altro Giudice di Roma possa far non grauetur, ne inhibitione, ne in qualsiuoglia maniera dare impedimento alcuno all'Essattore di dette Gabelle, sotto qualsiuoglia pretesto.* Illa enim verba, *E nell'istesso modo, e forma che fino al presente si è vsato riscuoterle*, intelliguntur non de modo, & forma quibus substantia Gabellæ augeretur, *sed de modo, & forma exigendi executiuè*, secundum verba immediatè anteceden-
39 tia, † *con il braccio Regio, senza alcuna tela giudiciaria*, vt benè firmat Rot. *in Eugubina refectionis damnorum* 4. *Iunij* 1640 §. *non tamen coram Carillo*, & facit eadem Rot. coram Merlin. *decis.* 83. *num.* 20. *ac in Mediolanen. Beneficiorum* 31. *Maij* 1658. §. *nec dicatur coram R.P.D. meo Celso.*

Eoque magis quia verba immediatè subsequentia, respiciunt pariter modum, & formam exigendi executiuè, ibi, *Con espressa conditione che li Signori Conseruatori pro tempore, ne nessun'altro Giudice di Roma possa far non grauetur, ne inhibitione, ne in qualsiuoglia maniera dar'impedimento alcuno all'Esattore di dette gabelle*, media namque dicuntur eiusdem qualita-
40 tis, † cuius sunt extrema, Socin. Sen. *consil.* 73. *num.* 22. *lib.* 1. Roman. *consil.* 77. *num.* 162. Altograd. *consil.* 3. *sub num.* 39. *in fine, & num* 40. *lib.* 1. Rota *in Parmen. Pensionis* 28. *Aprilis* 1645. §. *sed licet coram bon. memor. Bichio.* Et ipsa copula, † quæ ligat verba, *E nell'istesso* 41
modo, &c. cum præcedentibus verbis, *con il braccio regio, senza alcuna tela giudiciaria*, denotat æqualitatem terminorum in copulatis: Roman. *cons.* 231. *num.* 2. *vers. eadem ratione*, & optimè Monach. *dec. Lucens.* 55. *num.* 11. cum aliis ibi allegatis.

Imo si gabella simpliciter Rauennæ concessa fuisset, *Nell'istesso modo, e forma, che si è vsato riscuoterla*, adhuc intelligeretur, de modo, & forma licitis, & ratione permissis iuxta Tariffam, † & legem Appaltus, vt in fortioribus ter- 42
minis comprobat Corn. *consil.* 181. *vol.* 3. qui consultus super simili appaltu Datij, & Gabellæ, respondit sub *num.* 6. verba, *à patti vecchi, e modi vsati*, esse intelligenda de modis licitis, & honestis, &c. alias sequeretur quod si Datiarij aliquando exegissent vltra taxam à statutis permissam, & sic illicitè fecissent, tunc per illa generalia verba, censeretur concessum quod etiam isti noui Datiarij illud plus exigerent, quod esset absurdum, & *num.* 12. addit; Datiarium non se benè fundare in eo quod secundum formam conuentionis ei sufficit sic fuisse solitum, & vsitatum, quia verba prædicta non releuant, cum sint intelligenda de modis licitis, non autem de illicitis; deberet enim dici abusus, potius quam vsus, vndè dicendo, *à modi vsati*, debet intelligi de vsu licito, non de abusu, attento etiam quod verba pacti sunt interpretanda contra eum, qui ex pacto nititur, ex quibus deducitur, quod, etiamsi testes probarent, quod fuerat vsitatum, non releuaret Datiarios, & propterea non esset necessarium multum insistere circa testes, vtrum probent fuisse vsitatum: hactenus Cor. cuius responsum in hac materia probarunt Cost. *de claus. conuent. claus.* 99. *n.* 1. Mart. *de claus. claus.* 38. *n.* 1. *part.* 1. Theodos. *Rub. singul.* Rot. *tom.* 2. *part.* 4. *claus.* 524. Altograd. *consil.* 1. *num.* 28. *vers. nam quando, & n.* 29. *volum.* 1.

Hinc etiam patet, non suffragari Rauennæ, quod exactio per li $\frac{1}{4}$ non fuerit sibi prohibita, quia cum agatur de exactione gabellæ eidem non de iure, sed tantum ex concessione, & conuentione competenti, satis ipsi dicitur expresè prohibita, † dum non legitur apertè in 43
instrumento Appaltus concessa, præsertim attenta Tariffa, pro lege exactionis eidem data, & proindè omnem aliam excludente: Arg. *l. cum lex ff. de legib. l. ex eo, ff. de Testib. l. cum Prætor, ff. de iud. l.* 2. §. *fin. cum l. seq. & l. & habet, ff. de precar. l. Maritus. C. de Procurat.* Bart. *in l. quæsitum*, §. *fin. in fin. ff. de fund. Instruct.* Crot. *consil.* 32. *num.* 8 *lib.* 1. Crauet. *cons.* 830. *num.* 5. *& consil.* 1000. *seu primo pro Genero, n.* 65. Bero. *consil.* 72. *num.* 7. *vol.* 2. Buratt. *decis.* 212. *numer.* 2.

Demptis igitur à debito inclyti populi prædictis summis scut. 6187. 99. scut. 165. 65. scut. 1331. 33. scut. 16000. ac scut. 34200. iam creditum Rauennæ scut. 59623. 65. remanet in scut. 1738. 68. Debitor verò ipse visus fuit scut. 19650. pro totidem ab ipso exactis † ex me- 44
diis porcastris, & aliis huiusmodi animalibus ad gradus, præter, & vltra Tariffam, sibi præscriptam, ad text. expressum *in l.* 3. *C. vectig. nou. inst. non poss.* ibi, *& id, quod exactum videtur si contra rationem iuris extortum est, restitui iubebit.*

Restitutio autem, licet videretur facienda
45 prouincialibus, † à quibus fuit exactum, *l. locatio 9. §. quod illicitè, ff. de public. & vectigal. l. vnic. C. de superexact. lib. 10.* Attamen in præsenti, cum gabella Carnis ab initio, fuerit inclyto populo concessa ad rationem quatreni pro qualibet libra, vt habetur in Constitut. Iulij III. & Sanct. memor. Pij V. ac declarationibus penes Choel. impress. duo considerata fuerunt, vel Prouinciales in debitum ad gradus siue pondus non soluisse, ideoque exactum à Rauenna præter, & vltra metam eius appaltus restituen. fore inclyto populo, ad quem spectat totum, quod Appaltatori non fuit locatum; vel illicitam fuisse exactionem (de quo alias videre, fuit resolutum, quoties compareant iniuriam passi) & nihilominus hoc interim indebitè exactum, eidem inclyto populo fore soluendum, quia Publicanus, quatenus Datium colligit à subditis, etiam obligatus Fisco dare certam mercedem, & incerta Datia exigere, semper dicitur Procurator Fisci, & nomine Fisci exigere, *l. 1. §. hic titulus, ff. de Public. & vectig. & ibi glos. in verb. Pendant, his verbis, Pendant tanquam Procuratores* (loquitur de Publicanis) *exigendo pro Fisco*, & quod subiicit, *vel etiam tributa consequuntur, scilicet iure suo, & ad suum commodum, reddendo Fisco certam mercedem*, & *l. si cum Hermes, ff. eodem tit. verb. conduceret, vbi glos. pro certa mercede singulis annis, vt ipse minutatim colligat, & talis conductor dicitur Publicanus*, idemque aiunt Bart. *in l. in prouinciali, §. si ego num. 4. ff. nou. oper. enunciat.* Lassart. *de Decim. in addit. ad cap. 18. sub numer. 13.* Idque facilius fuit quoque admissum, quia inclytus Populus tenetur pro delicto eius Procuratoris, & fortasse soluere cogeretur iniuriam passis quandocunque venientibus, nisi Publicanum exhiberet, *Firmian. de Gabell. part. 4. sub numer. 26. vers. 18. quæro.* Farin. *de furt. dicta quæst. 173. num. 61.*

Præterea visum fuit restitutionem esse faciendam Cameræ Vrbis, & Ærario Pontificis, quatenus enim exactio vltra Tariffam, ad inclytum populum non pertineret, si Creditores fuerint incerti, & non compareant, videretur huiusmodi pecunia, per Rauennam iniustè exacti, vel Pauperibus distribuenda, vel in aliis operibus piis eroganda, Castr. Pal. *oper. moral. part. 7. de Iust. Commut. disput. 1. punct. 18. §. 8. num. 1. & seqq.* Layman. *in Theolog. moral. lib. 3. de Iust. tract. 2. cap. 9. num. 2.* Eminentissimus Cardinalis de Lugo *de Iust. & iur. tom. 1. disput. 6. sect. 12. num. 134.* Hoc autem ad Summum Pontificem spectat, vt latè exornat Less. *de Iust. & iur. lib. 2. cap. 14. dub. 6. numer. 40.* vbi pluribus comprobat hanc sententiam, quam pariter admittunt Nauar. *de sept. precept. Decalog. cap. 17. sub. num. 93. §. per quæ, vers. quia Papa*, Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disput. 53. vers. illud etiam obserua.*

Nec interim decet, indebitè exactum, ab illicito detentore retineri, qui potius in pœnam Iustitiæ, potest per Pontificem incapax reddi, vt talium bonorum dominium non acquirat, vt bene deducit Less. *vbi suprà, dicto num. 40. vers. quia potest Debitores.* Vnde non immeritò res furtiuas, esse consignan. Principi, qui eas sub deposito retineat, Creditoribus restituendas, laudabile censuit Lorich. *in Iustit. Princip. tit. de legib. fol. 333.* quem refert Faust. *in cons. pro Aerar. class. 20. consil. 50. ordin. 1574. col. 2. §. proindè.*

Neque Rauennam à restitutione excusat bona fides, ex eo deducta, quod ipse exegerit, † prout 46
viderat alios Appaltatores exegisse ad trad. per Bald. *consil. 289. num. 6. lib. 4.* Facchin. *consil. 61. lib. 2.* Alex. *consil. 8. num. 4. lib. 6.* Etenim ex attestationibus ab eodem Rauenna productis, constat potius pecunias à prouincialibus fuisse extortas, & quidem ipsis reclamantibus; idemque comprobat edictum D. Grasciæ Præsidis, ad illorum querelas emanatum, atque certius redditur ex lite super restitutione contra eundem Rauennam ex tunc contestata, quorum quidquam aduersus Appaltatores eius Prædecessores non fuit auditum, ita quod censuit vnus ex Dominis euidenter apparere de actis extorsiuis nouæ gabellæ inductiuis, † ad eius 47
proprium commodum, & proindè fore puniendum ad pœnam dupli, iuxta Text. *in l. locatio, §. quod illicitè, ff. de public. & vectig. l. vnic. C. de super exactor.* iuncto Prætoris edicto relato à *Vulpian. in l. 1. ff. de public. & vectig.* ac etiam puniri posse ad pœnam perpetui exilij, per text. *in l. 4. C. non. vectig. inst. non poss.* & ad pœnas furti & rapinæ, de quibus per Afflict. *in Const. Regni lib. 1. rubr. 76. num. 6. &* Baiard. ad Clar. *in §. furtum n. 10.* Imò insistebat esse locum pœnæ contra vsurpantes Iurisdictionem, vt per Gramm. *consil. Ciuil. 69. numer. 23.* Capic. Galeott. *respons. Fisc. 10. num. 17. & seqq.*

Insuper responsum fuit, quod, etiam data bona fide, pro Ranenna allegata, non ideo ipsum excusari à restitutione, † vt in specie 48
tradunt Bertach. *de gabell. part. 4. quæsit. 4. numer. 11. vers. sed si ignoranter*, Ioan. Crisp. *in term. act. numer. 111. per Text. in cap. 1. §. Conuenticulas*, vbi etiam Bald. *de pace iuran. firman.* Franc. Marc. *decis. 421. numer. 1. vers. Si verò Ignorantes.*

Bona fides enim Publicanum excusat dumtaxat à pœna, ne cum eo possit agi vi bonorum raptorum, & criminaliter, *l. 2. §. si Publicanus, ff. de vi bonor. rapt. glos. in l. etiam 8. vers. solue ibi, bona fide, C. de furt.* & in his terminis loquuntur DD. pro Rauenna alleg. quos consuluisse patet pro reis eximendis à pœna, non autem à restitutione, licet in illis casibus ageretur de gabellis, simpliciter locatis, sine Tariffa, quæ ipsis legem exactionis præscripsisset.

Nec facit Alex. *dicto consil. 8.* vbi inquit, Hebræum, cui fuerant concessa Capitula pro vsuris, † potuisse exigere vsuras vsurarum, si- 49
bi expressè non concessas, dum alij Bancherij, habentes eadem Capitula, illas exigere consueuerant. Nam, omisso quod vsuræ vsurarum dissimulantur Hebræis ad euitandum maius malum, & nisi à volentibus exiguntur; Contrarium tenet Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 1. numer. 8.* vbi etiam, quod si obseruantia sit immemorabilis, † non valet, nec 50
aliquid operatur: Ioan. Andr. *in reg. peccatum, de regul. iur. in 6.* Conrad. *de contract. quæst. 25. 26. 27. & 28.* Clar. *in §. Vsura numer. 7.* vbi dicit, hanc de iure esse communem.

Denique non suffragatur Rauennæ, quod ex causa huiusmet appaltus Camera Apostolica pro rata ad eandem spectante, nedum ab ipso minimè petierit restitutionem exactionis prædictæ,

prædictæ, sed potius eidem concessit restaurum propter prohibitionem in posterum exigendi pro animalibus ad gradum. Hoc enim non releuat, vel quia inter eos fuerit diuersa conuentio, vel quia Camera eidem non præscripserit exactionem esse faciendam iuxta Tariffam,
50 † & demum quia non exemplis, sed legibus est iudicandum, *l. nemo Iudex*, §. *non enim*, *verb. non exemplis*, & ibi, Salicet. *& DD. C. de sent. Interlocut. omn. Iud. l. rem non nouam C. de Iudic. §. omnis autem Iudex. in authen. de Iudic. collat. 6. &* §. 1. *Inst. de offic. Iudic.*

Quantitas autem summæ à Rauenna debitæ, liquidata fuit ex eisdem computis ab eo productis, & iuratis pro veris, & sic est propria ipsius Confessione, cuius nulla maior datur probatio. Et profectò, dum ipse posuit ad debitum inclyti populi scut. 3600. quolibet anno, à die, quo emanauit edictum D. Grasciæ Præsidis, ne gabellam exigeret ad gradus, satis, superque visum fuit ad hanc eandem rationem aliquidatum eius debitum propter exactionem, retroacto tempore factam, præter, & vltra Tariffam, nam, ponderando verba partitarum ad debitum inclyti populi, ibi, *scudi 3600. per la parte che tocca à datto Popolo di scudi 6000. per li Porcastri, cioè $\frac{1}{4}$ leuati in conformita dell'Editto di Monsig. Pallauicino Presidente della Grascia, e Monsig. Commissario della Camera; e Voto del Signor Cardinal Capponi, e quesiti per il presente anno, che gl'altri spettano ad essa Camera,* quippe illa verba *per li Porcastri, cioè $\frac{1}{4}$ leuati in conformità dell'Editto, &c.* apertè conuincunt petita fuisse dicta scut. 3600. pro totidem eidem exigere vetitis, & rursus alia verba *per il presente anno, che gl'altri spettano ad essa Camera*, optime comprobant habitam fuisse rationem, nedum ad quantitatem percipi consuetam in annum, sed etiam ad ratam spectan. ad Reu. Cameram, & inclytum populum respectiue, nec videntur habere respectum ad aliud interesse extrinsecum lucri cessantis, vel damni emergentis, de quo partitæ non loquuntur.

Eoque magis huiusmodi liquidatio sufficere visa fuit, quia dum Rauenna petiit ad hanc eandem quantitatem condemnari inclytum populum, *per li Porcastri, cioè $\frac{1}{4}$ leuati*, vtique gessit partes Actoris, eiusque computis vsus
51 fuit pro libello. † Hinc autem fuit effectus communis, nec potest modo ab ipso Rauenna impugnari, sed eidem nocere debet, vt ex pluribus comprobat Oliban. *de act. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 24. *&* 25. & facit Rimin. iun. *consil.* 409. *num.* 4. *& seqq.* Ex quibus cessant, quæ ab Informantibus pro Rauenna afferuntur ex Vermigl. *consil.* 136. *&* 137. circa Constit. Pauli
52 III. † non enim criminaliter agitur ad pœnam ex partitis iuratis, sed ad repetitionem indebitè exacti, iuxta liquidationem resultantem ex confessione libellantis, vt per Oliban. & Rimin. *vbi supra.*

Potissimum etiam huiusmodi liquidatio sufficit, ex quo aliter fieri nequit, & quidem ex facto ipsius Rauennæ, qui exactiones ad gradus factas, non adnotauit in Datiorum libris, verum ex mediis Porcastris, & maioribus Porcastro, ac aliis, metam porci excedentibus, tot porcos, & porcastros constituit, & partitas dumtaxat pro Porcis, & Porcastris, conscri-
53 psit, † quo casu pro liquidatione statur leuioribus probationibus, DD. *in l. actionibus*, vbi Dec. *num.* 13. *ff. de in lit. iur.* quem sequitur Rot. *decis.* 237. *num.* 5. *part.* 4. *rec. tom.* 2. & facit eadem Rota in fortioribus teminis ad effectum relaxandi declaratorias, *decis.* 254. *num.* 9. *part.* 6. *recent.* semper enim coniecturalis probatio sufficit, quando aliter liquidatio fieri nequit, Rot. *decis.* 430. *num.* 12. *part.* 5. *recent. tom.* 2. præsertim vero vbi agitur non de substantia debiti, sed de quantitate: Ias. *in repet. leg. admonendi num.* 202. *ff. de iur. iur.* Cephal. *consil.* 297. *num.* 12. *cum aliis relat.* per Gregor. *decis.* 324. *numer.* 4. Imo in his casibus, liquidatio contentatur præsumptionibus, & coniecturis etiam arbitrio Iudicis, Eminentissim. Ottobon. *decision.* 87. *cum ibi alleg.* idque libentius militat in præsenti, quia ex speciali commissione Sanctissimi in huiusmodi causis coram me proceditur sola facti veritate inspecta, † simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, manu regia: Becc. *consil.* 47. *numer.* 15. *lib.* 1. Surd. *consil.* 54. *num.* 3. *& decision.* 105. *num.* 11. 54

Proindè ex debito Rauennæ scut. 19650. pro exactione facta in annis quinque, & totidem mensibus cum dimidio, ad rationem scut. 3600. in annum vltra concessionem sibi factam, detractis scut. 1738. 68. quorum ille ex serie suorum computorum, remansit creditor, fuit dictum contra eundem relaxandum esse mandatum pro reliquis scut. 17911. 32. monetæ.

Et ita vtraque parte informante, & in contradictorio audita, &c.

DECISIO CLI.

R. P. D. Priolo.

Eugubina Emphyteusis.

Lunæ 16. Februarij 1660.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur à die litis motæ.*
Amplia, vt num. 2.
Non petiti, in iudicio particulari peti possunt, num. 3.
Regulantur super stabilibus in rationem quinque pro centenario, n. 9.
4 *Iudex non condemnando in fructus, videtur absoluere.*
Declara, vt num. 5.
6 *Fructuum condemnatio fieri non potest à Iudice, qui tulit sententiam in negotio principali.*
Declara, vt num. 7.
8 *Oblatio verbalis sufficit, recusante Domino, recipere Canones.*

CVm in omnibus sententiis latis ad fauorem Dominici Balleoni condemnati fuerint tam Abbas, & Monachi Sancti Petrignani ad renouandum inuestituram Prædij controuersi positi in Territorio Vrbini in vocabulo *Gratiolo*, quam Andreas Mariotus, cui prædicti Monachi inuestituram concesserant ad illius possessionem dimittendam, iuxta decisiones *coram R. P. D. meo Celso, ac me*, editas, dubitaui, an, & à qua die, ad quam summam debeantur fructus?

Et DD. quoad primum, & secundum caput censuerunt deberi à die motæ litis contra Maioratum non autem contra Monasterium: Etenim
1 per iudicium contra ipsum introductum † à dicto tempore fuit constitutus in mala fide, adeò vt non potuerit facere fructus suos, sed teneatur ad illorum restitutionem, ad text. *in l.3.* ibique DD. *ff. de interdict. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. l. certum, C. de rei vendicat. l. sed & si lege, §. si ante*, vbi gloss. & Bart. *ff. de petit. hæred.* & notat Alexand. *in l. Herennius, §. fundum, num. 4. ff. de re iudic.* Rota *decis. 343. num. 7. part. 1. decis. 3. num. 1. & decis. 199. num. 8. part. 7. recent.* & coram Burat. *decis. 449. num. 1.* & coram Eminentiss. Cardin. Ottobono *decis. 87. & decis. 193. n. 1. & seqq.* cum aliis *in Perusina Spolij 7. Februarij 1643. coram bon. mem. Tarraconen.*

Non attento, quod fructus in libello non fuerint petiti, & si non veniant restituendi à Reo possessore conuento propter malam fidem ex contestatione litis causatam, quia cum fuerint
2 à Mariotto medio tempore percepti, † & agatur principaliter ad restitutionem bonorum, fructus accessoriè veniunt, etiamsi non fuerint petiti, iuxta allegata per DD. *in d. l. 3. ff. de Interd.* Hond. *cons. 25. n. 5. lib. 2.* Alex. *cons. 184. n. 9. lib. 5.* & pluribus relatis respondit Rota *decis. 9. n. 1. part. 7. recent. & decis. 330. num. eodem, coram bon. mem. Merlino.*

Nec ex eo quòd in sententiis fuerit omissa condemnatio ad fructus censendum est, quod amplius peti non possint; quia adhuc veniunt restituendi non quidem vigore earundem senten-
3 tiarum, † sed vigore noui iudicij, & nouæ petitionis, prout factum fuit in præsenti casu, in quo non agitur de liquidatione in vim dd. sententiarum, sed ex integro mediante noua petitione fieri condemnationem in fructibus, vt docuit Bald. *in l. ex diuerso 36. §. vbi autem, num. 4. ff. de re iudic.* Abb. *in cap. grauis, num. 20. de restit. spoliat.* Rota coram Seraphin. *decis. 83. num. 4. & seqq. & decis. 1255. n. 2.* & coram Merlin. *d. dec. 330. num. 2.* & tradit Gabr. *ex allegat. cons. 35. num. 7. lib. 2.*

4 Obiectum verò, quòd vbi iudex omisit † condemnationem videatur reum, & possessorem à fructibus absoluisse, ad tradita per Thesaur. *decis. 185. n. 2.* Surd. *decis. 69. n. 3.* cum aliis in contrariũ adductis, non applicatur; quia procedit dum-
5 taxat in casu quo fructus fuerunt petiti, † & per iudicem omissi, vel denegati, in quibus terminis Doctores præcitati loquuntur; secus quando nulla præcessit petitio; nam absolutio non cadit super eo, quod non est in controuersia, & in iudicio deductum non fuit.

Nec releuat exceptio, quod condemnatio
6 ista peti non poterat coram me, † qui super negotio principali in quarta instantia pronunciaueram: *l. terminata, C. de fructibus, & lit. expens.* cum aliis deductis per Rotam *decis. 536. num. 6.* post Posth. *de manut.* Visa enim est remoueri ex eo quod in sententia fuit reseruata fa-
7 cultas pronuntiandi quoad fructus, † & illorum liquidationem à qua non fuit appellatum, quo casu iudicem validè procedere ad condemnationem super fructibus etiam post promulgatam sententiam in negotio principali expressè, ait text. *in dicta l. terminato*, ibique gloss. *verb. competere*, vbi Bart. *num. 6. Cod. de fructibus, & lit. expens.* & tradit Angel. *in l. Paul. la prima, num. 1. & 2. ff. de re iudic.*

Nec etiam releuat, quòd vsque ab initio motæ litis non fuerit à Balleono factum depositum Canonum, & Laudemiorum, quia cum Abbas & Monachi recusauerint, † illum recogno- 8
scere in Emphyteutam, vt patet ex litis sustentatione satis fuit verbalis oblatio, iuxta Theoricam Bald. *in l. vnica, C. ne liceat in vna eadémque causa tert. prouoc.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 27.* Maur. *de oblat. num. 5.* Fontanel. *decis. 74. num. 3. & seqq.* Rota *decis. 108. num. 4. & 5. coram Durano.*

Quo verò ad tertium caput concernens liquidationem DD. dixerunt fructus esse liquidandos in scutis quadraginta quinque annuis, ad rationem quinque pro centenario: † & moti 9
sunt, quia constat valorem dicti prædij ascendere ad scuta nongenta, vt alias fuerat concorcordatum *in decis. edita 4. Maij 1657. coram R. P. D. mea Celso.* Ideo cum versemur in bonis stabilibus fructus taxari debent ad rationem quinque pro centenario, & sic in scutis quadraginta quinque annuis, iuxta gloss. *in authent. præterea, verb. Iusta, Cod. de sacros. Eccles.* Rota coram Buratt. *decis. 65. n. 2. & decis. 112. n. 1. in Perusina reintegrationis 3. Aprilis 1652. coram bon. mem. Peuting. & in Albanen. redditionis rationis 13. Iunij 1657. coram R. P. D. meo Celso.*

Et ita partibus informantibus decisum fuit.

DECISIO CLII.

R. P. D. Priolo.

Romana Locorum Montium.

Veneris 5. Maij 1660.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum, cum facultate alienandi sustinetur quatenus dispositio non sequatur.*
Potest euanescere firmis manentibus legatis, num. 3.
2 *Disponendi libera facultas non refertur ad absolutum dominium, sed administrationem importat, stante fideicommisso.*
Facultatem habens ex eo, quod cœpit alienare dicitur disposuisse, num. 4.
Facultatem habens per hæredis institutionem disposuisse dicitur, n. 5.
Facultatem habens omnia bona alienare potest in euersionem fideicommissi, n. 6.
Facultas concessa ad certum effectum intelligitur ad arbitrium boni viri, n. 12.
7 *Dec.* cons. 253. sub num. 1. *& Decian.* consil. 92. sub num. 24. lib. 5. *communiter reprobantur.*
8 *Prælegato si caderent in fideicommissum disponendi facultas euaderet superflua.*
9 *Buratt.* decis. 168. num. 23. & 24. *declaratur.*
10 *Ruin.* consil. 147. sub num. 15. lib. 2. *explicatur.*
11 *Clausula*, à loro piacere, *importat concessionem facultatis absolutam.*

PLacuit DD. Decisio edita sub die 16. Iunij præteriti, in qua fuit resolutum non esse locum

cum Ægidianæ, & denegandam fore inmissionem Petro super locis montium controuersis, non obstante fideicommisso.

Quoniam verba Testamenti Marthæ de Boncompagnis circa facultatem attributam hæredibus disponendi de dictis locis montium ad eorum libitum, sunt adeo clara, vt magis esse non possint, ibi, *E lasci in mano dell'heredi la patente de luoghi de monti, che ne disponghino à lor piacere*, vndè licet Testatrix fecerit fideicommissum, nihilominus cum vigore dictæ facultatis hæredes de illis disposuerint, fidei-
1 commissum non capit loca prædicta,† quia implicitam habet conditionem, si & quatenus alienatio non sequeretur per text.*in l. Titius, ff. ad Trebell.Auth.contra cum rogatus C.eod.titul.* Rota coram Merlin. *decis.* 459. *num.*3. *& 4.in recen.decis.*155.*num.*20.*&* 185.*num,*3.*& seqq. part.4.tom.2.in Bonon.Domus de Maluasia* 25. *Iunij* 1632. *coram bon.mem.Cardinali Verospio*, §. *Neque hac facultas, & in Romana Dotis* 15. *Maij* 1656. *coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano*, §. *Quia prima pars vers. licentia enim disponendi, cum aliis in prima decisione*, §. *Quamuis*.

Neque contrariam Testatricis voluntatem arguunt onera iniuncta hæredibus, & fideicommissariis soluendi annua legata, quæ sine perpetuitate fideicommissi etiam super hisce locis montium impleri non posse dicebantur. Atque
2 ideo libera facultas disponendi † non sit referenda ad absolutum Dominum in euersionem fideicommissi, sed solum ad liberam administrationem in satisfactionem onerum, & legatorum, vt consuluerunt Dec. *consil.* 253. *sub num.* 1. Decian.*respons.*92. *num.*24. *lib.*5. Rota coram Buratt. *decis.*168.*num.*23. & Ruin. *consil.*147. *sub.num.*15.*lib.*2.

Nam aut loquimur de legato scutorum.150. quod Testatrix voluit, vt hæredes viuente Petro eius filio tenerentur quolibet anno eidem præstare, & secuto obitu Petri deberent inuestire scuta 1500.in Censibus, stabilibus, aut locis montium ad effectum celebrandi duo sacra qualibet hebdomada pro salute Animæ vtriusque,& ex perpetuitate legati huiusmodi nullatenus fuit limitata, seu alterata facultas disponendi con-
3 cessa verbis amplissimis, † cum possint stare simul hæc duo, quod euanescat fideicommissum, & nihilominus hæres teneatur ad legata *l. nihil proponi* 123.*ff.de legat.*1. *l. annuam* 6. *ff. de annu. legat.* Rot. post Fenzon. *ad stat. Vrb. decis.*95.*vers.quoniam pro responsione, vt coram Buratt decis.*385. *num.*5. *& decis.*387. *num.*8. *&* 9. & tradit Paris. *consil.*87. *num.*39. *& seqq. lib.*2. & sequitur Gionagn. *qui alios cumulat consil.*97. *num.*22. *vers. quoniam pro responsione lib.*1.

Aut loquimur de legatis perpetuis, & aliis oneribus, quæ eadem Testatrix iniunxit hæredibus fideicommissariis, & Patribus Bernabitis vltimo loco substitutis, nec pariter ex perpetuitate horum legatorum resultat aliqua coniectura fideicommissi super locis montium, nisi sub eadem conditione quatenus hæredes non alienauerint, cum autem vsi fuerint facultate prædicta, vt deducitur non solum ex mandatis obtentis de transferendo litteras patentes ad eorum fauorem litteras à vinculo fideicommissi, vendendo, & resignando, subsecuta alie-
4 natione trium locorum ex † eisdem locis montium; Cum habens facultatem disponendi ex eo quod cæperit alienare dicatur sufficienter disposuisse Ias. *consil.* 130. *sub num.*12. *lib.*4. & faciunt tradita in *Sipontina pensionis* 8.*Iunij* 1648. *coram bon. mem. Peutingerio*, sed etiam ex generali institutione hæredis tam in bonis, quàm in iuribus, & actionibus, quorum appellatione † continetur vsus dictæ facultatis, vt cō- 5
probat Fusar. *de substit. quæst.* 444. *num.*8. *&* 550. *num.*16.*.cum aliis in præterita decisione cumulatis*, Onera implendi legata remanserunt inefficacia, & resoluta, perinde ac si demandata non fuissent, nam data licentia hæredi grauato disponendi ad eius libitum valet ipsa bona in totum alienare † non attentis dispo- 6
sitionibus factis ad fauorem vocatorum ad fideicommissum licet illud bona alienata totaliter absorberent Ias. *consil.*129. *per tot. lib.*4. Gabr.*consil.*99.*num.*22. *& seqq.lib.*2. Surd. *consil.*10. *num.*30. *& seqq. & consil.*352. *num.*18. *pariter cum seqq.* Menoch. *consil.*1091. *num.*5. & Monach.*decis.Bonon.*71. *num.*122. & pluribus firmat *prima decis.* §. *nihil referente, &* §. *Nec pariter obstat*.

Hinc non refert quod Testatrix onerauerit vnumquemque hæredum tam institutorum, quam substitutorum, vt satisfaceret legata à se relicta, siquidem quoad legatum factum ad fauorem Petri eius filij, nec non inuestimentum faciendum post mortem eiusdem Petri pro celebratione duarum Missarum qualibet hebdomada in perpetuum huic legato satisfecerunt hæredes mediante resignatione tot locorum montium. Quo vero ad alia legata obiectum tollitur ex supradicta responsione, vt legata huiusmodi locum habeant, quatenus non sequeretur alienatio, & bona peruenirent ab substitutos, vt patet ex deductis.

Nec releuant deducta † per DD. in contra- 7
rium allegatos; Etenim Dec. *consil.* 253. *sub num.*1.& Decian.*respons.*92.*sub. num.*24. communiter reprobantur, quia si prælegatum cum facultate liberè disponendi caderet sub fideicommisso (vt isti volunt) permissio † alienandi 8
remaneret superflua, & inefficax contra text. *in in l. si quando in princ. ff. de legat.*1. *& cap. si Papa de priuileg.in* 6. Surd.*consil.*352.*num.*23. *vers. ex prædictis.* Menoch. *d. consil.*1091. *n.*2. Thes.*quæst.for.lib.*1.*quæst.*17.*n.*19. Fusar.*q.*650. *num.*45.*de substit.*eosque & alios confutat Rota *in Sancti Secundini fideicommissi* 18.*Iunij* 1649. *coram bon. mem. Arguelles*.

Decisio † verò *Buratti* 168.*n.*23.*&* 24. non 9
potest applicari, firmat enim prælegata venire in restitutione fideicommissi, non quia tota hæreditas consistat in illis prælegatis, prout ex hac ratione mouentur Doctores præcitati, sed quia in eo casu facultas alienandi data fuerat in Codicillis, & fideicommissum ordinatum in Testamento continebat specifice bona prælegata, & contrarium suadebant verba ipsius Testamenti, qualitas bonorum, declaratio eiusdem Testatoris, & quamplures coniecturæ in proposito deficientes.

Nec aduersatur cons.Ruin 147. *sub num.*15. *lib.*2. quia loquitur quando facultas alienandi concepta est sub clausula † (*quidquid placuerit* 10
faciendum) quo casu non videtur data libera facultas, sed limitata ad arbitrium boni viri. Diuersum autem est quando data fuit sub ista alia clausula (*à lor piacere*) latine pro eorum libito,

11 quæ † importat concessionem facultatis absolutam, iuxta tradita per Surd. *cons.* 10. *n.* 50. *& decis.* 272. *n.* 13. *cum seqq.*

Cæteri loquuntur de alienatione permissa dumtaxat in aliquibus casibus, & ad certum, &
12 determinatum effectum, † vbi tunc etiam censetur permissa facultas solum ad arbitrium boni viri, vt probat Natt. *consil.* 115. *num.* 6. & Mantic. *decis.* 329. *num.* 5. Secus autem vbi fuit concessa simpliciter ad libitum hæredis, tunc enim præ se fert dominium absolutum, & voluntatem liberè disponendi de bonis non obstante fideicommisso, cum illa eatenus dicantur fideicommisso supposita, quatenus hæres non vteretur dicta facultate, vt suprà dictum fuit.

Obiecta verò contra loca montium vacabilia, quod scilicet hæredes tenerentur ea reinuestire, & vertere in non vacabilia, visa sunt satis remoueri ex responsionibus datis *in alia decisione §. finali.*

Et ita vtraque parte informante pro confirmatione decisionis responsum fuit; &c.

DECISIO CLIII.

R. D. Cerro Decano.

Senen. fideicommissi.

Lunæ 5. Aprilis 1660.

SVMMARIVM.

1 *Proximior in fideicommisso regulariter succedit.*

2 *Grauatis duobus si sine filiis decesserint altero decedente sine filiis eius portio deuoluitur ad proximiores, & n. 4.*

3 *Reciproca quando inducatur.*

5 *Pluralitas resoluitur in singularitates, quando substitutionis verba diriguntur in grauatos, & cessat reciproca.*

6 *Agnationis ratio habita restringitur ad gradus expressos.*

7 *Repræsentatio in transuersalibus, quando militet.*

8 *Transmissio in fideicommisso conditionali non habet locum cessantibus coniecturis.*

HÆredem vniuersalem Porphyrius sibi scripsit in Testamento condito 1577. Virginiam vxorem, quam restituere grauauit omnia eius bona stabilia vni, vel pluribus masculis, cui, vel quibus eidem Virginiæ videbitur, & placebit de familia Testatoris; & in casu non factæ declarationis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit proximiores masculos de dicta familia venientes ab intestato, *Summar. num.* 1.

Deinde anno 1580. condidit Codicillos, in quibus declarando meliùs eius intentionem, quod sua bona stabilia semper, & in perpetuum conseruentur in eius familia, his verbis disposuit, ibi: *Idcircò si & casu quo aliquis esset nominatus à præfata D. Virginia, vel ob non factam dictam nominationem succederet ab intestato, qui postmodum decederet, aut decederent absque filiis legitimis, & naturalibus masculis, tali casu illi vel illis vt supra decedentibus intelligantur esse, & sint substituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum illi masculi de familia, &c. qui erunt proximiores de tempore in tempus, Sum. n.* 2.

Defuncto Testatore, Virginia hæres granata nominauit Fortunium filium Antonij Mariæ, & Christophorum filium Octauiani quemlibet pro virili, prout testatori successerunt, & ex iis post mortem Virginiæ primo decessit Fortunius, superstite Valerio filio, qui pariter obiit cum filio nuncupato Fortunio iuniori pacificè possidente medietatem bonorum stabilium Testatoris, in qua eius auus fuerat nominatus.

Cum verò defecerit Christophorus, nullis relictis liberis, Angelus filius Caroli fratris Fortunij senioris tanquam proximior Porphyrij fideicommittentis, & Christophori vltimi defuncti, adeptus fuit possessionem alterius medietatis bonorum Testatoris eidem Christophor. obuentæ, sed prætendente in ea succedere supradicto Fortunio iuniori, hodie quæsitum fuit ad cuius fauorem constet de fideicommisso Porphyrij, & pro Angelo fauorabilis prodiit resolutio.

Patet enim ex inspectione arboris familiæ Testatoris, quod ipse proximior est tam grauanti, quàm grauato; † ideò mortuo Christophoro 1
sine filiis, in portione ipsius ad sui fauorem purificata fuit substitutio proximiorum, & aperta successio, *l. cum ita legatur* 33. §. *in fideic. & l. peto* 71. §. *fratre, ff. de leg.* 2. Bursat. *cons.* 170. *n.* 16. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 21. *num.* 2. *vers. Atque cum proximiores.*

Non obstat, quod non sit impleta conditio obitus sine filiis in vtroque nominato, dum ex Fortunio seniori adest Fortunius iunior eius nepos ex Valerio filio.

Vrgeret enim obiectum, si inter nominatos, corúmque descendentes expressè, vel tacitè per Testatorem † ordinata fuisset substitutio reci- 2
proca, vt tradit Rip. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, num.* 136. *ff. ad Trebell.* At quia in casu nostro, nec expressa legitur, nec tacita subintelligi potest, quæ veniat in necessariam consequentiam verborum expressorum, dum non concurrunt vrgentes coniecturæ, nec Testator dixit, † quod 3
ab vltimo ex honoratis tota hæreditas alteri restituatur, vt opus est per text. *in l. Titia Seio*, §. *Seia libertis, ff. de leg.* 2. Socin. iun. *cons.* 110. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 3. Peregr. in his terminis *cons.* 52. *n.* 1. *lib.* 6. Rota *in rec. decis.* 192. *num.* 3. *part.* 8. Sed simpliciter vno, vel pluribus nominatis à Virginia, illi vel illis sine filiis legitimis, & naturalibus decedentibus, proximiores de familia substituit *Sum. dict. num.* 2. hoc vtique casu non exigitur copulatiua purificatio conditionis respectu vtriusque, sed ea purificata in vno, quoad eius portionem habet locum substitutio, † quia cum 4
respiciat diuersas personas, resoluitur in singularitates perinde ac si cuilibet ex nominatis facta fuisset, iuxta responsum Papiniani, *in dict. l. hæredes mei*, §. *cum ita, ff. ad Trebell.* ibique Ripa *dict. num.* 136. *vers. ex qua responsione*; admittens, quod cessante reciproca, etsi verba substitutionis directa sint ad grauatos, prout hîc, pluralitas necessario resoluitur in singularitates, in puncto: Peregr. *d. cons.* 52. *n.* 4. *lib.* 6. Card. Seraph. *dec.* 1190. *n.* 4. *&* 5.

Nec obstat ratio conseruandi agnationem resultans ex declaratione facta per Testatorem in codicillis, quod eius bona stabilia semper, & in perpetuum conseruentur in sua familia, † quia 5
de per se sola non sufficit ad inducendam reciprocam de linea ad lineam, sed intelligitur iuxta

gradus

gradus expressos discretiuè inter descendentes vniuscuiusque lineæ, vt scilicet portio cuiuslibet ex nominatis inter eius descendentes conseruetur: Menoch.*cons.*376.*num.*40.*vers. respondetur primo*: Card.Seraph.*decis.*1023.*num.*9.Rota *in Florentina, seu Bononien.de Barbadoris* 25. *Iunij* 1640.*coram bon.mem.Coccino*, §.*Hinc non obstat*; in qua firmatur, quod hoc faciliùs admittitur, quando, prout hic, non agitur de descendentibus, sed de transuersalibus Testatoris.

Nec dicatur, quod saltem Fortunius iunior subintret in locum Valerij patris, & sic considerari debeat tanquam existens in pari gradu cum Angelo, quia cum non versemur in fideicommisso ascendentis, nec transuersalis primi gradus, sed transuersalis gradus vlterioris, filius non subintrat in locum patris, nec nepos concurrit
7 cum patruo, † sed habet locum regula prior in gradu, potior in successione: Dec.*cons.*1.*num.*3. *& cons.*217.*num*,2. Curt.iun.*cons.*128.*num.*11. Crass.*de success.*§.*fideicommissum quæst.*11.*n.*5. Fachin.*contr.iur.lib.*4.*cap.*84. §.*fin. vers. sequitur*: Card. Mant.*de coniect.vlt. vol. lib.*8.*tit.*9. *num.*3.*in fin.& seq.*Peregr.*de fideic.dict.art.*21. *num.*8.Thesaur.*decis.*65.*n.*1.*vers.contrarium tamen est verius.*

Minúsque Fortunius viuens iure transmissionis successionem prætendere potest, quia cum pariter versemur in fideicommisso conditionali ad filios non transmittitur, quando pater, prout
8 hic, pendente conditione decessit, † non concurrentibus coniecturis contrariæ voluntatis Testatoris, quæ vrgentes esse debent, vt per text.*in l.vnic.*§.*sin autem, C.de caduc.toll.* probat gloss. communiter approbata, *in l.vn.ver.derelict.Cod. de his qui ant. ap.tab.* Bart. *in l. hæredes mei*, §. *cum ita num.*2.*ff.ad Trebell.*Peregr.*cons.*56.*n.*4. *lib.*5.*& de fideic. art.*31. *num.*6. Card.Seraph. *decis.* 1479. *num.* 5. cum aliis alleg. *in Rom. de Millinis* 15. *Ianuarij* 1644.§.*hinc est,& in Fauentina bonorum* 27. *Iunij* 1659. §. *nec obstat existentia, cum seqq.coram me.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CLIV.

R. P. D. Albergato.

Romana Census.

Lunæ 27.*Februarij* 1662.

SVMMARIVM.

1 *Census à duobus acquisitus vnicuique pro medietate debetur, & n.*7.
De sui natura est diuiduus, n.d.
*In extinctione requiritur actus retrosimilis, num.*11.
3 *Patriam potestatem ad firmandam probatio filiationis, & legitimitatis requiritur.*
4 *Filiusfamilias ex quibus habeatur pro patrefamilias, & n.*5.
6 *Testis reddens rationem ineptam non attenditur.*
8 *Sententia iniusta non transit in iudicatum.*
9 *Oblatio capitalis facta post bimestre à disdicta, non inducit extinctionem census.*
*Sine reali deposito non impedit cursum census, num.*10.
12 *Testes singulares concurrentibus, de quibus hic, non probant.*

DE bono iure Eleonoræ, & Petri-Francisci coniugum constare DD. censuerunt, quia illa est filia, & hæres Petri-Francisci de Mazzolis, qui simul cum Ioanne-Baptista, censum, de quo agitur † emerunt à bon. mem. Francisco 1
Maria Duce Ceræ; vnde ad illam pro medietate spectat, quia census ad fauorem duorum impositus, & ab iisdem emptus, cuique pro medietate acquiritur: *l.reos* 15.§.*cum in talibus, ff.de duobus reis*: Surd. *cons.*150. *num.*34. Costa *de ration.rat.quæst.*32. *num.*2. cùm de sui † natura 2
sit indiuiduus, ratione rei, & voluntatis: Rot. *coram S.M.Greg.decis.*157.*n.*16.*& in Romana census* 16.*Nouembris* 1639. *coram bon.mem.Pirouano*; prout eum refert Annot. *ad dec.* 454. *num.*56.*part.*4.*recent.tom.*2.vbi prius *num.* 54. ad propositum infert, quod census potest pluribus pro rata acquiri, quo casu tot videntur census, quot personæ.

Neque applicari visa est limitatio, quod regula non procedit quando pater, & filius simul emunt; tunc enim filius ex pecunia paterna, non sibi, sed patri acquirit, tum quia non probatur Petrum-Franciscum fuisse filium Ioannis-Baptistæ legitimum, & naturalem; prout ad effectum de quo agitur, necessarium esse, adeò vt probatio filiationis in genere non suffragetur,
† nisi probetur etiam qualitas legitimitatis ad 3
firmandam patriam potestatem necessariam: Socin.sen.*cons.*39.*in princ.lib.*1. Roland.à Val. *cons.*100.*num.*21.*& seq.lib.*2.Rot.*in Florent.seu Bonon.de Barbadoris* 25. *Iun.*1640. *coram bon. mem. Coccin.* §. *nec obstat quod descendentia, &* 28. *Iunij* 1641. *coram Reuerendissimo Carillo*, §.*penult.*

Tum quia etiam si cum dicta qualitate filiatio iustificaretur, adhuc idem dicendum esset, quia constat quod Petrus-Franciscus publicè negotiabatur, proprium peculium habebat, vidente, & sciente patre cum aliis, & cum ipso tanquam sui iuris contrahebat † *Summario* 4
*Eleonoræ num.*5.*vsque* 20. ex quibus haberi debet pro patrefamilias: Vrsell.ad Afflict. *dec.*308. *num.*18.Rot.*decis.*127.*sub num.*1.*ad med.par.*1. *recent. & in Romana Scietatis officij* 27. *Iunij* 1653. *coram me*, §. *ratio resolutionis*; & ex iisdem actibus publicè, & palam gestis negotiandi, & contrahendi tanquam paterfamilias, proprias res administrandi, & pecunias implicandi in societatibus officiorum, legitimè præsumptio deducitur † quod propria industria pecuniam in 5
emptione census erogatam acquisiuerit: Crauet. *consil.*65. *sub num.* 8.*in fine*: Surd. *consil.* 105. *num.*7. *& decis.*339.*sub num.*19. & recedendo à decisis *bon.mem.Coccin.*firmatum fuit *in Romana Saluiani* 10. *Maij* 1658. *coram R. P. D. meo Priolo*,§.*probationes.*

Qua ratione non releuat, quod census dicatur acquisitus ex pecunia Ioannis Baptistæ, & stipulanti appositum nomen Petri Francisci ad effectum exigendi fructus eiusdem census, eo quod Ioannes Baptista scribere nesciebat, vt deponit testis *in Summario dict. Ducissæ num.* 1. quia ex eius depositione non probatur totum pretium fuisse Ioanni Baptistæ solutum: Cum imò, vt dictum est, Petrus Franciscus plures societates officiorum, & census anno 1640.& sequentibus, ad sui fauorem acquisiuisset, & ratio

6 à dicto teste deducta pro simulata, † insertione hominis alterius ad effectum faciendi quietantias de fructibus visa, est DD. inepta, & non attendenda: Decian. *consil.* 117. *num.* 19. *&* 54. *vers. sed in casu nostro:* Rot. *decis.* 720. *num.* 29. *coram Pen. & decis.* 347. *num.* 13. *part.* 9. *recent.* Et in omnem euentum, quatenus etiam probaretur pecuniam fuisse Ioannis Baptistæ, adhuc census non fuisset illi acquisitus, nisi pro medie-
7 tate, † & alia medietas spectaret Petro Francisco, cuius nomine emptus fuit, licet ipse debitor pecuniæ remaneret: *l. qui aliena pecunia* 8. *C. si quis alter, vel sibi:* Menoch. *consil.* 213. *n.* 23. plenè Hodier n. ad Surd. *decis.* 15. *num.* 29. *& sequentib.* Rota in terminis *decis.* 165. *num.* 9. *& decis.* 166. *sub num.* 10. *&* 15. post Cenc. *de cens.* & bene distinguendo *in Cathacen. hereditatis* 28. *Aprilis* 1653. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, sub* §. *quia cum ista, & in Amesina successionis* 26. *April.* 1646. *coram R. P. D. meo Beuilaqua, sub* §. *neque respectu.*

Neque suffragari denique potest sententia A. C. declarans integrum censum spectare ad Ioannem-Baptistam, vel extinctio, quæ ex oblatione facta à dicto Duce resultare prætenditur, quia sententia vltra quod per appellationem suspensa
8 fuit, cum ex præmissis ostendatur iniusta, † non potuit in iudicatum transire: Mandel. *cons.* 776. *sub num.* 20. Rota *in Anconitana dotis* 15. *Nouembris* 1647. *coram bon. mem. Arguell. in princ.* extinctio verò non subsistit, non solùm quia oblatio sortis facta fuit à debitore post bimestre
9 † à die disdictæ, & sic nullo modo extinctionem inducere potuit: Rota *decis.* 392. *num.* 2. *part.* 4. *recent.* & admissum fuit *in Anconitana census* 15. *Martij* 1660. *coram R. P. D. Taya,* §. *& quamuis*; verum etiam, quia conuentio extinguendi emanauit cum Ioanne Baptista, seu Iacobo illius hærede; & sic quoad aliam ratam non infert præiudicium hæredibus Petri Francisci, præcipuè, quia non præcessit actuale de-
10 positum, † & sic semper fructus currunt verbali oblatione sortis, non obstante Honded. *consil.* 36. *num.* 20. *lib.* 2. Rol. à Vall. *consil.* 63. *n.* 3. *lib.* 1. Spad. *cons.* 156. *num.* 9. *lib.* 3. Cenc. *de cens. quæst.* 111. *num.* 23. & Rot. post ipsum *dec.* 795. *num.* 1. si dicatur, quod Dux erat paratus restituere etiam aliam medietatem sortis census, sed non potuisse id effectuare ob litem tunc inter hæredes Petri Francisci, & Ioannis Baptistæ ver-
11 tentem, quia lis non impediebat depositum † ex quo resultat actus retro similis in extinctione census requisiti: Cenc. *de cens. dict. quæst.* 111. *num.* 53. & post ipsum Rota *decis.* 277. *num.* 10. *coram Duran. decis.* 449. *num.* 9. & post Merlin. *de pignor. decis.* 41. *n.* 14.

Ex quibus sublatæ remanent depositiones testium de confessione extraiudiciali Petri Francisci, quod nihil proprij haberet, quia sunt sin-
12 gulares, † deponunt de auditu, non coarctant negatiuam quod non posset habere alia bona, quin ipsi scirent, contrariantur publicis instrumentis acquisitionum, & confessionibus ipsius Ioannis Baptistæ, & proinde nihil probare visi sunt, & per rationes concludunt Couar. *resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. *versic. cæterum:* Rota *coram Buratt. decis.* 864. *num.* 1. *decis.* 573. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Tullen. *matrim.* 9. *Februarij* 1654. *coram me, sub* §. *non obstat, & in Anconitana pecuniaria* 9. *Iunij* 1655. *coram D. Zarate,* §. *eiusdem dicta.*

Resolutum ideo fuit ex præmissis constare de bono iure, partibus hinc inde informantibus.

DECIS. CLV.

R. P. D. PRIOLO.

Pisauren. Pecuniaria.

Veneris 29. Aprilis 1661.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta præsumitur in vim præcedentis obligationis.*
Facta præsumitur in extinctionem summæ coæqualis, n. 2.
Cedit potius in causam debiti proprij, quàm alieni, n. 3.
Cedit in grauiorem causam, n. 4.
Cedit in causam debiti iam maturati, n. 5.
Cedit potius in causam debiti necessarij, quam voluntarij, n. 7.
In quam causam cesserit coniecturis probatur, n. 10.
6 *Verba*, per la valuta, *non important numerationem.*
8 *Declaratio facta mediantibus litteris*, auisi, *censetur inesse actui declarato.*
9 *Antidata suspicio tollitur ex coniecturis.*
11 *Solutiones factæ in extinctionem vnius debiti non possunt declarari in aliud, & num.* 12.

IN solidatione computorum inter Alexandrum Muscam, & Rodulphum Tullium inita Rodulphus remansit debitor Alexandri scut. 4000. quæ sub fideiussione insolidum Antonij, & fratrum soluere promisit ad omne eius beneplacitum, quod debitum deinde Vincentius filius Antonij, & respectiuè nepos Rodulphi in se accolauit, séque obligauit extinguere, paulò post idem Vincentius vigore litterarum Cambij Rodulphi soluit Venetus summam ducat. 4612. & aliorum 936. occasione alterius tractæ Plattis mercatoribus, nomine hæredum Pompeij Muschæ, quorum vnus est idem Alexander, qui cum prætenderet, quod solutiones cesserint in aliam causam, non autem in extinctionem debiti accollati, iudicium contra Vincentium pro consequutione dicti crediti coram A. C. introduxit, & succubuit; vnde causa mihi commissa dubitaui, an, & ad quid Vincentius teneretur vigore dicti instrumenti accollationis, & ad nihil teneri fuit resolutum.

Solutio † enim semper facta præsumitur in 1
vim præcedentis obligationis: Bart. *in l. solutionem,* §. *non vero sub num.* 4. *ff. de offic. Proconf.* Aym. *cons.* 150. *num.* 13. Cephal. *cons.* 150. *n.* 15. *& seq.* Rot. *decis.* 456. *n.* 10. *part.* 4. *recent.* præsertim, quia ex solutionibus quæ dantur *in Summ. num.* 7. *&* 8. conflatur eadem summa scut. 4000. ex qua fortius intrat præsumptio solutionis, † in 2
extinctionem debiti controuersi: Aym. *cons.* 149. *n.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 139. *num.* 18. Seraph. *decis.* 600. *num.* 4. *& decis.* 643. *num.* 5. *inter decis.* 176 *num.* 17. *part.* 2. *in recent. decis.* 31. *n.* 3. *part.* 1. *decis.* 507. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* & post Zacch. *de oblig. Cam. decis.* 152. *num.* 5.

Nam

Nam illa debet potius cedere in causam de-
3 biti proprij, † quam alieni: Cephal.*consil.*198. *num.*12.*lib.*2.Rota *coram san.mem. Gregor. decis.* 62. *num.* 5.*seq.* & *in Cesenaten. census* 18. *Martij* 1658. *coram R. P. D. meo Celso*; & in causam pro qua quis reperitur obligatus per in-
4 strumentum † publicum, vt in casum grauiorem, & duriorem, *l. in his, & l.cum ex pluribus, ff.de solut.* Alex.*cons.*2.*num.*21.*in fin.lib.*4. Rota *decis.*507. *num.*7. *coram Merlino in recent. decis.*452.*num.*18.*seqq.part.*4.& *in Romana pecuniaria* 18.*Iunij* 1646.*coram Eminentiss.D.Card. Corrado.*

Nec ex eo quod solutiones, quæ debebant fieri Alexandro, fuerint factæ hæredibus Pompei, dici potest, quod cesserint in executionem alterius debiti, quod habebat Rodulphus cum eisdem hæredibus: Præmisso enim, quod cum idem Alexander sit hæres Pompei, perinde est, ac si in solutionibus esset expressum nomen illius cum de tempore earumdem solutionum de mense scilicet Septembris, & Octobris 1650. non venisset dies solutionis alterius debiti, quod erat soluend. dumtaxat de mense Ianuarij 1651. vt *ex Sum.eiusdem Alexandri num.*7. merito illæ referendæ sunt ad debitum pro quo Vincen-
5 tius cogi poterat, † non autem ad aliud cuius dies nondum cesserat, *dict.l.cum ex pluribus*, §. *vltimo*, vbi Bart.& alij, *ff.de solut.* Menoch. *de præsumpt.lib.*3. *præsumpt.*36. *num.*13. Gratian. *discept.cap.*234.*num.*26. Rota *coram san. mem. Greg. decis.*521.*num.*7. & 8.& apud Merlin.*d. decis.*507.*n.*1.

6 Et licet in litteris Cambij exprimatur † *per la valuta*, non tamen inde sequitur, quod Rodulphus, qui litteras scripsit habuerit valorem Cambiorum, & consequenter solutiones referri nequeant ad extinctionem debiti huiusmodi: nam vltra quod verbum illud, *per la valuta*, non infert per necesse veram, & realem numerationem pecuniæ, sed vt plurimum imaginariam, & præsumptam, vt aduertit Couar. *de Camb.part.*2.*quæst.*18.*num.*33.cessat obiectum, tum ex verbis immediatè sequentibus, ibi: *Per la valuta posta in debito a gl' heredi di Pompeo Mosca*, tum ex litteris, vt dicitur *di auuiso* ab eodem Rodulpho transmissis, & directis, ipsi Vincentio, ibi: *A conto dell'Estinsione dell'instrumento delli scudi* 4000. *che mi sete obligato à fauore delli Signori Mosca, Sum.num.*5. quod eodem modo reperitur adnotatum in libris eiusdem Rodulphi, *Sum. num.* 4. ex quibus fit euidens pecuniam valoris cambiorum non interuenisse, & solutiones fuisse factas in extinctionem istius debiti, pro quo Vincentius tenebatur; & poterat ad illud compelli, sicuti etiam fecisse semper præsumitur solutionem potius in causam
7 debiti necessarij, † quam voluntarij: Aym.*consil.*106.*n.*8. Menoch. *consil.*265.*n.*33. & dixit Rot.*dec.*74.*n.*2.*part.*9.*rec.*

Nec releuat, quod debitor in actu solutionis dumtaxat vti possit priuilegio electionis, quia cum Rodulphus in litteris Cambij reseruauerit sibi facultatem admonendi Vincentium, in quem causam deberet solutum referre ibi, *ponete*
8 *come s'auuisa*; declaratio † facta mediantibus litteris *auisi* censetur inesse ipsi actui declarato: Riminald.iun.*consil.*249.*n.*51.Surd.*dec.*29. *n.*4. Rot.*dec.*409.*n.*2.*part.*9.*rec.* Magon. *decis. Florent.*50.*n.*44.*seqq.*

Hinc irreleuans etiam visum fuit obiectum, quo tam litteræ auisi, quam partitæ librorum Rodulphi fieri potuerint post illius decoctionem, siquidem attenta reseruatione facultatis eligendi causam solutionis præsumitur ex tunc Rodulphum monuisse Vincentium, eandémque adnotasse in suis libris mercantiliter tentis, & satis est verisimile, quod idem Vincentius non soluisset absque eo quod haberet epistolas, & solutio esset voluntaria, † & non conformis 9
suæ obligationi; concurrentibus autem adminiculis, & coniecturis tollitur suspicio antidatæ, ex not. per Tiraq.*de retract. conuent.* §. 1. *gloss.* 7. *num.*159.Decian.*cons.*11.*num.*117. *lib.*1. Rota *coram Seraph. decis.* 879. *num.* 2. & 3. & *decis.*1221.*num.*5.*inter diuers. decis.*100. *num.*2. *par.*4.Burat.*dec.*905.*n.*5.& 6.ibique Add. *n.*9.

Imò ex Epistolis eiusdem Alexandri directis Rodulpho, & Vincentio in responsionem aliarum suadetur veritas facti, quoniam ex epistola quæ datur *in Sum. num.* 9. apparet, quod Vincentius nolebat quicquam soluere ex reddittu Amsteredami ducatorum 936. ex complemento scut. 4. mil. nisi Alexander cancellaret instrumentum accollationis, quod ipse in alia epistola data *in Sum. num.*7. fatetur: *Esser giusto di far detta cassatione quando resti saldato de suoi haueri*, exhortans vlterius eundem Vincentium, vt quiete viuat: nam solutiones fuerunt factæ mediantibus litteris Cambij, quæ celari non possunt, & in altera sub data 23. Iulij,1651.vt *in Sum.n.*10.expresè pollicetur se in futura hebdomada transmissurum instrumentum cassationis; certum est enim, † quod coniecturis bene pro- 10
bari potest in quam causam fuerit facta solutio, vt firmauit Rot. *decis.*292.*num.*3.*part.*2.*recent. in Romana Cambiorum* 21.*Aprilis* 1586. *coram Bubalo in Anconitana pecuniaria* 27.*Iun.* 1590. *coram Card. Hieronymo Pamphilio*, & *in Romana pecuniaria* 19. *Iunij* 1646. *coram Eminentiss.D.Card.Corrado.*

Vnde non potest Alexander † solutiones, 11
quas in vnam causam recepit in aliam referre, *leg.*1. & *l.creditor*, §. *cum de sorte*, *ff. de solut.* Grat.*cons.*54.*num.*58.*in fin.lib.*1.Aym.*dict.consil.*106.*num.*21.& *seqq.* Rota *decis.*366.*num.*4. *coram san.mem.Gregor. apud Caual. decis.*165. *num.*2.& 3.*coram Merlin.decis.*741. *n.*7. & *in Romana census* 13.*Iunij* 1640.*coram bon. mem. Peutingero.*

Prætensio, quod cancellatio instrumenti sit referibilis ad instrumentum retrouenditionis prædij *della Candelara*,nullatenus subsistit: nam vltra responsiones datas ab informantibus instrumentum retrouenditionis apparet celebratum die 6. Iunij 1651. *Sum. num.* 14. Epistola vero continens cancellationem instrumenti fuit directa sub die 23. eiusdem mensis, & sic post sequutam retrouenditionem d.prædij.

Demum non obstat, quod Rodulphus posteà declarauerit Vincentium nihil soluisse in causam debiti ab ipso accollati ad fauorem Alexandri, dum enim tam ex litteris auisi, & partitis librorum Rodulphi, quam ex Epistolis Alexandri, alijsque præsumptionibus, & coniecturis præmissis conuincitur, † quod solutiones fue- 12
runt factæ in illius extinctionem Rodulphus sine consensu Vincentij aliter declarare non potuit, iuxta text. *in dict.l.Creditor*, §. *cum de sorte, ff. de solut.* Rota *decis.* 113. *num.*8. *part.* 1. *diuers.* & *coram Merlin*, *decis.* 741. *num.* 7. & 8.cum aliis proximè relatis.

Et ita resolutum fuit impleuisse Vincentium obligationem suam, ideóque ad aliquid non teneri vtraque parte informante.

DECISIO CLVI.

R. P. D. Bevilaqva.

Romana Palatij.

Merc. 15. Iunij 1661.

SVMMARIVM.

1 *Locationis perpetuæ contractus etiam rei Ecclesiæ transit ad extraneos.*
2 *Contractus in dubio censualis potius præsumitur, quam emphyteuticus.*
Talis præsumitur, qualem partes nominarunt, n. 3.
4 *Locationis in contractu pensio fructibus correspondet.*
5 *Dominium directum residet apud Dominum, & vtile transit in emphyteutam.*
6 *Beneplaciti defectus post centum annos non suffragatur.*

IN contumaciam Capituli S. Marci pluries intimati, DD. censuerunt confirmandas esse Sententias Rotales, in quibus fuit declaratum concessionem controuersæ Domus, de anno 1630. à dicto Capitulo factam Dianæ de Astallis, & ab hac de eiúsque Capituli consensu, de anno 1639. venditam Antonio Francipano esse
1 contractum locationis, † nec fuisse locum deuolutioni attenta illarum validitate ex actis resultante, & iustitia, ex eo quia constito, quod contractus sit locatitius, non autem emphyteuticus per obitum Marij non euenit casus deuolutioni ex hoc capite per Capitulum intentatæ, sed adhuc illa durat in moderno March. Francisco ex natura ipsius contractus perpetui, & ad quoscumque hæredes etiam extraneos transitorij: Aret. *consil.* 55. *num.* 3. Alex. *consil.* 112. *n.* 2. *lib.* 1. Ruin. *consil.* 161. *num.* 2. *& seq. lib.* 1. Roland. *consil.* 96. *num.* 23. *lib.* 1. Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 76. *num.* 34. Buratt. *decis.* 334. *num.* 4.

Quod autem versemur in contractu perpetuæ locationis vltra iuris præsumptiones, secundum quam contractus in dubio potiùs censua-
2 rius, † quàm emphyteuticus censetur: Alberic. de Rosat. *in l.* 2. *num.* 13. *C. de iur. emphyt.* Rota *coram bon. mem. Merlino decis.* 645. *num.* 1. colligitur potissimum ex verbis vltimi instrumenti stipulati ad fauorem Antonij, & aliorum de Francipanis, pro se, & eorum hæredibus, & successoribus in perpetuum, sub hoc explicito nomine locationis: Certum enim est, quod ad
3 dignoscendam naturam contractus,† an sit censualis, vel emphyteuticus recurritur signanter ad proprietatem verborum, & ad denominationem à partibus factam: *l. qui fundum* 40. §. *qui fund. ff. de contrahen. empt.* Bart. *in l. Cot. ferr.* 11. §. *qui maximos, ff. de public. & vectigal.* Aret. *dict. consil.* 55. Dec. *consil.* 305. *num.*.... Socin. sen. *consil.* 167. *num.* 6. *lib.* 2. Natt. *consil.* 49. *n.* 13. Clar. *in* §. *emphyt. quæst.* 1. *num.* 3. *in fine, vers. bene verum:* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 105. *in princ.* Rot. *dec.* 545. *n.* 7. *coram bo. mem. Merlin.*

Similiter deprehenditur ex conuentione inita, quod pro huiusmodi locatione Antonius, & successores tenerentur soluere Capitulo, & Canonicis duc. 55. pro annuo censu, illarúmque medietatem sexto quoque mense: Cúmque hæc summa adæquaret pensiones Domus de tempore concessionis, euidens exindè insurgit argumentum contrahentes sensisse de contractu locationis, in quo regulariter solutio † correspondet 4
fructibus rei locatæ, vbi in emphyteutico quid minimum soluitur in recognitionem dominij directi. Bart. *in l.* 1. *num.* 4. Bald. *in secunda lectura, num.* 27. *vers. quæro, Cod. de iur. emphyt.* idem Bald. *in c. litteræ, vers. modo ego extra de dilat.* Crauet. *consil.* 663. *num.* 12. Bursatt. *consil.* 255. *num.* 1. Bero. *consil.* 84. *num.* 15. *lib.* 1. Marescot. *var. resol. dict. cap.* 76. *num.* 1. Cyriac. *contr.* 440. *num.* 1. Rot. *decis.* 221. *num.* 9. *part.* 4. *diuers. & in dict. decis.* 434. Buratt. *num.* 1. *& bon. mem. Merlin. dec.* 545. *num.* 2. *& in Vercellen. seu Casalen. bonorum* 10. *Maij* 1658. *coram me*, §. *prætereà existimarunt Domini.*

Concurrunt vlterius amplissima iurium cessio à Canonicis ad fauorem conductorum facta, promissio euictionis, & defensionis à quacumque persona illos molestare, & in possessione turbare prætendente, facultas eisdem tributa francandi domum prævia assignatione annui redditus duc. 50. Ipsáque denique solutio in annuo censu † conuenta, & per longissimum tempus à 5
Canonicis exacta; quæ omnia locationi conueniunt, & excludunt emphyteusim, in qua modica solutio sub nomine canonis accipitur, vtiléque dominium transfertur in emphyteutam; Ius verò directum rei in emphyteusim traditæ penès Dominum remanet: *l.* 1. §. *qui in perpetuum, ff. si quis ager vectigal.* Imol. *in cap. ad audientiam* 9. *num.* 4. *de reb. Eccl. non alien.* Dec. *consil.* 164. *num.* 2. *versic. cum ergo:* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 3. *num.* 9. aliíque cumulati *in præcitatis decisionibus* 145. *num.* 5. *cum tribus sequentib. coram bon. mem. Merlino, & in Vercellen. & Casalen. bonorum coram me, sub* §. *Prætereà.*

Non officit obiecta nullitas beneplaciti Apostolici requisiti in alienatione bonorum Ecclesiæ, † tam ex dispositione Extrauagantis Ambi- 6
bitiosæ, *de reb. Eccles. non alien.* quam constitutionis Vrbanæ de anno 1641. editæ super præiudicialibus Ecclesiæ, non obstante lapsu temporis: Tollitur enim, tum ex attestatione Onuphrij Panuini Historici, *in libro per ipsum edito, de gente, & familia*, de eo mentionem facientis; tum ex effectuatione, & centenaria obseruantia, quæ facit præsumere illius interuentum, etiam in terminis Bullæ Vrbanæ, tam longum tempus excipientis.

Ex quibus, aliisque latè discursis, *in Decisionibus Reuerendiss. P. D. mei Albergati Iudicis parte instante, sub diebus* 18. *Iunij* 1657. *&* 7. *Iunij* 1658. *& in alia* 21. *mensis*.... 1660. *coram Reuer. P. D. meo Celso*; fuit pro confirmatione sententiarum resolutum Marchione Francis. tantum informante, &c.

* * *

DECISIO CLVII.

R. D. CERRO DECANO.

Mantuana Bonorum.

Veneris 10. Martij 1662

SVMMARIVM.

1 *Deuolutioni non est locus durante linea inuestitorum.*
2 *Subfeudum deuoluit ad proximum, non autem ad mediatum.*
3 *Dominus directus non potest praeiudicare primò inuestitis.*
4 *Protestatio non praeiudicandi iuribus tertiis, omnia illius iura praeseruat.*
5 *Renunciatio fauore vnius facta, alteri non prodest: personalis quando dicatur, n.6.*
7 *Feudi membrum deuoluens consolidatur corpori.*
8 *Clausula* & non alias, nec alio modo *conditionem suspensiuam importat.*
9 *Feudum acquirens sine Domini assensu possessionem non ingreditur Alteratum in aliquibus, in reliquis propriam feudi naturam retinet, n.12.*
10 *Tertius nullitatem quando allegare possit.*
11 *Iura passiua retinens, actiua quoque censetur retinere.*

POstquam Reuerendissim. Dominus Episcopus Mantuæ Dominus directus duas obtinuerat fauorabiles resolutiones contra Comitissam Castrobaream super deuolutione bonorum de quibus agitur in loco, *dell. Angelo* bubulcarum 230. ob mortem Comitis Vincentij Caffini vltimi subinfeudati sine descendentibus, Serenissimus Dominus Dux Mantuæ causam habens à primo inuestito totius curiæ Podij, sub qua bona controuersa continentur ad hanc causam admissus præuia speciali comm. ac disputato dubio, cui præfata deuolutio suffragaretur, sub die 28. Ianuarij 1658. Episcopo deuolutionem suffragari dictum fuit, sed reproposita causa & articulo per tres vices discusso, tandem hodie Domini existimarunt recedendum esse à decisis.

Præmisso enim prout Partes non controuertunt, quòd præfata bona vt dictum est comprehenduntur in instrumento primæ concessionis totius Curiæ Podij factæ anno 1332. per Iacobum Episcopum Mantuæ ad fauorem Aloysij de Gonzaga pro se ac filiis, & liberis suis masculis, & fœminis in infinitum quodque inuestitura adhuc durat in persona moderni Ducis, sequitur Ecclesiam Dominum directam non
1 posse petere deuolutionem † quia ei non est locus, durante linea inuestitorum, *cap. 1. de nat. success. feud.* Gabr. *consil. 88. num. 6. lib. 1.* Peregr. *consil. 11. num. 4. in fin. lib. 5.* Cyriac. *contr. for. 113. num. 3.*

Et quamuis Maximilianus eius Author dicta bona subinfeudauerit, eaque à iure feudali successiuè liberauerit ad fauorem Hieronymi Piperarij, eiusque hæredum nihilominus exinde non impeditur primus inuestitus quin possit obtinere deuolutionem per deficientiam subfeudatarij; quia iuxta veriorem sententiam subfeudum eidem applicatur † non autem Domino directo, vt 2
præter adductos in præterita tradit Alex. *in l. si finita, §. si de vectigalibus. n. 38. ff. de damn. infect.* Natt. *consil. 119. num. 1.* Bursat. *consil. 91. num. 2. vers. Attamen, vbi ex comm. lib. 1.* Menoch. *consil. 338. per tot.* Bardell. *consil. 42. numer. 14.* Afflict. *decis. 282. num. 12.* & Rot. *decis. 390. num. 2. part. 1. recent.*

Nec vrget prima responsio præteritæ decisionis; quod videlicet Com. Caffinus per cuius obitum bona deuoluuntur, non à primo inuestito, sed ab Ecclesia feudum obtinuerat; quia concessiones ac renouationes per Episcopum factæ tam ad fauorem successorum Piperarij, quam etiam quorumcunque aliorum & successiue ad fauorem Com. Caffini non immutarunt statum primæ concessionis, nec vllo modo præiudicarunt Dominis de Gonzaga comprehensis in prima inuestitura, cum Dominus directus de 3
† iure non possit neque per renouationem, neque per nouam concessionem præiudicare primo inuestitis, vt probant Dec. *consil. 468. num. 26.* Cephal. *consil. 23. num. 46.* Gozad. *consil. 53. num. 18.* Peregrin. *consil. 38. num. 4. lib. 1.* Gratian. *discept. for. cap. 372. num. 2.* Cald. *de renouat. Emphyt. lib. 1. quæst. 3. num. 7.* Surd. *decis. 189. num. 14.* & Rota *decis. 176. num. 38. part. 5. recent.*

Eo facilius in casu nostro, quo renouationes factæ fuerunt sub expressa protestatione non 4
præiudicandi iuribus tertij, † & signanter iuribus Domini Curiæ Podij prout *Sum. Ducis, n. 2.* quæ quidem protestatio omnia iura sibiipsi competentia præseruat ex allegatis per Rot. *dec. 499. n. 14. & seqq. part. 5. recent.*

Liberatio autem, seu potius renunciatio feudi per eundem Maximilianum peracta in qua præcedens decisio constituit secundum fundamentum, nec pariter potest Ecclesiæ suffragari, cum non legatur ad ipsius fauorem concepta, sed dumtaxat respiciat personam Hieronymi Piperarij, eiúsque hæredum, quibus propterea, & habentibus causam ab eis prodesse tantummodo poterit, non autem Ecclesiæ Dominæ directæ, 5
ad quam renunciantis † non interest, quod porrigatur ex ratione adducta per Bart. *in l. qui Romæ 122. §. duo fratres, num. 24. vers. ad secundum, ff. de verb. obligat.* Est enim in hac materia recepta distinctio, quòd renunciatio feudi facta per Vassallum tunc solum impedit deuolutionem ad renunciantem, quando est facta in manibus Domini per viam refutationis, vel quando renunciatio est realis, & indefinita ad fauorem cuiuscumque personæ, non autem quando prout hic fuit restricta ad fauorem alicuius, & eius hære- 6
dum, quia tunc dicitur personalis, † & deficientibus hæredibus feudum non reuertitur ad Dominum directum, sed ad renunciantem, vel ad eius descendentes; ad text. *in cap. 1. de eo qui, &c.* & optimè distinguunt Corn. *consil. 24. num. 16. vol. 2.* Honded. *cons. 36. num. 20. & seqq. lib. 1.* Rosental. *de feud. diuis. cap. 2. conclus. 21. per tot.* Scrader. *de feud. part. 8. cap. 5. à num. 27. vers. hac conclusio:* Rota coram Patriarcha Manzaned. *in recent. decis. 126. per totum. part. 5.*

Verum ex alia quoque ratione Domini existimarunt huiusmodi liberationem non obstare; quia nempe Maximilianus non abdicauit à se totum feudum Curiæ Podij consistens in Bubulcis

leis 1334. sed tantummodo liberauit portionem bubulcarum 230. residuo penes se retento, ideoque eueniente casu deuolutionis illa minor pars liberata non reuertitur ad Dominum directum, sed ad Dominum immediatum penes quem reliquiæ feudi principalis, seu ipsum feudum principale remansit, ita vt membrum suo corpori
7 reconsolidetur, † vt explicant Socin. iun. *consil.* 134.*num.*9. *vers. quod etiam, lib.*3. Menoch. *consil.* 338. *num.* 18. Rosantal. *de feud. cap.* 11. *conclus.* 18. *sub num.* 1. *versic. licet hoc Marianus, & in addit. ibid. littera C,* & aliis allegatis dixit Rota *decis.*664.*n.*14.*p.*2.*recent.*

His accedit, quod liberatio prædicta non fuit pure facta ad fauorem Piperarij, sed sub conditione, ibi: *Accedente prius consensu Domini directi:* Quapropter dum Episcopus non solum non consensit, sed illam declarauit nullam, & inualidam, Maximilianus per dictam liberationem non cecidit à iure suo, maximè attenta clausula ibidem adiecta: & *non aliter, nec alio modo,*
8 † quæ conditionem suspensiuam importat: Bald. *in Auth. in gr. numer.*12. *Cod. de sacros. Eccles.* Menoch. *cons.*38.*num.*17.*& seqq.* Grat. *discept. forens. cap.*949.*à num.*4. & Rot. coram Caputaquen. *decis.*82.*n.*3.*&* 4. *p.*3.

Parum obstante, quòd dictæ reseruationi fuerit adiecta alia clausula *quatenus opus sit:* Quia consensus Domini directi semper requiritur, vbi feudatarius feudum liberando eius possessionem, transfert in alium subfeudata-
9 rium, qui non potest irrequisito Domino † nouam possessionem apprehendere: Ludouic. Bellus *cons.*1.*num.*6. Galeot. *controuers. lib.*1.*cap.*7. *num.*68. Et ideo non aliter censetur liberatum feudum, nisi quatenus Dominus velit, & consentiat; ipso autem dissentiente liberatio remanet nulla, vt ex iuribus *suprà* relatis, quæ nulli-
10 tas, † cum fuerit detecta per declarationem Episcopi Boldrini, nedum per Ecclesiam, sed etiam per quoscumque tertios potest opponi: Felin. *in cap. lat. de re iud.* Rot. *decis.*175.*num.*12.*p.*1. *diuers.*

Quibus accedit quod Episcopi pro tempore semper receperunt à Dominis de Gonzaga solitam præstationem ducatorum 15. quæ debebatur pro toto feudo Curiæ Podij: ex hac enim receptione videntur quodammodo illos in feudatarios approbasse etiam respectu bonorum subfeudatorum, cumque integrè penes illos retinue-
11 rit iura passiua, † dicendum quoque est retinuisse actiua ad effectum petendi deuolutionem, vt comprobat Surd. *consil.* 210. *num.* 48. *& sequentib.*

Denique non obstat, quod bona controuersa ex consuetudine Mantuæ sint redacta adinstar allodialium; quia id procedit quoad validitatem alienationis, & vt possint ad quoscunque transire, non autem ex hoc potest inferri
12 quod amiserint † propriam naturam feudi, quam semper retinere, firmat idem Rosental. *cap.* 9. *membr.*1.*conclus.*39.*num.*3. & probat Modern. *Auenionen. Sanlegen. quæst. ciuil. part.*1.*cap.*39. *n.*9.*& seqq.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

DECISIO CLVIII.

R. D. CERRO DECANO.

Romana Casalis S. Agathæ.

Veneris 26. Iunij 1662.

SVMMARIVM.

1 *Immissio datur fideicommissario in bonis per fideicommittentem de tempore obitus possessis.*
2 *Emptio pro persona nominanda, secutâ nominatione, cedit commodo nominati, & num.* 3.
4 *Fideicommissi à vinculo res remanet libera ex retroemptione per venditorem facta.*
5 *Contractui perfecto onera nequeunt iniungi.*

POstquam Rota resoluit instrumentum nominationis confectum anno 1567. per Episcopum Triuentinum non esse legale, nec vllam fidem mereri pro exclusione Eq. Antonij Grissoni, ac Ioannis Matthei ab immissione in possessionem Casalis S. Agathæ, hodie nuncupati la Cœsarina, per eos prætensa, vigore asserti fideicommissi particularis in eodem instrumento contenti, vt constat ex decisionibus emanatis tam coram R. P. D. Priolo, quam coram me; Actores prætendebant posse ius suum experiri, super eodem Casale, in vim Testamenti conditi 2. Februarij 1565. vbi adest fideicommissum vniuersale. Ideò ad eorum instantiam dubitaui, An eisdem sit danda Immissio in vim Testamenti præmemorati Episcopi Triuentini, & negatiuè etiam in hoc articulo responsum fuit.

Non enim probatur Casale controuersum fuisse in bonis fideicommittentis, de tempore eius obitus, † prout requiritur, vt validè possint 1
fideicommissarij petitam Immissionem obtinere, vt disponit text. *in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* ibi. *in possessionem earum rerum, quæ Testatoris mortis tempore fuerunt.*

Nam licet Episcopus emerit hoc Casale à Duce Ioanne Giorgio Cæsarino; ex hoc potius excluditur eius possessio, dum constat emptionem fuisse factam non pro se, sed pro Persona, vel Personis infra mensem nominandis, & dd. nominatorum, vel nominandorum hæredibus, & successoribus, quibuscunque. Quare cum postmodùm nominauerit † pro tertia parte An- 2
tonium Germanum fratrem, & pro reliquis duabus partibus filium q. Darij, & filium q. Pierotij, & eius nepotes, sequuta hac nominatione, Dominium Casalis fuit translatum in ipsos nominatos, perindè ac si contractus emptionis cum ipsismet ab initio celebratus fuisset: Anchar. *consil.*127.*num.*1. *circa med.* Mant. *de tacit. lib.*4. *tit.*22. *num.*9. cum aliis allegatis *in Rauennaten. Census* 27. *Iunij* 1639. *coram bon. mem. Dunozetto*, post Zacch. *de oblig. Camer. decis.*219. *num.*3. *& seqq. & in Narnien. bonorum* 28. *Martij* 1659. §. *respectu siquidem, coram Reuerendissimo Papien.*

Ita enim eius nominantis facta nominatione resoluitur, ac si possessio, & dominium † pœnes 3
ipsum nunquàm extitissent, ex cumulatis per Cen. *de censib. quæst.*67.*num.*24. *in fine*, & per Adden. ad Gregor. *decis.*157.*num.*24.

Eóque

Eoque facilius, quia Casale fuit ipsimet Duci venditori retrouenditum, vigore pacti de redimendo ad eius fauorem in instrumento adiecti, per quam retrouenditionem sequutam ex necessi-
4 tate † contractus Preambuli Casale remansit liberum à vinculo fideicommissi, & ab omni alio onere, si quod fuit medio tempore per emptorem ininnctum, perindè ac si nunquam alienatum fuisset iuxta doctrinam Caguol. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. num.* 174. & dixit Rota *coram Cardinali Seraphin. decis.* 819. *num.* 3. *& seq. in recent. decis.* 51. *num.* 5. *part.* 3. *& decis.* 86. *num.* 4. *& seq. part.* 5.

Non obstat, quod Episcopus in instrumento nominationis iniunxerit D. Duci onus deponendi pretium ad effectum illud inuestiendi pro fideicommisso, & ideò non suffragari retrouenditionem, cum in eo non fuerit seruata forma præscripta à Testatore.

Quia cum in instrumento venditionis stipulato inter Episcopum, & Ducem huiusmodi pactum non legatur, sed potius Episcopus consenserit, vt Dux intra vndecim annos posset liberè
5 redimere; non potuit deinde † post perfectum contractum aliquod onus in eius præiudicium apponere, per text. *in l. de contractu, Cod. de rescind. vend.* Dec. *consil.* 543. *num.* 7. cum aliis allegatis *in decis. huius causæ* 27. *Februarij* 1660. *§. quibus additur in fin. coram me.*

Neque dicatur Ducem habuisse notitiam de fideicommisso, & de onere sibi per fideicommittentem iniuncto, dum habuit scientiam instrumenti nominationis, vbi hæc omnia continebantur.

Quia instrumentum præfatum continet quidem nominationem factam in personis fratris, & nepotum Episcopi, quæ simplex nominatio non reuocatur in dubium, & concludenter probatur ex aliis instrumentis relatis *in Sum. D. Ducis n.* 1. & additionali *num.* 4. ex quibus patet nominationem fuisse factam absque vlla expressione oneris inuestiendi. In ea parte verò, vbi instrumentum continet huiusmodi onus, non meretur allegari, tam attentis sententiis Rotalibus latis contra eius legalitatem in iudicatum transactis; quam etiam attenta declaratione per duas vices facta ab Eq. collitigante illo nolle vti.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CLIX.

R. P. D. Vicecomite.

Romana Census.

Lunæ 3. Iulij 1662.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti conceditur.*
2 *Citatio in subhastatione, & deliberatione nullitatis sub censura requiritur.*
3 *Mandatum ex impensa, & productione iurium præsumptum inducitur.*
4 *Fiscus pro defensione bonorum confiscatorum est citandus, & n.* 6.
5 *Absens per contradictas Romæ citatur.*
7 *Actus ab initio nullus non potest conualidari.*

Vigore mandati contra D. Marcum Raymundum relaxati ab A. C. ad instantiam Societatis Consolationis pro fructibus cuiusdam census decursis, & non solutis, processum fuit ad subhastationem alterius census in summa scutorum 700, ad eundem debitorem spectan, cum successiua deliberatione, necnon possessionis assecutione ad fauorem Domini Petri Veci, cui contradicente Marchione subhastationis validitatem, ab eodem A. C. decreta fuit manutentio; verum ex appellationis interpositione causa mihi delata cum facultate manutenendi quem de iure, manutenendum Marchionem fore, DD. hodie responderunt: Iudex etenim nulliter procedens non priuat possessorem sua possessione, sed spolium committere dicitur; ideóque cum possessio amissa minimè censeatur, † manutentio 1
possidenti venit tribuenda: Gloss. *in caus. in summa 3. quæst.* 1. Hostiens. *tit. de restit. spol. §. quando facienda in princ.* Bald. *consil.* 357. *lib.* 2. Abb. *in cap. conquerente, num.* 12. *de rest. spol. in cap. dilectus sub num.* 1. *vers. fallit num.* 2. *de rescript.* Aym. *consil.* 18. *num.* 8. Caputaq. *dec.* 186. *part.* 3. Cæsar de Graff. *dec.* 1. *num.* 4. *de constit. Greg. dec.* 198. *n.* 2.

Nullitas tamen est ineuitabilis, dum subhastatio, & deliberatio emanarunt nulla præcedente † legitima citatione, cuius defectus actum 2
nullitati reddit obnoxium, adeò vt vllo modo excusari nequeat: *l. licet, Cod. de procurat. cap. in nostra in fin. Cod. eodem cap. licet de appellat. in* 6. Rota *coram Iusto, post Marchef. part.* 2. *fol.* 221. Cocc. *decis.* 446. *num.* 3. *& seq.* Duran. *decis.* 142. *num.* 1. Caual. *decis.* 35. *num.* 1. *& recent. decis.* 365. *n.* 3. *&* 409. *n.* 1. *part.* 1.

Neque excludi valet ex eo quod citatus fuerit Lelius Tretianus assumptus illius Procurator, quia nullibi docetur de sufficienti illius mandato procuræ, & quamuis Marchio aliarum causarum patrocinium ei tribuerit, non valet exinde inferri; ergo in ista quoque Procuratorem constituit: admitteretur siquidem illatio quoties coniecturæ id mandantes † concurrerent, nempe iurium 3
productio, ac expensarum solutio, ex quibus præsumptum mandatum deducitur: Seraph. *decis.* 933. *n.* 2. Greg. *dec.* 44. *n.* 5.

Imò admisso quod Lelius mandatum à Marchione suscepisset, per illud vtique nil operaretur ob sui principalis superuenientem mortem ciuilem resultantem ex capitali sententia, cuius virtute fiscus omnia eius bona confiscauit,
† ideò debebat ipse citari, qui potuisset iura 4
Marchioni competentia tueri: *l.* 2. vbi Bald. & Salyc. *Cod. ad l. Iul. de vi publ. in l. si marito:* vbi gloss. *ff. solut. matrim. l.* 2. *& l. tutelas, §. fin. ff. de cap. diminut.* Calcan. *consil.* 68. *col.* 2. Gram. *decis.* 85. Peregr. *de iure fisc. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 54. Vbert. *de cit. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 324. Rota *in Ferrarien. Procuratoria* 29. *Iunij* 1637. *coram Pirouano.*

Hinc non vrget, quòd cum solutio esset destinata in vrbe, Marchione absente, † potuerit 5
is per contrad. conueniri: Rota *decis.* 211. *n.* 4. *& seqq. &* 232. *num.* 3. *&* 3. *& decis.* 248. *&* 249. *num.* 3. apud Posth. *de subhast.* quia cum ob confiscationem omnium bonorum fiscus dicatur repræsentare personam condemnati banno, ac sententia durante aduersus illius citationes erant exequendæ, † non autem contra Mar- 6
chionem per confiscationem iuribus suis priuatum, vti non debetur tutus accessus; ad text. *in Clem.* 2. *de sent. & re iudic.* Vbert. *de cit. part.* 3. *cap.* 14. *num.* 45. in nihilo releuante, quod ex

gratiosa Principis concessione fuerint in eum iura translata, quia huiusmodi restitutio non potest tollere nullitatem præcedenter commis-
7 sam: nam cum actus ab initio penitùs † nullus remanserit, non potuit exinde conualidari: Bart. *in l. obseruari num.4.ff.de off. Proconf.* Alex. *consil.78.n.24.lib.7.* Dec. *in l. semper qui non prohibet, ff. de reg. iur.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CLX.

R. P. D. ALBERGATO.

Bonon. Legatorum.

Mercurij 22. Martij 1662.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, vltra, *vtrumque legatum includit.*
Vltra, *vni legato adiecta, in altero non censetur repetita, n.2.*
Fallit, vbi adsunt dictiones repetitiuæ, num.3.
Item stat continuatiuè, n.4.
Parimente, *vtrumque casum æqualiter determinando, idem in vtroque disponit, num.5.*
Amplia, vt n.6.
7 *Compensandi animus legatum cum dote ex quibus excludatur.*
8 *Testatorem incontinenti se correxisse non est præsumendum.*
9 *Legatum ne reddatur inutile capienda est interpretatio.*
10 *Fundus ex pecunia dotali per maritum emptus, remanet ipsius.*
11 *Pecuniæ in emptionem stabilium destinatæ habentur pro stabilibus.*

COmitissæ Dorotheæ Victanæ eius vxori Gaspar de Felicinis, legauit *oltre le sue doti, quali liberamente gli lascia gl'infrascritti beni, cioè vna possessione di terra aratiua, &c. posta nel Comune di San Venanzo in loco detto la fabrica.*

Item per ragion di legato, & in ogn'altro miglior modo, &c. lascia alla detta sua Signora dilettissima Consorte tutti li mobili massaritie di Casa, tanto di Bologna, quanto di Campagna, qualsiuoglia sorte qualità, e quantità, cioè animali, Carrozze, Caualli, suppellettili di Casa di qualsiuoglia sorte, gioie, perle da collo, e da braccio, argenti, ori, danari, crediti, nomi de debitori vno, &c. & in effetto tutto quello che sotto appellatione de mobili si può comprendere, con grauezza però ingionta a d. Signora di sopportare tutte le grauezze della sua heredita, e delli sudetti legati, e sepoltura, & altre grauezze che occorressero per occasione di detta heredita, &c.

Et hæredem instituit Comitem Ioannem-Gasparem de Graffis, inter quem & legatariam orta super legato prædicto controuersia, dubitatum, an dos sit compensanda cum legato mobilium, & quid veniat in legatis, & DD. distinctè respondendo dixerunt, dotem non esse compensandam cum legato mobilium, quia relicta fuit eo modo quo prædia legabantur, vt suprà, ibi: *Habbia oltre le sue doti, quali liberamente gli lascia gl'infrascritti beni, &c.* Vnde constat, voluisse vtrumque deberi, vt in terminis considerata dictione, *vltra*, † post Iacob de Aren. & 1
Bart. dicit Angel. *consil.294.sub num.5.* Fulgos. *consil.40.sub num.2.* Bertazol. *cons.ciuil.59.n.8. in fin.* Surd. qui pluribus comprobat *consil.471. num.1.& seq.& decis.385.n.9.& 10.* Menoch. *præsumpt.145.num.4.& seq.lib.4.* sine onere compensationis: Rota coram Eminentissim. D. Card. Ottob. *decis.242.sub num.15.& 16.& decis.460.num.6.& seqq.part.9.recent.* & prius *in Auxim. legati 26. Ianuarij 1596. coram Gypsio.*

Nec mouit DD. prætensio, quod dictio, *vltra*, tanquam legato prædiorum tantùm † adiecta 2
operari non possit, nec censeri debeat repetita in legato mobilium distinctо, & per orationem distinctam concepto, iuxta doctr. Bart. *in l. Seio 20.§.Caio, ff. de fund.instrum.* quia vltra quod cessate visa fuit distinctio orationum ex verbis illis *(gl'infrascritti beni)* quæ tam mobilia quam stabilia comprehendunt, hæc non habet locum, † quando adsunt dictiones repetitiuæ: Ias. 3
in l. legata inutiliter 19.ff.de legat.1. Peregr. *de fideicom. art.18. num.15.* quæ hic non adsunt; legatum enim mobilium incipit per dictionem, *cioè.*

Item, quæ licèt regulariter præcedentium qualitatum repetitionem, tunc demum inducat, quando antecedens oratio imperfecta est, & verbi defectiua, alias stet simpliciter continuatiuè, † vt pluribus relatis tradit Grat. *discept.828.* 4
num. 11. & seqq. Rota *coram Perua impress. Lugdun.dec.200. sub n.9.vers.Nec dictio*; quando tamen vt in præsenti non concurrit rationis, & personarum diuersitas, repetit, licet post orationem perfectam inferatur: Curt.iun. *cons.102. num.4.* Anchar. *Regien.quæst.famil.53.num.2.& seq.part.2.* Menoch. *præsumpt.180. à num.7. lib.4.* quos sequitur Giurb. *de consuetud. Messanen.c.7.gloss.5.part.1.num.3.* & vlterius concurrit dictio, *(parimente)* † quæ etiam similitu- 5
dinem præ se fert, & vtrumque casum æqualiter determinando; idem in vtroque disponit: Alciat. *consil.131.num.6.& seqq.part.8.recent.* & Rota *decis.194.num.22.& seqq.part.5. decis.28.n.5. & duobus seqq. lib.9. part.8. recent.& in Pistorien. Priora 9. Decembris 1615. coram bon. mem. Card. Fabr. Verospio, §. & eo magis, ad finem.*

Quod facilius admissum fuit; quia concurrere visa est testamentaria voluntas, † vt in pro- 6
posito bene considerat Capr. *cons.60.sub num.9. vers. nam ad istud*, respondit Mant. *de coniect. lib.10.tit.6.num.5.* Rota *decis.563.num.4.p.4. recent.tom.* elicita non solum ex inutilitate legati mobilium, nisi facienda esset repetitio, vt suprà, sed etiam quia agitur de legato vxori dilectissimæ, vt idem testator pluries expressit, relicto de dotibus liberis, & cum clausula omni meliori modo, ex quibus excluditur † animus compen- 7
sandi, vt per has rationes tradunt Surd. *cons.113. num.21.& seq. & cons.218. num.9. & seq.* Gionagn. *consil.24.num.26.lib.2.* Mant. *de coniect. lib.10.tit.1.n.6.& seq.* Rota *d. decis.460. n.15. p.9.recent.& d.decis.244.n.13. coram Eminent. D.Card.Ottobono.*

Rursus ex præcepto vxori iniuncto soluendi onera hæreditaria omnia, inferri non potest illam teneri sibi iisdem soluere legatum dotis, & sic locum esse compensationi, tum quia si sub

illis

illis verbis comprehenderentur dotes, quas immediate ante liberè vxori legauerat † incontinenti se corrigeret contra text. *in l. non ad ea* 88. vbi DD. de cond. demonstrat. Riminald. iun. *cons.* 551. *num.* 15. Cyriac. *controu.* 278. *num.* 56. Rota *decis.* 142. *num.* 40. post Merlin. *de pignor. & in Meleuitan. Commendæ* 11. *Maij* 1657. *coram bon. mem. Dunozeto*, §. *non obstat*, tum quia etiam admissa hac interpretatione legatum mo-
9 bilium redderetur inutile † vt *suprà*, quia & valor ascendit ad lib. 18628. tantum; dos autem Com. Dorotheæ consistit in lib. 24000. & proinde, ne legatum contra mentem testatoris reddatur elusorium, dicendum est ipsam de aliis oneribus intellexisse, non verò de dotibus vxori debitis per text. *in l. qui concubinum* 29. §. *qui hortos, ff. de legat.* 3. benè probat Castr. *cons.* 50. *tot.* & signanter *sub num.* 2. *vers. praterea si præfatus, lib.* 2. Surd. *cons.* 471. *sub n.* 12. *vers. Idque ea ratione, & seq. lib.* 4.

Quoad prædium delle fabrica responsum fuit integrum contineri in legato, licet enim pars eiusdem ex pecuniis dotalibus empta fuerit; Quia tamen in instrumento nuptiali conuentum non fuit, quod bona ex dictis pecuniis emenda
10 remanerent † pro fundo dotali dominium pecuniarum libere transiuit in virum, & pars prædij illis empta mariti effecta fuit, licet vxoris quoque nomen insertum fuerit: Rom. *controu.* 291. *num.* 6. Socin. sen. *cons.* 129. *num.* 12. *lib.* 4. Crauet. *consil.* 100. *num.* 6. Rota *decis.* 269. *num.* 17. *part.* 9. *recent. & in Romana domus* 19. *Aprilis* 1660. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, §. *nec refert:* vbi quod maritus hoc casu sibi præsumitur acquisiuisse, & nomen vxoris simulate accommodatum præsumitur.

Et demum pecunias inuestiendas in legato
11 mobilium non venire responsum fuit, † quia ratione destinationis habetur pro stabilibus: *l. si ita legatum* 84. *ff. de legat.* 3. Grat. *discept.* 90. *num.* 26. vbi quod de hoc pecunia iudicatur sicuti de specie, non de quantitate: Altogr. *consil.* 70. *n.* 42. *lib.* 1. Rota coram Buratt. *decis.* 472. *n.* 3. *ad med.* post Zacch. *de oblig. Cam. decis.* 275. *num.* 6. quamuis enim pecuniæ debitæ hæreditati habeantur sub nomine debitorum; non inde tamen sequitur quod habeantur loco mobilium, sed potius ratione destinationis loco stabilium, ex *suprà* deductis.

Et ita vtraque, &c.

DECIS. CLXI.

R. P. D. NINOT.

Veliterna Retractus.

Luna 28. *Ianuarij* 1664.

SVMMARIVM.

1 *Gratia cessante præsupposito, cessat & ipsa gratia.*
Ad effectum executionis tempus data attenditur, n. 17.
2 *Causato in, plus iuris esse non potest, quam in causa.*
3 *Adiacentia excluditur per interpositionem rei publicæ.*
4 *Statuti existentia sufficit absque eo, quod probetur vsus.*
Qui præsumitur, n. 5.
6 *Confessione etiam implicita nulla maior probatio.*
7 *Censualis res potius præsumitur, quam emphyteutica.*
Amplia vt n. 8.
9 *Statutum non attenditur, cui fuit derogatum.*
10 *Gratia regulatur à dispositiua, & conclusiua.*
11 *Executor delegatus Papæ dicitur.*
12 *Verba*, eodem modo, & forma quibus disponitur per Statutum, *illud non restringunt, sed dant formam procedendi.*
13 *Alienatio modica rei Ecclesiæ sine solemnitate valet.*
14 *Subreptio non resultat ex taciturnitate eius, quod expressum concedentem non remouisset.*
Euitatur quoties Papa in genere potuit cogitare, n. 20
15 *Dominus directi emphyteuta alienanti tenetur consentire.*
16 *Retractus vigore, quis alienare cogitur. Pro ornatu ciuitatis eo magis intrat, n.* 26.
18 *Foueam esse priuatam ex quibus deducatur. Amplia vt n.* 19.
21 *Accessus ad locum rei veritatem probat.*
22 *Dictio*, In, *intrinsecitatem denotat.*
23 *Via publica cohærentiam impedit.*
24 *Gratian*, discept. 745. n. 64. *declaratur.*
25 *Res esse diuersas, ex quibus conuincatur.*

CVm ad decorem Palatij, & Viridarij, quæ splendido sumptu Eminentissimus D. Cardinalis Ginettus Velitris construxerat, maximè expediret annectere adiacentem hortum Petri Pauli Attiuerij, obtinuit idem Eminentissimus à Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII. Breue de compellendo Attiuerium ad venditionem.

Verùm quia in Partibus contra executionem Breuis fuerat pronunciatum, ac proindè commissa mihi causa appellationis, hodie Dubium dedissem? An illud esset iustificatum. Attiuerius ad duo potissimum capita iustificationis defectum restringebat.

Primò, quod pro fundamènto concessionis Gratiæ Pontifici expositum fuerat, adesse Velitris Statutum super retractu, de cuius tamen vsu, & confirmatione cùm non doceatur, prout requiritur, Gratia † asserebatur nulla, tanquam 1
fundata in falso præsupposito, Rot. *decis.* 236. *num.* 5. *part.* 7. *recent.* Et quatenus etiam de illius vsu, & confirmatione doceretur, quod cum in horto retrahendo adesset quædam pars subiecta emphyteusi Ecclesiasticæ, quemadmodum respectu huius non poterat intrare Statutum Laicale, ita nec Gratia dependens, & consequutiua ad illud, cùm non possit plus iuris esse in causato, † quàm in influenti potentia causæ, Bar- 2
bos. *axiom.* 40. *num.* 25. *& seqq.*

Secundò, quia, seclusa etiam correspectiuitate Gratiæ ad Statutum, adhuc non poterat illa à duplici subreptionis vitio defendi, quorum alterum erat, quod cùm inter Viridarium Eminentissimi Cardinalis, & hortum retrahendum olim intercederet via publica, repleta, vt dicebatur à Ministris D. Cardinalis, & modò intermediet fouea pariter publica, non verificatur narrata adiacentia, † quæ per interposi- 3
tionem

tionem rei publicæ excluditur, *leg.4.§.hoc iudicium,ff.fin.regund.*. Alterum, quod fuit similiter expressum Attiuerium nullam in horto Dominum habere, de cuius tamen contrario in facto constare supponebatur.

Nec omittebat, nullum ex annexione huius horti fore Ciuitati splēdoris incrementum, prout expositum fuerat,emersurum; quod etiam subreptionis vitio adscribebatur.

Quibus tamen non obstantibus, Domini contrarium censuerunt. De èxistentia enim Statuti Veliterni super retractu, cuius tenor fuit adamussim registratus in Breui, eiusque confirmatione facta per fel.record. Pium IV. non po-
4 test dubitari. Vsus † autem, vltra quod non est probandus, cùm sufficiat existentiam Statuti verificari de facto, prout fuit narrata, Rot.*decis.*410.*num.*4.*part.*1. & *decis.*71.*n.*12.*part.*6. & *decis.*284.*num.*1.*part.*7. *recentior.* & in *Terracinen. Canonicatus* 18. *Martij* 1648. *coram*
5 *R. P. D. meo Verospio*, in dubio † præsumitur, Honded.*consi.*4.*num.*91. *lib.*1. Rota *coram Durano decision.*36.*num.*41. post Gilian.*ad Statut. Perus.decis.*37.*per tot.& in recent.decis.*22.*n.*2. *part.*4.

Et sanè dum Attiuerius in Iudicio contra eundem D.Cardinalem moto super retractu horti Torutiorum, intentionem suam in eodem Statuto fundauit, frustrà modò recurrit ad hanc
6 oppositionem, cuius contrarium, † implicita quadam iudiciali confessione antecedenter præsupposuerat, *l.* 1. *C. de confess.* Rota *decis.*244. *num.*2.*part.*8. & *decision.*227. *num.*11. *part.*9. *recent.*& in *Bononien.Pecuniaria* 4.*Maij* 1663. *coram me.*

Nec proindè sequitur, quòd Gratia sit correspectiua ad Statutum, adeò vt non possit habere locum: nisi in illis bonis, & casibus, in quibus intrat Statutum.

Omisso enim, quòd asserta modica pars horti retrahendi granata annua responsione ad fauorem Capellæ Sanctæ Catherinæ, non proba-
7 tur, † prout ex aduerso prætenditur, emphyteutica, cùm potius in dubio præsumenda sit censualis, Rota coram Mantic.*decision.*134.*num.*3. & *decis.*307.*num.*2. *part.*1. *diuers.*& *decis.*400. *num.*7.& *decis.*606. *num.*2. *part.*1. *recent.* præ-
8 sertim quando responsio, † prout in casu nostro, fructibus correspondet, Seraph. *decis.*272. *n.*4. Merlin.*decis.*545 *num.*2.*&* 3.

Animaduertebant Domini, mentionem Statuti non fuisse factam per modum causæ finalis, adeò vt illius vigore retractus esset faciendus, sed per modum exempli, ad hoc vt Sanctissimus agnoscens non esse rem nouam in Ciuitate Veliterna, quod quis compellatur ad vendendum, faciliùs imploratum prouisionis Apostolicæ beneficium impartiri dignaretur; quod tripliciter colligebant.

9 Primò, quia fuerat Statuto † expresè derogatum, vt in specie arguit Rota *decis.*75.*n.*10. *part.*5.*recent.*

Secundò, quia Breuis executionem non direxit Magistris viarum, coram quibus ex dispositione Statuti agendum erat, sed Vicario Episcopi.

Tertiò, & fortiùs, quia tam in dispositiua,
10 † quàm in conclusiua, à quibus Gratia est regulanda, Bart. *in leg.Aurelius*, §. *Sticho n.*3. *ff.de liber.legat.* Gemin. *consi.*118.*num.*5. Duran. *decis.*156.*num.*10. non vigore Statuti, sed Pontificia authoritate retractum fieri voluit, ibi *Authoritate nostra cogas, & compellas:* & rursùs *: & quamcunque opportunam facultatem ad id tibi eadem auctoritate tribuimus, & impartimur*, quæ operantur, vt executor † dicatur 11
delegatus Papæ, & eius auctoritate omnia faciat, Dec. *consil.*413.*sub n.*3.Roman.*cons.*285. *num.*3. Menoch. *præsumpt.*16. *num.*28. *lib.*2. Marches.*de commiss.part.*1. *fol.*416.*num.*204.

Quibus non contrariantur subsequentia verba: *Eodem modo, & forma, quibus disponitur per Statutum*; quia designant solùm modum agendi, & procedendi iuxtà formam præscriptam à Statuto, præuia, scilicet æstimatione duorum Peritorum, breui manu, & absque strepitu, & figura Iudicij †, &c. non verò sub- 12
stantiam Gratiæ ad Statuti limites restringunt, Marth. *de clausul.part.*3.*claus.*94. *num.*5. Rota coram Merlin.*decis.*864.*num.*34.*coram Duran. decis.*36. *num.*24. *coram Eminentissimo Ottobono decis.*252.*nu.*14.*&* 15. & in *Romana fideicommissi* 19.*Februarij* 1663. *coram R.P. D.meo Vicecomite*, §.*nec refragantur.*

Pontifex enim non abhorret à distractione rerum Ecclesiæ parui valoris,† ac modicæ quan- 13
titatis, iuxta text.*in can.terrulas* 12.*quæst.*2. Genuen.*in prax.Archiepiscop.cap.*60.*num.*3. Rota coram Seraph. *decis.*401. *num.*3. prout est pars ista horti emphyteutica, quæ in modico excedit quartam vnius rubri.

Cumque non agatur de alienatione dominij directi, sed vtilis tantùm, ac mutatione emphyteutæ, quæ in casu nostro notoriè tendit in melius expressio huius qualitatis,† vel non erat 14
necessaria, vel saltem non reddidisset Pontificem difficiliorem, quod sufficit ad euitandam subreptionem, Canalet.*decis.*551.*n.*5.*& in recent.deci.*140.*n.*7.*p.*7.

Et quemadmodum non consideraretur præiudicium Ecclesiæ, si alienatio fieret ex voluntate ipsius Attiuerij,† nec posset Ecclesia consensum 15
denegare, cùm non versemur in casibus,ac personis prohibitis, Fulgin. *de iur.emphyteut. tit.de alienat.quæst.*1. *num.*229. Rota coram Gregor. *decis.*520.*n.*1.*&* 4. Add. *ad decis.*131. *n.*379. *& seq.part.* 8. Ita pariter non est considerabile,
† dum Attiuerius cogitur ad vendendum, cùm 16
vtriusque casus eadem sit ratio, *l.illud, C. de Sacros. Eccles.*

Exclusa itaque correspectiuitate Gratiæ ad Statutum minoris ponderis remanet vtraque subreptio ex aduerso.

Respectu enim prioris, non facit ad casum, quòd antiquitùs inter Viridarium D. Cardinalis, & hortum retrahendum intercederet via publica: Sufficit enim, quòd modò ampliùs non existat,cùm ad effectum † executionis Gratiæ tem- 17
pus illius datæ attendatur, *cap.si eo tempore* 9.*de rescript. in* 6. Seraphin. *decis.*341. *num.*9. Rot. *decis.*387.*num.*16. *part.*5. *& in Lucana Capellaniæ* 28.*Aprilis* 1656. *coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Et similiter non erat exprimendum, an fouea, quæ modò intermediat, esset publica, vel priuata: Tum quia non probatur assumptum, quod sit publica, † & contrarium deduci posse vide- 18
tur, ex eo, quod per eam non currunt perennes, sed pluuiales aquæ, quod innuit, foueam esse priuatam, iuxta sententiam Cassij relatam à Vulpiano *in l.*1. §.*fluminum, ff.de flum.* ac proindè vti talem non impedire retractum, Afflict.

de

de iur. protomis. §. 9. *num.* 12. *circa med.* & *ibi* Modern. *in addit. notab. part.* 12. Marc. Mantua *eod. tract. num.* 54. Prosper Randel. *de retract. in glossa via publica, num.* 3. *vers. sed si riuus priuatus* : Ioan. de Amic. *cons.* 1. *n.* 27. & *seqq.* Rimin. iun. *cons.* 382. *n.* 50.

In nihilo releuante, quod recipiat sordes publicas, quia hoc potiùs sonat in seruitutem fauo-
19 re publico, † quàm dominium, Ioan. Harprecth *in* §. *prædiorum*, & Otthoman. Wesbenc. & Bocer. *num.* 7. *instit. de seruit.* Manz. *de seruit. Vrb. Præd. tit.* 2. *quæst.* 49. *n.* 155. & *seqq.*

Tum quia dato, & non concesso, quod esset publica; attamen cùm nihil publico intersit,
20 quod controuersus hortus potiùs ab † vno, quàm ab alio retineatur, circumstantia ista non retraxisset Pontificem à concessione gratiæ, sed sat est potuisse illum de hoc in genere cogitare: Buratt. *decis.* 883. *n.* 6. Merlin. *decis.* 243. *n.* 9. & *in recent. decis.* 452. *n.* 15. *part.* 5. & *decis.* 222. *num.* 25. *part.* 7.

Altera verò subreptio elicita ex eo, quod Attiuerius in horto habitationem habeat, nul-
21 lam in facto subsistentiam habet, † cum de contrario constet ex accessu, cui standum est: Rota *coram Gregor. decis.* 575. *num.* 6. & *in recent. decis.* 197. *num.* 4. *part.* 8. & *decis.* 168. *num.* 10. & *seq. part.* 9. cum aliis cumulatis per Posth. *de manutent. obser.* 101. *n.* 5.

Nec refragatur, quod olim dicta habitatio existeret, quodque occasione viæ Burghesiæ, iussu san. mem. Pauli V. erectæ, fuerit ab horto retrahendo diuisa: Hoc enim superabundat, non
22 solùm quia dictio, *In*, † denotat intrinsecitatem in loco: Bart. *in l. Gallus* 29. §. *ille casus num.* 2. *ff. de liber. & posthum.* Barbos. *dict.* 152. *num.* 16. sed etiam quia via publica separationem inducit,
23 † & impedit cohærentiam, *dict. l.* 4. §. *hoc iudicium*, & *l. seq. ff. fin. regund.* Bald. *in tract. de iur. protomis. num.* 2. *vers. quod si via* : Carpan. *ad statut. Mediolan. p.* 1. *c.* 104. *n.* 1. Felician. *alleg.* 4. *n.* 14. & *alleg.* 7. *num.* 16. *part.* 3. Cæpol. *de seruit. rustic. præd. cap.* 3. *n.* 34.

Quibus non contradicit Gratian. *discept.* 745. *num.* 64. quia loquitur in terminis, in quibus res ita diuisa destinatione patrisfamilias adhuc re-
24 manserat vnica, † quo casu non negat competere retractum, sed solùm disputat, an possit retrahi vna absque alia, quod nihil habet commune cum præsenti casu, in quo solùm quæritur super iustificatione Breuis, nec adest aliqua vnitas, & destinatio, attento quod pars istius horti magis cōtigua viæ Burghesiæ semper distinctim, & separatim consueuit locari ab altera parte
25 horti, in qua domus existit; † quod conuincit, res esse diuersas, & separatas, & pro talibus possideri, *l. prædiis*, §. *balneas, ff. de legat.* 3. Grat. *discept.* 126. *num.* 10. & *seqq.* Merlin. *decis.* 388. *num.* 28. & *seqq.*

Cæterùm, quod ampliatio istius Viridarij conferat etiam ad ornatum Ciuitatis, Domini non
26 reuocarunt in dubium, † cùm accedat ad decus magnifici, ac sumptuosi Palatij, cuius dicitur pars: Guliel. de Benedict. *in repet. cap. Raynutius in verb. & hortum n.* 1. & *seqq.* Sanfelic. *dec.* 171. *sub num.* 2. ac in terminis nostris cogendi vicinum ad vendendum, tradit Castill. *decis.* 134. *num.* 11. & *seqq.* Caren. *resol.* 2. *num.* 13. 16. & 28. Et sanè asserere, quòd ornatus iste non erat causa sufficiens ad concedendum retractum, nihil aliud esset, quam redarguere Pontificem, qui ex hoc capite illum concessit, quod non licet.

Ex quibus pro iustificatione Breuis responsum fuit, vtraque, &c.

DECISIO CLXII.

R. P. D. EMERIX.

Romana fideicommissi de Glorieriis.

Veneris 28. *Martij* 1664.

SVMMARIVM.

1 *Descendentium appellatione, veniunt etiam fœminæ.*
Amplia, vt n. 2.
Appellatione veniunt tam fœminæ à fœminis, quàm ex masculis descendentes, n. 3. & *num.* 12.
4 *Substitutio fœminarum generalis indeterminata, ac collata in tempus remotissimum, non restringitur ad filias primi gradus.*
5 *Masculinitatis qualitas vni substitutioni adiecta, in alia non censetur repetita.*
6 *Dictio,* quomodolibet, *adiecta descendentibus, omnem descendentiæ modum comprehendit.*
7 *Qualitas in eadem oratione, totam non qualificat, vbi adest personarum diuersitas.*
8 *Verbum,* descendentes, *ex propria significatione, fœminas capit.*
9 *Qualitas in aliqua substitutione expressa, in aliis non censetur repetita, stante diuersitate graduum, & personarum.*
10 *Testator, qui de masculis in vna parte testamenti mentionem fecit, in alia, si voluisset, expressisset.*
11 *Agnationis ratio non dicitur, quando vocantur fœminæ.*
13 *Descendentes, etiam fœminas excludi à pio loco, absurdum videtur.*
14 *Immissio datur vocatis.*

CÆsar Glorierius relictis nonnullis legatis, & instituto hærede particulari Alexandro eius filio, deueniens ad institutionem hæredis vniuersalis instituit, & substituit in hæc verba: *In omnibus aliis suis bonis, & iuribus suæ hereditatis instituit, & ore proprio nominauit Equitem Iulium, & Carolum de Glorieriis eius filios legitimos, & naturales, præsentes, & acceptantes, & eos, eorùmque filios masculos, nepotes, pronepotes, & alios quomodolibet ex eis descendentes in infinitum, & eos ad inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.*

Post hæc adiiciens prohibitionem alienationis, ac designans ordinem prælationis prosequitur, & ait: *Ita quod bona stabilia non possint vendi, cedi, obligari, hypothecari, nec aliàs quomodolibet distrahi, sed semper, & in perpetuo remaneant in filios masculos, & legitimos dictorum heredum, & moriente vno ex dictis heredibus sine filiis legitimis, & naturalibus, succedant alij superstites filij masculi, & non fœminæ, ac etiam morientibus filiis filiorum cum filiis masculis, &c. quia voluit, quod remaneant perpe-*

tuò in domo de Glorieriis, videlicet in masculos legitimos, & naturales, & in defectum masculorum, fœminas, & in euentum contrauentionis, quod proximior masculus succedat, & nullo volente, vel non existente, succedant fœminæ.

Ac tandem deficientibus omnibus masculis apertè transiens ad substitutionem fœminarum, pergit, inquiens: *Et quando deficerent legitimi de dicta Domo de Glorieris, tunc dictus Testator vult, quod filiæ fœminæ, non existentibus masculis de Domo Glorieria, succedant:* Nec ad substitutionem locorum piorum progressus fuit, nisi sub conditione deficientiæ mulierum, ibi; *Et deficientibus mulieribus substituit Venerabilem Societatem, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ Consolationis pro medietate, & pro alia medietate Venerabilem Societatem Hospitalis Sanctiss. Trinitatis de Vrbe.*

Defuncto subindè Testatore, & filiis, & extincta nuper linea masculina per obitum Ioannis filij Iulij, Portia neptis Caroli, ex filia Fœlicæ prætendens se vocatam ante loca Pia obtinuit subscribi dubium. An sit purificatum fideicommissum ad fauorem Portiæ, ita vt sit danda immissio? quod fuit affirmatiuè resolutum.

Etenim de vocatione Portiæ satis constare videbatur, tam ex prima Testamenti parte, in qua Testator post institutos, & substitutos filios nepotes, ac pronepotes vlterius progrediens addidit, & *alios quomodolibet ex eis descendentes in infinitum* quorum descendentium appellatione
1 † veniunt etiam fœminæ: Auth. *de hæred. ab intest.* §. 1. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 1. Peregrin. *art.* 25. *num.* 8. Fusar. *de substit. quæst.* 325. & 327. *per tot.* Rot. *decis.* 225. *num.* 1. *part.* 1. & *decis.* 50. *num.* 6. & *decis.* 17. *n.* 20. *part.* 8. *recent.* & coram Merlin. *decis.* 864. *num.* 17.
2 Præsertim cessante, † prout hic, concursu masculorum: Surd. *consil.* 308. *sub num.* 9. Rota *in Terracinen. fideicommissi* 30. *Martij* 1637. *coram Ghislerio*, & plenissimè *in Spoletana bonorum* 13. *Aprilis* 1646. §. *quia contraria coram Eminentiss. Domino Card. Corrado.*

Quam etiam ex contextu secundæ, & tertiæ partis, in quibus in casum alienationis nullo volente vel non existente masculo testator vult quod succedant fœminæ, & in casum mortis, seu deficientiæ omnium masculorum easdem iterum apertè, & nominatim antè loca pia substituit.

Et licet Portia non sit filia primi gradus immediatè descendens ex masculo de Domo Glorieria, non ideò tamen minus comprehensa est in substitutione quia descendentium appellatio-
3 ne † veniunt tam fœminæ descendentes à fœminis, quàm immediatè descendentes ex masculis: Surd. *d. consil.* 308. *num.* 7. & *sub num.* 9. Paris. *consil.* 88. *num.* 12. *lib.* 2. Decius *consil.* 222. *num.* 1. Natt. *consil.* 64. *sub n.* 8. Alex. *consil.* 160. *num.* 2. & *sub num.* 4. *lib.* 2. cum aliis adductis per Menoch. *præsumpt.* 91. *num.* 3. *lib.* 4. & Rota *coram Card. Caual. decis.* 125. *n.* 3. & *decis.* 170. *num.* 20. *part.* 9. *recent.*

Et substitutio fœminarum non est restricta ad filias primi gradus, & immediatè descendentes ex masculis, sed generalis, & indeterminata, ac
4 collata in tempus remotissimum, † post extinctos videlicet omnes, & quoscumque descenden. masculos, quo tempore verisimiliter non erant extituræ filiæ fœminæ primi gradus, vt aduertit Imol. *in l. Gallus.* §. *instituens num.* 64. *ff. de lib. & Posthum.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 1. *vers. & hanc quidem sententiam*, & alij quos referunt Gozadin. *consil.* 4. *num.* 13. Surd. *consil.* 336. *num.* 9. Peregrin. *art.* 22. *num.* 50. & *seqq.* & Rot. *decis.* 21. *num.* 2. & *seqq. part.* 5. & *decis.* 402. *num.* 17. & 18. *part.* 9. *recent.*

Nec obstat quod Testator vocando filios filiorum adiecerit verbum, *masculos*, vndè inferebatur ab informantibus pro locis piis, quod vocando descendentes intellexerit tantum de descenden. masculis, quia licet descendentes vocati sint in eadem Testamenti parte, & oratione, tamen quia concurrit diuersitas personarum, & graduum, & qualitas huiusmodi non sine mysterio apposita fuit in medio, † non autem 5
in principio, vel in fine substitutionis prædictæ, illa non qualificat descendentes absolutè vocatos: Giouagn. *responso* 39. *num.* 5. *vers. secundo igitur, lib.* 1. Riminald. sen. *cons.* 224. *num.* 66. *vers. sed vbi illa qualitas*, Fusar. *consil.* 66. *num.* 3. Spada *consil.* 350. *num.* 4. *lib.* 2. Gabr. *consil.* 97. *num.* 5. & *seq.* Et latius *num.* 28. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 10. Rota *decis.* 514. *num.* 4. & 5. *part.* 5. & *decis.* 144. *num.* 5. & 6. *part.* 7. *recent.* & *coram Card. Ottobono decis.* 252. *num.* 7. cum aliis adductis *in Hortana fideicommissi* 22. *Iun.* 1661. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, §. *Conclusio enim.*

Præsertim in hoc casu attenta dictione, *Quomodolibet*, adiecta descendentibus, quæ omnem descendentiæ † modum comprehendit, vt 6
de hac dictione in simili notat Marta *de clausulis part.* 1. *claus.* 126. *per tot.* Et operatur, vt qualitas masculinitatis, licet opposita in eadem oratione non qualificat totam orationem, † sed 7
tantum illas personas, & gradus, quibus nominatim legitur adiecta: Peregrinus *consil.* 6. *n.* 5. *lib.* 1. & Rot. *coram Eminentiss. Card. Otthobono decis.* 265. *num.* 16. *Et in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij*, § *neque visum*, & 18. *Octobris* 1645. § *primo*, & *seq. coram bon. mem. Dunozetto*, & *in Romana Casalis mediæ viæ* 15. *Maij* 1662. §. *præterea coram R. P. D. meo Beulacqua.*

Idque eo facilius, quia ex aliis testamenti partibus apparet fæminas pluries fuisse vocatas; hoc enim casu expressio qualitatis masculinæ in filiis filiorum non potest operari totalem exclusionem fœminarum in subsequentibus gradibus, sed solum operatur prælationem masculorum, quibus deficientibus fœminæ admitti debent ex vi verbi, *descendentes*, † illas ex propria signifi- 8
catione comprehendentis prout benè ad rem nostram declarant Casanat. *consil.* 39. *num.* 90. *lib.* 1. Peregrin. *consil.* 58. *num.* 4. & *seqq. lib.* 5. Ruin. *cons.* 120. *num.* 11. *in fin. lib.* 1. & *cons.* 140. *sub num.* 4. & 5. *lib.* 2. Fusar. *quæst.* 311. *num.* 34. & *quæst.* 352. *num.* 12. cum aliis adductis per Rot. *in recent. decis.* 133. *à num.* 4. *vsque ad* 10. & *per tot. part.* 9. *recent.*

Minùs obstat, quod Portia non sit de domo, & familia Glorieria, quia Testator hanc qualitatem solùm apposuit in substitutionibus masculorum, non autem, vbi per illorum deficientiam purificata fuisset conditio ad fauorem fœminarum, quæ in qualibet Testamenti parte fuerunt pluries vocatæ indefinitè, & indeterminatè absque adiectione alicuius dictionis restrictiuæ, vt patet ex toto contextu testamenti suprà relati, &

signanter

signanter ex illis verbis : *Et in defectum mascu-
lorum fœminas :* Item , *nullo volente , vel non
existente succedant fœminæ.* Et iterum, ibi : *Fi-
liæ fœminæ non existentibus masculis de domo
Glorierij succedant , & deficien. mulieribus sub-
stituit venerabilem Societatem.*

Et propterea in substitutionibus fœminarum
9 non debet fieri repetitio huiusmodi † qualitatis,
neque illa facta censetur per Testatorem , tum
quia, vt suprà dictum fuit, non sumus in iisdem,
sed in diuersis personis , ac in diuersis substitu-
tionibus : Socin.sen.*cons.*63. *num.*19.*vers.consi-
derandum lib.*3. Pancirol.*cons.*169.*sub num.*10.
& 11. Peregrin.*art.*16.*num.*90.*versic.his autem
addo :* Fusar.*de substit.quæst.*450.*num.*12. Gre-
gor.*decis.*514.*num.*6.*vers.præsertim :* Card. Ot-
thobon. *dict. decis.* 252. *num.*6.*&* 7. cum aliis
cumulatis *in Bonon.fideicommissi de Cæsareis* 16.
Ianuarij 1662.*coram R.P.D. Albergato*, §. *ne-
que admissioni.*

Tum etiam , quia versamur in testamento vi-
ri doctissimi , & clausularum peritissimi , qui si
10 huiusmodi qualitatem † etiam in fœminis re-
quirere voluisset, illam expresse repetiisset,prout
fecerat in substitutionibus masculorum argu-
mento text. *in l.vnica* , §. *sin autem deficientis,
C. de caducis tollendis :* Card. Mantic. *d.lib.*11.
*cap.*14.*n.*10.vbi plures congerit.

Tum denique , quia Testator non habuit ab-
11 solutam voluntatem conseruandæ † agnationis,
sed solùm quemdam respectum ad masculini-
tatem, & prælationem sexus in concursu mascu-
lorum, & fœminarum, per quem respectum des-
cenden. à fœminis non dicuntur exclusi nisi in
concursu masculorum : Cæphal. *cons.*600. *n.*35.
*vers.quibus infertur,& seq.*Spada *dict. cons.*350.
*num.*6.*&* 7.*lib.*2.Fusar.*dict.quæst.*352. *num.*12.
& Peregrin.*art.*25.*num.*43.*in fin.*Molin.*de pri-
mog.lib.*3.*cap.*5.*num.*50. Giouagnon. *consil.*12.
*num.*5.*lib.*2.& Rota, *in Spoletana bonorum* 13.
Aprilis 1646. §. 1.*coram Eminentiss. D. Card.
Corrado.*

Et hinc non releuat absurdum,quod esset me-
lioris conditionis fœmina cognata , quam ma-
sculus cognatus , quia non est verum,quod ma-
12 sculus ex fœmina non succedat, † dum ex præ-
missis firmatum fuit in defectum omnium ma-
sculorum debere admitti fœminas cum omnibus
ipsarum descendentibus , tam masculis , quàm
fœminis , vt præter allegatos tradit Peregrin.
*consil.*39. *num.*15. *versic. proinde lib.*6. & dixit
Rota *in Romana, seu Sabinen. fideicommissi* 22.
Maij 1656. §. *huiusmodi intellectus,coram bon.
mem. Dunozetto :* Imò grauiùs esset absurdum,
quod admitterentur loca pia exclusis descenden-
13 tibus † Testatoris, licet fœminis , & non agna-
tis contra text. *in l.cum Auus, ff. de condit. &
demonstr. & in l. cum Acutissimi , Cod. de
fideicom.*

Firmata autem vocatione Portiæ , sequitur
14 quoque eidem dandam esse immissionem † ex
remedio , *l.fin. C. de edicto Diui Adriani* ; quia
identitas bonorum , & deficientia masculorum
non controuertuntur , & substitutio fœminarum
in secundo gradu ante loca pia non potest in
dubium reuocari.

Et ita vtraque, &c.

Decis.S.R.R.ad I.P.Melium.

DECISIO CLXIII.

R.P.D. Bichio.

Romana Melioramenti.

Lunæ 31. *Martij* 1662.

SVMMARIVM.

1 *Mandati procuræ ex defectu acta redduntur
nulla, etiam si posteà de mandato constet,
quando præcessit protestatio neminem au-
diri, non docto legitimè de mandato.*
*Amplia, vt n.*8.
*Defectus potest opponi non obstante approba-
tione , vbi de minus sufficienti mandato
constat, n.*9.
2 *Mandatum procuræ præsumptum ex impen-
sis sufficit ad euitandam nullitatem acto-
rum.*
*Expressum vbi non valet nec tacitum suffra-
gatur, n.*4.
3 *Pupillus sine authoritate Tutoris,procurato-
rem constituere nequit.*
*Sententiam eius fauore latam instante falso
procuratore nequit acceptare, n.*7.
5 *Clericus ad tutelam non admittitur.*
6 *Tacitum plus non operatur , quàm expres-
sum.*
10 *Peritorum in discordia Iudex tertium elige-
re debet.*

FVit resolutum sententiam A. C. super melio-
ramentis de quibus agitur , omissa inspe-
ctione Iustitiæ eam infirman. ex capite nul-
litatis ob defectum mandati Procuræ contra
personam comparentem pro Olympia Opperiti,
cum repetita protestatione, *quod nemo, &c. nisi
docto,&c. ita quod,&c.* quæ adeò causat nullita-
tem actorum , vt licet posteà à vero Procuratore
mandatum præsentetur; adhuc anteà gesta non 1
validentur : Vant.*de nullit.ex def.mand. n.*117.
& seqq. Manh. *de commiss. part.*3.*fol.*373. *n.*1.
Rot. *diuers. part.* 4. *decis.*1. *num.*1. *& in recent.
part.*2.*decis.*346. *num.*2. *& coram Merlin. de-
cis.*24.*n.*3. cum aliis congestis per Post. *de ma-
nut.obser.*86.*n.*2.*&* 3.

Nec potest suffragari mandatum præsumptum
ex impensa & productione iurium : etsi enim il-
lud sufficiat † ad euitandam nullitatem proces- 2
sus : Rota *coram Greg.decis.*330. *num.*5. *coram
Burat.decis.*593.*num.*14. *& coram Merlin. de-
cis.*68. *num.* 4. Cùm tamen Olympia tanquam
pupilla † non possit constituere Procuratorem 3
sine authoritate Tutoris : *l. neque tutores* 11. *C.
de Procur.l.qui habent* , §. *si pupilli, ff. de tutel.*
cum aliis *in Reatina Castrorum* 14.*April.*1660.
coram me ; cessat , quod licet mandatum præ-
sumptum non potest habere locum , vbi non
habet locum mandatum expressum : † nam ex- 4
pressum vbi non valet , nec tacitum : *l. item in.
ff. de seruit. rustic. præd.* Bart. *in l. fideius. in
princ.ff.de legat.*P. Menoch.*de præsumpt. lib.*4.
*præsumpt.*4.*n.*15.

Et ex eadem responsione tollitur præsumptio
mandati deducti à mandato postea facto in per-
sonam eiusdem comparentis per tutorem testa-
mentarium , cum ratificatione gestorum; quia
cum ille tanquam Clericus † sit inhabilis ad 5
tutelam : Grat.*de effect. Cleric. effect.*16.*num.* 1.

*& seq.*Rot.*decis.*116.*num.*16.*part.*4.*tom.*2.*rec.* si non potuit Procuratorem constituere expresse, nec potuit tacitè, quia plus non debet operari
6 tacitum quam expressum, iuxta tradita per DD. *inl. cum quid, ff. si cert. pet. & 3. ff. de leg.* cum aliis *suprà* relatis,

Nec releuat, quòd sententia licèt obtenta à Procuratore minùs legitimo sustineatur ad fauorem pupilli: nam id procedit in Procuratore constituto ab eodem pupillo, licèt minùs legitimè per defectum ætatis; quo casu, quia pupillus in concernentibus eius fauorem, & vtilitatem habetur pro maiori, valet sententia etiam obtenta à Procuratore minus legitimo, non autem in Procuratore constituto, nomine pupilli ab eo, qui illum constituere non poterat: tunc
7 enim sententia † non potest sustineri, etiam si tendat in fauorem, & vtilitatem pupilli, vti distinguendo tradit Gabr.*cons.*25.*n.*18.*& seqq. lib.*2. Gratian.*discept.forens.cap.*225. *num.*15. *&* 16. stante præsertim oppositione mandati, cum dicta clausula, *quod nemo, &c. nisi Doctor. &c. ita*
8 *quod, &c.* quæ operatur nullitatem † actorum, in pupillo & minori, sicut in maiori, iuxta notata per Bald.*in cap.*1.*de rescript.*Franch.*in cap. ex parte* 2.*de appellat.* Gabr.*d.cons.*25.*n.*23. *& seq.lib.*2.

Parúmque refert, quòd iste Procurator fuerit aliquando vti talis citatus, & approbatus, quia cum ex exemplis constet de defectu mandati approbatio huiusmodi tanquam errо-
9 nea non impedit, † quin postmodum dari possit ex tali defectu: Vant.*de nullit. ex defectu mandati num.*121.*vers. quantumcumque igitur*: Adden.*ad Greg. decis.*280. *num.*11. cum aliis per adden.ad Burat. *dec.*409.*n.*14.

In quam resolutionem eò magis inclinarunt DD. quia Iudex Peritis discordantibus in eo valore istorum melioramentorum assumpsit partes tertij Periti, quod facere non potuit, cum in discordia Peritorum non possit Iudex rem suo
10 indicio † dirimere, sed debeat tertium eligere, vt respondit Rot. *coram Merlin. decis.* 678. *per tot.*

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CLXIV.

R. P. D. Emerix.

Romana fideicommissi de Glorieriis.

Luna 16. Iunij 1664.

SVMMARIVM.

1 *Nepotum, & pronepotum masculorum appellatione continentur omnes descendentes masculi in infinitum.*
2 *Dictio,* quomodolibet, *ampliat, & verbum,* descendentes, *omnes fœminas post vocationem masculorum comprehendit.*
3 *Oratio, quamuis vnica, diuiditur in plures.*
4 *Voluntas conseruandi bona in familia, restringitur pro prælatione masculorum, & agnatorum.*
*Conseruandi bona, in agnatione, excluditur ex substitutione fœminarum, & loci pij, num.*5.
6 *Appellatione fœminarum dicuntur vocatæ omnes illarum descendentes.*
*Amplia, vt n.*7.
8 *Testator iurisperitus, si voluisset vocari solos masculos, non fuisset vsus verbis aptis comprehendere fœminas.*
9 *Rota* in Maceraten. hæreditatis 22. Februarij 1598. coram Pamphilio, & 27. Decembris 1610. coram Manzanedo, *qualiter procedat.*
10 *Descendentes ex fœmina non dicuntur descendere ex linea masculina.*
11 *Proximitas grauati in fideicommissis attenditur.*
12 *Descendentium in concursu, priuilegium piæ causæ non attenditur.*

Domini confirmando resolutionem captam sub die 28. Martij proximi præteriti hodie iterum responderunt fideicommissum à Cæsare Glorierio in vltimis eius Tabulis institutum, purificatum esse ad fauorem Portiæ, illique dandam immissionem, quia vocationem Portiæ, quæ sola in dubium reuocabatur, adhuc rectè desumi existimabant, tam ex prima Testamenti parte, in qua Testator instituit filios, nepotes masculos, pronepotes, & alios quomodolibet ex eis descendentes, eósque ad inuicem substituit; quam etiam ex secunda, in qua expressè voluit, quod filiæ fœminæ, non existentibus masculis de domo Glorieria, succedant, iuxta leges, & auctoritates *in præcedenti decisione* allegatas.

Neque ad excludendam Portiam à substitutione descendentium visa fuit sufficere expressio qualitatis masculinæ adiecta nepotibus, & declaratio Testatoris, quod residuum hæreditatis, & bonorum ipsius remaneat infrascriptis hæredibus pro conseruatione familiæ suæ domus, apposita in ea Testamenti parte, in qua Alexandro filio reliquit pretium Clericatus Cameræ, & repetita iterum in alia, in qua adiecit prohibitionem alienationis stabilium.

Quia vt dictum fuit in decisione, & denuò hodie Dominis placuit expressio qualitatis masculinæ non releuat, dum substitutio † continet 1
duas partes, vnam quæ loquitur de nepotibus, & pronepotibus masculis, sub quibus verbis continentur omnes descendentes masculi in infinitum: Rot.*dec.*6.*n.*37.*part.*5.*recent.*

Et alteram in illis verbis, *& alios quomodolibet ex eis descendentes*, quæ est latior, & comprehendit aliam speciem descendentium diuersam ab expressis, tam attenta illa dictione, *alios*, quæ ostendit diuersitatem personarum, quam etiam attenta illa dictione, *quomodolibet*, † quæ 2
ampliat verbum *descendentes*, & facit, vt comprehendantur omnes etiam fœminæ post vocationem masculorum, vt bene declarat Peregr. *consil.*5.*num.*46. *& consil.*6. *num.*5. *lib.*1. Nat. *consil.*467. *num.*23. *vers.*3. *contra prædicta*; & Rota *coram Eminentiss. Otthobono decis.* 265. *num.*16. *& in Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. *coram bon. mem. Dunozetto*, §.*neque visum, &* 18. *Decembris eiusdem anni coram eodem*, §.1. *& seq. & in Romana Casalis media via* 15. *Maij* 1662.§.*Præterea coram R.P.D.meo Beuilacqua*, in quibus optimè consideratur, quod licet in vnica oratione dicatur, pro se, filiis, & descendentibus masculis, & hæredibus, ac successoribus quibuscumque; tamen illa dictio, *masculis*, non qualificat totam orationem, sed solùm illa verba quibus apposita fuit, & alia sequentia retinent

retinent suam vim comprehensiuam fœminarum propter adiectionem verbi *quibuscumque*, quod est amplioris, & latioris significationis.

Et ratio est, quia quando agitur de personis, quæ simul concurrere non possunt, oratio quamuis vnica diuiditur in plures,
3 † ita quod tot censeantur orationes, quot sunt personæ, & substitutiones subordinatæ: Berou. *consil.* 120. *n.* 75. *lib.* 2. Rot. *decis.* 151. *num.* 17. *& seqq.* & præcipuè *num.* 23. *&* 24. *part.* 5. *recent. & in Parmen. status* 26. *Aprilis* 1613. §. *nec aliquid coram san. mem. Innoc. X. & in dicta Sarsinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. *coram bon. mem. Dunozetto*, §. *neque visum.*

Voluntas autem conseruandi bona in familia non est simplex, & absoluta, vt supponunt informantes pro locis piis, sed restricta, & limitata quoúsque extant masculi, quod probatur: Tùm ex eo quod Testator post supra dicta verba, *quia voluit quod remaneant perpetuò in Domo de Glorieris*, statim subiungit, videlicet, *in masculos legitimos, & naturales, & in defectum masculorum, in fœminas*, hoc ipso quod declarans se non sumpsisse conseruationem Domus, & familiæ in rigida significatione, restricta ad solos masculos,
4 † cum perpetua exclusione fœminarum, sed in benigniori, & mitiori pro prælatione masculorum, & agnatorum, ad tradita per Cephalum *consil.* 600. *num.* 35. *vers. ex quibus infertur:* Fusar. *de substit. quæst.* 311. *n.* 34. *& quæst.* 352. *num.* 12. *cum seqq.* & alios adductos *in decis.* §. *Cum denique* Rota coram Merlino, *decis.* 864. *num.* 26. *& seq. & in recent. decis.* 133. *num.* 21. *vsque ad* 26. *part.* 9.

Tum etiam quia inferius generaliter pluries vocauit fœminas, & deficientibus mulieribus
5 indeterminatè, demum substituit loca pia, † hinc enim euidentius apparet Testatorem non habuisse voluntatem conseruandi bona in familia strictè sumpta, sed post masculos vocasse omnes tam agnatos, quàm earum filios, & voluisse omnes præferri locis piis: Rolan. *à Val. de lucro dot. quæst.* 56. *num.* 27. *& seqq.* Phanuc. *eodem tract. glos.* 5. *n.* 31. Castill. *controu. lib.* 5. *cap.* 92. *num.* 14. *& cap.* 133. *num.* 7. Altograd. *consil.* 66. *num* 82. *vers. secundo respondetur lib.* 2. Marta *consil.* 61. *num.* 27. vbi loquitur in terminis exclusionis piæ causæ, & plures cumulat Rota coram Merlin. *dicta decis.* 864. *num.* 26. *& seqq.*

Appellatione námque fœminarum, & mulierum non solum dicuntur vocatæ primæ filiæ
6 Agnatæ, † sed etiam omnes illarum descendentes: Gabr. *consil.* 96. *num.* 34. *vers. tamen declaratio illius dictionis lib.* 1. Rota coram Card. Caualer. *decis.* 125. *num.* 10. *vers. ex qua dispositione, & in Bononien. Bonorum, seu fideicommissi de Sanctis* 17. *Iunij.* 1647. §. *tertio quia coram bon. mem. Bichio*, præsertim dum fœminæ leguntur vocatæ in tempus remotissimum post deficien-
7 tiam omnium masculorum; † censetur enim Testator prius vocasse totam lineam masculinam, & post lineam fœmininam, vt benè Peregrin. *consil.* 39. *num.* 15. *vers. proindè lib.* 6. Laderch. *consi.* 135. *col. vltima vers. est itaque sensus*, Rota *in Romana, seu Sabinen. fideicommissi* 22. *Maij* 1656. §. *& huiusmodi vers. quoties enim coram bon. mem. Dunozetto.*

Quæ facilius admittenda sunt, dùm, vt in alia decisione fuit obseruatum §. *Tum etiam*, versamur in Testamento Viri doctissimi, qui si voluisset vocare solos masculos, & post eos vnum tantum gradum fœminarum, quæ essent de familia, gratia ipsam conseruandi, non fuisset vsus verbis tam amplis, † & accommodatis 8
vocationi quorumcumque masculorum etiam descendentium ex fœminis, vt obseruat in puncto *Giouagn. consi.* 12. *num.* 17. *lib.* 2.

Non obstant igitur decisiones in *Maceraten. hæreditatis* 22. *Febr.* 1598. *coram Pamphilio, &* 27. *Decembris.* 1610. *coram Manzanedo*, quia in ipsarum casu † vocatæ fuerant fœminæ 9
cum expressa qualitate quod essent descendentes ex linea masculina, & ideò non est mirum si ibidem dictum fuerit non admitti descendentes ex fœminis, quia illæ non dicuntur descendere † ex linea masculina, vt aduertit Gratian. 10
discept. 901. *num.* 21. *&* 28. *& seq.* Peregrin. *art.* 26. *num.* 4. Rot. *decis.* 203. *sub num.* 1. *part.* 2. *recent. & coram Duran. decis.* 300. *num.* 1. *&* 2. *cum seqq.* atque ita in puncto ad has decisiones respondit Rota *in preciitata Romana, seu Sabinen. fideicommiss.* 22. *Maij* 1656. §. *nec applicantur coram bon. mem. Dunozetto.*

Sicuti nec etiam releuat absurdum, quod secundum hunc intellectum admitteretur fœmina cognata remotior, exclusa fœmina agnata proximiore, quia cum casus in concreto dari non possit, nisi quando cognata esset proximior grauato, seu vltimo defuncto, nullum inde resultat absurdum, cum regulariter in fideicommissis attendatur proximitas grauati, † dummodo non 11
concurrant vehementes coniecturæ contrariæ voluntatis Testatoris, vt pluribus congestis dictum fuit *coram Eminentiss. Ottobono decis.* 21. *num.* 1. *cum seqq.* & an tales concurrant coniecturæ, vel non, tunc inter agnatam, & cognatam, non autem cum locis piis disceptandum esset.

Minus vrget quod Portia non sit de domo, & familia Glorieria, quia vt late demonstratum fuit in alia decisione, talis qualitas non legitur expressè apposita in substitutionibus fœminarum; tacita autem repetitio non debet admitti, stante diuersitate personarum, & graduum, vt notant Socin. Panzirol. Peregr. & alij cumulati *in decisione*, §. *& propterea.*

Et in omnem casum cum negari non possit, quin Felix mater Portiæ sit litteraliter vocata, † & si viueret admittenda foret ad exclusionem 12
locorum Piorum, semper vrget dispositio text. *in l. cum Auus, ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum acutissimi C. de fideicom.* impediens admissionem locorum Piorum existen. descendentibus Testatoris; in nihilo suffragan. priuilegio piæ causæ, † quod in concursu descendentium non 13
est haben. in consideratione iuxta sententiam Diui Augustini relat. *in aureo Textu Canonis quicumque causa* 17. *quæst.* 4.

Et ita vtraque, &c.

DECISIO CLXV.

R. P. D. BEVILAQVA.

Mauraten. fideicommissi.

Veneris 27. *Iunij* 1664.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissariis, ex quibus concedatur.*

2 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi.*
Declara, vt n.4.
3 *Voluntas testatoris in fideicommissis attenditur.*
5 *Legitima non detrahitur de fideicommisso transuersali.*
6 *Possessio probatur per instrumentum, alio non possidente.*
7 *Manutentio possidenti conceditur.*
8 *Clausula*, constituti, *operatur traslationem possessionis ad quoscunque effectus.*
Constituti naturam principalis contractus sequitur, n.9.

HOratius de Panocis frater & hæres fideicommissarius vna cum Octauio eius Germano Ioannis Iacobi senioris instituit hæredes vniuersales, Staphanum Iulium, Franciscum Ludouicum, Ioanuem Iacobum & Amicum Episcopum Recanatensem, per cuius obitum vltimo loco post prædictos omnes cohæredes sequutum; orta controuersia inter Comites Ioannem Iacobum huius nominis tertium, & Horatium iuniorem illius ex d. Ludouico fratre nepotes & D. Antonium Paniuem à supradicto Octauio descendentem, & hæredem scriptum à Francisco altero ex d. hæredibus grauatis, super successione in bonis fideicommissariis dd. Ioannis Iacobi & Horatij senioris: Iudex de partibus concessit immissionem præfatis Comitibus in possessionem bonorum tam fideicommissariorum quam Episcopi, quam donationis ab ipso factæ, & A. C. manutentionem; & ad hunc eundem effectum Rota hodie censuit constare de bono iure illorum super prędio nuncupato *Cimerella* supposito fideicommisso Ioannis Iacobi primi testatoris, reiectis ad aliam particularem disputationem hinc inde deductis circa fideicommissum Horatij & donationem Episcopi, quoniam de existentia fideicommissi inter Horatium & Octauium fratres per Ioannem Iacobum ordinarium substitutione filiorum & descendentium mascu-lorum de vno in alium in infinitum reciprocè, actiuè, & passiuè ordine successiuo vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum constat ex testamento claro, nullúmque vitium visibile continente, & de illius purificatione ad fauorem Comitum testatoris nepotum, ac demum identitate prædij per illum tempore obitus possessi ex confessione partis collitigantis, hæc omnia admittentis, quibus
1 probatis † indubitatum est illorum bonum ius pro obtinenda immissione in possessionem prædij, ex remedio, *l. final. Cod. de edict. Diu. Adr. tollen.* Alex. *consil. 4. num. 16. in fin. lib. 2.* Honded. *consil. 64. num. 56. lib. 1.* Duran. *dec. 24. num. 1.* vel pro confirmatione eiusdem iam adeptæ, iuxta doctrinam Bart. communiter receptam, *in l. 1. num. 7. Cod. de carbon. adiect.* Rota *in Romana hæreditatis 23. Ianuarij prox. coram Reuer. D. meo Decano, §. cum enim.*

Non subsistit, quod prædium illud non est fideicommisso subiectum, eo, quia Ioan. Iacobus fideicommittens partem quam in eo habebat cum se mouentibus, & aliis bonis ibi existenti-
2 bus prælegauerit † Horatio; & ideò non venit restituend. Comitibus fideicommissar. ad text. *in l. Marcellus autem, 3. §. quidam liberis, & l. in fideicommissar. 8. §. fin. ff. ad Trebell. l. Titius ex parte 94. ff. de legat.* Socin. iun. *in l. hæredes mei 52. §. cum ita, num. 45. ff. ad Trebell.* Rot. *coram Burat. decis. 68. num. 1. & in Aretina fideicommissi 4. Maij anni præteriti coram me; §. 1. in fine*; quare receditur ab hac conclusione, & prælegata cadunt in hæreditate restituend. quotiescumque constat de contraria voluntate † Te- 3
statoris, quæ in hac materia potissimum est explorando, & ex circumstantiis in vnam, vel in aliam partem dominatur, vt notant communiter DD. *in l. cum vnum 16. C. de fideic. & in dict. l. 3. & §. quidam liberis, & in l. cum Pr. 79. §. fideicom. ff. de legat. 7.* Socin. iun. *consil. 107. num. 51. lib. 3.* Honded. *consil. 71. num. 31. lib. 1.* Fusar. *decis. 168. num. 8.*

In præsenti autem de huiusmodi Ioannis Iacobi voluntate euidentissimè apparet ex verbis substitutionis, in qua hæredes instituti fuerunt grauati restituere portionem eis sub onere fideicommissi relictam, & prælegata † ipsa ibi, & 4
post mortem eorum, in cuiúsque portione, & in supradictis prælegatis substituit dictorum vniuscuiusque filiorum liberos; ideò absque dubio intrat restitutio à fideicommittente sic explicitè demandata: Ripa *in dict. l. hæredes mei, §. cum ita, num. 48.* Zanch. *quæst. 5. num. 88. ff. ad sen. cons. Trebell.* Salycet. *in dict. l. cum virum, Cod. de fideicom.* Bero. *consil. 79. num. 19. lib. 2.* Honded. *consil. 71. num. 13. lib. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 194. num. 35.* Fusar. *in supracit. quæst. 650. n. 71.*

Non obstat exceptio pensionis huiusmodi prædictæ ex causa legitime ab Antonio prætensæ ex persona Equitis Francisci hæredis Iulij Cæsaris, & donatarij Amici Recanatens. Antistitis iis omnibus debitæ in bonis fideicommissariis, † quia cum illud proueniat ex fideicom- 5
misso transuersali ordinato per Ioannem Iacobum ad commodum Horatij, & Octauij fratrum & successorum, nullatenus ex hac debetur legitima, vt pro regula notatur, *in l. 1. & ibi DD. ff. de inoff. test.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 45.* Merl. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 53. in princ.* Cancer. *var. resol. quæst. 1. cap. 3. de legit. num. 47.*

Vnde cum ex supradictis constet de bono iure, & sic de legitimo titulo Comitum ipsis debita est petita manutentio † in petitionem prædij 6
quam ministerio Procuratoris ad id specialiter constituti apprehendisse docent per publicum instrumentum, quod aliis tunc non possidentibus vt præsumitur, & asserenti possessionem fuisse plenam incumbit onus probandi: Rota *decis. 32. num. 3. & decis. 1065. num. 2. coram Card. Seraph. bon. mem. Merl. decis. 43. num. 1. & dec. 121. num. 3.* suffragatur † ad effectum vt 7
debeant in illa manuteneri: *l. pretia rerum 48.* vbi DD. *ff. de acquir. por. l. non idcirco, C. de sed. instrum.* Rota *decis. 21. de rest. spol. in antiq. & in recent. decis. 188. & 280. vtrobique num. 1. part. 7.*

Non releuat anterior possessio Antonij desumpta ex clausula constituti adiecta in instrumento transactionis, in qua Episcopus inter alia bona eidem Antonio cessit, & assignauit partem prædij huius, † quæ operatur transact. possessio- 8
nis ad quoscumque effectus: *l. quamuis, §. 1. & l. quod meo, ff. de acquir. possess.* Grat. *discept. 954. num. 2.* Giurb. *decis. 24. num. 21.* Card. Caual. *decis. 128. num. 6.* quia ex lectura ipsius assignationis patet illam non fuisse simplicem, & liberam, sed conditionalem, videlicet vt suum sortiretur

effectum,

effectum, quatenus Comites ratam † haberent, & ei stare vellent; aliàs ipsemet Antonius declarauit nullum præiudicium in suis rationibus sibi inferri voluisse; imò tali casu transactio perinde haberetur, ac si non emanasset, & bene non docto de tali requisita ratificatione, & approbatione Comitum, assignatio fuit resoluta, & conse-
9 quenter vis aliqua in eo fieri † nequit; sicuti nec in clausula constituti naturam principalis contractus sequente: Menoch. *cons.* 122. *n.* 54. Surd. *consil.* 365. *num.* 34. Mog. *decis. Lucens.* 31. *num.* 31. Grat. *dict. discept.* 954. *num.* 12. Rot. *decis.* 227. *num.* 10. *apud Modern. Perus. de manut. & decis.* 169. *num.* 5. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* vbi quod admittit omnes exceptiones quas contractus principalis.

Et ita decisum vtraque, &c.

DECISIO CLXVI.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana fideicommissi de Glorieriis.

Lunæ 15. Decembr. 1664.

SVMMARIVM.

1 *Descendentium appellatione, etiam fœminæ comprehenduntur.*
2 *Substitutio fœminarum comprehendit non solùm fœminas ab vltimo grauato genitas, sed & alias descendentes.*
3 *Verba qualificant personas, quibus immediatè sunt apposita.*
4 *Argumentum à superfluitate vitanda, leuissimum est.*
5 *Appellatione masculorum veniunt, tam masculi ex fœminis, quam ex masculis.*
6 *Locutio discretiua non importat declarationem voluntatis testatoris.*
Declara, vt n. 7.
8 *Statutum exclusiuum fœminarum non habet locum vocatis fœminis.*
9 *Dictio*, alios, *importat diuersa ab expressis.*
Iuncta dictione, quomodolibet, *extenditur ad extraneos, & dissimiles, n.* 10.

RESponsum fuit Sententiam Rotalem esse confirmandam, quia in testamento Cæsaris Glorierij visum est Dominis vocatam esse Portiam Caroli ex Fœlice filia neptem, non solùm in prima parte in qua instituit, & ore proprio nominauit *Equitem Iulium, & Carolum eius filios legitimos, & naturales, &c. & eos, eorùmque filios masculos, nepotes, pronepotes, & alios quomodolibet ex eis descendentes in infinitum.*
1 Appellatione enim descendentium † non solum masculi, sed etiam fœminæ comprehenduntur: Alex. *consil.* 160. *num.* 2. *lib.* 2. Bero. *consil.* 55. *num.* 7. *lib.* 3. Menoch. *præsumpt.* 91. *num.* 2. *lib.* 4. Cyriac. *contr.* 402. *num.* 37. Rota *in Romana, seu Vrbeuetana fideicommissi* 14. *Februarij* 1659. *coram me, §. final.* Sed etiam in secunda, & tertia, vbi Testator post prohibitionem alienationis, subdit: *Et in euentum contrauentionis proximior masculus succedat, & nullo volente, vel non existente, succedant fœminæ.* Et deinde: *Quando deficerent legitimi de dicta domo de Glorieriis, tunc dictus Testator vult quod filiæ fœminæ, non existentibus masculis de domo Glorieria, succedant.* Qui casus cum euenerit ex quo omnes masculi iam decesserunt, purificatum fuit fideicommissum ad fauorem Portiæ substitutæ: Bellon. sen. *consil.* 19. *num.* 3. & 4. Rot. *in recent. decis.* 214. *num.* 9. *part.* 9. & *in Mediolanen. fideicommissi.* 3. *Martij* 1662. *coram me, §. fideicommissum.*

Nec ex eo quod vocatio fœminarum concepta sit per verba proximam, & immediatam descendentiam importantia, restringi potest ad filias tantùm primi gradus: Quoniam imò substitutio fœminarum non est restricta, sed etiam terminata, & respiciens tempus non existentiæ masculorum, quod remotissimum esse poterat, quo tempore verisimiliter filiæ primi gradus existere non poterant, & proinde substitutio † com- 2
prehendit, non solùm fœminas immediatè ab vltimo grauato genitas, sed etiam alias descendentes: Surd. *consil.* 336. *num.* 9. Fusar. *de substit. quæst.* 320. *num.* 15. & *sequent.* cum relatis per Addent. ad Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 6. *sub num.* 28. & 29. *vers. septima:* Rot. *coram Merlin. decis.* 206. *num.* 16. & *seqq. Caualliceu. fideicommissi* 23. *Iunij* 1656. *§. alias enim.* & 17. *Maij* 1658. *§. nec releuat coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Prout non subsistit, quod vocatæ quidem fuerint fœminæ, *sed de domo Glorieria*, qualis non est Portia: Hæc enim qualitas non in fœminis, quæ pluries indefinitè, & sine vlla restrictiua vocatæ fuerunt, sed solùm in masculis requisita fuit, ibi: *Tunc dictus Testator vult quod filiæ fœminæ, non existentibus masculis de domo Glorieria, succedant*; verba enim illa, † *de do-* 3
mo Glorieria, qualificant masculos, quibus immediatè apposita sunt, non autem fœminas absolutè, vt dixi, & sine restrictiua vocatas, vt post Alex. *consil.* 158. *num.* 7. *lib.* 6. Valenzuel. *cons.* 97. *num.* 77. *lib.* 1. Rota *decis.* 65. *num.* 7. *part.* 8. *recent.*

Responsio autem quod verba prædicta ad masculos relata, essent superflua, & sic ad fœminas ibi nominatas esse referenda, non visa est subsistere; tum quia argumentum † à superflui- 4
tate vitanda leuissimum est, & sufficit quod verba maiorem declarationem importent: Decian. *consil.* 138. *num.* 34. *lib.* 3. Casanat. *cons.* 51. *num.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 12. *num.* 21. Rota *in dicta Caualliceu.* 17. *Maij* 1658. *§. nec releuat.*

Tum quia superfluitas cessat cum verba secum ferant exclusionem masculorum descendentium ex fœminis, qui de cætero impedire potuissent admissionem fœminarum, nisi addita esset qualitas, *de domo Glorieria*, cum appellatione masculorum, † vbi non fuit habita ratio 5
conseruandi agnationem, veniant tam masculi ex fœminis, quàm ex masculis: Gionagn. *consil.* 12. *num.* 2. *vers. & quidem quando, lib.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 404. *num.* 7. Rota *decis.* 221. *n.* 2. *part.* 3. *recent. Hortana fideicommissi* 22. *Iunij* 1661. *§. recepta enim*, & 22. *Martij* 1662. *§. non impugnatur, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Rursus non releuat discretiuus loquendi modus, & statutum exclusiuum fœminarum: Quoniam vltra quod discretiua locutio non importat † declarationem voluntatis Testatoris, 6
nisi quando est in eadem parte dispositionis, de cuius interpretatione agitur: Addent. *ad san. me. Gregor.*

*Gregor.dec.*301.*n.*18. Rota *decis.*174.*num.* 21. *part.*7. *recent.dicta Cauallicen.fideicommissi* 23. *Iunij* 1656. §. *non obstat, coram Eminentiss. D. Card.Celso.*

Placuit Dominis responsio, quod hæc possent vim facere quando fœminæ cum masculis ad successionem aspirarent; secus autem in præ-
7 senti, vti in defectu omnium † masculorum de domo Glorieria ad successionem veniunt, quo casu cum fuerint expressè vocatæ, discretiuo loquendi modo repugnat mens Testatoris, & nihil operatur: Surd.*consil.*426. *num.*33. Rota *decis.*206.*num.*33. *coram Merlin. & in Melenitana hæreditatis* 22. *Martij* 1662. §. *& semper, coram eodem D. Card. Celso:* Et statutum
8 fœminarum † exclusiuum non habet locum: Alex.*consil.*188.*num.*2.*lib.*6.Socin.iun.*cons.*23. *num.*27.*lib.*1. cum aliis relatis *in Romana legitima* 24. *Martij* 1659. §. *quoniam, coram Reuerendiss.D.meo Decano, & in Bononien.fideicommissi de Brunis* 26. *Ianuar.* 1663. §.*non obstat, coram R.P.D.meo Priolo.*

Obiecto repetitionis masculinitatis responsum satis fuisse visum est Dominis *in decisione R.P.D.mei Emerix* 28. *Martij proximi præteriti,* §.*nec obstat, & duobus seqq.* Quæ responsiones non tolluntur ex ponderatione verbi, *alios,* ibi: *Nepotes, pronepotes, & alios quomodolibet ex eis descendentes,* quod cum præ se ferat notam similitudinis, prætendebatur importare qualitatem masculinitatis in omnibus: Nam dictio hæc, licet in præsenti sit nota similitudinis, quoad qualitatem descendentiæ, adeò vt alij solùm hanc qualitatem habentes censeantur vocati. Nihilominus quoad qualitatem sexus,
9 personarum, † & cætera importat diuersa ab expressis: Socin.sen.*consil.*300. *sub n.*2.*vers.tertio principaliter lib.*2. Natt. *consil.*546. *n.*2.*& seq.* Rot.*dec.*714.*sub n.*5. *vers.ponderando, præsertim part.*2.*recent.* Et certius, quia non vocauit Testator alios descendentes simpliciter, sed addita
10 dictione, *Quomodolibet;* † quo casu sub dictione, *Alios,* veniunt personæ extraneæ, & dissimiles expressis post alios: Surd.*consil.*449.*n.*30. Roland.à Val. *consil.*5.*num.*45. *lib.*1. Menoch. *consil.*483.*num.*18. Honded.*consil.*49. *num.*14. *lib.*1.Gratian.*discept.*173.*num.*21.Rot.*dec.*141. *num.*6.*part.*5. *rec.Romana hæreditatis* 27. *Iunij* 1659.§.*Hinc enim, &* 7.*Maij* 1660. *coram Reuerendiss. D.meo Decano.*

Ex quibus, & aliis deductis in decisionibus R. P. D.mei Emerix, quarum fundamenta etiam hodie placuerunt Dominis, responsum fuit, sententiam Rotalem esse confirmandam.

Vtraque, &c.

DECISIO CLXVII.

R. P. D. ALBERGATO.

Bonon. fideicommissi.

Merc. 10. *Decembr.* 1664.

SVMMARIVM.

1 *Linea masculina fœmina non dicitur in esse deducta, quando decessit cum filia.*
2 *Substitutio in casum natiuitatis, aut obitus habet locum etiam in casum non natiuitatis.*
3 *Descendens à fœmina non dicitur de linea masculina.*
*Ex vna fœmina præfertur descendenti ex pluribus, n.*9.
4 *Linea de masculina non dicitur, nisi masculus ex masculis descendens.*
5 *Dictio, ex, immediatam filiationem importat.*
*Fallit, vt n.*6.
7 *Substituti ad exclusionem sufficit existentia vocati.*
*Fallit, vt n.*8.
10 *Clausula, vt supra, restringit dispositionem ad superius expressa.*

AD fauorem DD. Marchionis, & fratrum de Campegiis constare de fideicommisso Antonij Voltæ, illisque dandam esse immissionem, responsum fuit. Hic etiam filium masculum, quem ex ventre prægnante vxoris nasciturum sperabat hæredem vniuersalem instituit: Et casu, quo masculus non nasceretur, vt euenit, Isottam filiam, & aliam nascituram, quæ Antonia nuncupata fuit hæredes esse voluit: Et illis adhuc viuentibus primum filium masculum legitimum, & naturalem, qui ex dict. filiabus nasceretur, cui alios masculos ordine successiuo substituit. Et demum morientibus filiabus, sine filiis, & descendentibus masculis, & sic in effectu, deficiente quandocumque linea, & descendentia masculina filiarum, substituit Vrsinam eius sororem, & quoscumque ipsius filios, & descendentes in infinitum; vnde defuncta vltimo loco Antonia sine filiis, apertum fuit fideicommissum ad fauorem prædictorum DD. Vrsinæ, ex filio nepotum: Nam Isotta Monialis mortua est; cúmque Antonia vnicam filiam fœminam habuerit, linea & descendentia masculina filiarum † nunquam in esse deducta fuit, 1
iuxta receptam opinionem Castr. *in l. maritus* 21.*num.*5.*C.de Procur.*Curt.iun.*consil.*172.*n.*5. *&* 6. vbi quod in filio masculo incipit linea masculina, & in filia fœmina, fœminina: Menoch.*cons.*205.*num.*19. Grat. *discept.* 905. *n.*4. *&* 5. cum pluribus per Fusar.*de subst.quæst.*346. *num.*36.*& seq.* Cyriac. *contr.* 281. *num.* 84. *& contr.* 365. *num.* 23. Rota *coram Durano decis.*300. *num.*3.*& seqq. decis.*23. *num. & seqq. part.* 7. *rec.Bonon. fideicom. de Barberiis* 5.*Decembris* 1650. §. 1. *quia, coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado, &* 19. *Februarij* 1651. *coram bon.mem. Bichio,* §.*nam respond.* cum aliis *in Baren.Beneficij* 18. *Februarij* 1656. §. *è conuerso autem, coram eod.*

Substitutio verò facta in defectũ lineæ habet locum, etiam si linea non inceperit sicuti substitutus filio nascituro, non solùm † admittitur, 2
quando filius nascitur, & postea deficit, sed etiamsi non nascatur, vt latè probant Rimin.iun. *consil.*512.*per totum lib.*5. Menoch.*cons.*1062. *num.*14. Surd. *consil.*347. *num.*8. vbi plures refert, & reprobatam esse opinionem dicit Oltradi contrarium tenentis: Laderch.*consil.*72. *num.*2. *& seq.* Cancer. *var.resol.part.*1. *cap.*1.*num.*63. *& seq.*Mant.*de coniect. lib.*11. *tit.*6. *sub num.*1. *vers.sed diligenter:* Fusar. *de subst. quæst.* 64. *à num.*1.*& seqq.* Hodiern.ad Surd. *decis.*37. *n.*7. *& seq.*Rota *dec.*453.*n.*6.*vers.quia respondetur, quæst.*2.*rec. Rauennaten.Bonon.*1.*Feb.*1647.§.*ex tamen, & seq. coram Eminent.D.Card.Corrado, &* 11.*Ian.*1649.*coram bo.me. Dunozetto,*§.1.

Neque

Neque Com. Pasellus pronepos Antoniæ ex Barbara filia, & Olympia nepte, se vocatum prætendere potest; non quidem sub lineæ masculinæ appellatione, quoniam ipse in ea non continetur, sed tanquam descendens à Barbara
3 lineæ fœmininæ † Auctrice dicitur de linea fœminina Antoniæ, iuxta Auctores in principio relatos, & in specie Decian. *in consil.* 127. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 3. Fusar. *de subst. quæst.* 404. *n.* 10. Rota *in Romana fideicommissi de Grifonibus* 10. *Maij* 1656. §. *quod autem, coram bon. mem. Dunozetto*, *Romana Casalis veneris* 11. *Decembris* 1656. §. 1. *coram me, & in Bonon. fideicommissi* 16. *Ianuarij* 1662. §. *hinc autem, coram R.P.D. meo Verospio*, vbi *in* §. *hinc Ballatinus*; firmatur, quod ad hoc, vt quis dicatur de linea ma-
4 sculina † requiritur quod sit masculus, & per masculum descendat: Peregr. *consil.* 57. *num.* 2. *vers. hoc autem, & num. seq. lib.* 2. Rota *dec.* 203. *num.* 5. *part.* 1. *rec. & in d. Bonon. fideicommissi de Barberiis.*

Neque sub nomine filij, quia ipse talis non est, & regula contra ipsum militat, cùm aliter filij, aliter nepotes appellentur, & vocato filio masculo nominatim ex certa fœmina, non veniunt cæteri ab ea descendentes mediantibus
5 aliis fœminis ob dictionem *ex* † quæ in his terminis immediatam filiationem importat, ex relatis per Cephal. *consil.* 330. *num.* 39. *& seqq.* Capr. *cons.* 18. *num.* 10. Iason. *consil.* 55. *num.* 27. *& seqq. lib.* 3. Rota *coram Eminentiss. D. Cardinali Ottobono decis.* 271. *num.* 7. *& seqq. Romana fideicommissi de Grifonibus* 20. *Maij* 1656. §. *quod autem, coram bon. mem. Dunozetto*, vbi quod vocatio masculorum descendentium à filiabus fratrum testatoris intelligitur de descendentibus immediatè, non autem de his qui mediatè descendunt à nepte dictarum filiarum, *& in Firmana Brig.* 30. *Maij* 1657. *in princip. vers. hinc enim, coram R.P.D. meo Verospio.* Quamuis dictio *ex*, causam remotam & mediatam quandoque soleat importare; vel quia hoc procedit quando dictioni *ex* additur vocatio nepo-
6 tum, † & pronepotum, & aliorum descendentium, qui immediatè ex persona contemplata prouenire non possunt; secus autem quando vocatur in singulari filius primogenitus, qui ex filiabus nascitur: tunc enim venire nequeunt nepotes etiam vlteriores descendentes, vt bene distinguit Rebuff. *in l. cognoscere* 56. §. *liberationem, ff. de verb. signif.* Rota *decis.* 225. *sub n.* 10. *vers. vbi sic distinguit, part.* 8. *recent. & in Bonon. fideicommiss. de Bargellinis*, 10. *Februar.* 1653. §. *secundum.* Item *coram bon. mem. Bichio.*

Prout non aduersatur quod cum descendentes Vrsinæ sint vocati solùm quando filiæ testatoris, quandocumque decederent absque filiis, & descendentibus masculis legitimis & naturalibus
7 sola existentia † Com. Paselli, quamuis non vocati, sufficiat ad suspendendam admissionem DD. de Campegiis, eo quia in conditionibus sufficit ad exclusionem substituti, vt *in Romana fideicommiss. de Sonciis* 22. *Maij* 1643. §. 1. *& in fine, coram Reuerendiss. Camillo:* Quoniam ex sequentibus verbis, & sic in effectu deficiente quandocumque linea & descendentia masculina filiarum, testator se declarauit quod non erant in conditione positi descendentes masculi simpliciter, sed qui essent de linea & descendentia masculina, qualis non est Com. Pasellus, *vt suprà*, & proinde tanquam non positus in condi-

tione † eius existentia non præstat impedimen- 8
tum prædictæ vocationi DD. de Campegiis; quia non habet qualitatem in positis in conditione à testatore requisitam: Peregr. *de fideicom. art.* 29. *sub num.* 25. *vers. pro ista autem opinione:* Cyriac. *controu.* 511. *num.* 24. *& seqq. per tot.* Rota *in Bonon. fideicommiss. de Barberiis*, 5. *Decembris* 1650. *sub* §. *Quoniam, vers. ac proinde, coram Eminentiss. Domino Cardin. Corrado*, *Perusina fideicommiss.* 14. *Martij* 1662. §. *præterquam, & in Bonon. Primogen. de Luparis*, 25. *Iunij* 1667. §. *Præterea, coram R.P.D. meo Verospio.*

Absurdum quod potius succederent masculi transuersales ex Vrsina, quàm masculi descendentes filiarum euitatur ex voluntate testatoris, qui etiam rationabiliter præferre illos potuit
† tanquam mediatè descendentes ex sorore, his 9
per alias fœminas descendentibus, quia illis magis coniuncti sunt, & minus ab agnatione distant, & regulariter homines magis diligere solent masculum ex fœmina agnata immediatè procreatum, & ex vna tantum fœmina sibi attinentem, quàm alium ab agnatione remotiorem, & per plures fœminas coniunctum, vt responsum fuit *in dict. Bonon. fideicommiss. de Barberiis* 19. *Februarij* 1652. §. *Quapropter, versic. nihilque vrget, coram bon. mem. Bichio*, &c.

Demum, quod testator post prohibitionem alienationis declarauerit velle quod bona perpetuo remaneant in linea & descendentia filiarum, & eorum descendentium, & filiorum non obstat.
Quia † addidit clausulam, *vt suprà*, quæ re- 10
stringit permanentiam bonorum in linea, & descendentia masculina de qua prius locutus fuerat, Crauet. *cons.* 623. *n.* 19. *lib.* 4. Thomat. *de Macert.* 50. *num.* 248. *versic. Et quòd dictio*, Cum repetat qualitatem masculinitatis linearum, & descendentiæ prius expressam: Menoch. *consil.* 453. *n.* 19. Molin. *de Primog. Hisp. lib.* 3. *cap.* 5. *sub num.* 64. Rota *in Mantuana fideicommiss.* 17. *Maij* 1649. §. *Et denique, coram bon. mem. Dunozetto, & in Bonon. hæreditatis*, 25. *Iunij* 1657. §. *nec subsistit, coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Ex quibus resolutum fuit constare de fideicommisso ad fauorem DD. de Campegiis, illisque dandam esse immissionem, vtraque, &c.

DECISIO CLXVIII.

R. P. D. Emerix.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 15. *Iunij* 1665.

SVMMARIVM.

1 *Pactum adiectum contractui, eo corruente corruit.*

2 *Dictio, però, limitat, & restringit substitutionem.*

Nondimeno dispositionem auget, & præcisam reddit, num. 6.

3 *Legatum animo compensandi cum debito relictum dicitur perpetuum.*

Relictum pro omni, & toto eo late interpretatur, num. 5.

4 *Qualitas apposita in vna re, & parte non dicitur repetita in diuersa.*

7 *Referens non constito de relato corruit.*
8 *Notario non creditur in iis, de quibus rogatus non extitit.*
9 *Voluntas testatoris qualis fuerit tempore dispositionis, & non praeparationis attenditur.*
10 *Declaratio contraria dispositioni non admittitur.*
11 *Verba praesuppositiua nihil disponunt circa praesuppositum.*
12 *Substituti vnius dictum, aut factum non releuat.*

ITerum censuerunt Domini denegandam esse Philippo Ballatino associationem praetensam vigore pacti capiendi possessionē propria auctoritate adiecti in instrumento diuisionis, inter q. Marsilium, & Isabellam de Sala, quia illud non stat principaliter, & de per se, sed dependenter & consecutiuè ad fideicommissum de quo nunquam appareat, neque ex testamento, neque ex laudo, vel diuisione, vtique corruente principali
1 pactum † quoque quod est accessorium remanet inefficax, vt praeter auctoritates *in decis.* relatas notat Peregr.*cons.*40.*num.*17.*lib.*5.& Rot. *in Florentina, seu Bononien. de Barbadoris* 25.*Iunij* 1640. *coram Coccino*, §.*nec aduersatur, vers. quod tanto facilius.*

Quod autem nullum existit fideicommissum sup^r tertia parte Bonorum Sancti Augustini fauore Isabellae, & filiorum, apertè ostendit lectura testamenti in quo testator secundo loco declarando eamdem hanc tertiam partem non esse suppositam pro legitima aliisque portionibus sibi debitis, illam principaliter legauit Marsilio fratri eiúsque filiis, & descendentibus masculis, ob amorem erga familiam, & agnationem, & pro omni, & toto eo, quod praetendere possent, nullo eis iniuncto onere restitutionis, vel fideicommissi. Deinde substituēdo Isabellam eiúsque filios, & descendentes Iacobo haeredi vniuersali litteris rotundis declarauit illam, & illos substituere dumtaxat in illa parte, quae superat, detractis bonis Sancti Augustini ibi: *In quella parte pero di essa heredità, che resta detratti detti beni di S. Agostino lasciati in tal caso al P. Marsiglio, & suoi figlioli Maschij, e descendenti come,&c.*

Dictio enim illa, *pero*, limitat, & restringit substitutionem Isabellae, & filiorum ad residuum
2 haereditatis, † & verba sequentia *detratti i beni di Agostino*, conuincunt claram, & indubitatam fuisse voluntatem testatoris non comprehendēdi eadem bona sub fideicommisso ibid. ordinario fauore Isabellae, eiusque filiorum, & descendentium, vt firmat decisio, *in §. de fideicommisso aut.* & docet Bart.*in l.*3. §. *quidem num.* 11. *ff. ad Trebell.* Fusar. *de subst. quaest.*650. *n.*48. & Rot.*in Rom. census, seu Saluian.* 27. *Maij* 1657. *&c. id autem, &* 27. *Martij* 1658. §. *exceptio aut. cor. Reuerendissim. D. meo Decano.*

Nec refert, quod legatum eorum bonorum sit restrictum, & limitatum ad lineam masculinam Marsilij, quia non idcirco est temporale post extinctionem eiusdem lineae ad Isabellam, & filios, dum in hoc non concurrit, imò expresse repugnat voluntas testatoris, & vlterius legatum relictum fuit pro omni, & toto eo, quod Marsilius eiusque filij, & descendentes à testatore praetendere potuissent ratione fideicommissorum, & alia quauis de causa: quod facit, vt eo magis iudicari debeat liberum, † & perpetuum, vtì non 3
procedens ex mera liberalitate, sed factum animo compensandi cum proprio debito: Mantic. *de coniect. lib.*10.*tit.*2.*n.*17. Pruin.*consil.*29.*n.*1. *&* 2. *lib.*2. cum aliis relatis *in Fauentina legati* 2. *Martij prox. coram R.P.D. meo Taia.*

Nec praetensa temporalitas huius legati bene desumitur ex verbis antecedentibus testamenti ibi: *Sin tanto pero che durerà la linea mascolina di detto S. Gio. Batt. suo Padre, e non fuori quella, ne' in altro Caso espresso in detti testamenti, in modo che se per linea mascolina finita di detti Sala detti beni douessero passare in altre famiglie, all' hora si lascia solo di detti beni, quanto di ragione seli viene, e non più oltre:* quia illa respiciunt duas alias partes eorumdem bonorum Sancti Archangeli, quas testator cum immediatè subiecisset fideicommissis paternis, & Auitis, subsequenter declarat eatenus velle durare huiusmodi subiectionem, quatenus duraret linea masculina paterna, & non vltra, nullo autem modo repetita censeri debent in hoc legato tertiae partis, quod inferius incipit à verbis: *perche dichiara*: Tum quia continet rem diuersam, † & est positum in diuersa 4
oratione iuxta Theoricam *in l. in repetendis, ff. de legat.*3. quem sequuntur Grat.*discept.*937. *num.*4. Socin. Sen. *consil.*92.*num.*6.*vers. secundo verò, qualiter res legatae, lib.*3. Tum etiam quia fuit relictum pro omni, & toto eo, † quod Mar- 5
silius, & filij praetendere possent, & sic latius est interpretandum vt responsum fuit *in Viterbien.* 28. *Martij* 1664. *l.*2. expresso cum sequentibus *cor. R.P.D. meo Taia, & in Bonon. liquidationis Pretij* 4. *Maij prox. cor. me*, §.2. *ex causa legati.* Tum denique quia ex ipsamet lectura huius legati patet testatorem voluisse etiam in casu, quod deficeret linea masculina hanc partem donare, & relinquere Marsilio, eiusque descendentibus masculis, ita vt vltimus, qui restituere debebat duas tertias partes vocatis in antiquis fideicommissis, retineret tantum hanc tertiam testatoris, vt ad litteram demonstrant illa verba: *Quali nondimeno nel caso predetto esso sign. testatore dona, e lascia à detto suo fratello, &c.* Quae dispositionem † augent, eamque praecisam 6
reddunt, *l. fin. §. fructus*, iuncta gloss. *in verbo nihilo magis, ff. quae in fraud. credit.* Gonsal. *ad reg.*8. *Cancell. n.* 124. Barbos. *decis.*215.*n.*5.

Et hinc non vrgent verba laudi, quod si aliquando euenerit casus, quod tertia pars bonorum, &c. restituenda veniret haeredibus substitutis iuxta dispositionem testatoris tali casu restitui debeat prima pars bonorum Sancti Augustini, arbitrio boni viri, quia illa nihil ponunt in esse tamquam suppositiua dispositionis controuersae, & deficiente supposito ex praedictis nihil operante ex allegatis *in decis.* §. *minus visum.*

Sicuti nec etiam vis fieri potest in diuisione quia fuit facta cum expressa, & saepius repetita relatione ad laudum, & testamentum ex quo dum apparet Isabellam, & filios non esse substitutos in portione, de qua agitur; imò ab eadem expresse fuisse exclusos, corruit fundamentum, † quod fit in diuisione concepta verbis relatiuis 7
eo ipso, quo aliter apparet ex relato, & praeter adductos *in decis.* pendeat Rot. *decis.*107. *num.*6. *part.*8. *recent.*

His positis nullum putarunt Domini constitui posse fundamentum in schedulis scriptis à Notario Spontono, † post diuisionem productis, quia

quia vltra exceptiones personales consanguinitatis, & affectatæ industriæ pro augendis, & promouendis Iuribus Isabelliæ de quibus constat
8 ex ipsismet schedulis, & quod Notarius † regulariter non credatur nisi de iis, de quibus est rogatus coram testibus, non autem de aliis: Put. *decis.5.lib.3.in correctis*, & Rot. *in recent. decis.624.num.10. part.1.& decis.605. num.12. part.5.* Prima schedula, in qua Spontonus sub die 18. Decembris 1642. scribit Philippum testatorem nolle, quod in defectum masculorum de Sala filij Alberti, vel alij haberent tertiam partem liberam bonorum S. Augustini, sed quod hæc esse deberet Isabellæ eiusque filiorum nullius est momenti, dum in subsequenti testamento condito 13. Ian. 1603. & ab eodem Notario verbis adeo claris eamdem tertiam partem reliquit Marsilio, eiusque filiis, & descendentibus, nullo eis iniuncto onere restitutionis, imò expresse exclusis Isabella, & filiis ab iisdem bo-
9 nis, non enim attenditur † qualis fuerit voluntas testatoris tempore præparationis, sed qualis fuerit tempore stipulationis ipsius testatoris: Bartol.*in l.cum proponebatur 63.num.2.ff. de legat.2.* Socin. sen. *in l.si ambiguo.3.n.6.ff.de reb. dub.* Oldrad. *consil.119.per tot.* Ruin. *consil.11. num.12. lib.3.* Seraph. *decis.1327. num.11.* Rot.*in recent.decis.12. num.28. in fin.part.8.*

Et si tempore stipulationis instrumenti testatoris in hac sua voluntate perseuerasset: vtique Notarius tam solicitus in promouendis Iuribus Isabellæ illam sine difficultate claris verbis exprimere potuisset, quod dum non fuit, præsumendum potius est testatorem pœnituisse, quam credendum Notario contra tenorem testamenti ab eodem subinde stipulati.

Nec placuit Dominis, quod saltem hæ schedulæ inseruiant, per declarationem subsequentis voluntatis testatoris; quia cum eius lectura clarè præferat exclusionem Isabellæ eiusque descen-
10 dentium in tertia parte bonorum, † de qua agitur non admittit declarationem eidem omnino contrariam: Bart.*in l.2.num.39.ff.de vulg.* Bald. *in l. Hæredes palam, §. sed etsi num.4. C. de testam.* Rot.*decis.121.num.9.part.5.& decis.402. num.35.part.9.recent.*

Minus attendenda visa fuit secunda in qua Spontonus transmittit Ballatino responsionem Poggioli ad septimum suum quæsitum expressum vnico verbo, tertia, tum quia continet solum verba præsuppositiua, † quæ nihil disponunt circa 11
præsuppositum, vt bene comprobatum fuit in facto, & in simili respondit Rot. coram Greg. *decis.208. num.2. & decis.492. num.14. part. 4.recent.*

Tum etiam, quia esset responsio vnius tantum ex substitutis, cuius solum factum, vel dictum † nullum est, & de iure non tenet: *l. Pe* 12
dius, §.in seruum, & l.item si vnus, §. Item si plures, ff.de recept.arbitr. maxime postquam omnes in laudo expresse se retulerunt ad testamentum ex quo præsuppositum, & laudum, declarationem, & restitutionem recipiunt ex Iuribus *suprà*, & *in decis.* adductis.

Denique nec etiam in consideratione habita fuit tertia schedula, in qua idem Spontonus scribit Ballatino, quod arbitri nolebant immutare laudum, sed quod concorditer opinabantur legatum, de quo agitur esse temporaneum, & finita linea de Sala reuersum ad Isabellam cum Apostilla superaddita in Minuta instrumenti diuisionis manu Poggioli, quod hæc tertia, sicuti, & aliæ schedulæ nihil aliud probant nisi sollicitam dicti Notarij, & Ballatini industriam extorquendi id quod neque in testamento neque in laudo continebatur.

Apostilla verò Poggioli vltra plures defectus contra illius recognitionem appositos, stat consecutiue ad testamentum, ad quod diuisio habet expressam resolutionem: Ideóque cum in testamento tale fideicommissum non contineatur, nec etiam in hoc firmum potest constitui fundamentum ex Iuribus sæpius citatis.

Et ita vtraque, &c.

INDEX

Rerum, quæ in Decisionibus S. R. R. in hoc Volumine allegatis continentur.

Prior numerus Decis. *alter* numerum marginalem *denotat.*

B

Clausula

Concessionis

D

Declara

E

F

Feudalis

Declara,

G

H

I

L

N

O

Oblatio

P

Q

R

S

T

V

FINIS.